



D. DIONYSII
CARTHVSIANI HOMILIARVM

in Epistolas & Euangelia sermonumq; de sanctis, opus præclarum: studiosissimis quibusq;, tam laicis quàm religiosis summopere excolendum.

PARS ALTERA
de Sanctis.

COLONIAE P. Quentel
suis impensis excudebat,
ANNO M. D. XXXIII.







Ne tibi ſit mirum, ſpectator imaginis huius,
  Hic depictorum quid ſibi quodque uelit,
Neu ridere queas non intellecta, parumper
  Auſculta: breuis hic rem tibi ſermo dabit.
Qui procumbit humi, doctor Dionyſius ille eſt,
  Carthuſam amplexus nomine req́; uiam:
Doctor, ab extaſibus, quas pertulit ipſe frequētes,
  Haud ſane immerito dictus & extaticus.
Hunc prope quæ cernis congeſta uolumina multa,
  Multa & magna eius ſunt monimenta uiri,
Ingentes Crœſi tantum ſuperantia cenſus,
  Exuperat quantum flaua moneta cuprum.
Nam uirgo, cuius ſinui tener inſidet infans,
  Qui librum oblatum captat utraque manu,
Notior atque magis clara eſt, chariſsime lector,
  Quàm tibi uel cuiquam dicier ut ſit opus.

Sed quæ uirgo ſuis monachum complectitur ulnis,
  A dextris & cui myſtica turris adeſt,
Quæq́; uolumen uti medians porrectat IESV,
  Eſt Carthuſiacæ magna patrona domus,
Agrippinatum celebri notiſsimæ in urbe.
  Cui domui quod nunc Riclus in ora hominum
Prodeat, acceptum ſoli referatur oportet.
  Hæc niſi enim egiſſet, forte lateret adhuc.
Forte lateret adhuc? imo hæc certiſsima res eſt,
  Nunquam emerſurum te ue tuos ue libros
Ricle fuiſſe, Agrippinas Carthuſia ni illud
  Sedulo iampridem ſuſtinuiſſet onus.
Hoc igitur uoluit confictor imaginis huius,
  Vt ſcires quorum ſedulitate uirum
Prodierit clarus doctor Dionyſius, utq́;
  Ingratus ne tu lector amice fores.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRI AC DOMINO D. IOHANNI A METZENHAVSEN, Treuirorum Archipræsuli, sacri Romani imperij per Galliam & regnum Arelatēse Archicancellario, ac principi electori, F. Theodoricus Loër à Stratis, Carthusiæ Coloniensis monachus & uicarius. S. D. P.



PPORTVNA SE INGERIT, IMO VRget occasio, amplitudini tuæ ut scribam Reuerēdissime pater, à quo tametsi nominis tui dignitas me deterreat, hortatur tamē prouocatq; candor ac mansuetudo, qua doctis pijsq; omnibus semp bene optas. Et licet in horum me albo non agnoscam, qui se doctos aut iactitāt aut ꝓfitentur, pietatem tamen semper & in alijs ueneror, & ipse ꝓ uirili, ubi possum, obseruo. Fretus itaq; humanitate, integritate & gratia tua Reuerendiss. pater, quod in animo mihi est præcipuū, quod primū occurrit, scribo. Ecclesiæ gratulor Treuirensi, quæ calamitoso hoc seculo eum nacta est pastorē, quem scientia, moribus, eloquentia atq; integritate pollentem, olim dum cātorem ageret, postea Decanum atq; Præpositum experta est. Difficillimum certe, ut hoc æuo uir bonus inueniat, qui nō solū domi suæ uerꝫ etiam uniuersæ diœcesi idoneus sit præesse, nihilo minus suæ interim sufficiens saluti. Hic, ni fallor, ubi reperitur, auro habendus est preciosior, ditissimoq; charior thesauro: adeo non uilis, sed oīm nobilissima est uirtus. Eam ob rē summopere tu contendis, qđ optimi est antistitis, tuo officio non inueniri inferior: quippe q laudatissimos quosq; antecessores tuos niteris & supare. Porrò, q̄tum uirtus ipsa in te huic conatui tuo rn̄deat, iam tentarē ostendere, nisi tanta foret hoīm ubiuis gentiū malignitas, q hodie qcqd in laudē alioꝝ senserint dictū, mox pro solo fauore, pro aucupandaq; gratia principū blaterant excogitatū. Quoꝝ impudentiā licet floccifaciā, sunt tn̄ nihilo minus tot animi tui dotes, sunt tot uirtutes tibi à deo collatæ, ut una nequeant simul epistola coartari. Accusem ꝑterea ingeniū meū necesse est, ꝙ tuis laudibus abunde enarrandis operā det, quū uel ipsa rei magnitudine superet. Quis em̄ uerbis explicet generis tui nobilitatem, adolescentiæ tuæ inter nobilissimos eruditissimosq; educationem, prudentiam, integritatem, magnanimitatē, reliquasq; animi tui dotes? Inde enim fit, ut hisce rebus animum potissime admoueas, quæ ad Christi gloriam, quæ ad pios mores, quæ ad ecclesiæ catholicæ ac fidei cultum, quæ ad fidei augmentum, quæ denique ad reipublicæ conferant commodum. Quicquid pietatem spirat, quicquid redolet sanctam eruditionem, quicquid honestati conducit, ad extremum, quicquid præ se fert integritatem, amas, ꝓmoues atq; tueris. Nihil qđ optimum ornat ꝓ̄sulem, nihil qđ uero cōgruat pastori, omittis. Siquidem hæreticoꝝ pestem ut contagiosam, ab uniuersa tua ppulsas diœcesi, nihilo secius pietatis abusum ꝑsequens atq; facinora. Nemo subditoꝝ tuoꝝ in sanctos, nemo in diuoꝝ imagines, nemo in ritus ecclesiæ sanctos temere q̄d audet effutire: adeo creditis tibi ouibus inuigilas, adeo à lupoꝝ morsibus eas defendis, adeo quicquid castæ fidei est inimicum, ab ecclesia tua ꝑscindis atq; proscribis. Ad hæc optimos quosq;, claros, integros, reꝝ experientia percelebres ac eruditos uiros, q pietatē coniunxerint eruditioni, curiæ tuæ asscribis, lateri cōiungis, cōsilijs admoues. Quales in primis sunt, Iuris utriusq; doctores, Iohannes ab Eschringen, uir equestris ordinis, Petrus ab Espach, Iohānes Lumpius, & sacrosanctæ paginæ doctor Iohannes Dietēbergius, cuius sudoribus, post multa q̄bus ꝓpugnauit fidei catholicæ integritatē, expectamus totius operis Biblioꝝ in linguā Germanicā cōstantē fidelemq; uersionē, adiectis breuiusculis scholijs & cēsuris in ea Biblia theutonica, quæ hactenus nō sine periculo à plerisq; legunt. Inter hos uel ꝑcipuus ē generosus uir Christophorus ab Ryneck, uir multo oīm optimus ac integerrimus, utpo

te hæreticis ex professo hostis, nec minus concubinariis (quod ex officio debet) infestus, prudenti consilio abs te maioris Achidiaconatus honore donatus. Est alter uir eximius D. Matthias à Saracastro, ingenuarum artium, totius philosophiæ, atque utriusque Iuris doctor celeberrimus, æquali prudentia curiæ tuæ Treuiren. Officialis designatus. Horum uterque mirum in modum Dionysii nostri Carthusiani lucubrationibus (quarum editioni, præcepto superiorum, insistimus) gaudet, propterea quod nihil hic nisi catholicum, nihil nisi pium atque sacræ scripturæ autoritate abunde satis propugnatum, producat. Huius Dionysii, quum de sanctis pii admodum sermones inter manus nostras, prælis parandi atque excudendi, quotidie uersarentur, Reuerendissimæ P. T. nuncupandos decreuimus. Nulli enim sanctorum uitam, uirtutes laudesque iustius offerimus, quàm ei qui sanctorum cultui est deditus, qui sanctorum uitam cupit non tam prædicare, quàm imitari. Rogo autem R. P. T. non moueat, mira quædam & insolita hoc in opere de sanctis referri, quæ propterea quibusdam uideri possint à ueritate aliena, quòd nostris temporibus aut raro aut nunquam contingant. Multa enim olim in sanctis mirabilia fecit deus, aut in confirmationem fidei, aut in testimonium sanctitatis, aut ut sanctæ eruditioni robur adderet, quo latius propagaretur, minusque dubitaretur de eius ueritate. Quæ omnia cum hodie non sint necessaria, non sunt etiam expetenda miracula. Euangelium ubique iam prædicatum est, fides recepta: nec licet in dubium uertere quicquid pro uero perpetuoque dogmate sancta ecclesia semel statuerit. Fuerint licet homines, qui ad concilia euocati, quique in nomine IESV collecti, ecclesiæ & nomen & rem expresserunt: spiritu sancto tamen in iis quæ fidei sunt, nullo pacto ambigendum est esse imbutos: quandoquidem non suo nomine, sed ecclesiæ, imò eius qui suo nomine congregatis se in medio eorum affore pollicetur, fuerunt adunati. Hæc dixerim, ut quantæ sit autoritatis, quantæ uenerationis, quicquid à Conciliis, quicquid ab ecclesia, quod ad dogmata fidei attinet, est institutum, probem. Itaque habet uerbum dei autoritatem suam, habet ecclesia quoque nihilominus autoritatem suam, qua constat, qua cognoscimus quid sit, quid'ue haberi debeat uerbum dei. Habent præterea scripta alia sanctorum (tametsi canonica non sint) autoritatem suam, cui, ubi manifesta non fuerit impietas, temere refragari illicitum sit. Inter hæc ponimus quæ de sanctorum gestis uitisque scripta sunt, quibus non iuxta ea quæ nobis, qui peccatores sumus, adsunt, sed iuxta illorum de quibus narrant, sanctitatem, credendum est. Sunt qui uitas sanctorum & spiritus opera, propterea quòd ipsimet in carne sint, calumnientur: & quicquid sibi non est familiare (nihil enim præter carnem sentiunt) ueritati detractum putant. Ego uero quæcunque pia, quæcunque uerbo dei (in sensu tamen quem spiritus loquitur) non sunt contraria, recipio: uerum ita recipio, quatenus me ædificent, non ut usquequaque omnia ceu firma indubitataque, ad credendum me urgeant: neque enim in illorum cupio haberi numero, qui prudentiæ humanæ, quæ stultitia est apud deum, tribuunt omnia, pietati nihil. Hi nanque dum omnia peruestigant, omnia scrutantur, dumque singulorum petunt rationem, ubi in dei operibus eam nequiuerint inuenire, mirabilia dei protinus fabulas mentiuntur. Equidem uix uerbis consequi possum, quàm iusto sæpe dolore mouear in hos blaterones, quorum tum animus tum uerba nunquam non derogant pietati. Atqui à nullo non est stomachandum in eos potissime, qui omnes sanctorum historias rident, qui antiquitati detrahunt, calumniantur deuotionem, nihil uerum æstimantes quicquid Titus eorum Liuius, aut Valerius, aut Plutarchus Iustinus'ue non scripserit: ubi uero ii quamlibet absurde, quamlibet suspecte quid dixerint, protinus uerum esse, ad bilem usque contendunt. Proh pudor, num ethnicis aut solis, aut plus quàm Christianis est credendum? Num quicquid Trogus, aut Florus, aut reliqui id genus historici non dixerint, falsum putabimus? An & Christiani suos non habent autores, quorum tum fidei tum autoritati facile tutoque credendum sit? Quæ hæc est Christianorum leuitas, Cornelio Tacito aut Suetonio credere, historiis ecclesiasticis non credere? mirari uitas Cæsarum, cælitum uitam aspernari? Quid quòd tam multa nugis simillima, quædam nefaria, plurima denique fidei Christianorum contraria apud ethnicos refertur, de iis tamen dubitare nefas putant Christiani? Quid quòd nostrates adeo iuuat quicquid in libris paganorum offendunt, licet fidei Christianæ palàm sit inimicum, atque cum ueritate ex diametro pugnet? Taceo quòd ubi autores, siue pagani, siue Iudæi quippiam de re Christiana tractant, ubi quippiam, quod in sacris quoque libris nostris astruitur, refe-

runt, adeo dissideat à ueritate, ut ea plane ridicula merisq́ nugis permixta uideat, quisquis uel parum sacra fuerit lectione imbutus. Itaq́ si ethnici scriptores adeo deprehenduntur à ueritate deuiasse, si adeo impudenter mentiti sunt, ubi canonica nostrorum librorum obsistit aliterq́ nos instruit autoritas, quid in reliquis eorum historijs esse potest ueritatis, quarum in codicibus ecclesiasticis nulla est mentio, unde refelli queant? Aut si ueræ sunt historiæ quas scripsere pagani, quomodo præter ipsos non etiam posset alius, quamuis Christianus, uerum scribere, præsertim quum pia sint quæ traduntur in gestis sanctorum, licet non pari habeantur autoritate, qua scripturæ canonicæ? Quodsi cuncta quæ de sanctorum uitis scribuntur, ficta esse oporteat, propterea quòd uel incerto autore hæc ipsa sola nobis tradiderit antiquitas, uel quòd rara admodum & miranda in his legantur, multò magis hoc modo de canonicis libris complura forent eradenda, ubi permulta scribuntur quæ parum (ut reuerentia sacrorum librorum salua loquar) conferunt morum honestati aut grauitati. Permulta (ingenue fateor) leguntur in sacris libris, quorum nisi canonica me compelleret autoritas, ea nequaquam crederem, cum pleraque deliramentis simillima uideantur. Iam uero quia ecclesiæ ea nobis tradit autoritas, omni ueneratione suscipio: nec minus omnibus scripturis diuinis habeo fidei, quàm si Christũ ipsum sua uoce mihi loquentem audirẽ, minusq́ dubito de his quæ ibi lego, q̃ quæ auribus audio, oculis uideo, manibus contrecto. Et quemadmodum certissime credo per euangelium exhibita, quæ legis figuris & prophetarũ uaticinijs per spiritum sanctum fuerunt prædicta, ita pari certitudine credo secundi aduentus promissionem ac diuersa malorum bonorumq́ præmia. Hæc R. P. scribo, ut ea quæ de sanctorum uita ac obitu nobis traduntur, tametsi tam præstans eorum non sit autoritas, quàm est canonicæ scripturæ, nequaquam esse contemnenda, quòd mira aut singularia ibi referũtur, quando in sacra scriptura quoque leguntur, quæ aut ridicula, aut incredibilia uidebuntur, si de canonicis libris dubitare licebit. Nihil igitur calumniandum, quamuis rarum, quamuis mirabile, modo sit pium: quandoquidem cuncta quæ per sanctos suos operatus est deus, mirabilia sunt. Tuum igitur est Reuerendissime & sapientissime præsul, has Dionysij homilias siue sermones, & historias seu citata exẽpla, quibus & Christus in suis sermonibus creberrime usus est, non aspernari. Lege, qua soles deuotione, sanctorũ gesta, eruditionibus iuxta pijs ac castis intermixta: & quæcunque fidem iuuãt, quæcunque compunctionem administrant, quæcũque honestis moribus conducũt, cuiusmodi est omnis eruditio Dionysij, ijs patrocinare, meq́ illorũ numero, qui tibi summopere fauent, qui te suspiciunt ac magnifaciunt, quæso ascribe: expectans interim (post nouum egregijs typis iam absolutum) totius ueteris testamenti, à Genesi ac Salomonis prouerbijs hoc paschate auspicanda, præclarissima commẽtaria: & præterea, propitio deo & hominibus, in quatuor libros sentẽtiarum præclariora eruditioraq́ quàm hactenus mũdus uiderit, opera. Deus Optimus Maximus te nobis seruet longæuum, qui ecclesiæ tuæ, qui fidei, qui religioni, qui ordini denique Carthusiano unus uiuis & pater & defensor. Ex Carthusia nostra Coloniensi, decimo kalendas Aprilis, Anno humanæ restitutæ salutis M.D.XXXIII.

HOMILIARVM SIVE SERMONVM SECUNDÆ PARTIS, DE SANCTIS UIDELICET, INDEX.

INDICIS FINIS.

A D. DIONYSII CARTHUSIANI HOMILIARUM AC SERMONUM

Tomus secundus, De Sanctis.

¶Præfatio in Sermones de Sanctis ad seculares.

LAudemus viros gloriosos & patres nostros, Ecci. 40. Multiplici ratione horta-
tur nos sacra scriptura, sanctoꝝ virtutes & gloriã p̄dicare, & eos deuote laudare
¶Primo, qm̃ sanctos laudãdo, deũ in eis laudamus. Nõ em̃ ipsi à seipsis habue-
runt, ꝙ sancte, irreprehẽsibiliterq́; vixerũt, sed à deo ꝑ grãm eius indesinẽtem. Jacobi.1.
Nẽpe, si omne bonũ à deo est, quãto magis vitæ sanctitas? Ideo ait propheta: Psal.150
Laudate dñm in sanctis eius. Etem̃ sanctos laudare, est infinitã misericordiam,
charitatẽ, liberalitatem, ac oĩpotentiã creatoris verè fateri atq; extollere, quia (vt Iacobus ait) Jacobi.1.
omne datũ optimũ, & omne donũ perfectũ de sursum est, descendẽs à patre luminũ. ¶Secun
do debemus sanctos laudare, qm̃ iustũ est hoc, & deus illud iubet. Laus nãq; & honor debẽtur
virtuti. Idcirco quò sancti virtuosius hic vixerũt, eò amplius sunt laudãdi, maiorẽq́; laudẽ pro-
meruerũt. Vnde scriptũ est: Sapientiã sanctoꝝ narrãt populi, & laudẽ eoꝝ nũtiat ecclesia. Et Sapiæ.3
qm̃ deus iã honorauit & exaltauit eos secũ in cœlis, ipse requirit & prorsus dignissimũ est, vt
honorificent̃ à nobis in terris, quũ sint amici & filij dei. ¶Tertio, quatenus etiã ipsi vicẽ nobis
rependãt, suis meritis & p̄cibus nobis subueniẽdo, nosq́; in vitæ huius periculis protegẽdo, at-
q; ad æternã beatitudinẽ & suã beatissimã societatẽ nos ꝑducẽdo. ¶Quarto, quatenus eos lau
B dãdo, eorũq́; miracula memorãdo, cõfortemur in fide, roboremur in spe, & in diuino accẽda-
mur amore, atq; ad imitandũ viriliter sanctoꝝ virtutes fortiter prouocemur, pensantes ꝙ &
ipsi nobis similes mortales & ex se fragiles extiterũt, & tñ inuictẽ conãdo, & dei auxiliũ iugiter
implorãdo, tantũ in omni profecerũt virtute & gr̃a, in sanctitate ac sapiẽtia: considerãtes q̊q;
ꝙ in tẽpore vitæ huius breuissimo, tã ineffabilẽ & æternã promeruerũt atq; adepti sunt gloriã. Hebræ.12
Hinc scribit Apl̃us: Ideo & nos tantã habẽtes impositã nobis nubẽ testiũ .i. multitudinem co-
piosam sanctoꝝ, deponẽtes omne peccatũ, ꝑ patiẽtiã curramus ad propositũ nobis certamẽ.
Iacobus q̊q; dicit: Exemplũ accipite longanimitatis & laboris & patientiæ sanctos prophetas Jacobi.5
Ecce beatificamus eos q sustinuerũt. Quũ ergo tã exẽplare, fructuosum, iustũ, deoq́; placitum
sit sanctos laudare, propono ad laudẽ & gloriã oĩpotentis, in p̄senti opusculo de sanctis, ꝑ an-
nũ sermones, sancto sanctoꝝ p̄stante, cõscribere, & iuxta p̄cedentis operis formã procedere,
in quo sermones scripsi de tẽpore, cũ expositionibus Epistolaꝝ & Euãgelioꝝ dominicaliũ,
annectendo Epistolæ vnũ sermonem, Euangelio duos aut tres. Veruntamen isto in opere de
sanctis intẽdo breuitati studere, magis q̃ in p̄cedẽte de tp̄e, q̊d in magnã nimis molẽ excreuit.

¶Præfatio in Sermones de Sanctis ad Religiosos.

REligio mũda & immaculata apud deũ & patrẽ hæc est, immaculatũ se custodire ab
hoc seculo. Iacobi. 1. Christo in Euãgelio protestãte, vnũ est necessariũ. Nã oĩa or- Luc.10
dinant̃ ad vnũ, quẽadmodũ & ab vno sumpserũt exordiũ. Porrò hoc vnũ q̊d solum
C ac summẽ necessariũ perhibet̃, obiectũ est deus, q omniũ beatitudo ac finis cẽsetur.
Formaliter verò est gratiosa vnio mentis cũ eo in via, gloriosaq́; vnio cũ eo in patria. Ad hoc
vnũ vniuersa p̄cepta, euãgelica q̊q; consilia tendũt, & propter ip̄m cũctæ institutæ obseruãtię
regulares atq; monasticæ. Idcirco omne q̊d in cœnobio agimus, omne intentũ ac studiũ no-
strũ ad hoc finaliter referre debemus, quatenus quantũ fragili, defectuosæq́; vitæ huic sit possi
bile, simus indesinenter deo intenti, actualiterq́; vniti, ꝑ fidei speculationẽ, ꝑ doni sapiẽtiæ cõ
templationẽ, ꝑ sanctæ charitatis ardorẽ, per diuinoꝝ meditationem beneficioꝝ ac promissoꝝ
atq; per cæteroꝝ ad salutẽ pertinentiũ, considerationem, p̄sertim per orationem deuotam &
dñicæ passionis attentionem p̄cordialem. Qui ita se habet in cœnobio, q taliter occupat̃ corã
altissimo, merito religiosus vocat̃, estq́; in eo mũda & immaculata religio, q̃ (vt beatiss. Christi Jaco.1.
frater Iacobus profitet̃) est immaculatũ se custodire ab hoc seculo. Nempè, quid aliud est se à se
culo custodire immaculatũ, nisi ea oĩa deuitare, q̃ præfatã mentis cũ deo vnionem impediunt,
q̃ charitatis feruorem diminuũt, q̃ vagũ atq; instabilem efficiũt animũ? Vt sunt inordinatæ affe
ctiones ad ea q̃ mundi sunt, puta ad vanitates mundanas, deliciasq́; carnales, temporales hono
res, trãsitorias ve diuitias, q̃ oĩa necesse est religiosum vitare, si digne debeat deo ambulare, &
vere monastice cõuersari, ac suæ satisfacere professioni. Propter q̊d etiã Paulus hortat̃ Apl̃us: Rom.12
Nolite cõformari huic seculo, sed renouamini sp̃ũ mentis vestræ. Deniq; discipulus quem di-
ligebat Iesus: Si quis (inquit) diligit mundũ, nõ est charitas patris in eo, Quoniã omne q̊d est in 1.Johan.2
mundo, cõcupiscentia carnis est & cõcupiscentia oculoꝝ, & superbia vitæ. Cõcupiscentiã er-
go carnis, cõcupiscentiã oculoꝝ & superbiã vitæ oportet in primis claustralem abijcere, nec
aliter potest se immaculatũ à seculo custodire. Etem̃ à seculo se immaculatũ p̄seruare, est nihil

huius mūdi, nihil creatū, nihil citra deū, nisi in deo, & scdm deū diligere, q̄tenus pura & sim plex sit cordis intētio, omnisq́ꝫ eius affectio sit adunata, simplificata ac stabilita in dño. Abij- D
ciēda est ergo oīno appetitio secularis, amicitia mūdialis, carnalis & sensualis affectio, cū &
Jacobi.4. Iacobus cōtestet: Amicitia huius mūdi, inimica ē deo. Quicūqꝫ ergo voluerit amicus huius mūdi fieri, inimicus dei cōstituitur. Quid terribilius dici pōt? Quid ergo ò monache, qd ò re ligiosa psona, qd tibi cū hoc seculo nequā? quid tibi cū carnalibus ac mundanis hominibus, nisi vt ores pro eis, opportunoq́ꝫ loco & tpe cohorteris eos ad meliora? Quid eoꝝ familiari tates quæris nociuas? quid inordinata colloquia? quid stulta solatia?, consortia quoqꝫ inte- rioris custodiæ resolutiua. Quæ vtiqꝫ oīa rigorē dissipāt mētis, animam faciūt negligētē,
Psal.17 cor reddūt intimoratū. Quēadmodū eñ cum puerso puerteris, ita cū carnali carnalis efficie ris, cum mundano mūdanus cōstitueris, sicq́ꝫ sub habitu spūali cor deferes seculare.

¶ Præterea, quid olim fuit filijs Israel ruinæ occasio, idololatriæ causa, nisi cum Amorræis communio? sic religiosis incitamētū multiplicis casus est, cū secularibus confabulatio, socie-
Nume.25 tas & mixtura. Nō eñ sine causa ait scriptura: Qui tangit picē, inquinatur. Et: Qui cōmuni-
Eccle.13. Ibidē. cauerit supbo, induetur superbiam. Itemq́ꝫ: Amicus stultoꝝ, similis eis erit. Hinc sancti pa-
Prouer.13 tres qui ordines instituerūt, ipsos religiosos, vita, habitu, māsione, à secularibus voluerūt eē distinctos, & habitationē eoꝝ claustrū appellare sanxerunt. Cur itaqꝫ, nisi quia habitatores eius debēt ab oñi seculari tumultu esse quieti, à passionum ac vitioꝝ inquietudine liberi, ab oñi carnalitate & seculari proprietate abstracti? Si quo minus, tanto intolerabilior erit eoꝝ damnatio, quanto ad proficiēdum media habuerant aptiora, & quāto ad pfectiora se astri- xerūt. Itaqꝫ, qa iā pauloante, operāte dño, sermones cōpegi pro religiosis p annū de tēpore, E
propositū est nūc simili forma cōponere sermones de sanctis, per annum pro religiosis. Ad laudē & gloriā sancti sanctoꝝ, dei incōparabilis, adorādi ac oñipotētis.

¶ IN FESTO S. ANDREAE APOSTOLI.

¶ Enarratio Epistolæ: Corde creditur ad iustitiam, ore autē confessio fit ad salutem. Romanoꝝ decimo.

IN hodiernæ festiuitatis Epistola agitur sermo de fidei efficatia & effectu, vi delicet de eius virtute ac merito atqꝫ de Euāgelicæ legis pdicatione. Idcirco in festo beati Andreæ merito ista cātatur epistola, qm̄ ipse in seipso fide fuit plenissimus, plurimosq́ꝫ suis miraculis ac doctrinis ad fidē cōuertit. Itaqꝫ ait
Roma.10 apostolus Paulus: ⌊Corde creditur ad iustitiam⌋ .i. actualiter p intellectū „
credēdo ea quæ Christianæ sunt fidei tēdit ac proficit homo ad iustificatiōis seu habitualis iustitię adeptionē vel incremētum. Credēdo nāqꝫ meretur homo peccati re- missionē, gratiæ infusionē siue augmētū, atqꝫ iustitiæ exercitationē. Fides quippe informis disponit ad hæc. Fides vero formata .i. charitate ornata, auget & pficit ista. Per fidē eñ, se-
Ephe.3. cundū apostolū, habitat Chrs in cordibus nostris. Et huius coapostolus Petrus: Fide, inqt,
Actoꝝ.15 purificās deus corda eoꝝ. Salomon etiam p misericordiā & fidē ait purgari pctā. ⌊Ore aūt „
Proue.15 cōfessio fit ad salutē⌋ .i. oretenus cōfitēdo ea quæ fidei sunt, meretur homo æternam salutē. „
Siquidē oris cōfessio est effectus fidei cordis, sicut vocalis oro actus est latrię, & eleemosyna- rum largitio, opus est misericordiæ. Meritū aūt cōsistit in actu virtutum, non in habitu solo.
Luc.12. Hinc in Euāgelio asserit Chrs: Qui me cōfessus fuerit corā hoīb9, cōfitebor & ego eū corā
i.Iohan.5 patre meo. Et prima Iohā. scriptū est: Hæc est victoria quæ vincit mūdū, fides nr̄a .i. cōfessio F
fidei. Nā subditur ibi: Quis est q vincit mundū, nisi q credit ꝙ Iesus est filius dei. Vnde ante verba huius Epistolæ præmisit aplus: Si cōfitearis in ore tuo dn̄m Iesum eē Christū, & ī cor-
Roma.10 de tuo credideris, ꝙ deus illū suscitauit à mortuis, saluus eris. Et istud cōsequēter probat apo
Esaiæ.28 stolus testimonio prophetali. ⌊Scriptū est eñ: Oīs q crediderit in eū⌋ puta in Chrm, qui „
Iohan.14 ait: Creditis ī deū & in me credite ⌊nō cōfundet⌋ .i. nō reprobabit à iudice summo, neqꝫ spe „
Mat.24. sua frustrabit, sed cōsequet salutē loquēdo de fide p dilectionē operāte & pseuerante vsqꝫ in
Luc.12. finē. Hinc dicit saluator: Qui me cōfessus fuerit corā hoīb9, cōfitebor & ego eū coram patre meo. ⌊Nō eñ est distictio Iudęi & Græci⌋ .i. inter Iudęos credētes & Gētiles fideles nil di „
Actoꝝ.10 stat, q̄tū ad adeptionē salutis, dūmō credāt mō ptacto. Nā & princeps aploꝝ fatet: In veri- tate cōperi, qm̄ nō est psonaꝝ acceptor de9, sed ī oñi gēte q timet deū & opat iustitiā acce- ptus ē illi. ⌊Nā idē (est) dñs oīm⌋ q rōne creatiōis & summæ dñatiōis vniuersoꝝ ē dñs de q̄ „
Hester.13 scriptū ē: Dñe rex oīpotēs in ditiōe tua cūcta sunt posita. Et alibi: Deus cęloꝝ creator aqꝝ.
Judith.9. ¶ Quærit, an deus sit dñs iniqꝝ. Videt ꝙ nō, qm̄ dñs & seruus correlatiue dicūtur, iniq autē
Luce.6 nō sunt serui dei, ergo nec ipse eoꝝ est dñs. Deniqꝫ Chrūs in euangelio loqtur: Quid vocatis
Malac.1. me dñe dñe & nō facitis q̄ dico? Cū ergo iniqui nō impleāt Chri pcepta, nō vere dñm eū ap-
Eccles.8. pellāt. Iteꝝ ait altissimus: Seruus timet dñm suum. Si ergo dñs ego sum, vbi est timor meus
Prouer.7. Iniqui aūt nō metuūt dñm, imò de eis asserit: Absqꝫ vllo timore filij hoīm ppetrant mala. Et
psal.13.52. alibi: Lætātur cū malefecerint. Atqꝫ in psalmo: Nō ē timor dei añ oculos eoꝝ nō ergo sunt serui

A seruidei.¶Postremo,iniqui sunt serui diaboli,q(Chr̄o testāte)est princeps huius mūdi,vtpo John.12
teiniquoꝝ,sed & Chr̄s affirmat:Oīs q facit pct̄m seruus ē pc̄ti.Nō ergo iniq sunt serui dei,p̄- Johā.8
sertim cū seruus à seruiēdo dicat̄,ipsi aūt nō seruiūt deo,potissimū infideles.Et rn̄dendū,ꝙ mul
tis modis aliqs dr̄ seruus dei,vcꝫ seruitute filialis timoris.V n̄ dicit saluator:Serue bone & fide- Matt.25
lis,itra in gaudiū dn̄i tui.Et hoc mō iniq nō sunt serui dei,sic'ꝙ intelligēdę sunt authoritates in-
ductę.Itē seruitute timoris pure seruilis,de q̊ dr̄,Seruus nō manet in domo ī æternū.Sūt aūt nō Johā.8
nulli iniqui q nec seruil'r timēt deū,& tn̄ aliq̊ mō sunt serui:qm̄ ptāti oīpotētis subiecti sunt,dū
ipse voluerit nec manū ei⁹ euadūt,& cōplet̄ in eis final'r dei volūtas scd̄m æqtatis,pcessum,sed Matt.25
nō cōpetit eis pfecta rō seruitutis.Hinc ī Euāg.dr̄ impio:Serue male & piger.Itē'ꝙ:serue neq̄. Ibidē.
« ⌊diues in oēs q inuocāt illū⌋.i.copiose illis succurrens q intimo cordis affectu eius pietatē pse Psal.144
uerāter iplorāt,iuxta illud psal.Prope ē dn̄s oīb.inuocātib.eū.Idcirco scriptū est:Si qs īdiget Iaco.1.
sapia,postulet à deo q dat oīb.affluēter,& nō īproperat,& dabit̄ ei.V n̄ in Eccō habet̄:Quis in Ecci.2
uocauit illū & despexit eū?Porrò deus diues ē,nō pecunia,sed oīpotētia,eius'ꝙ opulentia ē sua
pfectio īfinita,at vt diuin⁹ Diony.,ptestat̄:In deo ē oīm bonoꝝ & pulchroꝝ ac desiderabiliū
pfecta possessio,q̄ nō ē nisi ipsius simplicissimū esse in se,& p se oīfarie plenū,pfectū,supbeatiss.
« & imēsum,⌊Oīs em̄ qcūqꝫ inuocauerit nomē dn̄i⌋.i.dn̄m noīe designatū,⌊saluus erit⌋ mō in Johelis.2
spe p grām,postmodū in re p gloriā,si tn̄ pseuerāter & rōnabil'r inuocet dn̄m.Hęc aūt inuoca
« tio p̄supponit & exigit fidē,propter q̊d subdit̄.⌊Qūo ergo inuocabūt(hoīes deū seu Chr̄m)in Heb.11.
quē nō crediderūt?⌋ q̄si dicat,nequaq̄.Credere em̄ optet accedētē ad deū,qa ē,& inqrētib⁹ se
B remunerator sit.Sed obuiare videt̄ q̊d Chr̄s loqtur Samaritanę:Vos adoratis q̊d nescitis.Mo Johan.4
ses q̊ꝫ de īcredulis scripsit:Immolauerūt dęmoniis & nō deo,diis q̊s ignorabāt,imò & ī Hiere. Deute.32
cęteris'ꝙ ,pphetis freq̄nter dicūtur filii Israel īuocasse & coluisse deos q̊s ignorabāt,nō ergo in Hie.2.43
uocatio p̄exigit fidē siue notitiā,nā fides aliq̄lis notitia ē.Et rn̄dendū ꝙ Apl's loqtur hic de vera Esa.45
inuocatiōe,q̄ est actus virtutis.Adoratio aūt ī n illo Iohānis,Vos adoratis q̊d nescitis,large ac- Dani.3
cipit̄,pro q̄licūqꝫ cultu vnius dei,nō ,p vera adoratiōe,q̄ actus est latrię.V n̄ Chr̄s ibidē de vera Ezech.8.
& ,pprie sumpta adoratiōe subiūgit:Eos q adorāt,in spū & veritate adorare optet.Infideles āt Johan.4
atqꝫ idololatrę deos q̊s nesciūt inuocasse dicūtur,qm̄ ii q̊s deos putauerūt,nō sunt dii,falsum āt Ibidē.
« nō scit̄,cū scia iit veroꝝ,⌊aut qūo credēt ei(.s.deo)quē nō audierūt⌋.i.de q̊ nihil dictū est eis. Ro.10.
Fides em̄ ē ex auditu,qa & teste philosopho,auditus ē sensus disciplinæ.i.informatiōis ab alio.
Cū ergo fides nō habeat̄,nisi p reuelationē seu instructionē alterius,oportet vt primo audiat̄,
vel p loquutionē angelicā intus solū aut etiā foris exhibitā,vel p loquutionē hūanā.Sed iis obii
cipt̄,qm̄ fides à solo deo est p creationē seu infusionē,nō igit̄ ex auditu.Et rn̄dēdū ꝙ fides ,put
est virtus theologica,q̄tū ad habitū siue essentiā suā à deo p creationē accipit̄,p̄dicatio tn̄ dispo
nit ad fidē,nec cōiter pducti sunt adulti ad fidē nisi mediāte p̄dicatiōe seu informatiōe hūana p
« modū dispositiōis pręuiæ cōcurrēte.Hinc subdit̄,⌊qūo āt audiēt sine prędicāte⌋.i.forinsecus
nūtiāte.Loqtur nāqꝫ apl's de exteriori auditu p hoīem,qa cōnaturale ē hoībus sic doceri,sic'ꝙ
cōiter ad fidē deducti sunt.Nihilomin⁹ vt diuinus Diony.protestat̄,qdā gētiles ex gr̄a speciali
« solo angeloꝝ obseqo & doctrīa ad fidē cōuersi sunt,⌊qūo vero prędicabūt⌋.i.q̄ authoritate,
aut efficacia p̄dicatiōis officiū assumēt aut exequētur ii p q̊s cōuertēdi sunt alii,⌊nisi mittātur⌋ Heb.5
C à deo q det eis authoritatē,os,sapiam,miraculoꝝ'ꝙ grām.Nō em̄ quisqꝫ sibi debet honorē as-
sumere aut ,ppria authoritate publice p̄dicare,ni sit cōfusio in eccl'ia dei,idcirco optet vt à deo
seu ei⁹ vices gerēte p̄dicator verbi dei mittat̄.V n̄ p Hieremiā & Ezech.loqtur deus de pseudo Hiere.23
« ,pphetis:Ipsi currebāt & ego nō misi eos⌊sicut scriptū ē⌋apud Esa.de p̄dicatorib.desup missis Ezech.13.
⌊Quā spe.pe.euāgelizātiū pacē,euāgel'.bona⌋.i.valde decori & virtuosi sunt gressus,actus& Esa.52
affectus apl'oꝝ & apl'icoꝝ viroꝝ p̄dicātiū recōciliationē gn̄is hūani cū deo factā p Chr̄m,iux-
ta illud,Recōciliati sumus deo p mortē filii eius.Prędicātiū etiā bona gl'iæ,in cœlis p̄parata ele- Ro.5
« ctis,q̄ nec oculus vidit nec auris audiuit,⌊sed nō oēs obediūt euāgelio⌋.i.euāgelicę p̄dicatiōi Esa.64
ml'ti nō credūt,nec p̄ceptis eius cūcti obediūt,sed soli electi.V n̄ & legit̄:Crediderūt q̊tq̊t p̄or 1.Cor.2
« dinati erāt in vitā ęternā.⌊Esaias em̄ dicit:Dn̄e,qs credidit auditui nr̄o?⌋.i.mysteriis Chr̄i,q̄ Act.13
ego,alii'ꝙ ,pphetę à spū spc̄tō audiuimus & aliis audiēda proponimus?Tanq̄ dicat,pauci cre- Esa.53
dēt,q̊d tn̄ ad lr̄am p̄dictū est de ppl'o Iudęoꝝ,q̊ꝝ pauci cōparatiōe alioꝝ crediderūt in Chr̄m
Hinc dicit Iohā.Cū tāta signa fecisset Iesus corā eis,nō crediderūt in eū vt sermo Esaię cōplere
« tur quē dixit:Dn̄e,qs credidit auditui nr̄o.⌊Ergo fides ē ex auditu⌋.i.ex auditiōe eius q infor Johan.12
mat ad fidē & p̄dicat eā quē optet audiri,ex auditiōe q̊ꝫ eius q fide īstruit̄ quē optet p̄dicantē au
« dire,⌊auditus aūt⌋ iste q ad fidē exigit̄,est ⌊p verbū Chr̄i⌋.i.cōplet̄ & fit p verbum dei q̊d ve
nit ad corpis aures & mouet auditū & aperit ac instruit aures mentis.Nisi em̄ ,pponeret̄ verbū
« dei nō eēt auditio fidē dispositiue inducēs,⌊sed dico(.i.q̄ro)Nunqd nō audierūt⌋p̄dicationē
« euāgelii ii q credere renuerūt.Et ,pbat ꝙ imò audierūt authoritate Psalm̄.⌊Et qdē in oēm ter- Psal.18
« rā⌋ Iudęæ vel in prīcipales plagas terrę ⌊exiuit so.eoꝝ⌋.i.vocalis p̄dicatio apl'oꝝ qbus Chr̄s Acto.1.
« p̄dixit:Eritis mihi test es in oī Iudęa & Sama.& Gali.& vsqꝫ vltimū terrę,⌊& in fi.orb.terræ⌋

exierit, [verba eorum] qa vbiq; pdicauerit apli p seipos & suos discipulos, vt Petr⁹ ī Italia, Andreas ī Achaia, Iohā. in Asia, Bartholo. ī Armenia, &c. Vñ p Esaiā dñs dixit: Mittā ex eis q saluati fuerit ad gētes ī mare, in Africā & Lidiā, in Italiā & Grçciā, ad Insulas lōge & annūtiabūt gloriā meā gētibus. Rursusq; pdictū ē: Viderūt oēs termini terrç salutare dei nostri. D

Esaię. 66 Esaiæ. 12

¶Sermo primus circa Epistolā: De certitudine Christianæ fidei, de triplici cōfessione, deq; promptitudine diuinæ miæ, & S. Andreæ præconio.

DEus diues in oēs q inuocāt eū. Rom. 10. In pñti epla salubriter edocemur ad mlta. Primo, vt corde firmiter credamus ī deū, & vniuersa q ad Chrianā ptinēt fidē verissima eē inuiolabilr sentiamus. Ex q em totū qd sumus, possumus & habemus à deo accepim⁹, ipe reqrit à nobis, vt oīa ista ei subijciam⁹, & ipm p hęc oīa veneremur, ita vt corde, ore & ope eū colam⁹. Vult ergo deus ī primis vt ītellectū nrm ei subdamus ppter eius authoritatē, credēdo q nostrā rōnē & capacitatē oīo excedūt, vt q deus ē vnus & trinus, q Chrs ē deus & hō, &c. Ideo dicit apls: In captiuitatē redigim⁹ oēm ītellectū in obsequū Chri. Istud fit ī nobis p fidē, p quā intellectū nrm authoritati sacrę scrip. subijcim⁹, determinatiōi qq; ecclię credēdo oīa eē vera q sacra scrip. vera eē testat, credēdo etiā vniuersalē ecclīam īfallibilr gubernari à spū scto, ita q ī his q sunt fidei, & de necessitate salutis errare nō possit. Et hęc oīa credimus ppter attestationē summę & īcreatę veritatis, vz dei q multipliciter cōtestatus ē, & oñdit fidē chrianā eē ab ipo datā & cōfirmatā. Nā fides ē theologica virt⁹, primę & ęternę veritati innitēs, ita q q īpossibile ē summā veritatē eē mēdacē, falsitatisq; testē, tā īpossibile ē fidē chrianā nō eē verā. Idcirco apls ait: Licet nos aut angelus de cęlo euāgelizet vobis, &c. Sēp ergo ī fide certissimi simus atq; firmissimi. Nā & fides oīm virtutū ē fundamētū, plurimū valēs ad superāda vniuersa dęmonū tētamēta. Scdo docemur in ista epla, vt deū etiā ore honorem⁹ ea q fidei sunt publice cōfitēdo, etiā si op⁹ sit corā aduersarijs fidei, & p fidei veritate ad moriēdū sim⁹ parati. ¶Deniq; ī diuinis scrip. fit mētio de triplici cōfessiōe. Prima ē laudis diuiæ seu dei laudatio, estq; cōfessio ista act⁹ latrię, de q loqtur Chrs: Cōfiteor tibi pr dñe, &c. Scda ē cōfessio pprię culpæ. i. accusatio sui ipius, q est pęniæ actus, de qua ait ppheta: Dixi cōfitebor aduersum me iiustitiā meā dño. Tertia ē cōfessio credēdorum. i. ptestatio veritatis eorum q cadūt sub fide, q cōfessio actus ē fidei, de q in ista epla sermo ē. ¶Hac triplici cōfessiōe deū qtidie venerari debem⁹, dei bonitatē, miam, iustitiā, sapiētiā, oīpotētiā, imēsam felicitatē, totis laudādo & extollēdo pcordijs, ei⁹ qq; bñficia recognoscēdo & cōmēdādo, atq; futura ipius magnificādo promissa, & insup deū in suis iudicijs atq; opibus extollēdo & dicēdo: Magna & mirabilia sunt opa tua dñe, &c. Hinc dictū est: Bñdicite deū cęli & corā oībus viuētib⁹, cōfitemini ei qa fecit vobiscū miam suā. Hinc deuotiss. Dauid rex ait: Bñdicā dñm ī omi tpe, &c. Iteq;: Cōfitebor tibi dñe ī toto corde meo. Scdo deū honorare debem⁹ cōfessiōe pprię culpę nos ipos ī oib⁹ hūiliter accusando. Prio ī sacramētali cōfessiōe q fit sacerdoti iurisdictiōez sup cōfitētē hñti q cōfessio debz eē dolorosa, plana, bñ pmeditata ac ītegra, vt nihil oīno celet, & ex īterna cōtritiōe, vl saltē attritiōe cōfessio illa pcedat. Scdo ī foro exteriori, qñ à supioribus nris iuste & charitatiue corripimur, aut certe à pximis īcrepamur, tūc ei neqq ipatiētes aut īdignātes reddamur, sz nos ipos hūiliter fateamur culpabiles, atq; ad emēdationē nos exponamus. Si tñ alicui culpa obijciat, de q sibi cōscius nō ē, pōt se humilr excusare, ne alij scādalizētur in ipo. Hinc ī prouer. scriptū ē: Viro q corripiētē dura ceruice cōtēnit, &c. Et alibi dr: Quā bonū ē correptū manifestare pœniam, sic ei effugiet pctm. Tertio ī nro secreto seorsum, ita vt vnusqsq; qtidie ppriā vitā examiet cōsciam purget, atq; de suis pctis intēte se corā deo accuset ac veniā depcet, sicq; omi die sit custoditior corde ac timoratior, ne creatorē suū offendat. Hic dñs iubet: Custodi temetipm & aīam tuā solicite. Tertio ex hodierna docemur epla, q iustus & pius sit deus q sine psonarum acceptiōe nullū ad se cōfugiētē, cōtēnit, imò oībus pnus ē misereri, ideo nemo desperet. Hic scriptū ē: Nō est apud dñm deū nrm iniqtas, &c. Hāc dei iustitiā p modulo nro imitari debemus, vt nulli qtūcūq; propinq cōtra iustitiā faueamus aut assistamus, nec male agētibus cōsentiamus aut adulemur, sed zelo iustitię cū vera discretiōe simus feruētes. Nā vt fert in psal. Dñs diligit iustos. Et alibi dr: Pro iustitia agonizare, & vsq; ad mortē certa p iustitia & deus expugnabit p te. ¶Porro, vera reqrit iustitia, vt hō ī primis cōtra ppria īsurgat pctā, & in seipo rōnabilr p opa pęnialia vindicet eā. Pręterea, qlibet Chrianus debet pietatis viscerib⁹ eē repletus, omiq; indigēti pro posse succurrere, opa miæ tam corpalia q spūalia exercēdo. Perfectio etem creaturæ ē creatori altissimo proportionabilr assimilari. Propter qd ait saluator: Estote pfecti, sicut & pr vr cęlestis pfectus ē. Cū ergo deo sit ppriū misereri semp & pcere, cōstat q alijs miserēdo, pcēdo, subueniēdo pfectiōi appropinqmus, deoq; similes ac dilecti efficiamur, cū similitudo sit cā amoris. Vñ in epla ista dicit apls, q deus ē diues ī oēs q inuocāt eū. Diligit eī ea q cōdidit, & suę bonitatis ac liberalitatis nullus ē finis. Ideo certū ē, q paratissimus sit grarum charismata īpartiri, imò vt cātat ecclīa ipse abūdātia pietatis suæ, supplicū

Margin notes: 2. Cor. 10 — Galat. 1 — Matt. 10. — Psal. 31 — Apoca. 15 — Tobiæ. 12 — Psalm. 33. — Prouer. 29 — Eccle. 20. — Deuter. 4 — 2. Par. 19. — Psal. 145. — Eccle. 4 — Matth. 5 — E — F

A plicū, pces excedit & vota, nec solū diues & pius ē in eos q inuocāt eū, sed & frequenter iniqs & auersos misericorditer puenit & reducit, inuocātesq́ facit. Semp igit diuinæ pietati grās referamus. ¶Quarto in eplā hac docemur, q̄ salubre sit inuocare oīpotentē, nā dr: Oīs q inuocauerit nomē dñi, saluus erit. Idcirco ab orōnibus nō cessemus, cū dicat saluator: Oportet sp orare & nō deficere. Cuilibet ergo Chriano eē debet orādi cōsuetudo & in exteriorib⁹ occupatiōibus cor ad deū freqnter leuādū est ac breuib⁹ saltē orōnibus insistēdū. Veruntñ nō labijs tm̄, sed cū ingēti cordis attētione orare optet, nec suis reuerētijs deū affari debem⁹, q̄uis em̄ deus pijssi. exaudire & copiose dare paratus sit, non tñ vult nimia exaudiēdi facilitate dona sua nobis vilescere, sed intētū ac pseuerātē exigit oratorē, propterea sctīss. Moses ait: Cū q̄sieris dñm deū tuū, inuenies eū, si tñ toto corde q̄sieris & tota tribulatiōe aīæ tuę. Deniq; in oībus ptactis virtutib⁹ ac virtuosis opibus beatiſ. Andreas apl's excellēter resplēduit. Fuit nāq; in fide fortissimus, hñs fidē cū rōnibus credēdoꝝ & purificatę intelligētia mētis. Nec solū in seipso fide erat plenissimus, sed innūerabiles q̄; cōuertit ad fidē, nā totā Achaiā, q̄ est regio magna & pars Greciæ, impleuit ecclesijs. Insup corā Egea pcōsule cōstātissime cōfessus ē Chrm, nec timuit minas eius imò cū gaudio obtulit se ad moriēdū p fide. Erat etiā iust⁹ valde, qa p innocētiū defensiōe obiecit se mediū, neq; alicui in derogationē pepcit iustitię, nā cū Egeas procōsul cōpellere conaret Chrianos ad sacrificia idoloꝝ, occurrit ei Andreas & dixit: Optebat vt tu q hoīm iudex es, iudicē tuū q in cęlis ē cognosceres. Legit q̄; ī miraculis S. Andreę q iuuenis qdā Chrian⁹ & pulcher secretius dixit S. Andreę, q̄ mr fēīa sibi valde propinq̄ tētauerit eū trahere secū ad carnalē cōmixtionē, & qm̄ iuuenis recusauit incęstū, illa iudicē adijt & eū mēdaciter accusauit q voluerit eā

B opprimere. Tūc btūs And. cū iuuene ad iudicis accessit tribunal, mulieriq́; dixit: O crudelissima fœiaꝝ q p libidinē tuā vis hūc iuuenē innocētē tibi propinqssimū trucidare. tūc mr iudici ait, Dñe huic mago adhęsit fili⁹ me⁹ postq̄ tm̄ crimē facere voluit. Irat⁹ iudex iussit iuuenē in sacco pice ac bitumine linito ligari atq; in flumē iactari, S. q̄; Andreā in carcere detineri donec excogitaret suppliciū q̄ piret, sed orāte btō And. tonitruū terribile exiēs cūctos pterruit & terręmotus magnus oēs prostrauit. Tūc mr illa à fulmīe ē pcussa, occisa & corruit arefacta. Orātibus āt cęteris q astabāt aplm, ne perirēt, orauit pro eis & terręmotus ac tonitrua cessauerūt, qbus visis iudex ille cū tota sua familia ad fidē cōuersus ē. Postremo gliosus And. apl's misericordiss. fuit, & valde cōpassiuus pctōribus. Cū em̄ qdā senex noīe Nicolaus dixisset sctō And. Dñe ecce. 70 anni vitę meę sunt in qbus sp luxuriæ deseruiui, & nūc vsq; à cōcupiscētia victus sum, sed tu pie pr ora pro me, btūs And. cœpit mox flere, & à tertia hora vsq; ad nonā orauit, surgēsq́; ab orōne noluit mādūcare, sed dixit: Nō comedā donec sciā an deus miserebit huius senis, cūq; S. Andreas diebus qnq; ieiunasset, venit ad eū vox dicēs: Obtines Andrea pro sene, sed sicut tu te ieiunijs marcerasti, sic & ipse se affligat ieiunijs, vt saluet. Tūc senex ille sex mēsib. in pane & aq̄ ieiunauit & postmodū plenus bonis opib. qeuit in pace, venit ergo vox ad S. And. dicens: Per orōnē tuā Nicolaū quē pdiderā acqsiui. Itaq; in pdictis virtutib. & sctis opibus seqmur felicē And. aplm, q̄tenus post huius breuis vitę curriculū ad æternę beatitudinis gaudia perducamur.

¶Enarratio Euāg. Ambulans Iesus iuxta mare, vidit duos fra. Mat. 4. Mar. 1.

C Hodierno in Euang. describit vocatio beati And. aplī ad aplātū Chri, idcirco Euang, istud hodie legitur. Itaq; Matth. asserit. ⌊Ambulans Ie. iuxta mare Gelilęæ,⌋ q̄d alio noīe in Euang. appellat stagnū Genezareth, eratq́ lacus magnus, secūdū Hieron. sed dicit mare iuxta cōsuetudinē idiomatis Hebręoꝝ, q q̄libet magnā cōgregationē aqꝝ noīant mare, qm̄ Gen. 1. habet: Cōgregatiōes aqꝝ appellauit deus maria, ⌊vidit duos fratres,⌋ (vz) Symonē, q vocat (alio noīe) Petrus ⌋. i. firmus, & etiā Cęphas, q̄d interptat caput seu principalis, q̄ noīa Chrūs sibi imposuit, ⌊& Andreā fratrem eius, mittentes rete (suū) in mare⌋ pfatū, vt caperent pisces. ⌊Erant em̄ piscatores⌋ q̄d futuro eoꝝ officio congruebat, nā piscatores hominū erant futuri, ⌊& ait illis: Venite post me,⌋ nō solū corpis gressu, sed etiā imitatiōe virtū & pfectiōis intuitu exteriora oīa relinqndo & vosipsos abnegādo vt euangelicę perfectiōis apicē apphēdatis, ⌊& faciā vos fieri⌋. i. p grām aplatus efficiā vos ⌊piscatores hominū⌋. i. collectores diuersoꝝ hominū infra vnā ecclīam p extēsionē doctrinę vrē sup eos queādmodū pisces diuersi colligunt p rete infra vnā nauiculā. Per rete ergo significat verbū pdicatiōis q̄ hoīes de vitioꝝ profundo & fluctibus seu inqetudinib. huius seculi extrahuntur atq; in portu & pace cōstituunt ecclię. Nam p mare significat mūdus pturbatiōibus ac vitioꝝ profluuijs plenus, p piscatorem pdicator verbi cęlestis, p piscationē conuersio pctōꝝ, iuxta hanc silitudinem p Hiere. loqtur deus: Ecce ego mittā piscatores multos & piscabunt eos. ⌊At illi cōtinuo relictis retib.⌋ & cæteris q̄ habebant, secundū q alibi loqtur beatiss. Petrus ad Chrm: Ecce nos reliqmus oīa, ⌊sequuti sunt eū⌋ mente & corpore. Deniq; triplex fuit aploꝝ istoꝝ vocatio. Vna ad simplicē eius notitiā, quā vocationē describit Iohan. prout in sermōe plenius referet. Secūda fuit ad q̄dā Chri familiaritatē. Tertia fuit ad aplatū, q̄ psenti describit loco ⌊Et pcedēs inde⌋. i. Iesus paꝝ pcedēs p littus maris pdicti, ⌊vidit alios duos fra. Iacobū Ze(. filiū) & Ioh. (Euā.) fra. ei⁹ ī naui

Deute. 4
Marci. 1.
Lucæ. 5.
Hiere. 16.
Matt. 19
Iohā. 1.

cū Zebedæo pr̄e eoꝝ, reficiēt es ⌋. i. reparātes & meliorātes, ⌊ retia sua ⌋ nā paupes erāt, ⌊ & vocauit eos ⌋ ad grām apostolat⁹, & forte ꝑ eadē verba aut cōsilia, ꝑ q̄ Petrū & Andreā voca- D
uit, dicēdo: Venite post me, &c. Illi āt stati relictis retibus & pr̄e (suo) secuti sunt eū ⌋ corpis »
gressu & mētis affectu. Nec hoc fuit indiscretionis, ꝙ isti apostoli tam cito Christum secuti sunt, vt infidelis Porphirius arguit. Christus em̄ deus & homo q̄s foris humanitatis suæ verbo vocauit, intus ꝑ deitatis suæ gratiam illos traxit, idcirco in ista tā celeri sequela datur nobis exēplum obediētiæ, promptæ ac documētū relinquēdi vana terrena carnalia.

¶ Sermo II. De laudibus S. Andreæ, & q̄uo multos cruci affixus ad cultū veri dei cōuerterit.

BEatus quē elegisti & assumpsisti dn̄e, psal. 64. Sicut dn̄s nr̄ Iesus Chr̄s filius dei venit in mūdū istū & vixit ī eo om̄i hūilitate & pauptate, sic & paupes elegit in apl̄os. Tales nāq; à deo specialr̄, freq̄ntius q̄ vocant ad viā salutis. Propter q̄d Paulus ait apl̄s:
1. Corint. 1 Videte vocationē vestrā fr̄es qa nō multi sapiētes scd̄m carnē, nō multi potētes, nō multi nobiles sunt inter vos, sed q̄ stulta sunt, mūdi elegit de⁹, vt cōfundat sapiētes ī oculis suis, & infirma & ignobilia mūdi elegit de⁹, vt cōfundat fortia. Vn̄ ergo ianiter gloriant, atq; supbiūt sapiētes & potētes ac nobiles seculi huius, cū sępius relinquant à deo & imbecilles ac paupes eligāt? Inter hos paupes electissimos dei fuit gloriosus Andreas apl̄us, q m̄ltipliciter cōmēdabilis, honorabilis q̄ cōsistit. Prio, q̄m à pueritia deo syncere seruiuit, & in innocētia sua māsit deuot⁹. Nā añq̄ vocabat à Chr̄o fuit discipul⁹ Iohā. Bap. imò & añ hoc ī lege Mosi
Iohan. 1 vixit virtuose, & sine q̄rela. Vn̄ ait Iohā. Respiciēs Iohānes Iesum ambulātē, ait: Ecce agnus
Ibidē. dei. Et audierī duo ex dis. Iohā. Bap. ip̄m Iohānē hęc verba loq̄ntē, & secuti sunt Iesum, q̄ꝝ
Ibidē. vnus fuit Andreas, māserūt q̄ apd̄ Iesum die illo. Altera die iuenit And. frēm suū Petrū, & ait eidē: Inuenimus Messiā. i. Chr̄m, & adduxit eū ad Iesum. Ecce in his apparēt diligētia, charitas q̄ Andree, q̄m cū audisset à mḡro suo Iohā. Bap. ꝙ Iesus eēt Messias, statim prexit ad eū, E
Eccle. 6. nec cōtētus ē Chr̄m videre, sed voluit etiā ei⁹ sapiam expiri & edoceri ab eo, ideo māsit apd̄ eū die illo, sic q̄ ipleuit, q̄d in Eccō habet: Cū videris sensatū, &c. Cū q̄ Chr̄m nouisset statim de salute fratris sui Petri solicitus eū q̄siuit, atq; ad Chr̄m duxit, iplēs illud Petri: Vnus-
1. Petri. 4 q̄sq; sicut accepit grām in alterutrū illā administrātes. Sic q̄q; q̄libet chr̄ianus proximū suū debet pro posse salubriter informare, sp̄ualiter q̄ ad Chr̄m ꝑducere. Scd̄o B. Andreas laudat à sapia sua. Nā & anteq̄ à Chr̄o vocatus ē magnę fuit discretiōis. Vn̄ in itinerario scti Clemētis beatiss. Petrus refert se à fratre suo btō Andrea īterdū fuisse valde prudēter instructū. Post susceptionē vero sp̄us scti in die pētecostes fuit Andreas lumine sapiæ mirabilr̄ decoratus.
Actor. 2. Nā cū Egeas ꝓcōsul dixisset ad eū. Tu es Andreas q supstitiosam p̄dicas sectā quā Ro. principes exterminari iusserūt, r̄ndit: Ro. principes nōdū cognouerī, q̄uo filius dei veniēs, docuerit idola eē dęmonia. Deinde ꝓbauit procōsuli magnū eē mysteriū crucis. Primo, q̄m prim⁹
Gene. 3 hō mortē intulit toti gn̄i humano ꝑ lignum de eius fructu cōtra dei præceptū edēdo, ideo cō-
1. Cor. 15. gruū fuit, vt Chr̄s mortē illā repelleret ꝑ lignū in ea patiēdo. Scd̄o, q̄m Adā inobediēter manus suas ad ꝓhibitū cibū extēdit, cōgruū fuit vt Chr̄s īmaculatas manus ī cruce extēdēdo, satisfaceret & saluaret. Tertio, qa ad hoc ꝙ Chr̄s suā nobis cōicaret īmortalitatē, cōgruū fuit vt mortalitatē assumeret nostrā. Cū q̄ ꝓcōsul S. Andreę p̄ciperet idolis sacrificare, sapiētissime, subtilr̄ q̄ r̄ndit: Oīpotēti deo agnū īmaculatū q̄tidie offero, q cū à tota fuerit plebe comestus, viu⁹ & īteger pseuerat. Hoc āt dixit de sacramēto altaris, in q̄ Chr̄s veraciter cōtinet F
& deo pr̄i offert, nec à cōicātibus lędit neq; cōsumit. Tertio cōmēdat B. Andreas à cōstātia & fortitudine ī aduersis, qa ꝓ deo & fidei veritate ad mortē paratiss. fuit, imò cū inęstimabili mētis feruore anhelabat ad salutare martyriū. Cū em̄ ꝓcōsul ei crucis supplicium minaret, r̄ndit: Si crucis suppliciū formidarē gloriā crucis nō p̄dicarē. Iteꝝ dixit ꝓcōsuli: Quicq̄d tibi videt ī supplicijs mai⁹ excogita. Tāto nāq; regi meo ero acceptior, q̄to ꝓ ip̄o duriora ptulero, & q̄to ī pęnis cōstātior fuero. Tūc ꝓcōsul fecit B. Andreā à viginti hoībus verberari q̄d ip̄e patiētissime sustinebat. ¶ Insup cū ducerēt ad crucē visa cruce nō vt cōsuetudo ē hoīꝫ horrore ꝑcussus, sꝫ gaudio pfusus īgēti, atq; ī affectuosiss. ac deuotiss. verba ꝓrupit, dicēdo: Salue crux q̄ ī corpe Chr̄i dedicata es, & ex mēbris ei⁹ tanq̄ margaritis ornata, añq̄ te ascēderet dn̄s timorē terrenū habuisti, nūc vero cęlestē habes lętitiā, & cū desiderio susciperis, securus ergo & gaudēs venio ad te, ita vt tu exultās suscipias me, discipulū ei⁹ q pepēdit in te, qa amator tu⁹ sp̄ fui & desideraui amplecti te. O bona crux q̄ pulchritudinē & decorē de mēbris dn̄i suscepisti, diu desiderata, solicite amata, sine ītermissiōe q̄sita, & tādē nūc cōcupiscēti aīo p̄parata accipe me ab hoīb⁹ & redde me mḡro meo, vt ꝑ te me recipiat, q ꝑ te me redemit. Ecce q̄ta
Bernard. cōstātia ī aduersis, q̄ta fortitudo aī cōtra ꝑicula mortis. Hinc ī ser. de S. Andrea btūs ait Ber. Andreas hō sīlis nobis tā vehemēti mētis ardore crucē optauit, tā iaudito seculis gaudio tripudiabat cū paratū sibi eminus patibulū cōspexisset. O crux, inq̄t, diu desiderata gaudēs venio ad te, vt tu exultās, &c. Videtis, qa nō se capit p̄ magnitudine gaudij, ita inquit vt & tu exultās. Ergo ne tāta ē exultatio crucis, vt exultet & ip̄a crux, nec metus q̄cq̄ habeat, sed to-

A tulætitię sit. Aut qd magis contra cõsuetudinẽ supra rõnẽ vltra naturã crucifixũ exultare an crucẽ. Hinc iterũ ait S. Ber. Audist is certe cũ puenisset btũs Andreas ad locũ vbi crux parata erat, qũo cõfortatus sit ĩ dño, & p spm̃ sctm̃ quẽ simul cũ cęteris aplis in linguis igneis accepe rat verba vere ignea loqbat. Vidẽs ergo paratã eminus crucẽ, nequaq̃, vt exigere videt mor talis ĩfirmitas facies eius expalluit, nequaq̃ sanguis eius gelatus ẽ, nõ stetert capilli aut vox fau cibus hęsit, nõ cõtremuit corpus, nõ mẽs eius turbata ẽ, nõ recessit vt assolet ĩtellectus, sed ex abũdãtia cordis, &c. Quid em̃ B. Andreas cũ sibi paratã, vt dixi crucẽ emin' cerneret, loqba tur: O crux, inqt, diu desiderata, & cętera verba pmemorata. Obsecro frẽs, hõ est q loqt hæc an nõ ẽ hõ sed angelus aut noua aliq̃ creatura. Plane hõ erat filis nobis passibilis. Vñ ergo ĩ eo noua hęc exultatio, vñ ĩ eo tãta cõstãtia, tã spũalis mẽs, tã feruẽs charitas, aĩus tã robust'. Nõ vtiq; nisi à spũ sctõ. Quarto laudat S. Andreas à suo glorioso martyrio. Nã manibus & pedi bus cruci alligatus ẽ, in q̃ p duos dies viuẽs viginti milibus hoĩm astãtiũ, pdicauit. Cũq; turba illa minaret procõsuli mortẽ, dicẽs virũ sctm̃, mãsuetũ & piũ, talia pati nõ debere, venit Ege as pcõsul, vt eũ de cruce deponeret. Cui B. Andreas dixit: Quid tu ad nos venisti Egea, si p pœnia & venia, ipam cõseqris, si aũt vt me de cruce deponas, scias q de ea viuus nõ descẽdã. Et cũ vellẽt eũ dissoluere, nõ poterãt ad eũ ptingere, qa eorũ brachia mox stupida reddebã tur. Tũc copiosiss. splẽdor de cęlo descẽdẽs, sic p mediã horã eũ circũdedit, q nullus eũ vide re valebat, abscedẽteq; lumine, simul cũ lumine spm̃ tradidit & regnũ cęleste introijt glorio

Anselm⁹. Væ eis qui eius pręsentiã nõ attendũt, nec eius conspectũ verent. ¶ Postremo, Anselmus archiepus tria refert pulchra exempla p quæ deus oñdat festũ cõceptiõis virginis benedictæ esse solẽniter celebrandũ. Primũ est, q dũ Gulielmus dux Normãnorum vir timoratus sibi Angliam subiugasset, & statum ecclesiæ reformasset, in ea pcepit, q Daci se cõtra eũ pararẽt ad bellũ. Misit igit quendã deuotum abbatẽ in Daciã ad inquirẽdum de hoc veritatẽ. Cumq; abbas ille rediret p mare orta est tam vehemẽs tempestas in mari, q ipe ac cæteri desperauerunt se posse mortẽ euadere. Cumq́ deo suas aïas commẽdarẽt, gloriosamq́ virginẽ deuotissimè inuocarẽt apparuit eis vir venerandus habitu põtificali indutus sup mare ad eos accedẽs qui naui propinquus vocauit abbatẽ. Vis (inquiẽs) periculũ istud euadere? Qui cum lachrymose respondisset se hoc totis affectare præcordiis. ille dixit, scias me à dei genitrice directum & si dictis meis obtemperare volueris periculũ istud euades, promisitq; abbas, q obtẽperaret, tunc ille præcepit diem cõceptiõis virginis gloriosæ solẽniter celebrabis & celebrandũ prædicabis. Cumq́ inquireret abbas quo die hoc ageret, & quo cantu seu officio vteret ecclesia, vir ille r̃ndit, sexto idus decẽbris festũ hoc celebrabis & om̃e officiũ quod dr̃ in eius natiuitate dicet in eius conceptione noïe natiuitatis in nomẽ cõceptiõis mutato. His dictis ille disparuit, moxq; tẽpestas cessauit & abbas cum cæteris sanus euadens, quod promisit, impleuit, oïbus qbus potuit om̃ia ista notificans. Alia duo exempla in sermonibus circa Euangelium conscribendis recitabuntur. F

¶ Enarratio Euangelii: Liber generationis Iesu Christi, Matth. 1.

BEatus Euangelista Matthæus in Euãgelio hodierno docet Chr̃m dei filiũ esse veraciter incarnatũ & ex semine Dauid progenitũ, & qa ex virgine Maria immediate id factũ est, idcirco in eius solẽnitate legit euangeliũ istud, qñ aliud euangeliũ aptius non occurrit. Aut ergo Euãgelista: ⌊ Liber generationis Iesu Chri ⌋. i. liber hic Euãgelicus à Matthæo descriptus à Chr̃i generatione intitulat. Cõsueuerũt nãq; Hebræi libros à se æditos denominare ab eo de quo in principio libri tractat. Quẽadmodũ primus Mosi liber dicitur Genesis, qa de mundi creatõe sumit initiũ. Itaq; iste ẽ liber gñationis Iesu Chr̃i. i. humanã ac tpalem eius generationẽ describẽs, de cuius deitate & diuina atq; æterna generatõe plenius scripsit Iohannes ⌊ filii Dauid, filii Abraham ⌋. i. q Chr̃us scd̃m suã humanitatẽ est filius Dauid

Lucæ. 2. regis & Abrahæ patriarchæ, qa ex eorum semine natus est nõ tamẽ immediate ex eis, sed ex virgine matre. Si quęrat, cur Euangelista Chr̃m nominauit specialr̃ filiũ horum duorum, respõdet Hie-

Hierony. ronymus, qa ad hos duos tantũ de Chr̃o facta est diuina promissio. Ad Dauid etẽ dictum est:

Psalm. 131 De fructu vẽtris tui ponã sup sedẽ tuã. Ad Abrahã vero: In semine tuo benedicent oẽs gẽtes.

Genes. 22 Sed obuiare videt, q hæc eadẽ promissio legit Isaac facta, & postea in eodẽ libro etiã filio eius

Gene. 26. Iacob. ¶ Præterea, Iacob patriarcha manifeste legit prędixisse filio suo Iudæ, q de eius se-

Gene. 28. Gene. 49 mine nasciturus fuerat Chr̃us. Non auferet (inquiẽs) sceptrum de Iuda. Arbitror ergo idcirco Chr̃m potissimè dictũ filiũ Dauid & Abrahę, qm̃ hi duo in multis præ cæteris eminẽtes fuerũt, & principales valdeq́ sancti. Nã Dauid eximius fuit propheta, & rex & Abrahã maximus patriar-

A triarcha. ⌊Abrahã genuit Isaac⌋ supernatural'r de principali & prima cõiuge sua Sara, q̃n no Gen. 21
nagenaria fuit, ita ꝙ tũc duplex habuit fœcũditatis impedimẽtũ. Siquidẽ natural'r sterilis fuit,
« & tũc rõne seniȷ fuit ad prolificationẽ inepta, sed virtute diuina fœcũda effecta est. ⌊Isaac autẽ Genes. 25
« genuit Iacob,⌋ q fuit vir simplex atq; agricola in tabernaculis habitans, q angelos sanctos fre Genes. 28
quenter vidit, interdum in visione nocturna, interdũ in plena vigilia, & ab angelo sancto no- Genes. 32
minatus est Israel, q̃ oĩa patent in Gene. Porrò q̃ p̃clarissimus propheta extiterit, q̃q; sanctissi- Genes. 35
« mũ vitæ habuerit finẽ, finis Geneseos satis probat. ⌊Iacob aũt genuit Iudã & fratres eius,⌋ Genes. 29
vndecim patriarchas. Et quãuis Iudas fuit quartus filius Iacob, nã ante eũ nati sunt Ruben, Sy-
meon, Leui. Hic tñ p̃ponitur & noĩatim exprimit', qa de eius semine prodiȷt Chrũs. Vnde &
deus in veteri test. in multis honorauit tribũ Iuda, quia & reges ex Iuda sunt orti, & cultus dei
magis permansit in regno Iudæ q̃ in regno tribuũ decẽ. Iudas q̊q; inter frẽs suos fuit fortiss. vt 1. Para. 5
« primo Paralipo. habetur, sed & q̃ prudens ac eloquens fuerit, patet in Genesi. ⌊Iudas aũt ge-
« nuit Phares & Zaram de Thamar⌋ nuru sua, cui cum Iudas dare nollet suũ filium in maritum, Genes. 38
vt suscitaret semen fratribus suis maritis, Thamar absq; prole defunctis, illa prolem habere de
siderans, mutato habitu sedit in via qua nouerat Iudam venturꝫ, qui æstimans esse scortũ, con
« cubuit cum ea atq; ad vnũ concubitum illa cõcepit geminos iam præfatos. ⌊Phares aũt genuit
« Esrom, Esrom aũt genuit Aram, Aram aũt genuit Aminadab, Aminadab ãt genuit Naason.⌋ Gene. 46
Hic Phares cum patre suo Iuda Aegyptum ingressus est, in qua genuit Esrom. Esrom quoq;
in Aegypto genuit Aram, & ille Aminadab, sed & Aminadab in Aegypto genuit Naason, q̊- 1. Paral. 2
B rum vterq; egressus est Aegyptum cum Mose. Dicunt quoq; Hebræi, ꝙ mari rubro diuiso & Exodi. 14
Mose illud ingresso, cũ cæteræ tribus eum sequi metuerent, Aminadab cum tribu Iuda, in qua
principalior erat, primo sequutus est Mosen, quo viso, aliæ tribus sequutæ sunt, atque per
hoc dicunt tribum Iuda promeruisse regnũ & principatum. Potius tamen tenendũ est, quòd
tribus hæc sine merito suo ad regnũ electa est & promota propter reuerentiã Christi, q de ea
« incarnari & nasci elegit. ⌊Naason aũt genuit Salmon.⌋ Iste Naason fuit princeps tribus Iudæ
« sororq́; eius Elizabeth fuit vxor Aaron sacerdotis. ⌊Salmon aũt genuit Booz de Raab.⌋ Sal- Num. 7
mon iste cũ Iosue terrã promissiõis intrauit. Raab aũt hæc est, q̃ nũtios Iosue suscepit, abscon- Iosu. 13. 14
dit & p fenestrã domus suæ dimisit. Idcirco cũ parẽtibus & propinquis suis ab occisiõe p̃serua Iosue. 2
ta est à filiȷs Israel, relicta q̊q; gẽtilitate cũ suis ad Iudaismũ cõuersa fuit, virtuoseq́; vixit. Vñ ob
« suas virtutes à Salmon viro nobili & Hebręo in cõiugẽ est assumpta. ⌊Booz aũt genuit Obeth
« ex Ruth.⌋ Ista est Ruth Moabitis, cuius historia in libro eius noĩe intitulato descripta est & qa Ruth. 4
ad Iudaismũ cõuersa fuit & virtuose se habuit, nõ fuit illicitũ eã à viro Iudæo sumi vxorẽ. Booz
quoq; fuit vir pius, iustus ac opulẽtus, qui cur Ruth pauperẽ sumpserit coniugẽ, patet in libro Ruth. 2
« Ruth. ⌊Obeth aũt genuit Iesse,⌋ qui (vt primo Regũ habet') in diebus Saul fuit vir grandæuus, 1. Reg. 17
« & inter filios Israel magnus, & fuit trinomius, nã dictus est Iesse & Isai & etiã Naaz. ⌊Iesse autẽ
« genuit Dauid regẽ,⌋ qui fuit minor inter octo filios Iesse, fuitq́; Dauid primus rex de tribu Iu- 1. Reg. 16
da. Porrò sapientia, sanctitas, fortitudo, prosperitas, excellentia beatissimi Dauid, primo & se- 1. Re. 18. 19
cundo Regũ libris describunt', imò & primo Paralip. multa inde adducuntur, prę sertim quàm 2. re. 5. 6. 8
« feruens fuerit in cultu diuino. ⌊Dauid aũt rex genuit Salomonẽ ex ea quæ fuit Vriæ⌋ id est ex 3. Reg. 1. 2
Bethsabee, quæ fuit vxor Vriæ Cethæi viri iusti. Accepit aũt eam Dauid in cõiugem anteq̃ ex 1. Pa. 15. 16
C ea genuit Salomonem. Porrò sapiẽtia & deuotio Salomonis, & qual'r postmodum per mulie- 2. Reg. 12
res deprauatum est cor eius, tertio Regũ scribunt'. Reliquit quoq; Salomon post se filium stul- 3. Re. 2. 10
« tum, de quo subditur, ⌊Salomon aũt genuit Roboam,⌋ propter cuius stultam responsionem 3. Regũ. 11.
« decem tribus recesserũt ab eius & posterorꝫ suorꝫ imperio, ⌊Roboam aũt genuit Abiã,⌋ qui 3. Regũ. 12
« magnã vnã victoriã habuit cõtra Hieroboam, decẽ tribuũ regẽ, vt secũdo Paralip. scribitur. 3. Reg. 15
⌊Abia aũt genuit Asa, Asa aũt genuit Iosaphat.⌋ Isti duo reges. s. Asa & Iosaphat gloriosi fue 2. Para. 13
« runt & inclyti, virtuosi & magni, qbus maximas victorias atq; diuitias deus cõcessit, prout secũ 3. Reg. 15
« do Paral. plene describit'. ⌊Iosaphat aũt genuit Ioram⌋ virũ prauissimũ, qui omnes fratres su- 2. Par. 14
« os occidit, nec increpationibus Heliæ correctus fuit, & morte miserrima periȷt. ⌊Ioram aũt ge 2. Para. 17
nuit Oziam.⌋ Quarto Regũ habetur, ꝙ Ioram genuit Ochoziam, Ochozias vero genuit Io- 18. 19. 20
az, de quo natus est Amazias, qui genuit Oziam, qui alio nomine vocatus est Azarias, sub quo 2. Para. 21
beatissimus Esaias orsus est prophetare. Tres ergo reges hoc loco omissi sunt, scilicet Ocho- 4. Reg. 9
zias, Ioaz & Amazias, cuius ratio vna est secundum Hieronymum, Hilarium & Chrysosto- 4. Reg. 8
mum, quoniã Ioram accepit filiam Iezabel fœminæ gentilis ac pessimæ coniugem, ideo filiȷ 4. Re. 11. 12
eius de iniquo & maledicto semine nati, vsq; ad quartam generatiõẽ tolluntur, ne in sanctę na 4. Reg. 14
tiuitatis ordine collocentur. Aliam rationẽ ponit Hieronymus. Nã Matthæi Euãgelistę pro- Esaię. 1.
positũ fuit tres quaterdenas generationũ. i. ter quatuordecim generationes in Christi genealo 3. Reg. 16
gia disponere, & hoc in diuerso tẽporꝫ statu, ita vt à Dauid vsq; ad transmigrationẽ Babylonis Hierony.
esset vna quaterdena, quoniã ergo decem & septẽ generatiões inter Dauid & transmigrationẽ
illã fuerunt, hi tres reges cõuenienter q̃ aliȷ ob causam p̃fatã fuerãt omittẽdi, Iorã genuit imme 4. Reg. 8.

2.Par.26 diate Ochoziam,mediate vero Oziam,q Ozias cũ sibi vsurpasset officiũ sacerdotũ thurifi-
cando tẽplo,lepra à deo pcussus est,& vsq; ad mortẽ mansit leprosus, quẽ cõstat iustũ fuisse, D
4.Reg.15 & de sua præsumptiõe pœnituisse,plagã quoq; paternæ correctiõis dei patiẽter tulisse. ⌊Ozi »
2.Par.27. as aũt genuit Ioathan⌋ q patre suo propter leprã habitante seorsum rexit palatiũ,& fuit vir »
Esaiæ.7. iustus,imò Hieroñ.sup Esaiã asserit eum fuisse iustissimũ. ⌊Ioathan aũt genuit Achas⌋ cuius »
4.Reg.16 2.Par.28 idololatria,puersitas,infortunia,quarto Regũ & secũdo Paralip.describũtur. ⌊Achas autẽ »
4.Reg.18 genuit Ezechiã⌋ qui tãtæ pfectionis & gloriæ fuit,vt quarto Regũ de eo dicat, φ nec añ eũ, »
2.Par.29 nec post eũ in regibus illis aliqs ei similis fuerit. Cuius sanctitas, magnificẽtia & mirabilia q̃
4.Reg.20 et 21 propter eum deus pegit,quarto Regũ habẽtur descripta. ⌊Ezechias aũt genuit Manassen⌋ »
2.Para.33 cuius grauissima scelera quarto Regũ & secũdo Paralip.scripta sunt. Postmodũ vero à rege
4.Reg.21 Assyrio℞ captus,incarceratus & cathenatus, egit pœnitẽtiam valde. ⌊Manasses aũt genuit »
4.Re.22. Amon⌋ q patris sui facinora sequẽs,pœnitẽtiã eius sequi neglexit. ⌊Amon autẽ genuit Io- »
2.Par.34 Hiere.1 siam⌋ vir℞ sanctissimũ,q in pueritia sua cũ eẽt octo anno℞,cœpit q̃rere dñm,sub quo Hiere- »
Eccle.49 mias orsus est vaticinari. De cuius Iosiæ laudibus scriptũ est in Ecclesiastico: Memoria Iosiæ
4.Re.25. in cõpositione odoris facta opus pigmẽtarij,in omi ore quasi mel indulcorabit,& vt musica
2.Par.36. in cõuiuio vini. ⌊Iosias aũt genuit Iechoniã & frẽs eius,in trãsmigrationẽ Babylonis⌋.i.im- »
minẽte captiuitate,pductiõe seu traãslatione Iudæo℞ in Chaldæã,cuius Babylon fuit metro
Hierony. polis. ⌊Et post trãsmigrationẽ Babylonis⌋.i.Iudæis in Babylonẽ trãsductis. ⌊Iechonias ge »
nuit Salatiel⌋ Iste Iechonias scd̃m Hieroñ.fuit filius Iechoniæ prioris filij Iosiæ,& ambo pra »
1.Esdr.3. ui fuerũt. Salatiel vero secũdũ Chrysostomũ fuit vir virtuosus. ⌊Salatiel aũt genuit Zoroba »
Eccle.49 bel⌋ q fuit vir sanctus,vt in Ecclesiastico & in Aggæo innuitur: De q̃ etiã in apocrifis Esdræ »
Aggeæ.2 multa narrãtur. ⌊Sorobabel aũt genuit Abiud⌋ Primo paralip.legitur Zorobabel genuisse »
3.Esd.4.5 1.Para.13 Mosollam & alios quosdã,inter q̃s nõ ponitur Abiud. Ad q̃d respõdetur, φ vnus illo℞ alio E
noĩe appellatus est Abiud. Vel nõ oẽs filij eius ibi ponũtur. De reliqs gñationibus q̃ sequunt
vsq; ad Ioseph,nihil habet in scriptura canonica veteris testamẽti. Aliqui tñ Iudæi diligẽter
scripserũt genealogias patrũ suo℞,pśertim ex semine Dauid, de q̃ Christũ nouerãt nascitu-
rum. Ideo sancti Dauid posteritatẽ diligẽtius cõscripserũt. ⌊Iacob aũt genuit Ioseph virum »
Mariæ,de qua natus est Iesus,q vocatur Chrũs⌋ Erat aũt Ioseph veraciter vir Mariæ, q̃niã »
inter eos matrimoniũ ve℞ fuit, q̃uis nõ fuerit p carnalẽ copulã cõsummatũ. Natus itaq; ẽ Ie
sus scd̃m suã humanitatẽ ex Maria,qa ex purissimis eius sanguinibus corpus eius opatiõe spi
ritus sancti formatũ est q vocat & est Chrũs.i.deus & homo in vna psona,dupliciq; natura.
Textum Euangelij huius sup Matthæum multo diffusius,pleniusq; exposui,& dubitationes
ipsum concernentes dissolui.

¶Sermo II.circa Euãgeliũ: Quòd nullã virtutẽ obtinuerint patriarchæ siue prophetæ aut quiuis sancto℞,qua nõ speciosissima virgo Maria fuerit decorata.

Genes.3. IN semine tuo bñdicẽtur oẽs gẽtes.Gene.22. Queadmodũ circa exordiũ mũdi in pec-
Romañ.1. cato hominis prothoplasti humanum perijt genus,iuxta illud ad Romanos: Per vnum
hominẽ peccatũ in hunc mũdũ intrauit,& per peccatum mors ita à mundi principio
necessarium fuit ad salutem habere aliquo mũdo fidem Christi venturi saluatoris huma
Gene.7 ni gñis vniuersi. ¶Deniq; prima ætas mũdi durauit ab Adam,vsq; ad Noe atq; diluuiũ,& in
illa ætate non fuit idololatria, sed fides & cultus vnius veri & summi dei propter recẽtẽ me-
moriã de mũdi creatiõe & operibus dei, ex quibus vnitas deitatis innotuit. Nihilominus ĩ il- F
la ætate seu tempore illo quidam grauissima viguerũt peccata propter quæ deus generale in-
Genes.10. duxit diluuiũ,sed lõge post diluuiũ tempore, scilicet tẽpore Nemroth & Nini regum Nini-
uæ idololatria cœpit, quæ etiam cito valde fuit multiplicata,ita quod pauci mãserũt veri dei
cultores. Cũq; idololatria vndiq; cresceret,volens deus tẽpore à se præordinato incarnari,
miserisq; hominibus suffragari vnã ex omibus gentẽ elegit,ex cuius semine fieret homo,&
primo sibi applicuit, elegit & gratiose vocauit patrẽ gẽtis illius Abraham patriarcham quẽ
Genes.22 fide,vita & loco seu habitatione à propria gẽte idololatra separauit, præcepitq; ei ingredi
& inhabitare terram promissionis,quia in ea Christus fuerat nasciturus cũ hominibus cõuer
Galat.3. saturus & genus redempturus humanũ. ¶Porrò gens quã deus ita elegit,fuit posteritas Abra
Deuter.7 hæ populus Iudæo℞,cui loqtur Moses: Te elegit dñs, vt sis ei populus peculiaris de cunctis
Deute.10. populis terræ,quia dilexit vos dñs. Et rursus: En dñi dei tui cœlum ẽ & cœli cœlo℞,terra &
omia quæ in eis sunt,& tamẽ patribus tuis conglutinatus ẽ dñs & elegit eos, amauitq; semẽ
eo℞ post eos. ¶Præterea,q̃ gratiosis, magnis & multis bñficijs,deus Iudæo℞ populũ in vete
ri honorarit testamẽto ex quinq; libris Mosi, librisq; Iosue,Iudicũ, Regũ,Paralipomenon,
Esdræ, & propheta℞ ac alijs scriptis ostẽditur. Vñ propheta gloriãdo ait in psalmo: Quãta
Psalm.77 audiuimus & cognouimus, ea & patres nostri narrauerũt nobis. Itẽq;: Non fecit taliter omi
Psal.147. nationi. Fuerũt nãq; in populo illo patriarchæ,prophetæ,& alij sancti. Eduxit etiam eos ex
Exodi.12. Exodi.16 Aegypto p signa,prodigia & miracula maxima. Pauit eos in heremo mãna, atq; in monte
Synai

A Sinai dedit eis legē ꝑ Mosen in euidentia & gloria magna. Deinceps induxit eos in terrā san- Exodi.34
cti, quā patribus eoꝝ frequēter promisit, nō eis, sed eoꝝ posteris dandā. Fecit q̄q; gloriosa pro Iosue.3
digia tpe Iosue in diuisiōe Iordanis, stationeq́; solis ac lunæ in cœlo p. 24. horas, & in alijs mul Iosue.10
tis. Simil'r multas miraculosas victorias cōcessit eis tpe Iudicū & sancti Dauid, ac alioꝝ quorū- Iudic.1.3.
dā regū & tpe Machabæoꝝ, sed & p quosdā sanctos prophetas fecit ꝓclara miracula, ꝓsertim 4.7.8.11 14 16
p Heliā & Helisæū. Dedit q̄q; tūc populo Iudæoꝝ reges, pōtifices, tēplū & propriā terrā. Hinc 2.re.5.8.21
Moses loquit: Nō est alia natio tā grādis q̄ habeat deos appropinquātes sibi, sicut deus noster, 4.Reg.20
adest cūctis obsecratiōibus nr̄is. Et rursus: Quæ est, inqt, gens alia sic inclyta, vt habeat ꝓcepta 3.Re.17.18
& cærimonias, cunctāq́; legē quā tibi propono. Vñ & tertio Reg. Salomon ait: Quæ est gens 4.Reg.4
alia in terra sicut ppl'us tuus Israel dn̄e deus. Hinc ad ppl'm Israeliticū dixit Moses: Quis similis Deute.4
tui ppl'e q saluaris in dn̄o? Præterea diligētissime aduertendū, ꝙ post Chr̄i aduentū oīa ista ab 3.Regū.8
lata sunt ppl'o Iudæoꝝ, & p gloriosos, beatissimosq́; apl'os ad ppl'm Christianū translata, imò Deute.33.
& multo copiosius atq; sublimius ei à deo collata q̄ olim Israeliticæ plebi. Fuerūtq́; interim in-
felices Iudæi à deo relicti, capti, propria terra, regno, pontificio, ordine sacerdotū, miraculis,
prophetis, & omni cœtu sanctoꝝ priuati, q̄d est certissimū signū & clarissimū argumētum, ꝙ
rex Messias Chr̄s venit & vera sit fides Christianoꝝ, ꝓsertim cū Iudæi interim non coluerint
idola, imò die ac nocte orēt pro sua liberatiōe à ꝓsenti captiuitate, nec tn̄ exaudiunt, nec queūt
aliā causam rationabilē assignare, nisi qm̄ Christū occiderūt, nec credere volūt ꝙ Iesus Naza-
renus sit Chr̄s. Vnde etiā ex hac cōsideratiōe multi doctissimi Iudæorum magistri facti sunt
Christiani. Insup cōtemplandū, ꝙ dn̄s nr̄ Iesus Chr̄s deus & hō, sanctos illos patriarchas, ex q
B bus incarnari decreuit, videlicet Abrahā, Isaac & Iacob, multosq́; ex posteritate eoꝝ multipli-
ci grā, excellenti virtute, admirabili sanctitate ornauit, sicut ex Genesi & alijs libris probat. Ete Genes. 22
nim quātæ obedientiæ, quātæ fidei, q̄tæ humilitatis, māsuetudinis, pietatis & charitatis Abra
ham fuerit scriptura sacra Geneseos docet. Item docet ibidē de Isaac, Iacob, Ioseph & alijs mul Genes.24
tis, similiter regibus Iuda, q in ordine genealogiæ saluatoris in Euāgelio hodierno ponunt, co Genes.29
piosam sanctitatē, grām & virtutē cōtulit deus, inter q̄s Dauid, Ezechias & Iosias ꝓfulgere vi- Genes.39
dent. Deinde Iosaphat, Asa, Ioathan, Ozias. Salomon vero credit pœnituisse, imò Hierony- 2.Regū.5
mus euidenter hoc protestat, verūtamen nō oībus regibus illis Chr̄s sic fecit, imò quidā eorū 4.Reg.20
fuerunt prauissimi atq; idololatræ, vt Achas, Ioas, Ioran, Amon, Manasses q̄q; ad tēpus, q ta- 2.Par.14
men pœnituit valde. In hoc q̄q; est cōsiderare mirabilia & incōprehēsibilia iudicia dei, ꝙ inter 2.Para.28
ꝓfatos reges quidā optimi sunt nati de pessimis, & ecōuerso. Nā vitiosissimus ille Ioran de san- 2.Para.21
cto Iosaphat natus est, & pessimus Achas de iustissimo Ioathan. Filij q̄q; Iosiæ sanctissimi, fue-
runt oēs iniqui, Simil'r de impijssimo Achas natus est deuotissimus Ezechias, & de sceleratissi- 2.Par. 28
mo Amon natus est optimus ille Iosias. Nullus ergo propter parentū suoꝝ præsumat virtutes Ibidē.
nec propter parentū malitiā quisq; desperet, qm̄ sicut p Ezechielē prophetā loquit deus: Fili- 4.Reg.21
us nō portabit iniquitatē patris, & pater nō portabit iniquitatē filij, iustitia iusti sup eum erit, & Ezech.18.
impietas impij erit sup eū. ¶ Præterea qm̄ filius dei, Chr̄s dn̄s, de virgine sancta supnaturali-
ter voluit nasci, decentissimū fuit ꝙ quibusdā ꝓfatis patriarchis supnatural'r sobolem est largi-
tus. Nā Isaac de matre natural'r sterili natus est, Rebecca quoq; Isaac vxor extitit sterilis & de- Genes.18.21
precatus est Isaac deū, qui fœcunditatem dedit Rebeccæ, in tantū ꝙ duos filios genuit simul, Genes.25
C videlicet Iacob & Esau, quæ omnia in Genesi scripta noscunt. Deniq; in sanctis illis veteris te
stamēti considerare valemus q̄ bonū sit deo seruire, & q̄ amabilis fiat hō deo altissimo ꝓfecte
& sancte viuēdo, q̄d patet in multis victorijs, quas deus miraculose ꝓstitit Dauid & Asæ ac Io- 2.Reg.8
saphat. Specialiter vero istud pensat in virtuosissimo Ezechia, nā ad eius instātiā deus p ange- 3.Reg.15
lū interfecit inimicos Ezechiā obsidētes centū octogintaquinq; milia hoīm in exercitu Assy- 2.Para.19
rioꝝ. Ad Ezechię demū petitionē sol redijt retro p decē lineas per q̄s descēderat in horologio 4.Reg.19
Achas, ita ꝙ dies illa extitit prolongata p horas viginti. Vnde diuinus Dionysius in epistola ad Esaię.37
sanctū Policarpū asserit, diem illū quasi triplicatū fuisse, quod intelligendū est de spacio diei ar-
tificialis. Item cum deus per Esaiā prophetā annuntiasset Ezechiæ, ꝙ protinus moreretur, &
Ezechias ob hæc vberrime fleret & dominum exoraret, non ex mortis timore nec desiderio Esa.38
vitæ præsentis, sed quoniā nondum habuit filiū, ideo formidauit Christum non esse ex semine 4.Reg.20
suo nasciturū, statim anteq̄ Esaias exiuit atriū palatij Ezechiæ, deus eidē ꝓcepit reuerti ad Eze-
chiā & dicere ei, ꝙ deus cōcederet ei adhuc vitā per spatiū quindecim annoꝝ. Insup omnium
ꝓfatoꝝ sanctoꝝ patriarchaꝝ ac regum virtutes in virgine Maria collectim & excellenter fue-
runt, ipsa nāq; in fide fuit fortissima, immobilis atq; certissima, qa de spū scō sciuit se cōcepisse
& absq; dolore ac tristitia peperisse. Vñ in triduo mortis Chr̄i cōstātissima māsit in fide qn̄ cæ
teri corruerūt à fide, ipsa etiā obedientiss. fuit deo, sicq́; in cūctis virtutib' post Chr̄m erat sum
me ꝓfecta, nec inde se extollebat, ꝙ in matrē dei se vidit electā, imo q̄ excellētior fuit, eo i oībus
se humiliauit ꝓfundius. Quātę etiā fuerit patiētiæ, hinc probat, ꝙ tpe passiōis filij sui charissimi
q̄uis filio patienti vehementissime compateret, non tn̄ commota fuit aut impatiēs cōtra illos,

 qui mor-

qui mortē tam amarissimā suo filio intulerūt. Legitur item in reuelationibus sanctæ viduæ Brigidæ, ꝙ quàmuis virgo Maria fuerit eloquēs valde, raro tamē ac parcissime loquebatur, sed taciturnitati ac sanctis meditatiōibus iugiter fuit intēta, & pro totius humani gn̄is salute orauit assidue. Nihilominus labori manuū insistebat, panē otiosa nō comedēs, paupibus qꝫ pro posse liberaliter succurrebat, implēs q̊d prouerbioꝝ vltimo de ea Salomon ait: Manum suā aperuit inopi, & palmas extēdit ad pauperē. In prædictis ergo virtutibus imitemur sanctos patriarchas, potissimū virginē summā, vt simus in fide firmati, & p sanctā obediētiā ad oīe opus bonū parati, in prosperis humiles, in aduersitatibꝰ patiētes, & deo gratias exhibētes in oīibus. Imò, si qs in aliqbus bonis eminētiā aliquā videat sortitus, siue in bonis naturę, vt in pulchritudine, eloquētia, subtilitate ingenij, dulcedine moꝝ, siue in bonis fortunę, vt in opulētia, potētia, nobilitate, siue in donis gr̄æ ac virtutū, q̄to in his aut in aliqbus hoꝝ fuerit maior, tāto existat humilior, deoq́ꝫ gratior atqꝫ subiectior sciēs se nihil boni à se habere, sed deo tāto plus gratū & obediētē oportere existere, quāto plura ab eo bona suscepta sunt, & itē attēdēs, ꝙ cui plus datū est, plus reqretur ab eo, sicq́ꝫ districtū ac metuēdū dei expauescat iudiciū. ¶ Postremo scd̄m exēplū quo virgo beatissima notificauit festū hoc de sua Conceptione eē solēniter celebrādū. Refert Anselmus his verbis tēpore Caroli regis Franciæ, fuit clericus eiusdē regis Germanus, beatā Mariā totis amās præcordijs, eiusq́ꝫ horas quotidie legēs deuote, qui parētū suoꝝ cōsilio nubere volēs cū puella speciosa ac nobili accepta à sacerdote nuptiali bn̄dictione missa completa recordans, ꝙ die illa horas de domina nō legisset oēs de Ecclesia egredi fecit, & sponsam domū mittēs, iuxta altare horas de domina legit. Cūq́ꝫ antiphonam istā pulchra es & decora filia Hierusalē diceret, subito ei apparuit virgo Christifera inter angelos duos dicēs: Si ego tam pulchra & decora sum, quid est quòd me dimittis & spōsam aliam accipis? nonne sum pulchrior illa, vidisti tā pulchram? Qui respōdit: O domina mea, claritas tua omnē mundi pulchritudinē excellit, tu es super choros angelorum eleuata. Quid ergo vis vt faciā? At illa respōdit: Si carnalē sponsam amore mei dimiseris, me spōsam in cœlesti regno habebis, & si cōceptionis meæ festū annuatim sexto Idus Decēbris solēniter celebraueris ac celebrādū prędicaueris mecū in regno filij mei eris coronatus, quibus dictis beatissima mater Christi disparuit. Clericus vero domū regredi rēnuēs extra patriā cœnobiū ingressus est, & monachus factus, atqꝫ post breue tēpus meritis virginis præelectæ patriarcha Aquilegiæ effectus est, festūq́ꝫ cōceptionis eiusdē oīi anno diligēter celebrauit & celebrādū ordinauit. Deuote ergo festū hoc celebremus.

¶ Sermo tertius: De eminēti fortitudine virginis Mariæ, & qūo eius exēplo fortes vitijs oīibus resistere debeamus.

MVlierem fortē quis inueniet. Prouerbioꝝ tricesimo primo. Si rite consideremus quàm ineffabiliter multa & magna mūdo profluxerunt bona p virginē gloriosam merito eius cōceptionē solēniter celebrabimus. Ipsa nēpe est sacratissima ac desideratissima fœmina illa, per quam humano gn̄i vniuerso recuperata est salus æterna. Per eam & in ea & ex ea deus noster factus est frater noster, & iudex noster, factus est aduocatus noster, creator noster, factus est saluator noster. Ipsa est mulier illa victoriosa, pelecta, fortissima, de qua in exordio mūdi dixit deus serpēti, imò diabolo in serpēte. Inimicitias ponam inter te & mulierē, & semē mulieris ipsa, conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. Sed nūc dicēdū p ordinē, cur mulier ista virgo beata dicta sit mulier fortis, & item in quo fortitudo ista spiritualis consistat, quomodo etiā fortitudinē eius debeamus sectari. Itaqꝫ multis ex causis virgo deifera dicta est mulier fortis. Primo, quoniā nunquam ab aliquo est superata peccato, quinimo oēm superauit aciē vitioꝝ. Hinc spōsus cœlestis ait ad eam in Canticis: Tota pulchra es amica mea & macula nō est in te. O quàm ineffabilis fortitudo est in carne mortali, in fragili sexu, in fœminea inter peccatores versante omnē aciē vitiorum prosternere, nec vnquā saltē venialē incurrere culpā. Secūdo, qm̄ cūctas aereas potestates, inuisibiles humani generis hostes nobilissimo debellauit triumpho, vniuersa illoꝝ tētamēta velocissime superās, & tāto spiritualium armorum apparatu incedēs, ꝙ ei propinquare pcipue verebātur. Hinc in Cāticis cōscriptū est: Terribilis es vt castroꝝ acies ordinata. Ipsa cōtriuit caput serpētis. i. diaboli. Et pōt p caput intelligi praua suggestio, seu vitiū capitale supbia, quā ipsa specialissime spreuit, extirpauit & vicit, atqꝫ p hoc ad oēm gr̄æ infusionē se eminētissime coaptauit. Ideo dixit: Quia respexit hūilitatē ancillæ suæ. Tertio, qa oīi virtutū pfectiōe fuit ornata. Virtus aūt ē aīæ robur, armatura & cōfortatio eius in deo. Hinc de ea in Cāticis dr̄: Quæ ē ista q̄si aurora cōsurgēs, pulchra vt luna, electa vt sol? Cōparaf etenim virgo beata aurore. Primo, qm̄ sicut aurora diē, sic ipsa pcessit Christū, q est dies pclarissima electoꝝ. Secūdo, qa aurora incessanter crescit in lumine solis, vsqꝫ ad diē pfectū, sic virgo dignissima indesinēter creuit ī gr̄a, profecit ī oīi virtute, q̄usqꝫ ad diē puenit ęternitatis. Vn̄ in prouer. asserif: Iustoꝝ semita q̄si lux splēdēs procedit, & crescit vsqꝫ ad pfectā diē.

¶ Insup

Margin notes: Lucæ. 12. (D) (E) Gene. 3 (F) Cantic. 4 Cantic. 5. Cantic. 6. Prouer. 4

A Insup virgo sancta dicit pulchra vt luna. Primo, qa vt luna lucẽ suã sortit à sole, sic ipsa à Christo deo altissimo omnẽ suã adepta est grãm. Secundo, qm̃ sicut lux lunæ imperfecta est comparatione luminis solis, sic virtus & gratia beatæ Mariæ cõparatione pfectionis & grãæ Chrĩ, sed cũ in luna obscuritas seu macula quædã appareat. Cur purissima atq; sanctissima virgo dicitur pulchra vt luna? Et rñdendũ, ꝙ istud de interiori eius pulchritudine dictũ est, quæ quãuis admixtionẽ culpæ nullã habuerit, fuit tamen in ea minoratio quædã perfectionis & distantia ab eadem. Vnde quotidie in pulchritudine ista profecit, quousq; ad pulchritudinẽ illam pducta est, quæ in beatifica dei visione consistit. Amplius, virgo sacra vocat electa vt sol, qm̃ sicut sol præ cũctis cœli luminaribus micat & aliis influit lumen, sic beatissima virgo præ omni pura creatura fuit & est mirabiliter prorsus præfulgens, nec solũ vniuersam militantẽ ecclesiã, sed summos quoq; angelicos spũs etiam ordinum supremorum illuminans, vt sanctus Dionysius cõtestatur & totam ecclesiam triumphantem lætificãs & exornans. Quarto ipsa dicta est mulier fortis, quia in charitate dei & proximoꝝ ardentissima fuit. Si eñ quidã sanctoꝝ, non solũ apostoli & prophetæ, sed & alii multi, vt Dionysius, Ignatius, Anthonius, deũ tam feruide dilexerunt, quãto magis sacratissima virgo, quæ se vidit tã præelectã à deo, & cũ qua ipse dei vnigenitus ex ea natus tot annis in mũdo est cõuersatus? Nulla aũt virtus tã fortis est, vt dilectio, quę omnia vincit, cui nihil videtur difficile, & quę præ omni forma prompte ac delectabilr operatur. Propter quod in Canticis dicit: Fortis est vt mors dilectio, aquæ multæ nõ poterũt extinguere charitatem, nec flumina obruent eã. Nec mirũ, si sacratissima virgo in humani generis charitate fuerit tam accensa, quæ se propter illius saluationẽ vidit tam incomparabiliter sublimatam, vtpote dei matrẽ effectam, quæ etiã constituta est mediatrix, aduocata & mater cunctorũ fideliũ. Quinto vocata est mulier fortis, qm̃ tam inauertibiliter deo inhæsit, tamꝙ; continue ei fuit intenta, & quasi semp in actu vacans altissimo. Anima siquidẽ Christi in vita præsenti indesinenter in actu fuit deo per contemplationẽ & dilectionem intenta, etiã tempore somni. Alii autem sancti communiter, quãuis in vita hac fuerunt deo valde frequenter atq; ardenter intenti, sæpe tamen eorum contemplatio interruptionem sustinuit, sed virgo pclara inter Christũ & alios sanctos se medio habuit modo. Nisi equidẽ tã frequẽter ac fixe & feruide fuisset deo vnita qũo omnẽ venialẽ vitasset culpã? Idcirco vt optime dixit Ambrosius: Incõprehẽsibilis, incomprehensibiliter operabat in matre, & sol ipse iustitiæ sol sapiẽtiæ sempiternæ in mente genitricis suæ charissime splenduit, calefecit, pegit gratiosissime & quasi cõtinue. ¶ Nũc consequenter tangendum, in quo spũalis fortitudo consistat. Quocirca perpende ꝙ fortitudo secundũ vnam sui acceptionem est virtus specialis & quatuor virtutum cardinaliũ vna, & ita est virtus per quam homo se strenue habet circa pericula mortis, ea nõ formidãdo, sed aggrediendo propter iustitiã, sicꝙ; fortitudo est virtus moralis, passionẽ timoris refrenans. Alio modo fortitudo est vnũ de septem donis spũs sancti, quæ Esaias enumerat, cũ dicit. Spũs sapientiæ & intellectus spũs consilii & fortitudinis, & ita est habitus supnaturalis infusus, reddẽs animã prompte mobilem à spũ sancto in aggrediendis & sustinẽdis aduersis pro fidei veritate & æquitate. Tertio modo fortitudo accipit magis extense, pro habitu virtuoso animũ contra peccatũ ac dæmonẽ confortante, sicꝙ; virtus est mẽtis fortitudo, & sic modo de fortitudine agitur sermo. Vnde spũalis fortitudo hominis consistit in cõnexione & pfectione virtutũ.

Can. 8

Esa. 11.

C Virtutes nãq; cõcatenatæ sunt & se inuicẽ iuuant ac roborant, queadmodũ in exercitu vnus alteri fit præsidio. Maxime autem fortitudo ista cõsistit in charitate, quæ est cęteraꝝ virtutũ motris, forma, imperatrix & vita. Vnde q̃ maior ẽ charitas, eo cęterę virtutes frequẽtius excitãtur promptiusꝙ; procedũt in actũ. Itaq; q̃tũ quisq; resistit ac pualet tẽtationibus & pctĩs, passionibus atq; dęmonib⁹ tm̃ spũaliter fortis est, atq; inq̃tũ ab illis superat, vitiisꝙ; cõsentit, tm̃ spũalr debilis est, vilis, miser, fœdus, læsus, corruptus. Hinc nõ solum virgo Maria, sed oẽs Chrĩ fidelis virtutũ cõnexione ornatus & eaꝝ corroboratiõe mutua cõstipat⁹, inuisibilib⁹ hostib⁹ extat terribilis sicut castroꝝ acies ordinata, terribilis est aduersariis incolaꝝ castroꝝ. Castra qppe ordinate disposita, magis delectãt amantẽ, magisꝙ; terrẽt aduersantẽ. Itaq; fortitudo ista cõsistit in expugnatiõe vitioꝝ in victoria passionũ, in exequtiõe virtutũ vt stemus in medio ratiõis, nec inordinatã affectionẽ, sed rectã rationẽ stabilr assequamur. Hinc dicit Gregorius: Iustoꝝ fortitudo est carnem vincere, ppriis volũtatib⁹ cõtraire psentis vitæ delectatiões extinguere. Hui⁹ mũdi aspera & aduersa pro æternis pmiis acquirẽdis amare, prosperitatis blãdimẽta cõtẽnere aduersitatis metũ abiicere. Porrò impioꝝ ac reproboꝝ fortitudo ẽ trãsitoria fine cessatiõe diligere, cõtrą flagella cõditoris insensibilr in vitiis pdurare, vanę glorię obedire, ad tpales honores aspirare, malitiæ augmenta exquirere, bonoꝝ vitam verbis & factis impugnare, mala malis fine pœnitẽtia vera adiicere. ¶ Postremo pensandũ qualiter fortitudinẽ spũalẽ huius fortissimæ mulieris debeamus sectari, & ad hoc ex pinductis patet respõsio, nã cũ dicat saluator: Regnum cœloꝝ vim patitur, & violenti rapiunt illud, videlicet q salubiter vincunt seipsos, vt pote proprias prauitates & culpas. Vnde in Ecclesiast. scriptũ ẽ: Post cõcupiscẽtias tuas nõ eas

Grego.

Matt. 11.

Eccl. 18

Eccle.18 & à voluptate tua auertere, innotescit, quod hanc fortitudinem imitari est contra peccata iugiter preliari verba illicita euitare interiores, exterioresque sensus custodire, motus ac stimulos passionum domare, mentem à cogitationibus, appetitionibusque immundis & iniustis seruare inuicem, in cibo, potu, somno ac vestimentis moderamen seruare, virtutum quoque opibus insistere strenue, & mentem ad deum frequenter leuare, praesertim tempore orationis ipsam ab euagationibus custodire, vniuersa dei atque ecclesiae obseruare praecepta. In his vsque in finem perseuerare, & in eis quotidie crescere est vera & spiritualis hominis fortitudo. In his itaque gloriosissimam virginem viriliter imitemur, quoniam hoc est eam potissime venerari, eam in virtutibus taliter imitari, atque vt eam sic sequi possimus ipsam iugiter inuocemus, vt gratiam tantam nobis impetrare dignetur, sed & viscera misericordiae dei pro gratia tanta incessabiliter imploremus, quia vt ait apostolus: Optimum est gratia stabiliri cor. D

Heb.13 ¶ Praeterea tertium, vltimumque exemplum, quod in epistola sua recitat sanctus Anselmus, est istud: In pago Gallico, fuit sacerdos qui quadam nocte rediens à villa, in qua cum vxore cuiusdam viri fuerat fornicatus, solus ingressus est paruam nauim, quia per aquam quandam oportuit eum transfretare. Cumque in medio flumine esset & matutinas de domina legere inchoaret, turba daemonum nauim euertit, sicque submersus est & daemones eius animam rapuerunt ad poenas. Die autem tertio, beata virgo venit cum sanctorum exercitu ad locum quo animam affligebant, dixitque illis: Cur animam famuli mei iniuste affligitis? Responderunt nos eam habere debemus, quia in nostro capta est opere. Ad quod virgo piissima. Si illius, inquit, esse debet, cuius opera faciebat, dum hominem submersistis ergo mea erit, quia tunc meas matutinas cantauit, idcirco vos magis rei facti estis, quia erga me inique egistis. His dictis, daemonibus, huc illucque fugientibus sanctissima virgo animam ad eius corpus detulit, atque per brachium hominem illum ab vtraque morte suscitatum, accipiens aquam à dextris & à sinistris stare iubens de profundo fluminis ad portum reduxit incolumem. Qui gauisus ad pedes eius se prosternens, dixit: Charissima mea domina & virgo gratissima, quid tibi retribuam pro tantis beneficiis quae mihi fecisti? Et illa precor te, inquit, ne amplius in adulterii crimen labaris, & conceptionis meae festum, sexto Idus Decembris solenniter celebres, celebrandumque praedices. Quibus prolatis virgo dei genitrix sacerdote illo cernente coelos ascendit. Ipse vero haeremiticam vitam assumens ac ducens, quid sibi acciderat cunctis audire cupientibus, narrauit, & quam diu vixit, celebrauit hoc festum, praedicauitque celebrandum. E

¶ AD RELIGIOSOS.

¶ Sermo quartus: De profundissima virginis & matris dei humilitate, & qua potissimum via eam nobis virtutem acquirimus.

HAnc amaui & exquisiui à iuuentute mea. Sapientiae octauo. Excellentissima virgo Maria, cuius modo solennitas agitur, omnibus nobis est amabilis. Primo propter bonitatem eius sibi ab omnipotente collatam. Secundo, ob suam supnaturalem & admirabilem dignitatem, qua omni purae praeminet creaturae. Tertio, propter multiplicem vtilitatem nobis ab ea prouenientem, & propter easdem causas debemus eam semper exquirere, vt habeamus eam iugiter nobis fauorabilem materne assistentem, protectricem fidelem, quatenus ei indesinenter complaceamus. Primo igitur ipsa nobis amabilis est propter suam bonitatem. Et sicut omni pura creatura ipsa est melior, ita & amabilior. Idcirco post deum eam singulariter peramare debemus. Porrò, bonitas eius est multiplex, imò tot sunt eius bonitates quot virtutes, nec dubium quin in omni virtute praefulsit. Nunc autem de aliquibus eius virtutibus est tangendum, & primo de humilitate, de qua & ipsa specialiter gloriabatur in domino: Respexit, inquiens, humilitatem ancillae suae. Credendum est itaque, quod post Christum secundum quod homo est nunquam fuit homo, imò nec angelus tantae humilitatis, quemadmodum sacratissima atque dulcissima virgo Maria, imò sicut in caeteris virtutibus, sic in humilitate omnibus sanctis incomparabiliter fuit perfectior, & ineffabiliter cunctis humilior, quod ex diuersis considerationibus innotescit. Prima est, quia humilitas est fundamentum virtutum, ideo quemadmodum spiritus sanctus decreuit, excellentissimam virtutum structuram in beatissima virgine aedificare, sic in ea perfectissimum, profundissimum ac validissimum humilitatis fundamentum locauit. Sicut videmus, quod sapiens architectus quo altiorem praeclariorem & diuturniorem vult facere machinam, eo firmius & profundius fundamentum sustinuit. Secunda, quia humilitas mentem disponit ad omnium profectum, virtutum ac gratiae incrementum, idcirco sicut spiritus sanctus decreuit gloriosissimam virginem prae omnibus sanctis implere omni charismate gratiae, perfectionibusque virtutum, sic summa & incomparabili humilitate eam ditauit. Tertia, quia cum exaltatio in gloria correspondeat humilitati in via. Iuxta illud: Qui se humiliat, propterea, quantum prae caeteris sanctis est exaltata in coelis, tanto prae eis humilior fuit in terris. Quarta, quoniam sicut deus dignantissime se habuit circa eam, praesertim assumendo ex ea naturam humanam, & per hoc efficiendo eam suam matrem, sic decuit, vt ipsa cum summa sui humiliatione tantae dei dignationi occurreret. Quinta, quia quo aliquid est alicui primo propinquius, tanto est ei similius. Quemadmodum ergo dignissima virgo fuit Christo prae cunctis propinquissima, sic fuit ei in humilitate, aliisque virtutibus simillima. Possent & aliae variae considerationes huiuscemodi introduci. ¶ Porrò, actus interior elicitus humilitatis, est seipsum ex contemplatione maiestatis diuinae, atque ex consideratione paruitatis

Luc.1

Luc.14.18

propriae

A propriæ paruifacere, deijcere ac deo substernere, ĩ propriã q̃q; nihileitatẽ, defectibilitatẽq;
resilire. Vñ q̃ aliqs dei sublimitatẽ, incõprehẽsibilitatẽ & ĩfinitatẽ clarius cõtẽplaᵗ, ac ꝓpriã
defectibilitatẽ, ꝑuitatẽ & nihileitatẽ subtilius intueᵗ, eo cęteris parib⁹ semetipm̃ profundius
synceriusq; hũiliat. Nec dubiũ q̃n sicut incõparabilis & electiss. virgo Maria fuit ĩ fide, spe &
charitate, cęteris sctis ꝑfectior, sic q̃q; ĩ septẽ donis spũs sancti, ꝑsertim ĩ dono sapiæ, donoq;
intellectus fuerit cũctis sublimior. In sui ipsius itẽ notitia salutari cõpletior, ꝓpter q̃d vete in-
cõparabil'r fuit humilima. Ex ĩteriori vero hũiliatiõe ꝓcedit humilitas ĩ loq̃ndo, ĩ incedẽdo
omiq; exteriori apparatu, vestitu ac gestu, Si ergo tã vehemẽtissime hũiliauit virgo ista tã ꝑ
fẽtissima ac sublimissima, q̃to magis nos om̃i defectuositate repleti, q tã grauiter, tãq; freq̃n
ter peccauim⁹, & q̃tidie adhuc peccam⁹, totq; ꝑiculis sum⁹ expositi. De hoc q̃q; an simus in
charitate ac ꝑdestinati ambigui debem⁹ nos humiliare, despicere, subiugare, æq̃nimiter etiã
ferre si hũiliemur, despiciamur, deprimamur ab alijs, nõ ĩdignari, turbari, tristari, neq; vlcis-
ci nec cõqueri inde. Sicut sacratiss. virgo Maria q̃ adhuc in carne degẽs mortali, q̃uis à cũctis
fidelibus ĩ admiratõe & veneratõe maxĩa haberet, à ꝑfidis tñ pharisęis, scribis, cęterisq; Iudę
is ĩcredulis miro & ĩprobo mõ despiceret, de hoc nequaq̃ fuit ĩdignãs, nec ex cõsideratiõe
excellẽtię suæ vsq̃ ĩtumuit, nec illos despexit. Hęc ẽ cordis hũilitas q̃ spũs sancti ĩhabitatio-
nẽ atq; toti⁹ mereᵗ grãæ ĩcremẽtũ, dignũ aũt huius ĩterioris hũilitatis ẽ syncera recognitio ꝓ-
prię culpę ac defectuositatis ĩ accusatiõe seu correptiõe à ꝑsidẽte aut aliũde illata, vt signũ su
perbiæ ẽ accusatio ꝓpriæ culpę & ĩfirmitatis. Idcirco dũ accusaris, ꝓclamaris, corriperis si-
ue corrigeris, humilẽ, patiẽtẽ, tractabilẽ, pęnitẽtẽ & emẽdãtẽ te exhibe, cũ in Eccõ scriptũ Ecci. 20
B sit: Quã bonũ ẽ correptũ manifestare pœniam, sic em̃ effugiet volũtariũ pctm̃. Et denuo ait Ecci. 10.
Vir sapiẽs nõ murmurabit correpᵗ⁹, q vero illusor ẽ aut insipiẽs nõ audit cũ corripiᵗ. Resplẽ
deat ergo hũilitas ĩ verbis nr̃is, imò & ĩ silẽtio, in om̃i actu, incessu, & moꝝ ostẽsione, nec in-
ueniat in aliq̃ nr̃m, q̃d in Ecclesiastico legiᵗ: Est q neqter se hũiliat, & ĩteriora eius plena sunt Eccle. 19
dolo, q̃m ficta humilitas nõ ẽ humilitas, sed geminata iniq̃tas. ¶ Insup cũ beatissima virgine
discamus & assuescamus agnoscere, cõtẽplari, mirari, infinitã excellẽtiã dñi dei nostri, quẽ-
admodũ ipse solus ẽ verus deus, ens æternũ indepẽdẽs, incircũscriptũ, ens ꝑ essentiã absolu-
te ꝑfectũ, infinite beatũ, ipsumq; eẽ separatũ, suppurissimũ, incõmiscibile rebus, omnẽ essen
di nobilitatẽ, plenitudinẽ, ꝑfectionẽ cũ interminabili eminẽtia simplicissime cõprehẽdens,
ipsa bonitas supessentialis immẽsa veritas sempiterna, vnitas supsimplicissima, mẽs supsan-
ctissima, oĩpotẽs virtus, illimitata maiestas, sapiẽtia ĩcreata, interminata oĩm prouisiua, pie-
tas summa, iustitia incõprehẽsibiliter plena. Hæc & cõsimilia ꝑ fidẽ illuminatam & sapiẽtiæ
donũ de dño deo nr̃o synceriter, humiliter, affectuose absq; periculoso, ꝑscrutinio, cõtẽplã-
tes, comparatione suæ tã infinitæ excellẽtiæ, tamq; supsplẽdidissimæ puritatis humiliemus,
prosternamus, deijciamus, paruificemus nos ex totis præcordijs corã eo in infinitum & no-
stras, si quas forsan habemus iustitias, nõ aliud q̃ velut pannũ mẽstruatæ putemus. Nõ iustifi- Esaię. 5.
cemus nos añ deũ, nõ magni, sapiẽtes aut iusti simus in oculis nr̃is, cũ dicat apl̃us Noli altũ sa Romañ. 12
pere. i. teipm̃ extollere, seu de teipso magna sentire, sed time. Et merito cũ nescias an amore Psal. 142.
C sis dignus an odio. Ideo nos impfecti & defectuosi cũ viro ꝑfecto & sancto dicamus. Nõ in-
tres in iudiciũ cũ seruo tuo dñe. ¶ Præterea proprietates nostras miseras ac deflẽdas, sapiẽ-
ter & acute, assidue ac deuote pẽsemus, vtpote ꝙ ex nihilo facti, ad om̃e malũ sumus procli-
ues, à nobisipsis nil nisi deficere, deuiare, peccare, habentes, & nisi diuina pietate & gratia ꝑ-
seruemur enormia & innumerabilia quotidie peccata illabimur. Itẽ, ꝙ totiens & tã grauiter
deũ offendimus, ꝙ merito terra nos dudũ absorbuisset, ꝙ bona quæ agimus tam impfecta &
tot malis sunt mixta, ꝙ à patrũ nostrorũ cõuersatione, ab ordinis nr̃i syncera obseruatione
tã vehemẽter deficimus, ꝙ in corpore & anima, tot fœditatibus, tot ærũnis & defectuosita-
tibus sumus repleti. Hæc & his similia assidue ꝑspiciẽtes, humiliemus nos sub om̃ipotẽtia iu-
dicis summi & beatissimæ virginis humilitatẽ vtcũq; sectemur, eãq; die hoc sacro, imò quo- 1. Petri. 5
tidie deuotissime inuocemus, vt gratiã sic agẽdi nobis impetrare dignetur, quatenus secundũ
exigentiã nostræ vocationis corã dño ambulemus, in om̃i cordis custodia iugiter timorati, Coloss. 1.
in oĩb⁹ obseruãtijs ordinis prouidi, in verbis discreti, in obseruatõe silẽtij stricti, alacres in di Deuter. 4
uinis, in colloquio & vbiq; à dissolutiõibus præcauẽtes, sicq; altissime virginis filio adorãdo, Miche. 6
in sanctitate & iustitia iugiter seruientes.

¶ Sermo quintus: Quòd benignissima virgo Maria suis amatoribus spõsa sit tu-
tissima, quodq; (om̃i euitata immũditia) spõsæ tãtæ castitatẽ & hu-
militatẽ vnũquẽq; deceat religiosum imitari.

QVæ siui sponsam eã mihi assumere. Sapiæ octauo. Verba hæc de sapiẽtia ad literã
scripta de sapiẽtissima atq; mũdissima virgine dei matre cõueniẽter accipiuntur.
Sed qs audeat aut pręsumat regis ac dñi sui spõsam viuente suo rege ac domino si-
bimet desponsare? Et tamen in historia solennitatis præsentis refert Anselmus:

c 4 Quead-

Quemadmodum benignissima virgo dixerit clerico, si propter me carnalẽ spõsam dimiseris, D
me in cœlis sponsam habebis. Itaq; inter spũale & carnale cõnubiũ ista est distinctio, φ in spũa
li connubio vnus & idem spõsus plures habere p̃t, & habet sponsas ac coniuges. Similiter vna &
eadem sponsa plures habere potest & habet sponsos. Christus nanq; triplicem dicitur spon-
sam habere, vtpote vniuersalem, quæ est Ecclesia ipa catholica, particularẽ, quæ est anima vir-
tuosa, seu quæcunq; particularis ecclesia, & singularẽ, quæ est virgo dignissima. Tot autẽ sunt
Christi particulares sponsæ, quot particulares ecclesiæ deuotæq; animæ. ¶Deniq; dñs papa
vocatur vniuersalis ecclesiæ sponsus. Ep̃i quoq; particularium suarũ sunt sponsi ecclesiarum
Conformiter æterna sapientia omnium eam syncerè amantium, sponsa asseritur. In connu-
bio demũ carnali, vna vnius est, & vnus vnius. Carnalia etẽm instar spiritualium bonorũ com-
municari non queunt. Sed explanandũ nunc est, qualiter virgo pijssima deuotorũ amatorum
suorũ sit sponsa. Itaq; sicut carnalis cõnubij causa, est consensus p verba de præsenti exp̃ssus, sic
spũalis matrimonij seu desponsationis est causa vnio charitatiua cum iugis adhæsionis propo-
sito, quia qui deo aut diuinis p charitatem coniungitur ei ppetuo adhærere intẽdit, & hoc eius
propositum est tanquàm mentale verbum. Quicũq; autem deo charitate vnitur, omnibus ad
deum spectantibus, hoc est, in triumphanti ac militanti ecclesia, consistẽtibus, eadem charita-
te coniugitur. Dum ergo deuotus virginis gloriosæ amator ei amorose afficitur ac semp cohæ
Gene.2 rere proponit, ei quodammodo desponsat, vt sint duo in spiritu vno, sicut in carnali connu-
1.Cor.6. bio sunt duo in carne vna. ¶Præterea, sicut carnalis matrimonij tria sunt bona, videlicet fi-
des, proles & sacramẽtum, sic proportionabiliter in spiritualibus nuptijs triplex ẽ bonũ, vtpote
fides quæ est fidelitas inter sponsum & spõsam, fidelitas (inquàm) vitandi omnem carnalem &
fœdum amorem, omnem concupiscẽtiam vitiosam, & quicquid spirituali amori puræq; vnio- E
ni contrariũ est, omnem scilicet culpam mortalem. Secundum bonum est proles, hoc est, ger-
men virtutis, actio charitatis, fœcundatio spiritualis, & omne meritorium opus quæ omnia ex
spirituali vnione charitatis procedunt ac generantur, vtpote ex mutua sponsi ac sponsę dile-
ctione interna. Tertium est, sacramentum seu sacrum signum. Nam vnio ista charitatiua per
gratiam in hac via signum est futuræ vnionis, plenæ dilectionis in gloria. Desponset sibi igitur
quilibet nostrum virginem benedictam per feruẽtem ad eam affectionem ac inseparabils ad-
hæsionis propositum, & ipam dignissimam, ac dignantissimam sponsam brachijs charitatis
spiritualiter ac syncerissimè amplexemur, ac nostris præcordijs intime imprimamus ac con-
stringamus, eius flagremus amore, seruemus ei fidelitatem, quatenus eius intuitu & amore
omnem vitiosum & adulterinum detestemur affectum, omne abhorreamus peccatum spiri-
tualis connubij destructiuum. Nulla in corde nostro resideat, aut perduret cogitatio praua, ne
Hiere.4. illud Hieremię quarto dominus nobis dicat: Vsquequo morabuntur in te cogitationes noxię?
Miche.2 Qui & per Michæam prauicordijs comminatur: Væ qui cogitatis inutile. Et apud Esaiã hor-
Esaię.1 tatur: Auferte malum cogitationum vestrarũ ab oculis meis, imò de conceptione cogitationũ,
Psalm.4. illicitarũ intra nos assidue pœniteamus, iuxta illud Psalmi: Quę dicitis in cordibus vestris in cu
Zachar.7 bilibus vestris compungimini. Hincq; p Zachariam p̃cipit deus: Malum vir fratri suo non cogi-
Prouer.11 tet in corde suo. Nullus ergo alium curiose obseruet, cum scriptum sit: Qui obseruator est ma-
Eccl.21. lorum opprimetur ab eis. Et rursus ait scriptura: Stultitia hominis auscultare per ostium. Quo
verbo reprehenduntur, qui callide aute secrete aduertunt, quid alij inter se conferant. Nullus F
Leuiti.19. quoq; iniuriam sibi illatam recogitet, aut vlcisci proponat. Cum in Leuitico præceperit deus:
Non quæras vltionem nec memor eris iniuriæ ciuium tuorũ. Quod cum Iudæis quoq; p̃ceptũ
sit, & cunctis iniungatur fidelibus, quanto magis nobis religiosis obseruandum est istud? Et væ
multis qui non implent hoc ipsum, imò modicissimam sibi illatam iniuriam in verbo aut signo
imprimunt cordi, scribunt in carthula & reponunt, quatenus suo tempore accusent hinc frẽm.
Mirum & vtiq; valde mirum ac deplangendum φ non audimus, non aduertimus, non hor-
Marci.11 remus cœleste illud tonitruum quo iudex supernus voce magnitudinis suæ: Cum stabitis (in-
quiens) ad orandum, dimittite, si quid habetis aduersus aliquem, quod si non dimiseritis, nec pa
ter vester cœlestis dimittet vobis peccata vestra. O quanta est surditas interioris auditus quàm
grandis duritia cordis eius, quem non alterant & emendant, si oppositum egit, hæc verba.
Cogitemus ergo semper vtilia, sancta, salubria & diuina. Benedicamus dominum in omni tem
pore semper laus eius in corde nostro. Sic igitur sponsæ cœlesti virgini benedictæ Mariæ
Psalm.33 Christiferæ mundum semp seruemus nostri habitaculum intellectus. ¶Insup superiorem ani
mę appetitum vtpote voluntatẽ ab omni illicito purgemus affectu vt prorsus nil cupiamus nisi
vel summum & incommutabile bonum, vel alia propter illud inquantũ videlicet ad illud obti-
nendũ nobis necessaria aut expediẽtia sunt. Nulla volũtati insit malitia, sed beneuolẽtia, pietas
charitas, iustitia, zelus, sanctus ac dulcedo regnẽt & abundent in ea. Inferiorem quoq; appeti-
tum, vcз sensitiuũ rõni habeamus subiectũ vt passiõibus dñemur nõ ira, indignatiõe, impatien-
tia, concupiscẽtia, torpore, tristitia, voluptate vincamur sed imperemus his oĩbus, dicamusq;

Husc

A Huic cogitationi, affectioni & passioni, vade & vadat, & alteri veni, & veniat, & seruo nostro, scilicet corpori fac hoc & faciat, sicq; sit anima nostra in manibus nostris semper, dũ actibus virium eius ad libitum imperamus, & corpora nostra exhibeamus hostiam sanctã viuentẽ, deo placentẽ, atq; per hæc sit rationabile obsequium nostrũ. ¶ Præ terea ex spirituali nostro cũ gloriosissima cœli regina connubio fœcũdemur & prolificemus, hoc est ex intima dilectione ad eam procedamus, in omnẽ actũ ei placentẽ. Qui etem̃ aliquid diligit, libẽter agit quod illi placet. Ideo si cœlestẽ hanc sponsam diligimus, eius intuitu & amore faciamus, quæ ei sunt placita. ¶ Porro, quàmuis ipsa vniuersis fuerit plena virtutibus, specialiter tamẽ cõmendantur ac splendẽt in ea tres virtutes, quæ sunt charitas, castitas & humilitas, ꝑ quas etiam præcipue aptabatur ad hoc, vt fieret genitrix dei. Castitas nãq; disposuit & aptauit eã ad hoc inchoatiue, humilitas inductiue, charitas consummatiue. Castitas de longinquo, humilitas de propinquo, charitas de proximo. Magis etem̃ placuit deo ex humilitate quàm castitate. Hinc in his tribus virtutibus nos ad summę virginis honorem exercere debemus potissimũ. Nam & ad castitatẽ ex voto solẽni astringimur, propter quod sensualitatis edomationi nos inuigilare oportet, & omnẽ carnis tentationẽ, concupiscentiã, stimulum mox arcere, extinguere, eradicare periculos familiaritates, indecentes cõtactus, & quicquid sensualitatem actuat seu inflammat vitare. Quod si manus nostra aut pes nos scandalizat, id est aliquis tam dilectus, vt manus aut pes, mox eũ abscindere, & occasiones peccãdi debemus abijcere. Sic ergo vt purissimæ virgini complaceamus, om̃i carnalitati, fœditati, impuritati renũtiemus, atq; quotidie magis ac magis mũdi, casti ac spirituales esse condigne nitamur. Similitudo nãq; est causa amoris ac ratio complacendi. In humilitate quoq; indefinẽter crescere enitamur, & quantum in nobis est ab omnibus despici, derideri, affligi optemus, humilitatis obsequia, eiusq; exercitia amplectamur & exequamur, honore inuicẽ præueniamus, & quãto quis maior videtur, tãto plus humiliet se in cũctis. Cõsideremus quid desit nobis, quantũ à patribus nostris deficiamus, & si quid boni in nobis est inde nequaquàm intumescat infelix cor nostrũ, sed deo om̃is boni datori ditissimo, illud cũ om̃i gratiarꝫ actione & humilitate attribuamus, pẽsantes illud apostoli: Quid habes quod non accepisti, si autẽ accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis. ¶ Postremo in charitate omniũ matre ac fine virtutũ specialissime ac indefesse ꝓfici satagamus, quicquid diuinæ ac fraternæ dilectionis inflammatiuũ est, consideremus, apprehẽdamus ac prosequamur. Ex effectibus & bñficijs dei ad eius admirationẽ honorificentiã ac timorẽ assidue accẽdamur. In vniuersis & singulis sapiẽtiã, om̃ipotẽtiã, bonitatẽq; creatoris inspiciẽtes, quia vt Salomon loquitur: Om̃ia fecit deus vt timeatur. Circa proximos aũt & cõfratres habeamus nos maxime charitatiue, corde, signo, obsequio, opere faciẽtes ipsis, quod ab ipsis nobis fieri cupimus, & quod nobis fieri ab ipsis odimus, eis nũquã faciamus, sicq; suauissimæ virginis cultores & sponsi esse ac permanere conemur. Ad laudẽ & gloriam superincõprehensibilis trinitatis.

Lucę.7
Roma.12.
Ibide.
Matt.18
Roma.12.
Eccle.3.
1.Cor.4.

¶ Sermo sextus. De incomparabili animæ & corporis virginis Mariæ sanctiss. ornatu & pulchritudine, deq; virtutibus eius, quas theologicas vocant.

C AMator factus sum formæ illius. Sapientiæ octauo. Pulchritudinẽ hoĩes naturaliter appetũt, delectabiliterq; inspiciũt, & ad eos q pulchri sunt, specialiter afficiunt. Cũ igitur infra deũ nõ sit pulchritudo æqualis pulchritudini sacratissimæ ac diuinissimæ virginis, merito eẽ debemus amatores synceri pulchritudinis eius, ꝑsertim cũ tãta sit pulchritudo ipsius, vt & fons vniuersæ pulchritudinis deus & rex eius cõcupierit pulchritudinẽ eius, queadmodũ ait psalmographus: Cõcupiscet rex decorẽ tuũ, qm̃ ipse est dñs deus tuus. ¶ Porrò de rõne pulchri, & queadmodũ iuxta diuinũ Dionysiũ cõuertibile sit cum ente, de distinctiõe q̃q; pulchri & veri multa possent subtilia introduci, quibus omissis his dũtaxat quæ nostrę possunt ædificatiõi ad dei gloriã deseruire, intẽdamus. Fuit ergo in virgine incõparabili, deiformiterq; fœcunda multiplex pulchritudo, videlicet pulchritudo naturalis, & pulchritudo supernaturalis. Pulchritudo naturalis ipsius fuit duplex, vtpote corporalis. Nã & corpore erat, vt decuit valde formosa, optime complexionata, & excellẽter bene disposita. Alia eius naturalis pulchritudo fuit, & est spiritualis, scilicet summæ & increatę trinitatis similitudo & imago in anima eius expressa, resultans ac fulgens. Hæc est pulchritudo innata. Alia pulchritudo spiritualis ac naturalis est acquisita in virtutibus, naturalibus & acquisitis consistens, quæ & præclarissima fuit in virgine, qm̃ ex cõtinuis suis exercitijs virtuosis generabãtur & erant in anima eius habitus virtutum acquisiti secundum doctores, quæ virtutes acquisitæ erant in ea valde præeminentes, quemadmodum & actus, ex quibus generabantur. Fuit item in ea pulchritudo quædã moralis, in exteriori sui corporis ac apparatus dispositione, morumq; venustissima habitudine cõsistẽs, quæ in ea post Christum excellẽtissima fuit, ita quòd in situ, apparatu, motu, incessu, singulorumq; membrorum manerie ac

rie ac morum facetia, atque in cunctis modestia fuit præfulgida. D

¶Præterea supernaturalis pulchritudo eius cōsistit in excellētia, pfectione & ordine virtutū, & donorum ei supernaturaliter per creationem infusorum atque in actibus eorundem quę pulchritudo maxima est in ea post Christum, & præinductis pulchritudinibus sublimiter eminet, specialissimè vero consistit in virtitutibus, donis, eorumque actibus in illis potentijs subiectiue consistentibus, in quibus supersanctæ trinitatis imago attenditur. Hæc demum supernaturalis pulchritudo est duplex, quoniā vna est viæ ac gratiæ, alia est gloriæ ac patriæ & vtraque tāta fuit in dulcissima Christi genitrice. quòd ab eius notitia pręconijsque condignis penitus deficit mens humana & lingua. Nihilominus de supernaturali pulchritudine sua quam habuit in hac via per gratiam, paulisper pro viribus aliquid tangi potest. In primis ergo consistit pulchritudo hæc, in theologicarum ornatu virtutum quæ in virgine sacra perfectissimæ erant. Nempe quis cogitare, concipere, eloqui queat, quàm clara, certa, & firma extiterit splendidissimæ virginis fides. Ipsa etenim supercertissimè nouerat se virginem esse, de spiritu sancto concepisse sine pudoris sui minoratione, saluo videlicet virgineæ integritatis signaculo peperisse. Sciuit se esse matrem Christi vnigeniti patris æterni. Sciuit se deum & hominem in vna persona concepisse ac genuisse. Cumque plena esset gratia discretionis spirituum, sciuit se cum archangelo Gabriele habuisse colloquium, audiuit verba pastorum, & Symeonis, ac Annæ, vidit tres Magos ac stellam, vidit Christi miracula, omniumque mysteriorum eius excellētissimè conscia fuit, & ei post resurrectionem suam primo apparuisse credendus est Christus. Quantum ergo ex omnibus istis ac alijs illuminata, corroborata, & certificata fuit fides ipsius. Vnde & tempore passiōis ipsa sola mansit in fide, explicita plenariè, stabilis & perfecta. Amplius de perfectione, excellentia ac certitudine spei eius dignum dici quid poterit? O quàm supercertissima & pfecta fuit spes huius optimæ virginis quę agnouit se matrem esse dei deorum, eumque genuisse, tractasse, lactasse, educasse, qui omnium electorum est salus ac gloria. Sciuit se esse inter prædestinatos præcipuam, atque in regno cęlesti thronum habere sup omnium choros ac ordines angelorum. Propter quod cecinit confidenter: Magnificat anima mea dominum. Quia respexit humilitatem ancillæ suę ecce enim ex hoc beatam me dicent omēs generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est. Sciuit certissimè se ab vnico filio suo, deo & hoīe, summè & ęternaliter honorandam, & vicem ab eo se reportaturam, nec à bono filio suo se in suis precibus repellendam. Sciuit se eē electissimam fœminarum, imo omnium creaturarum. Nec dubitauit se esse eam de cuius persona, dignitate & gloria, ab exordio patriarchæ ac prophetæ fuerant præloquuti. Ineffabiliter ergo perfecta fuit spes eius. At vero de charitate ipsius charitatisque suæ eminentia & ardore idoneum dicere nil valemus. Quomodo eñ non supferuentissime diligeret deum, à quo se vidit tā incomparabiliter esse electam, tam gratiosissime esse præuentam. Cuius se vidit matrem esse effectam, cuius bonitatem & munificentiam tam indesinenter & exuberātissime experiebatur in se, quem etiam tam illuminatissima fide, tam perfectissimo sapiētiæ dono contēplabatur, quem dilexit non solum vt deum & creatorem, vt patrem ac dominum, sed item vt filium quem quotidie inspiciendo, contrectando, alēndo, & ad incrementa virilia perducendo inæstimabiliter accendebatur. Sic & ardentissime deum patrem dilexit, à quo nouerat sibi missum eius vnigenitum filium & comparētalem se ipsi patri æterno vidit effectam. Sic quoque feruentissime dilexit spiritum sanctum, cuius virtute & obumbratione sciuit se concepisse, tantisque gratijs esse ditatam, tantis charismatibus adimpletam. ¶Præterea, septem dona sancti spiritus dantur in expeditionem adiutoriumque virtutum, & potissimum expediunt atque perficiunt theologicas tres virtutes, & quanto quis in virtutibus theologicis est perfectus, tanto & in septem donis prædictis. Idcirco credendum, quod quanta erat præstantissimæ virginis excellentia in virtutibus theologicis, tanta & in donis. Fuit ergo in dono sapientiæ prorsus clarissima. Sunt autem doni sapientiæ huius tres gradus, sicut & charitatis & sapientia ista quantum ad supremum seu tertium gradum suum realiter idem est, quod mystica theologia quæ est sapientia theorica, vnitiua, affectiua, flammigera, in qua præ omnibus viatoribus fuit beatissima virgo Maria ineffabili modo pfecta, sic & de alijs donis, inferioribusque virtutibus declarari hæc possent. Quod in alijs hincinde de ea sermonibus poterit fieri, nunc autem in tantum sit tactum. E F

¶Postremo, in præinducta supernaturali pulchritudine eam vtcunque sequi conemur indefesse studentes in gratia crescere, in fide, spe, & charitate, atque in donis spiritus sancti proficere. Et vt hoc fiat in nobis, laboremus in primis negligentias quotidianas, leuitates, dissolutiones, pigritias semper vitare, imo & cuncta peccata venialia quasi mortalia abhorrere. In humilitate, patientia, mansuetudine, sobrietate, cæteris quoque virtutibus moralibus quotidianum facere incrementum, vt motus bestiales omnium passionum discamus prorsus conterere, reprimere, suppeditare. Non cessemus cor nostrum ad creatorem, ac dominum suum assidue eleuare, orationibus, meditationibusque internis insistere, virtutum operibus inhærere, & sæpe ad dei honorem ac gloriam omnia ordinare, vt cum beatissimo Psalmista Dauid vere dicamus

mus

A mus:Oculi mei semper ad dominum. Et, prouidebam dominum in conspectu meo semper.
Pro communi bono Ecclesiæ iugiter accedamur ac deprecemur, pro viuis ac pro mortuis exoremus deum ab om̄ibus debite honorari, semper cum om̄i feruore optemus, & ipsimet inprimis eum totis viribus veneremur, aliosq́ pro posse ad idē orando, hortando, virtuose agēdo, inducere nō cessemus. Ad laudē & gloriam om̄ipotētis.

¶IN FESTO S. BARBARAE.

¶Sermo: De admirabili cōuersione, illuminatissima fide, maxima in deū charitate, gloriosissimoq́ martyrij triūpho, sanctissimę virginis, spōsæ & martyris Christi Barbaræ, & qualiter imitāda hæc sint.

FOrtitudo & decor indumētū eius. Prouerbiorum tricesimoprimo. Quam admirabilis fuerit conuersio sanctæ Barbaræ, & quāta erat virtutū suarum perfectio, quam gloriosum etiā martyriū habuit, eius legēda testatur: Itaq́, sicut in ea describit, in Nicomedia ciuitate Aegypti, fuit princeps, diues ac nobilis nomine Dioschorus, Christianorum atrocissimus psecutor. Hic duxit vxorem nobilissimmam, quæ vt legitur de radice Iesse descēdit, ex qua genuit filiā nomine Barbaram, præ cæteris temporis illius filiabus hominum speciosissimam. Hæc matre sua defuncta, à patre liberalibus artibus tradita est, & diligentissime ipsis vacauit. Cuḿq ingeniosissima virgo videret homines idola adorare, plurimum mirabatur, & intra se arguit quod non esset deus, nisi ens vnum æternū, nō participatū, & quod ille solus eēt adorandus. Hinc affectuosissime informari optauit veri dei notitia, fide & cultu. ¶Præterea pcepit in
B Alexandria vrbe Aegypti eē virum doctissimū noīe Origenē, cuius sapiētiæ atq́ facūdiæ nullus philosophorum posset resistere, q certis argumētis probaret eē vnū dūtaxat verum deū & idolorū cōfunderet vanitatē. Quo audito gratiosissima Barbara cordialiter est gauisa, & cū nūtio misit ei occulte epistolā petēs informari ab eo quid sentiēdū eēt de deo, eiusq́ cultu. Nūtius ergo Alexandriam veniēs, reperit Origenē in palatio Mammeæ matris Alexandri imperatoris, vbi occupabatur tūc Origenes instruēdo Mammeam ac eius familiam Christianæ fidei religionē. Hæc Mammea ad Christū cōuersa filiū suū Alexandrū imperatorē precibus suis à Christianorum psecutione fecit cessare. Origenes plecta Epistola sanctæ Barbaræ præ gaudio plorās, terrā statim osculabatur, bñdicēs deum & laudās. Mammeæ quoq́ ista insinuās, & p hoc eā ac eius familiā multū cōfortauit in fide ac diuino accēdit amore.
¶Porrò Origenes sapiētissime ei rescripsit, & qualiter deus sit, nō solū in eēntia vnus sed trinus, etiā in psonis. Multū catholice docuit, atq́ cū beatissimæ Barbaræ nuntio vnū de sacerdotibus suis misit ad eā, cū libris Euāgelij, epistolarūq́ Pauli apostoli, & libro psalmorum. Interim Barbara sancta decubuit lecto, infirmā se simulās, sed solo diuinitatis lāguebat amore. Sicq́ sacerdos Origenis legatus sub forma medici introiuit ad eā. Quē ipsa cū grādi reuerētia suscepit, protinusq́ audiuit patrē suū Dioschorum aduenire, ideo ipsa mox cubile suū ingressa est, vt fratrē suū languēdi colore deciperet. Dioschorus vero cū filia sua ignotū inueniēs virum indignans quæsiuit, Quis hic & cur? Gloriosa virgo Barbara dixit, quod medicus eēt, & subitum sibi sponderet valorē. Hinc pater eius recedēs, pmisit eā loqui cum viro.
C Legit ergo Epistolā Origenis, & libros quos misit, ab eius quoq́ legato instructa est plenius de Christi incarnatione, passione, & de sacramēto baptismi, ac alijs fidei Christianæ mysterijs. Facta est ergo lætissima & patri suo insinuauit melius se habere, qui de hoc valde gauisus est. Post hæc pater eius fecit pulcherrimā ac pretiosissimā fieri turrim, & duas in ea fieri iussit fenestras, & in ea filiā suā manere fecit, ne tā pulcherrima virgo ab hominibus videret. Cūq́ multi nobiles ac potētes eā habere coniugē niterētur, de hoc Dioschorum solicitabāt. Qui filiā suam interrogauit quid ei circa hoc eēt cordis. Ipsa respondit se nulli hominū nec impatoris filio nubere velle, sed castitatē vouisse. Tūc pater respōdit nobilibus filiam suā velle manere innuptā. Post hæc Dioschorus rex pro negotijs impatoris in longinquā profectus est regionem & diu moratus in ea. Interim sancta Barbara turris structurā considerauit. Cūq́ de origine motu & influētijs solis & lunæ ac stellarum, quas ibi sculptas cōspexit meditaretur, apparuit & astitit ei angelus dei ipam de vniuersis ad Christianā spectātibus fidē illuminās. Cūq́ de Christi incarnatione eam instituere, apparuit ei dominus Iesus in similitudine pulcherrimi pueri in quo ipsa ineffabiliter delectabatur. Deinde angelo ei narrāte, quāta dominus noster Iesus Christus pro ea & pro toto gñe humano sustinuit & prænuntiante, qꝫ ipsa quoq́ multa eēt passura pro Christo atq́ hortante, vt se ad martyriū sacrū disponat, mutatus ē puer ille & apparuit quasi totus passus, vulneratus & sanguinolētus, ita qꝫ virgo Barbara ex cōpassione & cōpunctiōe in extasim lapsa ē, viribusq́ defecit, Christi passionē pēsando ac deplangēdo. Cōpleta hac visione, cōsiderauit beatissima Barbara duas tātū fenestras in turri, dixitq́ artificibus, vt tertiā quoq́ efficerēt. Respōderūt: Timemus ò dña offensam Dioschori regis patris tui q iussit, vt duas tm̄ facerem⁹ fenestras. Quibus dixit: Ego rñdebo pro vobis.

Tunc tertiam addiderunt fenestram, quòd beata Barbara ad supergloriosissimæ Trinitatis honorem fieri fecit. Post hæc ingressa est lauachrum quod pater eius fieri fecit, vt ipsa lauaretur in eo. Cum pollice dextro sanctæ crucis signũ imprimeret columnis marmoreis, saxa quasi mollis cęra cesserunt, & mãserunt in eis expressa crucis signacula, ex quorũ intuitu aspicientiũ corda in admirationem & deuotionem excitabantur. ¶Deinceps, Barbara prælecta descendens in absidem lauacri, & nullam ibi aquam reperiens, Christum ardenter orauit, vt lauacrum illud aqua repleret. Et ecce protinus (deo cooperante) tanta ibi aqua effluxit quod pertingebat vsq; ad sanctæ Barbaræ vmbilicum. Et tunc in eadem aqua virgo hęc à glorioso Christi pręcursore Iohãne est baptizata. Fuitq; aqua illa multis infirmis in sanitatẽ. Extunc S. Barbara locustis & melle syluestri contenbatũ Iohãnem sequẽdo Baptistã, & turrim læta ascẽdens & patris sui idola cernẽs expuit in ea fregitq; ea, & auri ac argenti fragmenta dedit pauperibus, hymnis quoq; & psalmis & orationibuss die ac nocte fuit intenta. Post longum tẽpus pater eius egressus, & tres in turri videns fenestras, artificibus dixit: Tertiã fenestrã facere, qs præsumpsit. Cui vnus respõdit: Filia tua id fieri iussit. Filiam ergo suã accedẽs post oscula, dixit: Tu ne filia tertiam fenestram fieri voluisti? Ipsa respondit: Imò pater, & bene quoniã tres fenestrę oẽm hominem illuminãt. Duæ autem domũ obfuscant. Et pater eius. Quomodo (inquit) tres fenestræ abundãtius illuminant quàm duæ? Cui Barbara: Tres fenestræ euidentius illuminantes, sunt Pater & filius & spiritus sanctus, nõ tres dij, sed vnus verus deus, in quẽ credere, & quẽ adorare oportet. Harum personarum vna, videlicet Filius humanam naturam assumpsit, & nunc me in coniugium duxit, ac sponsam cui meam voui virginitatem à cuius amore nulla me persequutio separabit. Cumq; de his felicissima Barbara multa prosequeretur pater eius obriguit, & cadens quasi simulachrum exanime iacuit. Postmodum ad se reuersus verborumq; filię recordatus intellexit eam Christianã effectam ac Christum vocare suum sponsum. Mox ergo furore repletus, euaginato gladio voluit eam transfigere. Ipsa vero pro Christo mori non renuens, sed patri compatiens dominum inuocauit, & statim omnipotente dei virtute abscisus est, marmor eam intus suscipiens atq; in montem eã transduxit. ¶Porro, in monte illo fuerunt duo pastores oues pascentes, idq; conspicientes. Cumq; pater eam non inuenisset in domo vrbem egrediens & montẽ ascendens, interrogauit pastores, an filiam suã vidissent. Vnus pastorum puellæ compassus. Non vidi (inquit) eam, nec scio vbi sit. Alter vero crudelis eã digito demonstrauit, & statim ex vltione diuina mutatus est ipse in statuã marmoris ouesq; eius sunt factæ locustæ quę ad sanctæ virginis sepulchrum sic permanẽt vsq; in præsens. Cum aũt beata Barbara patrẽ suum audisset, ei spontè occurrit q vidẽs eã, spontè sibi occurrere mitigato furore gladium in vagina reposuit, & filiam suam atrociter flagellauit apprehẽsaq; eius coma traxit eam de monte & ad palatium duxit, clausit quoq; tũc eam in arta tenebrosaq; cella catenis & claue muniẽs eã, ipsa vero angelorũ recreabaũ cõsortio. Cũq; die sequẽti nõ potuisset filiã à Chrianitatis proposito reuocare, furiosus adijt p̃sidẽ, noĩe Martianũ, recitãs ei q̃d ei de sua filia contigisset. adiurauit etiã p̃sidẽ p deorũ potẽtiã vt filiã atrocioribꝰ obijceret tormẽtis, nisi sibi p̃beret cõsensum. Cum aũt Barbara ad præsidẽ ducerẽtur, dominũ exorauit pro confortatione gratiæ suæ. Adducta vero ad præsidem, primo alloquuta est eum. Cur me aduenire fecisti? Vis fidem meam cognoscere? Christiana sum, deum verum adoro, falsa simulachra respuo. Ad quam præses. Cõdolẽdum est formosissimo tuo conspectui & adolescentiæ tuæ, idcirco in primis sustinenda es gratia patris tui, sed si diutius in superstitione ista duraueris vires tuas experiar. Beata Barbara ait: Mihi vis misereri? tibi metipsi miserere. Ego per tẽporales has pœnas æternam requiem introibo. Te tẽporalis dignitas & mundi prosperitas ad perpetua mittet supplicia. Tũc iratus præses suggerente Dioschoro. præcepit eam nudari, & virgis acriter flagellari, dicens: Verba verberibus cædunt. Gloriosissima autem Barbara exultauit quòd digna habita esset pro

Actorũ. 5. nomine Chrĩ contumeliã pati. Hunc (inquiẽs) diem expectaui, hunc diem quæsiui & repperi. Cumq; post flagellationem præsidi esset adducta, dixit ad eam: Nonne lapideũ habes cor, quę nec cõsilijs salutaribus acquiescis, neq; flagella p̃horrescis. S. Barbara dixit: Iustitiæ rigor flecti non nouit dum forti vtit̃ pectore. Nihil tam iustum q̃ vnum verũ colere deum, & nihil tam impium q̃ idola adorare. Ego aũt melius iudico oĩa membra tormentis exponere q̃ à semita iustitiæ declinare. Cum aũt præses flectere eã non posset, sed publice confunderet̃ ab ea, rugiens ipse vt ferox leo iussit eam nudari, & corpus virginale tenerrimũ absq; oĩ miseratione neruis thaurinis dilaniari, ciliciisq; textis atrocissime defricari ac crepitãs calidissimũ sal vulneribus eius infundi. Dum itaq; diu hoc sustinuisset tormentũ & totũ corpus eius sanguine proprio eẽt p̃fusum præcepit eam in teterrimũ carcerem trudi, & sup acutissima testarũ fragmenta volutari. Et ecce media nocte circumfulsit eam lux cœlestis, ipseq; Christus apparuit ei, dicens: Confide & confortare o filia prælecta, quoniam magnum gaudium fit in cęlo & in terra de tua passione. Statimq; omnes plagæ eius sanatæ sunt & Christus signo crucis super eam facto, ipsa vidente, ascendit in cœlum. Tunc ipsa ineffabili gaudio est repleta.

¶Deniq;

A Deniq; die sequēti pſidi pſentata, pulchrior apparebat q̄ antea vnq̄, q̄d præses dijs suis ascribens, dixit: Vide quō dij miserti sunt tui, vt vel modo resipiscas. Sanctiss. Barbara Martiano rñdit: Dij tui pro suis sceleribus in inferno torquent̄, ego aūt Chr̄o dn̄o deo meo pro thure offero orationē, pro victima, animā meā. Insup pro eius amore corpus, cor meū ad oīa supplicia pparo, quē tu ignoras, eo ꝙ cor tuū sit à diabolo induratū. Tunc pses iussit eā nudā in eculeo pedibus sursum versis suspendi, & arpaginibus sacra eius latera pforari, ardentiū q̄q; lāpadarū appositione plagas eius horribilr̄ vri, q̄ oīa cū virgo victoriosiss. alacriter sustineret, deū laudans ac psallens apponitur eius lateribus laminæ ferreæ ab igne candētes, nec tñ Barbara à sua alacritate, deiq́; laude cessauit. Tunc pses fecit eā corā se in stipite verso pessundari capite, & illud ferreis malleis cōtundi, quousq; pauimentū sanguine virginis maduit. Deinde fecit vbera eius lenta sectione abscindi, vt sic diutius torqueret̄. Quo facto, iussit eā p totā vrbē nudā circunduci, vt verecūdiora eius ab oībus viderent̄. Tunc pudiciss. virgo dn̄m exorauit, vt sibi de cœlo mitteret tegumentū. Statimq́; angelus detulit ei candidā stolā, qua induit eā, & eā consignans integrā ei restituit sanitatē. Cūq́; reducta esset ad psidē, & ipse cōspiceret eam rubicūdā fulgentē & alacrē, cœlestiq́; stola indutā, præ stupore defecit, & quasi lapis effectus est. Cui beatiss. Barbara dixit: O tu cōsimilis patri tuo diabolo, & cōfusus à dn̄o Iesu Chr̄o, q̄d turbaris de gr̄a mihi facta. Præses aūt à suis satellitibus expergefactus atq; in se reuersus, dedit sn̄iam vt decollaret̄. Tunc ꝓprius pr̄ eius Dioschorus, duxit eā in montē, decollauitq́; eā. Cūq́; descēderet ignis desup veniens eū oīno cōsumpsit. Porrò virgo hæc sancta anteq̄ decollaret̄, orauit vt qui in necessitatibus & angustijs suis eius agendo memoriā, deū fidelr̄ inuocarēt, cōsolationē reciperent, & vt passionē suā annua deuotione recolētes, improuisa morte nō ꝑueniant, sed vere
B cōfiteantur. Venitq́; vox de cœlo dicens, eā esse exauditā. Passa est anno dn̄i. CCLXVII. pridie Nonas Decemb. sub Maximiano Imp. Sepeliuitq́; eā Valentinus sacerdos deuotus, & quindecim annoꝝ erat dū passa est. Deniq; ad eius sepulchrū cæcis reddebat̄ visus, surdis auditus, claudis ambulatio, mutis loquutio, debilibus viriū restitutio, mœstis cōsolatio, obsessis dæmonū effugatio, aliarūq́; ægritudinū pfecta curatio. ¶Intuentes igit̄ habitatores ciuitatis illi⁹ tot mirabilia, q̄uis pagani, tumbā mirificę structuræ fecerūt, quā auro ac gemmis copiosissime ornauerūt, in qua corpus gloriosiss. Barbaræ reuerenter ponētes illud cū quatuor catenis aureis in tumba illa in quodā tēplo ciuitatis suæ cū ingenti suspenderūt lætitia. Lāpades q̄q; in circuitu adhibuerūt ardētes. Hæc ex originali S. Barbarę legēda breuiter sumpta sunt. Ex q̄bus vere ostēditur, q̄ mirabilis sit deus in sanctis suis, & q̄ beata sunt vasa misericordię eius. Insuper patet ex ijs q̄ illuminata & fortis fuit beata hæc virgo in fide, q̄ feruēs in charitate, q̄ cōstās & patiens in tā longo & horrendo martyrio. ¶Ecce virgo illa illustris, pulcherrima, ditiss. omnem mūdi cōtempsit ornatū, oīa vana & carnalia spreuit, tā atrocissimas ptulit pœnas. Quid itaq; nos pctōres miserrimi sumus dicturi, q pro regno cœlesti, pro dei amore, pro nostris excessibus pati nil volumus, sed proni sumus ad irā, ad indignationē, ad pompā, ad inquinamēta mētis & corporis, ad dei obsequiū pigri, q̄bus molestū est orationibus, meditationibusq́; deuotis insistere, fabulari vero & cachinnare iucundū est. Sed redeamus ad viā salutis, q̄ arcta est, & bea- Matth. 7
tiss. Barbaræ sequi vestigia, saltē aliquo modo enitamur. Sequamūr patiētiā eius & suæ charitatis feruorē, vana atq; illicita fugiamus, deū oīpotentē, æternū tpalibus oībus pponamus, ei sem-
C per corde timorato ac stabili adhærētes, q est super omnia benedictus in secula.

¶Enarrationem Epl̄æ ac Euāgelij, cū sermonibus, quære de sancta Catharina, & in Communi sanctorum de vna virgine.

¶De Sancta Lucia.

¶Sermo de vitæ sanctimonia beatæ Luciæ, & verecūdia ac taciturnitas quàm sint magnum vitæ ornamentum.

GRatia sup grām, mulier sancta & pudorata & tacita, Ecci. 26. In ijs verbis beata virgo & martyr Lucia cōmendat̄ à tribus. Primo à mētis suæ mūditia, cū dicit̄, mulier sancta. Secūdo à casto pudore, cū addit̄, pudorata. Tertio à sapiētiali taciturnitate, cū subdit̄, tacita. Deniq; sanctitas est mētis immunitas à pctīs & decor gr̄æ ac virtutū. Sed tūc quæri pt, qualr̄ aliquis in hoc corpore fragili viuens possit sanctus vocari, cū Iohānes apl̄us dicat: Si dixerimus, q a pctīn nō habemus nosipsos seducimus, imò in prouer. scriptū est: Iustus septies cadit. Et rn̄dendū, ꝙ nō oēs ho- Joha. 1.
mines mortali pctō carentes sancti sunt appellādi, sed hoīes excellenter virtuosi, vtpote viri he- Prou. 24
roici ac perfecti recte sancti vocant̄. Quia etsi q̄tidie venialr̄ peccent, tñ tantus in eis est feruor diuini amoris, tātus vigor virtutū, tanta synceritas intētionis, tāta cordis in deo stabilitas atq; tā frequēs ac feruida eleuatio mētis in deū, ꝙ pro suis venialibus culpis q̄tidie satisfaciunt deo, imò & vltra hoc omni die valde proficiūt in omni virtute, psertim in sanctæ dilectiōis feruore Itaq; sanctitas viatoꝝ nō est tā pura atq; pfecta vt sanctitas beatoꝝ. Ad sanctitatē ergo primo exigit immunitas ab omni culpa mortali. Secūdo, elongatio & purificatio mētis ab omni car-

 nali ac

nali ac mũdano affectu, q̃tenus ad diuitias seculi huius, ad corporales delitias, ad tẽporales honores mens nõ afficiatur inordinate, imò q̃tũ fieri potest, oĩa talia aspernet̃ ac fugiat, quatenus summo & incõmutabili bono deo incircumscriptibili & æterno vacet liberius, ipsuḿq; amet intensius & stabilius cõtemplet̃. Nã pluribus ĩtentis minor est ad singula sensus. Et virtus vnita fortior est q̃ dispersa. Ideo hõ tanto aptior est ad dei cõtemplationẽ & dilectionẽ feruẽtẽ & cultũ assiduũ, q̃to minus in carnalibus & terrenis se occupat. Tertio, ad sanctitatẽ requirit̃ pfectio seu excellẽtia quædã virtutũ, vt homo habeat eas secũdũ q pertinẽt ad statũ perfectoꝝ & ad viros heroicos seu diuinos, q à passionũ immoderãtia penitus sunt purgati in omni humilitate, patiẽtia, cõtinentia radicati, plenarie fracti & sibimet mortui, solíq; deo viuẽtes, ita q eoꝝ cõuersatio est cõtinua quædã honoratio creatoris. Hi tales sunt sancti, q cũ apl'o dicere queũt:

Gala. 2 Viuo aũt iam nõ ego, viuit vero in me Chrũs. Hi sunt, quoꝝ volũtas est diuinæ volũtati plene subiecta, q nil agunt, nil amãt aut appetunt, nisi in deo & secũdũ deum. Hoc modo beata virgo Lucia fuit sancta, quia hæc tria ad sanctitatẽ requisita, excellenter erant in ea. Aut eñ innocentia sua permãsit, ita q nunq̃ peccauit mortal'r, aut si quã talem incurrit culpã, per verã contritionẽ, confessionẽ & satisfactionẽ se purgauit ab ea. Insuper quãtum ab omni carnali ac mũdano se elongauit amore, probatur ex eius legenda, in qua inter cætera legitur, quòd dum vnà cum matre sua iuxta sepulchrũ sanctæ Agathæ oraret pro suæ matris curatione, quę per quatuor annos fluxum sanguinis incurabil'r pertulit, somno suaui oppressa, vidit in visione beatissimã Agathã in medio angeloꝝ stantẽ ac sibi dicentẽ: Soror mea Lucia virgo deo deuota, cur à me petis quod ipsa tuæ matri tribuere potes? Nã ecce merito fidei tuæ curata est. Euigilanśq; Lucia, dixit: O mater, ecce sanata es, p ipsam ergo te deprecor q̃ suis oratiõibus te sanauit, ne mihi de cætero nomines spõsum carnalẽ, sed quicq̃d mihi pro cõiugio eras datura, dones pauperibus. Sićq; gloriosa virgo nubere recusauit, in virginitate pmãsit & oĩa sua pauperibus liberalissime erogauit, & ita carnales delitias ac temporales diuitias spreuit oĩno, quatenus mẽte purissima atq; ab omni mũdana occupatiõe ac solicitudine expedita & libera, spõso iungeret̃ cœlesti. Habuit q̃q; fidem, spem, charitatẽ, patientiã, fortitudinem, cæteraśq; virtutes in excellentia magna, sicut in eius patuit passione, & infra tãget̃. Itaq; & nos in prætactis virtutibus sacrã Luciã sequi conemur. Deo eñ sanctitatis immẽsæ mũdo corde oportet seruire, carnalia desideria cõtemnamus, de rebus tpalibus nemo plus appetat q̃ sibi vtile aut necessariũ est ad bene viuendũ, ad seruiendũ & cõplacendũ altissimo. Ait nãq; sanctus Hieronymus. Ab omni nequitia mũdum necesse est esse & dolo qui cupit regnare cũ Chr̃o. Si cũ Christo partẽ habere desideras, Chr̃i exemplo tibi viuendũ est. Si sanctoꝝ cupis habere consortiũ, à malitiæ & nequitiæ cogitatu pectus emũda, qa non nisi sanctos & iustos & innocẽtes & puros cœlestis aula suscipiet. ¶ Secũdo in themate cõmendat̃ S. Lucia à pudore laudabili, hoc est à verecũdia bona. Est equidẽ vercũdia duplex, iuxta illud Ecc̃i: Est cõfusio adducẽs peccatũ & est cõfusio adducens grãm & gloriã. Verecũdia bona est erubescentia de pc̃tõ p̃terito aut pręsenti & etiã timor de re turpi ne accidat. De hoc bono pudore p Hieremiã loquit̃ deus: Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Hac verecundia carẽt indurati in vitijs & habituati in turpibus qui gloriãtur in malis, nec de suis sceleribus erubescũt, quia eoꝝ ratio est penitus obscurata atq; palatũ cordis eoꝝ prorsus infectũ est, ita q praua iudicãt bona, nec virtutes, sed vitia sapiunt eis. Hęc bona erubescentia debet haberi in cõfessione, qa tunc cõfitens debet de suorum turpitudine vitioꝝ corã deo & eius vicario, confessore p̃cipue verecũdari, qui etiã pudor non paꝝ minuit culpã & magnã debitæ satisfactionis seu pœnæ tollit partẽ. Hinc ait Ambrosius: Erubescere debemus & cõdemnare peccatũ, non defendere, quoniã pudore culpa minuitur, defensiõe cumulat̃. Erubescentia ista de malo culpæ actus est sapientiæ ac pœnitentiæ. Ex cõsideratione etẽm pulchritudinis, sanctitatis, dignitatiśq; dei gignit̃ castus pudor quo homo erubescit corã deo turpiter & impie se habere, atq; de culpa præterita nõ negligit pœnitere. Porrò verecundia mala est, qua homo ita de suis erubescit peccatis, q ea abscondit, negat, excusat & confiteri syncere postponit, hæc est verecundia pess. quæ multos ptrahit in infernũ. Et vtiq; valde stultũ est & iniquum plus erubescere corã hoĩbus de confessione peccati, q̃ corã deo de perpetratione ipsius. Ideo dicit Hieronymus: Quicq̃d pudet dicere, pudeat cogitare. Est item quædã verecundia mala, qua aliqui verecundãtur agere bona, & si quid boni agere inueniãtur, hinc erubescunt. Idcirco Gregorius loquitur: Sicut verecũdia laudabilis est in bono, ita reprehensibilis est in malo. Erubescere eñ malum sapientiæ est, sed erubescere bonũ fatuitatis. Propter quod ait saluator: Qui me erubescit & meos sermones, hũc filius hoĩs erubescet. Deniq; sc̃tã Lucia casto & bono pudore fuit repleta, caruit́q; verecũdia mala. Vnde in omnibus se corã deo habuit reuerenter, & Christũ cõfessa est corã persequutore cõstãter. Cum eñ Paschasius iudex ei iuberet idolis immolare, iuxta principũ Romanoꝝ decreta, ipsa respõdit: Tu principũ tuoꝝ decreta custodis, & ego legẽ dei mei custodiã. Tu illos offendere non vis, ego deũ offendere caueo. Tu illis placere desideras, ego deo placere desidero. Itaq; in hac virtute

Marginalia: D (beside line 2); Hierony. (beside "nalia desideria"); E (beside "uit, ne mihi"); Ecci. 4 (beside "na. Est equidẽ"); Hiere 3 (beside "retricis"); F (beside "rum turpitudine"); Amb. (beside "nuitur"); Hierony. (beside "Et vtiq;"); Grego. (beside "ueniãtur"); Luce. 9 (beside "tatis. Propter")

A tute beatã imitemur Luciã, & quò nostra pctã sunt plura ac grauiora, eò cordialius erubescamus de ipsis. Sic tamen erubescamus, vt ea nihilominus syncere ac integre cõfiteamur. Nã publicanus pctã sua erubescendo in tantũ, ꝙ nec oculos audebat leuare ad cœlũ, & pectus suum tondendo meruit iustificari. Hinc Esdras ait vir iustus: Deus meus, cõfundor & erubesco leuare faciẽ meã ad te, qm̃ iniquitates nostræ multiplicatæ sunt, & delicta nostra creuerũt vsque ad cœlũ. ¶ Tertio in themate cõmendat̃ sctã Lucia à taciturnitate virtuosa, qm̃ inutilia & illicita verba diligẽtissime cauit, & nihilominus cõgruo loco & tẽpore sapientissime loquebat̃, imò ꝓ Christianæ fidei defensione cũ imperterrita prõptitudine loquebat̃. Nẽpe vt Salomon protestatur, est tẽpus tacẽdi & est tẽpus loquendi. Cũ em̃ Paschasius dixisset ad eã: Patrimoniũ tuũ cum corruptoribus tuis expẽdisti, ideo quasi meretrix loqueris. Ipsa respõdit: Patrimoniũ meum in tuto constitui, corruptores aũt mentis & corporis nunq̃ cognoui. Cui Paschasius: Qui sunt corruptores mentis & q corporis? Ait Lucia: Corruptores mẽtis vos estis, q suadetis vt aiæ suũ deserãt creatorẽ, corruptores corporis sunt, q tpalẽ delectationẽ ꝑponũt delitijs sempiternis. Dixit Paschasius: Cessabũt verba cũ peruentũ fuerit ad verbera. Et Lucia: Dei, inqt, verba cessare non possunt. Cui Paschasius: Tu ergo es deus? Rñdit beata Lucia: Ancilla sum dei. Ad quã Paschasius: In te ergo est spũs dei? Ait: Qui caste viuunt, templũ sunt spũs dei. Et Paschasius: Ego, inquit, ad lupanar te faciã duci, vt ibi violeris, & spm̃ sanctũ perdas. Respondit Lucia: Non inquinat̃ corpus, nisi de consensu mẽtis, nã si me inuitã feceris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronã. Ecce q̃ sapientialis & secura, non formidolosa responsio. Itaq; & nos laudabilem taciturnitatẽ discamus, & tẽpore opportuno sapienter loquamur, verbositatem semꝑ vitãtes, quia vt ait scriptura: Qui multis vtitur verbis, lædit animã suã. Et: Vir linguosus nõ dirigetur in terra. Hinc denuo legitur: Est tacens qui inuenitur sapiens, & est odibilis qui procax est ad loquẽdum. Est autem tacẽs non habens sensum loquelæ, & est tacens, sciens aptũ tempus, homo sapiens tacebit vsq; ad tẽpus, lasciuus autem & imprudẽs non seruabit tempus. Itaq; verba vtilia & necessaria sunt dicẽda, inutilia atq; supflua sunt vitãda. Luc. 18 1. Esdre. 9 Eccles. 3. 1. Corin. 3 B Eccl. 20 Psal. 140. Eccl. 20

¶ Praeterea ꝓtactæ virtutes ad fœminas & ad adolescẽtes ac adolescẽtulas ꝑcipue pertinẽt, qa in eis verecundia & taciturnitas maxime collaudãtur, quemadmodũ etiã inuerecundia & loquacitas in eis præsertim vituperãtur. Iuuenes igitur & puellæ ab omni loquacitate & inuerecundia se refrenent. Hinc in libro de officijs scribit Ambrosius: Verecundia cum sit omnibus ætatibus, personis, locis, tẽporibus apta, tamẽ adolescẽtes & iuuenes maxime decet, & sicut artifex in materia cõmodiore operari aptius solet, sic verecũdia in ipsa quoq; corporis compositione plus eminet. Ait quoq; Bernardus: Quàm pulchra ac splẽdida morũ gemma est verecũdia in vita & vultu adolescentis, quoniã vera atq; indubia bonæ spei est nuntia, bonæ indolis index, virga disciplinæ, expugnatrix maloꝝ, propugnatrix virtutũ, custos famæ, decusq; vitæ. Parentes ergo & seniores instruãt filios suos ac filias has virtutes, & à frontosa audacia, à garrulitate, à choræis & saltationibus cohibeãt eos sicut tenent̃, ne simul cũ illis dãnent̃. ¶ Postremo deus oĩpotens spõsam suã ac martyrẽ gloriosam Luciã in sua passiõe mirabil'r honorauit. Cũ em̃ Paschasius fecisset aduenire lenones vt eã ad locũ turpitudinis ducerẽt, eã mouere non poterãt. Fecit q̃q; Paschasius mille viros accedere, nec tñ valebãt eã de loco mouere. Deinde viris adhibuit plura paria boũ, & nihilominus virgo sctã mãsit ĩmobilis. Vidẽtes aũt amici Paschasij eũ angustiari, gladiũ gutturi Luciæ beatiss. infixerũt, q̃ nequaq̃ loquelã amisit, nec ab illo mota est loco quousq; sacerdotes venerũt & corpus ei dñicũ tradiderũt. Quo facto feliciter migrauit ad Christũ, qui cũ deo patre & spũ sancto vnus est deus viuẽs & regnãs ꝑ secula cũcta Amẽ. Fuit aũt beata Lucia diues ac nobilis genere, virgo Syracusana, & passa est circa annum dñi. CCCX. tempore (vt fertur) Maxentij. Reliqua quære de virginibus. Ambros. Bernard. C

¶ In festo sancti Thomæ Apostoli.

¶ Enarratio Eplæ: Scimus qm̃ diligẽtibus deũ, oĩa cooperãtur in bonũ. Rom. 8

Apostolus in ꝑsenti Epl'a describit quasdã proprietates electoꝝ, & quãta sit eoꝝ beatitudo ac grã. Ideo in solennitate hodierna & alioꝝ quorundam apostolorum recte ista Epistola legitur, quia beati & gloriosi apostoli inter electos dei sunt præcipui, atq; primitias spũs, id est, præcipua dona grãæ spũs sancti præclarissime acceperunt. Ait ergo Apostolus Paulus. ⌊Scimus,⌋ id est, ego, cæteriq; apostoli ac viri perfecti certissime credimus, & ex diuina reuelatione cognoscimus. Frequẽter autem in scripturis scire pro credere sumitur, vt cũ sanctus Iob loquitur: Scio ꝙ redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sim. Et Martha Christo ait: Scio quia quæcunq; poposceris à deo, dabit tibi. Itemq;: Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Itaq; scimus, ⌊quoniã (.i. ꝙ) diligẽtibus deũ⌋ amore supnaturali infuso, ⌊omnia,⌋ tã prospera q̃ aduersa bona & mala, ⌊cooperant̃ in bonũ⌋ .i. finaliter eis proficiunt ad salutem. Opera nãq; virtuosa cooperãtur eis in bonum directe, mala autẽ indirecte, Nam vbi abundauit iniquitas, abundat & grã. Hinc de viro iusto fert̃ in psalmo: Omnia quæcũq; faciet, prospera- Ro. 8 Iob. 19 Iohan. 11. Ibidẽ. Ro. 5 Psal. 1.

prosperabuntur. Sæpe quippe cōtingit, vt quo grauius se peccasse perpendūt, eo cautiores, humiliores, feruētiores'q; fiant, sicut in Euāgelio ait saluator: Cui plus dimittiť, plus diligit. Verū tamen istud nō accidit vniuersis diligētibus deum, nā aliqui reprobi ad tēplus meritorie diligunt deū, ideo subditur, ⌊ijs qui secūdum propositū vocati sunt sancti⌋. i. pdestinatis q scdm diuinæ mentis decretū ad grām sanctificātē vocati sunt, finalē grām ac perseuerātiam adeptu ri. Itaq; secundū propositū. i. diuinæ voluntatis intentū & rationē pdestinationis æternæ vocati sunt sancti. i. p gratiosam dei vocationē sancti effecti sunt. ⌊Nā quos pſciuit⌋. i. ab æterno saluādos pnouit, hos ⌊& pdestinauit⌋. i. in sua æterna dispositiōe & prouidentia pordinauit ⌊cōformes fieri imaginis filij sui⌋. i. filio suo vnigenito naturali p dona grǽ in pſenti, atq; p dona gloriæ in futuro assimilari. Adoptiua quippe filiatio electoꝶ est similitudo quædā filiationis naturalis diuinæ. Conformātur ergo electi filio dei dū fiunt filij adoptiui, quia p grām gratū facientē, charitatē & cætera dona spūs sancti sortiunť quandā supernaturalē assimilationē cū deo patre, cuius imago naturalis, pfecta & plena est vnigenitus filius eius, cū sit imago bonitatis paternæ, splendor gloriæ, candor lucis æternæ, & speculū sine macula maiestatis dei patris, & figura siue character substātiæ eius. Assimilanť quoq; & filio, qui est verbū, veritas & sapientia patris, dū natura eoꝶ intellectualis dono sapiētiæ & diuinoꝶ cōtemplatione perficitur. Potest etiā conformatio ista referri ad filiū secundū ipsius humanitatē, sic eñ prædestinati sunt cōformes fieri imaginis filij dei vt cohæredes sint Christi, & sicut portauerūt imaginē terreni, sic portent imaginē cœlestis, hoc est, sicut similes fuerūt Adæ p culpā & fomitem, sic sint similes Christo homini p grām & virtutes, ⌊vt sit ipse⌋ filius dei ⌊primogenitus in multis fratribus⌋. i. inter pdestinatos fideles, q sunt fratres eius secūdū naturā ipsius humanā, primatum tenens ordine dignitatis, tanq̄ caput eoꝶ & primogenituræ ius possidēs hæreditatē patris abundantius percipiendo, eam'q; alijs distribuendo. Dicitur etiam Chrūs primogenitus mortuoꝶ, quoniā propria potestate surrexit & fuit primus impassibilis resurgens. Porrò inquantū vnigenitus non habet fratres, sic eñ est naturalis & vnicus filius, verus'q; deus, sed inquātum primogenitus fratres habet, quoꝶ naturā assumpsit, qui & suæ gloriæ erunt participes. Hinc ad Hebræos asseritur: Non cōfunditur fratres eos vocare, dicens: Narrabo nomē tuum fratribus meis. Deniq; quæ bona prædestinationē sequanť, subiungitur. ⌊Quos aūt prædestinauit⌋ de us ab æterno, ⌊hos & vocauit⌋ ad fidē & grām per inspirationē internā, per instructionē angelicā siue per pdicationē humanā, quæ tamē sine interna vocatiōe seu motione & illuminatione nō sufficit, ⌊& quos vocauit, hos & iustificauit,⌋ indulgentiā cōferendo seu culpā eis dimittendo & grām infundēdo, ⌊quos aūt iustificauit, illos & magnificauit⌋. i. magnos fecit in felicitate & gloria, nā quosdā iam ita magnificauit, alios magnificabit. Itaq; pdestinatio grām præparat & respicit grǽ bonū finale. Vnde secundū Augustinum: Prædestinatio est pparatio grǽ in præsenti & gloriæ in futuro. Vocatio grām offert & retrahit à peccato, iustificatio gratiā confert & respicit bonū grǽ initiale, magnificatio grām cōsummat in gloria & respicit bonum felicitatis æternæ. ⌊Quid ergo dicemus ad hæc?⌋. i. qualiter ista & tantā dei misericordiā in electis satis laudare poterimus? ⌊Si deus pro nobis⌋ est nos defendendo ac adiuuando sicut est pro prædestinatis, ⌊quis contra nos?⌋. i. quis nobis nocere valebit? Nullus vtiq;, quia oīa cooperabūtur in bonū. Si eñ tentemur à dæmone, si infestemur à mundo, oīa per dei grām fiunt nobis materia meritoꝶ, imò si corpus occidať, anima p patientiā coronať. Ideo sanctus Iob loquiť deo: Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet cōtra me, ⌊Qui⌋ deus pater inter alia beneficia sua nobis impēsa, ⌊etiā proprio filio suo nō pepercit⌋ à passione & morte crucis. Quāuis eñ filius dei ter orauerit: Pater si possibile est, transfer à me calicē istū, nihilominus pater voluit eū pati, ideo subdiť, ⌊sed pro nobis oībus tradidit illū⌋ manibus aduersarioꝶ pmissiue, qa à pditore eū tradi pmisit. Porrò secūdū Thomā in. 3. par. summę suæ deus tradidit Christū tribus modis. Primo, qm̄ ab æterno pordinauit p Chri passionē genus humanū eē saluādū. Secūdo, qm̄ inspirauit ei voluntatē patiēdi pro nobis. Tertio, pmissiue, vt dictum est. ⌊Quō nō etiā cū illo oīa nobis donauit?⌋. i. p locū à maiori cōcludiť, q ex quo filiū suū charissimū sibi consubstantialē, coæqualē & coæternū dedit nobis in saluatorē p incarnationis mysteriū, iuxta illud Esaiæ: Paruulus natus est nobis, filius datus est nobis, etiā cætera cūcta filio minora pſtiterit nobis in re vel in spe, & quātū in ipso est & ad salutē nobis necessariū est. Angelos eñ dedit nobis in cōciues atq; custodes. Oīa quoq; corporalia subiecit fidelibus, nā & corpora cœlestia fecit in ministeriū cūctis gentibus, vt diciť Deut. quarto: Oēm grām in pſenti, omnem gloriā in futuro dare paratus est, sicut & filius contestať: Si quid petieritis patrē in nomine meo, dabit vobis. ⌊Quis accusabit aduersus electos dei?⌋ quasi dicat, Nullius accusatio poterit eis corā deo nocere in hora iudicij particularis aut generalis. Possunt tñ iam fraternalr̃ accusari à proximis, & paternalr̃ corrigi à platis, imò à dæmonibus aīæ electoꝶ apud Christū iudicē accusanť & frequēter purgatorio adiudicanť, sed nulla accusatio poterit eis nocere, ita vt à deo finalr̃ separenť, ideo subdiť. ⌊Deus (est) q iustificat (electos) qs est q cōdemnet⌋ eos? nullus vtique,

Luc. 7
Heb. 1.
Sap. 7
1. Cor. 15
Apo. 1.
Heb. 2
Psal. 21
Augustin.
Ro. 8
Iob. 17
Matt. 26
Marc. 14
Luc. 23
Iohan. 18
Esa. 9
Heb. 1.
Psal. 8
Iohan. 16
Genes. 50
Iudith. 16

D E F

A vtiq;, qm̃ dei iudicio nullus potest resistere, idcirco subiungit ⌊Chr̃s Iesus q̃ mortuus est⌋ pro Esaie. 47
« electoꝵ salute, ⌊imò q & resurrexit (tertia die), q est ad dexterã dei⌋ residẽs. i. in summo ho- Hiere. 49
« nore & p̃ris æqualitate inquãtũ deus, secũdũ humanitatẽ vero suã sedet ad dexterã p̃ris. i. in po
« tioribus bonis illius, ⌊q etiã interpellat pro nobis,⌋ secũdũ ꝙ mediator dei & hoim. V ñ pri- 1. Timo. 2
ma Iohã. scriptũ est: Aduocatũ habemus apud patrẽ, Christũ Iesum iustũ. Et ad Hebræ. legit: 1. Johan. 2
Chr̃s sempiternũ habet sacerdotiũ vnde & saluare p̃t in ꝑpetuũ, accedẽs ꝑ semetip̃m ad deum Heb. 7
« semp viuens ad interpellandũ pro nobis, ostendit etem̃ patri latus & vulnera. ⌊Quis ergo nos
« separabit à charitate Chr̃i?⌋ .i. qs tollet amorẽ Chr̃i à nobis, ⌊Tribulatio (corporis), an angu-
« stia⌋ mẽtis, ⌊an fames, an nuditas, an ꝑsequutio, an periculũ⌋ .i. mortis discrimẽ, damnũ, appa
« ratusve mortis, ⌊an gladius?⌋ .i. mors ipsa aut mortis timor, q̃si dicat, Nullum hoꝵ separare
« nos poterit à Chr̃i amore, ⌊sicut scriptũ est⌋ in psal. in ꝑsona iustoꝵ ac martyꝵ, ⌊Quia pro- Psal. 43
« pter te,⌋ ò dñe deus. i. propter tuũ amorẽ & propter iustitiã atq; vt te finalr̃ obtineamus pro
« felicitatis obiecto, obiectalíq; p̃mio, ⌊mortificamur tota die⌋ .i. assidue tribulamur, & ꝑ q̃ti-
dianas aduersitates ac ꝑsequutiões ad mortẽ deducimur, imò etiam nosipsos, spõte ac salubriter
mortificamus propriã volũtatẽ frãgẽdo, cõcupiscẽtias refrenãdo & ꝑ opa pœnitẽtialia nos ca
« stigãdo, ⌊æstimati⌋ .i. à ꝑsequutoribus ac vitiosis hoĩbus reputati & spreti ⌊sum⁹ vt oues oc
« cisionis⌋ .i. vt oues q̃ occidunt, vt lana eaꝵ & carnes in occidẽtiũ veniãt vsum. Hinc Chr̃s dixit
« discipulis: Ecce ego mitto vos sicut oues in medio lupoꝵ dicit dñs, ⌊sed in ĳs oĩbus⌋ aduersi- Matt. 10
B tatibus, ⌊superamus⌋ oĩa, æquanimiter sustinendo, ⌊propter eũ, qui dilexit nos⌋ .i. propter
Christi amorem, qui prior dilexit nos, & propter beneficium gratiæ eius, cuius auxilio & vir- 1. Johã. 4
tute oĩa inuictissime patimur, & etiam propter ipsum finaliter obtinendum pro præmio.
« ⌊Certus sum em̃, quia neq; mors, neq; vita⌋ .i. amor viuendi aut vita voluptuosa, ⌊neq; an-
« geli,⌋ qui sunt de ordine vltimo infimæ hierarchiæ cœlestis, ⌊neq; principatus,⌋ qui sunt de
« tertio ordine hierarchiæ p̃dictæ, ⌊neq; virtutes,⌋ q̃ sunt de eiusdẽ hierarchiæ medio ordine,
« ⌊neq; instãtia⌋ .i. p̃sentia bona vel mala, ⌊neq; futura,⌋ prospera vel aduersa, ⌊neq; fortitu-
« do⌋ .i. violẽtia alicuius, ⌊neq; altitudo⌋ .i. dignitas seculi huius vel cornu hũanæ p̃sumptiõis,
« ⌊neq; profundũ⌋ .i. profunditas sapiẽ secularis aut philosophicæ, ⌊neq; creatura alia, pote-
rit nos separare à charitate dei, q̃ est in Chr̃o Iesu⌋ .i. secũdũ eius doctrinã & voluntatẽ à nobis
impẽdit deo, ita ꝙ eum toto diligimus corde vt docuit Chr̃s, Vel dicit charitas ista dei esse in
Chr̃o Iesu, qm̃ ea q̃ Chr̃s pro nr̃a salute fecit ac ꝑtulit, incitãt nos ad actualẽ ac feruidũ dei amo Matt. 22
rẽ. Istud dicit Apl̃us in ꝑsona suipsius & alioꝵ aploꝵ, q̃s ex reuelatiõe diuina sciebat eẽ confir Marc. 12
matos in gr̃a. V el si istud intelligat dictũ in ꝑsona oĩm p̃destinatoꝵ, referẽdũ est q̃tũ ad separa Luc. 10
tionẽ finalẽ, nã q̃uis interdũ quidã eoꝵ separent ad tẽpus à deo ꝑ culpã mortalẽ, finalr̃ tñ sepa
rari nõ possunt. Præterea q̃d de angelicis spiritibus dictũ est, nõ est intelligẽdũ q̃si angeli sancti
velint nos separare à dei amore, sed q̃a etsi ꝑ impossibile vellẽt hoc, nõ tñ id possent, iuxta quẽ
sensum ait Apl̃us: Licet angelus de cœlo euãgelizet vobis p̃ter id q̃d euãgelizauimus, anathe- Gala. 1.
ma sit. V eruntñ per angelos p̃fatoꝵ cœlestiũ ordinũ intelligũt malos q de ordinibus illis ruisse
credunt, de q̃bus ad Ephesios habet: Non est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinẽ, sed Ephes. 6
aduersus principes & potestates, &c. In expositionẽ textus huius epistolæ hic celeriter trans-
eo, quam super epistolas Pauli diffusius elucidaui.

¶Sermo primus circa Epistolam, De immensa dei erga suos misericordia,
& contra malos iustitia infinita.

C
Beatus quẽ elegisti & assumpsisti dñe. Psal. 66. Ad hoc dñs vniuersoꝵ, deus oĩpotens, iustus, pius, & sapiẽs vniuersa cõstituit, vt sua ĩ eis ꝑfectio reluceret. Porrò ĩter ꝑfectio nes dei misericordia & iustitia magnũ & altũ obtinẽt locũ. Ideo deus, cuius sapiẽ non est nũerus, voluit misericordiã atq; iustitiã suã in ĩtellectualib⁹ ac rõnabilib⁹ creaturis Psal. 144
manifestari, quas ergo p̃ordinauit ad hoc, vt finaliter salui fiant, ĳ vocant electi & prædestina-
ti, quos aũt perituros præuidit, præsciti, reprobíq; dicunt, & illos vocat Apostolus vasa miseri
cordiæ, istos nominat vasa iræ. Hoc in spũ sanctus propheta intelligens, loquutus est deo: Bea Ro. 9
tus quem elegisti & assumpsisti. V ere beatus est quem deus ab æterno elegit & tempore sibi pla Psal. 64
cente assumpsit. i. per charitatem & grãm sibi in vita p̃senti coniunxit, deinde in cœlesti regno
per gloriam beatifice sibi astrinxit, aut ita vnire decreuit. ¶Deniq; de materia ista prædestina
tionis diuinæ & præscientiæ ac reprobationis æternæ nõ est corã populo multũ loquendũ, ne
q; incaute aut abundãtius prædicandũ, quoniã vulgus non est tã altę materiæ capax & facile ex
tali sermocinatione occasionẽ sumit erroris vel indecentis cõfabulatiõis. V erũtamen q̃a Apo
stolus in p̃sentis festi epistola euidenter de ista scribit materia, aliq̃d inde tangã superficialiter,
& succinctim, quatenus Christiani aduertant, quantũ deo habeãt regratiari de hoc ꝙ præ cæ-
teris mũdi gentibus ad fidẽ salutarẽ, grãḿq; baptismi vocati sunt. Propter q̃d ait Hieronym⁹: Hierony.
Nihil felicius Christiano, cui regna promittunt cœloꝵ, nõ ꝙ oẽs Christiani saluant, sed quia
nullus homo nisi Christianus saluatur tempore euangelicæ legis, cum Chr̃s testetur: Nisi quis Johã. 3

 renat⁹

Johā.3 renatus fuerit ex aqua & spū sancto, non potest introire in regnū dei. Et rursus ibidē asseritur: D
Qui nō credit, iam iudicatus est, quia nō credit in noīe vnigeniti filij dei. ¶Primo ergo viden-
Augustiñ. dū est hic, quid sit pdestinatio. Et ad hoc Augustinus respondet, q pdestinatio est pordinatio
rationaliū & intellectualiū creaturarū quarundā ad æternā beatitudinē certitudinaliter obtinē
dam. Et rursus: Prædestinatio, inquit, est præparatio gratiæ in psenti & gloriæ in futuro. Cum
eñ ad supernaturalē felicitatē deus creauerit hominē, ad quā nemo naturalibus potest ptinge
re viribus, sed p sola supernaturalia auxilia grē dei. Hinc ij qbus deus largit gratiosa media p-
tingendi ad felicitatē æternā dicunt electi, & qm deus nil casualiter agit aut improuise, sed om
nia sapientialr ac prouidētialr operat, ideo isti qbus ab æterno decreuit pstare dona & virtu-
tes certiue ac finalr verā adipiscēdi salutē, vocant electi & pdestinati & vasa misericordiæ, qa
ex sola charitate, liberalitate & misericordia sua deus hoc facit. Cæteri aūt vocant psciti & re-
probi, vasaq; iræ, qm propter eorū demerita iuste relinquunt à deo. Nunc ergo pēsemus pro-
fundius q beati sunt electi & pdestinati, q itē miseri sint psciti ac reprobi. Cū etem totū tēpus
vitæ psentis sit tanq̄ momētū & indiuisibile nūc respectu futuræ æternitatis in vita sequēti, om
nisq; tribulatio huius viæ sit tanq̄ nihil cōparatiōe futuræ felicitatis & gloriæ, cōstat q electi q
Matth.5 tumcūq; diras ac diuturnas tribulatiōes habeāt in hoc mūdo, nihilominus valde beati censendi
Luc.6 sunt, eo q ad æternā & ineffabilē illā beatitudinē certissime sint vēturi, ideo ait saluator: Beati
estis cū maledixerint vobis hoīes & psequuti vos fuerint & dixerint omne malū aduersum vos
mētientes propter me, gaudete in illa hora & exultate, qm merces vestra copiosa ē in cælis, imò
quo grauiora hic patiunt, eò feliciores sunt, dūmodo verā in deo patientiā seruēt. Simili modo
reprobi & psciti quātumcūq; tpaliter prosperent, delitient, ac honorent, prorsus miseri sunt & E
tāto infeliciores, q̄to nūc abūdantius atq; diutius in proprijs desiderijs prosperari ac ambulare
sinunt. Cum delectatio ac duratio vitæ istius nullius momēti sint cōparatione gaudij & perpe
Job.21 tuitatis futuræ felicitatis. Vnde de talibus scriptū est: Impij viuunt, subleuati sunt, cōfortatiq;
diuitijs, semen eorū pmanet corā eis, & nō est sup eos virga dei, ducūt in bonis dies suos & ī pū
cto ad inferna descendūt. Deniq; cum vnusquisq; homo in seculo isto incertus sit an pdestina-
tus sit, an certe psciitus, restat vt vniuersi & singuli semp timorati, custoditi, soliciti simus corā
iudice summo & periculi nostri immēsitatē iugiter vereamur, psertim cū ī laqueorū medio am
bulemus, quos pauci euadūt, ita q non solū multo maior pars hoīm, sed & multo maior Chri-
stianorū in æternū damnat. O quanta est excæcatio hominū, q̄ta insipientia mortaliū, quāta p
uersitas iniquorū q tam intimorate, vitioseq; viuūt quasi à deo iudicādi nō essent, & quasi non
Deute.32 esset vita post vitā psentem. Idcirco de eis beatissimus Moses dixit: Gens absq; consilio est &
sine prudētia, vtinā saperēt & intelligerēt ac nouissima prouiderēt. Et sanctus Dauid: Filij, in-
Psal.4 quit, hominū vsquequo graui corde, vt qd diligitis vanitatē & quæritis mēdaciū? Hinc etiā Sa
Pro.1. lomon loquit: Vsquequo stulti ea q sibi nociua sunt cupient? Siquidē stulti sunt oēs deo nō ad-
hærentes nec obedientes, qm bona carnalia & caduca pferūt bonis spūalibus & supernis, imò
summo, incōmutabili & interminabili bono, qd est deus sublimis & bñdictus, cuius cōparati-
one totus mūdus est velut puluis exiguus. Prosperitatē quoq; vitæ psentis breuē, incertā ac mo
Eccles.1. dicā prædiligūt ac præponūt beatitudini regni cœlestis inæstimabili & æternæ. Nonne vanis-
simi atq; stultissimi sunt ij omnes, & tamē tam multi sunt, vt de eis illud Ecclesiastis dicat: Stul-
torum infinitus est numerus. Præterea cum inter prædestinatos & præscitos nihil ita distinguat F
in seculo isto vt charitas dei & amor sui, quia per charitatem dei efficitur homo membrū Chri
sti & ciuis Hierusalem & per amorem sui qui est amor improbus ac priuatus, quo homo diligit
se in se & propria delectamenta ac commoda quærit contra diuina præcepta, efficitur seruus
ac membrum diaboli, ciuisq; Babylonis. Hinc ad verā & spūalem dilectionē dei ac proximo-
rū semper nos demus, in ea pmaneamus, crescamus, & cōsummemur, omnē vero inordinatū
Grego. carnalē & fœdū abijciamus de cordibus nostris amorē, amicos in deo & inimicos propter deū
Matth.5 amemus, dei honorē & gloriā feruide desideremus, ei vniri, placere, æternalrq; vacare sup oīa
appetamus & quicqd à dei amore impedit aut auertit, despiciamus, nā vt ait aplus: Diligētibus
Ro.8 deū oīa cooperant in bonū. Insup cū pinducta ita se habeāt, attēdamus q vere & excellēter bea
tus fuit & est sctūs aplus Thomas, qa non solū quoad propriā psonā eminēter electus fuit & p-
Isidorus. destinatus, sed etiā tā copiosissimū & innumerabilē pplm infidelē cōuertit ad Chrm & sua pdi
catione virtutibus atq; miraculis ad æternā pduxit salutē. Nam vt testat Isidorus, gloriosiss. iste
aplus Euāgeliū pdicauit Parthis & Mœdis ac Persis, Hircanis q q; & Brachianis & orientalem
ingrediēs plagā, remotioraq; gētiū penetrās loca vsq; ad Indiā superiorē deuenit atq; ibidē, si-
Psalm.51. cut alibi plurimos valde cōuertit. Ideo fructuosiss. arbor fuit & dicere potuit cū propheta: Ego
aūt sicut oliua fructifera in domo dei. ¶Præterea admonemur in psenti epla cōsiderare, q in-
dicibilis sit charitas, munificētia & miscdia dei in suis electis, qa p supnaturalia grārū suarū cha
rismata facit eos suo filio naturali cōformes. Per charitatē nanq; & cæteras virtutes infusas fiūt
amici & adoptiui filij dei, qui & paternaliter eos tuetur. Non ergo pusillanimes simus aut for-
midolosi

A midolosi deum veraciter quærimus, si eum diligimus, si ei placere conamur, & ei pro posse in omnibus obedimus, ipse adiutor atq; protector est noster, ideo ipso iuuante hostibus præualemus dicente Apostolo: Si deus pro nobis quis contra nos? Amplius sicut hic docet Apostolus: Hoc inter beneficia dei pcipuũ est, quòd deus pater omnipotens proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, in quo primo apparet inæstimabilis charitas dei ad nos, iuxta illud beati Iohannis: In hoc apparuit charitas dei in nobis, qm̃ filium suum vnigenitum misit deus in mundum, vt viuamus p eum. Secundo, in hoc apparet misericordia dei patris, quia in tantũ condoluit nobis p vitia vulneratis atq; æternæ damnationis periculis expositis, quòd vnigenitum filium suum misit nobis in medicum animaꝶ, qui animaꝶ nostraꝶ languoribus mederetur, & vitia nostra curauit, ab infernali quoq; interitu liberauit, & ad veram perduxit salutem. Hinc ait Propheta: Benedic anima mea dñm, & noli obliuisci om̃es retributiones eius qui propitiabitur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus. Tertio, in hoc apparet summa iustitia dei, qua deus maluit filium suum dilectissimũ, tam amarissimam mortem pati, quàm peccata manere inulta, imò vt Esaias dicit: Deus posuit in eo iniquitatem omniũ nostrum. Quarto, apparet in isto incomprehensibilis liberalitas dei, quia tam magnum bonum, videlicet vnicum filium suum præstitit nobis, quem etiã quotidie in sacramẽto nobis largitur. Ex quo constat, quod bona minora dare paratus sit tanquàm benignissimus atq; ditissimus pater, si tamen fiducialiter, humiliter, ac pseueranter orauerimus eum. Nunc ergo indesinenter cõsideremus beneficia dei, charitatem, liberalitatem & misericordiam eius sup nos, sicq; in eius

Roma.8.

1.Johã.4.

Psal.102

Esa.53

B roboremur amore, vt ab ipso nihil nos queat auertere, imo eius intuitu & amore mortificemus salubriter nosmetipsos. Nam vt ait Apostolus: Qui sunt Christi carnem suam crucifixerunt cũ vitijs & concupiscentijs. Non ambulemus in desiderijs vanis ac prauis, sed in continuo dei timore in arta via salutis, in charitate, sobrietate, humilitate, cæterisq; virtutibus, sicq; fructuosi ac gloriosi Thomæ, imo & Christi sectemur vestigia, quoniã qui se dicit in Christo manere, debet, sicut ille ambulauit, & ipse ambulare, hoc est, quod ad Corinthios dicit Apostolus: Semp mortificationem Christi in corpore nostro circumferentes vt vita Christi manifestetur in carne nostra mortali. Vnde in eadem ait epistola: Pro om̃ibus mortuus est Christus, vt qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est. Hoc modo beatissimus Thomas Apostolus mortificauit seipm̃, & Christo non sibimet vixit, sed innumerabiles pro deo persecutiões patientissimè tulit, infatigabiliter laborauit, ignotas & remotissimas ingrediendo prouincias, in quibus varias ac pessimas inuenit abusiones quas extirpauit ab eis, quaꝶ vna hęc fuit q marito alicuius mulieris defuncto, vxor eius bene vestita, ornata, viua sepeliebat cũ eo. Vnde in itinerario S. Clementis narrat, queãdmodũ sanctus Thomas existens in India, misit principi Apostolorum sacratissimo Petro epistolam de hoc ipso.

Gala.5
Matth.7

1.Johan.2
2.Cor.4.
2.Cor.5.

¶Enarratio Euãgelij: Misit Iesus duodecim discipulos suos pcipiẽs eis & dicẽs &c.
Matth.10. Lucæ.10. Marci.6.

HOdierno in Euangelio legitur, qualiter Chr̃us ante passionẽ suã misit duodecim Apostolos ad pdicandum in Iudæa, dans eis virtutẽ faciendi magna & præclara miracula.
C Vnde euangeliũ istud in solẽnitate Thomæ Apostoli legitur, qui post Chr̃i passionẽ vsq; ad fines mundi missus est prædicare, atq; innũerabilibus, pclarissimisq; miraculis choruscauit longe lateq;. Itaq; Matthæus ait: ⌊ Misit Iesus duodecim discipulos suos⌋ .i. Apostolos q inter discipulos Chr̃i fuerãt principales Misit autem eos ad prædicandũ cõbinatos. i. duos simul vt dicit Marcus: ⌊ præcipiens eis, & dicẽs: In viam gentium ne abieritis⌋ hoc ẽ, nõ eatis ad prædicãdum gentilibus. ⌊ & in ciuitates Samaritanoꝶ, ne intraueritis⌋ ad pdicãdum eis, simr nec in villas, nec in castella eoꝶ. ¶Porro Samaritani erãt natiõe gẽtiles nati, ex his qs rex Assyrioꝶ adduxit, habitareq; fecit in terra decẽ tribuũ Israel cũ cæpisset & trãstulisset tribus easdẽ, prout. 4. Regũ plenius, edocet receperũtq; samaritani qnq; libros Mosi nõ, pphetas ⌊ sed potius ite ad oues q perierũt domus Israel⌋ Ordo verboꝶ ẽ: Ite ad oues domus Israel q perierũt. i. ad hoĩes Israeliticę plebis, q oues dei fuerũt, aut eẽ debuerũt. iuxta illud Psalmistę: Nos aũt pplus eius & oues pascuę eius. Hi perierũt. i. dãnatiõi fuerũt obnoxij p, pprias culpas & spiritualiter mortui erãt peccãdo. In primo quoq; parẽte p originale pctm̃ perierãt. Itaq; sicut Chr̃s de seipso asseruit: Nõ sum missus nisi ad oues q perierũt domus Israel. Qm̃ añ passionẽ suã in, ppria psona pdicare missus nõ fuit nisi Iudęis tanquã peculiari & fideli pplo dei, cui aduẽtus Chr̃i specialr fuit p, pphetas, pmissus. Sic Chr̃us añ passionẽ suã discipulos suos nõ misit, nisi ad pdicandũ Iudęis, vt vel credẽdo & obediẽdo saluarent, vel nõ credẽdo inexcusabiles redderent. Honorãdi qppe erãt Iudęi, qa ex semine priarchaꝶ descẽderũt & legẽ habuerũt à deo p Mosen datã atq; ex eis Chr̃s ac eius Apl̃i nati sunt. ¶Porro, post suã resurrectionẽ Chr̃us pręcepit Apl̃is: Euntes in mundum vniuersum pdicate euãgeliũ om̃i creaturę. Nec tñ Apl̃i hoc pceptũ sunt executi, nisi postq prædicauerũt Iudæis p plures annos, & , p maiori parte fierẽt indurati.

Matt.10
Lucę 10.
Marci 6

4.Reg.17

Psalm̃.78

Matt.15.

Exodi.34
Acto.5
Actoꝶ.16

Actor.13 Tunc nanq; iusta facta est transmigratio Apostolorum ad gentiles. Hinc Paulus & Barnabas D
dixerunt Iudæis: Vobis oportebat primũ loqui verbum dei, sed quoniam repulistis illud, ecce
conuertimur ad gẽtes. ⌊Euntes autẽ prædicate (Iudæis) dicentes: Quia appropinquabit regnũ »
cœlorum⌋ hoc est, beatitudo & gloria regni cœlestis. Nam Christus sua passiõe pro totius mũ »
di satisfaciẽdo peccatis, aperuit ianuã regni cœlestis. i. impedimentũ intrãdi illud deleuit & me
Phil.2 ritum introeundi cõmunicauit hoĩbus. Obediẽdo etenĩ patri vsq; ad mortẽ, & crucis patibu-
lum sustinẽdo promeruit quantũ in ipõ est & sufficienter cunctis hominibus cœlestis regni in-
gressum, suum'q; meritũ cõmunicauit hoĩbus. Sed quia doctrina Christi & Apostolorũ super-
natutalis fuit, & de secretis cœlestibus, idcirco saluator dedit Apostolis virtutẽ, & gratiã faciẽ-
di miracula quæ sunt apta proportionata'q; media, vtpote supnaturalia argumẽta ad proban-
dum veritates fidei Christianæ & euangelicæ synceritatẽ doctrinæ. Hinc ait: ⌊Infirmos cura- »
te, mortuos suscitate, leprosos mundate⌋ hoc est, vestris orationibus impetrate hoĩbus bene- »
ficia ista, ita quòd supnaturalr, efficienter, principaliter'q; præstenť à deo. Instrumẽtaliter vẽ
Marci.6 ro dispositiue à vobis. Veruntñ Apostoli ante Christi passionẽ non leguntur aliquẽ mortuũ
suscitasse, sed Marcus asserit, quòd dæmonia plurima eiecerunt, & ægros aliquos curauerunt.
⌊Gratis accepistis⌋. i. absq; precio & merito vestro accepistis à me dona gratiæ gratis datæ, »
videlicet virtutem faciendi miracula & etiã dona gratiæ gratũ facientis, ⌊gratis datæ⌋ hoc est, »
pure propter deũ. Non tẽporalis lucri aut fauoris intuitu alijs cõmunicate beneficia ista & sa-
cramẽta ecclesiæ informationẽ ac cætera spiritualia bona pro quibus nihil sumendũ est p mo-
dum precij & initi pacti, ne spiritualibus tpalia cõparentur, quia hoc symoniacũ esset quàmuis
1.Petri.4 aliquid accipi possit, tanquã stipendiũ vitæ. Hinc princeps Apostolorũ in prima sua hortať Ca E
nonica: Vnusquisq; sicut accepit gratiã in alterutrũ illã administrantes, sicut boni dispensato-
res multiformis gratiæ dei, hinc q̃q; idẽ beatissimus Archiapľs vt legitur in Actis, dixit Symo-
Actor.8. ni Mago volenti emere potestatem dandi spiritum sanctum: Pecunia tua tecum sit in perditio
nem, quoniam donum dei existimasti pecunia possideri.

¶Sermo secundus circa Euangelium: De charitate sancti Thomæ ad Christum prompta'q; eius resignatiõe ad mortẽ, de fraterna charitate, & q nemini quicquã negare debemus quod impendere possimus.

DIxit Thomas ad condiscipulos: Eamus & nos, & moriamur cũ illo, Iohannis vndeci
mo. Queẽadmodũ prætacto Euangelij sui capľo, Euangelista refert Iohannes, quan
do Lazarus frater Mariæ Magdalenę ac Marthæ grauiter ægrotabat, miserũt soro
res eius ad Iesum, dicentes: Dñe, ecce quẽ amas infirmať. Cũ'q; dñs Iesus vellet ire ad
Johan.11. Bethaniam, in qua habitauerunt Maria & Martha, & Apostoli trepidarent, dicentes: Dñe iam
quærebant te Iudæi lapidare, & tu iterũ vadis illuc? Beatus Apostolus Thomas eos exhortans,
ac roborans. Eamus (inquit) & nos, & moriamur cum illo. In quibus verbis ostendit charitatẽ
suã ad Christũ magistrũ ac dñm nostrũ. Bonũ quoq; propositũ suũ ad moriendũ cũ Christo,
& pro eo. Et q̃uis sanctus ille Apľs instante Chri passione dũ ipẽ ab impijs caperet à proposito
fortitudinis suæ ceciderit, qa cũ coapostolis fugit, tñ post Chri ascẽsionẽ & spũs s. missionẽ con
stãtissimus mãsit atq; fortissimus fuit vsq; ad mortẽ. Nã Chro pcipiẽte prexit ad Indos, cum tñ
ad nullã gentẽ tam inuite iuisset, sicut ad illos quantũ in se erat. Nihilominus dño id iubẽte prõ-
ptissime iuit ad eos. Cum etenĩ sanctus Thomas apud Cæsareã esset, apparuit ei Christus, dicẽs F
Rex Indiæ misit pposituũ ad quærendũ hoĩem arte architectorica eruditũ. Veni ergo & mittam
te ad illum. Cui Thomas: Dñe, quo vis mitte me, pter ad Indos. Dixit'q; ei dñs: Vade securus,
& ero tecum. Cum'q; Indos conuerteris ad me, cũ palma martyrij venies. Cui Thomas: Dñs
meus es tu, & ego seruus tuus, fiat volũtas tua. Ecce in his huius thematis verbis multa nobis p-
ponunť virtutũ opa imitanda. Primo vt sicut B. Thomas coapľos hortabať ad eundũ cũ Chro
atq; ad moriendũ cũ ipõ, ita & qlibet nřm q̃tum pt, obligať, & pximos suos horteť ad bona agẽ
da, ad exercitia virtuosa, ad feruidũ dei obseqũ, q; q̃uis ad supiores & pdicatores ac pres potissi
mũ spectet, quilibet tñ Chri fidelis ad hoc ipm aliquo modo astringiť, tã ex charitate dei q̃ ex di
lectiõe pximi. Si enĩ deũ sup oĩa vere diligimus, restat vt eũ ab oĩbus honorari optemus, idcir-
co proximos nřos ad dei venerationẽ ac seruitutẽ p posse debemus inducere. Hinc in sua Apo
Apoca.22 calypsi ait Iohã. Qui audit, dicat: Veni. i. qui pcipit & cognoscit aliqd eẽ virtuose agẽdũ, proxi
Hebre.3. mos suos inuitet vt ambulẽt secũ in via virtutũ. Vnde ad Heb. dř: Adhortamini vosmetipsos p
singulos dies vt nõ obdureť qs ex vobis fallacia pcti. ¶Porrò videmus in secľo isto, q serui ma
gnorũ platorũ ac pricipũ grauiter ĩdignanť, si qs iferior, platis, pricipibus'q; eorũ r̃uererẽtiã debitã
Johan.18 nõ ipẽdat. Vñ & ipissimus ille Malchus dño Iesu Chro alapã dare psumpsit, eo q vt sibi appa-
ruit Chrus nõ satis reuerẽter r̃ndit põtifici: Qui igiť pximos ad diuinę honorificẽtiã maiestatis
inducere nõ conať orãdo, hortãdo, docẽdo, corripiẽdo, exẽplariter cõuersando, aut aliq mõ si-
bi possibili ac decẽte, neq; de ĩhonoratõe altiss. creatoris sui cordialr cõtristať, à dei amore se va
Psalm.118 cuũ eẽ testať, iõ ait ppheta ad dñm: Tabescere me fecit zelus meus, qa obliti sunt ver. &c. Itẽq;:

Docebo

A Docebo(inquit)iniquos vias tuas,& impij ad te conuertentur. Secundo,ad istam exhortatio- Psalm.50
tionem proximis impendendam astringimur ex charitate fraterna, qua omnes homines sicut
nosipsos spiritualiter amare tenemur. Si etem̃ proximos nostros syncere diligimus,certũ est,
q̃ ea sine quibus salutẽ consequi nequeunt,persuadebimus eis hortando ad bona agenda & ad
vitia relinquenda. Hinc quippe ad fraternam correptionem omnes tenemur. Videmus quòd
homines ad eundem locum proficiscentes,hortantur seinuicem ad eundem,similiter qui con-
tra eosdem aduersarios præliantur,cohortãtur se mutuo ad pugnãdum. Cum ergo oẽs Chri
stiani sint conuiatores,& commilitones ad eandẽ cœlestem patriam gradientes, & contra ma
lignorum spirituum vitiorum'q; aciem,bellum iuge habẽtes,debẽt seinuicẽ ad gradiẽdum p artã Matth.7
viam salutis atq; ad resistẽdum peccatis hortari,sic'q; sibijnuicẽ ad salutẽ coopari. Hinc ad Ga- Gala.6
latas dicit Apostolus: Dum tempus habemus,operemur bonum ad om̃es,maxime autẽ ad do-
mesticos fidei. Et ad Colossenses ait: Super omnes charitatem habete,docentes & commonẽ- Coloss.3
tes vosmetipsos. Væ itaq; eis qui verbo aut exemplo alios trahunt ad culpam & perditionẽ,aut
male agentibus blandiunt, arrident,consentiunt,quia per hoc participes fiũt illorum in vitijs.
¶Præterea,hoc modo sanctus Apostolus Thomas feruẽtissimus extitit exhortator hominum
ad virtutes. Cum enim à rege Indiæ copiosam accepisset pecuniam pro palatio fabricãdo &
rex per biennium esset absens. Sanctus Thomas toto biennio prædicationi fuit intentus plu-
rimos'q; conuertit. Pecuniam quoq; dedit pauperibus,imò dum adhuc esset in via ad Indię re-
gem,atq; in vrbe quadam nuptijs interesset,quas rex quidam suæ filiæ fecit. Ipse Apostolus ad
B regis petitionẽ sponso ac sponsæ benedixit,quibus paulopost Christus in somno apparuit, &
Apostolum ianuis clausis introduxit ad illos. Dum ergo Apostolus sponsum ac sponsam ad
virginitatẽ seruãdã cohortaret,apparuerunt eisdẽ angeli duo dicentes: Nos sumus angeli vo-
bis ad custodiam deputati,qui si Apostoli,monita seruaueritis bene, offeremus deo om̃ia de-
sideria vestra,sic'q; sponsus & sponsa sunt conuersi ac baptizati à Thoma apostolo in virgini-
tate manẽtes,& sponsus ip̃e nomine Dionysius,ciuitati in qua ista qua contigerãt,est ep̃us or-
dinatus. Sponsa vero sacro velamine consecrata,post longum tẽpus martyrium est perpessa.
Secundo,in themate præassumpto docemur,vt eamus cum Christo, ip̃m sequẽdo,& hoc du-
pliciter: Primo,indigẽtibus pro posse subueniẽdo, queãdmodũ Christus à Maria & Martha Iohan.11
rogatus,iuit ad eas ad suscitandum fratrẽ earum defunctum. Secundo p̃sonaliter exẽplo Chri
sti,virtuose viuẽdo. Debemus igitur proximis nostris charitatiue succurrere, obsequiosi'q; esse
cum dicat Apostolus: Per charitatẽ seruite in inuicẽ. Nam & naturalis lex exigit, vt vnusq'sq; fa Gala.5
ciat proximo,prout sibi fieri vult ab illo,quod quàm expediẽs sit Salomon pãdit,dicẽdo: Fra- Prouer.18.
ter qui adiuuat à fratre,quasi ciuitas munita. Hinc Christus: Om̃i petẽti te,tribue. Si ergo pro- Lucę.6.
ximus quærat à nobis auxilium,cõsilium,obsequiũ,quicq̃d rõnabiliter petit, charitatiue & pie
impartiẽdum est ei. Charitas nãq; non quærit quæ sua sunt tm̃, sed alijs pro posse assistit. Hoc
modo proximis suis succurrunt q̃ ad op̃a misericordiæ corp̃alia ac sp̃ũalia proni sunt, de q̃bus 1.Cor.13
ait saluator: Beati misericordes,quoniã ipsi miam consequẽtur. Vnicuiq; equidẽ subuenien- Matth.5
dum est in his,in q̃bus amplius indiget,ita vt qui tristis est consoletur,q̃ infirmus visitet,q̃ læsus
curetur. Vnde ad Thessalonicẽses dicit Apostolus: Corripite inquietos,consolamini pusilla- 1.Thess.5
C nimes,suscipite infirmos,patiẽtes estote ad omnes. ¶Porro ad istud insinuãdum dñs noster
Iesus Christus in cœna nouissima pedes Apostolorum lauare dignatus est, quo facto,loqu- Iohan.13.
tus est eis. Scitis,quid fecerim vobis,id est,q̃d istud quod vobis feci,significet. Vos vocatis me
magister & dñe,& benedicitis,sum etem̃,si ergo ego laui pedes vestros,magister & dñs vester,
& vos debetis alter alterius lauare pedes,hoc est,mutuo humiliter deseruire. Itaq; sicut glorio-
sus princeps Apostolorum protestat de Christo,quòd p̃transiit benefaciẽdo & sanãdo om̃es op
pressos à diabolo,ita & quilibet nostrum(si vere est Christi minister ac membrũ)debet proxi Actorum.10
mis benefacere quãtum p̃t,& rõ dictat,lex'q; diuina requirit. ¶Præterea,hoc modo B.Apl'us
Thomas proximis copiose sp̃ũaliter corp̃aliter'q; subuenit,ignorãtes docẽdo p̃fidos conuertẽ
do,pauperibus eleemosynas tribuẽdo,infirmos quoq; curãdo. Cum em̃ regẽ Indiæ eius'q; fra
trem,& multum populum cõuertisset ad fidẽ,omnẽ plebẽ illius prouinciæ conuocauit,quibus
congregatis debiles & infirmos fecit stare seorsum,vt orauit pro eis. Cum'q; qui docti fuerant,
r̃ndissent: Amen. Choruscatio de cœlo veniẽs,tã Apl'm quàm alios p̃ horam fere mediam,sic
prostrauit,vt omnes se putarẽt ictu fulguris interisse. Erigens autem se Apostolus,dixit: Sur-
gite,quoniã dñs meus sicut fulgur venit,vos'q; sanauit. Exurgentes igitur omnes,deum glori-
ficauerunt,atq; Apostolum. Secundo,Christum sequi debemus,p̃sonaliter virtuose viuendo,
hoc est,Chr̃i virtutes sequẽdo,charitatiue humiliter,timorate,patiẽter,mansuete, continẽter,
sobrie atq; simpl'r cõuersando. Inaniter nanq; & ad grauiorẽ sui dãnationẽ,Chr̃ianus à Chr̃o
vocat q̃ Chr̃i virtutes nõ imitat. Hĩc ad Eph.ait apl's: Obsecro vos in dño vt digne ambuletis Ephe.4.
vocatiõe q̃ vocati estis,cũ om̃i hũilitate & mãsuetudine,cũ patiẽtia supportãtes inuicẽ in chari-
tate,soliciti seruare vnitatẽ sp̃ũs in vinculo pacis. O q̃ cõpẽdiosissimũ & saluberrimũ documẽtũ
Tertio

Tertio, in themate edocemur vt simus parati mori pro Christo, imò & pro proximis nostris, D
1. Iohan. 3 Chri mēbris & seruis tpe oportuno. Hinc Iohānes dicit: In hoc cognouimus charitatē dei, q̄ni am ille pro nobis animā suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Ordo equidem exigit charitatis, vt primo & sup oīa atq; incomparabiliter diligamus dñm deū, deinde nosipos, tertio proximos, quarto propriū corpus seu vitā corporeā, ideo primo debemus esse parati ad moriēdum pro deo vt. s. potius mori, & oīa pati aduersa & aspera eligamus q̄ deū per pctm̄ mortale offendere. Proximos quoq; magis q̄ proprium corpus diligere obligamur, idcirco in casu debemus esse parati corporalem ponere vitam pro illorum salute, imò quotidie
Luce. 9 cum Chro, & pro eo aliqualiter mori debemus, cū ipse dicat: Qui vult venire post me, abneget semetipm̄, & tollat crucē suā quotidie, & sequat me. Qui etenī cū omi diligentia cor suū custo-
Col. 3 dit, & corpus suū castigat, salubriter mortificat seipm̄, eo modo quo ait Apostolus: Mortificate mēbra vestra quæ sunt sup terrā. Quæ mortificatio non est nisi cohibitio mēbrorum ab omni vsu seu ope malo, ne p linguā loquamur verba illicita, nec p manus faciamus prohibita, neq; p pedes curramus ad opa vitiosa, sed neq; in choreis saltem⁹ velut vituli & cameli, nec sufficit mala vitare, sed mēbris bene vti oportet ad exercēdum opa virtuosa. Hinc Romanis scribit Apłus
Roma. 6. Sicut exhibuistis mēbra vr̄a seruire immūditiæ, & iniqtati ad iniqtatē, ita nūc exhibete mēbra vr̄a seruire iustitię in sanctificationē. ¶ Postremo, istud felix & S. apł's Thomas impleuit p̄clare siquidē pro fidei veritate & Chro mortē promptissimo passus est aio, vt sequēti dicet sermone.

¶ Sermo tertius: De B. Thomæ integritate, & duodecim virtutū gradibus qbus populū instruxit, de'q; stupēdis circa corpus eius exhibitis diuinitus miraculis.

Dixit Thomas: Dñe, nescimus quo vadis, & qūo possumus viā scire? Rñdit Iesus: Ego sum via & veritas & vita. Nemo venit ad prēm nisi p me. Iohan. 14. In pulcherrimo ac sapiētissimo illo sermone, quē dñs noster Iesus Chrus post cœnā nouissimā fecit E
Iohan. 14 Apłis scripta sunt verba ista. Cū em̄ dixisset Chrus. Vado parare vobis locū & addidisset. Quo ego vado scitis, & viā scitis. S. Apłus Thomas dixit: Dñe, nescimus quo vadis, & qūo possumus viā scire. Cui rñdit saluator: Ego sum via, veritas & vita. Ac si diceret: Cum ego sim via eo ipo q̄ me scitis viā scitis. In his verbis multa innuunt, quę nobis imitāda cōstitūt. Primo em̄ in his insinuat diligentia Thomæ Apłi, q tā auide inquisiuit intellectū verborum Chri ab ipo, ita & nos cū aliqua sacrę scripturę verba audimus aut memoramus, quorum ītellectū nō capimus instructionē & expositionē à sapiētioribus inuestigare debemus. Sacra nāq; scriptura est velut epła nobis à spū sctō missa, iō verba eius diligētiss. debemus aduertere, & sensum attēdere alias paruipēdimus verba spūs scti, imò & spm̄ sctm̄ inhonoramus. Si rex aut princeps terrenus destinaret alicui vrbi aut psonę epłam, nōne indignaret & cōtēptū se iudicaret, si vrbs aut psona illa eius epłam parum aduerteret, nec intelligere eā curaret, quātomagis deus maiestatis īmēsę
Ecci. 3 indignabit nobis, si verba scripturę diuinę nō multū aduertimus, nec intelligere ipa satagimus.
Deute. 32 Hinc Ecclesiasticus dicit: Auris bona cū omi cōcupiscētia audiet sapiam. Et S. Moses loquitur Interroga prēm tuū & annūtiabit tibi maiores tuos, & dicēt tibi. Scdo, in verbis istis insinuatur humilitas B. Apłi Thomæ, qa ignorantiā suā nō erubuit cōfiteri, sed ait: Dñe: Nescimus quo vadis. Sed circa hæc quæstio orit. Videt nāq; Thomas verbis Chri cōtradixisse. Siquidē Chrus di
Iohan. 14 xit: Quo ego vado scitis, & viā scitis. Ad q̄d Thomas protinus est locutus: Dñe, nescimus q̄ vadis, & qūo possumus viā scire. Et respōdendū q Thomas apłus, nequaq̄ intēdebat verbis Chri F magistri sui contradicere, nec putauit ea falsum aliqd continere, sed æstimauit verba sua simul cum verbis Christi posse verificari, & ita fuit, quoniā incomplete, confuse & materialiter non complete, determinate, atq; formaliter sciuerūt, quo tenderet Christus, & viam salutis, quia & si Christum aliqualiter cognouerunt, non tñ pfecte & sub ratione vię ac mediatoris, In hac igit humilitate sequamur Apłm & ignorātiā ac imperitiā nostrā humiliter fateamur, ne pereamus cū illis q tāta replent supbia, vt nec suā ignorantiā velint fateri, & ea scire se iactāt, aut simulent, quæ ignorēt. ¶ Insup in themate præassumpto docemur duplicē esse naturā in Chro, puta humanā per quā sibi competit esse viam. i. reconciliatorem & mediatorē inter deū & homines & diuinā per quā competit sibi esse vitam & veritatē. Pater nāq; & filius & spūs sanctus sicut sunt vnus verus deus, vna eēntia, vna bonitas īfinita, ita sunt substātiałr vna pura & actualissima vi
Iohan. 14 ta, vna'q; veritas, prima, æterna, & increata, & q̄m nemo venit ad prēm in vita pręsenti per gratiam, nec in futura per gloriam, nisi per Christum, hoc est, per fidem & meritum eius, & virtu-
Ephes. 5. tum eius sectando vestigia. Hinc omes impij Chriani & infideles sunt in statu æternæ damnationis. Propterea saluberrimè monet Apłus: Estote imitatores dei sicut filij charissimi & ambu
1. Petri. 2. late in dilectione, sicut & Christus dilexit nos & tradidit semetipm̄ pro nobis. Princeps quoq; Apostolorum in prima sua Canonica ait: Christus passus ē pro nobis vobis reliquens exēplum, vt sequamini vestigia eius, hoc est, humilitatis, patientiæ, mansuetudinis, charitatis eius exēpla. ¶ Pręterea q̄m Christi vestigia sic sequi oportet, ideo sanctus apłus Thomas docuit ppłm quē cōuertit duodecim gradus virtutū, p quos velut p scalam ad fontē btitudinis deū conscēderet.

A Primus gradus est, vt in deum crederent qui est in essentia vnus, & in ꝑsonis trinus. Fides nãq; Hebre. 11
est omniũ fundamentũ virtutũ sine qua impossibile est deo placere. Secundus gradus est, vt sa-
crum baptisma susciperent. In adultis enim baptizãdis fidei instructio debet baptismi susce- Matt. 28
ptionem præcedere. Propter quod dixit Apostolis Christus: Euntes docete om̃es gentes, ba Hieronymus
ptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Vbi ait Hieronymus: Primo, doceant
gentes. Deinde doctos baptizẽt. Tertius est, vt se à fornicatiõe abstraherẽt. Hoc em̃ vitiũ ado
lescẽtes ac iuuenes magis impugnat, & ꝑ vitiũ istud efficit̃ homo oĩno carnalis & accidiosus, ac
bestialis atq; in propriũ corpus peccat, q̃d dehonestat, & de mẽbro Chr̃i efficit membrũ mere 1. Cor. 6.
tricis, imò seipm̃ facit habitaculũ dæmonis q pc̃m̃ luxuriæ possidet, maxime genus humanũ.
Quartus est, vt auaritiã deuitarẽt. Nẽpe in senioribus luxuria tepescẽte auaritia solet magis vi-
gere, imò multos cõspicimus q q̃nto plus vitãt luxuriã, tãto amplius se demergãt in auaritię in-
saniã vitiosam, cuius tãta ẽ grauitas vt Apl's auaritiã idoloꝝ noĩet seruitutẽ. Sicq; auari cõparã Col. 3
tur idololatris. Nã sicut idololatrę idola plus colũt q̃ veꝝ deũ, ita auari rebus vilibus & terrenis
magis q̃ deo summo inhęrẽt. Ex auaritia q̃q; nascunt̃ fraus, rapina, mẽdaciũ, furtũ, testimoniũ
falsum, puersum iudiciũ, & ĩnumerabilia mala, imo & latrociniũ. Quintus vt gulã restringerẽt
q gula nõ animã tantũ, sed corpus quoq; occidit, grauat. Sõnolentiã, pigritiã, cõcupiscẽtiã, lu
xuriã causat, ideo ait saluator: Videte ne corda vr̃a grauent̃ crapula, vl' ebrietate, aut curis huius Luce. 21.
seculi. Et Petrus apl's: Sobrij (inqt) estote & vigilate. Sextus est, vt pœnia ꝑmanerẽt pc̃ã iugi 1. Petri. 5
ter detestãdo, & de p̃teritis oportunis horis dolẽdo. Semp em̃ displicere debet homini, ꝙ pec-
cauit. Contra quod faciunt q mala sua p̃terita cũ risu recitãt atq; lætitia, cũ tñ dicat Bernardus ꝙ Bernard.
B nihil sic displicet deo, sicut exultatio in peccatis. Septimus, vt in his ac cęteris bonis ꝑseuerarẽt.
Sola nãq; ꝑseuerãtia coronat̃, Chr̃o dicẽte: Qui ꝑseuerauerit vsq; ĩ finẽ saluus erit. Octauus, vt Mat. 24.
hospitalitatẽ amarẽt. Hoc nãq; est vnũ de opibus misericordiæ. Vnde & princeps Apl'oꝝ in Matt. 25
prima sua epl'a cohortat̃: Hospitales inuicẽ sine murmuratiõe Nonus, vt voluntatẽ dei in agen-
dis quærerẽt. Decimus, vt eam quærerẽt etiã in nõ faciendis, vt. s. ea agerent quæ complacent 1. Petri. 4
deo & illa vitarent quæ displicẽt ei. Vnde ad Romanos dicit̃: Probetis quæ sit voluntas dei bo Roma. 12
na, & beneplacẽs & perfecta. Dei nãq; voluntas, prima regula est om̃is iustitiæ ac virtutũ. Vn-
decimus, vt amicos & inimicos diligerent, hoc em̃ necessariũ est ad salutẽ. Cum Christus præ- Matt. 5.
cipiat: Diligite inimicos vestros, benefacite his q oderunt vos. Duodecimus, vt in his obseruã-
dis curã haberent peruigilem. ¶ Præterea, cum B. Thomas innumerabiles hoĩes in inferiori
India, Perside, ac Mœdia conuertisset, superiorẽ Indiã est ingressus, atq; innumeris ibi choru-
scauit miraculis, & copiosissimã plebẽ cõuertit. Cumq; vxorẽ Carisij cognati regis, & regis cõ
iugẽ cõuertisset. A Carisio in carcerẽ missus est. Deinde ligatis manibus ꝑsentatus est regi q fe-
cit Apl'm nudis pedibus sup ferreas laminas stare ardẽtes, moxq; ꝑ om̃ipotẽtiam dei, fons ibi
erupit laminas illas infrigidãs. Tunc rex fecit Apostolum in ardentẽ iactari fornacem, de quo
beatissimus Thomas die sequenti exiuit illæsus. Cumq; rex ei iussisset vt solem adoraret, flectẽs
Apostolus genua, dixit: Ecce adoro, sed non solẽ aut eius simulachrum, sed dñm meum Iesum
Christum, in cuius nomine iubeo tibi dæmon q in illo simulachro latitas, vt illud comminuas,
& statim instar cęræ est liquefactum. Tunc sacerdotes idoloꝝ dederũt mugitũ. Pontifex vero
C eoꝝ eleuãs gladium, occidit Apostolũ, dicẽs: Ego vindicabo iniurias dei mei. Rex aũt atq; Ca-
risius videntes, ꝙ populus vellet mortẽ Apostoli vindicare fugerunt. Chr̃iani vero gloriosum
corpus Apostoli cum ingẽti reuerẽtia sepelierunt. ¶ Insup sicut fert̃ postmodũ corpus sacra
tissimi huius Apostoli in vrbẽ noĩe Edissam translatum est. Sed cõtradicit p̃triarcha Iohãnes, q
Anno dñi. M. XL. causa pallij suscipiẽdi per iter vnius anni Constãtinopolim venit, vbi audi
ens Romã esse caput Ecclesiæ, venit illuc tẽpore Calixti papæ secundi, ibi dispositionẽ & statũ
ciuitatis suæ Vlna nomine sic descripsit: Longitudo eius quatuor dieꝝ itinere per circuitum tẽ
ditur. Latitudo muroꝝ eius duos simul recipit currus. Altitudo altas Romanoꝝ turres excedit
Per medium ciuitatis Physon defluit fluuius paradysi, ibiq; aurum optimũ & gemmas pretio-
sissimas, q̃bus Indi ditãtur, emittit. Extra ciuitatem est mons lacu profundissimo circumseptus
in cuius circuitu sunt duodecim Ecclesiæ in honore duodecim Apostoloꝝ constructæ, vbi cœ
nobite quotidie celebrant. ¶ Porro, in summitate montis est excelsa Ecclesia, in qua sanctus
Thomas quiescit, hãc nullus intrat, nisi cum diebus octo ante festũ eius aqua decreuit. Die itaq;
solẽnitatis eius patriarcha cum suffraganeis pontificalibus indutus, ingrediens, capsam argen-
team cum cathenis deponit. Vbi cernitur corpus Apostoli tanquàm viuens & erectum. Ante
ipm̃ pendet lampas aurea balsamo plena cum cathena argentea, quæ semel accensa ab anno in
annum sine diminutione luminis ac balsami reperitur, quo omnes ægri sanãtur. Est aũt Apo-
stolus talis formæ qualis fuerat adhuc viuens. Facies eius vt sidus rutilat, capilli rubri vsq; ad hu-
meros descendunt barba rufa & crispa, vestis dura & integra. Post missam pattiarcha ho
stias consecratas in patena genibus flexis offert sanctissimo Apostolo, qui miraculose & ma-
num aperit & singulas porrigit. Si accedit infidelis vel peccator mortalis manum retrahit, do-
nec ille

nec ille conuertatur vel subito moriatur. Peracto officio & corpore Apostoli reposito, populus ad propria remeat, & lacus redundãs montem vt prius circundat. Hæc patriarcha Iohãnes in propria recitauit psona. Quibus auditus Calixtus papa cum clero & populo Romano, qui aderat manibus in cœlum extensis benedixerunt Christum, qui tãta miracula per Apostolum beatissimũ Thomã annuis tpibus operari dignat. ¶ Postremo, in legenda S Apostoli Thomæ habet, q cũ in præfatis nuptijs esset, & iugiter cœlum intueret, nec mãducaret, quidã pincerna alapã dedit ei. Cui dixit Apostolus: Expedit tibi vt in hac vita pro hoc scelere castigeris, quatenus in futuro indulgẽtiã cõsequaris. Nõ hinc surgã donec manus quę pcussit me huc à canibus deferat. Cũq; ad hauriendã aquã iret pincerna, leo accurrẽs occidit ipm bibitq; sanguinẽ eius, lacerãtibus vero canibus corpus ipsius vnus niger canis manũ eius in mediũ portauit conuiuiũ. Sed istud non videt aliquibus esse credibile, q talem Apostolus exercuerit aut obtinuerit vltionem. Ad quod mihi videt dicendum, q Apostolus ex diuino & occulto instinctu prætacta protulit verba, & talem voluit fieri vltionem, non ex impatientia, aut zelo vindictæ, sed amore iustitiæ pro multorum conuersione ad gloriam creatoris. Nam viso tanto miraculo, tota obstupuit turba. Rex quoq; sponsum ac sponsam fecit ab Apostolo benedici. Et huius occasione facti, multi valde conuersi fuerunt. Apostolus etiam percussori suo veniam impetrasse legitur in futuro. Sicq; in magnum bonum eius contigit ei illa vindicta. Certum est autem ex scripturis vtriusq; testamenti, quòd homines sancti multa fecerunt ex occulto, spiritus sancti instinctu quæ secundum communem legem non essent licita, nec sine tali instinctu commendabilia viderentur aut imitanda.

¶ AD RELIGIOSOS.

¶ Sermo quartus: De perfecta propriæ carnis abnegatione, deq; veram religionem constituentibus.

Johan.11 EAmus & nos & moriamur cum illo, Iohannis. 11. Hæc verba locutus est sacratissimus Thomas apostolus ad coapostolos, trepidãtibus illis ire cum Christo, quãdo resuscitaturus fuerat Lazaꝝ. Cum eñ dixisset ad eos: Eamus in Iudæam iteꝝ, responderunt: Rabbi, iam quærebãt te Iudæi lapidare, & iteꝝ vadis illuc? Quibus locutus est Thomas Eamus & nos, & moriamur cum illo, videlicet Christo. In qbus verbis, feruor dilectionis Thomæ ad saluatorem, & fortitudo animi eius patescunt. Sit ergo in nobis tãtus charitatis ardor, & tãta animi fortitudo, vt simus parati mori pro dño Iesu Christo. Quia vt princeps apostoloꝝ fatet: Christus passus est pro nobis, vobis relinquẽs exemplum, vt sequamur vestigia eius. ¶ De-

1. Petri. 2. 1. Johan. 3 niq; Iohãnes ait: In hoc cognouimus charitatẽ dei, qm̃ ille pro nobis animã suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Si ergo exemplo Iesu Christi, debemus pro fratribus seu proximis nostris, nostras animas ponere, qm̃ Chr̃us hoc fecit, quãto magis parati esse debemus ad ponendum animas nostras pro ipomet Christo. Verum quoniam tempore isto istud nemo requirit à nobis. Est aliud genus mortis seu mortificationis, quo pro Chr̃o quotidie mo-

Luce. 9. ri debemus, de quo in Euangelio dñs ait: Qui vult venire post me, abneget semetipm, & tollat

Psalm. 43 crucem suã quotidie, & sequat me. De quo cecinit sanctus qui loquitur deo: Quoniã propter te

2. Cor. 4. mortificamur tota die. Et Paulus: Semp (inquit) mortificationẽ Iesu in corpe nostro circũferẽtes, vt & vita Iesu manifestet in carne nostra mortali. Quæ est ergo mortificatio ista, quæ vocatur quotidianum martyrium? Et respondendum, q mortificatio ista in duobus consistit. Primo, in hoc q corpus quotidie salubriter castiget, & eius concupiscentiæ extinguant, spirituiq; subdatur, ac varijs tribulationibus exerceat, seu pœnis grauibus propter iustitiã afficiatur. De qua mortificatione ait vas electionis: Castigo corpus meũ, & in seruitutẽ redigo. Itemq; Mor-

1. Cor. 9. Col. 3 tificate mẽbra vestra quæ sunt super terram. Secundo, consistit in hoc q homo plene abneget ac relinquat seipm, propriã voluntatem penitus deserẽdo, seq; ab om̃i amore priuato funditus expurgãdo, ita vt iam nequaq̃ secundũ proprias & naturales affectiones, inclinationesq; viuat, sed iuxta Chr̃i consilia & præcepta, iuxta charitatis diuinæ exigentiã, iuxta euãgelicæ legis pfe-

Gala. 2 ctionẽ seu beneplacitũ dei in oĩbus conuerset, cum Apostolo dicere queat. Viuo iam non ego,

Gala. 6 viuit vero in me Chr̃us. Et denuo: Mihi autẽ absit gloriari, nisi in cruce dñi mei Iesu Chr̃i, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Sic se abnegare, superare, relinquere, merito mortificatio appellatur, qm̃ ita se abnegans, & priuatum amorẽ extinguẽs, omnia illa amorose amplectet, fortiter agit, patienterq; sustinet, quæ naturæ humanæ secundum seipam considera tæ, molesta, pœnalia, siue contraria sunt. Talis quippe corpus suum in om̃ibus domat, paupertate, fame, siti, ieiunijs, abstinentijs, vigilijs, disciplinis, nuditate, frigore, afflictioneq; lætat, atq; in his Chr̃i vestigia assequi gloriatur. Insup aduersarios diligit, pro iniuriantibus orat, maledicentibus benedicit, odientibus ac malefacientibus benefacit. Cupit contemni, irrideri, humiliari, subesse, ac obedire, & breuiter quicq̃d nouit deo placere, acceptumq; esse, ad complacendum approximãdumq; ei, ad honorãdum eum, ad obtinẽdum beatificã fruitoĩnẽ ipsius, hoc cupit, hoc amat & amplexat. In his quasi in oĩbus diuitijs gloriat. Hoc nãq; est priuatum amorem, expellere,

A pellere, seq; in deo diligere, oĩa illa appetere, q̃ ad cõplacendũ & vniẽdũ se deo expediũt. Hoc modo felix & sanctus apl'us Thomas se abnegauit, & omnẽ à se priuatũ euulsit amorẽ. Qui cũ à Chr̃o mitteret ad conuersionẽ Indoꝝ, tunc vsq; valde ferociũ, dixit: Deus meus es tu, & ego seruus tuus, fiat volũtas tua. Nos ergo in hac saluberrima atq; viuifica mortificatiõe tantũ imitemur apl'm, & cũ eo exhortemur nos inuicẽ dicẽtes: Eamus & nos, & moriamur cũ illo. Eamus inquã de virtute in virtutẽ, de imperfectione ad pfectionẽ, de via ad patriã. Eamus post Christũ, eius sequẽdo vestigia & moriamur cũ illo, mortificãtes nosipsos q̃tidie, iuxta p̃tacta. Delitias & honores carnis ac seculi despiciamus, prospera mũdi vilipẽdamus, quicq̃d mũdus. i. mũdani hoĩes, carnalesq; appretiant, sit nobis vt crux siue tormentũ. Ridere, iocari, libertatibus, vanitatibusq; resolui, carnaliter repausari, iuxta propriũ libitũ viuere, tanq̃ venena infernalia fugiamus ac aspernemur. Ad istã mortificationẽ, ad priuati amoris eradicationẽ, oĩa corporalia exercitia nostra, & vniuersos labores, & quicq̃d religiose agimus ac seruamus, ordinare debemus pro impetrãda pfectiõe, hac ipsa infatigabil'r & affectuosissime viscera misc̃diæ dei nostri expostulemus. Et si ita nõ agimus, sil'es sumus stulto agricolæ, q equos & aratrũ habet, nec vtit eis. Vel arat quidẽ & seminat, sed ex negligẽtia sua, agrũ à nociuis herbis nõ purgat, ꝓpter q̃d nec pcipit fructus, sed laborat inaniter. Ecce vigilias noctis ptrahimus, ieiunam⁹, psallẽdo, cantãdo, & alia ordinis exercitia faciẽdo laboramus ac fatigamur, & tñ intus paꝝ aut nihil ꝓficimus, ab amore priuato oĩm vitioꝝ radice nõ expurgamur. Cuius indiciũ est, q ad ĩprobos motus passionũ, ad irã, impatiẽtiã, cõcupiscẽtiã, cõtentiones, murmuratiões, indignatiões, sumus tã proni, manemusq; miseri in fæcibus nr̃is. Nõ transfundimur de vase in vas, ideo gust⁹

B noster manet in nobis. Hinc exercitia & labores nr̃i paꝝ aut nihil complacent deo, modicũq; meremur, neq; in charitatis synceritate atq; ardore proficimus, nec in sapiæ dono pficimur. Vnde nec contemplationis luce perfundimur. Sed imaginationibus ac phantasticis apprehẽsionibus, vanis cogitationibus & distractiõibus obruit & implet aĩa nostra etiam in diuinis. O quantũ placerẽt deo actus & labores nostri, si p̃fato modo essemus mortificati, à priuato amore mũdati, mentaliter reformati, quantis gr̃aꝝ charismatibus impleremur, q̃ splendifluis contemplationibus illuminaremur, q̃ chari & familiares essemus dño deo nostro. Nunc ergo charissimi fratres, p̃teritas negligentias deploremus, & q hactenus tã paꝝ profecimus deplangentes, accingamus nos ad meliora, & viciniora saluti obtinẽda ac exercenda, adeundũ de imperfecto ad pfectũ, atq; ad moriendũ cum Chr̃o. Discamus frangere nosmetipsos, erubescamus passionibus superari, verecũdemur ad iram, impatientiã, pusillanimitatẽ, trstitiam, concupiscẽtiam prouocari, Christi amarissimã passionẽ, mansuetudinẽ, patientiã, charitatẽ, cõstantiã, cæterasq; virtutes ita q̃tidie intueamur ac reuoluamus, vt cõformemur eisdẽ. ¶ Postremo ad hoc indefesse nitamur, vt mens nr̃a instar vitri plucidi, & tanq̃ politissimus lapis, ac lignũ planissimũ, ab om̃i tortuositate passionũ, ab om̃i curuitate & obliquitate culpaꝝ, ab om̃i demersione negligẽtiaꝝ suaꝝ penitus serenet, synceraq; fiat, recta & impturbabilis pseueret. Vt sic deo intime vniat, & proxime sit cõiuncta, stans in cõtactu solis iustitiæ, à quo radio sapiæ perfundat, stillicidijsq; gratiæ locupletetur, & omni roboretur virtute. Johan. 11

C ¶ Sermo quintus, Quòd religiosus quisq; animam suam, templum sanctum domino efficiat, & quibus id virtutibus rectius agat.

AEdificauit regi domũ. 3. Reg. 7. Ad literam scripta sunt verba hæc de Salomone, cui vir in arte architectornica eruditissimus, Hiram noĩe, missus à rege Tyri, templum construxit ad domum. Sic sapientissimus atq; sanctissimus apl'us Thomas, à Christo regi Indiæ missus, eidẽ ædificauit spũale palatium. Et hoc duplex. Vnum in mẽte ipsius, dũ eum conuertit ad fidem, & ad virtutũ structurã, ordinẽq; perduxit. Aliud in paradiso cęlesti, dũ regẽ ad meritorios actus instruxit. Sic & q̃libet nostrũ regi cœloꝝ debet in aĩa sua, domũ, thronũ, templũ, palatiũ ædificare, imò animã suam facere debet domũ, thronũ, templum, palatiũ regis æterni. Qui p Zachariã testat: Ecce ego venio, & habitabo in medio tui. Zacha. 2
Apl'us quoq;: Templũ, inq̃t, dei sanctũ est, q̃d estis vos. Sed & aĩa iusti, sedes sapię appellat. Por 1. Cor. 3
rò p charitatem fit aĩa domus, templũ, thronus & palatiũ creatoris, saluatorisq; sui. Qui eñ ma Sap. 7
net in charitate, in deo manet, & deus in eo. Et quamuis (Paulo testante) Chr̃us per fidem ha- Ephe. 3
bitet in cordibus nostris, nõ tamen per solã informem seu nudã fidẽ hoc agitur, sed per fidem formatã, vtpote charitate ornatã. Domus aũt in qua regia cõmorat maiestas, vocat palatium quod formosum, luminosum, nobile, amplũ, ac forte esse oportet, prout excellẽtiã decet regale. Siue ergo ipsa aĩa virtutibus decorata, siue ordinata virtutũ structura, domus & tẽplũ dei vocet, debemus regi regũ ac dño vniuersoꝝ cõdecẽs in nobis habitaculũ ædificare. Et q̃uis virtutes infusæ sint, vtpote p creationẽ à deo collatæ, nihilominus dicit homo in se virtutum structuram seu spũale palatium deo ædificare, vel se ad gr̃æ ac virtutũ infusionẽ seu incrementũ aptãdo, seu actus virtutũ ordinate prosequẽdo & exercẽdo. In hoc igit summi regis palatio & spũali ædificio, necesse est firmũ ac ꝓfundum fundamẽtũ locare, quod est fides, aut certe timor dei

siue humilitas. Patiētia aūt est pauimētū. Quatuor vero parietes, sunt virtutes quatuor cardinales. Charitas demū est turris. Tectū quoq; est spes, ostiū aūt prudētia, fenestræ, sapiētia & sciētia, reparatio, pœnitētia. Sit igitur primo in nobis fides catholica, certa, clara, & prorsus D
Ephe. 6 firmissima, vt simus tā certi de fidei veritate, q̄ certi simus deū verū, falsi testē eē nō posse. Atq; in fide hac, oīa tela nequissimi ignea extinguamus, certi de prouidētia ac assistētia dei, & angelorū ope sanctorū. Propter q̄d cū oīni instātia, cōfidētia ac feruore, dei gratiosum auxilium, angelorū q̄q; custodū nostrorū opē & assistētiā, inuocare debem⁹, quod faciētes insupe
Eccle. 2. rabiles erimus, imò & victoriosi in oīnibus. Quis eñ sperauit in dño, & derelictus est? aut qs inuocauit illū, & despexit eū? Sit inquā in nobis fides certa & clara, cū nō sit religiosorū circa coīa lāguere, sed in cūctis virtutū actibus præfulgere, virtutūq; habitus radicatos, plucidos, immobiles possidere. Idcirco spectat ad nos habere fidē cū ratiōibus credēdorū, ac intelligētia mētis purgatæ, ita vt sæpe cōtēplemur, q̄, quāta & qualia testimonia ꝓhibuerit deus oīpotēs & æternus fidei Chrianæ, ab exordio primitiuæ ecclesiæ vsq; in præsens, quæ certe numerari nullatenus possunt. Et ipsi patres ꝑ quos deus fecit miracula, fuerūt in oīni virtute ꝑfecti, vere humilimi, patiētissimi, mitissimi, deitatis amore ineffabiliter inflāmati, nihil terrenū, nil carnale, vel mundanū aut vanū cupiētes, Ab oīni simulatiōe, duplicitate, ac magica arte purissimi, soli deo intēti. Cōtēplemur itē, quēadmodū ꝑ scripturas vet. test. ꝑ prophetarū oracula, ꝑ finalē derelictionē hāc Iudæorū, veritas fidei demōstraẗ. Et q̄liter ī viris ꝑfectis, oīa sibi pulcherrime cōsonabāt, īcōprehēsibilitas fidei, spūalitas vitę, admirabilitas ꝓdigiorū. Et qūo nūc vsq; de⁹ sctōs suos mirificat, ꝑ plura & eminētiora miracula, sctītati eorū testimoniū prębēs, eis defunctis, q̄ fecit eis adhuc in carne viuētibus. Per q̄d pius deus ostēdit q̄ chari E sunt sibi, & q̄ gloriose viuāt vbi viuūt, qui in tā miraculosis effectibus hic viuunt vbi defuncti sunt. Quid honoris & gloriæ largitur oīpotēs aīabus, quarū corpora sic honorat? Hæc cōtēplādo accēdamur ad bñ agēdū, atq; in deo nostro ꝑ fidei magnitudinē, trāsgrediamur mu
Psal. 17 rū. i. oīe virtutū obstaculū, oīe diabolicæ tētatiōis machinamentū. Nō timeamus à timo
Psalm. 90 re nocturno, à sagitta volāte in die, à negotio perambulāte in tñbris, ab incursu & dæmonio meridiano. Vbiq; & semꝑ certi de oīipotētis ac supfidelissimi creatoris præsentia, sine cuius dispositiōe ac ꝑmissu, nil nobis potest accidere, de angelorū quoq; custodia, q cūctis hostibus nostris sunt fortiores. ¶ Insup, sit in nobis timor dei filialis, sanctus, assiduus, tā perfe-
Eccles. 7. Ezech. 1. ctus, vt eorū quæ ordinis sunt nil negligamus, quēadmodū scriptum est: Qui timet deū nihil
Hierc. 15. negligit. Simus itaq; aīalia vndiq; oculata, vt diligētes & circūspecti simus, in oīnibus separātes ꝑtiosum à vili, uoc est virtutes à vitijs, vera à fasis, spūalia desideria à carnalibus, vt pretiosis inhæreamus, & vilia respuamus. Sit quoq; in nobis semꝑ profunda humilitas, vt etiā
Esaiæ. 51. si quis dixerit nobis, seu cuilibet nostrū, incuruare vt trāseamus, nō indignemur, nec solū trāquillitatis, prosperitatisq; tēpore, sed aduersitatis, correptiōis, tribulatiōis, iniuriarūq; hora. Humiles simus, nō tumētes superbia, nec loquētes cōuitia, nec quēpiā aspernātes, memores
Johan. 18. Luce. 23 eius q inclinato capite añ ꝑsidē stetit, & propter nos à rege iniquo, alba veste illusus est & cōtēptus. Hinc abbas Pastor disseruit, quòd tā indesinēter debet monachus, timorē dei & humilitatē mēte reuoluere, quàm incessabiliter attrahit aerē ore. ¶ Præterea, his spūalis ædificij fundamētis locatis, cōstruamus in nobis patiētiæ pauimentū, vt etiā si cōculcemur, & cūctis subijciamur, æquanimiter toleremus. Per patiētiā, prospera & aduersa virtuose suscipia F mus, vt nec prosperis extollamur, neq; aduersis deijciamur. Stetq; inflexibilis mentis nostræ status quia in patiētia nostra possidemus animas nostras, id est, saluas & sanas eas habemus, seu in statu salutis ac gratiæ constitutas, quas per impatientiā perdimus, sicut in Iob legitur:
Job. 15 Quid perdis animā tuā in furore tuo. Et Iudith ait: Qui tētationes non susceperunt in timo
Judith. 8. re domini, & impatientia sua exterminati sunt. Et sicut qui patiēs est, multa gubernatur pru
Prouc. 14. dentia, ita qui impatiens est, exaltat stultitiā suā. Est autē patientia clipeus hominis virtuosi, quia per eam contra vitiorū læsiones se protegit. Nā sicut per impatientiā incidit homo diuersa & magna peccata, ita per patientiā varia ac grandia euadit vitiorū pericula. Magna ac
Matt. 11. nobilis est patientiæ virtus, qua qui caret, raro vel nunquàm erit quietus ac stabilis, sed tanq̄ arundo vento agitata, hinc inde concutietur. Taliter ergo constituto in nobis patiētiæ fundamēto, parietes huius spiritualis palatij erigamus in nobis, qui sunt quatuor virtutes cardinales, prudētia, iustitia, fortitudo & tēporātia, vt discreti simus ī cūctis & iustitiā induamur.
Psalm. 131 Secundū illud: Sacerdotes tui induātur iustitiā. Nec propter pericula mortis à virtutibus re-
Daniel. 13 cedamus, cū Susanna dicētes: Melius est mihi incidere in manus hoīm, q̄ peccare in cōspectu dñi. Multoq; minus ex minorū aduersitatū timore abducamur à via iustitiæ, vt hi q ex timore displicēdi hominibus, aut patiēdi oblocutiōes seu modica dāna, non erubescunt peccare. Amplius parietibus istis, tectū videlicet spem supponamus. Quoniā spes instar tecti ab incō-
Roman. 5 Hiere. 17 modis impulsionibus, tētationibus vniuersis, nos tegit ac protegit. Spes etem̄ nō confundit.
Psalm. 83 Spes oīa impetrat. Idcirco bñdictus vir q cōfidit in dño, & beatus homo qui sperat in deo.

Omi-

A Omnibus aūt his, charitatem pro turri supædificemus. Charitas enī est virtus summa, & erigit ad superna, ac deo nos vnit. In ea secure quiescit, & tanq̄ in summo manet. Sic ædificato palatio isto, ostiū fabricemus in eo, quod est misericordia seu pietas ad oīa vtilis, per quā homo ad seipsum ingredit, iuxta illud: Miserere animæ tuæ placens deo. Et item: Benefacit animæ suæ vir misericors. Atq; ad suos egredit proximos, faciens eis prout sibi vult fieri, vt visitans speciem suā non peccet, Ignoscens iniuriantibus sibi, & cōdolens omni peccanti. Fenestræ demum quibus hæc domus illuminatur, sunt sapientia & scientia. De quibus loquitur Esaias: Diuitiæ salutis, sapientia & scientia, vtpote quæ sunt dona spūs sancti. Nec habentur, nisi ab existente in charitate & gratia. Donū etiam intellectus, fenestra est domus istius. Præterea si in domo hac spūali aliqua læsio p veniale peccatū, aut corruptio per mortale cōtingat, per pœnitētiam protinus reparetur, fiatq; q̄ fuerat ante fortior. Est autē regium istud palatium pulchriformiter decorandū, varietate picturæ ornandū, contemplationibus diuinorū, ac sacris exercitijs cæterarū virtutū, potissimū actibus latriæ, deuotione, oratiōibus, meditationibus, psalmodijs. In ijs ergo virtutibus gloriosissimū Thomā aplm imitemur, qui quāto ante ad credendū extitit durior, tanto postmodū fuit in fide constantior. Vnde & innumerabilibus choruscauit miraculis. Incarceratus quoq;, & ab illustri, fideliq; fœmina Migdonia rogatus, vt ei ignosceret, eo q eius occasione fuit carceri traditus, cōsolatus est eam dicens se oīa pati libenter. Postremo q̄ ardentissimus fuerit in charitate dei & proximi, innotescit ex hoc, q tam longe ac late pdicando discurrit, tā īfatigabilr pro aliorum conuersione, & dei honorificētia laborauit, siquidem Parthis, Mœdis, Persis, Indis ac alijs pdicauit, innumerabilesq; conuertit ad dnm. 1. Tim. 4 Eccl. 30 Pro. 11. Tobię. 4 Matth. 7 Matth. 5. Esa. 33

B ¶Sermo sextus, Quanta virtus & gratia sit fides vera, quantum deo sacrificium sit eius verbis credere & obtemperare.

QVIA vidisti me credidisti, beati qui non viderunt & crediderunt, Iohannis vigesimo. Hæc fuerunt verba Christi ad gloriosum & prælectum Thomam apostolū cum dixisset ad eum: Infer digitū tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam huc & mitte in latus meum, &c. Ex quibus verbis infert Albertus, quod claui quibus cruci affixus est dominus Iesus, tam grossi fuerunt, vt digitus manus virilis. Quia q̊d ait: Infer digitum tuum huc, exponitur in manus meas, hoc est in locum cicatricis vulnerū manuum mearum. Et item q lancea illa dira, qua transfixum est latus saluatoris, grossa fuit & lata, ad modum virilis manus. Ex quo patet acerbitas pœnæ quam pertulit filius dei in perforatione manuum suarū ac pedum. Propter quod ei compati debemus dupliciter. Primo interna cōpassione ex pietatis affectu. Secundo suæ passionis imitatione, patienter ferendo aspernationes, opprobria, afflictiones, iniurias, correptiones, correctiones, & alia quæuis aduersa, Christi intuitu & amore. Quoniam ipse testatur: Qui non baiulat crucem suā & sequitur me, nō potest meus esse discipulus. Non igitur simus etiam secularibus hominibus pueriliores & infirmiores, ita vt pro modico verbo, aut signo, aut quantulacunq; aduersitate cōmoueamur, aut maleloquamur, seu vindicemus, aut conqueramur. Deniq; beatissimus ille Thomas, post verba præmemorata, de fidei veritate certificatus, atq; diuinæ dignationis circa se magnitudinē admiratus, deuotissime exclamauit: Dominus meus & deus meus. Cui saluator: Quia vidisti me (inquit) credidisti, Beati qui non viderunt & crediderunt. Itaq; qui Christum corporaliter nō viderunt, & nihilominus credunt in eum, vtpote fide formata in eum extenti, beati sunt modo in spe, in inchoatione ac merito, paulo post, futuri beati in re, in consummatione ac præmio, dummodo finaliter perseuerent. Magni etenim meriti est apud deum, intellectum subijcere fidei seu scripturis, ea credendo, quæ rationem naturalem prorsus transcendunt, imò sensui ac rationi contrariari videntur. Quia per hanc credulitatis subiectionem, intellectus seipsum vincit, violentat, mactat & sacrificat domino deo suo. Vnde loquitur Paulus Apostolus: In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. Vult nanq; & exigit deus, vt homo se totum subdat ac offerat illi, à quo totum quod habet & est, sumpsit. Quemadmodum autem voluntas se deo subdit & sacrificat, aduersarios quoq; amando, sic intellectus incomprehensibilia credendo, prout de hoc pulcherrime scribit doctor ille feruens & vnctus Guilielmus Parisiensis in libro de fide & legibus. Johan. 20 Johan. 19 Luc. 9 Johan. 20 Ibidē. C 2. Cor. 10

¶Præterea, quoniam fructuosissimus iste apostolus Thomas, tam dignantissime certificatus, & visitatus fuit à Christo, idcirco feruentissime atque latissime euangelizauit fidem ac legem Christi, prout apud Esaiam de ipso & coapostolis, Christus prædixit: Mittam ex eis qui saluati fuerint ad gentes, in mare in Aphricā, & Lydiam, in Italiam & Græciam ad insulas longe, & annuntiabunt gloriam meam gentibus. Cumq; in India prædicaret beatissimus Thomas, specialiter admonuit plebem, vt verbum dei libenter audirent. Et hoc propter quatuor rationes, secundum quod verbum dei, rebus quatuor comparatur. Primo, equidem cōparatur collyrio, quia oculū mentis illuminat. Hinc in Apocalypsi loquitur Christus: Collyrio inunge oculos tuos, vt videas. Audiamus ergo & nos verbū dei libēter vbiq; in Esa. 66 Apoc. 3

choro, in capitulo, in colloquio, vt illustretur mēs nostra ad intuēdū & ponderādū suas defectuositates, culpas præteritas, mala instantia, futura pericula, sicq́ꝫ timorati & circūspecti, ac custoditi in om̄ibus simus. Ad cōsiderādū etiā dei bñficia ac promissa, cōsilia & præcepta, & ea quæ ordinis sunt, vt cūcta obseruet, sicq́ꝫ grata sit deo, agilis & subiecta. Ad cōtēplandam etiā immēsitatē perfectionis & excellētiæ, ac beatitudinis dei, & supergloriosissimæ trinitatis, felicitatē & gloriā, mutuāq́ꝫ intuitionē, dilectionē, cōplacentiā, fruitionē, emanationē & cōmunicationē ad intra, superbeatissimā & æternā consistentiā eius. Cū om̄i itaqꝫ auiditate audiamus verbū dei, tanq̄ epistolā spiritus sancti, cū summa reuerētia audiēdā, & verba prelati nostri, tanquā verba Christi, qui ait prælatis: Qui vos audit, me audit. Propter quod Iacobus præcipit: Abijcientes omnē immunditiā, in māsuetudine suscipite insitū verbū quod potest saluare animas vestras. Et in Ecclesiastico: Esto mansuetus ad audiēdum verbum dei. D

Luc. 10 Jacobi. 1. Eccle. 5.

Secundo, audiendū est verbū dei libenter, quoniā verbū dei cōparatur potioni medicinali. Nā sicut potio talis, corpus à prauis & immoderatis purgat caloribus, sic verbū dei, affectū, à vitiosis & carnalibus mūdat amoribus. Inducit nāqꝫ ad dei timorē, & spirituali accēdit feruore, per quæ carnalis eradicatur affectio. Ideo dixit psalmista: Ignitū eloquiū tuū vehemēter. Itēq́ꝫ: A verbis tuis formidauit cor meū. Hieremias quoqꝫ propheta fatetur: Factus est sermo dñi in corde meo quasi ignis exęstuans. Itaqꝫ verba scripturæ, & sermones sanctoꝝ, exhortationesq́ꝫ patrū nostroꝝ, nō quasi ex arida cōsuetudine, superficialiter legamus & audiamus, sed cū grādi attētione, ne deū in verbis suis paruipēdere videamur, quatenus ex verbis hm̄oi filiali repleamur amore, atqꝫ diuino accēdamur amore. Docēt em̄ nos verba scripturarum, & patrū sanctoꝝ, queadmodū summa, infinita, & prorsus incōparabilis sit bonitas, amabilitas ac suauitas dei. Et queadmodū ipse prior dilexit nos, ac suā ad nos dilectionē copiosissime nobis mōstrauit, præsertim p verbi æterni incarnationē, & cætera quæ verbū incarnatū pro nostra egit, pertulitq́ꝫ salute. Quantū vero in dei timore ac amore excrescimus, tm̄ ab om̄i loquacitate, vanitate, carnalitate, negligētia & torpore cauebimus. Nec aliter credamus nos in dei timore, ac charitate proficere, nisi ab his & à cunctis quæ displicēt deo, magis ac magis quotidie abstineamus. Siquidē signū dilectiōis, est exhibitio amoris, Christo protestāte, qui ait: Qui diligit me, sermonē meū seruabit. E

Psalm. 118 Ibidē. Hiere. 20. 1. Johā. 4. Grego.

Tertio, verbū dei libēter & auide debemus audire, qm̄ cōparat emplastro, eo q̄ vitioꝝ nostroꝝ vulnera curet. Inducit nāqꝫ ad pœnitētiā salutarē, emollit cordis duritiā, & ab ingruētibus peccatis pseruat. Hinc in actibus dr̄, q̄ verbis sancti Petri auditis: Iudæi cōpuncti sunt corde, & dixerūt apostolis: Quid faciemus viri fratres? Quibus Petrus: Pœnitentiā inqt agite. Cū itaqꝫ verbū dei audimus, cū exhortationis, correptiōis & informatiōis verba nobis dicūtur, nequaq̄ grauemur, indignemur, aut more phreneticoꝝ, irrōnabiliter reclamemus, queadmodū de quibusdā peruersis, ingratis ac reprobis, scriptū est: Odio habuerūt corripiētē, & loquētē perfecte, abominati sunt. Sed pœniteamus & humiliemus nosipsos, ac gratias referamus, discutiētes conscientias nostras. Quāta ergo est ingratitudo atqꝫ puersitas fratrū, qui cū proclamātur, corripiūtur aut instruuntur, ad iram, impatientiāq́ꝫ mouētur? Et de ipso animaꝝ emplastro, infirmiores reddūtur ac grauius vulnerātur. Quibus illud prouerbioꝝ timendū est: Viro, qui corripientē dura ceruice contemnit, repentinus superueniet interitus. ¶Porrò, veræ sapientiæ signū est, correptiones & informationes, patiēter & gratanter suscipere. Propter quod Salomon ait: Argue sapientē & diliget te. Doce iustū, & festinabit accipere. F

Actoꝝ. 2 Amos. 5. Prouc. 29 Prouer. 9

Quarto, verbū dei audiamus libēter, quoniā est cibus & refectio animæ nostræ. Quemadmodū scriptum est: Nō in solo pane viuit homo, sed in om̄i verbo quod procedit de ore dei. Queadmodū em̄ corporeus cibus, restaurat deperditum, reparat vires, confortat, oblectat, in vita conseruat, ad debitam quantitatem perducit, sic verbū dei, hominē incitat ad recuperandū tempus, negligenter, inutiliterq́ꝫ consumptum. Tepefactas reaccendit virtutes, roborat mentē, exhilarat animā, in vita gratiæ conseruat eandem, atqꝫ ad debitam perfectionē perducit dei ministrū. Hinc ait Gregorius: Sicut de illius vita merito desperatur, qui sumptū cibū nō retinet, sic de illius vita spiritualis diffiditur, qui verbum dei non seruat nec audit. Psalmista quoqꝫ loquitur deo: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Ex quibus innotescit q̄ malū sit signum, verbum dei cum fastidio quodam audire, potissimū cum dicat saluator: Qui ex deo est, verba dei audit. Hinc etiam verba psalmodiæ & orationū, delectabiliter proferre, & audire debemus. Nec vnquā tædio affici in diuinis, sed cogitare dei præsentiā, atqꝫ intuitum sup nos, eiusq́ꝫ verba præfato modo suscipere. Sicut rex Indiæ, & frater eius carnalis. Sintices quoqꝫ amita Migdoniæ, & ipsa Migdonia Carisii vxor. Soror etiam Migdoniæ, vxor regis superioris Indiæ, & alia milia hominū multa nimis, verbū dei à beatissimo Thoma apostolo deuotissime audierunt.

Deuter. 8 Matt. 4. Grego. Psalm. 118 Johan. 8

¶Postremo, verbum dei, alijs quoqꝫ quàmplurimis rebus assimilatur, cum per Hieremiam dominus protestetur: Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, & q̄si malleus conterens petram? In Ecclesiaste quoque scriptum sit: Verba sapientium sunt quasi

Hiere. 23. Eccles. 12

clavi

A clauí in altum defixi. Durissima igitur corda habent, qui verbum dei assidue audiendo, legen- Eccles.
do, loquendo, ad meliora non emolliuntur, nec à sua franguntur duritia, quorum consilium
longe à nobis fit. Nos vero præfato modo, verba dei iugiter audiamus, legamus, & profera-
mus. Ad laudem & gloriã omnipotentis dei, cui honor & gloria, &c.

¶In Vigilia Natalis Domini.

¶Enarratio Euangelij: Cum esset desponsata Maria mater Iesu Ioseph. Matth. primo.

RECTE Euangelium istud in profesto sacratissimæ natiuitatis Christi legi-
tur, quia in Euangelio isto de natiuitate Christi ex virgine scribitur angelus ꝑ
nuntiasse beato Ioseph, dicendo: Pariet autem filium, &c. sicut patebit. Dicitur Matth.1.
ergo à Mattthæo. ⌊Cum esset desponsata,⌋ hoc est, in matrimonium tradita,
⌊mater Iesu Maria Ioseph,⌋ .i. viro sic appellato, qui de eadem fuit tribu, de
qua & Maria. Vnde vt ait Hieronymus: Secũdum legem Mosi cogebatur eam Hierony.
accipere vt propinquam. Fuit autem inter gloriosam virginem & sanctum Ioseph matrimo- Deute.25
nium verũ, quamuis non fuerit per carnalem copulam cõsummatum. Hinc Lucas vocat Ma- Luc.2
riam vxorem Ioseph, vt in Euangelio crastino legetur, ⌊antequam conuenirent⌋ ad cohabi-
tandum, vt aliqui dicunt: vel, ad carnalem coniunctionẽ, secundum Hieronymũ, ad quam nec
postea conuenerunt, ⌊inuenta est in vtero habens⌋ .i. Ioseph tanquam diligẽs custos ac spon
sus virginis sanctæ inuenit ac deprehendit eam esse impregnatam. ⌊de spũ sancto,⌋ id ẽ vir-
B tute & operatione spiritus sancti, qui ex purissimis virginis sacræ sanguinibus corpus Christi
formauit & organizauit. Quamuis autẽ Maria de spũ sancto concepit, hoc tamen Ioseph pri-
ma facie (vt aliqui dicunt) ignorauit. Deniq; quãuis opera summæ trinitatis ad extra sint indi-
uisa, eo quod patris & filij & spũs sancti sit vna essentia & vna potestas, nihilominus incarna-
tio seu conceptio Christi specialiter attribuitur spiritui sancto, cum sit effectus infinitæ mise-
ricordiæ, bonitatisq; dei. Bonitas autem & misericordia appropriantur spiritui sancto. Cur
autem vnigenitus dei potius nasci voluit de virgine desponsata, quàm non desponsata multæ
causæ traduntur. Prima est secũdum sanctum Ignatium martyrem, vt Christi natiuitas lateret Ignatius.
diabolum, veruntamẽ sicut diabolus ex diuersis rebus certo cognouisset Iesum esse Christũ in
lege promissum, vtpote ex verbis angeli ad pastores, ex verbis quoq; parẽtum Iohannis Ba- Luce.2
ptistæ, si permissus fuisset, ita non obstante virginis desponsatione, facilè ex sua naturali indu- Lucæ.1
stria deprehendisset ipsius virginitatem si permissus fuisset, cum & per humanam industriam
possit deprehendi an puella sit virgo. Secunda causa est, ne virgo beata à Iudæis reputaretur
adultera. Tenera nanq; est verecundia virginum. Maluit ergo Christus Iudæos de sua natiui-
tate ad tempus ambigere, quàm de matris suæ pudore peruerse sentire. Tertia, ne Iudæi habe-
rent occasionem abijciendi Christum quasi de fornicaria natum. Quarta, vt virgo sanctissima Matth.1.
haberet casti viri solatium atq; obsequium, præsertim quando in Aegyptum ductura fuit filiũ
suum, & deinde reductura eundem, & vt Christus haberet nutritium. ⌊Ioseph autem vir eius
cum esset iustus, & nollet eam traducere,⌋ id est Iudæis quasi adulteram tradere & puniendam
exponere, vel publice accusare, ⌊voluit occulte dimittere eam.⌋ Deniq; secũdum Hierony-
C mum & Bernardum, sanctus Ioseph certus fuit de castitate Mariæ. Si eñ cognouisset eam es-
se adulteram & non traduxisset eam, fuisset iniustus, quia secũdum legem non solum actor sce
leris, sed etiam conscius eius obnoxius est peccato si tacet. Dum ergo Euangelista affirmat Io-
seph iustum fuisse atq; ob id Mariam non traduxisse, innuit, quod de suæ castimonia sponsæ
non dubitauit. Rursum si Christus noluit Iudæos de matris suæ pudore sinistrum quid suspica
ri, probabile est, quod non permisit iustum Ioseph de tanta virgine adulterium opinari. Sed
cur tunc voluit eam occulte dimittere? Respondetur, quoniam cohabitatione ac præsentia vir
ginis tantæ se reputauit indignum, sicut & Petrus reppulit à se Christũ, dicẽdo: Exi à me, quia Luce.5
peccator sum dñe. Cẽturio q̊q;: Dñe, inquiẽs, nõ sum dign⁹, vt intres sub tectũ meũ. Chrysost. Matth.8
vero dicit, ꝙ Ioseph despõsata sibi virgĩe accepit eã in domũ suã, vbi cũ Gabriel angelus, igno-
rãte Ioseph, annũtiasset virgini cõceptionẽ filij dei, & q̃liter cognata eius Elisabeth cõcepisset,
virgo mox surgẽs accepta à spõso suo licẽtia, visitauit Elisabet vt ei cõgratularet̃, rediẽs ãt post
mẽses tres cũ Ioseph eã iã cerneret imp̃gnatã, prima facie reputata ẽ ab eo peccasse, sed excusa-
tiõe ab eo recepta & attẽta sanctitate ipius, ambiguus fuit Ioseph qd de ea magis sentire debe
ret, ideo voluit eam occulte dimittere, ne vel innocẽtem traduceret, vel adulteræ cohabita-
ret, & per hoc eius crimini consentire videretur. Veruntamẽ Chrysostomus alibi aliter scri-
bit de ista Maria. Nam alio ait in loco: O inęstimabilis laus Mariæ, magis credebat Ioseph
castitati eius quàm vẽtri ipsius, & magis credebat gratiæ q̃ naturæ, impregnatam videbat & Chrysost.
fornicationẽ de ea suspicari nõ poterat, possibilius credidit mulierẽ sine viro cõcipere q̃ Ma
riam posse peccare. Vnde quod ait Chrysostomus sanctũ Ioseph putasse Mariã eẽ adulterã

 referri

referri poteſt ad tẽpus quo primo vidit eã prole fœcũdã. Alia verba Chryſoſtomi iã indu-
cta poſſunt referri ad tẽpus excuſatiõis receptæ. ¶ Præterea dubiũ nõ eſt, quãdo interior ſan- D
ctitas, caſtitasq́; Mariæ mirabiliter ac potẽter reſplẽduit, nõ ſolũ in eius vultu, ſed & in toto
corporis geſtu ac apparatu, intãtũ ꝙ qui eius cõuerſationẽ & apparatũ bñ cõſiderauit, crimẽ
quodcũq; de ea ſuſpicari nequit. At vero aliqui dicũt, ꝙ Ioſeph cũ Maria profectus eſt ad vi-
ſitãdũ Eliſabeth tanq̃ obſequioſus ac diligẽs cõmiſſæ ſibi virginis cuſtos. Aliqui etiã dicũt, ꝙ
Ioſeph nõdum accepit Mariã in domũ ſuã, ſed ꝙ deſponſatiõe peracta ipſe deſcẽdit ad pro-
priam domum tanq̃ nuptijs neceſſaria prouiſurus, & ꝙ Maria interim mãſit in ſuoꝝ domo
parẽtum ad tẽpus. Cũq; reuerſa fuiſſet ab Eliſabeth, cernẽs eam Ioſeph grauidã, noluit eã in
domũ ſuã accipere, ſed decreuit eã ſecrete dimittere. Quid hoꝝ ſit verius, incertũ eſt. ⌊Hæc »
autẽ eo (ſcilicet Ioſeph) cogitãte⌋ videlicet ꝙ Mariã occulte dimitteret. ⌊Ecce angelus dñi »
in ſomnis apparuit ei⌋. i. ipſi Ioſeph dormiẽti viſione imaginaria. In ſomno quippe reuela- »
tiones diuinæ fieri ſolẽt, quia tũc anima aptior eſt ad taliũ ꝑceptionẽ propter exterioꝝ ſen-
ſuum clauſurã, quietẽ, vacãtiã, & ꝓſertim propter imaginatõis quieſcẽtiã ampliorẽ. Hinc in
Job.33 Iob dicitur: Per ſomnũ in viſione nocturna aperit deus aures viroꝝ & inſtruit eos. Apparu-
it ergo Ioſeph, ⌊dicẽs: Ioſeph fili dauid⌋ nõ ſolũ carnis propagine, ſed fidei ac virtutũ imi- »
tatione, ⌊noli timere accipere Mariã cõiugẽ tuã⌋. i. audacter eã ſuſcipias ad cohabitãdum, »
nec aliquid mali ſuſpiceris de ea, ⌊q̃d eñ in ea natũ eſt⌋. i. proles quam habet in vtero, ⌊de »
ſpiritu ſancto eſt⌋. i. virtute & operatiõe ſpiritus ſancti cõcepta eſt ſaluo virginitatis ſigna- »
culo. ¶ Quæritur, cur non potius dicat Euangeliſta, quod in ea conceptum eſt, quàm quod in
ea natum eſt cum res naſci dicatur, dum prodit ex vtero. Reſpondendum ꝙ natiuitas ſeu ge-
neratio eſt productio ſeu acquiſitio eſſe ſubſtantialis. Res ergo tunc naſcitur cum formã ſub- E
ſtantialem ſortitur. Hanc autem proles primo ſuſcipit in vtero matris, ideo primo & prima
eſt natiuitas in vtero. Deinde ex vtero cum fœtus ſeparatur à matre, & incipit apparere quæ
natiuitas eſt, quaſi manifeſtatio primæ natiuitatis. Alia ratio eſt ad innuẽdum ꝙ Chriſti na-
tiuitas non fuit ſucceſſiua & naturalis ab imperfecto ad perfectum procedẽs, ſed inſtantanea
& ſupernaturalis, ita quòd in eodem inſtanti completa eſt corporis Chriſti organizatio ac
animatio. Ideo dicit, quod in ea natum eſt, quoniam puer quem concepit à primo ſuæ Con-
ceptionis inſtanti fuit homo perfectus, imò & vir non corporis quantitate, ſed ſapientiæ ac
Hiere.31. virtutum perfectiõe. Vnde à Hieremia triceſimoprimo prædictum eſt: Nouum creauit do-
minus ſup terram, mulier circũdabit virum, ⌊pariet autem filium⌋ de quo Eſaias prædixit: »
Eſaiæ.9 Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, ⌊& vocabis⌋ in die circũciſionis, quãdo Iudæi »
maſculis nomina imponebant, ⌊nomen eius⌋ nominatum, hoc eſt, ipſummet puerum, ⌊Ie- »
ſum⌋ nomine illo. Vel vocabis, id eſt vocãdo dices nomen eius nominans eſſe Ieſum, id eſt, »
quòd Ieſus ſit nomẽ pueri huius. Et cur ita vocandus ſit, ſubditur: ⌊Ipſe eñ ſaluum faciet po »
pulum ſuum⌋ potiſſimũ prædeſtinatum, ⌊à peccatis eorum⌋ originali, perſonali & actuali. »
Chriſtus nãq; per ſuam incarnationẽ digniſſimam, conuerſationem ſanctiſſimam, amariſſi-
mam paſſionem liberauit ſufficienter quantum in ipſo fuit totum genus humanum ab omĩ
peccato. Sed ſoli electi hanc ſaluationem finaliter aſſequuntur. Oportet eñ vt virtus ac me-
ritum conuerſationis, paſſioniſq́ Chriſti applicetur hominibus, quod fit per ſacramẽta ec-
Heb.11 cleſiæ, & per fidẽ ſine qua impoſſibile eſt ſaluari, atq; per charitatẽ, per quam homines Chri-
ſto incorporantur, & gratiarum fluenta ab ipſo adipiſcuntur. ¶ Poſtremo, Ieſus interpre-
tatur ſaluator vel ſalutaris. Conuenienter ergo Chriſtus dictus eſt Ieſus, cum ſit mundi ſal-
Johan.1 uator, de quo Iohannes Baptiſta teſtatus eſt: Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi. Vn-
Apocal.1. de & in Apocalypſi habetur: Chriſtus dilexit nos & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine
Eſaiæ.53 ſuo. Et in Eſaia ſcriptum eſt: Dominus poſuit in eo iniquitatem omnium noſtrum, cuius li-
uore ſanati ſumus. ¶ Quæritur, quomodo ſecundum Matthæum angelus vocet nomen filij
Luce.2 huius Ieſum poſt ſuam cõceptionem, cum Lucas dicat: Vocatum eſt nomẽ eius Ieſus, quod
vocatum eſt ab angelo priuſq̃ in vtero conciperetur. Dicẽdum quòd Lucas loquitur de vo-
Luc.1 catione pueri facta ab angelo ad Mariam cum dixit: Ecce concipies in vtero, & paries filiũ,
& vocabis nomen eius Ieſum.

¶ Sermo primus circa Euãgeliũ: Quod ſumma cũ deuotione, ſummoq́; deſide- F
rio, Chriſtũ, multis ſeculis deſideratũ, in nobis quoq; ſpiritualiter
naſcituꝝ expectare debeamus.

ECce veniet deſideratus cunctis gẽtibus, & implebo domũ iſtam gloria, dicit domi-
nus. Aggei ſecũdo: Queadmodũ ſolẽnitas craſtina inter omẽs ſolẽnitates totius an-
ni extat præcipua, ſic inter omẽs vigilias & profeſta primatũ ſortitur vigilia iſta ſeu
præſens profeſtum. ¶ Inſuper, ſicut ſolẽnitas craſtina eſt cũ deuotione ſumma & ma
xima celebranda, ita in iſta vigilia debẽt ſe Chriſtiani cũ maxima diligẽtia, ad præcipuã de-
uotionẽ, ad internã cordis mũditiã ꝓparare. Hinc eñ ſancta mater eccleſia ordinauit Chri-
ſti ad-

A sti aduētū per quatuor dominicas celebrari, quatenus in toto tēpore huius aduētus fideles, per orationes eleemosynas, ieiunia ac cætera pietatis ac deuotiōis exercitia se pararēt ad celebrādū cōdigne cū omi gratiaꝝ actiōe, & alacritate beatissimā Chr̄i ex virgine Maria natiuitatē. Præcipue aūt etiā pparare se debēt ad hoc p verā cōfessionē & satisfactionē. In hac ergo vigilia vnusqsq; se debet disponere ad crastinā solēnitatē deuotissime peragēdā, ieiunādo, orādo ad vesperas trāseūdo & cōfitēdo si paulo añ cōfessus nō est, atq; bñficia dei & dignitatē maximā huius festi fideliter cōsiderādo. Sed heu quanta est infelicitas filioꝝ hoīm, q̄ magna excæcatio est eoꝝ, q̄ infinita ingratitudo, puersitasq; ipsoꝝ. Nēpe in sacro isto profesto, in quo sicut p̄tactū est ad maximā se merito deuotionē disponerent, multi se vanissime atq; prauissime habēt tota nocte vsq; ad matutinas potationi gulosæ, taxillatiōi litigiosæ, loquacitatibus & alijs diuersis intēti peccatis. Ita ō miseri disponitis vos ad gratiā dei, ad celebrādū solēnitatē natiuitatis Chr̄i, ad deuotionē syncerā? Sed resipiscite, & cōsuetudinē maledictā relinquite, tps huius sacratissimæ noctis virtuose expēdite, & si totā noctē in dei obsequio ac laudibus eius & orōnibus ac sanctis meditatiōibus expēdere nō vultis aut nō valetis, ante matutinas dormiatis ad tps, vt in matutinali officio vigilātiores, deuotioresq; sitis. Sed nūc primo cōsiderādū est, qs sit iste desideratus cūctis gētibus, de q̄ in themate p̄assumpto loqtur Aggæus propheta, & cur ita vocet. Secūdo vnde venit. Tertio, p quā viam venit Quarto, ad q̄s venit. Quinto, qualiter venit. Sexto, cur venit. Septimo, qualiter veniētē debeamus suscipere. Circa primū sciendū, φ iste cūctis gētibus desideratus est dñs noster Iesus Chr̄us filius dei, deus & homo, saluator mūdi, de q̄ sanctus patriarcha Iacob locutus est: Nō Gene. 49
B auferet sceptrū de Iuda, & dux de fœmore eius donec veniat q mittēdus ē, & ipse erit expectatio gētiū. Itēq;: Salutare tuū expectabo dñe. De q̄ etiā iustus Symeon loqtur deo: Viderūt Ibidē.
oculi mei salutare tuū dñe. Quod parasti añ faciē, oīm populoꝝ. Lumē ad reuelationē gētiū. Luce. 2
O quāta est dignitas huius desiderati, videlicet Iesu Chr̄i. Ipse nāq; est deus & hō, & inquātū deus sic suæ dignitatis, suæ pfectiōis & gloriæ nullus ē finis, estq; penitus infinitę dignior toto vniuerso seu cūctis creatis simul acceptis. ¶ Porrò, inquātū hō sic etiā est maior & dignior toto mūdo, inquātū eius humanitas ē vnita verbo ęterno, seu diuinitati vnigeniti filij dei hypostatica vnione seu suppositali cōiunctiōe, vtpote ad psonale & increatū eē verbi ęterni assumpta, & in eodē eē supposita. Nūc cōsequēter cōsiderare oportet, cur Chr̄s dei filius dicat Aggæi. 2.
desideratus cūctis gētibus. Huius rō prima ē, qm̄ Chr̄i aduētus fuit om̄i natiōi ac populo vehemētissime desiderabilis, qa p Chr̄m liberatæ sunt à cultu idoloꝝ, à iugo vitioꝝ, à tñbris ignorātiæ atq; pfidiæ, à dæmonū ptāte, ab æterna damnatiōe, ad fidē q̄q; & gratiā dei pductæ sunt, & ad ęternā beatitudinē reparatę. Hinc psalmista pdixit: Bñdicētur in ipso oēs trib⁹ ter Psal. 71
ræ, oēs gētes magnificabunt eū. Daniel q̄q; ait: Oēs populi tribus & linguæ seruiēt ei. Et per Daniel. 7. Esaie. 49
Esaiā prophetā deus pater ait ad Christū: Dedi te in lucē gētiū, vt sis salus mea vsq; ad extremum terræ. Ecce q̄ desiderabilis est Chr̄s & eius aduētus. Incarnatio, natiuitas, passio q̄ ineffabiliter multa & magna bona nobis ab ipso & p ip̄m venerūt, veniūt, atq; futura sunt, dūmodo ei grati & obediētes fuerimus? Secūda rō, cur Chr̄us dicitur desideratus cūctis gētibus ē, quoniā q̄uis eius aduētus fuit Iudæis specialiter repromissus, propter q̄d ipse in Euāgelio lo
C quitur: Nō sum missus, nisi ad oues quæ perierūt domus Israel, tamē sancti prophetæ præuiderūt in spiritu, & multipliciter prædixerūt Iudæos nō fuisse credituros in Christū pro maiori parte, sed gētiles toto orbe terraꝝ. Tertia ratio est, qm̄ Christus propter bonitatē suam Matt. 15.
incōparabilē & immēsam est verę summę desiderabilis, & ab electis oībus maxime desideratus, quēadmodū Esaias propheta sanctissimus loqtur: Nomē tuum & memoriale tuū domine in desiderio animæ. Anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiritus meus in præcordijs Esaiæ. 26
meis. Secūdo dicēdum est, vnde desideratus iste. s. Christus venit, & ad hoc respōdet Dauid propheta, dicēs in psalmo: A summo cœlo egressio eius. Et ipsemet protestatur: Exiui à pa Psal. 18
tre & veni in mundū. Venit ergo à deo patre missus ab eo. Venit aūt non locū mutādo, nec Iohan. 16
patrem relinquēdo, cum sit incircūscriptibilis, inuariabilis & immēsus in corde patris, æternaliter manēs, sed humanam naturā assumendo, atq; hominibus visibiliter apparēdo, quēadmodū Baruch ait: Qui fecit stellas, hic est deus noster, & post hæc in terris visus est, & cū Baruch. 3
hominibus cōuersatus est. O quāta est gratia ista. Nonne magnū reputatur in seculo, si aliqs notabilis officiatus ex curia domini papæ, vel ex aula impatoris aut regis mittat ad aliq̄s pro expeditiōe alicui⁹ negotij, quàm incōparabiliter maius est, φ vnigenitus filius dei ex summa aula cœli empyrei, imò ex fonte paterni cordis descēdit ad nos, ad recōciliandū genus humanū patri altissimo. Pēsemus bñficiū istud, simusq; grati pro posse supbeatissimæ trinitati, patri & filio & spiritui sancto. Simus, inquā grati corde, ore & ope indesinēter vsq; in finē. Tertio dicendū, p quam viā venit. Ad quod primo dici potest, φ venit p virginē gloriosam matrē suam dignissimā tanq̄ per viā, in quo apparet infinita dignatio dei, φ is qui est vnigenitus filius dei patris, dignat⁹ est fieri, eē & dici filius hominis matris. Sed cū dicat propheta:

Psalm.24 Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas, dicere possumus quod per miam suã venit, quia mi- D
Luce.1. misericordissimè pereuntibus codolens ipsis succurrit, iuxta illud: Per viscera misericordię dei nostri, in qbus visitauit nos oriēs ex alto. Venit quoq; p veritatē, qm̄ sicut p Prophetas prędixit, sic adimpleuit, iuxta illud in Psalmo: Recordatus est misericordiæ suæ, & veritatis suæ do-
Johan.1. mui Israel. Vnde Iohānes asserit: Gratia & veritas p Iesum Chr̄m facta est. Item venit p charitatem. Nam propter nimiā charitatē suā, qua dilexit nos, nostrā assumpsit naturā, & tam proxi
Ephes.2 mè se nobis cõiunxit. Charitas em̄ efficit vnionē. Ideo dicit Apl'us: In fide viuo filij dei, q dile-
Gala.2 xit me, & tradidit semetipm pro me. Quarto dicendū, ad quos venit, & ad hoc facilis est respõsio, qa ad hoïes venit ad saluandū genus humanū & speciał'r ac primitus venit ad ppl'm Iudæorum
Gene.49. quibus speciał'r fuit promissus, & de quorum progenie natus est. Sed qa Iudæis propter eorum incredulitatem pro maiori parte eorum, nõ profuit Christi aduentus, imò plus nocuit indirecte.
1.Thess.2 Nam vsq; in finē à deo relicti sunt, eo quod Chr̄o nõ crediderunt, dicente Apostolo: Peruenit super eos ira dei vsq; in finē. Gentilibus vero ad Chr̄m vbiq; cõuersis profuit Chr̄i aduētus. Id-
Actorum.28 circo in Actibus ait Apostolus: Gentibus missum est hoc salutare dei. i. Chr̄us saluator, p quē deus genus humanū saluauit. Chr̄us ergo q per seipm ad Iudæos corpaliter ac visibiliter venit, per Apostolorum prædicationē ad Gentiles spūaliter est delatus, atq; inuisibiliter venit ad eos.
Esaie.55. Hinc Esaias propheta pdixit: Ecce gentē quã nesciebas, vocabis dñe, & gētes quæ nõ cognouerunt te, ad te currēt. Quinto dicēdū, qualiter venit. Venit vtiq; in summa paupertate & humilitate, in maxima pietate & charitate. Nã pauperē matrē elegit in paruo oppido, in vili stabulo na
Luce.2 tus. Moxq; pāniculis inuolutus in psepio fuit collocatus. Venit quoq; ad succurrēdū, ad saluādum, ad beatificādū eos, q perierūt. Ex quo em̄ filius dei venit ad pdicādū oïm terrenorum despectum, & ad amādum pferuide bona spūalia, cœlestia, ac diuina, idcirco summã pauptatē & hu- E
Matth.8 militatē elegit, assumpsit, exhibuit. Hic in Euãgelio loqtur: Volucres cęli nidos habēt, & vulpes terrę foueas, filius aūt hoïs nõ habet, vbi caput reclinet. Sexto dicendū, cur venit, ad qd ipemet
Luce.9 r̄ndet, dicēdo: Filius hoïs nõ venit aïas pdere, sed saluare. Et rursus protestať: Ego veni vt vitā
Johan.10 habeāt, & abundātius habeāt. Venit ergo filius dei vt hoïes reformaret salutari doctrina, ædificaret oñi virtutū exemplo, & vt p passionē, crucē, & sanguinē suum pro ipsorum satisfaceret culpis. Sicq; hoïbus promereret dona gratiæ in psenti, & bona gloriæ in regno cœlesti. Hinc in Euangelio hodierno, Angelus ait ad Ioseph: Vocabis nomen eius Iesum. Ipse em̄ saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Omnia nãq; quæ Christus in seculo isto fecit ac passus est ex maxima pro nobis, charitate fecit ac ptulit, & ex eadem charitate oïa illa ad nostram ordinauit salutem. Non em̄ illis indiguit ipe, imo anima eius à primo suę creationis principio fuit vnita verbo æterno, perfecte perfruens deo, & liberrima ab omni peccato. Septimo dicēdum quia Christum debeamus suscipere nostro in corde, & de hoc in principio huius sermonis nostri est dictum, sed plenius dicetur in sermone sequenti.

¶Sermo.2. Quanta cordis puritate & humilitate, paruulo Iesu nascituro occurrere & quãta paupertate eundem imitari debeamus.

QVæ societas luci ad tenebras, aut quæ conuentio Chr̄i ad Belial. Secunda ad Corinthios sexto. Quemadmodū solēnitas crastina oïm est solēnitatum potissima, ita indecentissimū est eā absq; deuotõe debita celebrari. Sed cū deuotio sit actus virtutis quæ latria apellatur, nemo est vere deuotus, nisi omni mortali careat culpa, sitq; F
2.Corin.6. in charitate & gratia. Non em̄ in eodem simul esse possunt virtutes infusæ secundū esse complectum & mortale pctm̄. Nam vt ait Apostolus: Nulla est societas luci ad tenebras, charitas autem gratia, cæteræ quoq; virtutes sunt spiritualia lumina quibus animæ intus ornantur, splendent & illustrantur. Peccata vero sunt tenebræ quibus animæ assimilantur dæmonibus atq; à deo, qui vera prima & summa lux est elongantur. Itaq; eum qui instantem solēnitatem dignè vult celebrare, oportet ab omni peccato mortali esse immunē, ita quòd si quæ ante commisit de eis
Johan.1 vere pœniteat, confiteatur, emendet. ¶Porro ipemet Christus lux est, iuxta illud Iohannis: Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundū, & nõ solum pctã,
Luc.22 sed & peccatis obnoxij, hoc est, in mortali culpa aliqua existētes tenebræ nominanť, dicēte Apo
2.Corin.6. stolo: Fuistis aliquãdo tenebræ, nũc aūt lux in dño. Chr̄us quoq; à Iudæis mox capiendus asseruit, hęc est hora vestra & potestas tenebrarum. i. hoïm impiorum ac dæmonum. Non est ergo societas Christo cum impijs, ita quòd iniqui Christum in suo corde suscipere nequeunt, nisi à suis prius purgētur peccatis. Ideo dicit Apostolus, quæ conuētio. i. vnio Christi ad Belial. i. rebellē. Belial qppe interptatur absq; iugo, & ita p Belial põt intelligi quilibet diuinæ legis transgressor, qm̄ talis abijcit à se legem dei p quã homo subdit se deo, & propriã voluntatē refrenat ne instar equi infrenis ad illicita moueať. Vnde q deo atq; ecclesię & parētibus ac superioribus
Hiere.2. suis obedire despiciūt, aut nõ curãt, recte Belial nũcupanť. Hinc impio dr̄ per Hieremiam: A se
Job.15 culo confregisti iugū, rupisti vincula mea, & dixisti: Non seruiā dicit dominus. Apud Iob qq; decimoqnto diciť: Tetendit iniquus contra deum manum suã, & cucurrit aduersus eum erecto collo.

A collo. Etem cōtra deū manū tēdit qui agit quæ deus prohibuit, & cōtra deū currūt collo erecto, qui absq; freno & sine timore peccatis pctā adijciūt, nūc istud nūc illud vitiū pperātes, & absq; numero offendētes. Quēadmodū multos videmus, q simul diuersis seruiūt ac replētur peccatis, superbi, auari, lasciui, accidiosi, impartiētes ac negligētes. Isti nō solū vadūt, sed etiā currūt aduersus deū, & ita festināt ad inferos, quasi ad epulas, qsi ad dedicationē, qsi ad festa. Sic ergo oportet, vt ab omi culpa purgemus nos, si Christū deuote suscipere, & eius natiuitatē debite celebrare optamus. ¶ Præterea, qm Chrs in summa & maxima humilitate venit ad nos, oportet vt ei in humilitate occurramus syncera, sic'q; inprimis oportet nos supbiā omnē abijcere, vt neq; de gñis nobilitate, neq; de amicoꝝ aut propinquoꝝ vel ministroꝝ ac subditoꝝ multitudine siue potētia, neq; de opulētia, pulchritudine, robore, statura, eloquētia, sciētia, pſidētia, fama, laude hūana, honore impēso aut aliq tali aliqs intumescat, imò quo maior est, q plura bona à deo accepit, q cæteris eminētior eē videt, eo plus dei expauescat iudiciū, & eo plus gratus ac subditus deo eē conet. Cui em plus datū ē aut cōmissum, plus vtiq; regret ab eo. Abijciēda est ergo primo supbia cordis, ne cogitādo aut desiderādo quisq supbiat seipm nimis reputādo aut efferēdo, aut honores, dignitates, laudesve vitæ pñtis concupiscēdo. Hinc in Ecclesiastico scriptū est: Nō te extollas in cogitatiōe tua velut taurus, & in die honoris tui nō extollaris. Aplus qq;: Noli (inqt) altū sapere sed time. Et p Esaiā loquitur deus: Væ vobis q sapiētes estis in oculis vestris, & corā vobismetipsis prudētes. Secūdo abijcienda est supbia oris, ne qs verbis inanibus seipm cōmēdet, iactet, nec præsumptuosus existat, aut aliū aspernet improperādo, cōuitiando aut vituperādo. Hinc virtuosus Tobias docuit filiū suū: Supbiā (inquiēs) nunq in tuo sensu, aut in tuo verbo dñari pmittas. In ipsa enim initiū sumpsit omis pditio. Prouerbioꝝ qq; 27. Salomon loquit: Laudet te alienus & non os tuū, extraneus & nō labia tua. Tertio abijciēda est supbia operis, iuxta illud Ecclesiastici: Noli te extollere in faciēdo opere tuo, sed in māsuetudine serua animā tuā. Itaq; in vniuersis quę agimus, nō propriā laudē, nō temporalē honorē, sed domini dei nostri honorē, gloriā, laudem intendamus, quæramus, optemus, quēadmodū ait apostolus: Omne quodcūq; facitis, omia in nomine domini nostri Iesu Christi agite, gratias agētes deo patri per ipsum. Nemo igitur quærat inaniter apparere, nec cū tumore cordis aut nimia audacia agat quod agit, sed magis cū dei timore cū Salomon dicat: Beatus homo q semp est pauidus. Et in Ecclesiastico scriptū sit: Fili, in māsuetudine opa tua fac, & sup oēm hominū gloriā diligeris. Quarto abijcienda est supbia in vestitu, in qua multi grauiter deū offendūt, vestimēta superflua, curiosa, pomposa, nimisve ptiosa habēdo ac deferēdo, nō attēdētes qd sancti doctores, Ambrosius, Basilius'q; affirmāt, dicēdo: Nudi vestimētū est qd recludis aut supflue habes. Hinc beatissimus Iohānes Baptista dixit: Qui habet duas tunicas. i. vnā superfluā, det nō habēti. In Ecclesiastico qq; scriptū est. In vestitu ne glorieris vnquā. ¶ Porrò omi christiano vehemēter aduertēdum est & timēdū, quod sanctus ait Hieronymus: Si vir aut mulier se ornauerit, & aspectum hominū in se prouocauerit, etiā si nullū malū inde sequat, tamē æternū suppliciū patietur, qm quantū in se fuit, venenū propinauit si fuisset q biberet. Hinc dicūt doctores, ꝙ viri & mulieres qui ita se ornāt ac vestiunt, ꝙ aliqs inde ad cōcupiscētiā prouocari potest libidinosam, peccat mortaliter. Et proh dolor q multi sunt tales, imò q multi ex proposito agūt hoc Quidā etiā tā intimorati ac vitiosi cōsistūt, ꝙ cū suo ornatu intrāt ecclesiā dei, & ibi in missa in diuino officio seipsos obijciūt & pſentāt ad intuēdū vt placeāt, vt inspiciātur, vt appetātur, qd sunt isti nisi rethe diaboli, p qs animas hominū capit ac perimit. Istis melius eēt ire ad tabernam q ad ecclesiā. Quinto abijciēda est supbia in pparatiōibus & exhibitiōibus ciboꝝ ac potuū & vtēsilium ac cæteroꝝ quæ possidētur. Nā qdā in istis superbe se habēt, & ostentationes ac laudes exquirūt. Est quoq; abijciēda supbia omissionis, nā aliqui ex supbia aspernātur & vitāt facere quędā opa bona, vt pauperes alloqui, visitare infirmos, ministrare proximis suis. ¶ Insup, nō solū abijciēda est omis ista supbia, sed omis quoq; humilitas ei cōtraria est amplectēda, vt omis Christianus sit vere humilis corde, verbis, factis, vestitu, atq; in cæteris omibus. Cogitet ergo vnusqsq; infinitā excellētiā dei altissimi sup se & cōparatiōe eius nihil se eē aduertat. Attēdat qq; se factū eē ex nihilo, nec se aliqd boni à seipso habere, imò à sese nihil habere, nisi deficere & peccare. Sic'q; paruificet & vilipēdat seipm pēsando illud apostoli: Quid habes qd nō accepisti. Si aūt accepisti, qd gloriaris quasi nō acceperis. Sed forsan aliqs cogitat se à progenitoribus suis habere nobilitatē, dominiū atq; diuitias, ideo intumescit, sed progenitores eius, vnde hæc habuerūt? Nōne omia originaliter sunt à deo? Cogitet insup vnusqsq; q grauiter q diu & frequēter offenderit propriū creatorē, q multa mala cōmisit, q multa bona omisit, & tūc nō solum nō intumescet, sed etiā omi bruto se reputabit viliorē, peiorē & cōtēptibiliorem. Pēset rursus immūditias, defectuositates, fœditates, quas habet in anima & corpore, q fragilis sit & pronus ad vitia, quantis æternæ damnatiōis periculis extet expositus, & tūc vtiq; in omibus humiliabit seipsum, timoratus'q; erit.

¶ Præterea

Luc. 12
Eccle. 6.
Roman. 11
Esaiæ. 5.
Tobiæ. 4
Eccle. 10
1. Cor. 10.
Prouer. 28
Eccle. 3
Ambro.
Luc. 3
Eccle. 11
Hierony.
1. Cor. 4.

¶Præterea, quoniam Christus in summa paupertate venit ad nos, debemus ei in paupertate occurrere oẽm auaritiã fugiẽdo, & tẽporalia relinquẽdo, vel saltẽ ea inordinate nõ diligendo, nec nõ immoderãter cõgregãdo retinẽdoq́; ea. Queadmodũ ait Psalmista: Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Hinc Chrs immoderatã solicitudinẽ reprobat, sed heu huius oppositum faciũt multi, q terrena magis q̃ grãm & virtutes sibi conanť colligere, & vehemẽter solicitanť, qualiter sobolẽ suã in tpalibus ditẽt, nõ qualiter eã ad virtutes pducãt, ꝙ certũ est signũ ꝙ neq; seipos, nec prolẽ suã spũaliter amãt, sed magis carnalr, ideo in statu dãnatiõis se esse cognoscãt, nisi pœniteãt & emendẽt. Amplius qm̃ Chrus filius dei venit ad nos in maxima mĩa, vtpote ad satisfaciendũ & moriẽdum pro nobis ad instruendũ nos, & ad locupletãdum nos omi grã, virtute, & dono spũs sancti, idcirco debemus nos ad eius susceptionẽ per opa mĩæ corpalia ac spiritualia prompta ac larga dispositiõe, & mutuo indulgere, pro inuicẽ exorare, nudos vestire, visitare ĩfirmos, & tpe frigido ĩdigẽtibus etiã cõbustibilia dare. Cuius oppositũ faciũt qdã imisericordes q cũ videãt, aut pcipiãt q̃sdã paupculos siue ĩ agro, siue alibi ligna ꝓ igne colligere nõ eis de abũdãtia sua succurrũt. Quid ergo nisi ĩfernalẽ ignẽ merenť? ¶Postremo, qm̃ Chrs in ardentissima & pfectissima charitate venit ad nos cõicando seipm̃, & oĩa bona sua nobis, sicut in hymno S. Thomas ait deuote: Se nascẽs dedit sociũ, cõuescẽs in eduliũ, se moriẽs in precium, se regnãs dat in præmium. Idcirco in præcipua charitate dei & proximoꝝ debemus ei occurrere & ipm̃ in cordis cubili suscipere, amicos inimicosq́; charitatis brachijs amplectẽdo, oĩm salutẽ cordialr affectãdo, pro cũctis orãdo, de alioꝝ ruina, oppssione, calamitate, dolendo ex corde, & eoꝝ prosperitati atq; profectui virtuoso, cõgratulando syncere. Ecce his modis præparemus nos ad celebrandũ Chrĩ natale. Sed heu multi carnales & indeuoti nõ ita se pparãt ad solẽnitatẽ instãtem, sed p curiosas ac pompaticas vestes, p supflua & delicata fercula, per exteriorẽ ornatũ, & qdam his sacris diebus potatiõibus vacare, & carnalitatibus insistere, nõ verenť. Sed abijciať cõsuetudo prauissima atq; in vera ac specialissima deuotiõe studeamus hos dies expendere. Ad gloriam dñi nostri Iesu Chrĩ, q cum patre & spũ sancto viuit & regnat deus benedictus & gloriosus in secula, Amen.

Esaiæ. et Matt. 6. (margin); D, E (margin)

IN NOCTE NATIVITA. DOMINI.

¶Ad primam missam in gallicantu.

¶Enarratio lectionis propheticæ: Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam &c. Esaiæ nono.

SIcut in rõnali diuinoꝝ habeť Celesphorus papa statuit die isto tres missas cãtari seu legi, ad designandũ, ꝙ per Chrĩ natiuitatẽ saluati sunt hoĩes triũ tẽpoꝝ vtpote q fuerũt ante legẽ, sub lege & post legẽ, intelligẽdo per legẽ, legẽ Mosi. Sicq; illi dicunť fuisse ante legem, q fuerũt ab Adã vsq; ad Mosen, & legislationẽ factã per ipm̃, & illi dicunť fuisse tẽpore legis naturæ, seu legis naturalis. Qui ãt à Mose vsq; ad Chrm̃ fuerũt, sub lege fuisse dicunť, pręsertim quãtum ad populũ Iudæoꝝ. Qui aũt tẽpore noui testãmẽti fuerũt & sunt, post legem fuisse ferunť. Ideo etiã in hoc die tres missæ cãtanť, qm̃ triplex est Chrĩ natiuitas, videlicet æterna, & temporalis, ac spũalis. Aeterna est à patre. Tẽporalis à mr̃e. Spũalis cõsistit in multiplicatiõe fidelium, q per grãm regeneranť in Chrõ. ¶Porro in missaꝝ istaꝝ officijs lectio prophetica ex Esaia pmittiť lectioni eplæ, vt in ore duoꝝ tam solẽniũ testiũ cõfirmeť euãgelica veritas, ita ꝙ Euãg. est tertius testis natiuitatis dñi saluatoris. Esaias quoq; propheta de Chrĩ natiuitate atq; mysterijs illuminationeq́; gẽtiũ abundãtius est locutus. Itemq́; vt in rõnali dr̃ diuinoꝝ, quatenus designeť basis .i. fundamentũ suppositioni columnæ, qm̃ super basim prophetaꝝ fundata, est colũna Aploꝝ. Fit etiã istud ad designandũ cõsonantiã vtriusq; testamenti de Chrĩ natiuitate, & propter prorogatiuã ac reuerẽtiã huius solẽnissimi festi, atq; ad pleniorẽ instructionẽ fideliũ. ¶Porro lectio ista prophetica ex sermonibus Esaiæ (vt dixi) sumpta est aliquibus verbis ita interpositis, in ea omissis. Itaq; de gẽtiliũ tũc futura illuminatiõe Esaias prophetãs, & more prophetaꝝ de futuro per modũ pteriti propter veritatis certitudinẽ loquẽs, ait: ⌊Populus q ambulabat in tenebris⌋ id ẽ, plebs gẽtilis quę versabať, & vixit in obscuritate ignorãtiæ & erroꝝ, atq; in caligine vitioꝝ ⌊vidit (oculo ĩteriori per fidẽ) lucẽ magnã⌋ vz Chrm̃ euãgelicãq; doctrinã ⌊habitãtibus in regione vmbrę mortis⌋ .i. in isto seculo, & ĩ hoc mũdo ĩmũdo repleto pctĩs, q̃ sunt vmbra mortis ⌊lux orta ẽ eis⌋ .i. Chrs mẽti eoꝝ resplẽduit, ꝙ per pdicationẽ Aploꝝ ĩpletũ ẽ. Chrus etenim ait Ego sum lux mũdi, iuxta quẽ modũ loq̃ndi in Malachia legimus: Orieť vobis sol iustitię Chrus nãq; est sol iustitię, q oriť eis quos ipe ad se cognoscendũ ac diligẽdũ illuminat, & in quoꝝ mẽtibus per grãm habitat. Itaq; cupla mortalis seu impia vita diciť mortis vmbra, qa à deo separat mẽtẽ, queadmodũ mors naturalis à corpore separat aiam. Iteꝝ mortis vmbra ẽ pręsens seculũ quod cũ sit vallis lachrymaꝝ peregrinatio atq; exiliũ, vmbra & obscura quędã repsentatio mortis respectu patrię noiatur, imò & vita præsens recte vmbra dicitur mortis, dicente Gregorio: Vita

2. Petri. 1. Deute. 17. Esaię. 9. Johan. 8 Malac. 3. (margin); F (margin)

A vita tpalis æternæ vitæ cōparata mors est potius dicēda q̃ vita. Hæc est vna expositio passus istius, veruntū verba hæc ad literā tpe Chri in seculo isto impleta sunt p propriā pdicationem ipsius. Scriptū est em: Cū audisset Iesus, q Iohānes traditus eēt, & ab Herode incarceratus, secessit in Galilæā, & relicta ciuitate sua Nazareth, venit & habitauit in ciuitate Capharnaum, maritima in finibus Zabulon & Nephtalim, vt adimpleret q̃d dictū est p Esaiā prophetā: Terra Zabulon & terra Nephtalim via maris trans Iordanē Galilææ gētiū. Populus qui sedebat in tnbris, vidit lucē magnā, & sedētibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis: Chro itaq; pdicāte habitatoribus Galilææ, populus q habitauit in ea, & vitijs atq; erroribus extitit plenus, vidit lucē magnā .i. Christū quē corpaliter cōspexerūt, & multi eoꝝ ex pdicatione ipsius pœnituerūt & spūaliter illuminati fuerūt. Cōsequēter subiungit causa pfatæ illuminatiōis scdm vtrāq; expositionē inductā. ⌊Paruul⁹ em natus ē nob⌋ .i. Iesus Chrs q erat paruulus corpe sed immēsus in deitatis natura. Magnus q̃q; in aīa sapiētiæ ac virtutū pfectione, sic quippe vir fuit & gigas, iuxta illud Hieremiæ: Nouū creauit dns sup terrā, mulier circūdabit viꝝ. Et in psalmo: Exultauit vt gigas ad currendā viam. Vnde in hymno sanctus ait Ambrosius: Procedēs è thalamo suo pudoris aula regia gēmæ gigas substātiæ alacris vt currat viā. Anima etem Christi à primo suæ creatiōis instāti, repleta fuit gratia, omiq; sapiētia & virtute omi etiā dono, fructu & beatitudine ac beatifica deitatis fruitione. Hic paruulus à deo patre secūdū diuinā naturā æternaliter natus, ex Maria virgine nobis .i. ad nostrā salutē est tēporaliter genitus, ⌊& filius datus est nobis⌋ .i. paruulus iste q est deus & homo, filiusq;

B dei patris ac virginis matris datus est nobis à deo patre saluator, aduocatus, legislator, magister ac frater, secundū illud Iohannis: Sic deus dilexit mundū, vt filiū suū vnigenitū daret, vt omis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitā æternā. Filius quoq; seipsum dedit pro nobis, iuxta illud Esaiæ: Tradidit in mortē animā suā. ⌊Et factus est principatus (eius) super humeꝝ eius⌋ hoc est, supra fortitudinē potestatis pueri huius fundauit & statuit deus dominationē & authoritatē qua puer iste constitutus est omniū iudex & dominus, sicut scriptū est: Pater diligit filiū, & omia dedit in manu eius. Sic per humeꝝ pueri designatur potestas eius qua omia portat, id est, in esse conseruat, prout ad Hebræos habetur: Portans omia verbo virtutis suæ. Itaq; super increatā & diuinā pueri huius potestatē fundata est eius dominatio sibi per creationē collata, vt mediatori dei ac hominū. Vnde ait in psalmo: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montē sanctū eius. Omia nāq; secundū apostolū subiecit sub pedibus eius. Vel sic (factus est principatus eius) hoc est, causa & ratio dominij sui super humeꝝ eius corporalē. Christus nāq; baiulans sibi crucē, exiuit ad mortē, quod faciēdo diabolū vicit, mundi gloriā strauit, & omniū iudex ac dominus constitui meruit, dicente apostolo: Factus est obediens vsq; ad mortē, propter quod & deus exaltauit illū, & dedit illi nomen quod est super ome nomen. ⌊Et vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis⌋ Nomina ista secundū Hieronymū nō conbinatim, sed diuisim legenda sunt. Sex ergo nominibus istis asserit propheta hunc puerum appellandum: Vocabitur ergo & vocatus est, admirabilis, propter suā incōprehensibilē deitatē, & propter miraculoꝝ suoꝝ eminentiā, propter suæ sapiētiæ profunditatē, & propter ineffabilem vnionē diuinæ atq; humanæ naturæ in ipso. Vocatur quoq; consiliarius, quia mandatis decalogi euangelica consilia addidit, & quia consilium summæ trinitatis de nostræ redemptionis modo patefecit hominibus, de quo loquitur Paulus: Nihil subtraxi vobis vtiliū

C quo minus annuntiarem vobis omne consilium dei. Hinc translatio septuaginta interpretū continet. Vocabitur nomē eius magni consilij. Angelus vocatur insuper deus secundū quod Hieremiæ vicesimotertio capitulo legitur: Hoc est nomē quod vocabunt eum dominus iustus noster. Vbi in Hebræo habetur nomen domini tetragrammaton, quod soli vero conuenit deo. Ex quo sequitur quòd Christus sit verus deus, sicut de eo Iohannes in Epistola sua ait: Hic est verus deus & vita æterna. Appellatur etiam fortis, quia secundum diuinā naturā omnipotens est, & secundum naturam suam assumptam fuit omi virtute & dono spiritus sancti plenissime roboratus, & principem huius mundi penitus superauit. Hinc fertur in psalmo: Quis est iste rex gloriæ? dominus fortis & potens, dominus potens in prælio. Vocatur & pater futuri seculi, quia per gratiam eius ad cœlestis patriæ beatitudinem perducunt electi, & sua passione promeruit illud cūctis hominibus sufficiēter. Dicitur itē princeps pacis, hoc est, dator & conseruator pacis æternæ. Pacem quoq; præcipue docuit habendam & conseruandam. Pacem (inquiens) habete inter vos. Et rursus: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Et alibi: In quamcūq; ait domum intraueritis, primum dicite: Pax huic domui. ¶ Deniq; (teste apostolo) Christus est pax nostra qui fecit vtraq; vnū, quia electos Iudæos atq; Gentiles fecit vnū populū Christianū. Veruntamē est pax carnalis, secularis & falsa, cuius Chrs nō est prīceps, sed reprobator. Vñ Matthæi decimo protestat: Nō veni pacē mittere i terrā sed gladiū. ⌊Multiplicabit eius īperiū⌋ .i. dominiū Chri paulatim crescet, donec

Marginal references: Gregor. — Matt. 4. — Esaiæ. 9 — Hiere. 31 — Psal. 18 — Ambro. — Iohan. 3 — Esaiæ. 53 — Actoꝝ. 10. — Iohan. 3 — Heb. 1 — 1. Timo. 2 — Psal. 2. — Heb. 2. — Matt. 27 — Iohan. 19 — Philip. 2 — Actoꝝ. 10. — Hiere. 23. — 1. Iohā. 5. — Psalm. 23. — Marci. 9. — Iohan. 14 — Matt. 10. — Luc. 10 — Ephe. 2

donec per totum mundum diffundatur. Christus nãq; dñat in omi militãti ecclesia quae per to D
Psalm.71. tum orbẽ diffusa est. Hinc ꝑdixit Psalmista: Dominabit à mari vsq; ad mare, & à flumine vsq;
Psalm.21 ad terminos orbis terrae. Et rursus: Reminiscent & conuertent ad dominũ vniuersi fines terrae
Dani.2 Hinc Daniel describit: Quomodo lapis de monte sine manibus praescisus creuit, & impleuit su
perficiem vniuersae terrae, ⌊& pacis non erit finis⌋ hoc est, pacis internae quã Christus largi- "
tur terminus nullus erit, quia pax pectoris in vita hac inchoat, & in patria ꝑpetuatur paxq; ęter
nitatis vocatur. ⌊Sup solium Dauid & sup regnum eius sedebit⌋ Huic simile est quod angelus "
Lucae.1 dixit virgini benedictae: Dabit illi dñs deus sedẽ Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob
Hiere.23 in aeternum. A Hieremia quoq; de ipo pdictũ est: Regnabit rex & sapiẽs erit, & faciet iudiciũ
Zachar.9 & iustitiã in terra. Sed quõ intelligenda sunt haec cũ primis Chri aduentus fuerit in omi humi-
Matt.20 litate, paupertate, & abiectiõe vt iudicaret ac pateret, & ministret, non vt iudicaret atq; regna-
Johan.18. ret? Propter quod dixit: Regnũ meũ nõ est de hoc mũdo. Et rñdendum q duplex est regnum,
videlicet corporale quo vnus alteri in exterioribus rebus actibusq; humanis principatur. Tale
regnũ Chrus in primo suo aduentu nõ habuit, neq; exercuit, imo discipulis dixit: Filius hoĩs nõ
venit ministrari sed mĩstrare. Aliud est regnũ spũale quo deus per fidẽ, & grãm in ecclesia, i. in
cordib' fidelium dñat quantũ ad cultũ diuinũ, & de isto regno ista intelliguntur. Christus nãq;
in suo aduentu coepit in mentibus electoꝝ quos cõuertit regnare. Est igit sensus: Super solium
Dauid & sup regnum eius sedebit, id est, regiã ac iudiciariã potestatẽ habebit, & ipi ecclesiae ex
Zachar.6 electis Iudaeis gentilibusq; collectae praesidebit, quẽadmodũ apud Zachariã habet: Ipse aedifi- E
cabit templũ dño, & portabit gloriã, & sedebit, & dominabit sup solio suo. Dicit quoq; Chrus
sup soliũ Dauid, & sup regnũ eius sedere, quia in regno ecclesiae seu populo Chriano, cuius figu "
ra fuit regnũ Dauid tenet primatũ, ⌊vt cõfirmet illud & corroboret in iudicio & iustitia⌋ .i. ad
hoc Chrus taliter ꝑsidebit, quatenus suos fideles cõfirmet ad mala vitãda ac superãda atq; cor-
roboret ad bona agẽda, sicq; fortes existãt in iudicio discretionis ac iustae correctiões & in vir- "
tute iustitiae circa deũ & proximos, ⌊amodo & vsq; in sempiternũ⌋ .i. ex principio euãgelicae
legis vsq; in finẽ mũdi. Ecclesiã em Chrus confirmauit in gratia & semp in ea sunt aliqui boni q
Matt.28 ab impfecta iustitia vitae ꝑsentis transferunt ad pfectã iustitiã regni coelestis. Hinc Chrus pro-
misit fidelibus. Ecce ego vobiscũ sum oĩbus diebus vsq; ad cõsummationẽ seculi. Haec autẽ de
Christo dicunt, quia in eo dũtaxat regnum Dauid ppetuatur. Non em aliqs ex semine Dauid
perpetuum regnum in mundo sortitus, nec per successionem carnalem hoc factum est. Vn-
Psalm.88 de de ppetuitate regni Dauid in Christo completa dñs ait in Psalmo: Thronus eius sicut sol in
Hiere.33 conspectu meo & sicut luna pfecta in aeternum. Per Hieremiã quoq; loqtur deus: Si irritum fie
ri potest pactum meũ cum die & nocte, vt nõ sit dies & nox in tpe suo, & pactũ meũ irritũ esse
poterit cum Dauid seruo meo vt non sit ex eo filius qui regnet in throno eius. ⌊Zelus dñi exer "
cituum⌋ hoc est, magna dilectio dei omipotentis qui angelicoꝝ agminum dñs est (faciet hoc) "
Ephes.2. q Chrus ecclesiae suae tam gratiose ac incessabiliter praesidebit, & tãtam hoĩbus grãm conferet
Ideo Paulus: Propter nimiam (inqt) charitatem qua dilexit nos, pater filium suum misit. Et
Prima Iohãnis quarto inducitur. In hoc apparuit charitas dei in nobis quoniam filium suũ vni-
genitum misit in mundum vt viuamus per ipsum.

¶ Sermo primus: De eo q admirabilis cõsiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, & prin
ceps pacis puer Iesus sit dictus, & de hoꝝ explicatione recta. F

POpulus qui ambulabat in tenebris, vidit lucẽ magnã, Esaiae nono. Tempus quo Chri-
stus in hoc mundo natus est & euangelicam legem dedit, atq; vbiq; praedicari praece-
pit merito tempus gratiae appellatur, quia extunc coepit deus omnipotens non solum
vni populo Iudaeorum, sed vniuersis per mũdum nationibus viam salutis ostendere,
Actoꝝ.17 gratiarum dona offerre pietatis suae copiosos ꝑstare effectus. Hinc ait Apostolus Paulus: Prio-
ris ignorantiae tempora despiciens deus nunc annuntiat hominibus, vt omnes vbique poeni-
tentiam agant. Vnde & angelus in hac nocte dixit pastoribus: Annuntio vobis gaudium ma-
gnum quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie saluator. ¶ Deniq; in hac nocte &
Lucę.2 in die praesenti coepit Christi natiuitas diuersis natiõibus manifestari. Manifesta ẽ em modo
tribus Magis. Innotuit quoq; Romanis p ruinam templi aeternitatis & p prophetiam Sibyllae.
¶ Insup verbum istud propheticum quotidie adimpletur, dum em iniqui conuertunt ad deum
& Chro obedire incipiunt qui paulo ante seruierũt diabolo. Tũc vtiq; populus q ambulabat in
tenebris, videt p fidẽ & grãm & p sapiae donũ lucẽ magnã, videlicet deũ quẽ fidelr contẽplat,
intelligẽdo, q ipse sit summũ bonũ, lux infinita, sapia sempiterna, ens oĩno simpliciterq; pfe-
ctum. Omes autem iniqui in tenebris ambulant, qm proprijs vitijs eoꝝ mens excaecat, ideo in
Prouer.2 Prouerbijs asseritur: Relinquunt iter rectum & ambulãt p vias tenebrosas. Sed his vijs relictis,
sequamur patrum nostrorum sanctorum vestigia & magnam lucem dominum Iesum qui hac
nocte nobis nasci dignatus est, intueamur. Consideremus nomina eius qbus beatus Esaias eum
appellandum praedixit, & primo quàm recte admirabilis nominet. Vere etem mirabilia in hac
operatus

A operatus est nocte, qa de clauso suæ virgineæ genitricis vtero est egressus & matrẽ suã in partu ab omni pseruauit dolore atq; p angelũ natiuitatẽ suã manifestauit pastoribus & sicut in nocte corda paucorꝝ induxit ad credendũ ea q̃ Christianæ sunt fidei: ita postmodũ totũ pene mundũ cõuertit ad hãc tã incõprehensibilẽ fidẽ qua ea credunť, q̃ omnẽ rõnem prorsus excedũt vt ꝙ deus est vnus & trinus, ꝙ ipse Chrũs in vnitate psonæ est deus & homo, ꝙ mater eius ẽ mater & virgo, & multa alia incõprehẽsibilia, quid tã admirabile q̃ mũdi cõuersio ad hãc fidẽ absq; armorꝝ violentia, absq; hũana astutia, arteq́; magica, absq; argumẽtatione naturalis sciẽtiæ absq; ornatu hũanæ facũdiæ. Vere oĩpotens est q hominũ corda ad hãc potuit fidẽ inducere. Idcirco secũdũ Aug. cõuersio mũdi ad fidẽ hãc est maius miraculũ q̃ aliq̃d eorꝝ prodigiorꝝ, per q̃ cõuersus est ad fidẽ hãc mũdus. Deniq; in q̃tidiana iniquorꝝ cõuersione ad pœnitẽtiã salutarẽ, & psertim in cõuersione q̃rundã vagissimorꝝ iuuenũ ad religionis ingressum, ad parẽtum & oĩm propinquorꝝ, terrenarũq́; rerꝝ ppetuã derelictionẽ clarissime patet q̃ ineffabilr mirabilis sit dñs Iesus Chrs, mirabilis plane in ptãte, nec minus mirabilis in pietate q̃ tot pctis ignoscit & pro tot malis tot bona repẽdit. Asserit etẽi Aug. ꝙ maius miraculũ sit iustificatio impij q̃ creatio mũdi, nã q̃uis infinitæ potẽtiæ dei oĩa æque possibilia sint, tñ cõuersio impij mirabilior dr̃ q̃ creatio mũdi, qa in mũdi creatione nõ est aliq̃d deo resistens. In cõuersione aũt iniqui est rebellis volũtas quã vincit oĩpotens, illã ad omne q̃d sibi placet inclinãs, vertẽs, pducẽs, iuxta illud Iob: Deus immutat cor principũ terræ. Sic aũt in mẽtes imprimere & volũtatẽ ad libitũ immutare, afficere, inclinare soli deo oĩpotenti deo possibile est ac ꝓpriũ. Nunc ergo rogemus

Luce. 2 — Augustin. — Iob. 12

B dñm Iesum Christũ, admirabilẽ dei pris ac virginis mris filiũ nobis nocte hac natũ, vt oĩpotẽtiã suã ostendat in nobis parcẽdo ac miserẽdo, sicq́; imperscrutabilẽ suæ pietatis abyssum declaret in cordibus nostris ea semp à vitijs auertẽdo, ad virtutes trahẽdo, ad se summũ & incommutabile bonũ iugiter cõuertẽdo atq; cõuersa in se incessabilr cõseruãdo. ¶ Secũdo consideremus q̃ recte ac vere Chrũs voceť consiliarius. Nẽpe (vt ait Ambrosius) talis debet esse qui consiliũ dat, vt seipsum bonorꝝ operꝝ exemplũ exhibeat in doctrina, in integritate, in maturitate, vt sit sermo eius salutaris, actio irreprehẽsibilis, consilium vtile, vita honesta, sententia q̃q; decora. Hæc oĩa fuisse in Christo nulli fideliũ ẽ ambiguũ. Quoniã itaq; filius dei venit in mundũ hunc, vt inuitaret & informaret homines ad beatitudinẽ regni cœlestis ipse dedit hoĩbus saluberrima, sapientissimaq́; consilia pertingẽdi cõpendiose & expedite ad illã, imò & ad altũ ac gloriosum gradũ, chorꝝ seu locũ in ea, quãuis enĩ obseruatio præceptorꝝ sufficiat ad salutẽ, tamen quia in seculo isto occurrunt homini multa & quasi innumerabilia impedimẽta seruandi præcepta & occasiones peccãdi, tentationesq́; dæmonũ carnis ac mũdi, ideo Chrũs æterna & infinita sapiẽtia dei patris dedit hoĩbus saluberrima quædã cousilia, per q̃ oĩa illa vitantur & expedita ac libera mente soli deo intenditur, adhæreť, seruitur. Certũ est nanq;, ꝙ cor humanum tãto perfectius potest alicui vni vacare, quãto plus ab occupatione, affectione & distractione circa multa retrahiť. Idcirco cõmuniter dicitur: Pluribus intentis minor est ad singula sensus. Et ꝙ virtus vnita est fortior q̃ dispersa. Hinc dñs Iesus Chrũs cõsuluit cunctas terrenas diuitias, pecunias, carnales quoq; delitias & sensuales affectiões, vxorem, parẽtes, propinquos, imò & propriæ volũtatis libertatẽ relinquere, quatenus oĩbus illis relictis homo in spontanea

Amb. — Luc. 12

C paupertate, perpetua castitate & stabili obedientia deo ministret atq; p hoc in dei amore ĩ cordis munditia, in omni virtute & gratia quotidie proficiat copiose. Ecce ista est Christi doctrina, & ista sunt eius cõsilia quæ boni religiosi obseruãt ac p hoc maximũ sibi pmiũ, ditissimumq́; thesaurꝝ in cœlo accumulãt & acquirũt. Cõsuluit etiã Chrũs patientiã summã in tm̃, vt percutienti vnã nostrã maxillã, pbeamus mox alterã, saltẽ secundũ animi pparationẽ, ne p irã & impatientiã ac vindictæ expetitionẽ & illationẽ impediamur à dei adhæsione & ne charitas fraterna lædatur seu minuať in nobis. Insup Chrũs sapientissimus cõsul supergloriosissimæ trinitatis cõsiliũ sup saluatione generis humani manifestauit hoĩbus. Docuit nãq́; quemadmodum deus trinitas p suã incarnationẽ ac passionẽ decreuit mundũ saluare, hoc ẽ hoĩes ab originali, & actuali pctõ, ab inferni supplicio liberare atq; ad verã salutẽ reducere. Hinc enĩ dixit: Sicut Moses exaltauit serpentẽ in deserto, ita exaltari. i. in cruce leuari oportet filiũ hoĩs, vt oĩs q credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitã æternã. Et rursus: Ego si exaltatus fuero à tẽrra, oĩa trahã ad meipsum. De hoc summæ & adorandæ trinitatis sapientissimo, pijssimoq́; consilio multa scribit Aplus, potissimũ in epla ad Corinthios & ad Ephesios, & etiã ad Romanos atq; Hebræos. Siquidẽ ad Corinthios testať: Sicut in Adã oẽs moriunť, ita in Chro oẽs viuificabũtur. Itẽq́; ad Rom. Reconciliati sumus deo p mortẽ filij eius. Et ad Ephesios: Deus pdestinauit nos in adoptionẽ filiorꝝ p Iesum Christũ secundũ propositũ volũtatis suæ in laudẽ gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo. Præterea istud sapientiale ac profundissimũ cõsiliũ dei ignorãt excæcati & obstinati Iudæi qui Christũ putãt ac præstolãtur venturꝝ, vt liberet eos de hac eorꝝ temporali captiuitate & omnia mundi regna eis subijciat, ideo manent in suis miserijs nec scripturas intelligunt prophetarum, ex quarum tamen consideratione

Luce. 9 — Matth. 5 — Ioha. 3 — Iohan. 12 — 1. Cor. 15 — Ro. 5 — Ephe. 1

multi eorum etiam in lege doctissimi sunt conuersi. Itaq; hunc sapientissimũ consiliarium dominũ nostrũ Iesum Christũ nobis hac nocte ex mundissima virgine natum sequamur eius cõ- D
silijs, cui tanta desuper gratia datur, feliciter acquiescant, & qui eius cõsilijs acquiescere nõ apponit eos qui acquiescunt aut acquiescere volũt, nõ auertat nec à salute impediat, vt prohdolor faciunt multi, etiã carnales parentes qui prolẽ suã carnaliter, nõ spũaliter diligẽtes, à religionis retrahunt, impediuntq; ingressu, quod est enorme peccatũ & diuinæ ac fraternæ charitati valde
Esaiæ. 9 contrariũ. Idcirco qui tales sunt, se emendent. ¶ Tertio cõsideremus, q dñs Iesus Chrũs deus vere vocat, idcirco efficiamur ad eũ nõ solũ sicut ad puulũ nobis nocte hac natũ, sed timeamus,
Luc. 2 amemus ac veneremur eũ vt verũ deũ, eũ in omibus & super omia diligẽtes, aspicientes ac adorantes, vt sic eius præcepta obseruemus in omibus atq; in sancta dilectione, humilitate, patientia, pietate ac synceritate mutuo cõuersemur. ¶ Quarto cõsideremus, q puer hic nobis natus vocetur fortis atq; oipotens, ideo semper cõfidamus in eo & eius auxiliũ iugiter imploremus,
Psal. 25 Psal. 9 & sic salui erimus ac securi, quemadmodũ propheta fatet: In dño sperans non infirmabor. Et denuo: Sperent, inquit, in te, qui nouerunt nomen tuũ, qm non dereliquisti quærẽtes te domi-
Hiere. 17 ne. Vnde & Hieremias propheta affirmat: Benedictus vir qui confidit in dño, & erit dñs fiducia eius. ¶ Quinto pensemus, q puer iste vocatus est, pater futuri seculi, ideo si Christi discipuli esse optamus ac filij futura bona regni cœlestis toto corde cõcupiscamus, quæramus & adipisci perseuerãter conemur, sicq; transeamus per bona tẽporalia, vt nõ amittamus æterna. Attendamus q in seculo isto nõ diu manebimus, & q in futuro seculo simus æternaliter permansuri in summa gloria aut in miseria maxima. Ideo quantũ æternũ excedit modicũ tẽpus vitæ præsentis, tanto ardentius appetamus & studiosius obtinere nitamur cœlestis patriæ gloriosissima dona q̃ vitæ præsentis transitoria bona. Sed væ miseris peccatoribus oppositum huius E
agentibus, qui tã feruenter cupiunt hæc terrena, & tã remisse bona cœlestia. Quasi hic p multa annorũ milia sint mansuri, ibi vero annis perpaucis, quanta est horũ excæcatio atq; peruersitas. ¶ Sexto pensemus, q puer iste, dominus Iesus, dictus sit princeps pacis, si ergo ad eũ volu-
Matth. 5 mus pertingere, simus semper pacifici, cũ dicat saluator: Beati pacifici, qm filij dei vocabũtur. Non ergo sit aliquis cõtentiosus, impatiens, turbulentus, sed vnus defectũ alterius pie & chari-
Gala. 6 tatiue supportet, prout seipsum à deo appetit supportari. Ideo ait Aplus: Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legẽ Christi. Hinc iterũ exhortat: Pacem sequimini cũ omnibus &
Heb. 12 Ro. 12 sanctimoniã, sine qua nemo deũ videbit. Et rursus: Si fieri potest quod ex vobis e[illegible] cũ omnibus hoibus pacẽ habete. Porrò si aliquis ex sua malignitate nobiscũ pacẽ habere non vult, nos tamen pacẽ pectoris habeamus in deo & charitatiue oremus pro illo vt nostra patientia, pietate & beneuolentia illũ vincamus atq; lucremur. Propter quod ait Aplus: Noli vinci à malo, sed vince in bono malũ. Quemadmodũ eñ pacifici sunt filij dei, ita rixosi ac turbatores filij exi-
Phil. 4 stunt diaboli. Itaq; pax Chri nobis hodie nati custodiat semp corda nostra.

¶ Enarratio Eplæ: Apparuit gra dei saluatoris nostri oibus hoibus, Ad Tit. 2

HAec Epistola ad literã tractat de Christi natiuitate, pietate & gratia. Ait ergo ad Titũ Aplus. ⌊Apparuit gratia dei saluatoris nostri⌋. i. gratiosa instructio, pia largitio, benigna psentia Christi, qui verus est deus patri cõsubstantialis, sic aũt apparuit gratia eius in sua natiuitate, in qua suæ humilitatis ac paupertatis exẽplo nos docuit, suã nobis charitatẽ monstrauit, & seipsum p assumptã humanitatẽ pbuit corporaliter vere visibilem qui in sua diuinitate incõprehẽsibilis creditur. In sua quoq; natiuitate cœpit cordibus hominũ grãm suæ illustrationis copiose infunderẽ, deinde proprio ore docuit hoies & proprij oris in- F
Johan. 20 sufflatione spm sanctũ dedit apostolis. Sic ergo apparuit gratia Chri saluatoris & dei nostri,
Act. 2 ⌊omibus hominibus⌋. i. quibusdã de omni hominũ genere seu cunctis credentibus, quibus p gloriosos aplos & eorũ coadiutores pdicata est fides & gratia Christi. De qbus à Daniele est
Dañ. 7 pdictũ: Omnes populi, tribus & linguæ seruient ei, ⌊erudiens eos⌋ verbo & exẽplo, ⌊vt abnegãtes impietatẽ⌋. i. peccata quæ sunt directe cõtra deũ, vt quæ sunt cõtra tria prima pcepta ⌊& secularia desideria⌋. i. inordinatas affectiones ad diuitias, delitias & honores seculi huius, ⌊sobrie,⌋ quoad nosipsos, ⌊& iuste,⌋ q̃tũ ad proximos, ⌊& pie⌋. i. deuote & religiose, q̃tum ad deũ, ⌊viuamus in hoc seculo, expectãtes beatã spem⌋. i. felicẽ remunerationẽ felicitatis æternæ speratã. Vnde sumit spes hic pro bono sperato, sicut in Psal. Tu es dñe spes mea, ⌊& aduẽ-
Psalm. 90 tũ gloriæ magni dei & saluatoris nri Iesu Chri⌋. i. gloriosum aduentũ Chri, q est deus incircũscriptibilis & imensus, cuius primus aduẽtus fuit in humilitate & pauptate vt iudicaret, secũdus vero ipsius aduentus erit in maiestate & gloria vt iudicet. Cuius pstolamur aduentũ, q̃tenus in
Ephe. 5 die iudicij suscitemur, & corpus glorificatũ adipiscamur, ⌊q dedit semetipm p nobis⌋. i. spõ-
Esa. 53 te pro nra salute se obtulit deo patri in ara crucis, iuxta illud Apostoli: Chrũs dilexit nos & tradidit semetipm pro nobis oblationẽ & hostiã deo in odorẽ suauitatis. Hinc Esaias dicit: Obla
Johan. 10 tus est qa voluit. Et ipsemet ptestat: Ego sum pastor bonus & animã meã pono p ouib9 meis, ⌊vt nos redimeret⌋ ptio sanguinis sui, ⌊ab omi iniquitate⌋. i. tã originali q̃ actuali pctõ, ⌊&

müda-

A mundaret sibi ⌋.i. ad laudē & gloriā suā mundū faceret, ⌊populū, ⌋ quē in baptismo purgat ab
" omni culpa, ⌊acceptabilē ⌋.i. sibi placētē & gratū ⌊sectatorē bonorꝫ operꝫ ⌋.i. opa bona assi-
" due assequētē ac ꝓsequētē, ⌊hęc (documēta) loqre ⌋.i. pplo p̄dica ⌊& exhortare ⌋ eū vt Chr̄o
" sit grat⁹ atq; obediēs, ⌊in Chr̄o Ie.d.no. ⌋.i. secūdū volūtatē ipsius atq; in virtute & gr̄a eius.

¶Sermo. II. circa Epl'am, De inenarrabili bonitate dei, & ꝙ ea iā cognita, iuste, sobrie & pie viuendi fortior ratio nos incitare debet.

APparuit gr̄a saluatoris dei nostri, Ad Tit. 3. In totius mundi creatione apparuit omnipotentia dei, in gubernatione mūdi apparuit sapientia dei, in cōseruatione mundi indesinēter apparet bonitas seu pietas dei. Quia nec ipsa mūdus, nec aliquid in eo contentū posset per momētū subsistere aut durare, nisi oīpotens bonitas creatoris illud cōtinuo cōseruaret in esse, sicut nec dies absq; solis p̄sentia & influxu. Porrò in incarnatiōe natiuitateq; Chr̄i filij dei apparuit infinita misericordia dei & charitas eius ad hoīes, qm̄ tā benignissime subuenit eisdē, tāq; immediate ac dignātissime humanā naturā suæ cōiunxit diuinitati. Deniq; Iudæis in veteri test. apparuit iustitia dei & rigor diuini iudicij, qa lex Mosi p̄cepit transgressoribus suis mortē hic corporalē infligi. Sæpe nanq; in lege illa habet̄: Qui fecerit hoc aut illud, morte moriat̄. Propter q̄d ad Heb. ait Apl'us: Irritā quis faciēs legē Mosi absque vlla miseratiōe duobus aut tribus testibus morit̄. Christianis vero in nouo test. apparet, monstratur, patescit misericordia dei & dulcedo sui iudicij, Non em̄ iniqui in nouo test. occidi iubentur, sed ad pœnitētiā inuitant̄ & tā misericordissime eis frequēter parcit altissimus vt impleatur in eis illud Apostoli: Vbi abundauit delictū, abundat & gratia. Hinc euāgelicus ille Zacharias: Per viscera, inqt, misericordiæ dei nostri, in qbus visitauit nos oriens ex alto. Propterea lex Mosi appellat̄ lex timoris, & lex Chr̄i dicit̄ lex amoris, iuxta illud ad Rom̄. Non accepistis sp̄m seruitutis iterꝫ in timore, sed accepistis sp̄m adoptiōis filiorꝫ, in quo clamamus, Abba
B pater. In nouo etēm̄ test. inducunt̄ hoīes ad bene agendū amore boni potius q̄ mali timore & ex dei dilectione magis q̄ tp̄alis aut infernalis mortis formidine. Ex cōsideratione q̊q; multipliciū & abundātissimorꝫ beneficiorꝫ filij dei plus q̄ ex cōminatione pœnarꝫ. Hinc ad Timotheū Apl'us loquit̄: Non dedit nobis deus sp̄m timoris, sed virtutis & dilectiōis & sobrietatis. Itaq; perpēdamus q̄ & quāta pro nostra salute vnigenitus dei fecit ac ptulit, quāta nobis p̄stitit bona & q̄ gloriosa præmia nobis spopondit, sicq; accendamur amore ipsius gr̄as ei agentes atq; pro posse ei obediētes & ministrātes fidel'r & cōstāter in oībus. ¶Præterea qm̄ omnis Christi actio est nr̄a instructio, ideo iuxta doctrinā apostoli, Chr̄i gr̄a seu apparitio gratiosa in humilitate & paupertate erudit nos vt abnegātes, detestātes, vitātes impietatē & secularia desideria sobrie & iuste & pie vniamus. In qbus verbis plurima includunt̄. Primo, vt abhorreamus impietatē, i. trāsgressionē p̄ceptorꝫ tabulæ primæ decalogi, q̄ sunt tria. Primū est, vt deū vnum colamus, amemus & veneremur, cuius oppositū agunt oēs idololatræ, & q creaturis magis seruiunt & inhærēt q̄ creatori. Item q propter aduersa ex impatiētia murmurāt cōtra deum siue blasphemāt, p̄sertim q odiunt deū, ita ꝙ mallēt deū nō esse q̄ peccata sua relinquere. Secūdū mādatū est, ne vane iuremus ꝑ deū aut ꝑ sanctos siue ꝑ creaturas. Hinc etem̄ ait saluator: Ego dico vobis, non iurare oīno, neq; per cœlū quia thronus dei est, neq; ꝑ terrā, nec aliud quodcūq; iuramentū. Sit aūt sermo vester, est est, non non. Vnde in Ecclesiastico quoq; legit̄: Iurationi nō assuescat os tuū. Multi em̄ casus in ea. Vir multū iurans, replebit̄ iniquitate & nō deficiet de domo illius plaga. Sed cōtra hoc dei p̄ceptū iam pene oēs enormiter peccāt, pessimā si-
C bi iurandi cōsuetudinē facientes & cōtinuantes, q̄d reuera valde periculosum est atq; dānabile, cū sit cōtra diuinū p̄ceptū, idcirco ex suo genere est mortale peccatū, imò secundum doctores vsus irrefrenatus venialiū peccatorū mortale peccatū est, quāto magis cōsuetudo iurādi, quæ est cōtra dei p̄ceptū. Talis etem̄ consuetudo iurādi est cōtra diuinæ maiestatis honorē, Nā in irreuerētiā dei cedit, ipsum sine necessitate & reuerētia in testem assumere. Ex cōsuetudine q̊q; iurādi incidit homo de facili in crimen periurij, quod est peccatū grauissimū, imò nōnulli ad tantā excæcationē labunt̄, vt vix aliquid dicāt sine iuratione. Abijciatur ergo consuetudo hæc pessima & impietatem hanc abneget vnusquisq;, cor suum custodiens, linguam refrenans, nec sine ratione quid loquens. Tertium præceptū est, vt dies celebremus festiuos, quatenus tūc deo & deuotioni specialiter simus intenti, diuinū visitantes officium & aliorꝫ dierꝫ vitia, negligentiasq; recuperantes, sed contra istud agunt hoīes infelices diebus solennibus abutentes, qa tunc grauius ac frequētius deū offendunt q̄ alijs in diebus, tūc em̄ præ solito vacāt loquacitati, vanitati, gulæ, choræis, ludis, iocis & trufis, heu quāta est miseria, peruersitasq; humana q̄ intimorati sunt homines, q̄ negligentes suæ salutis, quia certe vt ait propheta: Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in iniquitatibus, nec est timor dei ante oculos eorꝫ. Emendemus ergo istam impietatē, idq; agamus diebus festiuis, propter quod instituti cōsistūt orationibus ac deuotis meditationibus insistētes de diuini districtione iudicij, de infernalis acerbitate supplicij de vitæ præsentis breuitate & mortis angustia, de æternæ beatitudinis gloria, de infinita perfe-

[Margin notes: Exo. 19. 21; Leuiti. 20; Nume. 35; Deute. 32; Hebræ. 10; Ro. 5; Luc. 1.; Ro. 8; 2. Timo. 1.; Matth. 5; Eccl. 23; Psalm̄. 12; Psal. 13]

ctione & excellentia creatoris & de beneficijs eius solicite cogitantes. Matutinas, missam, & D
1.Timo.6 vesperas audiat omnis qui potest. ¶Secundo in præinductis Apostoli verbis includitur, vt se-
cularia quoq; desideria respuamus, quatenus iuxta doctinam Apostoli, habentes victum & qui
Ro.12 bus tegamur, his contenti simus. Hinc ad Romanos dicitur: Nolite conformari huic seculo,
sed renouamini in nouitate sensus vestri. Nullus ergo alium imitetur in malo. Nemo superbis,
curiosis, vanis & vitiosis hominibus se conformet. Nullus ad ea quæ mundi sunt, ad honores,
ad voluptates & opes inordinate afficiatur, sed quicquid appetimus, hoc in deo & secundum
deum appetamus, hoc est inquantum nobis proficuum aut necessarium est ad salutem. Nam
vt ait Apostolus: Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli. Chri-
1.Timo.6 stus quoq; in Euangelio contestatur: Possibilius est camelum per foramen acus transire, quàm
Matt.19 Marc.10 diuitem intrare in regnum cœlorum. Sed huius rursus oppositum agunt homines vani, qui
Luc.18 quicquid curiositatis, pompositatis & vanitatis vident in alijs, mox sequuntur aut sequi nitun
tur, similes bestijs, quarum vna se præcipitante in aquam, ignem aut foueam, aliæ illam sequun
tur. ¶Tertio, in verbis illis Apostoli tangitur, vt sobrie iam viuamus, propter quod ait salua-
Luc.21 tor: Videte ne grauentur corda vestra crapula vel ebrietate aut curis huius seculi. Vnde in Ec-
Eccl.31 clesiastico scriptum est: Sanitas animæ & corporis est, sobrius potus, imò sobrietas sensum fa-
cit peruigilem & acutum, corpusq; validum & cor iucundum & ad omne bonum bene dispo
situm, vitã quoq; prolongat. Gulositas vero bestiale est vitiũ, suntq; vitæ vilissimæ qui ebrie-
tati & gulositati intenti sunt, quibus in Esaia ait sermo diuinus: Væ qui consurgitis mane ad
ebrietatem sectandam & potandum vsq; ad vesperum. Istud enĩ valde damnabile est. Etenim E
Esa.5 si quis improuise & ex inexperientia ac ignorantia virtutis, quæ est in potu, ruat in ebrietatem
non est mortale peccatum, sed dum quis propriam infirmitatem expertus est, scit potum quẽ
bibit esse inebriatiuum, & nihilominus immoderanter se replet, ita quòd inebriatur, non à morta
li vitio excusatur, prout hoc sanctus Thomas in secunda secundæ declarat. Deniq; cum hoc ita
se habeat, quàm grauissime peccãt qui ebriosam aut gulosam potationem inducunt in vsum, quo-
tidie visitantes tabernas, loquacitati, cachinnationi, vanitati vacantes, & tẽpus suum eis ad be-
ne agendum à deo concessum tam miserabiliter expendẽtes. Quid isti responsuri sunt Chri-
sto in die iudicij? Emendẽt se ergo. Insuper iuxta Apostoli documenta etiam iuste viuamus,
vnicuiq; quod suum est tribuentes, & alijs facientes prout ab ipsis fieri volumus nobis. Nec dif
ferenda est persolutio debiti, si adsit soluendi facultas, ne ex dilatione alter damnũ aliquod pa-
tiatur, quia forsan cum suis pecunijs faceret lucrum. Pie quoq;, deuote & religiose habeamus
nos circa deum, ipsum adorando, laudando, glorificando ac venerando, sicq; cœlestem beati-
tudinem æquanimiter præstolemur bonis operibus cum perseuerantia, feruore atq; profectu
insistentes vsq; in finem.

¶Enarratio Euangelij: Exijt edictũ à Cæsare Augusto, Luc.2

Luc.2 GLoriosus Euãgelista Lucas in pręsenti Euãgelio natiuitatem Christi ex virgine ma
tre describit, dicens. ⌊Exijt edictum à Cæsare Augusto⌋ .i. Octauianus Imperator
præcepit. Iste Octauianus in tantũ auxit rempub. & Romanũ imperium, omnesq; "
opes Romanorum, quòd appellatus fuit Augustus. Dicitur quoq; Cæsar à suo præde-
cessore, videlicet Iulio, cuius filia fuit vxor Octauiani. Porrò Iulius vocatus est Cæsar, vel quia
ex mortuæ matris suæ vtero per scissionẽ aperto extractus est, secundũ Isidorum. Vel quia cũ
Cæsarię natus est. Vel, quia hostiũ cæsor fuit victoriosus. Vñ nomẽ hoc, Cæsar, successores eius F
sibi retinuerũt. Quemadmodũ etiã Octauiano succedẽtes, nomen Augusti ab illo sibi tenuisse
leguntur. ⌊vt describeretur vniuersus orbis⌋ .i. noĩa omnium regionũ & ciuitatũ & villarum atque
vicorum & habitatorum omnium horum redigerẽtur in scriptis & deferrẽtur ad Romã, sibiq; insinua "
rentur. Voluit nãq; hic Imperator scire magnitudinẽ suæ potestatis ac dominatiõis ex multi-
tudine subditorum, ideo voluit scire quot sub Romano imperio essent prouinciæ & quot vrbes,
& villę ac vici in prouincia qualibet essent, imò etiã & quot hoĩes. Istud etiã idcirco voluit scire vt
agnosceret magnitudinẽ & valorẽ tributi, quod sibi in singulis suæ ditionis prouincijs soluebatur
& qualiter prouincias melius cõseruaret in pace, prouidẽdo singulis de aptis iudicibus atq; præsidi-
bus. Imperator iste victoriosissimus ac fortunatissimus fuit. Vnde tempore Traiani Imperatoris cla-
matũ est in senatu, Nullus felicior Octauiano, nullus melior Traiano. Præterea quinquaginta-
septẽ annis ac medio Octauianus legitur imperasse & duodecimo sui imperij anno edictũ seu præ-
ceptũ istud cõstituisse, ita quòd sub eius imperio inaudita pax fuit in mũdo, oĩbus vni subiectis ad
præfigurandũ quòd Christus tũc veniens verã pectoris, æternitatisq; pacẽ oĩbus in se credentibus eẽt
daturus, eos in æternæ felicitatis patria collocaturus, sicq; tũc literaliter fuit impletum quod in pri
Esa.2 mo Christi aduentu esse implendum, prædictũ erat in Esaia atq; Michæa: Conflabunt gla- "
Michę.4 dios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladiũ. ⌊Hæc "
descriptio prima facta est à præside Syriæ Cyrino.⌋ Ante hanc generalem mundi descriptio
2.Reg.24 nem præcesserant aliqui particulares certarum regionum descriptiones, quemadmodum se-
cundo

A cundo Regum legitur, Dauid iussisse Ioab, vt populũ sui regni describeret. Sed ista quã Octauianus fieri iussit, fuit prima, loquendo de generali orbis descriptione. Est itaq; sensus. Hæc descriptio prima, scilicet vniuersalis, quam alia talis non præcessit, facta est à præside Syriæ, nomine Cyrino. Vel, hæc descriptio ab Augusto fieri iussa, facta est prima .i. primo exequutioni mandata, à Cyrino, quẽ Octauianus præfecit Syriæ ac Iudææ, secundũ Græcũ expositorẽ. Cyrinus aũt primo exequi cœpit Imperatoris edictũ in Syria, q̃ vmbilicus seu mediũ terræ habitabilis dicitur, & in medio Syriæ dicunt fuisse Iudæam. ⌊Et ibant omnes,⌋ videlicet principales de qualibet domo, vel etiam cæteri qui poterant ire, ⌊vt profiterentur⌋ .i. verbo & facto ꝓtestarentur se esse Romano subiectos imperio, ⌊singuli in ciuitatẽ suã,⌋ .i. in vrbe de qua nati fuerũt, vel ad quã amplius ꝑtinebãt. ⌊Ascendit aũt & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth⌋ in q̃ Chrũs fuit cõceptus, & ibidẽ virgo beatiss. cũ Ioseph suo ministro ac sponso habitauit. Et qm̃ Nazareth est situ inferior q̃ Bethleem, recte dicit Ioseph ascẽdisse ⌊in Iudæã ciuitatem,⌋ .i. in vrbẽ ad tribũ Iudæ spectantem. Ciuitatẽ inquã, ⌊Dauid⌋ regis, puta in Bethleem, de qua Dauid extitit oriundus, ⌊eo ꝙ esset de domo, & (pro .i.) familia Dauid⌋ .i. de semine Dauid regis. Et per hoc innuit Euãgelista Mariam quoq; de semine Dauid fuisse, quia lex iussit virũ & coniugem de eadẽ existere tribu, de quo tamẽ præcepto tribus Leuitica ac sacerdotalis fuit excepta, ⌊vt profiteretur⌋ se subiectũ Imperatori, ⌊cũ Maria desponsata sibi,⌋ antequam ipsa Christũ cõcepit, ⌊vxore prægnante⌋ .i. partui propinqua. Fuit enĩ vere coniunx ipsius, vt in Luce.1.

B præcedenti Euangelio magis expositũ est. Porrò professio ista fiebat verbo & facto, qm̃ profitens dixit se Romano imperio subditũ, atq; in signũ veritatis posuit denarium Imperatoris imagine insignitũ, sup proprium caput, statimq; porrexit denariũ Imperatoris ministro, q nomen profitentis mox scripsit. Est aũt secũdum quosdã ambiguũ, an solus vir profitebatur. Qđ si dicat, tunc quod ait Euãgelista, cũ Maria, refertur ad verbum ascendit, nõ ad verbũ, profitebatur. ⌊Factum est aũt cum essent ibi,⌋ puta in Bethleem, ⌊impleti sunt dies vt pareret⌋ virgo purissima, quæ reuelante spũ sancto nouerat se in Bethleem parituram, prout à Michæa prædictum erat: Et tu Bethleem Effrata, ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel, ⌊& peperit filium suum primogenitũ,⌋ scilicet Iesum Christũ, qui dicitur primogenitus, nõ qa post eum habuit alium, sed qa ante eũ habuit nullũ. Sic quippe in lege accipitur primogenitũ, dum omne primogenitũ deo offerri iubet. Certũ est enĩ, ꝙ multi tunc vnigeniti erãt in populo Iudæorum, qui tamẽ deo offerebãtur propter illud ꝑceptũ. Dicit quoq; Chrũs primogenitus, qm̃ dignior vniuersis seu inter genitos tenens primatũ. Itaq; peperit suũ ac dei patris vnicũ filium, quẽ sicut sine carnali delectatione cũ ingenti spũali lætitia in alta existẽs cõtemplatione concepit, sic absq; corporali dolore, cũ gaudio spũali in sublimi existẽs cõtemplatione, & (vt aliqui dicunt) genibus flexis quasi in ictu oculi peperit, natũq; & ante se iacentẽ protinus adorauit vt verum deum, ⌊& pannis eum inuoluit⌋ proprijs manibus, non vtens nec indigens obsequio obstetricũ, dicente beato Hieronymo. Nulla ibi obstetrix, nulla muliercularum sedulitas fuit. Ipsa pannis inuoluit infantem, ipsa mater & obstetrix, ⌊& reclinauit eum⌋ puerũ pannis inuolutum, ⌊in præsepio,⌋ iuxta se posito, ⌊quia nõ erat ei locus in diuersorio⌋ .i. aptiorem locũ quo puerum poneret ibi virgo sancta nõ repperit. Porrò diuersoriũ secũdum Isidorum dicitur, quia diuersi ibi conueniunt, atq; (vt asserit Beda) fuit spatiũ inter duos vicos ex vtroq; late

Miche.5

Exo.13
Numer.3.8

Hierony.

Isidorus.
Beda

C re habens murum, & ex parte vtraq; portam, & ob aeris intemperiem desup coopertum, quo festis diebus ciues cõuenire ad colloquẽdum & solatiãdum solebãt. In quo etiam vrbem ingredientes animalia sua ad horam ponebãt, sicq; à diuertẽdo diuersoriũ nuncupatur. Alij dicunt, ꝙ fuit hospitalaria ad quã ab extra veniẽtes diuertebãnt ad hospitãdum, potissimũ pauperes. Et quia tunc Bethleem plena fuit hominibus, ditioresq; hospitia occupauerãt meliora, Ioseph tanq̃ verecundus pauper & simplex diuertit cũ virgine ad locũ ꝓfatum, quod vtiq; deo præordinãte ac moderante peractũ est, vt in Christi natiuitate in Bethleem impleret prætacta prophetia Michææ. Præterea aliqui dicũt, ꝙ Ioseph secũ adduxit bouẽ & asinã, Bouẽ ad vẽdendũ pro necessarijs in tam longo itinere, Asinam pro subuectione gloriosæ Mariæ. Aliqui quoq; affirmãt, ꝙ ꝓfatũ diuersoriũ fuit infra Bethleem, & iuxta vnã portarum sub cõcaua rupe non habẽs desup tectũ, nisi rupẽ ex monte pẽdentẽ. Subinde docet Euãgelista, quõ Christi natiuitas cœpit hominibus manifestari, Nã subditur. ⌊Et pastores erãt in regione eadẽ⌋ .s. in Iudæa, ⌊vigilãtes & custodiẽtes vigilias noctis sup gregẽ suũ⌋ .i. cõsuetas vigilatiões solicitẽ custodiebãt circa pecora sua, quæ alebãt in rure, & custodiebãt etiã tpe noctis prout i illis locis fieri consueuit. ⌊Et ecce angelus dñi stetit iuxta illos.⌋ In corpore enĩ assumpto visibilr eis apparuit, & corpus illud habuit formã siue effigiẽ corporis humani, ⌊& claritas dei circumfulsit illos,⌋ .i. lux quædã diuinitus missa aerẽ prope pastores sic clarificauit, ꝙ & ipsi luce illa vndiq; ꝑfundebantur, secũdũ quod paulo post interius spũali luce ꝑfusi sunt ad cognoscẽdũ veritatẽ de Christo, queadmodũ in actibus habet de Paulo aplo: Subito circũfulsit eũ lux de cœlo. Et forsan angelus in corpore tã luminoso apparuit, ꝙ ab ipo lux tãta diffundebat. Vel ꝑter claritatẽ ab ipo

Miche.5

Act.9

 diffusam

diffusam etiam lux à deo diffundebatur, ꝑ quam copiosam lucis diffusionē figurabať, ꝙ Chrūs D
sol sapientiæ atq; iustitiæ esset in mūdo hoc natus. Vnde in veteri test. non legūtur angeli cum
tanta claritate apparuisse, ⌊& timuerūt timore magno,⌋ propter tā grandē, inconsuetāq; vi »
sionē & ne forte esset illusio, & quid ꝑtenderet illa apparitio ignorātes, ⌊& dixit illis angelus⌋ »
qui ex sua visione territos cōsolari solet ac confortare. Vnde & sanctus abbas Anthonius do-
cuit: Per hoc discernit apparitio angeli boni ab apparitiōe angeli mali, nā quāuis ex vtraq; vi-
sione incutiatur homini prima facie timor, tñ si angelus sanctus apparet, territū protinus cōso
latur & roborat, ita ꝙ timor recedit. Si vero apparet angelus malus, remanet timor incussus,
etiā si verba exterius cōsolatoria proferat. ⌊Nolite timere⌋ timore īmoderato ac deĳciēte, q
vsum impedit rōnis & opus virtutis cū sit passio inordinata q̄ per rōnem ac fortitudinē est fre-
nāda ac moderāda. ⌊Ecce eñ euāgelizo⌋, i. ꝑdico & denūtio ⌊vobis gaudiū magnū⌋, i. cau- »
sam atq; materiā gaudĳ spūalis ꝑcipui, ⌊q̊d erit omni pplo⌋, i. tā Iudæis q̄ gētilibus in Chrm »
credituris cōmunicabiť & inerit gaudiū istud. Vñ distributio ista accōmoda ē pro generib⁹ sin
gulorꝫ. qa de omni gñe, nationeq; hoīm aliqui crediderūt, & de isto gauisi sunt, ⌊qa natus est »
vobis⌋, i. ad vestrā salutē, ⌊hodie⌋, i. die hac naturali, videlicet in hac nocte q̄ est pars diei na- »
turalis cōtinētis vigintiquatuor horas, ⌊saluator,⌋ vtpote vnigenitus dei filius, q secundū suā »
Esa. 45 diuinā naturā est saluator ꝑ authoritatē & efficientiā principalē tanq̄ creator & dator grǣ ac sa
Osee. 13 lutis prima ac oīpotenti virtute, q per Esaiā testať: Deus iustus & saluās non est ꝑter me. Atq; ꝑ
Oseam: Ego dñs deus tuus & saluator nō est præter me. Porrò secundū humanitatē assumptā E
ipse saluator est per efficientiam instrumentalē & tanq̄ meritoria causa totius gratiæ ac salutis.
Actoꝝ. 21. Sicq; in actibus ait de Christo Aplus: Acquisiuit ecclesiam sanguine suo, de quo per Esaiā pre-
Esa. 35 dictū est: Ecce deus vester ipse veniet & saluabit vos. Sua etem̄ passione nostra deleuit pecca-
ta, gratiam ac salutem nobis promeruit, quod etiam suæ sanctissimæ conuersationis meritis fe-
cit, ⌊qui est Chrūs.⌋ Christus græce, latine dicitur vnctus. Christus autē vnctus est non oleo »
corporali & vnctione humana, sicut olim in lege vngebātur reges atq; pontifices, sed vnctus
est vnctione spūali, diuina, secundū suam humanitatem, hoc est plenitudine gratiæ ac virtutū,
Psal. 44 imò & lumine gloriæ & beatifica fruitione à primo suæ incarnatiōis instāte, iuxta illud in psal-
Esa. 61. mo: Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Et in Esaia loquitur Christus:
Spūs dñi super me, eo ꝙ vnxerit me. Et facta est vnctio ista à tota superbeatissima trinitate, cu
ius opera ad extra sunt indiuisa. Vnde sacratissimus ait princeps apostolorū: Iesum vnxit deus
Actoꝝ. 10. spū sancto & virtute. Deniq; Chrūs in nouo test. prout cōmuniter vtimur nomine isto, signi-
ficat & supponit increatam personā in duplici natura, videlicet diuina & humana subsistētem
⌊dominus,⌋ Chrūs secundū vtramq; naturā dicitur dñs, sed diuersimode, quia vt deus est do
minus ꝑ independentē authoritatē, primāq; potestatē & vniuersalē ꝓsidentiā prorsus perfe-
ctā. Secundū naturam vero humanā est dominus etiam omniū creaturaꝝ per potestatē & gra
Matt. 28 tiam tēporaliter datam, creatā, instrumentalem, finitam, propter quod contestatur: Data est
mihi omīs potestas in cœlo & in terra, ⌊in ciuitate Dauid,⌋ scilicet Bethleem, ⌊& hoc vobis »
signum,⌋ iuxta Apostolum, Iudæi signa quærunt, idcirco pastoribus tanquā Iudæis dat ange »
1. Coꝛ. 1. lus signum, non vtiq; propter illorum incredulitatem, sed propter illorum & omnium nostrū
saluberrimam instructionem, nam subditur, ⌊inuenietis infantem pannis inuolutum, & posi- »
tum in præsepio.⌋ Tanquā dicat, Quāuis puer iste sit omniū princeps ac dominus, tamē quod »
admirabilissimū est, in maxima paupertate, non in temporali opulentia & regio apparatu nas- F
ci & viuere in hoc mundo elegit. Hoc itaq; signo docuit angelus idcirco Christum venisse, vt
omnium terrenoꝝ verbo & exemplo doceret contemptū & ad diuinorū amorē corda trans-
ferret fidelium. Hoc etiam signo pauperes illos pastores & omnes egenos angelus valde con-
Origenes solatur. ⌊Et subito⌋, i. præfato angelo cum pastoribus adhuc loquente secundū Origenem, vel »
statim post hoc, ⌊facta⌋, i. exhibita ⌊est⌋ à deo, & in aere apparuit, ⌊cum angelo,⌋ pastores »
docente, quē aliqui putant Gabrielem fuisse, ⌊multitudo militiæ cœlestis⌋ exercitus, i. copio »
sum agmen angelicoꝝ spirituū, qui milites summi regis sunt, qm̄ contra aduersarios eius, puta
aereas potestates victorialiter dimicant, eosq; vincūt & arcent & ad omne diuinæ maiestatis ꝑ
sequendū imperiū promptissime obsequunť. Insuper Chro duci qui ad superandū malignos
spūs venit humiliter, seruierunt. Itaq; ad veritatis certificationē atq; ad insinuandū nati pueri
dignitatē tam multi, imò secundū Origenē tam innumerabiles angeli apparuerunt, ⌊laudan- »
tium deum,⌋ ardentissima, deuotissima & iucundissima mente, ⌊& dicentiū,⌋ consona vo- »
ce ac suauissima melodia. ⌊Gloria⌋, i. summa excellentia seu clara cū laude lætitia vel beatitu- »
do atq; lætitia, nā omībus modis accipitur gloria hic. Proprie vero gloria, i. clarificatio diuinę
maiestatis in cordibus intellectualiū creaturaꝝ cū debita laude, sit ⌊in altissimis deo⌋, i. deo qui »
in cœlis, ꝓsertim in cœlo empyreo esse & habitare asseritur, inquantū ibi euidentius ac magni-
ficentius operatur, clariusq; conspicitur, quāuis secundū se sit penitus supersimplicissimus, in-
circumscriptus, immensus, nullam ad locū habitudinem habens: Vel, gloria, i. clarificatio dei
præfata

A præfata sit in altissimis,& in mentibus beatorum, deo vt ipsi in omibus deo, gloriam & honorem exhibeāt quod vtiq; incessabiliter faciunt. Vnde secundum hoc verbum, istud est verbum congratulationis magis q̄ exhortationis. Queadmodum illud: Laudate deum omnes angeli eius. Psal. 148
« [Et in terra (sit) pax] interna & spūalis quæ est trāquillitas mētis in deo, seu gaudium imper-
« turbatum in actibus virtuosis, [hominibus bonæ voluntatis] loquēdo de bona voluntate, nō optatiua tātum, quæ est velleitas imfecta, de qua Salomon loquitur: Vult & non vult piger. Prouer. 13
Sed de voluntate imperatiua & efficaci, quæ tpe oportuno procedit in opus bonum si assit facultas. ¶ Porro q voluntatem taliter bonā habent, sunt in statu salutis, hoc est, in charitate & gratia, qm̄ talis voluntas reputatur à deo pro ope, & efficit quod in se est. Sumitur autem nūc voluntas pro interiori actu voluntatis, qui volitio dicitur non pro potētia tātum. Vel, sumitur pro potentia, tali actu formata. Et qm̄ radix merēdi ac demerēdi, præsertim in voluntate consistit, quia libertas primo atq; directe competit voluntati. Propter quod Augustino testante: Augustin.
Peccatum in tātum est voluntarium, quod si non esset voluntarium, nō esset peccatum. Similiter actus virtutis in tātum est voluntarius, q si non eēt voluntarius, nō esset actus veraciter virtuosus. Hinc bonum & malum dicūtur esse in voluntate, quemadmodum verum & falsum in intellectu. Idcirco hoībus bonæ voluntatis pax recte annuntiat, conuenit, & confertur. Nam & voluntas per charitatem animæ vires mouet ad opa bona. ¶ Postremo, residuum hymni & cantici huius angelici, aliq dicunt æditum à Simacho papa, alij credibilius asserūt illud à beato Hilario præsule factum. ¶ Legitur nāq; in gestis Romanorum pontificum, q Thelesphorus papa instituit vt solis episcopis liceret canticum istud incipere, postea vero Simachus papa ordinauit, vt & cæteri sacerdotes possent illud incipere diebus festiuis, qa de sacerdote scriptum est: Angelus dñi exercituū est. Et certe cāticum istud angelicum ac præclarum cum pcipua deuotione & aduertentia cantandum est & legendum. Malac. 2.

B ¶ Sermo tertius: De gratitudine Christo offerenda pro suæ incarnationis natiuitatisq; beneficijs nobis exhibis, & de gaudio ex tanto dei munificentia assumendo.

Annuntio vobis gaudium magnū, quia natus est vobis hodie saluator, q est Christus dñs in ciuitate Dauid, Lucæ. 2. Ista fuerūt verba angeli ad pastores in hac nocte, quæ verba vnusqsq; pastor ac prædicator dicere potest & debet ad populū suū eum hortādo ad spūalem lætitiā grarum'q; actionē de isto tam summo & ineffabili beneficio dei, videcet q natus est nobis hodie saluator Chrus filius dei, dñs oīs entis creati. Sed nūc consideremus diligētius, q̄ magna & multiplex sit nobis rō exultādi in hac sacratissima solēnitate de Chri natiuitate. Itaq; prima causa seu ratio gloriādi in hoc festo, de Chri ortu est dignificatio magna, & exultatio admirāda naturæ humanæ per Chri natiuitatē, quāto etem̄ vnigenitus filius dei, verus existens deus, plus humiliauit se naturā assumēdo humanā, & virginis faciendo se prolem: tāto præclarius p suā incarnationē & natiuitatē maternā dignificauit genus humanū, & nostrā exaltauit naturā, ita quòd eius ad ima descēsio, est nostra ad summa prouectio, & per hoc quòd ipe factus est frater noster nascēdo ex virgine, nos facti sumus filij dei. Propter quod Iohānes asserit: Quotquot autē receperuut eum, dedit eis potestatē filios dei fieri. Hinc secundū Gregoriū: Angeli sancti videntes naturā humanā à deo in vnitate psonæ assumptā rennuerunt tpe noui testamenti ab hoībus adorari, qui tamen tpe veteris testamenti non rennuerunt hocipsum. Johan. 1 Gregori⁹
¶ Præterea, cum vnigenitus filius dei sit dignitatis & excellentiæ penitus infinitæ
C & vnio personalis humanitatis cum verbo æterno sit propinquissima ac intima vnio, ita quòd creatori creatura propinquius copulari non valet, certum est, quòd p hoc quod vnigenitus filius dei natus est homo, genus humanum inæstimabiliter dignificatum ac sublimatum existat. Idcirco hoīes deberēt seinuicem honorare in deo, sicut ait Apostolus: Honore inuicem præuenientes. Si etenim angeli sancti venerātur homines, eo quòd deus factus est homo quāto magis homo hominē ista de causa honorare deberet, imo & seipm debet vnusquisq; ex hac consideratione honorabiliter ac diuine habere, virtuose ac spūaliter cōuersando, vitiorum vilitatem spernendo, inquinamenta corporis & animæ deuitādo, præcipuè gulam atq; luxuriam, quæ sunt bestialia peccata, in quibus est maxima turpitudo, indecentia, brutalitas. Sed heu sicut ait Propheta: Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, imo quicūq; huic maximo beneficio incarnationis natiuitatisq; Christi filij dei ingratus est, nec virtuose se habet, omni bruto incomparabiliter vilior est & peior. Impleamus ergo quod ait Apostolus: Imitatores dei estote, sicut filij charissimi. Imitemur charitatem, misericordiam, bonitatem, & munificentiam dei, quæ in Christi incarnatione ac natiuitate, præsertim declarātur ac exhibentur hominibus. Simus itaq; charitatiui, misericordes, liberales, & in affectū bonitatis corda nostra mutent. ¶ Insuper, cernimus in hoc mūdo q si aliqs magnus princeps despōset sibi aliquā puellā egenā, tota parētela puellæ gaudet, & exaltatam se arbitrat per tale cōnubiū, agit'q; grās principi illi, & libēter ei deseruit, ac cordialiter diligit Roma. 12. Psal. 48.

ligit ipsum quantomagis quilibet nostrum, sponsum illum cœlestem vnigenitum dei tenetur D
diligere, venerari, ei quoq; regratiari, obsequi & gaudere in ipo, qm̃ nostrã naturã hypostaticè
sibi vniuit, intime & inseparabiliter iunxit, atq; vt sponsam charissimã, charitate & pietate am
plexus est, omniq; gratia, virtute, lumine gloriæ, & fructu copiosissimo fœcundauit. Secunda
rõ exultãdi de Chri natiuitate est, qa p Chrm sumus ab omi purgati pctõ. Nam suę sanctissimę
cõuersatiõis, passionisq; merito sacramẽta ecclesiæ operant, & nobis proficiunt ad salutẽ, & per
ea meritum Chri applicatur hominibus. Vnde merito Christi purgati sumus ab originali pctõ,
Primo in fonte baptismi. Deinde ab actualibus culpis in pœnitẽtiæ sacrõ, quod est secũda post
Ephes. 5 naufragium tabula. Hinc ad Ephesios ait Apostolus: Christus dilexit ecclesiam, & tradidit se-
metipm pro ea mundans illam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet sibi gloriosam eccle-
siam non habentem maculam, neq; rugam. Ecce quantum gaudent infirmi, vulnerati, ægroti,
dum venit ad eos aliquis pius ac sapiẽs medicus, & quãtum diligũt illum à quo corpaliter ac gra
tis curãtur, quàm pcordialiter ergo gaudere debemus de aduentu & natiuitate filij dei Iesu Chri
sti, qui est cœlestis, sapientissimus, potentissimus, pijssimus medicus animarũ, & gratis earũ vul-
Esa. 53 nera & infirmitates curauit, & curat quotidie, puta quemadmodum Esaias dicit: Vere languo
Psal. 102. res nostros ipe tulit & pctã nostra ipe portauit. Atq; in Psalmo iustus: Benedic anima mea dño
& noli obliuisci omnes retributiones eius, q propitiatur omnibus iniquitatibus tuis q sanat oẽs
infirmitates tuas. ¶ Porro septem vasa medicinalia quæ detulit secum Christus, sunt septem
sacramenta ecclesiæ, quibus vulnera animarum curantur. Quotidie ergo petamus curari à me
Matt. 6. dico isto, dicentes: Dimitte nobis debita nostra &c. Et rursus cum Hieremia: Sana me domine
Hiere. 17. & sanabor, saluum me fac & saluus ero. Hinc orauit Psalmista: Miserere mei domine, quoniã E
Psalm. 6. infirmus sum saluum me fac propter misericordiã tuã. Hæc quippe infirmitas nõ est, nisi pro-
Hebr. 13 nitas ad peccãdum, & debilitas resistendi tentationibus ac peccatis. Idcirco Apostolus: Opti-
mum (inquit) est gratia stabiliri cor. Quemadmodum em̃ columna sustentat domũ, ne ruat, sic
gra dei roborat mẽtem, ne tẽtatione aut vitijs superet. Tertia cã, hinc exultãdi, qa p Chrm su-
mus redẽpti à pœnis inferni nam & originali pctõ debet pœna dãni puta diuinę visionis carẽ-
tia quę est miseria maxima. Actuali vero pctõ mortali debent pœna dãni, & pœna sensus quę
est punitio incẽdij infernalis. Per hoc igit q ab originali & actuali pctõ nos Chrs purgauit, etiã
de inferni nos liberauit supplicijs. Si diligitur q à tpali eruit morte, cur Chrm nõ intense diligi-
mus, p quẽ à tanta calamitate ab ęterno interitu liberamur. Quarta rõ exultãdi est, qa per Chri
Roma. 5. stum deo & angelis sumus reconciliati atq; ad sempiternã reducti salutem. Hinc ad Romanos
habet: Si cum adhuc inimici essemus reconciliati sumus deo p mortẽ filij eius, multomagis nũc
reconciliati salui erimus in vita ipsius. Sed & gloriosus apostolici ordinis princeps Petrus san-
1. Petri. 3. ctissimus in sua prima ait Canonica: Chrs semel pro peccatis nostris mortuus ẽ, iustus pro in-
iustis vt nos offeret deo deglutiẽs mortẽ, vt vitę ęternę efficeremur heredes. O q̃ ineffabile bo
num, q̃ incõparabile donũ est istud, q̃ magnũ & btm̃ est deo frui, eum p spẽm intueri, in ipo in-
auertibilr felicitari. Grãs ergo agamus deo pri omipotẽti p vnicũ filiũ eius Iesum Chrm de cu-
ius natiuitate hodie spũaliter gloriemur in dño. ¶ Insup aliæ multæ vtilitates pfluxerũt & pro
fluunt nobis à Chro, qa p eius euãgelica documẽta instruimur, p eius grãm viuificamur, p eius
Bernard. legẽ à peccatis retrahimur, eius adiutorio dæmonibus pualemus. Nã & virtute ac merito passio
nis Chri malitia dęmonũ valde restringit, & eorũ ptãs nõ parũ debilitat. Hinc ait S. Bernardus F
Venit medicus ad ægrotos redẽptor ad vẽditos, ad errãtes via, ad mortuos vita. ¶ Deniq; ad
miseros venit ipa misericordia sempiterna, ad ignaros sapiẽtia summa, ad infirmos ptãs immẽ
1. Cor. 1. sa, ad pditos & dãnandos beatitudo suprema. Cur vtiq; nisi ad succurrẽdũ, ad instruẽdũ, ad ro
borãdũ & adiuuãdũ atq; saluãdũ? ¶ Porro ex euãgelio isto docemur q̃ vere dixit Apls: Infirma
& abiecta mũdi elegit deus. i. simplices pauperes & despectos. Ecce em̃ in hora illa qua natus est
Chrus q̃ multi fuerãt in Iudæa eruditi in lege, magni in sacerdotio, diuites, nobiles, potẽtes, fa-
mosi, & tñ nulli eorũ apparuit angelus, nec qsq̃ illorũ audiuit cœlestẽ exercitũ angelorũ deũ lau-
dantiũ. O q̃ multi tunc in mollibus lectis iacebant & nulli eorũ reuelabat saluatoris natiuitas, sed
pastoribus pecorũ viris idiotis humilibus & egenis. Per quod etiam designat, q corporalis la-
bor qui recta fit intentione multũ complacet deo, cũ scriptũ sit: Labores manuũ tuarũ qa man
Psalm. 127 ducabis, beatus es, & bñ tibi erit. Atq; de reprobis rursus: In labore hominum nõ sunt & cũ ho-
Psalm. 72 minibus non flagellabuntur. Amplius ex Euangelio hoc pensemus, qualiter Christus sapientia
dei pris in omibus prælegit q̃d corpi erat molestius, & q̃d humilitatẽ magis cõmendat. Natus
est enim tpe hyemali in tenebris noctis, in oppido paruulo, in stabulo vili & positus in præsepi.
Gala. 5 Et cur hoc nisi vt suo exemplo doceret nos corpus per opera pœnitentiæ castigare, carnem
Matth. 7 cum vitijs & concupiscentijs crucifigere, per artam incedere viam, aspernari honores, humili-
tatem in omnibus semper amplecti. ¶ Postremo, communiter dici solet, q virgo beata Iesum
infantulũ vilibus veteribusq; inuoluit pãniculis. Verũtñ in reuelatiõibus beatæ Brigidæ viduæ
legitur quod virgo Christifera præsciuit se in Bethleem pariturã, vt impleretur scriptura, ideo
mũdissi

A mundissimos parauit panniculos lineos, quibus inuoluit infantem. ¶ Legitur quoq; ibi, quod virgo Maria parituram se sentiens, genua sua deuotissimè flexit & mente ad deum erecta velut in momento puerum est enixa, viditq; eum ante se super terram iacentem, ac paulopost præ frigore palpitantem, cui ipsa tenerrimè condolens, leuauit eum, & amplexatum deosculabatur, stringens eum ad pectus suum, sicq; calefaciens eum. Deinde mundissimis eum inuoluit cum reuerentia summa panniculis. Itaq; cum beatis angelis deum in hac nocte deuotissimis laudibus honoremus, eius bonitatem, charitatem, & misericordiam, ac sua beneficia considerando, glorificando, & grates ei referendo humillimas. Et quoniam hominibus bonæ voluntatis annunciata est pax, simus semper boni & sancti propositi omnem peccandi abijcientes affectum, & quotidie deo perfectius obsequi cupientes, bonam quoq; voluntatem congruo loco ac tempore extendamus in opus, omnem otiositatem, accidiamq; vitantes, & ita impleamus quod ad Corinthios hortatur Apostolus: Stabiles estote abundantes in opere domini semper scientes quod labor vester non est inanis in domino. Cui sit honor & gloria in æternum, Amen. Luce. 2 1. Cor. 15

¶ Ad secundam missam in ortu diei.

¶ Enarratio lectionis propheticæ: Spiritus domini super eo quod vnxerit me. Esaiæ sexagesimoprimo.

B QVanta fuerit excellentia atq; perfectio gratiæ Spiritus sancti in anima Christi, beatissimus Esaias propheta in presenti lectione testatur. Loquens enim in Christi persona fatetur " ⌊Spiritus domini super me⌋ Deniq; Lucas describit, quemadmodum domino Iesu Christo synagogam vrbis Nazareth ingresso datus est liber Esaiæ prophetæ, in quo cum legisset verba lectionis istius, adiecit: Quia hodie impleta est scriptura hæc. Idcirco scriptura ista ad literam de Christo exponitur. Christus ergo secundum quod homo ait: (Spiritus domini super me) .i. spiritus dei patris, videlicet spiritus sanctus desuper venit in me, & habitauit in anima mea. Hinc in Luca scriptum est: Descendit, spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum, Ait quoq; gloriosus Christi Baptista: Vidi spiritum descendentem & manentem super ipsum. Non quod tunc spiritus sanctus cœpit esse in anima Christi imò à primo suæ creationis instanti plenissima fuit spiritu sancto & omni gratia eius, sed quia tunc innotuit, quod spiritus sanctus tam copiose esset in Christo. Deinde subdit rationem ob quam spiritus sanctus di" citur fuisse & esse in Christo homine, ⌊eo quod vnxerit me⌋ spirituali vnctione, videlicet plenitudine gratiæ & virtutum, vt dictum est plenius pauloante: Vnde in Psalmo dicitur Christo: Vnxit te deus " oleo lætitiæ. Et Iohannes ait: Non mensuram dat deus spiritum sanctum homini Christo ⌊ad annunciandum man" suetis misit me⌋ .i. ad prædicandum mitibus regnum cœlorum, quibus & dixit: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. ¶ Porro per mansuetos intelligendi sunt omnes dociles verbum dei beniuole ac dirigibiliter audientes. Iuxta illud in Ecclesiastico: Esto mansuetus ad audiendum verbum dei. Veruntamen non solum mansuetis prædicauit, & prædicare missus est Christus, sed duris quoq; reprobisq; Iudæis, ne excusationem haberent. Sed idcirco ad prædicandum mansuetis, missum se perhibet, quoniam illi prædicationem salubriter audierunt, & quoniam principaliter missus est ad eos, & propter eos. Cum dicat Apostolus: Omnia C propter electos. Translatio autem septuaginta interpretum habet, sic euangelizare pauperibus " misit me, sicq; allegat scripturam hanc Lucas: ⌊vt mederer contritos corde⌋ hoc est veraciter pœnitentes spiritualiter curarem à peccatorum reliquijs, & à reatu pœnarum, gratiam & virtutes, donaq; spiritus sancti augendo in eis. Reliquiæ autem peccatorum sunt pronitas ad peccandum, & difficultas bene agendi, atq; infirmitas resistendi peccatis, quæ manent in anima peccatis dimissis, " ⌊& prædicarem captiuis⌋ hoc est, à diabolo captis, scilicet peccatoribus vitiorum vinculis irretitis, " ⌊indulgentiam⌋ .i. remissionem culparum dummodo verè pœniteant. Hoc fecit Christus dicendo: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. De taliter captis, ait Apostolus: Resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur. Vnde in Prouerbijs habetur: Iniquitates suæ capient impium, & fu" nibus peccatorum suorum constringetur, ⌊& clausis⌋ hoc est, vitiosa consuetudine victis & pressis super " quos clausit puteus .i. profundum vitiorum os suum, ⌊apertionem⌋ .i. ereptionem à tali clausura. Christus enim omni peccatori quantumbet vitioso prohibuit desperationem, veniamq; spopondit, si pœnitentiam egerit. Potest quoq; exponi de patribus clausis in lymbo inferni, quibus Christus ad eos descendens liberationem annunciauit, eosq; inde eduxit. Quemadmodum à Zacharia prædictum est: " Tuquoq; in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua. ⌊Vt prædi" carem annum placabilem domino⌋ hoc est, tempus gratiæ in quo deus facilius placatur, quam olim propter abundantiam meritorum Christi, & propter virtutem sacramentorum ipsius, de hoc anno dicit Aposto" lus: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, ⌊& diem vltionis⌋ .i. extremi iudicij " restantem, ⌊deo nostro⌋ vt in eo det vnicuiq; quod meretur. Vel diem vltionis annuntiarem deo nostro, hoc est, ad gloriam eius, de quo die deus ait ad Mosen in Exodo: Ego autem in die vltionis visitabo, & hoc peccatum eorum vi delicet adorationem conflatilis vituli. De hoc die extremi iudicij sæpe loquitur in Euangelio Christus. Potest quoque exponi de tempore punitionis Iudæorum à Romanis in vltionem sanguinis Christi. Vnde apud Lucam decimo" nono capitulo dominus ait: Venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vndiq;. ⌊Vt con" solarer omnes lugentes,⌋ Hoc est, sua vel proximorum peccata deflentes, aut desiderio cœlestis pa-

Esa. 61 Luc. 4 Lucæ. 3 Iohan. 1 Psal. 44. Iohan. 3 Matth. 5 Ecci. 5 2. Timo 2 Luc. 4 Matt. 4 2. Timo. 2 Prouer. 5 Psalm. 68 Ezech. 18 Zachar. 9 2. Cor. 6. Exodi. 32 Luce. 6 Matt. 25

Matt.5. stis patriæ eiulantes seu alias virtuose plorantes, hoc fecit Christus, dicendo: Beati qui lugent, qm ipsi consolabunt. Talibus æternã felicitatẽ promisit, ⌊& ponerẽ consolationem⌋.i. spũale solacium darẽ oĩbus ⌊lugentibus Syon⌋.i. Iudæoꝝ ruinã & excæcationẽ deflentibus. Quos vtiq; sancti defleuerunt Apostoli, queadmodũ ad Romanos scribit apostolus Paulus: Tristitia mihi magna est & dolor cõtinuus cordi meo pro fratribus meis Iudæis. Cõsolatus est autem Chr̃us Apostolos, qm ad p̃dicationem eoꝝ multa cõuertit milia Iudæoꝝ, vt patet in Actibus, ⌊& darẽ eis coronã pro cinere⌋.i. exaltationẽ in cœlo pro humiliatiõe in terra ⌊oleũ gaudij⌋ hoc est, vnctionẽ seu internã p̃fusionem lætitiæ, ⌊pro luctu (eoꝝ laudabili) pallium laudis⌋.i. decorẽ gr̃aꝝ actionis, vel ornatũ laudis, qua eos in iudicio meo laudabo, ⌊pro spũ mœroris⌋ hoc est, pro virtuosa tristitia seu spũs aĩæ, vel mentis eoꝝ, ita q laude & gr̃aꝝ actione spũaliter induent, dicendo: Lætati sumus o dñe pro diebus qbus nos humiliasti annis qbus vidimus mala. ⌊Et vocabunt in ea⌋.i. præfati, virtuosi, lugentes appellabunt in Syon, seu in militanti ecclesia, ⌊fortes iustitiæ⌋ hoc ẽ, in æquitate roborati ac stabiles, imo Apostoli in die Pentecostes cõfirmati fuerunt in gr̃a atq; iustitia. Vocabunt etiã ⌊plantatio dñi⌋.i. à deo gratiose plantati, & in virtutibus radicati, ⌊ad glorificandum⌋ dñm deum vt eius honorem quærãt, & non gloriã priuatã, ac propriam laudem dicendo: Non nobis dñe non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Vnde & Paulus: Soli (inquit) deo honor & gloria.

Roma.9. Acto.2.5. Psalm.89 Acto.2 Psalm.113 1.Timo.1.

¶In secunda missa natiuitatis domini.

¶Enarratio Epistolæ: Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei &c. Ad Titum tertio.

Apostolus in præsenti epistola docet nos, quàm magna nobis bona per Christum & à Christo collata sunt. Ait em: ⌊Apparuit benignitas⌋ hoc est, misericordia, ⌊& humanitas saluatoris nostri dei⌋ id est, humanitas quam Christus dei filius verusq; deus pro nobis assumpsit. Hanc enim benignitatem & humanitatem cœpit in sua natiuitate declarare, visibiliterq; monstrare hominibus sicut pastoribus ac alijs multis qbus pastores dixerunt, qualiter angelus eis apparuisset, & Chr̃m esse natum dixisset, qualiter etiam exercitum angeloꝝ audierunt cantantem & natum puerum inuenissent, prout in fine sequentis euãgelij legitur. Hoc autem infinita misericordia fuit Christi verbi æterni quòd nostram assumpsit naturam, atq; ex virgine nasci dignatus est, qui de patre deo natus est ab æterno. ¶Deinde Christus inter homines conuersando, omnesq; à diabolo oppressos curãdo, benignitatem & humanitatẽ suã demõstrauit hominibus, & hæc fecit. ⌊Non ex opibus iustitię quę fecimus nos hoc est, nõ propter merita nostra, qa iniq eramus ac p̃diti ⌊sed scd̃m suã misericordiam⌋.i. ex sua pietate, charitate, & gratia, ⌊saluos nos fecit⌋.i. à iugo diaboli & seruitute peccati nos liberauit, beatitudinem quoq; promeruit nobis. Itaq; saluos nos fecit merito suæ conuersatiõis ac passionis. ⌊Per lauacrum regenerationis⌋ hoc est, per baptismum qui est lotio qua ex aqua & spũ sancto renascimur, esse gr̃æ ac virtutum adipiscẽdo ⌊& renouationis spiritus sancti⌋.i. per præfatum lauacrum seu baptismũ quo intus in anima renouamur per infusionem gr̃æ spũs sancti, iuxta illud Apostoli: Renouamini spũ mentis vestræ, atq; in Psalmo: Renouabit vt aquilę iuuentus tua. Hæc dicit Apostolus qm virtus & meritum passionis Chr̃i applicatur hoĩbus per baptismum. Nam meritum passionis Chr̃i, est causa vniuersalis humanæ salutis. ¶Porro vniuersalem causam oportet ad determinatos effectus, p̃ aliqua applicari. Vnde q sine baptismo moriunt, participes nõ existunt saluatõis ac meriti Chr̃i nisi forte baptismũ optauerint conseq. nec potuerunt, ⌊quem (spm̃ sanctum) effudit⌋ deus ⌊in nos abunde⌋.i. gr̃am & dona spũs sancti deus pater copiose infudit cordibus Chr̃ifidelium, p̃sertim Apl̃oꝝ ⌊p̃ Iesum Christũ saluatorẽ nostrum⌋.i. virtute & merito Christi, cuius tota cõuersatio & passio in hoc mũdo fuit meritoria nobis, & ab ip̃o tanq̃ à capite deriuant charismata gratiaꝝ in eius fideles tanq̃ in membra ipsius iuxta illud: De plenitudine eius nos omẽs accepimus, ⌊vt iustificati⌋.i. à peccatis purgati & iusti effecti, gratia ipsius.i. merito Christi, & p̃ infusionẽ gratię suę sine qua nõ fit deletio culpæ, hæredes simus dei, cohæredesq; Christi.i. adoptiui filij creatoris, & hoc nunc ⌊secundũ spem vitæ æternæ⌋ hoc est, æternã felicitatem sperãdo, nondũ habẽdo. Vel, hæredes simus vitæ æternæ scd̃m spem.i. nunc in spe adepturi eam in re. In Christo Iesu dño nostro.i. eius auxilio, vel in ipso tanq̃ in obiecto beatitudinis nostræ secundum q deus est.

Titum.3. Luce 2 Ephes.4. Psal.102. Johan.1

¶Sermo primus circa epistolam: De immensa dei erga genus humanum misericordia, in septem beneficijs potissimum ostensa.

Apparuit bunignitas & humanitas saluatoris nostri dei, ad Titum tertio. In omnibus vetus & nouũ testamẽtũ cõcordãt, in oĩbus sancti prophetæ & gloriosi apl̃i ac euãgelistę inueniunt cõcordes, Nã q̃d de Chr̃o, de eius mysterijs, gr̃a & excellẽtia p̃dixerũt prophetæ, hoc docuerũt Euãgelistæ, & prædicauerũt Apl̃i, q etiã ex duabus lectiõibus iã expositis cõprobat. Nẽpe in hoc q Chr̃us in mũdo isto inter hoĩes viuẽs, mansuetis p̃dicauit, pœnitentibus medelam, hoc est, vitiorum curationem adhibuit, tempus gratiæ annuntiauit,

&cæ

A & cætera quæ in prænducta Esaiæ lectione sunt tacta, est operatus benignitas atq; humanitas Proue. 16
euidenter a c gratiosissimē innotuerūt hominibus. ¶Præterea, sicut Salomon cōtestat: Vniuersa ꝓpter seipm operatus ē dn̄s. Ipse em̄ est summū bonū vniuersoꝝ, & omniū vltimus finis & idcirco cuncta creauit, vt sua in eis resplendeat ac pandatur perfectio, quatenus ex consideratione creaturaꝝ homines inducātur ad sui creatoris reuerētiam & amorē, ad eius obsequium admirationē atq; timorē, ad ipsius quoq; quātum possibile est, cōtemplationē. Hinc iteꝝ Salomon ait: Cuncta fecit deus vt timeat. Ideo nāq; tam magnū & ꝑclarū cōdidit vniuersum, vt illud cōspiciendo creatoris om̄ipotentiā, maiestatē incōparabilemq; excellentiā intelligamus ac Eccl's. 3.
formidemus, & veneremur, vnde obtenebratis hoībus, q ita nō faciūt, loqtur deus: Audi popule stulte qui nō habes cor. Me nō timebis qui posui arenā terminū mare ꝑceptū sempiternū, q̄d Hier. 5
nō pręteribit. Intumescēt fluctus eius & nō trāsibunt illud, quasi dicat: Ex tam admirāda ac ꝑpotente reꝝ dispositiōe & elemētoꝝ coordinatiōe merito aduerteretis quales & quātus sum ego q̄ sapiēs atq; oīpotens. Sicq; merito me formidaretis, ꝙ quia nō facitis stulti estis & insensati.
¶Deniq; sic & in Chr̄i incarnatiōe, natiuitate, & in cæteris eius opibus, gratijs ac mysterijs deus oīpotens bonitatē, sapiam, om̄ipotentiā, charitatē, iustitiā, & misericordiā suā præclarissimè demonstrauit. Sed inter hæc aduertēdum, ꝙ triplex assignat opus dei, videlicet opus creationis, opus recreatiōis seu redēptiōis, & opus glorificatiōis. Primū, est opus naturæ. Secundū, opus gr̄æ. Tertiū, opus gloriæ. Quāuis aūt in ope creatiōis, vc; i effectibus sex dieꝝ, quos deus Gene. 1
in exordio mūdi produxit, vt in principio Genesis legit, gloriose appareāt bonitas, sapīa, oīpotētia dei & alia quædā attributa ipsius, tn̄ hæc oīa multo gloriosius ineffabilr'q; ꝑclarius apparēt
B in ope recreatōis. i. in effectibus gr̄æ, in sup̄naturalibus mysterijs Chr̄i, in mirabilibus eius opibus, in ipsius incarnatiōe, natiuitate ex virgine, ex eius inter hoīes cōuersatiōe, ex sacramēti Eucharistiæ institutiōe, in mūdi saluatiōe p ip̄m, in sp̄us sancti missione ad hoīes ex donis gr̄arum collatis ab ipso hoībus. Nequaq̄ em̄ tam admirāda, pręclara ac præpotēs fuit mūdi creatio sicut verbi æterni incarnatio seu hypostatica vnio deitatis ac humanitatis in Chr̄o. Excellētius q̄q; refulget sapīa dei in saluatiōe gn̄is humani p fidē dei, & passionē ipsius q̄ in mūdi gubernatiōe aut quocūq; naturali effectu. ¶Porro, de mīa dei planissimū est, ꝙ in hoc euidētissimē ac eminētissime declaret, ꝙ ipsemet deus creator pro reparatiōe & salute suę creaturę dignatus est fieri homo. Optime ergo ait Ap̄lus in hodierna ep̄la: Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nr̄i dei, videlicet qm̄ deus noster factus & natus est frater noster, qbus verbis adiecit: Nō ex opibus iustitię quę fecimus nos, sed scd̄m suā mīam saluos nos fecit. ¶Insup alibi asscribit Ap̄lus hāc nostrā saluationē charitati dei ad nos. Nunquā tamen meritis nostris. Nā locutus ē: Deus Ephes. 2
qui diues est mīa propter nimiā charitatē suā qua dilexit nos cum essēmus mortui peccatis, cōuiuificauit nos Chr̄o, cuius gr̄a estis saluati. Et addidit ibidē: Gratia em̄ saluati estis per fidē, & hoc nō ex opibus. Dei em̄ donū est nō ex operibns nostris, ne qs glorief. ¶Præterea, ex pręsenti lectiōe Esaiæ prophetæ, & ex ep̄la ista Pauli docemur, quāta nobis à Chr̄o beneficia misericorditer sint impēsa & quāta ex peccatis incurrimus mala. Primū est, ꝙ à Chr̄o sumus saluberrime informati, videlicet euāgelica doctrina instructi, ideo Christus ait: Ad annuntiādum māsuetis misit me, secundū expositionē præhabitā. Quocirca pēsemus q̄ præclara & amabilis virtus sit, māsuetudo, eo ꝙ Chr̄us perhibeat se specialr̄ missum ad prędicādum māsuetis. Vnde & Esaię. 61.
C in euāgelio loqtur: Discite à me, qa mitis sum & humilis corde. Mansuetudo aūt est virtus moralis, per q̄d quā homo irā refrenat. Vnde queādmodū ira impedit hoīem à susceptione informationis salubris. Sic māsuetudo aptat hoīem ad salutaris instructionis susceptionē. Qui ergo vult informari, nō sit iracūdus, indignabūdus, turbulētus, aut inqetus, sed mitis, patiēs, humilis, & quietus, hinc scriptū habet: In māsuetudine suscipite insitū verbū q̄d pōt saluare aīas vestras. Matth. 11
Veruntn̄ sicut præhabitū est, per māsuetos hoc loco intelligunt oēs dociles ac dirigibiles verbum dei beniuole ac cupide audiētes, iuxta illud: Auris bona cū om̄i cōcupiscētia audiet sapiam Iaco. 1
¶Porro, prima pars prudētiæ extat docilitas per quā hō exhibet se informabilē, dirigibilē & sapiētiæ susceptiuū vt rōnabilibus verbis facilr̄ acqescat, cōtra ꝙ agūt hoīes immāsueti, ptinaces irrōnabiles, indiscreti, passiōibus suis subiecti, & cauillatores, q quicqd eis dicat semper ad suas redeūt apprehēsiones, fantasmata, passiōes, atq; errores. Cui itaq; docilitas sit pr̄ia pars prudentiæ quicūq; se præbet indocilē oñdit se vere prudētiæ eē expertē. Cūq; virtutes cōnexæ dicant sicut se oñdit carere prudētia, ita & om̄i virtute & gr̄a. Timeāt ergo serui proprij sensus & hoīes sui capitis, ꝑsertim q supioribus & sapiētioribus nō acqescūt, ꝙ q̄ puersum sit, docet Propheta Eccl. 3.
Samuel: Melius (inquiēs) ē auscultare q̄ offerre adipē arietū, qm̄ q̄si scelus idololatrię ē nolle acqescere. Ecce q̄ vitiosa ac detestabilis ē idocilitas ista p quā hō oī sapię atq; prudētię viā i suo ꝑcludit corde. Sim⁹ itaq; sp māsueti ac dociles vt istruamur à Chr̄o. Nō tn̄ idiscrete credēdū ē om̄i 1. Regū. 15
verbo aut om̄i sp̄ui, qa credēdi facilitas decipit ml̄tos, & inocētes p̄seqt̄, erroꝝq; mr̄ ē, & multa ex ea mala sequūt. Scd̄m bn̄ficiū Chr̄i est, ꝙ ip̄e cōtritos corde medet pœnitētiū corda sanādo Psal. 146.
tanq̄ pijssimus medicus animaꝝ, propter q̄d in Euangelio protestat: Venit filius hoīs quærere Luce. 9
& saluū

& saluum facere quod perierat. Nullus ergo desperet, quoniam medicus iste est infinitæ poten D
tiæ & infinitæ sapiæ, & pietatis immensæ. Eum igit̃ inuocemus, vt ab oĩ nos curet sup̃bia, grãm
humilitatis nobis præstãdo, & omi nos auaritia & luxuria sanet, liberalitatẽ, ac continentiã no
stris cordibus imprimẽdo, sicq̃ à cæteroꝝ vulnerib⁹ vitioꝝ nos curare digneẽ, virtutes vitijs il
lis oppositis infundendo. Veruntamen contritum corde Christus non curat, nisi tpe opportu
no confiteri proponat. Tertiũ beneficiũ Christi est, ꝙ ip̃e prædicat captiuis, puta iniquis à dia
bolo captis indulgentiã, remissionẽ culpaꝝ, dummodo verè pœniteãt, confiteri, satisfacere &
om̃e pc̃m̃ deinceps vitare fermè proponãt. In quo patet immẽsitas pietatis diuinę ꝙ quãtũ-
Matt.25 cunq; & quotiescũq; offenderimus deũ, semp paratus est pœniam nostrã durãte hac vita susci-
pere. Nihilominus periculosum est pœniam ipam differre cũ ignoremus diem & horam, nec
Eccl.5 minor sit dei iustitia q̃ misericordia eius, & q a post vitã præsentẽ implacabilis inflexibilisq̃ cõ
sistit eis q in mortali decesserũt pc̃õ. Hinc salubriter dr̃: Non adijcias pc̃m̃ sup pc̃m̃, & ne di-
cas miseratio dei magna est. Misericordia em̃ & ira ab illo cito proximãt & in pc̃ões respicit
Eccl.5 ira illius. Et iteꝝ dr̃ ibi: Non tardes conuerti ad dñm, & ne differas de die in diem, subito em̃ ve
niet ira illius. Quartũ beneficiũ Chr̃i est, quòd clausis. i. vitioꝝ grauitate oppressis & vitiosa cõ
suetudine victis p̃dicat apertionem, quia promitttit eis egressum à consuetudine praua, dum-
modo diuinæ pietatis implorent auxilium q̃uis etem̃ tales sint p naturã valde difficulter curabi-
les, tñ per diuinæ pietatis respectum & gratiæ dei subsidiũ, subito aliq̃ñ compunguntẽ, repente
conuertuntẽ feruentesq̃ fiunt, & oĩa pristina vitia detestanẽ, ita quòd nec afficiuntẽ ad ea. ¶ Aliq
post conuersionem grauiter de pristinis tentanẽ peccatis, sed deo auxiliãte resistunt ac p̃ualent. E
Quintum beneficium Chr̃i est, ꝙ ip̃e tempus gratiæ p̃dicauit, in quo hoĩes, si pure sancteq̃ vi-
xerint, ab ore ĩgrediunẽ regnũ cęleste, ꝙ ante saluatoris aduentum nulli fuit possibile. Vnde &
deo om̃ipotenti multum regratiari debemus, ꝙ hoc tpe nati sumus. Sextũ beneficiũ Chr̃i ẽ, ꝙ
etiã de futuro die iudicij nos ĩstruxit atq; pterruit, vt si amore dei mala vitare, bonaq̃ agere re
Matt.25 cusamus, saltem pauore diuini iudicij id agamus. Nã vt ait saluator, ip̃ijs ip̃e dicturus: Ite maledi
cti in ignem æternũ, quid hoc verbo cogitare terribilius p̃t. Septimũ beneficium Chr̃i est, ꝙ ip̃e
cõsolatur om̃es pie lugẽtes. Nam in pñti vita eos dulciter consolatur. Deinde in cœlis æternam
Johan.16 eis delectationẽ largitur, quemadmodum loquitur: Tristitia vestra verteẽ in gaudiũ, & gaudiũ
vr̃m nemo tollet à vobis. ¶ Insup multæ sunt causæ pij virtuosiq̃ luctus. Prima est propria cul
pa. Secunda est culpa proximi. Tertia consideratio propriæ impfectionis ac defectuositatis.
Quarta est ruina ecclesiæ. Quinta est oppressio siue afflictio proximoꝝ, potissimè pauperum.
Sexta est consideratio passionis Chr̃i, & compassionis suæ dignissimæ genitricis. Septima est,
dilatio gloriæ seu desiderium felicitatis futuræ. Octaua est, vehemẽs ac suauissima quædã com
placentia dei beati q istis de causis lugent. De ista demũ materia possent dici q̃plurima nisi pro
lixitas esset vitanda. Postremo, ex præhabitis trahitur, quãta homini mala inferat culpa, nam
vulnerat animã & diabolo facit eã captiuã atq; subiectã, tandem quoq; per malam consuetu-
dinem claudit, demergit, & opprimit eam. Vitemus ergo peccata & virtutibus insistamus, be
neficijs quoq; Christi grati esse nitamur, atq; in om̃ipotentis dei præsentia timorate ac custo-
dite iugiter conuersemur, Ad laudem & gloriam eius, Amen.

¶ Enarratio Euangelij: Pastores loquebantur ad inuicem. Lucæ. 2.

IN præcedenti euangelio scriptum est, qualr̃ pastores audierũt ab angelo Chr̃m dñm esse F
natum in Bethleem, & qualiter multitudinem cœlestis exercitus angeloꝝ sanctoꝝ audie-
runt deum laudãtem atq; dicentẽ: Gloria in altissimis deo. In præsenti aũt euangelio Lu-
Lucę.2 cas Euangelista describit qualiter pastores Chr̃m natum inuenerũt. Itaq; ait: ⌊Pastores
loquebãtur adinuicẽ⌋ statim em̃ cũ angeli discesserunt ab eis in cœlũ, dixerunt: ⌊Transeamus »
vsq; Bethleem⌋ quæ vt fertur vnum miliare distabat à loco in pastoribus loquutus est angelus »
⌊& videamus⌋ corpalibus oculis, ꝙ nũc ocl̃o fidei cõtẽplamur ac credimus ⌊hoc verbũ quod »
factũ ẽ⌋. i. rẽ p verba nobis dicta significatã, vꝫ pueꝝ natũ, q est Chr̃s fili⁹ dei ⌊quod (verbũ) »
dñs oñdit nobis⌋. i. locutus ẽ ad nos. Vel, qd dñs oñdit nobis. i. quem pueꝝ manifestauit nobis »
Johan.1. esse natum. Potest quoq; de increato verbo exponi, vt sit sensus: Videamus hoc verbum. i. dei »
Ibidẽ. vnigenitum, de quo scriptum est: In principio erat verbũ, quod factum est. i. incarnatũ, iuxta il
lud: Verbum caro factum est quod dñs ostendit nobis per angelum esse in Bethleem natum.
⌊Et venerunt festinãtes⌋ quia feruentes erant, valdeq̃ inflammati amore dei & pueri nati, & »
desiderabant videre tam magnum nouũ. s. Chr̃m regem altissimũ natum, cuius maiestatem ac
dignitatem pensabant ex verbis angeli, ex apparitione quoq; congratulatione & laude ac can-
tu cœlestis exercitus tam innumerabilium angelorum. Gaudebant quoq; de totius generis hu
mani saluatione per Christum cito futura. Ad greges etiã suos quos sine custode relinquerãt
redire velociter cupiebant. ⌊Et inuenerunt Mariã & Ioseph & infantem positum in p̃sepio⌋ »
vtpote Chr̃m pannis inuolutum & in præsepio reclinatum, quàmuis autẽ Christus more alioꝝ
paruuloꝝ dictus sit infans quasi non fans seu loqui non valens, tñ à prima suæ natiuitatis hora
non so-

A non solũ Hebræorum, sed & omniũ gentiũ linguis disertissime ac sapientissime potuit loqui & loquutus fuisset si voluisset, quoniam donis gratiæ gratis datæ, videlicet generibus linguarum, gratia prophetiæ, scientia interpretationis sermonũ à primo suæ incarnationis instanti fuit plenissimus. « ⌊Videntes aũt⌋ pastores Mariam & Ioseph & infantẽ, ⌊cognouerũt de verbo quod dictum « erat illis de puero hoc⌋.i. verbũ angeli quod eis dixit de puero isto cõsiderauerũt esse verum ⌊& « oẽs qui audierãt, mirati sunt,⌋ hoc aliqui sic exponunt, Omnes q audierũt ab angelo, vel angelis, Christũ sic natũ, mirati sunt quod Chrũs dñs voluit in tanta paupertate nasci atque in præsepio reclinari, q tamen ab angelorum exercitu taliter laudabatur. Ex quo sequeretur, quod nõ solum pastores angelũ & angelicum cantũ audierunt. Verũtamen quantũ ex textu perpenditur, videtur quod solis pastoribus apparuit angelus, angelicusque exercitus. Est igitur sensus, Omnes q audierunt à pastoribus quod Chrũs natus sic esset, mirati sunt. Vnde expositorie subditur & pro id est, de ijs quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos de puero isto. Pastores equidẽ alijs retulerũt, quod audierũt ab angelo isto, & qualiter exercitum angelorum audierunt cantantem. De ijs inquam mirati sunt, quia valde fuit mirabile, quod tãta maiestas & tãta humilitas, tanta dominatio, & tãta paupertas in vna pueri huius cõuenerũt persona, quod rex cœlorum natus esset in terra, & desideratus cũctis gentibus aduenisset, cuius aduentũ patriarchæ ac prophetæ tã ineffabiliter optauerunt. Mirati sunt etiam de tam constanti, certa ac feruida protestatione pastorũ, qui inau « dita fingere nescierunt, sed simplici sermone quod verũ fuit annuntiauerũt. ⌊Maria autẽ,⌋ cuius B tanta secundũ Bernardum est suauitas, vt nunquã piæ memoriæ portas ingrediatur absque insitæ « sibi dulcedinis aspersione, ⌊cõseruabat oĩa verba hæc,⌋ quæ de Christo iã scripta sunt, & quæ « audiuit ab istis pastoribus, ⌊cõferens in corde suo⌋.i. in mẽte sua frequẽter ea reuoluẽs & memoriter tenens tanquam prudẽtissima sapiẽtiæ æternę discipula atque euãgelicæ veritatis amatrix. « ⌊Et reuersi sunt pastores⌋ ad oues & pecora sua, ⌊glorificãtes⌋.i. gloriosum protestantes & « magnifice honorãtes, ⌊& laudãtes eũ in oĩbus⌋ bñficijs ac magnalibus seu pclaris & gratiosis « ei⁹ opibus, ⌊quæ audierãt⌋ ab angelo, exercituque angelico, ⌊& viderãt⌋, proprijs oculis inueniẽdo « puerum taliter natũ, prout angelus eis annũtiauit, ⌊sicut dictũ ẽ ad illos⌋ puta pastores ab angelo Aggæi. 2 Bernard.

¶Sermo. II. circa Euangeliũ, De gratitudine, & quomodo ad Bethleem festinare spũaliter debeamus, & quid ibi nobis agendũ incumbat.

TRanseamus vsque Bethleem & videamus hoc verbũ quod factũ est, quod dñs ostẽdit nobis, Luc. 2. Ingratitudo est peccatũ valde enorme, per quod homo meretur cætera dei dona amittere, & ijs quæ fuerat percepturus priuari. Gratitudo aũt est virtus pclara, per quã homo meretur cõseruari à deo in donis gratiæ quæ suscepit & donis repleri maiorib⁹. Luc. 18 Hinc enim in Euãg. ait saluator: Habẽti dabitur, ei aũt q nõ habet & quod videtur habere, auferetur ab eo. In quibus verbis per habentẽ intelligitur homo gratus, cui à fonte totius gratiæ deo ditissimo ac liberalissimo plus cõfertur. Per nõ habentem vero intelligitur homo ingratus, q & id quod videtur habere amittit. ¶Denique ad gratitudinẽ pertinent tria. Primũ est, beneficiũ sibi collatũ recognoscere & pẽsare. Secũdum est, pro eo gratias agere. Tertiũ est, tẽpore opportuno benefactori pro posse vicẽ repẽdere, hoc enim requirit debitũ cõdecẽtiæ, quod vocatur debitum morale. Similiter ad ingratitudinẽ ptinẽt tria istis tribus opposita, vtpote beneficiũ tradere obliuioni, nõ regratiari, nec vicem repẽdere. Itaque si innumerabilibus, incõparabilibusque beneficijs dñi dei nostri Iesu Chri C sti grati esse pro posse desideramus, oportet vt in primis ea recognoscamus, pẽsemus nec obliuiscamur, Deinde pro vniuersis & singulis grates ei pro posse reddamus. Et tertio vicẽ rependamus eidẽ, ipm honorãdo per adimpletionẽ pceptorum suorum, ipsis quoque pauperibus q sunt membra Chri pie ac liberaliter succurrẽdo. Nã quicquid illis negatur, Chrs sibi arbitratur negatũ. Et quicquid illis fit ac pstatur, ipse sibi factũ datumque arbitratur. Itaque primo oportet nos beneficia Christi saluatoris nostri attẽdere. Porrò quicquid pro nostra salute assumpsit, fecit ac ptulit, hoc beneficiũ est ipsius. Vnde inter beneficia eius ista sunt pcipua, quod propter nos incarnari & ex paupere humilique puella nasci dignatus est, quod in sua natiuitate tantã passus est paupertatẽ. Vt ergo grati simus ei de beneficijs istis, necesse est vt & nos cũ pauperibus trãseamus spũaliter vsque Bethleem & videamus hoc verbũ quod factũ est, quod dñs per Lucã Euangelistã nobis in Euangelio hodierno ostẽdit. Spiritualiter aũt vsque in Bethleem ire, est oculũ mẽtis illuc cõuertere, & oĩa quæ ibi facta credim⁹ cõsiderare, mẽte pcurrere, diligẽter reuoluere. Cõsiderem⁹ ergo qualiter die hesterna pudiciss. virgo prægnãs cũ suo ministro simplice Ioseph cũ verecũdia ingressa est Bethleem & qualiter cunctis hospitijs à diuitibus occupatis, ipsa paupercula cũ Ioseph declinauit in diuersoriũ, intrauitque stabulũ, in quo (vt creditur) nec lumẽ inuenit nec ignẽ, & certũ ẽ quod nec lectũ. O quam patiẽter atque humiliter ptulit omnẽ illã inopiã. Deinde parturã se sentiẽs ad deuotiss. orationẽ & altã contẽplationẽ se dedit & subito in momẽto peperit clausa & integra manẽs Christũ quẽ protinus adorauit vt deum, nec ex partu aliquam passa est corporis debilitatem. Deinde pensemus qualiter pastores diuersoriũ sint ingressi, cũ quãta admiratione ac reuerẽtia puerum illũ in psepio positũ aspexerũt & adorauerũt, quam feruenter etiam & iucũde retulerũt virgini gloriosæ ac Ioseph, Lucę. 2 qualiter

qualiter angelus dei visibiliter eis astiterit,& qualiter claritas eos maxima circũfulsit,& om̃ia
verba quæ audierũt ab angelo,& qũo angelorum exercitũ audierũt, deũ magnificè collaudare. D
O quãtũ piissima virgo gauisa fuit in dño his auditis. ¶Præterea,nõ solũ ista cõsideremus ad
sciendũ & recordãdũ,sed ea etiã ad nostrã trahamus informationẽ,ad imitãdũ, vt discamus
mũdi vanitatess,diuitiarum iactantiã aspernari, humilitatẽ & pauptatẽ amplecti,& Christum
pro posse in om̃ibus sequi. Eia vos pauperes,cõsolamini in his verbis,imò in istis Christi exẽ
plis. O vos mẽdici,vos pãnosi,& in hoc mũdo cõtẽti,hãc Christi pauptatẽ & humilitatẽ in-
desinẽter pẽsate,& eius exẽplo,eius intuitu & amore,in vestra pauptate gaudete,in om̃i de-
iectiõe & tribulatiõe patiẽtes estote,vt animæ vr̃æ spiritualibus impleãtur diuitijs, gratię ac
Diony. virtutũ,& post huius breuissimæ vitæ curriculũ, cœlestẽ felicitatẽ,quæ est status oĩm bono-
Matth.5 rum aggregatione ꝑfectus adipiscamini pro mercede. Christus etenim dixit:Beati pauperes,
Luc.6. qm̃ vestrũ est regnũ dei. ¶Insup,vos diuites & auari hæc audiẽtes de vr̃a cupiditate,elatione
& supfluitate erubescite & dolete,occulta dei iudicia formidate,ne forte in hac vita pro bo-
nis quæ forsitan agitis,accipiatis mercedẽ à deo,& in futuro patiamini repulsam ab eo. Chr̃s
enim protestatur: Væ vobis diuitibus,qui habetis cõsolationẽ vestrã. Væ vobis qui saturati e-
stis quia esurietis, ꝙ si væ imminet saturatis,quale væ erit gulosis,qui tota die & sæpe profun
da nocte replẽt se potibus,& in cęnis suis sedẽt se ingurgitãdo ꝑ plures horas. Attẽdite,quid
Sapiæ.5 in die iudicij dicturi sint diuites animosi & cupidi. Dicturi sunt vtiq; illud sapiẽtiæ: Errauimus à via veritatis,& iustitiæ lumẽ nõ luxit nobis,& sol intelligẽtiæ nõ est ortus nobis, quid
Iob.27 nobis profuit supbia,aut qd diuitiarum iactãtia cõtulit nobis, trãsierũt om̃ia illa tanq̃ vmbra.
Eccle.10 Hinc scriptũ est apud Iob:Diues cũ dormierit,nihil secũ aufert,apprehẽdet eũ q̃si aqua ino- E
pia. Et in Ecclesiastico ait scriptura:Auaro nihil est scelestius,nihil est iniquius q̃ amare pecu
niam. Auarus quippe animã suã habet venalẽ quàm pro nũmo tradit diabolo. Dũ enim pro-
pter tpalia peccat peccãdo,seipsum diabolo præstat,ꝙ præcipue agũt auari. Itaq; pœnitẽ-
tiam agite,vitã corrigite,bonũ illud incõparabile & immẽsum ,in quo est omniũ pulchrorum
ac desiderabiliũ interminabilis plenitudo,sup om̃ia pręamate,& si terrena om̃ia propter deũ
nõ vultis relinquere supfluũ eorum vsum,inordinatũ affectũ,vitiosam retentionẽ abijcite,atq;
de eo quod superfluit vobis,pauperibus liberaliter subuenite. ¶Deinceps,sicut pastores ve-
nerũt ad Bethleem festinãtes,ita & nos cũ festinatiõe.i.cũ diligẽtia ac feruore Christũ quæ-
ramus,& adipisci eũ ꝑ beatificã fruitionẽ conemur,nõ enim dormiẽtibus,nõ pigris,accidiosis
ac negligẽtibus prouenit regnũ cœlorum,sed timoratis ac feruidis,q om̃e tẽpus sibi cõcessum
Apocal.3 fructuose expẽdũt. Attẽdamus ac formidemus,quod in Apoca.loqtur deus:Quia tepidus es
incipiã te euomere ex ore meo. Cõsideremus q̃ feruẽter ac fortiter laborẽt,cõducti pro tpa-
li mercede,pro duobus aut tribus denarijs,cur ergo pigri sumus ad dei obsequiũ, cur illud ne
gligẽter soluimus vel audimus,quibus nõ præmiũ tẽporale,nõ pauci denarij, sed beatitudo
æterna ineffabile gaudiũ, imò & summũ bonũ ab ipso summo bono deo vero promittitur.
O quãta est excæcatio nostra,quãta est insipiẽtia ac tarditas nostra,quia ad ista terrena atq;
carnalia magis q̃ ad bona cœlestia & æterna afficimur. Rogemus igitur deũ,vt corda nostra
illuminare ac inflammare dignetur,quatenus terrenis & temporalibus rebus despectis, totis
ad deũ præcordijs afficiamur,& ꝓ opera virtuosa thesaurum nobis cõgregemus in cœlis, quẽ-
Matt.6. admodũ ait saluator:Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi erugo & tinea demo- F
litur,thesaurizate aũt vobis thesauros in cœlo,& cãm tã saluberrimi documẽti adiecit,sub-
dendo: Vbi est enim thesaurus tuus,ibi est & cor tuũ,quo patet ꝙ auarus cor habet in cista sua,
non in summæ beatitudinis patria. ¶Porrò ad deũ festinare & currere est ardẽter diligere,&
ex spirituali amore quæ bona sunt alacriter agere,& quo deum amamus feruẽtius eo prope-
ramus,currimusq; celerius. ¶Præterea,quẽadmodum homines qui à pastoribus audierunt,
ea quæ dicta sunt,mirabãtur,ita & nos pie miremur,ꝙ dominus deus noster om̃ipotẽs vni-
genitus dei tanta pro nostra salute assumpsit,fecit ac pertulit,quòd tãti nos æstimauit, ꝙ tam
supernaturaliter,tã magnifice ac gratiosissime egit nobiscũ. Hinc enim sanctus rex Dauid, lo-
Psal.148. quutus est:Domine,quid est homo,quia innotuisti ei aut filius hominis,quoniam reputas eũ
homo vanitati similis factus est dies eius,sicut vmbra prætereunt. Hinc quoq; beatus Iob lo-
Iob.7 quitur deo:Quid est homo quia magnificas eum,aut quia ponis erga eum cor tuum ? Reco-
gnoscamus ergo prouidentiã,dignationẽ & gratiam dei nostri circa nos & grati,diligẽtesq;
Lucę.2. simus. Amplius attẽdamus ꝙ de beatissima virgine scribit Euangelista : Maria conseruabat
om̃ia verba hęc.conferẽs in corde suo,ita & nos eius exẽplo vniuersa beneficia dei,mysteria
Christi,documẽta & præcepta ipsius,& quicquid salubriter dicitur,nostrę imprimamus me
morię,reuoluamus in corde sapiẽter,pensemus,vt sic vitijs reluctemur,virtutibus immore-
mur,& iuxta illa totam nostram conuersationem quotidie regulemus. Hinc quippe psalmi-
Psalm.118 sta loquutus est deo:In corde meo abscondi eloquia tua,vt nõ peccem tibi, sed quidã vani ac
stolidi verba scripturarum scire cupiunt & attẽdunt ad ostẽtationem,vt docti putenter, sa-
pientio-

D A pientioresq̃ alijs aut lucri aliqd seu cõmodũ sortiant̃ carnale, isti abutunt̃ eloquijs dei. Postremo, sicut pastores Chr̃o inuẽto ac cõtemplato reuersi sunt deũ laudãtes & glorificantes, ita & nos postq̃ oĩa iã p̃fata fidel'r cõtemplati fuerimus deũ laudemus verbis deuotis & glorificem⁹ ac veneremur eundẽ virtuosis opibus. Sicq̃ ad exteriora agẽda tpe cõgruo reuertamur, q͞a nõ possumus semp cõtẽplatiõi ac sp̃ualib⁹ exercitijs occupari, sed circa corporis necessaria crebro occupari cõpellimur, q̃s occupatiões ad dei honorẽ & aĩaꝝ nr̃aꝝ salutẽ ordinare debemus, q͞a tũc etiã ipsæ sunt meritoriæ nobis & deo placẽtes, queẽadmodũ ei plauit corporalis labor istorũ pastoꝝ circa pecora sua occupatoꝝ & qm̃ filius dei factus est filius hoĩs vt nos efficiamur filij dei. Studeamus deo in puritate seruire, oĩa carnalia vitia, verba lasciua, amplexus, & oscula libidinosa omnino vitantes, qm̃ talia omnia Christus fons totius mũditiæ vehementer abhorret, reprobat, æternaliterq̃ cõdemnat, Ipse quoq̃ testatur: Beati mũdo corde, qm̃ ipsi deũ videbũt. Ad cuius beatã visionẽ dn̄s noster Iesus Chr̃s nobis ex mundissima virgine natus perducere nos dignetur, qui cum patre & sp̃ũ sancto, &c. Iohã.1. Matth.5.

¶Ad Summam Missam.

¶Enarratio lectionis propheticæ: Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa. Esaiæ.52

QVemadmodũ sanctus ait Hieronymus, beatissimus Esaias non tam propheta quàm Euangelista dicendus est, quoniam omnia Christi atq̃ ecclesiæ mysteria tam diffuse ac euidenter descripsit vt videatur potius de præterito recitare historiam, quàm de futuro inducere prophetiã. Ipse itaq̃ de Christi incarnatiõe, natiuitate, prædicatione, lege, miraculis, passione & ascensione, apostoloꝝ p̃dicationibus, gentilũ conuersione copiosissime scripsit ac prophetauit. Vnde in lectione nunc exponenda, ait per eum deus. ⌊Propter hoc,⌋ quod subditur, ⌊sciet populus meus nomẽ meum⌋.i. electi Iudæi, puta apostoli ac cæteri ex Iudaismo conuersi cognoscent me, & q̄ vnigenitus dei filius sim, scient per fidem, ⌊quia ego ipse qui loquebar⌋.i. qui olim multipharie, multisq̃ modis per prophetas de meo aduentu loquutus sum, ⌊ecce assum⌋.i. in propria persona per assumptam humanitatem appareo, iuxta illud: Verbum caro factum est & habitauit in nobis. Hinc denuo scriptum est: Lauda & lætare filia Sion, quia ecce ego venio & habitabo in medio tui ait dominus. ⌊Quàm pulchri super montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem.⌋ Hanc scripturam allegat Apostolus ad Romanos decimo de prædicatione euangelicæ legis per sanctos apostolos. Est igitur sensus, Quàm pulchri.i. valde pulchri, sunt super montes.i. super particulares ecclesias cõuersatione, sapientia, potestate sublimes, pedes.i. affectus, processus & gressus, annuntiantis & prædicantis pacem.i. chori apostolorum qui prædicauerunt genus humanum per Chr̃i passionem esse deo patri reconciliatum, qui etiam pacem sp̃ualem docuerunt esse seruãdam & futuræ beatitudinis pacem promiserunt fidelibus. Hinc Paulus: Recõciliati, inquit, sumus deo per mortẽ filij eius. Ponitur itaq̃ in hoc loco singulare pro plurali, nã ita allegat Apostolus: Quàm speciosi pedes euãgelizantium pacẽ, euangelizantium bona. Vnde nũc subdit, ⌊annuntiantis bonũ⌋.i. Christi Euangeliũ, quod est optimũ nuntiũ, ⌊p̃dicantis salutẽ,⌋.i. verã beatitudinẽ esse in Christũ credentibus dandã, quã Chr̃s sua passione eis recuperauit, ⌊Dicẽtis Sion⌋.i. militanti ecclesiæ seu Israeliticæ plebi, cui primo prædicauerunt apostoli. Porrò Sion interpretatur speculatio, idcirco per Sion intelliguntur fideles deum humiliter cõtemplantes ac cœlestia speculãtes. Vel, dicentis Sion.i. ò tu Sion, ⌊Regnauit deus tuus,⌋ videlicet Chr̃s q est verus deus & vita æterna, vt Iohannes dicit: Ipse enim post suam resurrectionem in militanti ecclesia cœpit regnare per fidem & gratiam in corde fidelium. In triumphanti quoq̃ ecclesia iugiter regnat. Hinc enim loquitur: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, ⌊vox speculatorũ tuorum,⌋ ò Sion.i. prædicatio siue laudatio apostolorum, quos deus dedit speculatores domui Israel, qui etiam fuerunt viri maxime speculatiui. Horum ergo vox sonuit inter Iudæos, nam subditur, ⌊leuauerunt vocem⌋.i. Christi Euangelium fortiter prædicauerunt, præsertim in die pẽtecostes, & postea spiritu sancto recepto, ⌊simul laudabunt⌋ deum, quemadmodum in actibus apostolorũ habetur: Omnes qui credebant, erant pariter & collaudabãt deum, habentes gratiam ad omnem plebẽ, ⌊quia oculo ad oculũ videbunt.⌋ Nam dei filium incarnatũ corporaliter cõspexerunt, eũq̃ oculo interiori valde illuminato cõtemplabãtur, dicẽte Paulo: Nos aũt reuelata facie gloriã domini speculãtes. Et Iohãne: Vidimus gloriã eius, gloriam quasi vnigeniti à patre. Quibus in Euangelio loquitur Chr̃s: Beati oculi q vidẽt quę vos videtis. Præterea huic verbo, oculo ad oculũ, simile est illud Apostoli, facie ad faciẽ. Sic ergo videbũt. ⌊Cũ conuerterit dn̄s Sion⌋.i. ecclesiam ad se gratiose reduxerit, electorum corda illuminando, electas quoq̃ reliquias Iudæorum conuertendo, secundum illud ad Romanos: Reliquiæ secundum electionem gratiæ dei saluæ factæ sunt. ⌊Gaudete⌋ in domino, ⌊& laudate (eum) deserta Hierusalẽ,⌋ id est, ruinæ ecclesiæ per Hierusalem designatæ quas instaurauerunt Apostoli, ædificando ecclesiam dei ex peccatoribus, quos conuerterunt. Hæ autem ruinæ

Margin: E, B, F, C; Hierony. Esaiæ.52 Iohã.1. Zach.2 Ro.8 1.Iohan.5 Matt.28 Acto.2 1.Cor.3 Iohã.1. Matt.13. Luc.10 Ro.11.

sunt peccatores, qui post suam conuersionem ad Christum inuitantur ad gratiarum actionẽ
Coloss.1. & gaudium. Vnde prima Petri secundo inducitur: Virtutes annuntietis eius qui vos de te- D
bris vocauit in admirabile lumen suum. Ad Colossenses quoq; apostolus: Gratias (inquit) a-
gimus deo patri qui nos transtulit in regnũ filij dilectionis suæ. ⌊Quia consolatus est domi-
Actor.13. nus populum suũ.⌋ Iuxta id Actorum: Discipuli replebãtur gaudio & spiritu sancto. Et rur-
Actor.9. sus: Ecclesia per totam Iudæam & Galilæam & Samariam habebat pacem & ædificabatur,
ambulans in timore domini & consolatiõe spiritus sancti replebatur. ⌊Et videbunt om̃es fi-
nes terræ salutare dei nostri⌋ id est, habitatores omniũ finiũ mundi conuertentur ad Chri-
stum & eum oculo fidei intuebuntur, queãdmodũ Matthæi vicesimoquarto Christus præ-
Mat.24. dixit: Prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso mundo quòd per apostolos & eorũ
Psal.18 coadiutores pro maxima parte impletum est, iuxta illud: In omnẽ terrã exiuit sonus eorum.
Psal.21 Hinc psalmista prædixit: Reminiscẽtur & cõuertẽtur ad dominũ vniuersi fines terræ. Itẽq;
Psalm.97 Viderũt om̃es termini terræ salutare dei nostri. Vnde & Christus ascẽsurus in cœlũ dixit di-
Acto.1. scipulis: Eritis mihi testes in om̃i Iudæa & Samaria & vsq; ad vltimũ terræ.

¶Enarratio Epistolæ: Multipharię, multisq; modis olim deus loquẽs patribus in prophetis. Hebr. primo.

SIcut prædictum est triplex est Christi natiuitas vna æternalis ex deo patre. Alia temporalis ex virgine matre. Tertia spiritualis in credentium ac pœnitentium corde. In hac ergo Epistola aliqua scribit sanctus apostolus de Christo quę ei cõueniũt ratione suæ temporalis natiuitatis. Aliqua quoq; quæ ei cõueniunt ratiõe suæ gñationis æter- E
Hebr.1 næ. Nam ait: ⌊Multipharię (id est, valde frequẽter) multisq; modis⌋ hoc est, distinctis visionũ gñibus ac varijs modis loquẽdi, ⌊olim⌋ in veteri testamẽto, & etiam tẽpore legis naturæ, ⌊loquẽs deus patribus⌋ hoc est, antiquis prædecessoribus nostris patriarchis ac bonis hominibus, ⌊in prophetis⌋ id est, per prophetas qui de Christi aduentu prænuntiauerunt
Luc.1 hominibus, iuxta illud: Benedictus dominus deus Israel, quia visitauit & fecit redẽptionem plebis suæ. Sicut loquutus est per os sanctorũ, qui à seculo sunt prophetarũ eius. Vnde & glo-
Actor.4. riosissimus princeps apostolorum profatur: Deus prænuntiauit per os omnium prophetarũ
Diony. suorũ pati Christũ. ¶Porrò prophetis loquutus est deus per angelos, quia vt diuinus Dionysius loquitur propheticę reuelationes ministerio angelorũ sunt factæ. Interdũ aũt deus est lo-
Esaiæ.6. quutus prophetis per visionẽ imaginariã, queãdmodũ Esaias vidit dominum sedentẽ super
Daniel.9. solium eleuatũ. Interdũ per visionẽ exteriorẽ, sicut Daniel vidit Gabrielẽ archangelũ. Interdum per visionẽ anagogicã pure intellectualẽ quales fuerũt visiones Dauid prophetæ, quãdoq; in vigilia, quandoq; in somno, ⌊nouissime⌋ hoc est, in hac vltima mũdi ætate, ⌊diebus istis⌋ videlicet tẽpore gratiæ, & in principio ætatis vltimæ, quæ à Christo incepit, ⌊loqu-
Iohan.14 tus est nobis in filio⌋ id est, per vnigenitũ suũ filiũ incarnatũ, qui in Euãgelio ait: Verba quæ ego loquor à meipso nõ loquor, ⌊quẽ cõstituit deus pater, hæredẽ vniuersorũ⌋ id est, possessorem ac dominũ omniũ rerũ creaturarũ loquẽdo de Christo secũdũ naturã assumptã, sic enim cõstitutus est omniũ dñs. Siquidẽ eo ipso quo Christi humanitas ad increatũ, & personale eẽ verbi æterni assumpta est, datũ est Christo homini præeẽ, præferri ac dominari om̃i
Iohan.5. creato. Vnde ait: Pater diligit filiũ, & om̃ia dedit ĩ manu eius. Et Paulus: Om̃ia (inquit) sub-
Heb.2 iecit sub pedibus eius, ⌊per quẽ fecit & secula⌋ id est, tẽporalia cuncta & tẽpora, iuxta illud:
Iohan.1. Om̃ia per ipsum facta sunt, quod cõuenit Christo secũdũ naturã diuinã. Nõ eñ per ipsum fa- F
cta sunt oĩa, tanq̃ per ministrũ aut instrumẽtũ, sed sicut per principalẽ agẽtẽ, qui cũ patre & spiritu sancto vnus est factor, vnus creator, quoniã superbeatissimæ trinitatis operatio ad-
Iohan.5. extra ẽ indiuisa cũ ipsius sit vna natura, & vna potestas. Propter quod asserit Christus: Quęcũq; facit pater hæc & similiter facit filius. Similiter inquã, id est, æque principaliter. Veruntamen quod dicitur per ipsum proprio cõpetit filio, cui appropriatur causalitas causæ exẽplaris, cũ sit omniũ rerũ exẽplar & ars rationibus plena. ⌊Qui cũ sit splẽdor gloriæ⌋ hoc est, radius plenus sapientiæ patris & excellẽtiæ eius candor lucis æternæ, & fulgor perfectus maiestatis paternæ, in quo plene resplendet tota perfectio dei patris. Est etem̃ filius verbũ mẽtis paternę & dicitur splẽdor gloriæ, quoniã quicquid patris est splẽdet in ipso plenissime, & in hoc insinuat̃ coæternitas filij cũ p̃re. Splẽdor nãq; igni & soli coæuus. Et si sol ab æterno fuisset, splẽdor fuisset ei cõsempiternus ⌊& figura⌋ id est, imago siue character, ⌊substãtiæ eius⌋ videlicet patris, quàmuis autẽ figura proprie locũ nõ habeat, nisi in corporalibus, Apostolus tamẽ filiũ vocat figurã dei patris, quia per figurã res maxime cognoscitur, & in ea similitudo attẽditur vnius cũ alio. Filius autẽ patri per om̃ia est similis, imò simillimus est, nõ distinctus ab eo, nisi quia est ab eo & patrẽ perfecte om̃ino repræsentat, idcirco figura substãtiæ patris vocatur. Est autẽ filius patris imago naturalis & essentialis, nõ imitatiua aut artificialis, queãdmodũ filius regis est imago patris regnãtis, idcirco cõsubstãtialis est patri. In tali eñ imagine est natura eius, cuius est imago, ⌊portãsq;⌋ ipse filius, id est, sustẽtans, conser-

uãs ac

A uans ac moderans, ⌊omnia⌋ creata, visibilia & inuisibilia, ⌊verbo virtutis suæ⌋.i. potestatis suæ imperio ac influxu. Quemadmodũ em̃ omnia per ipsum facta sunt, sic eius cõseruatione incessabiliter egent, sine qua nec ad momẽtum possent subsistere, sed sicut ex nihilo facta sunt, ita in nihilum relaberentur. Sicq́ in verbis istis notatur æqualitas filij cũ patre in potestate, quę in tribus superbenedictis personis vna eademq́ cõsistit. Sed cũ filius dei sit verbũ patris, si filius portat omnia verbo virtutis suæ, videtur ꝙ verbi sit verbũ. Et respondendum, ꝙ verbum nõ vniuoce sumitur cũ filius dicitur verbũ & in loco præsenti, hic em̃ sumitur verbum pro imperio, sicut in psalmo: Ignis, grando, nix, glaties, spũs procellarum, quæ faciunt verbum eius, Psal. 148
qualiter autem filius dei verbũ dicatur, in sequentis expositione Euãgelij elucescet. ⌊purgationem peccatorũ facientes⌋.i. peccatores à suis peccatis emundãs, quod fecit in sua passione, atq́ quotidie efficit in baptismo & pœnitẽtiæ sacramento. Chrũs quoq́ secundũ ꝙ deus est, principalis peccatorum purgator & gratiæ dator, imò creator, ⌊sedet ad dexterã maiestatis,⌋ id est patris altissimi seu dignitatis patris æterni, ⌊in excelsis⌋ id est, in cœlo empyreo & gloriæ throno, quemadmodũ ait ipse: Ego vici & sedi cũ patre meo in throno eius. Deniq́ Christus Apocal. 3
dicitur ad dei patris dexteram.i. æqualitatem residere, quia vt deus est patri æqualis. Secundum assumptam vero humanitatẽ sedet ad dexteram patris.i. in potioribus bonis eius, quibus in deo copiosissime fruitur, ⌊tanto melior angelis effectus,⌋ Chrũs secũdum ꝙ deus incompa-
B rabiliter & infinite melior est omni creatura, sed sic nõ dicitur proprie melior angelis effectus, sed ex generatiõe æterna hoc habet, sed quãtum ad manifestationẽ & innotescẽtiã posset hoc dici, cum & in psalmo dicatur: Domine refugiũ factus es nobis. Porrò secũdum humanitatem Psalm. 89
assumptã melior angelis effectus est p grãm vnionis & hypostaticã eius vnionẽ cũ verbo ęterno. Et quoniã nõ ad mensurã accepit gratiam, sicq́ à primo incarnationis instãti prælatus ac melior factus est angelis, ⌊quãto differentius⌋.i. excellẽtius, ⌊præ illis nomẽ hæreditauit⌋.i. iure diuino per generationẽ æternã à patre accepit, firmiterq́ possedit. De quo noĩe alibi dicit Aplus: Dedit illi pater nomẽ quod est sup omne nomen, vt.s. homo ille vocet vnigenitus filius dei, verusq́ deus quod cõpetit homini Chr̃o ex generatione æterna, p quã plenitudinem Psal. 6 Heb. 2
deitatis accepit à patre. Veruntamẽ, quantũ ad corporis passibilitatẽ, mortẽ, & sepulturã fuit Chrũs paulo minus ab angelis minoratus, vt dicit in psalmo, & ad Hebræos. Hanc aũt excellẽtiam Christi cõsequẽter pbat Aplus. ⌊Cui em̃ dixit (deus pr̃) aliqñ angelorum filius meus es tu, Psal. 2.
ego hodie genui te?⌋ quasi dicat, Nulli angelorum vnq̃ hoc dixit, sed soli vnigenito suo loquutus est istud in psalmo. ⌊Filius meus es tu, ego hodie⌋.i. in die æternitatis, in qua semper est hodie .i. instans seu nunc inuariabile non habens præteritum, nec futurũ, ⌊genui te.⌋ Quãuis autem angeli appellẽtur filij dei per adoptionem gratiæ consummatæ seu gloriæ, iuxta illud Iob: Vbi eras cum me laudarent angeli & iubilarent omnes filij dei. Non tamen in æternitate sunt geniti, nec proprie geniti, sed creati, quia non eiusdem naturæ cum patre. ⌊Et rursus⌋ loquitur pater, ⌊Ego ero illi (.s. Christo) in patrem,⌋ per generationem naturalem ac sempiternã. Aternitas autẽ omne tempus includit, idcirco per quãlibet temporis differentiã designatur, quemadmodum in Euangelio ait Christus de spũ sancto: Ille de meo accipiet, ⌊& ipse erit mihi in filium⌋ naturalem ac vnicũ. Testimonium istud secundũ Chrysostomũ sumptum est ex Esaia Job. 38 Johan. 16
C propheta, quod tamẽ nostra translatio nõ habet, quantũ ad formã verborum. Probabilius tamẽ fertur, ꝙ sumptũ sit ex primo libro Paralipomenon, vbi verba hæc habẽtur in propria forma. Sed tũc quæstio oritur, qualiter valeat allegatio ista, atq́ probatio, cũ verba illa ad literã de Salomone dicãtur ibidem. Et respondendũ, ꝙ verba ista dicta sunt de Salomone, inquantũ figura extitit Christi, idcirco de Christo principalr̃ intelligunt. ⌊Et cũ iterum introducit,⌋.i. introducẽdũ siue vẽturum p̃nuntiat pater in psalmo, ⌊primogenitũ suũ⌋.i. filiũ suũ ante oĩa genitum, qui in prouerbijs testat: Dñs possedit me initio viarum suarum, anteq̃ quicq̃ faceret à principio, ⌊in orbem terræ⌋.i. in hunc mundum per incarnationis mysterium, ⌊dicit⌋ per prophetam in psalmo præallegato. ⌊Et adoret eũ⌋.s. vnigenitum patris, ⌊omnes angeli dei.⌋ Adoratio aut soli deo debetur. Porrò litera nostra sic habet, Adorate eũ omnes angeli eius. ⌊Et ad angelos quidẽ dicit⌋.i. de conditione, proprietate & existẽtia angelorum dominus loquitur p prophetam in psalmo. ⌊Qui⌋ deus pater seu filius secundum ꝙ deus, ⌊facit angelos suos spũs,⌋ ordo constructionis est, qui facit spũs.i. spirituales & intellectuales substantias esse angelos, id est legatos suos, dum eos ad aliqua nuntianda vel operanda emittit. Angelus enim est nomen officij, spiritus nomen naturæ. Quemadmodum miles est nomen officij, homo nomen naturæ. Sicut igitur homo fit miles, non econuerso. Sic deus spirituales illas substantias, qui ex creatione sunt spiritus, efficit angelos, id est nuntios, iniungendo eis obsequium. ⌊& ministros suos flammam ignis,⌋ ordo verborum est. Deus facit flammam ignis, id est, angelos de ordine Seraphim, (qui ob diuini amoris feruorem præcipuum flamma ignis, ignisq́ vrens vocant) ministros suos. Possunt quoq́ per flammam ignis omnes angelici spiritus designari, ob diuinæ dilectionis ardorem & propter naturæ suæ agilitatem, suiq́ motus & operatiõis velocitatẽ 1. Para. 17 Psalm. 96 Prouer. 8 Psalm. 96 Psal. 103

Psal. 44. ⌊Ad filium autem⌋ dominus ait per prophetam in psalmo: ⌊thronus tuus⌋ id est, regia, dignitas, iudiciariaq; potestas, & solium gloriæ quo resides ad dexteram patris, ⌊ô deus⌋ vnigenite, ⌊in seculum seculi⌋ id est in perpetuum manet. Hoc de Christo secundum vtranq; naturam intelligi potest. D
Iohan. 5 Nam pater om͂e iudiciũ dedit filio, deditq; ei potestatẽ & iudicium facere, quia filius hominis est, vt patet Iohãnis quinto, & om͂ia ei subiecit secũdũ apostolum: Secũdum deitatem vero competit Christo iudiciaria potestas & regia dignitas per principalem authoritatem, quàmuis eas à patre acceperit, imò vna numero est potestas, dignitasq; amborum, ⌊virga æquitatis⌋ id est, lex seu regula iusta est, ⌊virga regni tui⌋ hoc est, lex euangelica, gubernatio, disciplina, qua ecclesiã regis ac instruis, impios corrigis, bonos exaltas,
Psal. 2. Esaiæ. 11 de qua virga fertur in psalmo: Reges eos in virga ferrea. Et Esaias: Percutiet (inquit) terram virga oris sui. ⌊Dilexisti iustitiã⌋ hoc est, omnẽ virtutẽ & om͂e bonũ. Iustitia em͂ vno modo cõmunis est virtus, ⌊& odisti iniquitatẽ, propterea⌋ id est, merito hoꝝ, videlicet, quoniã sic fecisti, ⌊vnxit te (ô deus Christe) deus⌋ omniũ, sed specialiter ⌊deus tuus⌋ secũdũ ꝙ homo es, quia hũc perfectissime coluisti ac dilexisti, & ipse tibi summã largitus est gratiã. Veruntamen secũdũ Augustinũ in Græco est manifesta distinctio casuũ. Hoc modo διὰ τοῦ ἔχρισέ σε ὦ θεός ὁ θεός σου, Vt scilicet nomẽ hoc deus primo expressum, vocatiui sit casus, & idẽ nomen secũdo positũ sit casus nominatiui, vt sit sensus: Vnxit te ô deus fili, deus tuus, id est, deus pater, ⌊oleo exultatiõis⌋ hoc est, præmio accidẽtali, videlicet corporis accelerata resurrectione, ascẽsione, glorificatiõe & plena partis lætitia sensitiuę, quæ vsq; ad mortẽ fuit passibilis, ⌊præ participibus tuis⌋ id est, præ cũctis electis, qui tua sunt mẽbra, & de plenitudine tua accipiũt vnaq; tecũ vt homo es à supersancta trinitate gratiã & gloriã sortiũtur. Vel sic E
August. propterea. i. vt iustitiã diligeres, & iniquitatẽ odires. Vnxit te oleo exultatiõis. i. suauitate ac plenitudine gratiæ animã exhilarãtis in sacerdotẽ põtificẽ, regẽ, pugilẽ ac prophetã, de qua vnctiõe paulo ante dicta sunt plura. Cõsequẽter probat apostolus filiũ patri coæternũ. ⌊Et
Psalm. 101 tu in principio dñe terram fundasti⌋ hoc primo exponitur ita: Et tu dñe vnigenite dei. In principio tẽporis, hoc est, simul cũ tẽpore, terrã fundasti, id ẽ, creasti, & firmiter collocasti in medio vniuersi. Vel, tu domine pater in principio, id est, in vnigenito filio tuo, per quẽ cũ-
Iohan. 8 cta fecisti, qui ait: Ego principiũ qui & loquor vobis, terrã fundasti. Et opera manuum tuaꝝ sunt cœli, id est, om͂es cœlos creasti. Manus aũt dei sunt eius om͂ipotẽtia ac volũtas, intellectusq; practicus, quibus om͂ia producũtur. ⌊Ipsi⌋ scilicet cœli, ⌊peribũt⌋ nõ quãtũ ad sub-
Iacobi. 1. Malac. 3. stãtiam, sed quãtum ad accidẽtalem suã dispositionẽ, quoniam tũc cœlorum motus, situs, influentia desinẽt, ⌊tu autẽ permanebis⌋ incommutabilis & æternus, in quo nõ est permutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Qui per Malachiam asserit: Ego dominus & non mutor. ⌊Et om͂es (cœli) vt vestimẽtũ veterascẽt⌋ quãtũ ad modum essendi quẽ nũc habẽt & tãdẽ amittent, ⌊& velut amictũ (id est, vestẽ) mutabis eos⌋ hoc est, à solito cursu atq; influxu cessare præcipies ⌊& mutabũtur⌋ à pristina qualitate atq; in melius cõmutabũtur. Vnde in Apo-
Apocal. 21 calypsi habetur: Vidi cœlũ nouũ & terrã nouã, ⌊tu autẽ idẽ ipse es⌋ id est, prorsus inuariabilis permanes, in quẽ nec accidẽs cadere potest, ⌊& anni tui non deficiẽt⌋. i. æternitas tua om͂e tẽpus includẽs, & tuũ esse mẽsurãs, nõ finietur.

¶Sermo circa lectionẽ & epistolã, q̃ hilares ac lætos nos eẽ deceat, ꝙ tpe gratię ac legis Euãgelicæ nati sumus, & in Chr̃ianoꝝ nũero cõstituti, quãq; enorme malũ sit, ingratũ nunc & negligẽtẽ existere.

SCiet populus meus nomẽ meũ in die illa, quia ego ipse q loq̃bar, ecce assum. Esaiæ. 52. F
Merito tẽpus aduẽtus Chr̃i & deinceps, videlicet tẽpus euãgelicæ legis tps gr̃æ appellatur, quia in eo copiosior ac multiplicior gratia data est hominibus etiam in toto orbe terraꝝ q̃ ante. Nã añ aduẽtũ Christi pene vbiq; in mũdo idololatria pfidia, ignorãtia dei & alia innumerabilia regnauerũt peccata, & in solo quasi populo Iudæoꝝ cultus
Psalm. 75 & cognitio veri dei vigebãt. Propter q̃d dixit psalmista: Notus in Iudęa deus ĩ Israel magnũ
Act. 2. 5. 10 nomẽ eius, sed post Chr̃i incarnationẽ ac natiuitatẽ ꝑ ipsius ꝑdicationẽ & gratiã, ceperũt, nõ solũ multa milia Iudæoꝝ, sed & copiosa multitudo gẽtiliũ illustrari, cõuerti, & deũ veraciter colere. Fama etem͂ sapiẽtiæ sanctitatis, miraculorũq; Chr̃i, eo adhuc in mũdo hoc cõuersan-
Matt. 4. te in totã Syriã diffundebat, vt patet in euãgelio Matthæi: Deinde ꝑ beatos apostolos & alios Chr̃i discipulos ĩ vniuerso mũdo ꝑdicata est euãgelica lex & recepta, om͂ibusq; dei cogni-
Esaiæ. 11. tio est cõcessa. Idcirco in Esaia scriptũ est: Repleta est terra sciẽtia dñi, quasi aquæ maris ope-
Hiere. 31. riẽtes. Et ꝑ Hieremiã q̃q; prędictũ est: Oẽs cognoscẽt me à minimo eoꝝ vsq; ad maximum dicit dñs: ¶Deniq; tpe noui testamẽti ac gratiæ, nõ solũ cõcessa est hoĩbus cognitio dei, secũdum ꝙ vnus ẽ, sed etiã ꝙ sit trinus ꝙ añ saluatoris aduẽtũ, nõ nisi maioribus fidelibus, vtpote patriarchis atq; prophetis, & alijs q̃busdã sapiẽtibus specialiter illuminatis, innotuit, & hoc est q̃d in hodiernæ solẽnitatis epistola scribit apostolus, ꝙ scilicet deus olim varijs modis loquẽs hoĩbus ꝑ prophetas, nouissimis his diebus, hoc est, in exordio Euãgelicæ ꝑdicationis

A tionis loquutus est nobis per vnigenitũ filiũ suũ hominẽ factũ, deũ esse nõ desinẽtẽ. Ecce q̃ta est gratia, quãta prærogatiua & excellẽtia tẽporis Christi ac euãgelicæ legis, in quo ipse oĩm dñs prophetarum fons sapiẽtiæ, deus altissimus personaliter venit in mũdũ, legẽ dedit hominibus, euãgelicam prædicauit doctrinã, cordaq́ hominum gratia adimpleuit præcipua. Vnde ab Esaia fuerat prophetatũ: Dñs iudex noster, dñs legifer noster, dñs rex noster, ipse veniet & saluabit nos. Et rursus secũdũ aliã trãslatiõem loquitur Esaias: Nõ angelus, nõ legatus, sed ipse veniet. Ista ergo ex causa tẽpus Christi, tẽpus gratiæ dicitur. Actorum.10. Eccle.1 Esaiæ.33 Titum.3.

¶Insuper, ideo tẽpus gratiæ appellatur, quia in tẽpore isto per Christi passionẽ satisfactum est pro originali peccato, ita q homines virtuosi dum moriũtur ab ore ingrediũtur regnum cœleste, dummodo per propriæ culpæ nõ differãtur reatũ, hoc aũt impossibile fuit añ Christi passionẽ. Quia tũc propter originalis peccati debitũ seu reatũ homines differebãtur à gloria. ¶Deniq, legitur q Alexandro Magno nato Philippus rex Macedonũ pater illius putatiuus scripsit Aristoteli, dicẽs: Natus est mihi filius & plus regratior dñs, quia natus est tẽpore tuo, q̃ q̃niã natus est. Nã spero q erudietur à te, quãto magis nos Christiani deo oĩpotẽti regratiari tenemur, nõ tam quoniã nati sumus, q̃ q tẽpore legis euãgelicæ nati sumus. Nos quippe ex gẽtilibus sumus progeniti, & si illorum fuissemus tẽporibus, quid aliud q̃ q ipsi egerunt, fecissemus, sicq cũ illis æternaliter cõdẽnati essemus. Gaudeamus itaq & intimo cor-
B dis affectu regratiemur altissimo, q nati sumus tẽpore isto, in quo nõ Aristotilis, sed Christi filij dei, qui est sapiẽtia æterna increata, immẽsa, saluberrimis instruimur documẽtis

¶Præterea iugiter aduertamus, q quãto tempore isto Euãgelicæ legis maiora & gratiora à deo nobis bñficia sunt impẽsa, quãto copiosior gratia nobis à spiritu sancto deo vero & viuo offert, tãto grauiora sunt nostra peccata, & tãto dãnabilior est cõuersatio nostra, si deo ingrati ac negligẽtes fuerimus, vbi etem̃ maior bñficia, maior quoq gratiarum actio esse debet. Iterum quo maior est dignitas dñi nostri Iesu Christi legislatoris ac regis nostri eo enormioris est culpæ eũ offendere, eius legẽ præuaricari, eius doctrinã nõ sequi. Propter q̃d ad Hebræos ait aplus: Irritã qs faciẽs legẽ Mosi sine vlla cõtradictiõe duobus aut tribus testibus morit, quãto magis putatis deteriora mereri supplicia, q filiũ dei cõculcauerit, id est, cõtẽpserit. Cõtẽnit aũt qui præcepta ipsius obseruare nõ curat. ¶Deinceps in hoc mũdo secũdũ leges ciuiles crimẽ læsæ maiestatis, videlicet iniuriatio regis aut principis reputat grauissimũ atq dilissime vindicatur, imò pro illo nõ solũ principalis transgressor, sed & filij eius ꝑpetuo dãnãtur exilio & paterna hæreditate priuãtur. Si ergo tã graue est terrenũ lędere principẽ & offendere regẽ, q̃ ineffabiliter graue, impiũ atq dãnabile est summũ legislatorẽ vnigenitũ filium dei offendere, & eius ꝑcepta negligere, aut ipsum in suis lædere mẽbris. De cuius excellentia tã multa scribit aplus in hodierna Epistola: Ipse nãq vniuersorum est dñs, cõditor angelorũ & deus verus cũctis creatis in infinitũ præstãtior, qui ex sua incõprehẽsibili charitate, pietate & gratia dignatus est inter homines tã suauiter, tãq humiliter cõuersari, & hodie ex virgine illibata natus est nobis, vt eius charitatẽ, pietatem, dignationẽ pro posse semper &
C vbiq sectemur inter proximos nostros, charitatiue, benigne, humiliter, iuste, exẽplariterq́ viuẽdo, sicq́ cum Christo diligamus iustitiam, & odio habeamus iniquitatem, vitãdo peccata potius, quia in se fœda & odibilla sunt ac displicẽtia deo, inhonoratiuaq́ eius quàm timore supplicij. ¶Postremo istud agẽdo & ita viuẽdo ad diuinæ inuariabilitatis participationẽ aliqualẽ accedimus. Recte rationi atq virtutũ vigori iugiter inhærendo q est sapiẽtiæ signũ & corpus. Qui aũt instabiles sunt & oĩi impulsu passionum subdũtur, sapiẽtia atq virtutibus destitutos se esse ostẽdũt, idcirco in Ecclesiastico scriptum est: Homo sanctus in sapientia manet sicut sol, nam stultus sicut luna mutatur. Hinc hortatur apostolus: Stabiles estote & immobiles, abundãtes in opere domini semper. Nam vt Salomon protestatur: Iustus est quasi fundamentum æternum, impius quasi tempestas pertransiens. Passionibus ergo & vitijs dominemur, non subijciamur, & mẽtes nostras stabiliamus in deo, eum vbertim intuẽtes, atq cum sancto Iob asserentes: Nonne deus scit vias meas, & oẽs gressus meos dinumerat? Qui iudicẽ summũ cœlestem metuẽdissimũ, sic sibi esse intẽtum, perpẽdit, custodite se habet ac timorate implẽs, q propheta loquitur deo: Seruaui mãdata tua & testimonia tua, quia oẽs viæ meæ in cõspectu tuo, sic ergo agamus. Ad laudẽ oĩpotẽtis. Amen.

Hebr.10. Hebr.1 Actorum.10 Roman.3 Baruch.3 Luce.2 Eccle.27. 1.Corin.15 Prouer.10. Job.31. Psalm.118

¶Enarratio Euangelij: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum. Iohãnis primo.

THeologia seu sacra scriptura increatæ veritati immediate innititur, & ꝑ lumẽ gratiæ reuelatur, idcirco à summo sumit exordiũ. Philosophia vero, quæ humanæ rationi innitit, & ex rebus creatis ad creatoris surgit notitiã, ab inferioribus inchoat & paulatim ad suprema ꝑtingit, sicq́ in exordio Euãgelij sui beatissimus Euãgelista Iohãnes à Christi deitate, & eius cũ deo patre cõsempiternitate exorsus est, q̃d & ideo fecit, q̃a q̃rũdã hæresiarcharum ꝑfidias voluit reprobare. Cũ etem̃ fuisset in Pathmos insula rele

gatus, surrexerunt in Asia, Ebyon, & Cherinthus hæretici, impijssime affirmantes, Christum esse hominem purum. Hinc, Iohannem à Pathmos reuersurum rogauerunt episcopi, vt de Christi deitate plenius scriberet, & hæreticorum confutaret insanias, quod facere volens, sic orsus est: ⌊In principio erat verbũ.⌋ Quod tripliciter explanatur: Primo, sic: In principio, id est in exordio temporis, quo facta sunt omnia, iuxta quod scribitur: Qui viuit in æternum, creauit omnia simul. Erat verbum, hoc est, vnigenitus filius à patre intellectualiter genitus. Quasi dicat: Verbum non est creatum aut factum, sed alijs per creationem incipientibus, ipsum veraciter erat & mirabiliter subsistebat. Secundo sic: In principio, id est, ante omnia secula, in ipso æternitatis nunc atq; momento, erat verbũ. De quo scriptum habetur: Fons sapientiæ, verbum dei in excelsis. Tertio sic: In principio, id est, in deo patre, qui est principiũ sine principio, erat verbum, quia in mente patris æternaliter manet: Procedit enim à patre per emanationem immanentem, quæ non terminatur in aliquid aliud, neq; in quicquàm ad extra. Sicq; filius per substãtialem identitatem manet in patre, à quo personaliter est distinctus. Quælibet quoq; diuina persona per circũincessionem est in alia, cum & vnaquæq; sit infinita. ¶ Hic quæritur, cur Euangelista Iohannes, volens Christi deitatem ostendere, potius vsus est nomine verbi, quàm filij? Dicendum, quòd huius duplex est ratio. Prima, vt innuat generationem in diuinis non esse carnalem, materialem, mutabilem, sed intellectualem, inuariabilem, immanẽtem ac simplicem, quoniam verbum propriè sumptum, est conceptus mentis interior, intelligibilis dictio ac prolata intus notitia. Alia ratio est, quoniam nomen verbi magis ad propositum pertinet, quàm filij nomen. Filius nanq; comparationem importat dumtaxat ad patrem. Verbum autem respectum dicit, non tantum ad proferentem, sed etiam ad rem verbo significatam, ad vocem quoque quam induit, & ad instructionem quæ per ipsum fit. Cum ergo Euangelista iam tractet de filio dei, non dumtaxat per respectum ad patrem, sed insuper per comparationem ad creata, quæ fecit & regit, præsertim ad homines quos redemit, ad carnem etiam quam assumpsit, & ad documenta quæ dedit. Constat, quòd conuenientissimè nomine verbi exprimitur, nec aptius, neq; subtilius nomen ad insinuandum hæc omnia inuenitur.

Ecci. 18 — Ecci. 1. — D — E

¶ Præterea, deus seipsum intuendo ac intelligendo suijpsius conceptum ac verbum intra se profert ac gignit, quod enim de se apprehendit ac concipit, siue agnoscit, hoc in se exprimit, gignit, producit, & verbum illud mentis paternæ intus expressum, est vnigenitus filius patris. Et quoniam pater vno simplicissimo actu seipsum, & alia cũcta intelligit ideo vnico actu intelligẽdi profert, ac gignit perfectissimum verbum, in quo vniuersa resplendent, repræsentantur, & continentur, quæ à patre noscuntur. Hinc vnicum verbum illud est imago naturalis & perfecta patris, & character substantiæ eius, tanquàm similitudinem eius productum, eumq; plenissimè repræsentans Est quoque exemplar: Idæa, species, & ratio omnium creaturarum, quoniam omnia relucent in verbo, tanquàm in exemplari & causali principio, ad cuius imitationem productæ sunt. Quoniã ergo tota perfectio & natura patris perfecti, relucet in filio, quod esse non potest, nisi filius esset verè immensus, æqualisq; patri, & per consequens, verus deus. Finitum enim à plena repræsentatione infiniti, distat in infinitum, ideo filius appellatur emanatio claritatis omnipotentis dei, syncera, candor lucis æternæ, & speculum sine macula maiestatis paternæ, atque imago bonitatis illius. Quemadmodum de filio sub nomine sapientiæ septimo capitulo scriptum est, quæ etiam increata, æterna, ac genita sapientia vicesimoquarto capitulo ait: Ego ex ore altissimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam. Et alibi testatur, Prouerbiorũm octauo capitulo: Ab æterno ordinata sum. Nondum erant abyssi, & ego concepta eram, ante colles ego parturiebar. Ostenso quando erat hoc verbum, docet Euangelista vbi erat, ⌊& verbum erat apud deum,⌋ Hoc est, iuxta & intra patrem, tanquàm inseparabile, indiuiduumq; à patre. Non enim distant diuinæ, supergloriosæ personæ loco, duratione, natura, aut dignitate, sed vbi & quando pater, ibi & tunc filius. Cum autem dicitur: Verbum erat apud deum, accipitur deus relatiuè & personaliter, non absolute & essentialiter. Quemadmodum enim pater immensus, illocalis, incircumscriptibilisq; consistit, ita & filius. Vnde cum verbum dicitur esse apud patrem, non est ruditer imaginandum, quasi vnus sit extra & prope alium, imo totus pater in filio, & econtra, sed designandum personalem distinctionem intra patrem & filium, ait Euangelista: Verbum erat apud deum.

F

¶ Deinceps declarat, quid erat hoc verbum: ⌊& deus erat verbum⌋ Hoc est, filius dei fuit, & inuariabiliter est verus deus, tanquàm vnius cum patre essentiæ. Per quod docet Euangelista filiũ patri esse consubstantialẽ. In his nanque quæ naturali emanatione procedũt, procedẽs siue causatum coæuum est suo fontali principio: Quemadmodum splendor luci. Filius autem naturali emanatione procedit à patre. Declaratio vbi, quando, quid, & quomodo erat verbum. Nunc pandit quid operabatur. ⌊Omnia per ipsum facta sunt⌋ Hoc est, omne creatum, & quicquid citra deum est per verbum, & à verbo productum est, & creatum mediate aut immediate, quo patet quòd verbum non sit factum nec creatum, sed genitum. ¶ Porro cum aliquid dicitur fieri per ali-

A Per aliud. Præpositio per, designat aliquod genus causę in causali. Dicitur autem aliquid fieri per aliud multis modis. Primo, sicut per causam instrumẽtalem, sicut domus fit per securim & terebellum. Secundo, sicut per causam principalem, quẽadmodum regnum gubernatur per eum, quem rex fecit sibi comparẽ & consortem. Tertio, sicut per causam extrinsecã, vt homo incedit per baculum. Quarto, sicut per causam intrinsecam aut coniunctã, vt homo viuit per animam, & scribit per manum suam. Rursus cum aliquid dicitur fieri per aliud, intelligi potest dupliciter. Primo, vt insinuetur mediatio quædam seu medium causans inter primum agens & effectum. Secundo, vt solum importetur processio vnius ab aliquo, sicq́ fieri per aliquid est fieri seu produci ab illo, iuxta quem modum ait apostolus Paulus: Paulus apostolus Iesu Christi per voluntatem dei, hoc est, à diuina voluntate constitutus apostolus. 1. Cor. 1
Dum itaq; oĩa facta dicuntur per verbum vtroq; horum modoꝝ potest intelligi, quia immediate à verbo æterno, tãquam ab oĩpotẽte creatore sunt facta. Sic etẽ oĩa facta sunt à supergloriosissima trinitate, & à qualibet diuina persona. Item oĩa facta sunt per verbum tanquàm per id, quod inter patrem & creaturas est medium, non tamẽ quasi per causam instrumentalem separatam à patre aut ei extrinsecam, sed sicut per causam principalem coniunctam ac parem, quòd rursus intelligẽdum non est, quasi creaturæ non sint immediate factæ à patre, præsertim cum pater & filius sint vna omniũ causa, vnum principiũ, sed quia filius procedit à patre, habẽs virtutẽ creatiuam ab ipso, atq; secundum ordinẽ originis mediat inter patrem & creaturas, & quoniã pater nil operatur ad extra sine filio, & quoniam verbo
B appropriatur efficientia causæ exemplaris. Cum eẽ natura sit operationis principiũ, quẽadmodũ trium personaꝝ est vna natura, ita & vna, indiuisaq́ actio ad extra, ⌞& sine ipso verbo, ⌞factũ est nihil⌟ hoc est, nulla prorsus res est citra deũ, quæ nõ sit facta per verbũ. Peccatum quoq;, quia formaliter nihil est, sed solũ auersio, obliquitas & defectus à summo ente, idcirco per verbũ & à verbo nõ est, quãtum ad istud formale, sed solũ à volũtate creata, peruersa ac defectiua. ⌞Quod factũ est⌟ id est, oĩe creatũ, ⌞in ipso (verbo) vita erat⌟ hoc est, in verbo vitaliter, intellectualiter ac idealiter extitit ab æterno. Vt eẽ præhabitũ est, verbum non solũ est patris imago, sed oĩs etiã creaturæ exẽplar idea ac ratio, estq́ ars increata rationibus rerum plena. ¶Porrò, quòd est in alio, est in illo secundum modũ illius. Cum ergo verbũ sit actualissima vita, sapientia summa, veritas prima, oĩa sunt in ipso vitaliter, sapiẽtialiter ac idealiter. Veruntamen non sic oĩa vita sunt in verbo, quasi nõ sint vita in patre & spiritu sancto. Tota eẽ supersanctissima trinitas est vnũ omnium reꝝ fontale, intellectuale ac ideale principiũ, & ipa diuina essentia, vt imitabilis à diuino intellectu apprehensa est oĩm rerum idea. Nam inquantum deus intelligit suã essentiam, vt imitabilẽ à creaturis, essentia habet rationem ideæ. ¶Præterea Euãgelista dicẽdo: Quod factum est in ipso vita erat. Designat quòd à verbo inuariabili ac æterno absq; sua mutatione processit temporalis ac recens rerum productio, quoniam quicquid de nouo creauit ab æterno per rationem idealem prę concepit atq; præordinauit, quando & qualiter illud produceret. Vnde in illo instãti condidit mundum, in quo se id facturum ab æterno decreuit, inuariabiliterq́ præsciuit. De ideis ait autem Augustinus in libro octoginta trium quæstionum, ideæ sunt principales formæ, August.
vel rationes rerum stabiles, atq; incommutabiles quæ ipse formatæ nõ sunt, ac per hoc æternæ sunt, semper eodem modo sese habentes, quæ diuina intelligentia continentur, & cũ ipse
C nec oriantur neq; intereant, secundum eas tamen formatur oĩe quod oriri & interire potest. Has aũt rationes vbi esse arbitrandum est, nisi in mente creatoris. Non eẽ extra se aliquid intuebatur, vt secundum illud constitueret quod constituebat. Itaq;, quod factum est, & quicquid fit aut fiet, fuit & inuariabiliter est vita in verbo, quia secundum esse exemplare, ideale, intellectuale præexistit in verbo quòd esse est realiter idem quod verbum. Ideo subditur: ⌞& vita⌟ hoc est, verbum istud æternale, vitale ac simplicissimum, vtpote vnigenitus dei, ⌞erat lux hominum⌟ id est, dator oĩs lucis, quæ in hominibus extat. Ab ipso enim est lux naturæ, lux gratiæ, & lux gloriæ, naturale ingenium, oĩs scientia, & omnis perfectio. Hoc etẽ verbum est summa veritas & sapientia increata, quòd ante suam incarnationem, per inuisibilem infusionem ac missionem corda hominum illustrauit. Post incarnationem vero inter homines conuersando, corporaliterq́ prædicando edocuit homines, ⌞& lux in tenebris lucet⌟ hoc est, verbum seu filius dei inter excæcatos Iudæos conuersans prædicationis suæ sapientia splenduit, & radios virtutis emisit, tanquam sol sapientiæ. Vel, in tenebris lucet, quia iniquis gratiam suæ pietatis infundit, lucem fidei ac virtutum largitur, dũ cõuertuntur, ⌞& tenebræ eam nõ comprehẽderunt⌟ id est, obtenebrati, peruersi, perfidiq́ Iudæi verbũ hoc incarnatũ vere nõ cognouerũt, nec ei credere voluerũt, quibus in Euangelio dixit: Neq; me scitis neq; patrẽ meũ, non eẽ eius diuinitatem nouerunt per fidem. Per tenebras quoq; intelligi possunt omnes iniqui ac infideles, qui per fidem & charitatem, verbo æterno nõ vniũtur, propter q̃d illud nõ cõprehẽdere asserũtur, Sed aduertẽdũ ꝙ multiplex Johan. 8
est cõ-

est comprehensio. Prima, est comprehensio terminatiua, qua res secundum se totam capitur, videtur, siue cognoscitur tam perfecte, sicut ex sua natura cognoscibilis est, sicq́ʒ infinitum à finito cōprehēdi nō valet. Vnde hoc mō deus est tam incōprehēsibilis omni creaturæ etiā sanctis in patria q̄ verè immēsus, Idcirco hoc modo solus cōphēdit seipm, queadmodū enī deus gloriosus ac benedictus est infinite actualitatis, ita est & infinite cognoscibilitatis, ideo oēm intellectum creatum trāscendit in infinitū. Secunda, est cōprehēsio claræ visiōis, q̄ essentia rei vere cōspicitur seu intelligitur, sicq́ʒ beati in cœlo deum comprehendere perhibent quem facie ad faciem contemplant, nam clare p speciem vident eum, propter quod cōphensores vocantur. Tertia est cōphensio certe adhærētiæ p fidem aut synceræ adhæsionis p charitatem, sicq́ʒ viatores deum cōphendunt, de qua cōphensione Euāgelista nunc loquit. Est etiā cōphensio corpalis qua iniqui verbum incarnatum materialiter ac violenter cōphenderunt, prout scribitur in Euangelio: Cohors & tribunus & ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum. ¶Insuper, quia post pauca locuturus est Euāgelista de verbi incarnatiōe, ideo nūc de eius præcursore testat. ⌊Fuit homo missus à deo cui nomen erat Iohānes⌋ Quia à deo in hunc mūdū directus est, & deo iubente exiuit de heremo ad ripā Iordanis ad prædicādum ac baptizādum, vt Christo viam pararet annuntiādo Iudæis Christum esse iam natum, ac protinus pdicaturū. Hortādoq́ʒ eos ad fidem Christi. Hinc in Euāgelio legit, Anno quintodecimo imperij Tyberij: Factum est verbum domini super Iohānem Zachariæ filium in deserto. Vnde & deus prædixit per Malachiā: Ecce ego mitto angelum meum, & pprarabit viam ante faciem meā. Dicitur quippe Iohānes angelus, id est, nuntius rōne officij non naturæ, & qa conuersationis fuit angelicæ. ¶Porro Iohannes interpretatur gratia dei. Vel, in quo grā dei est, idcirco hoc nomē valde congruebat Iohanni, in quo tam excellens extitit grā, quòd de ipo Christus testatus est: Inter natos mulierum non surrexit maior Iohanne Baptista: Gabriel quoqʒ archangelus dixit ad Zachariā: Vocabis nomen eius Iohannem. Cum autem alicui diuinitus nomen imponitur designatur quòd proprietas significata per nomē competit illi, sicut in Genesi Abram vocatus est Abraham, & Iacob dictus est Israel. ⌊Hic venit in testimonium⌋ Hoc est, Iohānes ex abditis heremi venit in publicum non ad saluandum genus humanum, sed ad testificādum de Christo omnium saluatore, sicut subiūgitur: ⌊vt testimonium perhiberet de lumine⌋ .i. veritatem de Christo prædicaret, ⌊vt omnes⌋ homines ⌊crederent,⌋ in Christum tanquàm in verum deum ⌊per illum⌋ .i. mediante testificatione ac prædicatione Iohannis, qua hominum corda ad credendum in Christum disposuit. ⌊Non erat ille lux⌋ id ē, Iohannes Baptista non fuit lux principalis & prima quæ essentialiter lux est, vtpote Christus. Veruntamen Iohannes fuit lux quædam participata, instrumentalis & secundaria, quemadmodum & Apostolis ait saluator: Vos estis lux mundi. At vero vt diuinus Dionysius docet, triplex est lux. Est enim lux illuminans non illuminata vt deus. Et est lux tantum illuminata vt hij qui modicam gratiam sortiuntur, nec illuminant alios. Et est lux medio modo se habens scilicet lux illuminans & illuminata, vt hi qui de gratia sibi communicata aliorum illuminant corda, de quibus legitur in Daniele: Qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ fulgebunt in perpetuas æternitates. Inter hos beatissimus iste Iohannes fuit vnus de summis, de quo in Euangelio loquitur Christus: Ille erat lucerna lucens & ardens, lucens per sapientiam, ardens per charitatem, ⌊sed vt testimonium perhiberet de lumine⌋ Hoc est, de Christo quòd fecit, dicendo Iudæis id quod scriptum est in Marco: Venit fortior post me cuius non sum dignus procumbens soluere corrigiam calciamētorum eius. ⌊Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.⌋ Hoc est, Christus saluator mundi erat, & est lux plena, non participata, aut defectiua, quia vt deus est lux prima superessentialis, superclarissima, & immensa, imo pater & filius & spiritus sanctus sunt vna lux, sicut sunt vna essentia, vna sapientia, vna potestas. Quicquid enim absolute de deo dicitur tribus personis commune est. Nihilominus lux filio appropriatur, quia lux spiritualis præcipue pertinet ad intellectum ac sapientiam. Cum ergo verbum seu filius sit emanatio intellectus, sic ei appropriatur lux, quemadmodnm sapientia, veritas, ars, splendor, & species. Hæc lux illuminat omnem hominem venientem, hoc est, qui per natiuitatem ingreditur mundum istum lumine naturalis ingenij, iuxta illud in Psalmo quarto: Signatum est super nos lumen vultus tui domine, dedisti lætitiam in corde meo. Illuminat quoqʒ lumen gratiæ omnem hominem qui lumine illo illuminatur. Vel, illuminat omnem hoiem .i. quosdam de omni genere hominum, iuxta quem sensum in Psalmo septuagesimoprimo prædictum est: Benedicentur in ipso omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum. ¶Deinde Christus post suam passionem per Apostolorum prædicationem totum mundum illuminauit secūdum quod Paulus testatur: Nos (inquiens) docentes omnem hominem. Illuminat etiam omnē hominem dando vnicuiqʒ homini custodem angelum sanctū, qui à diuersis erroribus & peccatis retrahit hominem sibi commissum & bona suggerit ei. ⌊In mundo erat⌋ Nam Chrūs secūdum q deus incircumscriptibilis est, & immensus, ideo omnia implet ac penetrat, & essentijs rerum

Marginalia: 1. Cor. 13. — Johan. 18 — Luce. 3 — Lucæ. 3 — Malac. 3. — Matth. 11 — Luce. 1 — Genes. 17 — Gen. 32. 35 — Matth. 5 — Dionysi⁹ — Daniel. 12 — Mar. 1 — Psalm. 4. — Psalm. 71. — Col. 1. — Hebræo. 1

A rerum illabitur, estq; vbiq; per essentiam, præsentiam atq; potentiã, propter quod loquitur: Hiere.23.
Nunquid non cœlum & terram ego impleo. ¶Porrò, Christus secundum quòd homo inter D
« homines ambulauit. ⌊Et mũdus per ipsum factus est⌋ eo sensu quo dictũ est, oĩa per ipsum
« facta sunt, ⌊& mundus eum non cognouit⌋ Mundus in Euangelio sancti Iohannis diuersis
accipitur modis. Primo pro tota creatura sicut in verbo præhabito. Secũdo pro cunctis hominibus in terra degentibus, tam bonis quàm malis. Tertio pro electis, vt cum dicitur. Sic Johan.3
deus dilexit mundũ, vt filium suum vnigenitũ daret. Quarto pro peruersis ac perfidis, & ita nunc ait Euãgelista: Mundus eum non cognouit, quoniã obtenebrati & impij Christum nõ
« cognouerũt per fidẽ ac sapiẽtiæ donũ. ⌊In propria venit⌋ id est, p incarnationẽ descẽdit in
« mũdum istũ quẽ condidit specialiter in Iudæã & Israeliticam plebẽ sibi olim peculiarẽ, ⌊&
« sui eum non receperũt⌋ hoc est, Iudæi qui fuerũt tunc populus dei per legem Mosaicam ad vnius veri dei cultũ specialiter deputati, nõ receperũt Christum p fidẽ, sed pro maiori parte
« mãserunt increduli. ⌊Quotquot autẽ receperũt eum⌋ per fidẽ formatam, ⌊dedit eis pote-
« statẽ⌋ id est, idoneitatẽ ac gratiã efficacẽ, ⌊filios dei fieri⌋ hoc est, per quam efficiũtur dei filij adoptiui. Hæc etẽi gratia gratũ faciens datur simul cũ fide & charitate, quæ gratia ponit
» hominẽ in esse supernaturali deiformi atq; ad promerẽdum idoneo, & ita per gratiam hanc fit homo dei filius adoptiuus. ¶Porrò oĩbus Christũ per fidẽ recipientibus datur potestas filios dei fieri, filiatione gloriæ cõsummata in patria. Per fidẽ nãq; venitur ad speciẽ. Filiatio quoq; gratiæ adoptionis ordinatur ad filiationẽ gloriæ beatificæ fruitionis. Filiatio equidẽ
« in assimilatione fundatur, ⌊his qui credũt in nomine eius⌋ nominato, hoc est, in ipso Chri-
B sto fide formata, id est, per charitatẽ ornata. Cum itaq; verbũ sit dei filius naturalis, homines
E qui ei per fidem iunguntur, atq; per charitatẽ incorporantur, efficiuntur dei filij adoptiui, quoniam filiatio adoptiua, est participatio quædam filiationis naturalis. Cõsequẽter Euangelista distinguit gñationem spiritualem, per quam filiatio adoptiua acquiritur à gñatione
« carnali. ⌊Qui⌋ credentes, adoptiuiq; filij, ⌊non ex sanguinibus⌋ id est, non ex semine viri, in quo est virtus formatiua, & semine mulieris quod est materia prolis. Semẽ autem vocatur
» « sanguis coagulatus, ⌊neq; ex voluntate carnis⌋ hoc est, concupiscẽtia sensualitatis vel fœ-
« minæ, quæ nomine carnis exprimitur, quoniã viro est mollior, atq; in ratiõe debilior, ⌊neq;
» « ex voluntate⌋ id est, concupiscẽtia, ⌊viri, sed ex deo nati sunt⌋ hoc est, diuina virtute mise-
» ratione ac gratia, spiritualiter regenerati sunt, & esse diuinũ sortiti. Nam loquendo de eẽ na-
» turæ certum est, quòd sicut infideles ac reprobi, ita & fideles & electi ex commixtione viri &
» fœminæ nati sint, sed loquẽdo de esse gratiæ, electi & boni ex deo renati sunt, quòd communiter fit in baptismo. Iuxta illud: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ potest Johan.3.
intrare in regnum dei. Vnde Iacobus asserit: Voluntariæ genuit nos verbo veritatis. Potest Jacobi.1.
demum in verbis expositis per voluntatem carnis & viri superior appetitus intelligi, inquãtum actum generationis imperat, aut ei consentit. Supra docuit Euangelista, q verbum dei
« fuit ab æterno, nunc pandit quid factũ sit in tempore, dicens: ⌊Et verbum caro factum est.⌋ hoc est, vnigenitus dei verus existens deus veraciter factus est homo, assumendo naturã humanam ad suam propriam & increatam personalitatẽ, ita quòd in eodem esse personali increato, in quo verbum subsistit ab æterno subsistit, & Christi humanitas. Sicq; in Christo
» sunt duæ naturæ & vna persona. ¶Deinceps in eodem momento est corpus Christi à spiri-
C tu sancto formatum & organizatum, eiusq; anima creata & corpori illi cõiuncta, atq; vtrũq;
» F simul à verbo assumptum. Itaq; caro hic sumitur pro homine, vtpote pars pro toto, sicut in Psal.64.
» psalmo: Ad te oĩs caro veniet. Et potius dixit spiritus sanctus per Euangelistam, verbum caro factum est quàm verbum homo factum est. Primo, vt magnitudo diuinæ inclinationis ac exinanitionis euidentius demonstraretur. Secundo, vt veritas incarnationis clarius desi-
« gnetur, & hæresis Manichæorum euidentissime confundatur, ⌊& habitauit in nobis⌋ quia inter homines vixit & ambulauit, præsertim inter apostolos. Humanitas quoq; assumpta fuit templum & habitaculum deitatis in eo latentis. Vnde dixit Iudæis: Soluite tẽplum hoc quòd Johan.2
« dixit de templo corporis sui secundum Euangelistam: ⌊Et vidimus gloriam eius⌋ hoc est, excellentiam Christi in verbis & factis, in oĩi sapientia, & miraculorum eminentia, in potestate, & oĩi perfectione. Claritatem quoq; quam habuit in transfiguratione. Viderunt Matt.17.
Iohannes iste Euãgelista, eiusq; frater Iacobus & gloriosus apostolici agminis princeps Pe Acto.1
trus, glorificationem etiam eius in ascensione viderũt apostoli.
« ¶Subinde deitatem ipsius oculo interiori viderunt per fidem, ⌊gloriam quasi vnigeniti à
« patre⌋ hoc est, talem eius vidimus gloriam qualem decuit esse & conspici in filio dei. Et ita hæc dictio quasi, notat veritatem, non similitudinem tantum. Ac si de aliquo rege, cum magno apparatu intrãte diceremus. Ipse intrauit quasi rex, id est, tam præclare vt spectat ad re-
« gem. Vidimus etiã eum, ⌊plenũ gratiæ & veritatis⌋ tota eñ capacitas animæ Christi gratia
» fuit impleta. Nec capax est mens creata gratiæ amplioris, hæc grã gratũ faciẽs habitualis in
Chri

Christo, vocatur etiam in eodem gratia capitis inquantum est tam superabũdans, quòd ipse de eius plenitudine influit suis membris, puta fidelibus quorum caput ipse est, Christus etiam dicitur plenus veritate, hoc est, deitate secundum Augu. qa in ipo habitat totius deitatis plneitudo. Aia insup Chri plena fuit veritate doctriç, veritate vitç & veritate iustitiç. Si at p veritatẽ sapia intelligat, dicẽdum ꝙ Chrus homo ab incarnatiõis exordio plenus fuit sapia beatoꝝ qa vidit deum clarè p speciem, imò eminẽter præ om̃ibus sanctis & tam clare vt modo, fuit demum in Chro sapia indita suç infusa, qua res creatas cognouit in proprijs naturis ordinibus ac generibus p species seu animæ concreatas, sed & sapia illa quæ donum est pfectissima fuit, in Chro, & cætera dona. ¶ De expositione Euangelij huius hoc loco tam breuiter transeo quod, sup Iohannem illud diffusius elucidauerim. D

Augustin.

¶ Sermo septimus: De Christi amabilissima incarnatione, & quas grãs illi agere debeant pro tanta dignatione Christiani, & miracula nonnulla in nocte natiuitatis Christi facta.

VErbum caro factũ est, Iohãnis primo. Quàmuis singuli articuli fidei Christianæ seorsum accepti sint admirabiles, supernaturales & incomprehẽsibiles valde tamen dum om̃es comparant adinuicẽ, & ordo credibilium & argumẽta seu rationes credendorum simul considerãtur nihil inuenitur credibilius ac rationabilius eis. Omnia nãq; sibi mutuo pulcherrime consonãt & concordãt, & vnũ ex altero credibilius reddit. Dumq; omnia cõportantur fide, nil certius reperitur, ideo dixit Psalmista: Domine testimonia tua credibilia facta sunt nimis. ¶ Porro inter cætera quæ credi iubentur, vnũ est non mediocriter magnum, ꝙ omnipotens ac sapientissimus deus creauit genus humanum ad supernaturalem beatitudinem. s. ad suĩpsius claram p speciẽ fruitiuamq; visionem, qa diuina essentia in seipa clare conspicit, & qd sit deus, videt. Hinc em̃ ait filius dei ad patrẽ æternũ. Hæc est vita æterna vt cognoscãt te veꝝ deum, & quẽ misisti Iesum Chrm. Et Iohãnes Apostolus in prima sua Canonica: Charissimi (inquit) nunc filij dei sumus, & nondum apparuit quid erimus, scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est. Vnde secundum Apostolũ Videbimus deum facie ad faciem, hoc est, clare & immediate, sicuti ẽ in seipo. ¶ Præterea, visio ista est ineffabilis dignitatis cum sit immediata ac fruitiua cõtemplatio bratificaq; possessio boni, summi, ac infiniti, videlicet dei. Est etiã beata visio ista incõphensibilis iocũditatis atq; dulcedinis, qm̃ deus est ens immẽsæ pulchritudinis, infinitç cõueniẽtiç atq; incircũscriptibilis serenitatis, ac deliciositatis, certũq; ẽ, ꝙ quãto aliqd in seipo est pulchrius, suauius, ac cõueniẽtius tãto delectabilius ẽ eo frui, & ipm ĩspicere. Hãc aũt btitudinẽ pdidit primus hõ sibijpsi ac toti suæ posteritati transgrediendo dei præceptum, & quoniã beatitudo ista est tam ineffabilis dignitatis, ac iocũditatis, vt tactum est, ideo nulla pura creatura, nec angelus, neq; homo digna aut idonea fuit beatitudinem istam toti humano generi recuperare. Idcirco ipe deus creator om̃ipotens vnigenitus filius dei dignatus est fieri homo, quia in sua deitate sibi non competebat promereri propter excellentiã suã, sed naturam assumpsit humanam, quatenus in ea & per eam satisfaceret pro peccato originali primi parentis. Ob cuius peccati reatum homines à præfata impediebãtur felicitate. Sicq; satisfaciendo pro illo peccato alijsq; peccatis recuperauit atq; promeruit generi humano amissam beatitudinem illam, & reconciliauit deo patri genus humanũ. Hac ergo de causa fatemur quod verbum dei factum sit caro, id est, quod dei filius factus sit homo vt homines faceret diuinos atq; beatos. Ecce quãta est ista solennitas, in qua deus noster natus est frater noster, in qua natus est nobis saluator qui ab æterna nos damnatiõe eripuit, gratiam nobis promeruit & gloriam recuperauit æternam. Gratias ergo ex totis præcordijs deo nostro agamus, ei subijciamur, ei in om̃ibus fideliter obsequamur. Non despiciamus nosipos. i. animaꝝ nostraꝝ salutem nõ negligamus propter carnales delicias, tẽporales diuitias, humanos honores, sed cõsideremus, quãti nos æstimauit deus altissimus, quãta vnigenitus dei pro nostra salute assumpsit, fecit, ac ptulit. Idcirco & nosipsi pro nostra salute laborare, ac pati nõ recusemus. Habeamus deũ om̃i hora præ oculis, studeamusq; semp parati esse ad mortẽ viuẽdo absq; om̃i mortali pctõ. ¶ Insup, qa cõiter, imo verissime dr: Felix quẽ faciũt aliena damna peritum. Efficiamur & nos sapiẽtes ex cõsideratõe dãni eoꝝ, q æternaliter sunt dãnati & irrecuperabilr periérũt. Inspiciamus diligẽtissime, q̃ magna & indicibilis sit nunc eoꝝ calamitas, pœna, desolatio, & pressura qui in inferno sepulti sunt, eo ꝙ tempus vitæ præsentis negligenter, & carnaliter expenderunt, & Christi beneficijs fuerunt ingrati, atq; hæc temporalia, & terrena magis quàm deum & spiritualia, ac bona cœlestia dilexerunt. Inæstimabilis certe eorum est pœna, & tristissima expectatione torquentur, quia nil aliud præstolãtur, nisi supplicioꝝ augmẽta. Nam qui nũc solum puniũtur in anima post diem iudicij, simul in corpe punient, iacẽtes in igne gehennæ. Verum vt istã euadamus dãnationem, nũc ambulemus quotidie per artã viã salutis in cõtinua cordis custodia, in dei timore, in sobrietate, humilitate, patiẽtia, pietate, & dilectiõe, in fructuosa temporis deductiõe, & om̃ia ad dei honorem ac gloriam referamus. Amplius hodie Chrus

Johan. 17.

E

F

Luce. 2

Matth. 7

Prouer. 4

A Chrūs dn̄s noster multa mirabilia fecit in mūdo, ꝑ quæ suā declarauit natiuitatē, siquidē in no 1. Cor. 10
cte natiuitatis Chr̄i pulcherrimū atq; fortiss. tēplū æternitatis corruit Romæ. Nā vt testat̄ pa-
pa Innocētius tertius, In Roma ꝑ duodecim annos magna pax fuit, idcirco Romani pulcher- Innocētius
rimū cōstruxerūt tēplū in Roma, q̄d pacis tēplū noīauerunt, cōsuluerūt q̄q; Apollinē q̄diu du-
raret hoc tēplū, & r̄ndit Appollo, quousq; pariet virgo. Tunc dixerūt Romani: Ergo in æter-
nū durabit, nā virginē parere putabāt impossibile. Hinc in foribus tēpli scripserūt hūc titulum,
Tēplū pacis æternū, sed in nocte qua peperit virgo Maria Christū, tēplū illud funditus ceci-
dit, & ibi nūc est ecclesia S. Mariæ noua, tūc etiā cecidit statua Romuli quē pro deo colebāt Ro
mani, quā statuā in tēplo ęternitatis Romani posuerūt. Iterū ait papa Innocētius tertius, & idē
testat̄ Orosius, ꝙ in nocte natiuitatis Chr̄i fons aquæ versus est Romæ in oleū, q erumpēs vsq;
in Tyberim fluxit, totoq; die illo largissime emanauit, & ibi nūc est S. Maria trans Tyberim.
Prophetauerat qppe Sibylla, ꝙ q̄n erūperet fons olei, nasceret̄ saluator, ꝑ hoc aūt significatum
est, ꝙ ꝑ Chr̄i aduentū fons pietatis diuinæ misericordiā suā cūctis hoībus prę solito copiosissi
me exhiberet, qa ꝑ oleū misericordia designat̄. Insup legit̄, ꝙ S. Hieremias ꝓpheta post mor-
tē Godoliæ in Aegyptū descēdēs, p̄dixit Aegyptijs, ꝙ virgine pariēte, eorū corruerēt idola, q̄d
(vt legit̄) accidit ita. Recitat rursus Innocētius papa, ꝙ cū Octauianus Imp. Romanū maxime
dilatasset imperiū & rēpub. valde auxisset, in tm̄ Romanis placuit, ꝙ voluerūt eū pro deo ado
rare & colere. Prudēs vero Impator se esse mortalē cōsiderās, recusauit adorari & coli vt deus,
Romanis vero importune instātibus, Impator aduocauit Sibyllā, interrogās eā an vnq̄ nasci-
B turus esset in mūdo rex maior eo. Cūq; in die natiuitatis Chr̄i Sibylla instaret oraculis, quęrē-
do de hoc certificationē à deo in camera Impatoris. Ecce media die vidit circa solē aureū circu
lū atq; in medio circuli virginē speciosissimā, puerū in sinu gestantē, quā visionē Impatori ostē
dens, dixit: Hic puer maior te erit, ideo ipm̄ adora. Impator aūt valde admirās puerū adorauit
& deus vocari penitus recusauit. Multa alia mirabilia die hoc facta legunt̄, ꝑ quæ oīa declarat̄ q̄
admirāda ac gratiosa fuit natiuitas Chr̄i filij dei ex virgīe. Ideo tēpus istud cū maxima deuo-
tione est expēdendū.

AD RELIGIOSOS.

¶Sermo. VIII. Quis, qualis & q̄tus sit q hodie serui formā miserā accepit, q̄d'q; ob hoc plene lę
tabit̄ nemo, q nō omni abiecto torpore, desidiaq; nouū cū Christo hominē induerit.

EVangelizo vobis gaudiū magnū, q̄d erit omni ppl'o, qa natus est vobis hodie saluator
Luc. 2. Vere hæc est solēnitas solēnitatū gaudiosa nimis, in qua natus est nobis salua-
tor, q nō corruptibilibus auro vel argento, sed p̄tiosissimo sanguine suo nos liberauit, 1. Pet. 1.
non de morte corporali & breui, sed infernali atq; ꝑpetua, & insup n̄ra deleuit pct̄ā, &
grām nobis promeruit, ac cœlestē felicitatē recuperauit. Nunq̄ tale qd mūdus audiuit, nunq̄ tā
felices ꝑcepit rumores. Deniq; in hac Christi natiuitate multa sunt cōsiderāda, de qbus modo
ꝑ ordinē in sermonibus, q̄d dn̄s dederit, referet̄. Primo, quis, qualis & q̄tus sit iste, q nobis hodie Lucæ. 1
natus denuntiatur, ad quod sanctus archangelus Gabriel respondet: Hic, inquiēs, erit magnus
C & filius altissimi vocabitur, & dabit illi dominus deus sedē Dauid patris eius, & regnabit in do
mo Iacob in æternū, & regni eius nō erit finis. Veruntamē Esaias propheta spū sancto reple- Esaiæ. 9.
tus, clarius, pleniusq; loquutus videt̄, dicēdo: Puer natus est nobis, filius datus est nobis, & voca
bitur nomē eius admirabilis, cōsiliarius, deus fortis, p̄r futuri seculi, princeps pacis. In qbus an-
gelicis atq; propheticis verbis duplex in Chr̄o natura, & vna ꝑsonalitas designant̄. Est em̄ in
eo vera, æterna, ac plena deitas, vera quoq; humanitas. Et in gemina hac natura, vna ꝑsona est
Chr̄s, qui ꝑ generationē æternā, intellectualē, diuinā, accepit à p̄re deitatis naturā. Per genera
tionē vero tēporalē, corporalē, humanā accepit à virgine matre naturā hūanā. Ecce qs, q̄lis, &
q̄tus est, q hodie natus ē nobis: Quis, qa verus deus, dei patris vnigenitus filius. Qualis, qa om-
nipotēs. Quātus, qa immēsus. Et ista sibi cōueniūt secūdū deitatis naturā, secūdū quā est patri
cōsubstātialis, æqualis, & coæternus. Secūdū naturā vero assumptā, est hō penitus innocēs, tāta
gr̄a, sanctitate & gloria adimpletus, ꝙ natura creata maioris capax esse nō potest, sed tota suę
hūanitatis capacitas fuit in eo repleta. Gaudeamus ergo in dn̄o, & totis p̄cordijs regratiemur
deo vni ac trino, ꝙ is, talis ac tātus hodie nobis est natus. Siquidē deus & creator noster, factus Bernard.
est frater & saluator noster, nō angelorū, sed hominū assumpsit naturā, factus est homo, nō an
gelus. Ecce q̄ incōprehensibilr̄, magnifice egit nobiscū, quantū subleuauit & honorauit naturā Johā. 1.
humanā, eam potissimū quā assumpsit, quā hypostatica vnione sibi vniuit, & ꝑ eam totum re-
demit genus humanū. Vident omnes angelici spūs in dn̄o deo suo humanā naturā deitati im-
mediate suppositali cōiunctiōe vnitā, omi creaturæ incōparabilr̄, ineffabilr̄q; p̄latā. Et sup hoc
vehemētissime admirant̄, infinitā dei dignationē, pietatē, bonitatē, charitatē, munificētiā, cō-
prehēdere nō valētes, nec genus humanū paruipēdendū iā arbitrātes. Cū ergo dn̄s deus n̄r pro
pter nos tm̄ se exinaniuit, debemus cū omni diligētia eius circa nos charitatē, pietatē, dignatio
nē, liberalitatē aduertere, atq; pro viribus grates ac vicē repēdere. Nēpe in vltima mūdi ætate
cū totū pene mundū idololatria & alia horribilia innumerabilia vitia occupassent, nō obstanti-

bus tot & tãtis generis hũani sceleribus, vnigenitus dei deus verus essentialr̃ sanctus, in hũc mũ D
Lucę.2 dũ venire, humanã naturã assumere, ex virgine nasci, inter hoĩes cõuersari, eosq́ꝫ visitare, doce
Baruch.3 re, curare, saluare dignatus est. Quis hãc dei bonitatẽ, misericordiã, charitatẽ, patientiã cõcipe
Act.1. re, admirari, effari, collaudare, venerari sufficiat? Verũtamen laudemus, regratiemur, venere-
1.Johã.4 mur pro posse, & eũ q in tm̃ nos prior dilexit, feruẽter rediligamus, vicissitudinẽ prout possu-
mus ei exhibeamꝰ. Hoc qppe reqrit à nobis, hoc pro summa grãꝝ suscipit actiõe, hoc pro vi-
cissitudinis redditiõe acceptat, vt p̃memoratã ipsius bonitatẽ, charitatẽ, misericordiã, dignatio
nẽ, munificẽtiã nõ solũ mẽte recognoscamus & verbis laudemus, sed opibus q̊q; pro posse se-
ctemur, vt simus & nos cũctis beniuoli, & alios q̃uis aduersarios charitate p̃ueniamus, & visce-
ra misericordiæ geramus & demõstremus ad eos, dignãter & pie ad oẽs nos habeamus, atque
vniuersis & singulis q̃tũ valet possibilitas nr̃a bñfacere nõ cessemus, quicqd boni nobis desuper
cõcessum est alijs liberalr̃ cõicantes. Nec ab hac dei incarnati & hodie nobis nati imitatiõe q̊-
Roma.12 rũcũq; improbitate, ingratitudie, malitia retrahamur, ne vincamur à malo, sed mala proximo
Lucę.2 rũ vincamus ĩ bono. Quẽadmodũ Chr̃s deus nr̃ hodie nobis natus sua bonitate, sapiã, pietate
Psal.7 nr̃as vicit malitias. Pensemus qd dicat ꝓpheta: Si reddidi, inqt, retribuẽtibus mihi mala, deci-
dã merito ab inimicis meis inanis. Persequat̃ inimicus animã meã & cõprehẽdat, & conculcet
in terra vitã meã, & gloriã meã in puluerẽ deducat. Ecce q̃ta mala sibi imp̃cat̃ vir sc̃tũs, si iniu-
riantibus sibi, mala retribuit, si vltus ẽ semetipm̃. Vbi ergo nos religiosi manebimus? qd fiet de
nobis? vbi latebimus si nobis mala inferẽtibus, mala retribuamꝰ, si vindicare nos volumus, q̃iã
Prouc.20 Chr̄i p̃cepta, cõsilia, documẽta, exẽpla suscepimꝰ & habemus? Cũ & Salomon in veteri dixerit
Job.31. test. Ne dicas, reddã malũ ꝓ malo, expecta dñm & liberabit te. Iob q̊q; in lege naturę: Si gaui- E
sus sum, inqt, ad ruinã eius q me oderat, & exultaui ꝙ inuenisset eũ malũ, p̃sertim cũ nr̃a à no-
bis reqrat ꝓfessio, subiectiõe, & abiectiõe gaudere. Pręterea, qm̃ dñs maiestatis tm̃ se inclinauit
Gala.5 ꝙ nr̃æ propaginis sibi assumpsit naturã, debemus nos ſp humillime inclinare, & fratribus nr̃is
pie nos ac affabilr̃ applicare, atq; p charitatẽ seruire in inuicẽ, imò p humilitatẽ supiores inuicẽ
æstimare, nec quenq̃ quasi vilẽ, imperitũ, aut defectuosum ita despicere, vt q̃si dedignemur eũ
affari, assidere, sociũq́ꝫ habere, imò recordemur frequẽter q̊d p Esaiã loquit̃ ſpũs sanctus: Vę q
Esa.33 spernis, nõne & ipse sperneris? Cũ fatigatus defieris cõtẽnere, tũc & ipse cõtẽneris. Idcirco cõ-
sideret vnusqsq; ꝓprias defectuositates, culpas, ærũnas & alioꝝ virtutes seu bona. Sicq́ꝫ cõtem
2.Petri.2 net seipm̃, nõ alios. O q̃ta incidũt vitia q sibiipsis inaniter placẽt, & in ꝓprijs oculis magni sunt
de qbus princeps ait aploꝝ: Audaces, sibi placẽtes. Isti in hac p̃clariss. solẽnitate ſpũalr̃ nequeũt
Lucę.2 exultare. Nos vero p̃fatas abijciẽtes insanias, attẽto ꝙ angelus sc̃tũs euangelizauerit nobis hoc
die gaudiũ magnũ, gloriemur hoc die, & deinceps in dño lætet̃ cor nr̃m vt timeat deũ. Exultẽt
Psalm.85 labia nr̃a cũ cãtauerimꝰ ei, & qcqd ſpũali gaudio cõtrariat̃ vitemꝰ. Spũale etem̃ gaudiũ virtuo
Psalm.70 sæ ẽ actiõi annexũ, & ꝓcedit ex ea. Propterea volẽs in dño ſpũalr̃ gloriari, necesse habet virtu
osis actibus inhęrere, otiositates, loq̃citates, dissolutiões, cõtentiões reijcere, & ea q̃ agit ad dei
honorẽ humilr̃ ordinare, ne & de ipsis bonis inaniter extollat̃ ac fatue gloriet̃. Faciat sibi religi-
Deuter.4 osus vim vtilẽ, violẽtiã salutarẽ, custodiẽs semetipm̃ & animã suã solicite, q̊usq; ad cõsuetudinẽ
pueniat bonã, q̃ adepta erit sibi pfacile & iucũdũ passiões reprimere, solitudini, silẽtioq́ꝫ vaca-
re, orõnibus, meditatiõibus, psalmodijs, vigilijs occupari. In colloqo q̊q; & cũ visitãtibꝰ mode F
ramẽ seruare ĩ verbis, cõdecẽtiãq́ꝫ ĩ moribꝰ. Hos ergo celeberrimos dies cũ ingẽti alacritate &
deuotione p̃cipua fructuose ac saluberrime expẽdamꝰ, nec vigilię molestent quẽpiã, sed delē-
ctẽt, laudibꝰ dei officijsq́ꝫ diuis, nõ tædiũ, nõ somnolẽtia, sed feruor ac diligẽtia misceant̃, & pu
ero deo ꝓpter nos nato bñdictiõnẽ, grãꝝ actiõnẽ, honorẽ, cultũ, subiectiõnẽ amorose ac de-
uotissime iugiter offeramus. Ad laudẽ & gloriam omnipotentis.

¶ Sermo. IX. Cur dei filius incarnatus & hõ fit natus, & p hæc qd misero homini collatũ.

HOmo natus ẽ in ea, & ipse fundauit eã altissimꝰ, In psalmo. Secũdũ sacræ scripturæ do
ctrinã, in vno oẽs peccauimꝰ, cecidimus, pditi fuimus, & eramꝰ natura filij iræ, ꝓpter
primi trãsgressionẽ parẽtis. Per vnũ q̊q; hoc est p Chr̄i incarnationẽ, obediẽtiã, pas-
Ephe.2 sionẽ sumus recuperati, redẽpti, & deo recõciliati. Propter q̊d loquit̃ Paulus: Sicut in
Adã oẽs moriunt̃, ita in Chr̄o oẽs viuificabunt̃. Et rursus: Per vnum, inqt, hoĩem pc̃m̃ in hũc
mũdũ intrauit, & p pc̃m̃ mors. Et sicut p vnius inobediẽtiã, pc̃tores cõstituti sunt multi, ita p
1.Cor.15. vnius obediẽtiã iusti cõstituent̃ multi. Oportet igit̃ scire, qd boni p primi parẽtis p̃uaricatio-
Ro.5 nẽ amisimꝰ, & qd mali p eã incurrimꝰ. Quid itẽ boni p Chr̄m simus adepti & adepturi, & qd
mali p eũ euasimꝰ. Ad q̊d declarãdũ necesse ẽ tãgere, q̃liter primi parẽtes fuerãt instituti. Et q̃-
uis inter doctores inueniat̃ dissensio, an creati fuerãt in charitate & grã gratũ faciẽte, cõcordi-
ter tñ dicũt, ꝙ creati erãt in originali iustitia, & magna ordinatiõe interioꝝ suoꝝ ac trãquilli-
tate, atq; scia naturaliũ reꝝ, Quæ scia magis abũdauit in Adã q̃ Eua. Habuerũt itẽ alias q̃sdã in-
fusas diuinoꝝ ac mysticoꝝ notitias, potissimũ Adã. Porrò p originalẽ seu naturalẽ iustitiã fue
rũt in primis parẽtibus caro subiecta aĩæ, sensualitas rõni ac volũtati, rõ ac volũtas deo. Et q̃diu
ratio

A ratio & volūtas māserūt deo obediētes, obediuit sensitiua pars rōni, & caro spūi. Mox vero vt
rō & volūtas diuīæ inobediētes factæ sunt iussiōi, cœpit sensualitas rōni esse rebellis, corpusq́;
aīæ. Deniq; Adā dei trāsgrediēdo pceptū, non sibi dūtaxat, sed & omni suę posteritati meruit
originalis iustitię amissionē, deinde carnis passibilitatē, mortalitatē, imò & moriēdi necessita-
tē, variasq́; ærūnas, angustias, & labores, qbus in hac vita subijcimur atq; deprimimur. Prome
rēdo demū sibi ac posteris suis originalis destitutionē iustitiæ, promeruit sibi & eis regni cœle
stis clausurā seu pœnā dāni. Hinc oēs in originali nascimur culpa, & paruuli sine baptismo de-
cedētes gloria priuant̄ cęlesti. Ad hoc igit̄ dei filius hūanā assumpsit naturā, vt ab oībus illis in-
cōmodis nos saluaret, q̄ p primordialē Adæ trāsgressionē incurrimus, vt. s. ad originalis iusti-
tiæ cōformitatē nos reducat, grām & virtutes nobis recuperet, & regnū restituat sempiternū.
Sicq́; in futura resurrectiōe ab om̄i passibilitate, mortalitate, atq; miseria redimat suos electos.
Ad originalis aūt iustitię cōformitatē in baptismo reducit, in q̄ etiā grā gratū faciēs, & virtutes
donaq́; spūs scti baptizatis infundunt̄, ac ianua regni aperit̄ cœlestis. Sed sciscitari qs posset, an
ne alius q̄ vnigenitus dei filius poterat hoīem sic saluare. Ad q̄d rn̄det̄, q nulla pura creatura ad
hoc fuit idonea, tū propter grauitatē pcti, tū propter cōicabilitatē naturæ in infinitū, tū ꝓpter
grē eminētiā, tū propter æternæ beatitudinis dignitatē, prout hæc alibi diffusius sunt ostēsa,
& nūc breuiter repeti pn̄t. Primo itaq; propter grauitatē pcti hoc fieri nō valebat, qa cū deus
sit dignitatis ac sctitatis penitus infinitæ, pctm̄ mortale q̄ ipse cōtemnit̄ & offendit̄, est enormi
tatis qdāmodo infinitæ, ideo ad expiationē ipsius, necessarius fuit recōciliator, satisfactor, me-
B diator, & saluator dignitatis & efficaciæ infinitæ. In cuius etiā fide & virtute, pro alijs pctis sa-
tisfit à pctōribus. Secūdo, propter naturę hūanæ cōicabilitatē immenasm, propter quā pro
totius hūani gn̄is pctis satisfacere, & totā in oībus recuperare naturā nō fuit idoneus, nisi infi-
nitæ dignitatis saluator, cū maius sit satisfacere pro pluribus, q̄ pro vno. Tertio, propter grę
gratū faciētis dignitatē, q̄ grā cū sit diuinæ essentiæ similitudo supnaturalis, hoīem in supnatu
rali, deiformiq́; esse cōstituēs, est q̄dāmodo dignitatis immēsæ, ita q eā toti hūano generi pro-
mereri nulla pura creatura fuit cōdigna. Quarto, propter æternæ beatitudinis dignitatē, q̄ be
atitudo cū sit summi, increati, & infiniti boni immediata, beatifica ac plena fruitio, est dignita
tis magis infinitæ q̄ grā. Præterea cur filio magis q̄ patri aut spūi sancto cōpetebat incarnari,
rōnabiles causæ tradunt̄. Filio nāq; specialr̄ cōpetit, patrē placare, atq; pro prīs honore zelari.
Rursus qn̄ filio proprie cōpetit similitudo cū prē, angelus aūt & hō dei similitudinē inordina Esa. 14
te cupierāt, & sibi q̄d filij est q̄dāmodo vsurpabāt. Sicq́; in filiū specialr̄ peccauerunt, propter Gene. 3
q̄d pr̄ ꝓ filio zelās, vtrūq; dānauit, filius vero cōspiciēs patrē ita pro se zelatū, & rōnales creatu
ras dānasse, volēs patri recuperare q̄d sui occasione ꝑdiderat, serui induit formā, & angelicā re
parauit ruinā ꝑ hūani generis saluationē. Insuꝑ homini cū verbo æterno est specialis assimila- Phil. 2.
tio, qn̄ homo à rōnali seu intellectuali ꝑfectiōe sortitus est spēm. Vnde & aīal rōnale mortale
eē diffinit̄, verbū aūt æternū emanatio est intellectus prīs æterni, exēplarisq́; rō oīm rerꝫ. Am-
plius filio in diuīs magis q̄ alteri ꝑsonæ cōgruebat eē filiū hoīs. Rursus si pr̄ aut spūs sctūs eēt in
carnatus, essent duo filij in diuīs, & videret̄ ibi eē q̄si quędā filiatiōis cōfusio. Adhuc aūt sicut oīa
ꝑ filiū sunt creata, sic ꝑ eū oīa decuit reformari. Ex ꝑhabitis innotescit, cur sancti doctores af-
C firmēt, q filij dei ad infima descensio sit nr̄a ad summa prouectio, q verbi incarnatio sit nostra
deificatio, q eius exinanitio atq; dignatio sit nr̄a sublimatio ac dignificatio, vtpote, q̄nam
vnigenitus dei ita se ꝓpter nos inclinādo, exinaniēdo, hūanæ naturæ applicādo, promeruit si
ue obtinuit nobis grarꝫ charismata in ꝑsenti, & dona gloriæ in futuro, ꝑ quæ deificamur, digni
ficamur, ac sublimamur. Cū igit̄ istis ex causis sit dei filius incarnatus, studeamus indesinēter ab
omni corruptiōe vitiorꝫ, passionūq́; abstinere, vt simus integri mēte in nullo deficiētes, & to- Psalm. 62
to corde domino iugiter adhærētes. Iuxta q̄d scriptū est: Adhæsit aīa mea post te. Et: Mihi ad- Psal. 72
hærere deo bonū est. Conemur q̄tidie deificari, hoc est deo ꝑ dona grē ac virtutū, earꝫq́; act⁹
& spūales profectus, ꝑsertim ꝑ cōtēplatiōis splēdorē ac sanctæ dilectiōis feruorē, magis ac sup-
naturalius assimilari. Cū em̄ deo sit propriū misereri ac parcere, ꝑ pietatē internā, & misericor
diæ viscera, pia, copiosa, viscerosaq́; opa, deo valde salubriter cōformamur, quatenus, sicut ipse
met dn̄s deus à nobis miserrimis toties & tā dire offensus, nō protinus infert irā nec vlciscitur
scelus valde, sed cōdolet, lōganimiter ꝑstolat̄, imò ꝑ se & angelos sanctos ac hoīes bonos, ꝑ bn̄ Job. 35
ficia & miracula ac flagella, ad recōciliationē & emendationē nos exhortat̄. Propter q̄d asserit Judith. 8.
Paulus: Pro Chr̄o legatiōe fungimur, tanq̄ deo exhortāte ꝑ nos. Obsecramus pro Chr̄o, recō 2. Cor. 5
ciliamini deo. Ita nos iniuriatorib⁹ nr̄is cōdoleamus, nō irascamur, ignoscamus, nō vlciscamur
eosq́; pie ꝑueniamus, & omni q̄ possumus modo ad charitatē, pacē, & emēdationē eos traha-
mus. ¶ Deniq; cū tā iustus sit deus vt nullū pctm̄ deserat impunitū, tūc iusto deo salubriter assi-
milamur, cū nullū in nobisipsis pctm̄ dimittimus impunitū, indiscussum, indijudicatū. Verum
sunt aliqui ad vindictā culpæ proximorꝫ suorꝫ pronissimi, hortāturq́; ꝑsidētē vt illos corripiat
acriter & castiget, proprias vero vitiositates dissimulāt, nec tāgi, corripi, corrigiq́; ꝑmittunt.

Qui si vera charitate atq; iustitia essent ornati, inciperēt à seipsis. Postremo, cū vnūquodq; illi D
potissimū cōformet, cuius actionibus magis insistit, & ipsi deo oīpotēti ac adorādo sit propriū
seipsum æternal'r cōtemplari ac summe diligere, certū est, φ quāto ipsius cōtemplatiōi atq; feruenti dilectioni frequētius, purius, stabiliusq; vacamus, tanto deiformiores efficimur.

¶ Sermo. X. De fructu īcarnatiōis, natiuitatisq; Chri, & quō se illo dignificare debeāt religiosi.

NOtum fecit dñs salutare suū, in cōspectu gentiū reuelauit iustitiā suā. In psalmo. Cū finis incarnationis, natiuitatis & passionis filij dei sit salus mūdi & honorificentia ac gloria supgloriosissimæ trinitatis, ideo sicut ab exordio seculi cœpit summe pius ac sapientiss. deus Chri aduentū, natiuitatē, passionē ac cætera eius mysteria pnūtiare,
Acto.3 sic Chro nato mox cœpit eius natiuitatē ac liberationē p eū fiendā, tā Iudæis q̄ gētibus reuelare, vt vniuersi ad dei cognitionē maiorē pduci inciperēt, & bñficia dei agnoscere, grati esse, ac suæ saluti prouidere satagerēt. Hinc eadē qua natus est Chrs hora, angelus sanctus apparuit, di
Luce.2 xitq; pastoribus: Euāgelizo vobis gaudiū magnū, qa natus est vobis saluator. Tunc q̄q;(vt cre
Matth.2 dit) stella in oriēte apparuit tribus Magis, & eos ad Chrm ducere cœpit. Pastores vero, q̄ viderant & audierāt, cæteris retulerūt Iudæis, similiter Magi gētilibus, atq; vt asserit Leo papa: Nō tūc latuit Chri natiuitas Romanū imperiū, qa tūc Romæ fons olei erupisse & tēplū æternitatis corruisse, vnaq; Sibyllaꝝ Octauiano Imperatori de Chro loquuta, legunt. Per alia q̄q; multa tūc fuerat declarata, sicut in aurea fert legenda. Hinc p Esaiā pdictū est: Parauit dñs brachiū
Esa.52 sanctū suū in oculis omniū gentiū. Et videbūt oēs fines terræ salutare dei nostri. Hoc est quod iustus Symeon cecinit, cū pueꝝ Iesum in vlnis tenens, gratulabūdus inter cætera sic deprompsit: Viderūt oculi mei salutare tuū dñe, quod parasti ante faciē omniū populoꝝ, &c. ¶ Porrò E
Luc.2 Christus secundū naturā humanā assumptā, salutare dei vocat, qm̄ deus pater seu trinitas tota p ipsum saluauit genus humanū, quemadmodū scriptū est: Deus aūt rex noster ante secula ope
Psalm.73 ratus est salutē in medio terræ. Vnde p Esaiā loquit pater ad Christū: Dedi te in lucē gentiū, vt
Esa.49 sis salus mea vsq; ad extremū terræ. Idcirco asserit dñs Iesus: A meipso facio nihil, pater vero in
Joan.14 me manens ipse facit opera. Præterea quāuis ab exordio mūdi deus natural'r bonus, pius, & liberalis, diuersa & magna beneficia, gratiarūq; dona hoībus sit largitus, postq̄ tñ assumpsit de nobis q̄d nostrū est, hoc est postq̄ ex virgine gloriosa, proxima, dña & sorore nostra humanā
Psalm.50 assumpsit naturā, cœpit præ solito q̄ sua sunt copiosissime impartiri & cōmunicare hoībus, electorūq; corda gratiosissime visitare, mētes illuminare, incerta & occulta sapiētiæ suæ manifestare eisdē. Et q̄d ante paucis prophetis reuelauit ac patriarchis, iā vndiq; vniuersis orsus est pu
Hiere.31. blicare. Propter q̄d p Hieremiā pdixit: Oēs cognoscēt me à minimo eoꝝ vsq; ad maximū. Et
Esa.11. in Esaia scriptū est: Repleta est terra scientia dñi, sicut guttę maris operiētes. Hinc Chro nondū nato beatissimus Iohānes Bapt. in vtero matris spū sancto repletus est, & parētes eius copiosa
Lucę.1. gr̄a sunt perfusi, natoq; Christo pastores, Symeon, Anna, & alij multi. Nihilominus verum est
Lucę.2 q̄d ait Iohānes Euāgelista: Spūs nōdū erat datus, qa Iesus nōdū erat glorificatus. Quāuis eñ q̄
Johā.7 dicta sunt ante Chri glorificationē, q̄ in eius resurrectiōe & ascensione peracta est, cœperint fieri, nō tamē in tāta plenitudine datus est spūs sanctus ante Chri ascēsionē, vt postea, nō φ virgo sacratissima & Iohānes Bapt. ante diē illū pentecostes nō acceperint spm̄ sanctū tā copiose sicut in die pentecostes apostoli, imò de virgine bñdicta nullū est dubium, quin copiosius valde. Sed q̄d ante in paucis fiebat electis, in die pentecostes & postmodū vsq; in p̄sens in multis mili F bus factū est vbiq; terraꝝ. Itaq; cū idcirco venerit Chrūs vt in dei cognitiōe crescamus, & ad
Ephe.1. beatificā eius pueniamus notitiā, studeamus in dei cognitiōe proficere, queādmodum Paulus hortat: Pater gloriæ det vobis spm̄ sapientiæ in agnitiōe eius, illuminatos oculos cordis vestri.
Col.1 Et alibi: Postulamus, inqt, vt impleamini agnitione volūtatis dei in omni sapiētia & intellectu spūali, vt ambuletis digne deo, p oīa crescentes in scīa dei. Quæ oīa p̄sertim intelligi possunt de sapiētia, intellectu & scīa, prout sunt dona spūs sancti, nō prout sunt habitus acquisiti. Quanq̄ etiā possint intelligi de sapiētia, intellectu, scīa, inquantū acquisiti habitus appellant. Sapientia aūt & intellectus atq; scientia, vt sunt inter septē dona spūs sancti, oībus & solis in charitate & gr̄a existentibus insunt. Idcirco sicut p actus meritorios ac deuotos cū diligētia tota factos proficimus in charitate, ita & in sapientia, intellectu, & scīa iam p̄fatis. Sapiētia vero & intellectus, ac scientia prout sunt habitus acquisiti, humano studio addiscunt, legēdo, audiēdo, seu inueniendo. Sicq; ad intelligendū sacrā scripturā, ad agnoscēdū varios intellectus ipsius, ad sciendū q̄ de creaturis in scripturis tradunt, studiosi esse debemus, cū ipsa scriptura sit quasi ep'la nobis à spū sancto missa, ad quā intelligendā nō laborare, est spūs sancti verba paruipēdere, & eius excellētiæ derogare. Verūtamē ad proficiendū in sapīa, intellectu, & scīa prout sunt dona spiritus
Sap.1. sancti p̄cipue debemus inuigilare, cordis puritati studēdo, & omni malitiæ resistēdo. In mali-
Matth.5. uolā eñ animā nō introibit sapiētia ista q̄ donū est, nec habitabit in corpore subdito pc̄tis. Mūdi vero corde illuminātur à deo, à cuius gratiosa ac affluentissima illuminatione nihil nos im-
Hiere.5 pedit, nisi propria culpa, remissio seu negligētia. Quemadmodū loquit Hieremias: Peccata ve

stra

A stra prohibuerũt bonũ à vobis. Et Esaias: Iniquitates, inq̃t, vestræ diuiserũt inter deũ vestrũ & Esaiæ.59
vos. Ideo Samuel primo Regũ hortat̃: Præparate corda vestra dño. Debet etẽm homo facere 1. Regũ.7
q̃d est in se, se disponẽdo ad gr̃arũ charismata, ad sapiẽtiæ salutaris suscipiẽda fluenta & incre-
mẽta. Propter q̃d ait Psalmista: Accedite ad eũ & illuminamini. In prouer. q̃q; fert: Hominis Psalm.33.
est animũ p̃parare. Imò q̃to plus ad ea nos p̃paramus, desiderãdo, orãdo, vitia declinãdo, pas- Proue.16
sionẽ dominicã intime recolẽdo, virtuosis exercitijs inhęrẽdo, tãto abũdãtius eis implebimur
Cũ apud Iob dicat̃: Si direxerit homo ad deũ cor suũ, sp̃m illius & flatũ ad se trahet. Insup car- Iob.34
nalia oblectamẽta, gustus & tactus necesse ẽ vitare. Quia vt in Iob asserit̃, sapiẽtia ista nõ inue- Iob.28
nitur in terra suauiter viuentiũ. Propter q̃d p Esaiã inducit̃: Quẽ docebit dñs scientiã, & quem Esa.28
intelligere faciet auditũ. Ablactatos à lacte, auulsos ab vbere. Et breuiter, Cũ vniuersa pctã non
sint nisi quædã stultitiæ, oportet nõ solum ab omni abstinere peccato mortali, sed etiã à venia Pro.15
libus, quantũ hũana p̃mittit fragilitas, & p̃sertim ab incustodia oris, q̃a vt Salomon protestat̃: Proue.29
Qui incõsideratus est ad loquendũ, sentiet mala. Et iterũ ait: Vidisti aliquẽ velocẽ ad loquendũ,
stultitia magis sperãda est, q̃ illius correctio. Præterea sic agẽtes p̃paramus & exhibemus pue-
ro Iesu deo æterno propter nos hodie nato, speciosissimũ intra nos thalamũ, cunabula mollia,
repausatoriũ placitũ ac suaue, vtpote propriã mentẽ sanctarũ cogitationũ varietate ornatam,
ardentiũ affectionũ synceritate fragrantẽ, virtutũ ac donorũ depictã habitibus, bonorũq; ope
rũ diuitẽ meritis, virtuosis actibus iugiter occupatã. O q̃ libẽter in hm̃oi mẽte Chrũs quiescit.
Quod vt fiat in nobis, indefesse conemur ne inutiliũ cogitationũ pulueribus, ne verborũ ina-
niũ maculis, ne illicitarũ appetitionũ inquinamẽtis, ne negligẽtiarũ & pigritiarũ cineribus, do-
B miciliũ nostræ aïæ respergamus, mẽtẽ dehonestemus, locũ diabolo p̃paremꝰ. Sed nec ebrieta Luc.21
te aut crapula cor nr̃m grauet̃. Qm̃ optimũ est gr̃a stabiliri cor, nõ escis. Beatus est plane cui q̃- Hebr.13
tidie zelus inest ardẽtior deo placẽdi, proximis succurrẽdi, in sapiã salutari crescendi.

¶Sermo. XI. De triplici Christi natiuitate siue generatione.

DOminus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. In psalmo. Triplex assi-
gnat̃ generatio Chr̃i tã admirãda, vt de vnaquaq; earũ verificet̃ illud Esaiæ: Gene- Esa.53
rationẽ eius q̃s enarrabit. ¶Prima, q̃ & incõparabil'r admirabilis, ineffabilis, incom
prehẽsibilisq; cõsistit, est gñatio illa æterna, diuina & intellectualis, qua à patre æter-
no æternal'r, immaterial'r, atq; inuariabil'r genitus est, Nã deus pr̃ cũ sit mens actualissima, sim-
plicissima, fœcũdiss. & sup sapientiss. seipm incessabiliter ac æternal'r intuens & intelligẽs, suijpsi
us conceptũ & verbũ internũ intra se profert ac gignit. Quod ẽm in se & de se intuet̃ ac con-
spicit, hoc intra se exprimit. Et hæc ipsa exp̃ssio seu interna loquutio dei patris, est actiua gene
ratio eius. Ipsa vero verbi prolatio, est passiua ipsius gñatio. Porrò verbũ ita à patre prolatum
recte appellat̃ filius eius, cũ sit emanatio intellectus paterni, secundũ rõnem similitudinis ab ip
so p̃cedẽs. Hinc q̃q; vocat̃ imago patris, imago vtiq; naturalis, plena, pfecta, cõsubstãtialis, in
qua quicq̃d patris est, plenissime splẽdet. Simili rõne dicit̃ splẽdor lucis æternæ, & speculũ sine
macula maiestatis dei patris, atq; figura seu character substãtiæ eius, quẽadmodũ ad Hebræos Heb.1.
& apud Sapientẽ patet. Insup qm̃ deus pr̃ vno & eodẽ actu intelligẽdi cognoscit sepm & cun Sap.7
cta creata, ideo vnico actu generat verbũ suũ æternũ pfectũ, q̃d est suijpsius imago, & oĩm rerũ
creaturarũ exemplar, Idæa, & architypa ratio. De hac generatione sua æterna loquit̃ filius dei, Pro.8.
C sub noïe sapientiæ. Nondũ erant abyssi, & ego iã concepta erã. Ante colles ego parturiebar.
Quando p̃parabat cœlos, aderã, & erã cum eo cuncta cõponens. Et rursus: Ego ex ore altissi- Eccl.24
mi prodiui, primogenita ante omnẽ creaturã. Vnde & p Esaiã loquit̃ pater: Nunquid ego qui Esa.66
alios parere facio, ip̃e non pariã? Si ego q generationẽ alijs tribuo, sterilis remanebo? Deniq;
generatio ista æterna q̃uis tantundẽ exprimat̃ & capiat̃ à nobis, nihilominus incõp̃hensibilis,
& ineffabilis fert̃. Qm̃ qualis sit & qual'r actu cõsistat siue agat̃ generatio illa, nequaq̃ plene vt ẽ
cõprehẽdere possumus, aut effari. Et multa circa eã credunt̃, quæ omnẽ naturalẽ rõnem trans
cendũt, & omnẽ capacitatẽ mẽtis humanę excedũt. Vt, q̃ in patre sunt idẽ realiter p̃sona gene
rans, essentia eius & generatio sua actiua. Filius quoq; eandẽ numero cũ patre essentiam habe-
at. Et quãuis vere generet̃ à patre, non tamẽ in eo est indigẽtia, dependẽtia, potentialitas, aut
impfectio vlla. Et breuiter, q̃ incomp̃hensibilis & ineffabilis est deus pater, tã incomp̃hẽsibilis
& indicibilis est gñatio eius. Et idẽ sentiendũ de filio, ad quod insinuandũ loquit̃ Salomon di-
cens: Quod nomẽ eius & q̃d nomẽ filij eius, si nosti? ¶Præterea alia est generatio Christi hu- Pro.30
mana, corporalis, ac tẽporalis, qua hodierna die processit ex virgine matre, q̃ item ineffabilis, Luce.2
incomp̃hensibilisq; est. Cũ nec hoc valeat comp̃hendi, qualiter verus homo ex clauso prodijt Esa.9.
virginis vtero, Nec hoc, qual'r p̃sona æterna, verusq; deus de nouo sit veraciter generatꝰ, Nec
illud, qual'r Christo hincinde realiter atq; local'r moto, nequaq̃, hoc est, nec p se neq; p accidẽs
mota sint oĩa quæ erãt & sunt in eo. Nã diuinitas eius semp mansit prorsus immobilis. Præter
ea generatio ista Christi humana ponit̃ duplex, vna in vtero, & alia ex vtero. De quarũ prima
habet̃ in Matth. Quod in ea natũ est, de spũ sancto est. Hæc gñatio facta est in annũtiatiõe do- Matth.1.
minica

Luce.1. minica,qñ ad verba archāgeli Gabrielis rñdit diuiniss. virgo: Ecce ancilla dñi,fiat mihi secundū verbū tuū. Tunc ēm oīpotente & infinita dei agēte virtute,pstantiss. virgo in instāti filium dei D cōcepit,ita φ tūc in momēto formatū & organizatū est corpus Chr̄i & aīa eius creata, corporiq́ꝫ vnita,atqꝫ vtrūqꝫ simul formalr iunctū,est à verbo æterno assumptū,& suæ diuinitati immediata,psonaliq́ꝫ vnione cōiunctū,ita φ in increato eē hypostatico verbi supposita est hūanitas Chr̄i,& sic tūc generatus & natus est Chrūs in vtero. Nā & in cæteris gñalibus gñatio in vtero nūcupat̃,qñ anima corpori copulat̃. Generatio aūt ex vtero est q̄si manifestatio seu proditio gñationis factæ in vtero,seu geniti nati in eo. ¶ Tertia gñatio Chr̄i est spūalis,q̄ ipse spūaliter nascit̃ seu esse incipit in cordibus credentiū,& eoꝝ q cōuertūtur ad ipm,seu regenerant̃ in eo,quæ generatio valde extat mirabilis Quis ēm satis valeat admirari,qualr totus pene mūdus Matt.27 ad eū cōuersus est,eūq́ꝫ credidit esse veꝝ deū q homo est,& in tāta humilitate,paupertate ac p Luc.23 sequutionibus vixit in mūdo,ac tandē amarissimā atqꝫ turpiss. mortē tolerauit in ipso latronū patibulo. Luce clarius cōstat,istud nunq̄ fieri potuisse,nisi oīpotente deo agēte,qui p tot & tāta sibi soli possibilia miracula,mūdū cōuertit ad Christū,imò potius p interiores instinctus diuinos,p illuminationes supnas,p inspirationes secretas id egit. Nec exteriora miracula per se fuissent ad hoc sufficiētia,propter tarditatē,fragilitatē,imò & puersitatē cordis humani. Hanc quoqꝫ tā admirabilē fidē cōseruauit & pualere fecit deus oīpotens,inter tot fidei impugnationes à tyrānis,ab hæreticis,à philosophis,à Iudæis,& ab inuisibilibus hostibus eius,quam & nūc vsqꝫ cōseruat,& vsqꝫ in finē mūdi oīpotens cōseruabit. Quanq̄ tpe Antichristi ad tēpus modicū videbit̃ ex magna parte occūbere,sed tūc paulo post,plus q̄ vnq̄ ante,vigebit. Vnde ad insinuandū causam ineffabilitatis gñationis istius spūalis Chr̄i,cū Esaias propheta dixisset: Generationē eius qs enarrabit? subtilissime addidit,qa abscisus est de terra viuentiū. Pro quo septuaginta transtulerūt,qa tollet̃ de terra vita illius,.i. per occisionē auferet̃ de seculo isto. Itaqꝫ enitamur ad hoc,vt Chrūs semp spūaliter generet̃ in nobis,p gr̄æ incremēta,& virtutū profectus. E Ipse etēm in Euāgelio protestat̃: Quicūqꝫ fecerit volūtatē patris mei q in cœlis est,ipse meus Matth.13 frater & soror & mater est. Deniqꝫ ad hoc filius dei de virgīe matre corporalr natus est,vt spiritualiter in oībus nobis nascat̃,& renascamur in eo. Nascit̃ quippe in nobis,qñ per fidē & charitatē incipit esse in nobis,aut certe p charitatis & cæteraꝝ incremēta virtutū,splēdidius ac pfectius demorat̃ & regnat in nobis,q̄ ante. Vtraqꝫ vero gñatio ista Chr̄i ordinat̃ ad hoc, vt ad clarā ac beatificā cōtemplationē primæ & æternæ generationis Chr̄i pueniamus,qa in hoc plena cōsistit electoꝝ felicitas,vt supbeatissimæ trinitatis essentiā,cōsistentiā,emanationē & cōmunicationē ad intra,mutuā quoqꝫ intuitionē,dilectionē,cōplacentiā & fruitionē clare p speciem cōtemplent̃. O q̄ inæstimabilr gaudēt oēs cœlestis Hierusalē ciues,lympidissime intuendo,quēadmodū vnigenitus filius à patre æterno inuariabilr generat̃. Quēadmodū etiam spūs sanctus à patre & filio tanq̄ ab vno principio æternalr profluit & spirat̃. Quēadmodū pater se totū cōmunicat filio,pater quoqꝫ & filius spūi sancto. Qualiter itē hæ tres supbenedictæ psonę se inuicem intuētur supclarissime cū infinita delectatiōe,ac supardētissime diligūt cū immensa suauitate? Hoc & nūc per fidē ac sapiētiæ donū pie ac humiliter cōtemplemur cū intima congratulatione. ¶ Postremo,vt ad huiuscemodi cōtemplationē simus idonei,p exercitia virtutū moraliū oportet nos p̄parari,purgari ac reformari. Quomodo ēm in tā supsplendidissimū,increatūq́ꝫ lumē mens poterit figi,si motibus subiacet vitioꝝ,inquietudinibus passionū,atqꝫ facile hincinde instar arūdinis agitet̃? Necesse est ergo vt suo quisqꝫ aīo dominet̃,vt animositatē F suppeditet,iram,impatientiāq́ꝫ cōculcet,timoratus,custoditus,solicitus semp in deo existat,φ si ita habuerimus nos,erimus certe deo charissimi,affluētissime aderit nobis,stillicidia gr̄æ suæ,sapiæ riuos,charitatis ardores,lucē miserationū suaꝝ multiplicabit,pficiet,& cōseruabit in cordibus nr̄is. Vbiqꝫ itaqꝫ & indefesse aspiremus ad deū,& suspiremus ad eū,& intra nos,ipm alloquamur,inuocemus,laudemus ac veneremur,ne ad momētū recedat à nobis,ne gr̄a eius minuatur in nobis,ne charitas vnq̄ tepescat aut spūale studiū remittat̃,imò q̄tidie virtuosiores,feruētiores,efficacioresq́ꝫ simus in omni eius obsequio. Ad laudē & gloriam eius

¶ Sermo. XII. De nudo ac misero pueri Iesu in hunc mūdum ingressu,quo religiosi ad tolerātiam, paupertatemq́ꝫ prouocātur.

Luce.1. INuenietis infantē pānis inuolutū,& positū in psepio. Luc.2. Quemadmodū in Christo est duplex natura,vtpote diuina altissima & humana decliuis,sic in oībus quæ de ipso legūtur est cōsiderare quædā valde sublimia,& quædā valde decliuia. Quod etiā in ijs quæ Luce.2 de sua natiuitate legūtur,perpēdit̃. Quod ēm natus est de muliere egena,decliue esse videtur. Sed φ de virgine pura à spū sancto supnaturalr fœcūdata est genitus,quis satis miret̃? Hoc Ibidē. ergo sublime est atqꝫ deificū. Rursus,φ in stabulo natus,pāniculis inuolutus,atqꝫ in psepio reclinatus est,bassum asserimus. Quod vero eius natiuitatē angelus nūtiauit pastoribus,φ pueru lū illū appellauit saluatorē & dn̄m Christū, φ etiā cœlestis exercitus deū laudās apparuit & cātauit, Gloria in altissimis deo,ad sublimia ptinet. Similr φ tēplū æternitatis corruit Romæ,& olei

A olei fons erupit, stellaq; Magis ostēsa est, & alia mirabilia quę illa in hora cõtigerãt, maiestati na
ti infantuli attestant. ¶Insup, omni cõsideratiõe dignissimũ est, ꝙ angelus pauptatē Chr̄i sic cõ Ibidem.
mēdauit pastoribus, eã illis, ꝓ signo agnoscēdi infantē assignãs. Hoc (inquiēs) vobis signũ. Inue
nietis infantē pãnis inuolutũ, & positũ in p̄sepio. Quo monstrauit, q̄ specialr̄ nobis cõsiderãda
sit Chr̄i pauptas, imo & imitãda. Quã vtiq; paupertatē, Chr̄us nõ solũ in sua natiuitate elegit,
atq; in suo sacratissimo corpusculo cõsecrauit, sed in tota vita sua vsq; crucis martyriũ cõtinua-
uit, & verbis edocuit & exēplis. Intãtũ vt dixerit: Volucres cœli nidos hn̄t & vulpes terræ foue Matth. 8
as, filius autē hoīs nõ habet, vbi caput suũ reclinet. Hic de ip̄o vaticinatus ē cũ ingēti admiratõe Luc. 9
sanctificatus in vtero Hieremias: Quare q̄si colonus vēturus es in terra, & q̄si viator declinãs Hiere. 1
ad manēdũ? Quare vēturus ē velut vir vagus. Vnde & Chr̄s in Psalmo fatet: Paup sum ego & Hiere. 14
in laboribus à iuuētute mea. Exaltat⁹ autē humiliatus sum & cõturbatus. Hinc in Euã. ꝓ potest at Psalm. 87
Qui nõ renũtiauerit omnibus quę possidet, nõ p̄t meus esse discipulus. Quo cõstat, q̄ indecēs & Luc. 14.
iniustũ sit Chr̄ianum terrenis insistere cõgregãdis, cupiditati vacare, & thesaurizare in terris.
Quod ex Euãgelio alijsq; scripturis copiosissimè posset ondi, in alijs quoq; sermõibus vbertim
probatũ est: Quę quũ ita se habeãt, q̄ vitiosum ē etiã religiosos mãmonę derseruire, auaritię lo-
cũ dare, augēdis opibus indesinēter ac miserabilr̄ ĩhiare. Quasi nõ sit vita alia post p̄ntē, & quasi
deus religiosoꝝ specialē nõ habeat curã, atq; ꝑ hęc scãdalizare grauiter seclares. Nõne natura
paucis minimisq; cõtēta ē? Et ꝑ qd adeo perijt monastica oīs sacra religio, sicut ꝑ tpaliũ affluē-
tiã reꝝ. Ex qua, ĩmoderãtia & exq̄sitio ciboꝝ ac potuũ multaq; alia vitia gulã cõseq̄ntia oriunt

B Veꝝ sunt mlti religiosi pauptatē ꝓfessi, sic paupes eē volētes, vt eoꝝ q̄ ad corpus ꝑtinēt, eis nil
desit. Et qd dico, desit, quũ nec his cõtētent, qbus honesti seclares cõtētarent, seq; abũdare arbi
trarent? Cõsideremus o frēs vocationē, ꝓfessionēq; nostrã. Quid deo vouerim⁹, iugiter recor
demur. Quàm metuēda & districta sint dei iudicia, q̄ terribil̄ sit ip̄e ĩ cõsilijs suis sup filios hoīm, Psalm. 65
ꝓfunde pēsemus. Nõnē ex nr̄a ꝓfessiõe tenemur ad pfectionē q̄tidie tēdere, in grã ac virtutib⁹
assidue & cõdigne ꝓficere? Quid ergo ē, ꝙ post tãta tpa qbus in ordīe fuimus adhuc tã remissi
impfecti, ac passionabiles ĩuenimur, nec supponimus oībus actibus nr̄is dei timorē? Idcirco in
mãducãdo, bibēdo, loq̄ndo, repausando, atq; nosip̄os in multis palpãdo, q̄tidie valde peccam⁹
& sępe nõ minus bona omittēdo, q̄ mala agēdo. ¶Porro si oēs Chr̄iani ad arctã viã, pęnĩaiēq; Matth. 7
vitã tenent, q̄tomagis nos religiosi, q̄rũ nõ est circa cõia lãguere, sed antonomatice deuotioni
intēdere, stricte ac strēnue cõuersari, & carnē cũ vitijs & cõcupiscētijs crucifigere. Oĩa tñ discre
tè agēdo. Si igit aliqd victualiũ aut ĩdumētoꝝ seu cõbustibiliũ sępe nobis deficiat, nõ facilr̄ mur
muremus, nõ cõtristemur, sed Chr̄i pauptatē & afflictiões reminiscēdo: glr̄iemur ĩ dño, ꝙ eũ sal
tē pmodice possumus imitari. Quēadmodũ princeps hortat aploꝝ: Cõicantes Chr̄i passiõibus 1. Petri. 4
gaudete, vt in reuelatõe gl̄iæ eius gaudeatis. Ecce Chr̄s virtus & sapīa dei pr̄is, sapīa plane attin
gēs à fine in finē fortiter, & disponēs cũcta suauiter, q in seip̄o & ꝑ seip̄m nihil oīo sine rõnabilis.
specialiss. ac p̄stãtiss. causis assumpsit, fecit ac ptulit. Hic inquã dñs Iesus Chr̄s ĩ frigore hyemali
intēso, ĩ stabulo tetro ac sordido nasci, pãnis ĩuolui, in p̄sepi locari elegit, atq; in cũctis q̄ duriora
sunt corpi, ꝑacceptauit, vt nõ verbis dũtaxat, sed suis sctiss. nos ĩformaret exēplis. Corpus affli-

C gere, cõcupiscētias edomare, ꝓspera mũdi despicere, cœlestia totis p̄cordijs affectare. Fleuit,
nõ risit, vt doceret nos vacare cõpũctiõi: nõ dissolutiõi, lachrymis: nõ risibus, maturitati: nõ le-
uitati. Nihilominus nos ĩgrati, miseri, & cęcati, adhuc q̄rimus mollia carni, alimēta lauta atq; su
pflua. Curiosas p̄tiosasq; vestes, stratũ suaue. Nedũ ad risus, sed etiã ad cachinos sumus ꝓcliues
illud Ecclesiast. nõ pēsantes: Sicut sonitus spinaꝝ ardētiũ sub olla, sic risus stulti. Et rursus: Cor Eccl's. 8.
sapiētũ vbi tristitia, & cor stultoꝝ vbi lętitia, imo qd ip̄emet Chr̄s locutus ē: Vę (inquiēs) vobis Ibidē
q ridetis q a plorabitis & flebitis. Nõnē ĩ valle lachrymaꝝ, ĩ loco exilij, in carcere, & corpe mor Luc. 6
tis sum⁹? Cur milia miseroꝝ q̄tidie pereũtiũ nõ deflemus? Cur ꝓximoꝝ pctã nõ deploram⁹, Si
tñ eos sicut nosip̄os diligimus. Cur sup iniurijs, & ĩhonoratõib⁹ ac offensiõib⁹ dñi dei nr̄i q̄tidia
nis, innumerabilib⁹ ac grauissimis nõ cõtabescit cor nr̄m, nec zelo zelamur ꝓ eo, si tñ eũ sup oĩa
& plusq̄ nosip̄os diligim⁹, q de ꝓprijs ĩiurijs etiã modicissimis tã dire tabescimus, iõ S. ait Ber- Bernard.
nardus. Ludã ne ãpli⁹ & illudã lachrymas ei⁹. Defleam⁹ o frēs nosip̄os, deplorem⁹ ruinã ecclīæ
in oī statu, gradu ac ordīe eius. Et q̄ minus p̄dicãdo eo plus depcãdo, exēplariter cõuersando &
bonę famę dulcedīe redolēdo, alijs succuramus, ecclīa; adiuuemus. ¶Insup si sępe hyemaliũ no
ctium affligamur frigoribus, nõ feramus moleste, sȝ rememoremur, qd Chr̄s dei filius ꝓ nobis
in frigida illa q̄ natus ē nocte, & deiñ diu ac sępe ꝑpessus ē. Cũ pastorib⁹ eũ sp̄ũalr̄ visitem⁹ & eũ
seq nõ pigritemur. Cõpatiamur tenerrimo puero, tãta ꝓpter nos passo, ĩ tã duro p̄sepio reclia
to, tãtis penurijs sic affecto. Pelliceas nr̄as supponamus infantili eius, mollissimoq; corpusculo Luc. 2
& vestibus nr̄is eũ operiamus. ¶Postremo, ꝑ hoc ꝙ pastoribus vigilãtibus, angelus sanctus ap
paruit, cõstat ꝙ gratæ & placitæ sint angelis sctis nocturnę vigiliæ. Quib⁹ veri religiosi deo in-
tenti sunt, eius præconijs occupati, eius cõtemplatiõibus inhærētes, suas q̄q; conscias perscru-
tantes, suamq; vitam discutientes, veniam suorum deprecantes peccaminum. Supernorum-

quærentes influxum charismatum, emendationem feruidam proponentes in omnibus. Hinc D
Psalm.76 quippe dixit Propheta: Deum exquisiui manibus meis nocte contra eum, & nō sum deceptus. Anticipauerūt vigilias oculi mei. Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mēte habui. Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar & scopebā spm̄ meū. Itaq; & nos oīa ista singulis noctibus, imo & frequēter in die pagamus deuote atq; cū om̄i diligētia studeamus puritati internę, in qua maxīe cōplacet deo. In psalmis & orōnibus cordialiter delectemur, vbiq; & maxime in diuinis deo stabiliter intēdamus, vt exultēt labia nostra cū cātauerimus ei. Ad hęc agēda, ad matutinale officiū, ad creatoris nostri obsequium surgamus alacriter, exiliamus de lectulo, & pigre qd agere erubescamus corā deo & angelis sanctis custodibus nostris, qbus vbiq; reuerētiam tenemur, & exhibere debemus. O q̄ vile ac miserū est hora illa diuini officij, somnolentia opprimi, pigritiæ nō reniti, carnalē repausationē amplecti. Excutiat ergo se somnolen-
Psalm.137 tus, & dei pręsentiā cogitet piger. In cōspectu angelorū psallamus feruēter, & om̄e opus dei diligēter agamus. Sacram quoq; Chr̄i infantiā dulciter cōtemplemur, & natū infantulum tā speciosum ac superdulcissimū, charitatis brachijs cōstringamus, & nostris pectoribus affectuosissime applicemus, atq; ad Chr̄ianæ infantiæ innocētiam, ad columbinā simplicitatē redeamus ac pertingamus. Ad laudem & gloriam pueri nobis nati, qui cum patre & spiritu sancto vnus est deus æternaliter benedictus, Amen.

¶ In festo sancti Stephani prothomartyris.

¶ Enarratio lectionis loco Epl'ę: Stephanus plenus gr̄a & fortitudine, Acto. 6.

PErfectionem, dignitatem, actum, atq; martyrium gloriosissimi martyris Ste- E
Actorū.7. phani, felix Euāgelista Lucas cōpēdiose describit, dicēdo: ⌊Stephanus plenus "
Actorū.6. gr̄a & fortitudine⌋ Porro pauloante hęc verba habētur: Elegerūt Stephanum " plenum fide & spiritu sancto, videlicet in vnum & primū septem diaconorum. Nunc vero asseritur Stephanus plenus gratia, gratum faciente, quæ est habitus supernaturalis, mētem in esse deiformi, & ad promerēdum idoneo, ponēs. Et fortitudine, quę est virtus moralis & cardinalis ardua strēnue aggrediēs per aquā hō bn̄ & cōstāter se habet in periculis mortis. Fuit etiā plenus fortitudine, quę est vnum de septē donis, per quam homo pfectionis operibus insistit stabiliter, per quæ verba insinuatur quòd Stephanus fuit vir apostolicæ perfectionis. & valde heroicus, ⌊faciebat signa⌋ quo ad minora miracula, " ⌊& prodigia⌋ quantum ad maiora ⌊magna in populo⌋ Iudæorum, quibus in Hierusalem sta " tim post spiritus sancti missionem prædicauit. ⌊Surrexerūt autē quidam de synagoga quę ap- " pellatur Libertinorū⌋ Hoc est, de congregatione ac numero Iudæorū, qui dicti sunt Liberti- " ni à regione de qua fuerunt. Vel, quia manumissi, hoc est, libertati donati fuerunt, cū prius fuerint serui, seu seruilis conditionis, ⌊& Cyrenensium⌋ sic dictorum à Cyrene ciuitate Libyæ, " secundum Bedam, ⌊& Alexandrinorum⌋ hoc est, de Alexandria vrbe Aegypti, ⌊& eorum q " erant à Cilicia & Asia⌋ quæ sunt regiones vicinę adinuicem, ⌊disputantes cum Stephano⌋ .i. " contra eum probare conātes quòd Iesus Nazarenus non fuerit Christus, ⌊& nō poterant⌋ re- " sistere ⌊sapientiæ⌋ Stephani, ⌊& spiritui⌋ id est, spiritui sancto, ⌊qui loquebatur⌋ p Stepha- "
Matt.10 num, prout ait saluator: Non em̄ vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur
Luc.2. in vobis. Impleta est ergo in Stephano illa Christi promissio, Ego dabo vobis os, & sapiētiam
Actorū.7. cui non poterūt resistere, & contradicere om̄es aduersarij vestri. ⌊Audiētes autē hæc⌋ Verba " beati Stephani, quę in Actis scripta sunt, & in lectione hac omittūtur, quibus verbis Stephanus F dure atq; iustissime redarguebat præfatos Iudæos, dura (inquiens) ceruice & incircumcisi corde & auribus, vos semp restitistis spiritui sancto, & nūc proditores & homicidæ Christi fuistis ⌊dissecabantur cordibus suis,⌋ hoc est, præ vehemētia iræ & impatiētiæ varijs modis intra se " quodammodo rumpebātur. Quēadmodum enim charitas & concordia faciūt vnionē indiuisionem'q; cordium, sic odium, discordia, ira, & impatiētia disgregationē ac dissecationem faciunt animorū, ⌊& stridebāt dētibus in eum⌋ tanquàm rabidi canes mētis furorem forinsecus " ostēdentes. Itaq; dissecabātur, quēadmodum mala olla posita in camino crepit, & exilit, quia supbi, impatiētes, & incorrigibiles. quorum puersitatē atq; insaniam multi sequuntur, qui dura ceruice redarguunt increpantē, & quo rationabilius conuincūtur, eo plus indignātur & irascū-
Prouer.28 tur, non attendētes illud Prouerbiorū: Viro qui corripiētem dura ceruice cōtemnit, repētinus supueniet intetitus. ⌊Cum autē Stephanus esset plenus spiritu sancto⌋ Quo pleni dicūtur qui " eius gratia & charitate implētur, intendens in cœlum⌋ oculis mentis & corporis, tanquàm ad " desideratissimam patriam, quam fuit mox ingressurus ⌊vidit,⌋ Hoc est, contemplatus est per " donum sapientiæ, ⌊gloriam dei⌋ sic'q; beatitudinem & mercedem sibi paratam deus ei osten " dit, prægustare'q; fecit, ⌊& Iesum stantem à dextris virtutis dei⌋ Verba ista pensando vide- " or mihi audire tonitruum. Quis enim huius beatissimi martyris excellentiam digne miretur? Quis visionis huius magnificę exprimat qualitatem? Quis demum in istis diuinæ pietatis immensitatem satis collaudet? Itaque vidit gloriam Dei, hoc est, Deum gloriosum & maiesta-

A maiestatem & excellentiã ac beatitudinẽ eius. Sed quõ vidit per fidem, an per speciẽ. Et dicunt Exod. 33
Nonnulli quòd pro morula illa vidit diuinam essentiam, seu deum clarè per speciem, sicut bea- 2. Cor. 12
ti in patria, quemadmodum datum est Mosi, & Paulo in hac vita deum videre, secũdum Augu Augustin.
stinum libro de vidẽdo deum, sed contra istud obijcitur, ꝙ Mosi loquebaẽ deus: Non videbit Exo. 33
me hõ & viuet, circa quod dicũt doctores cõmuniter ꝙ nemo in vita p̃senti viuẽs vita humana
vtpote sensibus vtẽs corporeis possit deum videre p̱ speciẽ, sed ab oĩm organicarꝝ sensitiuarꝝꝗ
virium op̃atione suspendiẽ, qui deum taliter cõtemplaẽ. Stephanus vero in visione hac sensibus
actualiter vtebaẽ, loquẽs Iudæis. Hinc alij dicũt, ꝙ gloriã dei vidit imaginaria visione, quẽad-
modũ Esaias, Ezechiel, Daniel. Iohãnes quoqꝫ in Apocalypsi, in quorꝝ virtute imaginatiua fu Esai. 6
it ministerio angelorꝝ similitudo siue effigies quædã formata diuinæ maiestatis rep̃sentatiua. Ezech. 1
Alij dicũt, quòd effigies huiusmodi corporalibus sancti Stephani oculis fuit obiecta. Cęteris vi Daniel. 7.
detur, ꝙ visio ista fuit anagogica purę intellectualis, quales & sancti Dauid visiones fuisse credũ Apoca. 1. 8
tur. Sicꝗ visio ista medio modo se habuit inter visionẽ dei p̱ fidem & visionẽ eius per speciẽ. & 14
¶ Insup, qualr̃ Iesum vidit in forma hũana. Dicunt nõnulli, ꝙ visus Stephani diuina virtute fuit
sic cõfortatus, ꝙ sua acie penetrãs cœlum, vidit Iesum in cœlo empyrio, sed cum visio fiat intus
suscipiẽdo magis, q̃ extramittẽdo. Alij dicũt, ꝙ corpus Christi visum Stephani immutauit. In
potestate etenĩ Christi est, vt corpus suum faciat à remoto videri, sicut de prope, imo cum cor
pus glorificatũ sit animæ suæ plenè subiectũ, in potestate animę gloriosæ est, vt ad eius libitum
corpus suum aliorꝝ visum immutet, aut nõ immutet. Visus est aũt Iesus stare, q̃m stare pugna-
gnantis est atqꝫ iuuãtis. Sed & Marcus dicit Iesum sedentem à dextris dei, q̃a sedere imperã- Marc. 16
B tis est & regnantis. Stephanus vero vidit Iesum tanquàm paratum ad suum auxilium, imo &
« actualiter adiuuãtem, ideo vidit eum stãtem, ⌊ & ait: Ecce video cœlos apertos ⌋ Nõ ꝙ in cœ-
lestibus illis incorruptibilibusꝗ corporibus fuerit realis apertio, fractio siue diuisio, sed q̃m bea
ti Stephani visum ab aspectu Chr̃i habitãtis in cœlo summo, nõ ĩpediebãt & forte Stephano vi
debãtur aperti ob oculis cuiusdã corporeę lucis emicationẽ. Desup à Chr̃o radiãtem, ac fusam
« sicut in magnis chorus catiõibus cœli aperiri videtur, ⌊ & filium hoĩs stãtem à dextris virtutis
« dei ⌋ Qualiter Chr̃us dicatur esse, stare, sedere, à dextris dei, expositum est supra in ep̃la tertiæ
« missæ natalis Christi. ⌊ Exclamãtes autẽ voce magna, continuerũt aures suas ⌋ Veritati eas ob-
« struentes quã reputabãt blasphemiã, ⌊ & impetum fecerũt vnanimiter in eum ⌋ concordes fa-
« cti in p̱sequutiõe martyris sancti. ⌊ Et eijciẽtes eum extra ciuitatem (Hier̃lm) lapidabãt ⌋ Eum Leuit. 24
tanquàm blasphemũ, quia secũdum Mosi legem blasphemãtes, fuerunt extra castra lapidãdi.
« ⌊ Et testes deposuerunt vestimẽta sua, secus pedes adolescẽtis qui vocabaẽ Saulus ⌋ Isti fuerunt
testes mendosi qui Stephanum de blasphemia accusauerũt, & primi in eum lapides iactauerunt Ibidem.
quia p̱ Mosen fuit præceptum vt manus testium prima esset sup̱ lapidãdum. Exueruntꝗ se vt
C expeditiores essent ad proijciẽdum. Adolescẽs vero iste postea dictus est Paulus, quãdo ex su-
perbo p̱sequutore humilis apostolus est effectus, q̃ aliorꝝ vestes custodiẽdo, quasi oĩm illorꝝ ma
« nibus lapidauit. ⌊ Et lapidabãt Stephanũ inuocantẽ & dicẽtẽ: Dñe Iesu suscipe sp̃m meum ⌋
« in gloria tua. ⌊ Positis autem (.i. flexis) genibus clamauit voce magna ⌋ Quia ex intimo & ar-
« denti charitatis affectu, ⌊ dicens: Dñe, ne statuas ⌋ .i. nõ imponas, sed ignosce ⌊ illis hoc pc̃tm̃ ⌋
quod me occidẽdo committũt. Ecce pro se stãs, pro interfectoribus vero suis, imo interfecto-
ribus tam crudelibus genua flectẽs, orauit: In quo mira ipsius patiẽtia p̱fectaꝗ charitas declarã
tur, & sequutus est gloriosissimus martyr iste Christum tam sublimiter q̃ conformiter. Nam &
Chr̃us in cruce dixit: Pater, ignosce illis. Qui etiã docuit: Orate pro p̱sequẽtibus & calumniãti- Luce. 23
« bus vos. ⌊ Et cum hoc dixisset, obdormiuit in dño. ⌋ Hoc est, feliciter quieuit in deo, q̃ eum in Matt. 5.
brachijs suæ charitatis ac pietatis assumpsit, & de corporalis occisionis acerbitate transtulit ad
quietem dulcissimam felicitatis æternæ.

¶ Sermo primus circa Epistolam: Quomodo perfectus in gratia dei crescat, in quibus gratia dei consistat, & quanta mala adferat otiositas.

STephanus plenus gr̃a & fortitudine, Actuum septimo. Viri electi ac virtuosi, gr̃a pleni vocanẽ in seculo isto, nõ quia plus gr̃æ recipere nequeũt, sed q̃a in gr̃a dei & donis sp̃us sancti abundãt. Verũtamẽ quotidie crescũt in gr̃a, imo quo ampliorẽ grãm sunt adepti eo copiosius promerenẽ in gr̃a p̱fici .i. plus repleri, & quo magis replenẽ. eo ad gr̃e incremẽtum aptiores reddunẽ. Propter quod ait saluator: Habenti dabiẽ & abundabit. Eusebius Matt. 25
quoqꝫ gr̃a inquit de gr̃a nasciẽ, & profectus profectibus seruiunt. ¶ Porro, sicut vnum pc̃tm̃ Luc. 12
pondere, atqꝫ demerito suo trahit ad aliud & hominẽ gr̃a indigniorẽ constituit, sic vnum opus bonũ disponit ad aliud, ideo scriptũ est: Peccator adijciet ad peccãdum. Etenĩ certũ est, ꝙ quã- Eccl. 3.
to q̃s fuerit in charitate p̱fectior siue feruẽtior, tãto feruẽtiores, synceriores, promptiores ac frequẽtiores habet affectiones ad deũ, & cæterarꝝ actiões virtutũ loco & tp̃e opportuno p̱fectius frequẽtiusꝗ exequitur. Charitas nãqꝫ cæteris iubet virtutibus. Hinc hoĩes in gr̃a & charitate, ac virtutibus bene fundati, exercitati, locupletati, & pleni opera virtuosa exequuntur multo delectabili-

ctabilius quàm homines imperfecti,& nihilominus multo plus promerẽtur etiã eisdẽ operibus D
tã de grãe incremẽto q̃ de gloriæ p̃mio. Ex quo patet, ꝙ labori siue difficultati exercitij virtuosi
nõ corrñdet in cœlo p̃miũ essentiale sed accidẽtale, Charitatis vero pfectioni, feruori, seu maioritati eẽntiale p̃miũ, ꝙ est beatifica ac fruitiua visio dei est corrñdens. Vnde & absolute loqn
Augustinus do, ille est melior q in charitate dei extat pfectior. Propter q̃d loquit̃ Augustinus: Non numerositas opeꝝ, nõ diuturnitas tempoꝝ, sed maior charitas auget meritum. Studeamus itaq; semper in dei amore proficere, deum quotidie plus amãdo, magis desiderãdo, & eius intuitu quicquid ei displicet, charitatemq́; minuit, aut tollit vitãdo. ¶Præterea, iam pensandum, quid sit
Dionysius grã dei loquẽdo de grã gratum faciẽte. Vbi sciẽdũ, ꝙ iuxta diuini Dionysii documẽta sicut res naturalis p formã substãtialem, ponit̃ inesse naturali specifico, p quod ad opationes suę naturę conuenięntes efficit̃ potẽs & aptũ, ita p grãm gratũ faciẽtem ponit̃ rationalis creatura in esse supernaturali diuino, p quod ipa fit deo grata, id est, accepta ac placẽs, quoniã ei per hoc esse super naturaliter assimilatur. Per idem quoq; esse grę, fit ad actiones ęternæ vitæ meritorias deo placentes idonea. Neq; eñ potest actio creaturæ rationalis deo placere, nisi & ipa creatura rõna-
Genes. 4. lis primo in se cõplaceat deo ad quod insinuãdum, scriptũ est: Respexit dñs ad Abel & ad munera eius. Ita quod primo p approbationẽ respexit ad Abel. Deinde ad munera eius. Hinc grã ista dicit̃ immediate esse in essentia animæ, & eam directe pficere. Amplius, qm̃ homo ad supnaturalem finem, seu felicitatem creatus est, idcirco nõ nisi p supernaturalia media, vtpote per grãm, fidem, spem, charitatẽ, cæterasq́; virtutes infusas ad beatitudinem illã valet pertingere. Media quippe oportet suo fini proportionari. Ecce q̃ necessaria est nobis hæc grã dei, in qua tãto plus proficit homo, quãto diligẽtius om̃i hora se occupat in ope bono. Nã q remisse & ne- E
Eccl. 33. gligenter se habet, gratiam dei perdit. Otiosi vero sunt vitiosi. Quemadmodum in Ecclesiastico scriptũ ẽ: Multa mala docuit otiositas, hoc certe videmus ad oculũ in diuitibus atq; nobilibus seculi huius, q ocijs vacãt & innumerabilia incidũt vitia, puta loquacitates, carnalitates in gula, luxuria, iocis, ludis, risibus, cæterisq́; vanitatibus insistẽtes, & diuina negligẽtes p̃cepta, de
Psalm. 72 quibus ait Propheta: In labore hoĩm non sunt, ideo tenuit eos supbia operti sunt iniquitate & impietate sua. Prodijt quasi ex adipe iniquitas eoꝝ trãsierunt in affectum cordis. Cogitauerunt & loquuti sunt nequitiã, iniquitatem in excelso loquuti sunt. Hinc ait iudex cœlestis: Væ
Luc. 6. vobis diuitibus q habetis consolationẽ vestrã. Væ vobis q saturati estis, qa esurietis. Væ vobis, qui ridetis nũc, qa lugebitis & flebitis. Itaq; pauperes diuitibus feliciores, cæteris paribus sunt censendi cum Chr̃us affirmet. Beati pauperes, quia vestrum est regnum dei. De diuitibus vero
Matth. 5 Iaco. 5 scriptum est: Nunc diuites plorate, vlulantes in miserijs, quæ aduenięt vobis, risus vester conuertetur in luctum, & gaudium in mœrorẽ. Nolite ergo o diuites nolite superbire, nolite egenos despicere, sed eos vobis corde pręponite, eoꝝ suffragia postulate, & vt orent pro vobis eis
Luc. 16 liberaliter subuenite. Ideo nanq; ait dominus Iesus: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. ¶Præterea aduertẽdum, quòd diuersi sunt gradus plenitudinis grę dei, vnus & infimus est plenitudo sufficientiæ ad salutem. Hæc est plenitudo necessitatis, videlicet gratia obseruãdi præcepta dei atq; ecclesię, sine quoꝝ
Matt. 19 obseruatione nemo potest saluari, Christo dicẽte: Si vis intrare ad vitã, serua mãdata. Secũdus gradus plenitudinis grę, est plenitudo supererogatiõis, per quã grę plenitudinem obseruãtur euangelica Christi consilia, q gradus plenitudinis pertinet ad religiosos. Tertius gradus est ex- F
QVI timet deū faciet bona. Ecclesiastici 15. Timorē dei sacra scriptura valde cōmēdat. Q̄m in Eccō scriptum est: Timor dei,sicut paradisus b̄ndictiōis. Et iterū: Plenitudo sapiētiæ,timere deū. Itēq;. Timor dn̄i sup oīa se posuit. Et rursus: Timor dei corona iustitiæ. Et horū rō est: Quia timor dei abstrahit hoīem à pc̄tō,& cōseruat eū in bono,facitq; eū diligētē in executione exercitiorū virtuosorū. Sed his obuiare videt,q̄d in prima sua Ep'la ait Iohānes ap'lus: Timor nō est in charitate, sed pfecta charitas foras mittit timorē,q̄m timor pœnā habet,qui aūt timet,nō est pfectus in charitate. Est itaq; agnoscēdū,q̄ est multiplex timor. Primus & infimus ē timor seruilis, q nō est virtuosus nec meritorius vitæ æternę,& tñ aliq̄ mō disponit hoīem ad virtutes,inquātū retrahit eū à culpa. Timor qppe aliud nō videtur,nisi fuga seu abominatio mali quod pōt accidere. Timor ergo seruilis scd̄m q̄ timor,disponit ad gratiā,qa facit vitare culpā. Sed inquātū seruilis,vitupera̅t potius q̄ lauda̅t. Quia vt sic,vitat malū nō intuitu aut amore dei nec zelo iustitię,sed solum ne patia̅t suppliciū. Vnde q deū timet,nō nisi seruili timore est in mortali pc̄tō,dānationisq; statu,q̄m quātū in se est,habet affectū plenū ad vitia,nec amat deū atq; iustitiā,sed iniqtatē. Et q̄ eā nō facit sed vitat,est ex timore incōmodi proprij. Quēadmodū mulier adultera cupiēs amatorē suū admittere,nō tñ hoc faciēs ne à proprio deprehēda̅t marito. Hinc ait Gregorius: Cū qs timore adhuc bonū agit,à malo penitus nō recessit. Q̄m eoipso peccat, q̄ peccare vellet si impunite posset. Augustinus q̄q;: Cū qs timore pęnæ facit bonū,nondū b̄n efficit bonū. Veruntñ quidā sunt ita intimorati,q̄ nec amore dei,nec zelo iustitiæ,nec pęnarum formidine vitāt pc̄tā. Istis cōsulēdū est,vt saltē seruili timore paueāt deū,fugiātq; pc̄tā. Ideo dicit Hugo de sancto Victore hortādo: Si amor dei te tenere non pōt,saltē te teneat & terreat timor iudicij,metus gehēnæ,laquei mortis,dolores inferni,ignis vrēs,vermis corrodēs,sulphur fœtēs,flāma tartarea,& oīa mala. Alius est timor humanus,q̄ qs timet hoīem ne eū offendat,aut ei displiceat,aut aliq̄d patia̅t ab eo aut corā eo,cōfusibilis,cōtēptibilisve appareat. Et hic timor etiā impfectus est,nō virtuosus,nec retrahit hoīem à peccati amore seu peccādi affectu,imō nec ab ope malo vbiq;,sed in p̄ntia hoīm, aut vbi latere non pōt. Hinc ait Salomon: Qui timet hoīem,cito corruet. Chrysostomus q̄q;: Facile(inq̄t) deuiat à iustitia,q in causis nō deū sed hoīes ptimescit. Hic timor peccādi facultatē differre pōt, volūtatē peccādi auferre nō pōt. Solus est Chr̄i timor,q mētes corrigit, fugat crimina,innocētiā seruat. Imō timor iste humanus q̄uis ad tps retrahat hoīem ab excessu,tñ plus incitat ad peccādi affectū,vbi oportunitatē inuenerit. Qui taliter timet,festinat ad mala. Idcirco dicit Hieronymus: Timor dei corrigit,timor hoīm differt actionē,sed voluntatē nō aufert,& auidiores reddit ad crimē,q̄s aliq̄n suspēdit à crimine. Veruntñ si qs timeat hoīes inquātū sunt dei vicarij,& ne eos offendēdo deum offendat, vel ne eos cōtristet,affligat aut tribulet,laudabilis timor est. Est etiā timor carnalis,q̄ qs immoderāter timet propriæ pelli,videlicet aspa carni, qui timor ē vitiosus. Rursus ē timor naturalis,q̄ qs aduersa formidat. Et timor iste nō est ī se bonus aut malus,virtuosus aut vitiosus,sed indifferēs,sicut & cæteræ passiones, inquātū sunt affectiones seu motus pure naturales. Porrò,si rōne rega̅t,bonus fit,sin aūt, vitiosus efficitur.

Eccle.1 Eccle.25. Eccle.1 1.Iohā.4. B Gregor. August. Hugo. Proue.19. Chrysost. C Hieronym.

¶Amplius ē timor filialis,q est timor pfect⁹ & summ⁹,ex charitate procedēs,q̄ deū timem⁹ ne separemur ab eo,& eius cauemus offensam videlicet culpā,nō pęnarū formidine,sed ex eius dilectiōe ac zelo iustitiæ. Quēadmodū bonus filius metuit suū patrē quē intime diligit,& fidelis,pudicaq; vxor suū maritū charissimū. Iste est timor reuerētialis,castus & sanctus,charitati semp cōiunctus. De q̄ intelligūtur p̄inductæ Ecclesiastici authoritates. Alius vero est timor initialis,q inter timorē seruilē & filialē est medius,habens aliq̄d de vtroq;,quia p talē timorē vitat homo pc̄tā, partim pœnarū horrore,partim zelo iustitiæ,& ex dilectiōe. Et q̄to plus proficit homo in charitate,tāto timor iste initialis plus abijcit de seruilitate plus q̄ accedit ad filialitatē. Studeamus ergo deū filialiter formidare,ne eius benignissimū vultum paternum in aliquo offendamus,ne eius præstantissimam maiestatē ac sanctitatem inhonoremus,ne abijciamur ab eo,sic tāquam à basilisco,fugiamus ab om̄i peccato,imò & multo plus. Eccle.21
Basilisc⁹ nāq; venenosissim⁹ serpēs,suo veneno perimit corp⁹,& tpalē dūtaxat īfligit mortē.

Peccatum autem interimit animam,& infernalem ac æternalem inducit interitum. ¶Insu-
p absit,vt hoĩes magis vereamur,q̃ deũ. Absit à nobis vt deũ intm̃ paruipẽdamus, sed summũ D
iudicẽ oĩa intuentẽ cogitemus vbiq; esse p̃sentẽ. Et quicq̃d cogitamus, appetimus,loquimur,
opamur aspicientem ac iudicãtem. Sicq; ob eius reuerẽtiã, vitemus ipsius offensam. Fugiamus
pctã,qa pctã,& qa sunt turpia, deiq; inhonoratiua. ¶Præterea diligamus iustitiã reddentes
2. Cor. 6. vnicuiq; quod est suũ, nulli iniuriãtes, nullũ ledẽtes. Neminẽ inquãtum in nobis est, offendẽtes
queadmodũ ait Ap̃lus: Nemini dãtes vllã offensionẽ, vt nõ vituperet̃ ministeriũ nostrũ. Imo,
prout fraterna requirit dilectio, vnusq̃sq; ad alterum gratiose, exemplariter, pie,& charitatiue
Esaia. 5 se habeat. Propter q̃d monet Ap̃lus: Per charitatẽ seruite in inuicẽ. Itẽq;: Honore (inq̃t) inuicẽ
Roma. 12 p̃uenietes. Et denuo: Vnusq̃sq; proximo suo placeat in bonũ ad ædificationẽ. Amplius si ita ti
Roma. 15. muerimus deũ,& iustitiã obseruauerimus, tũc deus p̃ijssimus aĩas nr̃as cibabit nobilissimo, deli-
Ecci. 15. catissimo atq; multiplici cibo, vc; pane vitæ & intellectus. i. documẽtis scripturarũ sanctarũ. Pa
Johan. 4 ne etiã salutariũ lachrymarũ, pane sacramẽtali, pane gr̃æ ac virtutũ, operumq; bonorũ. Conso-
latiõe quoq; sp̃us sancti reficiet corda nostra. De pane operũ bonorũ loquit̃ Chr̃us: Meus cibus
est, vt faciã voluntatẽ p̃ris mei q in cœlis est, vt p̃ficiã opa eius. De pane etiã sacramẽtali sic di-
Johan. 6. cit: Caro mea verè est cibus,& sanguis meus vere est potus. O quàm salubriter cibantur deuoti
his panibus, quãtum cõfortant̃ ex eis ad resistẽdum dæmonibus ac peccatis,& itẽ ad bene agẽ-
dum, ad proficiẽdum, ac p̃seuerãdum in bonis. Væ miseris vilissimisq; pctõribus q in mortali-
bus iacẽt culpis. Propter quod nullo istorũ alunt̃ panũ, sed infirmi sunt ad om̃e bonũ,& indefi-
nẽter superant̃ à vitijs, à dæmonibus, à cõcupiscẽtijs proprijs, quorũ qlibet p̃t dicere lugubriter
Psalm. 101 Percussus sum vt fœnũ,& aruit cor meũ, qa oblitus sum comedere panẽ meũ. Tales nãq; à dæ- E
Prouer. 2 monibus p̃cutiunt̃: qa sp̃ualiter occidunt̃ tẽtationibus dæmonũ cõsentiẽdo. Nec tñ aduertunt,
Hiere. 5. sed lætant̃ cum excesserint. De q̃bus Hieremias asserit: Percussisti eos & nõ doluerũt. Indurauẽ
runt faciem suã supra petrã,& noluerunt reuerti. i. ad deum cõuerti, recedẽdo à vijs iniquitatis
ac p̃ditionis. ¶Insup cum ita à deo illuminati fuerimus, nutriti & cõfortati, tunc ip̃e in me-
dio ecclesiæ, hoc est, in populo Chr̃iano, os nostrum aperiet, vt verba salutis alijs proferamus.
Eos hortãdo, docẽdo, corripiẽdo, ac dirigẽdo, vt impleamus q̃d ait beatissimus princeps Apo
1. Petri. 4 stolorũ: Vnusq̃sq; sicut accepit grã̃m, in alterutrũ illã administrãtes, sicut boni dispẽsatores mul
Prouer. 10 tiformis gr̃æ dei. Vnde in Prouerbijs scriptũ est: Vena vitæ, os iusti. Et rursus: Labia iusti eru-
Ibidẽ. diunt plurimos. Nã sicut in Ecclesiastico legit̃: Sapĩa abscõdita & thesaurus inuisus, quæ vtilitas
Ecci. 20. in vtroq;? Quàm fructuosa sit ista instructio aliorũ, pãdit Ap̃ls Iacobus in fine suæ ep̃læ, dicens:
Jacob. Qui cõuerti fecerit pctõrẽ ab errore viæ suæ, saluabit aĩam eius à morte,& operit multitudinem
Daniel. 12 pctõrũ. Vnde & in Daniele fert̃: Qui ad iustitiã erudiũt m̃ltos, q̃si stellæ fulgebũt in p̃petuas æter
nitates. Itaq; vnusq̃sq; proximũ suũ hortet̃ ad bonũ, alliciat ad salutẽ, corripiat delinquentẽ, eri
gat lapsum. Hinc demũ vitare debet vnusq̃sq; praua cõsortia, ne cũ p̃uersis & impijs p̃uertat̃ ac
pereat,& bonis virtuosis ac sapiẽtibus se debet cõiungere, quorũ informatiõe atq; exẽplo profi
Ecci. 37 ciat & saluet̃. Hinc in Ecclesiastico scriptũ est: Cũ viro sancto assiduus esto,& quæcũq; cogno-
Ecci. 6 ueris obseruãtẽ timorẽ dñi. Et iterũ in eodẽ scriptũ ẽ libro: Cũ videris sensatũ, statim euigila ad
illũ. ¶Postremo, in oĩbus bonis p̃tactis gloriosissimus Euãgelista Iohãnes fuit p̃clarus: Queãd-
Ecci. 5 modũ eñ in diuino amore ardẽtissimus fuit, sic & filiali dei timore fuit repletus, fuit & om̃i iusti
tia plenus, cui copiosissimã sapĩam p̃stitit deus, atq; in medio ecclesiæ os eius aperuit. Nec solum F
Asiã sua ĩformauit doctrina, sed & totũ mũdum p̃ euãgeliũ q̃d scripsit, illuminauit. Grã̃m etiã
propheticæ p̃cipuã habuit,& statũ ac cursum ecclesiæ in Apocal. prophetice comp̃hẽdit. Et q̃uis
om̃i fuerit virtute sublimiter decoratus, atq; in diuini amoris ardore eximius, in fraternæ tñ di-
lectiõis feruore erat.& valde excellẽs. Vnde in eius fert̃ legẽda, q̃ q̃dã vice cõuertit iuuenẽ quẽ-
dã speciosum & ferocẽ, quẽ cuidã ep̃o cõmisit custodiẽdum. Post modicũ tp̃s iuuenis ille relin-
quẽs ep̃m, abijt ad latrones,& eorũ factus est princeps. Post hæc B. Euãgelista Iohãnes suum ab
ep̃o requisiuit depositũ. s. iuuenẽ illũ. Cũq; ab ep̃o intellexisset, q̃ princeps factus esset latronũ,
S. Ap̃lus p̃ tristitia vestẽ propriã scindẽs,& caput pugnis feriẽs. Bonũ (inq̃t) custodẽ te aĩæ fra-
tris reliqui. Confestim ergo Ap̃lus equũ sibi iussit parari,& ad mõtem in q̃ iuuenis cũ latronibus
fuerat, equitauit. Iuuenis aũt viso Ap̃lo p̃ verecũdia maxima equũ ascendẽs, aufugit, Ap̃lus vero
ætatis suæ oblitus, vrgebat calcaribus equũ, atq; post fugiẽtis tergũ cœpit clamare: Cur fili cha-
rissime fugis, tuum p̃rem & senẽ inermẽ? Ne timeas fili, qa pro te Chr̃o reddã rõnem. Et certe
pro te libẽter morerer, sicut pro nobis mortuus est Chr̃us. Reuertere, qa deus me misit pro te.
Quod audiens iuuenis (deo aspirãte) compunctus est corde,& redijt amarissime plorãs. Apo-
stolus autem ad ipsius cecidit pedes,& manum ipsius tanquàm per pœnitentiam iam purgatã,
cœpit deosculari. Deinde ieiunãs,& orans pro iuuene illo, veniam impetrauit eidem. Postea
quoque fecit eum episcopum.

¶Enarratio Euangelij: Dixit Iesus Symoni Petro: Sequere me &c.
Iohannis vicesimoprimo.

Euange-

D A Evangeliũ psens in solẽnitate sanctissimi Iohãnis apłi legit, quia in eo sanctus Iohãnes aliqua de seipso cõscripsit. Itaq; Dixit Iesus Symoni Petro videlicet principi apłoꝝ qui in circũcisione sua vocatus est Symon. Postmodũ aũt à Chr̃o vocatus est Petrus, sequere me. Istud cõtigit post Chr̃i resurrectionẽ, qñ iuxta mare Tyberiadis, Chr̃s apparuit septẽ discipulis, vtpote beatissimo Petro & Nathanaeli fratri Philippi apłi, sancto q̃q; Euãgelistæ Iohãni, & Iacobo eius fratri. Cũq; inter cętera Chr̃s p̃nuntiasset Petro, q̃le pro fidei veritate passurus eẽt martyriũ, dixit ad eũ: Sequere me: Cũq; Petrus nesciret de quali sequela Chr̃s ei dixisset, sequere me, cępit corpaliter ire post Chr̃m, q tũc de loco cõuiuij q̃ cũ discipulis illis comederat surgẽs corpaliter abijt. Et tũc cõuersus Petrus (retro aspiciẽs) vidit illũ discipulũ quẽ diligebat Iesus sequẽtẽ puta Iohãnẽ. Nã Petro corpaliter Chr̃m sequẽte, cępit Iohãnes corpaliter seq Petrũ. Petrus vero audiẽs quẽdã se sequẽtẽ retrospexit, vt videret qs eẽt. Nẽpe vt innuit Augustinus, nec Petr⁹ neq; Iohãnes agnouit q̃ sensu Chr̃s dixerat Petro, sequere me, qui (Iohãnes) & recubuit .i. quieuit seu appodiauit se in cęna sup pectus eius (vz Chr̃i) & dixit: Dñe, qs est q tradet. Qualiter contigit hoc, alio loco plenius habet. ¶Deniq; p hãc circũlocutionẽ designat S. Iohãnes seipm, nõ iactanter, sed gratãter, insinuãs se à Chr̃o specialiter p̃dilectum, tanq; familiarẽ ei fuisse, vt in cęna sup ipsius recubuerit pectus, hũc ergo (Iohãnẽ) cũ vidisset Petrus sequẽtem, dixit Iesu: Dñe hic aũt qd? .i. qd aget aut patiet pro te? Quid ei cõmittis? Petrus apł̃us & Iohãnes iste p̃ cæteris inter se familiares fuerũt & p̃dilecti. Vñ & cõiter cõbinati legũtur ac sociati, vt patet p̃cipue in Actibus apłoꝝ, idcirco pro Iohãne fuit Petrus solicitus, dicẽs. Hic aũt quid? dicit ei (.s. Petro) Iesus: Sic eũ volo manere .i. Iohãnẽ volo in corpe pmanere & expectare ĩ pace absq; martyrio, donec veniã ad eũ ĩ hora obitus sui vocatur⁹ eũ, & eductur⁹ de p̃nti exilio ad regnũ cœleste. Quid ad te? interrogare de tali secreto futuro. Quãuis nãq; (sicut in Ecc̃o scribit) Vnicuiq; deus mãdauit de p̃ximo suo. Et iuxta Pauli doctrinã, debeam⁹ singuli q̃rere nõ q̃ nr̃a sunt, sed q̃ alioꝝ, nõ t̃ñ debem⁹ curiose scrutari qd de⁹ p̃ordinauit de p̃ximis nr̃is q̃tũ ad genus mortis eoꝝ, & q̃ ad futura occulta. Vñ & apłis de negotio tali q̃rẽtibus, Chr̃s r̃ndit: Nõ ẽ vr̃m nosse tpa vel momẽta, q̃ pr̃ posuit ĩ sua ptãte. Quidã præinductã Chr̃i respõsionẽ ita intellexerũt, q̃si Iohãnẽ dixerit Chr̃s nõ morituꝝ, añ scd̃m suũ aduẽtũ. Vñ nõnulli dixerũt Iohãnẽ trãslatũ in paradisum terrestrẽ, & ĩ fine cũ Helia & Enoch vẽturũ ad p̃dicãdũ cõtra Antichristũ, quatenus sicut Enoch añ legẽ & Helias sub lege, sic & Iohãnes post legẽ sub euãgelio credat in paradisum trãslatus, & inde vẽtur⁹, atq; ab Antichr̃o necãdus. Quibus cõtrariũ videt, ꝙ in Apoca. nõ fit mẽtio, nisi de duobus contra Antichristũ vẽturis. Alij dixerũt Iohãnẽ in sepulchro dormiẽtẽ iacere, qa & scaturitio q̃dã ibi pcipit ac ebulitio terræ, q̃d eius anhelitu fieri, sunt testati. Quòd itẽ in fine mũdi soluet debitũ mortis, moriẽdo pro Christo. Has opiniones nõ approbat August. Cõiter ergo tenet, ꝙ vere obierit cũ seipm in sepulchro posuerat, & ad regnũ cœleste pductus sit, prout in eius cõtinet legẽda, & in sermone dicet. Exiuit ergo sermo iste inter fr̃es .i. discipulos ibi p̃ntes ac alios q̃sdã hęc pcipiẽtes, ꝙ discipulus ille (puta Iohãnes) nõ morit .i. moritur⁹ nõ eẽt. Quia sic intellexerũt verba Chr̃i p̃habita, quẽ intellectũ excludit Iohãnes subdẽdo: Et nõ dixit Iesus nõ morit .i. p verba illa nõ designauit, ꝙ nõ fuerat moritur⁹ cõpleta sua periodo, sed dixit, sic eũ volo manere donec veniã qd ad te? iuxta sensum p̃habitũ. Hic ẽ discipulus ille q testimoniũ phibet de his, & scripsit hęc .i. verbo & scripto testat vera hęc eẽ, & scimus p fidẽ certissimã qa veꝝ ẽ testimoniũ eius. Nã ip̃e gloriosus Euãg. Iohãnes sciuit p experiẽtiã, & alia plurima argumẽta se deo inspirãte ista scripsisse. Per magna q̃q; soliq; deo possibilia miracł̃a demõstrauit veritatẽ euãg. sui. Quę itẽ miracula nos recognoscẽtes, scim⁹ ꝙ deus testimoniũ phibuit veritati euãgelij sc̃ti Iohãnis. Nec aliter potuisset Asiã cõuertisse.

Marginalia: Iohan. 9 — Iohan. 1. — Iohan. 21. — August. — Iohan. 13 — Marci. 6 — Luc. 10 — Acto. 3. 4. — Eccle. 17 — 1. Cor. 10 — Acto. 1. — Genes. 5. — 4. Reg. 2. — Apocal. 11 — August.

¶Sermo II. circa Euãg. Quid nos deo faciat familiares, stabilesq;, & de octo dãnatoꝝ pęnis.

Hic est discipulus ille quẽ diligebat Iesus. Iohã. vltimo: Dñs nr̃ Iesus Chr̃s multiplici excellẽtia decorauit beatũ Euãgelistã Iohãnẽ. Prima est, ꝙ inter apłos ip̃m magis dilexit, & singularẽ familiaritatẽ ei mõstrauit. Et hoc ipsemet S. Iohãnes frequẽter in Euãgelio suo testat, quia p hãc circũlocutionẽ discipulus quẽ diligebat Iesus, exprimit semetip̃m. Nõ em̃ dubiũ, quin Iesus cũctos apłos prælectos valde dilexit, idcirco p verba ista Euãgelista Iohãnes designat se specialiter à Christo dilectũ. Veruntamẽ qualiter intelligẽdum sit, hoc infra magis discutietur. ¶Porrò, inter apłos, isti tres .s. Petrus, Iohãnes C & frater eius Christo familiariores fuisse ex Euãgelio cõprobatur. Nã Christus ad sua secreta præ cæteris eos assumpsit. Vnde transfigurationi suæ & suscitatione filiæ archisynagogi interfuerunt. Similiter tempore passionis assumpsit hos tres, dixitq; eis. Tristis est anima mea vsq; ad mortẽ. Studeamus ergo & nos amari à Christo, & familiares esse eidem. Et certum est, quòd quanto virtuosiores & Christo humiliores effecti fuerimus, tanto ei amabiliores existimus. Ideo Christi humilitatẽ, mansuetudinem, patientiam, pietatem, iustitiam, charita-

Marginalia: Iohan. 13. — Matt. 17. — Marci. 9 — Luc. 9. — Matt. 9. — Marci. 5. — Luce. 8 — Matt. 26 — Marc. 14

charitatem sequamur, & in eis quotidie crescere enitamur. Om̃is malitia, fraus, vanitas, immũditia cõtemnant̃ & abijciant̃ à nobis. At vero tãto familiariores efficimur Chr̃o, q̃to ei cordialius adhæremus, & quãto mẽtem nr̃am in ip̃o magis colligimus. Quãto etiã magis interne occupamur in ip̃o, vacãtes ei p̃ orõnes feruẽtes, p̃ meditatiões sc̃tãs, p̃ contẽplatiões synceras, per affectiões ardẽtes, p̃ h̨c efficit̃ homo quasi secretarius ac cõsiliarius dei. Oportet ergo eum qui taliter cupit deo vniri, familiarisq́; fieri, occupatiões inutiles, distractiões cordis, curas sup̃fluas euitare, & semp̃ ad altissimũ aspirare, vt queat dicere cũ Psalmista: Oculi mei semp̃ ad dn̄m. Et rursus: Adh̨sit aĩa mea post te. O q̃ beatus q̃ ita se habet, q̃ taliter occupat̃, cuius tota affectio atq́; intẽtio est ad deũ. Sc̃da excellẽtia est, q̃ & ip̃e S. Iohãnes ap̃lus tam añ Chr̃i passionem: q̃ in passione, & itẽ post passionẽ valde constãter Chr̃o adhæsit. Nam q̃uis hora comp̃hẽsionis dn̄i Iesu cum cæteris Ap̃lis fugerit, mox tñ resumpta fiducia, sequutus est Chr̃m vsq́; in domũ pontificis, & vsq́; ad expirationem Christi in cruce, astitit ei. Nec ab illo abijt loco, nisi corpore Christi sepulto. Legitur quoq́; in Actibus: Quamadmodum post Christi resurrectionem & sp̃us sancti missionem, cum principes sacerdotum prohiberẽt Apostolis prædicare fidem & Euãgelium Christi, Petrus & Iohãnes cũ ingẽti rñderunt constãtia. Obedire oportet deo magis, q̃ hominibus. Vnde & principes illi mirabant̃, tam imp̃territã eo℞ constãtiam. Hãc ergo beatissimi Iohãnis constãtiam imitemur. Non circũferamur om̃i vento doctrinæ, nõ passionũ impetu moueamur, nec concupiscẽtijs superemur, nõ extollamur in prosperis, nec deijciamur aduersis, nõ inani resoluamur lætitia, nec inordinata deprimamur tristitia, sed in om̃i euẽtu habeamus cor timoratũ ac stabilitũ in deo. Nam vt ait Ap̃lus: Optimũ est gr̃a stabiliri cor. Quẽadmodum aũt passiones & vitia reddũt mẽtem instabilẽ, sic sap̃ia & virtutes stabiliũt eã in deo. Et quãto in vera sap̃ia atq́; virtutibus proficit homo, tãto stabilior fit in deo. Propterea Salomon exhortat̃: Om̃i custodia custodi cor tuũ. Ne. s. p̃ distractiões, & vitia fiat instabile, & elongetur à deo. Pro hac virtuosa constãtia obtinẽda & conseruãda, deum iugiter inuocemus. Verũtamẽ oẽm pertinaciã atq́; duritiã animi fugiamus. Nam qui mẽtis est duræ, incidet in mala. Et qui in proprio sensu est p̃tinax, vera caret prudẽtia fatuusq́; consistit. Putãs se solum bene sentire. O quàm longe à præfata constãtia virtuosa distãt iniqui q̃ vitijs sunt subiecti, & cõcupiscẽtijs proprijs agitãtur, passiõibusq́; subdunt̃. Propter quod de vno pc̃tõ labunt̃ in aliud, nũc inaniter læti, nũc inordinate merẽtes, nũc carnal̃r formidãtes, nũc stolide p̃sumentes, nũc cõcupiscẽtijs inflãmati, nũc cupiditate, nũc ambitiõe succensi. Ideo (teste Propheta) sunt tanq̃ puluis quẽ proijcit vẽtus à facie terræ. Vnde denuo ait de eis: In circuitu impij ambulãt. Non em̃ per rectã viam salutis tẽdunt ad deum, sed p̃ vitio℞ obliquitates properãt ad infernum. Et vndiq́; in rebus caducis atq́; inanibus distrahunt̃, nõ figẽtes cor suum in deo, tanq̃ in vltimo fine. Nec alia oĩa ad dei honorẽ & gloriã ordinãtes. ¶ Tertia sancti Euãgelistæ Iohãnis excellẽtia est, q̃ filius dei suã dilectissimã matrẽ, singularemq́; sponsam, mundissimã virginem Mariã ei commisit. Pendẽs nãq́; in cruce dixit Iohãni: Ecce mater tua, hoc est, hanc quę mea vera est mater, tibi assigno in matrem, quatenus ei vt filius fideliter obsequaris, eius sis consolator, & custos. O beatissime Euãgelista quàm magna est ista excellẽtia tua. Vtiq́; tãto est maior, quãto maior est bonitas atq́; sublimior dignitas huius virgineæ genitricis. Nonné ip̃a est mater veri dei, comparentalis deo patri, vtpotè eundẽ numero cũ illo filium habẽs, illiusq́; genirtix vera, à quo sp̃us sanctus vere procedit. Ob hoc beatissima virgo Maria om̃i puræ creaturæ mirabiliter est p̃lata. Ita q̃ ip̃a est dñ̃a angelo℞, regina cœlo℞, dñ̃a mundi, imperatrix, aduocata, ca mater populi Christiani. A qua (vt diuinus Dionysius protestatur) etiam summi angelici spiritus purgant̃, illuminant̃ ac p̃ficiunt̃. Ecce qualis & quanta est quę beato Iohãni cõmissa est & ei assignata in matrem, cui & ip̃e Iohãnes assignatus est filius, Christo dicente ad eam de sancto Iohãne: Mulier, ecce filius tuus. Et nos ergo cum om̃i humilitate ac fiducia committamus nos virgini glorioso & sancto Iohãni, vt orent pro nobis. ¶ Quarta excellentia sancti Iohãnis est, quòd nõ solum Apostolus, sed etiã Euãgelista, & Euãgelista tam eximius fuit. Quia de sup̃beatissima trinitate, de Chr̃i deitate, de sacr̃o altaris, & de quibusdã altissimis Chr̃i doctrinis p̃ cæteris euãgelistis, atq́; Apostolis profundius, diffusiusq́; in Euangelio suo scripsit: Vt em̃ in eius habet̃ legẽda: Cum ab insula Pathmos, in qua in exilio fuit Ephesum redisset, inuenit quosdã h̨resibus Ebionis ac Cherinti corruptos. Idcirco ab ep̃is atq́; presbyteris Asię, rogatus vt euãgeliũ scriberet, in q̃ illo℞ cõfutaret errores, acqeuit & euãgeliũ scripsit, in q̃ pauca de Chr̃i hũanitate & eius scripsit miraculis, q̃a de his alios nouerat euãgelistas scripsisse. Et q̃m̃ illi de Chr̃i deitate ac summa trinitate & sacr̃o Eucharistiæ scripserũt p̃pauca, idcirco de his Euãgelista Iohannes plenius scripsit. Aliqua quoq́; Chr̃i miracl̃a ab Euãgelistis alijs p̃termissa describit. Hinc in visione prophetica quatuor animaliũ, quatuor euãgelistas designãtiũ, S. Iohannes designat̃ p̃ aquilam, q̃ in vertice quatuor aĩaliũ apparebat. Aquila nanq́; cęteris auibus volare altius p̃hibet̃. Atq́; (vt fatet̃) solẽ in suo splẽdore irreuerberatis oculis intuet̃. Ita B. Iohannes p̃ cõtemplationem & conscriptionem volauit sublimius, & solẽ iustitiæ, deũ sup̃splẽdidissimũ & excelsum aspexit syncerius. Hinc alij tres euangelist̨ cum Chr̃o quasi super terram ambulasse feruntur.

Marginal notes: D; Psalm. 24; Psalm. 62; Matt. 26; Marc. 14; Iohan. 18; Iohan. 19; Iohan. 20; Acto℞. 5; Ephes. 4; Hebr̨. 13; E; Prouer. 4; Prouer. 28; Psal. 1; Psalm. 11; Iohan. 9; F; Dionys.; Iohan. 19; Iohañ. 1. 3; Iohan. 4. 5. 6; Iohan. 14. 15. 16. 17; Apocal. 1; Ezech. 1; Apoca. 4

A Iohãnes aũt cũ ipso quasi in alta cœlorũ ascẽdisse asseritur. Idcirco & nos paupculi pro modulo nostro sanctum sectãtes Iohãnẽ, carnalia & terrena despicere, spũalia atq; cœlestia desiderare discamus. Deũ quoq; contẽplari, ac sup oĩa diligere studeamus, & ea ipsa q̃ de deo & ptinẽtibus ad salutẽ agnoscimus, proximis euãgelizare, id est, annũtiare nõ negligamus. Quinta excellẽtia sancti Iohãnis ẽ, ꝙ nõ solũ sublimis aplus, Euãgelistaq; summus, sed etiam maximus fuit propheta. Nã totus processus & status, ordo, gradus, euẽtus, psequutio & cõsummatio militãtis ecclesiæ sibi in Pathmos insula reuelata, & ab ipso in Apoc. descripta credũtur. Vñ de ipso cãtatur: Nũquid vidit tot secreta purus hõ purius? Ita & nos nobisipsis ac alijs q̃dãmodo prophetemus, i. futura denũtiemus, vtpote districtionẽ futuri iudicij, amarissima illa tormẽta inferni, cœlestis q̃q; ineffabilia gaudia paradisi, q̃tenus ex profunda ac diligẽti horũ cõsideratiõe, deploremus nr̃a ac proximorũ pctã, diuina obseruemus p̃cepta, & tẽporalia vilipẽdẽdo, solicite ac timorate cõuersemur coram altissimo. Ne deũ & creatorẽ ac summũ iudicẽ nr̃m offendamus ĩ aliq̃. Vñ in legẽda sancti Iohãnis narrat̃, ꝙ q̃dã die ĩ Epheso quẽdã iuuenẽ suscitauit à mortuis, q añ triginta dies accepit vxorẽ. Resuscitatus aũt multa recitauit de gaudijs beatorũ, pœnisq; impiorũ, & de supplicijs reproborũ, expressit octo species tormẽtorũ. Prima ẽ corrosio infernaliũ vermiũ. Vñ in Esaia legit̃: Vermis eorũ nõ morietur. Secũda ẽ tenebræ infernales. Hinc apud Iob: Infernus vocat̃ terra tñbrosa & opta mortis caligine. In cuius rei figura scriptũ est in Exodo, ꝙ in Aegypto factæ sunt tñbræ horribiles atq; palpabiles. Tertia ẽ flagellatio dãnatorũ à dæmonib⁹, q cũ ignitis ac ferreis virgis flagellis & scorpionibus flagellãt dãnatos. Quarta ẽ vehemẽtissimũ frigus. Nã infernus, in medio terræ vbi summũ est frigus, cõsistit. Idcirco Iob dicit de iniq̃: Ab aquis niuiũ, transeat ad calorẽ niuiũ. Quinta pœna est tartarei ignis incẽdiũ, q̃ pœna grauissima est. Quia & ignis ille calidissimus est. De q̃ in die iudicij dicturus ẽ Chrũs ad impios: Ite maledicti in ignẽ æternũ. Ipsa q̃q; alternatio seu vicissitudo pœnarũ infernalis frigoris ac caloris, inęstimabiliter torquet damnatos. Præsertim, qm̃ trãseũt de extremo in extremũ, hoc ẽ, de maximo calore ad intẽsissimũ frigus, sine reductiõe ad tẽperamẽtũ seu mediũ. Sexta pœna ẽ, dæmonũ aspectus quæ pœna ineffabiliter grauis ẽ, ita ꝙ sicut ĩ multis narrat̃ exẽplis, hõ mallet in ardẽti fornace iacere, q̃ vnũ dæmonẽ in sua horribili forma cõspicere. Qualis ergo & quãta ẽ innumerabilem dęmonũ multitudinẽ æternalr̃ intueri. Septima pœna ẽ cõfusio scelerũ, q̃ dãnati de suorũ scelerũ enormitate ac turpitudine cõfundũtur, & inordinatio ac pturbatio maxĩa cordis eorũ. Animus aũt inordinat⁹ sibijpsi pęnalis ẽ, queadmodũ aĩus ordinatus sibijpsi suauis ẽ. Octaua pœna ẽ, luctus ppetuus. Vnde in euãgelio loq̃tur Chrũs: Ibi erit fletus & stridor dentiũ. Præter ista supplicia sunt in inferno alia multa tormẽta, vnũ est intolerabilis fętor, secũdũ est mœstissima illa societas, tertiũ tædiosissimus clamor, quartũ propriæ deformitatis intuitus, quintũ est improperatio dæmonũ, sextũ diuinæ visionis carẽtia, octauũ desperatio sempiterna, quia de suis ppetuis pœnis sunt certi. Nec tm̃ affligẽtur exterius ab igne gehẽnæ, quãtum torquebũtur in mẽte, cogitãdo ꝙ in illis supplicijs sint ęternaliter pmãsuri. Et breuiter, sicut gaudia beatorũ in particulari nequeũt numerari, ita nec dãnatorũ supplicia. Si ergo dei amore felicitatis affectu, zelo iustitię nõ trahimur ad vitãdũ pctã, saltẽ tãtorũ formidie tormẽtorũ cessem⁹ à vitijs, vt sic paulatim ex dei amore & virtutũ affectu vitem⁹ pctã, faciamusq; bona

Esaię.66
Iob.10
Exodi.10
Iob.24
Matt.25.
Mat.8.13
22.24.25.
Luc.13.

C ¶Sermo III. De cõtẽplatiõe, de charitate, cęterisq; virtutib⁹ q̃bus sit imitãdus S. Iohãnes.

Ponam te quasi signaculũ, qm̃ te elegi dicit dñs Aggæi secũdo. Hæc verba de beatissimo Iohãne Euãgelista tropologice cõueniẽter intelligũtur. Tãtis em̃ à deo gratijs, virtutibus, excellẽtijsq; ornatus est, ꝙ recte quasi signaculũ à deo est positus. Signaculũ vtiq; valde præclarũ, delectabile, speciosum, vt illud intueamur, amemus, honoremus ac admiremur. Itaq;, quia in p̃cedẽti sermone quinq; excellẽtiæ sancti Iohãnis sunt recitatæ, iã de cæteris eius excellẽtijs est loquẽdũ. Quarũ vna est, eminẽtia suæ sapiẽtiæ ac doctrinæ, in cuius rei signũ, in cœna sup Chri pectus quieuit ad p̃figurãdũ, ꝙ de fonte mẽtis diuinæ fuit fluẽta sapiẽtiæ ac doctrinę abũdãtissime potatur⁹. ¶Porrò, sapiẽtia ẽ affectuosa cognitio diuinorũ. Per doctrinã vero intelligo nũc documẽta eius moralia. Fuit ergo S. Iohãnes dono sapiẽtiæ eminẽter repletus, & diuinorũ cõtẽplator altissimus. Cõtemplatio aũt, vt asserit Augustinus, rapit hoĩs mẽtẽ ad superiora, tãto ardẽtiorẽ, quãto mundiorẽ, & tãto mũdiorẽ, quãto ad spũalia eleuatiorẽ, tãtoq; eleuatiorẽ, quãto carnalibus ac terrenis desiderijs amplius mortuã. Ex q̃ patet, ꝙ quanto qs carnalibus ac terrenis desiderijs amplius occupat̃, cõsentit ac subdit̃, tãto plus à vera cordis mũditia, à diuini amoris feruore, à cõtẽplationis lumine, distat. Ideo dicit Grego. Mẽs nr̃a ad cõtẽplãda diuina nõ pducit̃, nisi ab his q̃ exterius implicãt studiose subtrahatur. Sed forte qs dicet: Quid mihi & cõtẽplationi? Ego grossus & ideota sum, exteriora disponere habeo, terrena tractare cõpellor, mihi & domui meę de necessarijs prouidere indigeo. Ad quod respõdeo, ꝙ nemo vere & digne Chrianus vocat̃, qui ita in exterioribus & terrenis se occupat, ita carnalia ac temporalia tractat, vt non sæpe ad creato-

Iohan.13.
August.
Gregor.

creatorē,suā eleuet mētē. Nō interdū cœlestia ac diuina,& ad salutē ptinētia,meditet̄,imo oīa D
ista terrena & exteriora ad spūalia ac interna,ad deū & verā salutē ordinare tenet̄. Itaq; qlibet Chrīanus tenet̄ carnalia desideria refrenare,grām & virtutes magis q̄ terrena diligere,deū & futurā beatitudinē quādoq; attēdere. Sic'q; cor suū a dimmoderata cura & occupatiōe terrenorꝫ abstrahere. Hinc dicūt doctores,ꝗ quicūq; habet charitatem,habet etiā donū sapiæ scdm aliquem gradū. Per quod sapiæ donū, cōtemplat̄ homo deū atq; cœlestia. ¶ Præterea,q̄ præ-
1. Johan. 1 Apocal. 1. Johan. 1 clara sint moralia documēta sancti Iohānis,in eius epistolis,& in primis Apocalypsis capitulis atq; in Euangelio eius monstratur. Secūda excellētia S. Iohānis apl̄i est,eminētia suæ dilectionis ad deū & proximos. Erat em̄ totus charitate accensus,& quasi in charitatis affectum trans-
1. Johan. 1 3. 4 et. 5. formatus. Vnde ad charitatem seruandam, verbis & scriptis præcipue hortabatur fideles. ¶ Legit̄ quippe in eius legēda,ꝗ cū vsq; ad finē vitæ suæ in Epheso moraret̄,& inter discipulorum manus ad ecclesiā duceret̄,nec plura posset verba proferre,ad quamlibet pausam dixit: Filioli diligite alterutrū. Discipuli aūt & frēs q aderāt,admirātes,ꝗ eadē semꝑ verba repeteret,di-
Matt. 22 Marc. 12. Luc. 10. Joh. 13. 15. xerūt: Magister,cur semꝑ eadē verba resumis? Rn̄dit: Quia istud p̄ceptū est dn̄i,& si hoc fiat, sufficit. Hinc in suis epl̄is,p̄sertim in prima,charitatē copiosissime laudat,commēdat,docet,ac p̄cipit: Hęc est(inquiēs)annūtiatio quā audistis ab initio,vt diligatis alterutrū. Nos scimus,qm̄
1. Johan. 3 trāslati sumus à morte ad vitā,qa diligimus frēs: Qui nō diligit,manet in morte. Oīs q odit
Ibidē. frēm suū homicida est. Qui diligit frēm suū,in lumine manet,& scādalū in eo non est. Qui odit
Ibidē. frēm.i.proximū suū,in tenebris est,& in tenebris ambulat,& nescit quo eat,qm̄ tenebræ obcæ-
Ibidē. cauerūt oculos eius. Itaq; & nos beatissimi Iohānis exēplo,spūali diligamus amore deū,oēs'q; ꝓximos nostros,sicut nosipos. Hoc eq̄dē dei p̄ceptū est & certū signū ꝗ ptineamus ad Chr̄m. E
Johan. 13. Qui loquit̄: In hoc cognoscent omēs,qa discipuli mei estis,si dilectionē habueritis adinuicem. ¶ Porro,proximos spūaliter diligere,est eorꝫ salutē desiderare,& ea quæ ad obtinēdum beatitudinē prosint eis pro posse impēdere. Ea quoq; quæ cōtrariant̄ saluti eis pro posse subtrahere. Vnde elicitur,q̄ longe sint à spūali amore,qui sobolem suā à vitijs non compescūt,sed ad vanitates & prauitates licentiāt,pompatice atq; supflue vestiūt,& ad magna in seculo isto promouere conātur,à religionis quoq; ingressu,impedire nitūtur. Tertia excellētia sancti Iohānis est fructificatio suæ p̄dicatiōis. Innumerabiles nāq; cōuertit ad Chr̄m,& totius Asiæ fundauit, ac gubernauit ecclesias. Cratonē quoq; philosophū,& cū eo duos ditissimos iuuenes ad fidē cōuertit. Similiter Aristodemū idolorꝫ pontificē,& cum ipo procōsulem. Sed & sanctissimos habuit discipulos multos,inter quos beatissimi martyres Ignatius & Policarpus inclyte p̄fulserunt. Studeamus ergo & nos pro viribus nostris proximos deuiātes ad viam salutis reducere, trāsgressores cōuertere,ignaros instruere,aliorꝫ saluationi cooperari. Nā tāto est vnusq́sq; in dei amore pfectior,quātū ad eius amorē plures cōuertit,aut saltē cōuertere nititur,vel affectat.
Dionysi⁹ Gregori⁹ Diuinus quoq; Dionysius protestat̄,ꝗ omniū diuinorꝫ diuinissimū est,deo cooperari in reductione & cōuersione animarꝫ ad ipm̄. Et Gregorius: Sacrificiū deo gratissimū,zelus est animarum. Hinc pro cōmuni bono ecclesiæ,pro oīm salute in generali,in speciali quoq; pro propinquis & benefactoribus ac recōmendatis omi hora orare debemus affectuose. Quarta excellentia sancti Iohannis ast: Potestas & gloria miraculorꝫ ipsius. Domitianus etem̄ imperator famā eius præcipiēs,Romā fecit eum adduci,& ibi in feruētis olei dolium mitti, à quo beatus Euangelista exiuit illęsus. Deinde fecit eū in Pathmos insulā relegari. Vbi cū detineret̄,D. Dionysius F
scripsit ei epl̄am,in qua inter cętera ei prophetauit,ꝗ ab illo exilio eēt ad Ephesum rediturus. Cūq; iuxta prophetiā D. Dionysii reuerteret̄,Ephesum'q; intraret,discipulā noīe Drusianā suscitauit à mortuis. Pretiosissimas q̄q; gēmas minutatim fractas ac dispersas orādo reintegrauit. Virgas & lapides in optimū aurū cōuertit. Templū Dianæ sua orone deiecit,& statuā dissipauit Dianæ. Cū'q; ob hoc Aristodemus pōtifex idolorꝫ seditionē magnā cōcitaret in pplo,dixit ad eū S. Iohānes: Quid faciā tibi vt mitigeris. Qui ait: Si vis vt credā,dabo tibi venenū potare, quo si læsus nō fueris,verus deus tuus dn̄s apparebit. Cui S. Iohānes: Fac ita. At ille: Volo vt alios inde videas primo mori. Petijt ergo Aristodemus à proconsule duos reos decapitādos,q de veneno illo bibētes,statim expirauerūt. Deinde B. Euāgelista venenū accipiēs,& signo crucis se muniēs,totū epotauit venenum,& māsit illæsus. Tunc dixit Aristodemus: Adhuc dubietas mihi inest. Sed si duos illos veneno extinctos suscitaueris,credā. Tūc Apl̄s tunicā dedit Aristodemo,vt eā sup defunctos illos poneret,dicēs: Apl̄s Chr̄i me misit ad vos,vt in noīe Chr̄i resurgatis. Quo facto,ꝓtin⁹ surrexerūt. Sic'q; Aristodemus gētiliū pōtifex & ꝓcōsul cū oī sua parētela & alijs multis cōuersi sunt. Et mox in honore dei & S. Iohānis dedicauerūt ecclesiā, in cuius medio,in throno sedere fecerūt B. Iohānē. Quinta excellētia S. Iohānis est: Virginea puritas eius, quā vsq; ad mortē seruauit inuiolatā. Qui eū in hoc p̄t sectari,magnū est vtiq;. Oīs aūt virgo,
Augustiñ. secundum Augustinum, vitare debet strepitus, & plateatꝫ frequentiam, loquacitatem, & vanum ornatum, ne alijs fiat causa perditionis. Ideo cum verecundia capite inclinato debet procedere, risum, colloquia, & aspectum virorꝫ, iactantiam'q; vitare, otia declinare, & semꝑ vtiliter occupa-

A occupari,& quo castior, eo humilior debet cõsistere. ¶Sexta excellẽtia S. Iohãnis est, virtuosa ac venerãdissima eius senectus, nã cæteris cunctis superuixit apostolis, & vsq; ad nonagesimũ nonũ peruenit ætatis annũ, sexagintaocto annos viuẽs post Chri resurrectionem, & vsq; ad Traiani Imp. tẽpora pseuerãs. ¶Septima eius excellẽtia est beatissimus finis ipsius. Cũ eñ no nagintanouẽ esset annoꝝ, venit ad eũ Chrs cũ cæteris aplis, dicẽs: Veni dilecte mi, qm̃ tẽpus est, vt in mẽsa mea cũ tuis fratribus epuleris. Dñica die venies ad me. Veniẽte die dñica, beatus Iohãnes à prima galloꝝ cãtu vniuerso pplo in ecclesia eius collecto vsq; ad missaꝝ solẽnia pdicauit, qbus cõpletis, in sepulchrũ qd sibi fecit parari iuxta altare, descẽdit, & in eo se posuit, atq; expãsis ad deũ manibus, dixit: Inuitatus ad cõuiuiũ tuũ dñe ecce venio, grãs agẽs, qa digna tus es me ad tuas epulas inuitare, Nã sciebas, ꝙ te toto corde desideraui. Cũq; orationẽ finisset tãta sup eũ lux venit, ꝙ nemo eũ inspicere potuit, recedẽte'q; lumine, sepulchri fouea inuẽta ẽ mãna repleta, qd illo in loco vsq; hodie generat. ¶Postremo q̃ri solet, an Chrs magis dilexit Iohãnẽ q̃ Petrũ. Videt ꝙ nõ, qm̃ Petrus dilexit Chrm amplius q̃ Iohãnes, ergo & Chrs Petrꝝ magis q̃ Iohãnẽ dilexit. Qui eñ Chrm plus diligit, melior, amabilior'q; cẽset, meliores ãt Chri stus plus diligit. Oppositũ huius ex Euãgelio S. Iohãnis probat, q per discipulũ quẽ diligebat Iesus designat seipsum. Ad istud quidã rñdent, ꝙ Chrũs Iohannẽ magis dilexit, loquendo de dilectione q̃ cõsistit in familiaritatis ostẽsione, quia familiarius habuit se ad Iohãnẽ, & in cœna sup pectus Chri quieuit, & propriã matrẽ Chrũs cõmisit Iohãni. Sed loquẽdo de dilectiõe, q̃ cõsistit in donoꝝ exhibitiõe, magis dilexit Petrũ, qm̃ aploꝝ principẽ & totius ecclesiæ pastorem cõstituit eũ, claues'q; regni cœloꝝ præstitit ei. Hæc aũt respõsio nõ videt sufficiẽs, nã prin B cipatus apostolicæ dignitatis & pastoratus ecclesiæ, ligãdi q̃q; & absoluẽdi potestas, non sunt nisi dona grãe gratis datæ, penes q̃ nõ potest attẽdi magnitudo dilectiõis Chri ad hoies. Cum dona hmõi sint bonis & malis cõia, sed penes dona grãe gratũ facientis potius attẽditur magni tudo dilectiõis pfatæ. Quod aũt insup dicũt Christũ æqualiter dilexisse Petrũ & Iohãnem, loquẽdo de pcordiali amore, qm̃ ambo fuerũt æqualis meriti, videt prorsus incertũ. Cũ Salomõ in prouerbioꝝ libro dicat: Spirituũ ponderator est dñs. Quis eñ absq; reuelatiõe potest cog noscere, an Petrus & Iohãnes æqualis sanctitatis & meriti, seu pares in pfectione charitatis in fusæ fuerũt. Alij dicũt, ꝙ est quædã dilectio naturalis inclinatiõis seu affectiõis, q̃ tñ in aĩa Chri sti fuit rõni oĩno subiecta, & illa Chrs magis dilexit Iohãnẽ propter multiplicẽ causam, Petrus vero Chrm magis dilexit, q̃tũ ad quendã dilectiõis feruorẽ, q feruor cõstat in redundãtia quadã in patrẽ animæ inferiorem, & deinde in erumpẽtia operum & signorum dilectionis, penes quem feruorẽ non attẽditur principaliter charitatis perfectio, imò naturalis dispositio, multũ confert ad talem feruorẽ. Sed loquẽdo de principali magnitudine charitatis internæ incertum est, quem illoꝝ duorum Chrũs magis dilexit. Et item quis illoꝝ duoꝝ magis dilexit Christũ. Sed incertũ est, quis eorũ est nunc maior in gloria pmij essentialis, vel an oĩno sint in felicitate (æquales.

Joh. 13. 19
Johã. 13
Matt. 16
Prouе. 16

AD RELIGIOSOS.

C ¶Sermo quintus, Quomodo pueri esse debemus innocentia & puritate, & ꝙ deo sua in nobis tantum placent & opera & dona.

Ecce puer meus, suscipiã eũ, electus meus cõplacuit sibi in illo aĩa mea. Esa. 42. Hic est discipulus quẽ diligebat Iesus, q & recubuit in cœna sup pectus Iesu & dixit: Dñe quis est q tradet te. Hic est q post beatiss. Petrũ inter aplos fuisse pcipuus cõprobat, de quo in actibus recitat Lucas. Vidẽtes principes sacerdotũ & q cũ illis erãt Petri & Iohãnis constantiam mirabãtur. De quo ait & Paulus: Petrus, Iacobus, & Iohannes, qui videbãtur co lumnæ esse, qui & inter Euangelistas præfulget. Hic gloriosissimus Euãgelista, à cuius laude cõ digna omniũ mortaliũ deficit lingua, in verbis thematis præassumpti cõmendatur à quatuor. Primo, à sua puritate seu innocẽtia, cũ dicitur: Ecce puer meus. In qbus etiã verbis insinuatur eius excellẽtia, cum dñs loquitur. Ecce, qd est aduerbiũ demonstrãdi, notabile quid designans. Secũdo laudatur à susceptiõe diuina, cũ additur, suscipiam eũ. Tertio à pdestinatione æterna, cũ subiungitur, electus meus. Quarto, à cõplacẽtia gratiosa, dũ subinfertur, cõplacuit sibi in illo anima mea. Primo itaq; cõmendat à sua innocẽtia atq; mũditia, dũ eũ deus pueꝝ suũ appellat Ecce, inquiẽs, puer meus. ¶Dicitur aũt aliquis in scripturis puer varij modis. Primo, ratione ætatis, iuxta illud: Herodes occidit omnes pueros in Bethleem Iudæ. Secũdo, ratiõe insipiẽtiæ, iuxta illud Esaiæ: Puer centũ annoꝝ morietur. Vnde & Paulus hortat: Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote. Tertio, ratiõe puritatis & simplicitatis colũbinæ ac innocẽtiæ, sic'q; apostoli oẽs pueri nũcupant, qbus Chrũs post resurrectionẽ loquutus est: Pueri, nunquid pulmẽtariũ habetis? Specialr vero sacratissimus iste Iohãnes puer vocat, q & credit nunq̃ peccasse mortalr, nisi forsitan qs cõtendat asserere aplos peccasse mortalr, fugiẽdo à Chro tẽpore passionis, & tũc corruẽdo à fide, & qm̃ in virginea mãsisse mũditia fertur. Hanc igit eius puritatẽ internã & columbinã simplicitatẽ ac innocẽtiam sequi, vtcũq; conemur, cũ dicat saluator Beati mũdo corde, qm̃ ipsi deũ videbũt. Etrursus: Estote simplices sicut colũbæ. Atq; vt ait

Johañ. 21.
Acto. 3
Gala. 2
Matth. 2
Esa. 65
1. Cor. 14
Johan. 21
Matth. 5
Matt. 10

Psalm. 23 Psalmista: Innocēs manibus & mūdo corde ascēdit in montē dñi & stabit in loco sancto eius. D
Job. 22 Vnde in Iob asserit: Saluabit innocēs, saluabit āt mūditia manuū suarum. In prouerbijs quoque: Qui
Prouer. 2 recti sunt habitabūt in terra, & simplices pmanebūt in ea. Deniq; ideo in cœnobio residemus, idcirco à secularium hoīm habitatiōe, societate, vita, tumultuq; fugimus, q̄tenus in omni puritate, pace & spūali profectu dño ministrem⁹, & spectat ad religiosos, nequaq̄ lignū, fœnū, stipulaq; colligere, sed pro venialib⁹ & q̄tidianis suis pc̄tis q̄tidie satisfacere p frequētē mētis suæ eleuationē ad deū, p ardētes affectiōes ad eū, p orōes cōtinuas & varia superogatiōis exercitia virtuosa, p q̄tidianā q̄q; cōfessionē & interiorum suorum examinationē ac ,pprij corpis disciplinationē imò p ista & cęteras obseruātias regulares ac obediētiā sanctā, non solū à pteritis culpis penitus emūdari, sed ī charitatis q̄q; ardore, oīmq; virtutū vigore vehemēter ,pficere. Stem⁹ ergo ī in
Abacuc. 2 desinēti cordis custodia, prout Abacuc ait ,ppheta: Sup custodiā meā stabo. Porrò si ita egerimus, innocētes veraciter erim⁹, vtpote nulli nocētes, imò verbo & facto, fama & exēplo, orōe & pijs affectib⁹ alijs ,pficiētes, sic nāq; baptismalis īnocētia recuparat, & certe btūs ē, & grandi amore ac laude pdignus ē q in cōgregatiōe ita se habet, q sua diligētia & feruore, sua benignitate & dilectiōe, sua hūilitate, exēplaritate, tēperātia, patiētia, mititate, aliorum negligētiā & teporē, duritiā & auersionē, supbiā & scādalositatē, īmoderātiā, īpatiētiam & irā etiā tacēdo redar
Johā. 1. guit, deijcit, corrigit & reformat, de q̄ verificat illud: Ecce vere Israelita, in q̄ dol⁹ nō ē. Nullatenus enī decet aut licet aliq̄d simulatiōis aut duplicitatis vel fraudulētię aut mēdositatis religio-
Malac. 1. so inesse. Maledict⁹ enī ē dolosus & frauduleti vasa sunt pess. Virum qppe sanguinū & dolosū ab
Ecci. 28
Esa. 32 ominabit dñs, pdetq; oēs q loquunt mēdaciū, sed & simulatores ac callidi ,puocant irā dei. Et E
Psal. 5 vir duplex aīo incōstās ē in oībus vijs suis. Hinc necesse ē nos vera synceritate ac simplicitate sa
Job. 36 lubri ornari, vt simplex sit oculus nr̄æ mētis seu recta intētio, oīsq; nr̄a affectio, oē studiū, oēne
Jaco. 1. ,ppositū sit deo placere, ,ppinq̄re, vniri, gloriā & honorē sp īpēdere & eo ęternalr frui. ¶ Scdo in verbis phabitis cōmēdat pclariss. Euāg. Iohānes à diuīa susceptiōe. Suscepit etenī eū deus ad magna & multa, imò & ad maxia bona, ad dona vz tā grę gratū faciētis q̄ gratis datę. Nā fecit eū aplm & eius pdicatiōe cōuertit Asiā vniuersam, imò & alios multos, fecit etiā eū Euangelistā excellētiss. & eius Euāgelio erudiuit & erudit totū orbē, fecit q̄q; eū ,pphetā tā eminētē, vt totū militātis eccl'iæ statū, decursum, afflictionē & cōsummationē ei reuelasse credat, prout ī Apoc. mōstrat. Fecit itē eū dñs Iesus Ch. suæ digniss. mr̄is specialē custodē ac filiū. Hęc aūt sunt dona grǣ gratis datę, imò & alia mlta ac magna grǣ gratis datę dona cōtulit ei, vtpote gn̄a linguarum discretionē spirituū, intelligētiā scripturarum, efficaciā miraculorum. Porro q̄ excellētia fuerint ī eo dona grǣ gratū faciētis, q̄ profunda humilitas, q̄ feruētiss. charitas, q̄ admirabilis sanctitas, quāta cæterarum virtutū pfectio, qs possit exprimere aut scrutari, psertim qa tot annis post cæteros vixit aplos. Nec dubiū qn q̄tidie mirabilr in omni ,pfecit virtute. Insup in extremis suscepit eū Chrs leuissima morte ad mēsam suę refectiōis supnę & īter summos cōstituit cœlestis prīcipes ciues ¶ Tertio in themate cōmēdat ab æterna pdestinatiōe, qa ad tantā grǣ eminētiā in hoc mūdo atq; ad tantā beatitudinē in cœlesti palatio fuit æternalr à deo pordinatus, de q̄ electiōe diuina omne meritū ,pcedēte ipse in suo Euāgelio euidētissime scribit. ¶ Quarto cōmēdat à gratiosa cōplacētia, quā habuit deus in eo. Nil aūt cōplacet deo in hoībus, nisi dona ipsius, cū omne bonū ipsius sit donū, nec proprie dicit deus cōplacētiā habere in hoīe viatore, nisi propter dona F supnaturalia suæ grǣ gratū faciētis, sine qbus nullus pt deo placere in vita psenti, cū dicat Apls:
Heb. 11. Sine fide impossibile ē deo placere. Et denuo: Si linguis, inq̄t, angelorum loquar & hoīm, charita
1. Cor. 13. tē aūt nō habeā factus sum velut æs sonans aut cymbalū tinniēs. In oībus aūt charitatē habenti
Psal. 149 bus cōplacet deo, qa beneplacitū est dño in hmōi populo suo. Et q̄to quis in donis & operibus charitatis ac grǣ gratificantis & aliarum virtutū infusarum pfectior fuerit, tanto maiorē in eo complacētiam habet deus. Et q̄uis absolute loquēdo, maxie deo cōplaceat in ijs q in charitate per-
Sap. 7 fectiores cōsistūt, cū illi sint simpliciter meliores, nihilominus propter alias virtutes dicunt ho
Pro. 3 mines specialib⁹ ac varijs modis deo placere, cū scriptū sit: Neminē diligit deus, nisi q cū sapia
Judith. 9 inhabitat. Et rursus: Cū simplicibus sermocinatio eius. Itēq; Mansuetorum & humiliū tibi semp
Psal. 2 placuit orō. Et iterum: Beati oēs q sperāt ī eo. Et denuo: Fides tua te saluā fecit. Queadmodū enī
Matth. 9
Matth. 5 corā deo & hoībus odibilis ē supbia, ita hūilitas reddit hoīem deo, hoībusq;, imo angelis scīs
Luc. 1. 7. 8 amabilē. Studeam⁹ igit vniuersis virtutib⁹ istis ornari ac pfici earumq; actib⁹ abūdare atq; ī actib⁹ latrię, in prōptiss. deuotiōe, ī feruēti orōe, salubri meditatiōe, reuerēdiss. sacrorum oblatiōe, humillima adoratiōe q̄tidie amplius cōplacere, q̄tenus sic ex omni parte cōplaceat sibi in nobis.

¶ Sermo. V. De contemplatione, & qbus virtutibus pparati, hanc assequamur.

Ezech. 1.
Apocal. 4
ASCENDIT super Cherubin & volauit super pēnas ventorum. In psalmo. In visione ,pphetica, q̄ per q̄tuor animalia designati sunt beatissimi q̄tuor Euāgelistæ, S. Iohānes apostolus per aquilā designat, q̄ cæteris auib⁹ volare altius perhibet & aciē visus in solem desigere. Sic gloriosus Euāg. Iohānes cæteris Euāgelistis de Chri deitate & supbenedicta trinitate altius scripsit, & ea q̄ dei sunt valde sublimiter ē cōtēplatus. Deniq; tota pfectio

homis

B impēdi desideras denegare. Necessitatibus proximi sc̄d̄m vires succurrere, sed prodesse etiā vltra vires velle. Sed qa iā dictū est quę sit bona volūtas. Videndū quę sit mala volūtas. Itaq; mala volūtas ē, quę rōne & diuina lege nō regit, sed propria libertate cōtra superioris p̄ceptū mouet appetēdo aut exequēdo illicita. Vel, fugiēdo seu negligēdo p̄cepta. De hac volūtate p̄uersa ait Bernardus: Cesset propria voluntas, & infernus nō erit. (Bernard.) In quē em̄ ignis desęuiet infernalis, nisi in p̄uersam & propriā voluntatē? Hæc em̄ deū impugnat & cōtra eum extollit, eiusq; voluntati p̄ponit & supponit seipam. Hæc voluntas maledicta, rebellis, p̄uersa, spoliat paradisum, implet infernum, fructum saguinis Christi euacuat, & ditioni diaboli homines subdit. Hinc loquitur Augustinus: (Augustin.) Cum se voluntas relicto superiore ad inferiora conuertit, efficit mala, non qa malum est id ad quod se conuertit, sed quia peruersa est ipa conuersio. Itemq;: Voluntas auersa à summo & incommutabili bono, & conuersa ad proprium commodum, ad terrenum & sensibile bonum peccat, nō qa sensibile bonum in seipo fit malum, sed qa cōtra ordinē & p̄ceptum diuinæ legis id appetit. Hæc est voluntas superbo℞, q cōtra dei p̄ceptum optāt honores extollunt seipos, præsumunt de proprijs viribus, & alios aspernātur. Hęc quoq; est voluntas luxurioso℞, guloso℞, & omniū carnalium hoīm qui cōtra dei mādatum amāt, & quærūt immūdas delicias, atq; pro t̄pali ac modica voluptate p̄petuos sibi mercātur cruciatus tartareos. Idcirco sunt negotiatores stultissimi. Hæc demū est auaro℞ voluntas, cōtra dei p̄ceptum cupiunt & exquirūt, seu apud se tenēt exteriores vanas & fallaces diuiuitias, per q̄d veris spūalibusq; diuitijs grē ac virtutū, imò & æterna salute se priuāt, atq; pro nummo aīas vendūt diabolo, qa amore pecuniæ aut rei terrenæ se tradūt in manus diaboli, ita quòd eius sunt membra ac serui. (Eccl. 10)
C Idcirco in Ecclīastico scriptum est: Nihil est iniquius, q̄ amare pecuniā. Hic em̄ animā suā habet venalem. ¶Insuper agnoscēdum, q tota bonitas & malitia ope℞ exterio℞ depēdet ex interiori bonitate, aut malitia voluntatis. Nā radix merēdi ac demerēdi in voluntatis libertate consistit. Nec opus aliquid meritorium reputat nisi ex charitate volūtatis procedat, cum dicat Aplus: Si linguis hoīm loquar & angelo℞, charitatē aūt nō habeā, nihil sum. Cū ergo hęc ita se habeāt, studeamus semp interiora, pura, & gratiosa habere, vc; mētem vera fide ac sapia decoratā, voluntatē dei ac proximo℞ charitate feruētem, cor à vitijs & passionū immoderātijs mūdū, ac reformatū, atq; moralibus virtutibus, humilitate, patiētia, māsuetudine, liberalitate ornatū, q̄to em̄ aīa fuerit intus, in his bonis p̄fectior ac deo placētior, tāto verba & op̄a exteriora ide nascētia, sunt deo magis cōplacita, maiorisq; glīæ meritoria, silr quāto qs intus immūdior, ac vitiosior extat, & ex intēriore affectiōe seu libidine pececat, tāto verba & opera eius exteriora praua sunt grauiora, & pęnā merent maiorē. Vñ q peccat ex proposito seu aīo deliberato siue ex certa scia & habitu vitioso aut cōsuetudīe praua, mlt̄o grauius peccat, eo q ex ipetu passiōis, aut ignorātia peccat. Enormiter itaq; legē dei trāsgrediunt, q voluptatis peccāt amore. Hīc iudex cęlestis loquit: (Apoca. 18) Quātū glificauit se, & in delicijs fuit, tm̄ date illi tormētū & luctū. O qualis lectus q̄le balneū p̄parant in iferno luxuriosis & cūctis iniqs. Itaq; deū sp & vbiq; habeamus p̄ oculis & cū omi diligētia custodiamus cor nr̄m, ne creatorē deū ac iudicē metuēdum in aliquo offendamus, beatorùmq; innocētium sanctam simplicitatem ac puritatem sectemur.

¶Sermo tertius: Quanta humanam naturam dilectione deus dignatur, quantum noceat peccatum, & quæ paruulorum conditiones imitandæ.

Sinite

SInite paruulos venire ad me, talium est enim regnum cœloꝝ. Istud est verbum Christi D
Matth. 19. Nam sicut ibidem scribit B. Euãgelista Matthæus, cũ Chr̃us populo pdica-
ret, eiusq; sapiam & virtutes atq; miracula plurimi mirarent, adduxerũt infantes & pue
ros suos ad eũ vt illis benedicere ac manũ imponere dignaret. Cũq; discipuli Chr̃i pro-
hiberẽt adductores paruuloꝝ ne paruulos illos ita adducerẽt, Chr̃s ptacta verba protulit. Sini
Marci 10 te (inquiẽs) paruulos venire ad me, nec solum benedixit paruulis illis, sed & amplectebat eosdẽ
iuxta quod scriptum est: Complexãs Iesus paruulos, & imponẽs manus sup illos, benedicebat
eos. In quibus verbis & factis dñi nostri Iesu Christi multa cõsiderant. Primũ est, summa & ma
xima sua humilitas, quia infantulos illos tam dignãter suscepit, amplectebat, ac benedixit, estq;
probabile, quòd illi qui pueros illos adduxerant, pro maiori parte fuerint pauperes. Nũc ergo
supbis hoĩbus qui pueros ac pauperes vix aspicere & affari dignant. Hanc itaq; Christi humili-
tatem pensemus ac imitemur. Pauperibus & indigentibus afflictis & despectis affabiles ac cõ-
solatorij simus. Secundũ, est magna dilectio Christi ad ipam naturã humanã quã tanq̃ ad sum-
mæ trinitatis imaginem similitudinemq; creatã, & sempiternę felicitatis capacem Christus val
dẽ dilexit ac diligit. Vnde in scripturis veteris testamenti plebs Israelitica, imo & cæteræ infi-
delium nationes ac cõgregationes cõmuniter nomine filiæ designãtur ad insinuãdum q sicut
Zachar. 9 pater diligit filiã, sic creator naturã, psertim intellectualem ac rationalẽ. Scriptum est enĩ: Ex-
Sopho. 3. ulta satis filia Syon, iubila filia Hierusalem. Et alibi: Lauda satis filia Syon, exulta filia Hierusa-
Esaiæ 98 lem. Et alibi quoq;: Sede in puluere filia Babylon. Itaq; cum Paulus dicat apostolus: Imitatores
dei estote, sicut filij charissimi, & nos debemus in hac re creatorẽ nostrũ sectari diligẽdo naturã
in oĩ hoĩe mortali quãtumcũq; iniq̃ & nobis cõtrario, vitia quidẽ eius odire, psonã vero & na- E
Matth. 5 turã amare debemus, eius emẽdationẽ optãdo, pro ea orãdo, cõsilio & auxilio ei⁹ saluti coope
rando, queãdmodum iubet saluator: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos
orate pro psequẽtibus & calumniãtibus vobis, vt sitis filij patris cœlestis qui solẽ suum facit ori-
ri sup bonos & malos. Tertium est, q Christus valde diligit innocentiã simplicitatemq; co-
lumbinã, & cordis munditiã. Ideo nãq; illos amplectebat puerulos qui in charitate fuerunt, &
gratia, sicut nunc infantuli baptizati, erãt equidẽ circumcisi, similitudo quippe est causa amo-
ris. Idcirco non mirum q innocẽtissimus dei agnus ac filius Christus deus & homo innocẽtes
pueros tm̃ dilexit. Nam huiusmodi pueri cum sint in charitate & gr̃a atq; immunes ab om̃i cul-
pa, sunt quasi angeli dei, ideo sunt valde amãdi. Hinc parẽtes innocẽtem sobolem suã valde cu
stodire tenẽtur, ac informare, dum ætati discretionis propinquãt, aut eam adepti sunt, ne ad
mortalem culpã ruendo, innocentiã, charitatem, grãmq; amittãt. Mortale nãq; peccatum in-
nocentiæ huic maxime aduersatur. Nam illud summe nocet tam peccanti q̃ his qui scãdalizã-
tur ex eo cum talẽ peccatum sit vulnus & mors animæ. Deum & æternã felicitatem tollens ab
ea infernalẽ quoq; calamitatem ei inducẽs, ideo ait Propheta: Qui diligit iniquitatẽ odit animã
Prouer. 1. suã. Et Salomon: Vsquequo stulti, hoc est, iniqui ea quæ sibi nociua sunt, cupient. Et Raphael
Tobię 12 angelus testatur: Qui faciũt pct̃m̃ & iniquitatem, hostes sunt animæ suæ. Ecce quãta est excæ-
catio, stultitia, imo & insania omniũ iniquoꝝ in peccato mortali iacẽtium, nec de suis peccatis
vere dolentium si nummũ amittãt, aut vestem, aut in tẽporalibus damnum sustineãt tristãtur,
Luc. 15 & quærunt ac recuperare conãtur, quod amiserunt, sicut in Euãgelio ait saluator: Quis est ho-
mo qui si habuerit centum oues, & vnã ex illis amittat, nonnẽ dimittit nonginta in montibus, F
& vadit ad illã quæ perijt, donec inueniat eã, & tñ dum p pct̃m̃ pdiderunt deum, & grãm eius
tantaq; dãna & mala incurrerũt, rident, non pœnitẽt. Peccatis pct̃ã adijciunt, nõ amissam dei
grãm recuperare nitunt. Omnes ergo iniqui merito stulti vocãtur, de quibus & Salomon lo-
quitur: Stultoꝝ infinitus est numerus. Quartum est, q non solum ætate & corpe paruulis, sed
Matt. 18 & cunctis paruuloꝝ innocentiã imitãtibus debet regnum cœloꝝ, sicut in Euãgelio saluator di
cit: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœloꝝ. Idcirco
1. Cor. 14 hortat Apostolus: Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus autẽ perfecti
sitis. Sunt enĩ in peruulis aliquæ proprietates nõ bonæ, & ideo nõ imitãdę. Et sunt in eis pro-
prietates aliquæ bonæ ac imitãdæ. Proprietates nõ imitãdæ sunt defectus vsus rationis, & in-
stabilitas inde procedens multiplex error, & quòd facillime decipiunt. Nam poma & pira p-
elegũt, ac pferũt aromatibus & gẽmis. In his malis proprietatibus sequunt impij paruulos, quia
p passiones, & vitia ratio excæcat in eis, & vera sapia carent, atq; de vno pct̃õ ruunt in aliud &
om̃i tẽtatione vincunt, nec hostibus suæ salutis repugnãt, imo quicquid diabolus suggerit eis,
quicquid appetit caro, faciliter acquiescunt, Poma quoq; & pyra pferunt auro & gemmis, hoc
est, sensibilia & terrena pponunt bonis spũalibus, cœlestibus & æternis, imo caducis vanis & re
bus vilissimis magis affectuose adhærẽt, q̃ summo infinitoq; bono deo incomparabiliter præ-
amãdo. ¶Porro proprietates paruuloꝝ bonæ ac imitãdæ sunt, quod nõ extollunt seipos, q
læsi faciliter mitigantur, quod concupiscentijs nondum mouent, nec malum alicui moliuntur.
Parentes quoq; & magistros formidãt, corrigentibus reluctari non audent, & faciliter com-
pescunt

A pescuntur, dociles꜓ cõsistunt, in ijs oĩbus paruulos sequi debemus, & omnẽ vitare superbiam Iaco.4
qm̃ deus superbis resistit, humilibus aũt dat grãm, propter q̃d in Ecclesiastico dicitur: Odibilis 1.Pet.5
corã deo & hoibus est superbia. Et item: Nõ te extollas in cogitatione tua velut taurus. Cũ em̃ Eccl.10
superbia sit omniũ vitiorum origo, ex qua oriuntur indignatio, ira, impatiẽtia, p̃sumptio, asper- Eccl.6
natio, falsitas, superfluitas, curiositas꜓ vestitus, cõtentio, cõstat ꝙ volens deo placere, peccatis
resistere, virtutes acquirere, primo ac maxime omnẽ debet superbiã detestari, humilitatẽ am-
plecti, propriã defectuositatẽ atq; ad omne malũ pronitatẽ pensando & ꝙ à seipso nõ habet,
nisi deficere & peccare. Præterita q̃q; & quotidiana peccata cõsiderando, quanq̃ immensis pe-
riculis expositus sit intuendo. Præterea si læsi ab aliquo sumus aut nequaq̃ egre feramus, aut ci-
to simus placabiles, ne nobis conueniat q̃d sanctus patriarcha Iacob loquutus est: Maledictus Gene.49
furor eorum, qm̃ pertinax & indignatio, quia dura. Item cõcupiscentijs non subdamur, neq; pro
hibita cupiamus. Nemo intueatur mulierẽ ad concupiscendũ eã, nec incaute aspiciat q̃d desiderare Matth.5
rare non licet, sed visum suũ custodiat vnusq̃sq;, cũ & Salomon dicat: Oculi sapientis in capi- Eccles.2
te eius, oculi aũt stultorum in finibus terræ. Stulti em̃.i. intimorati & impij oculis suis vndiq; eua- Psalm.118
gantur. Hinc propheta orauit: Auerte dñe oculos meos ne videant vanitatẽ. Insuper nulli mo
liamur aliq̃d malũ, nulli ponamus iniuste insidias, nullũ decipere affectemus, sed superiores su-
os quilibet vereatur, honoret, nec eorum correptionibus ac correctionibus p̃sumat reniti. ¶ Po-
stremo nõ simus indomiti, sed disciplinæ subijciamur & facile cõpescamur à vitijs atq; salutari-
bus informationibus acquiescat mens nostra, queãdmodũ Salomon iubet: Audi fili mi discipli- Pro.1
B nã patris tui vt addatur grã capiti tuo.i. cordi tuo. Itaq; in p̃tactis virtutibus ac sanctis operi-
bus sequamur beatos & p̃electos hos martyres innocẽtes, abstinendo ab omni inquinamento
mẽtis & corporis, atq; i sanctitate & iustitia deo iugiter seruiẽtes, vt post breuissimũ vitæ p̃sen
tis curriculũ, æternæ beatitudinis cum innocentibus sortiamur triumphum.

AD RELIGIOSOS.

¶ Sermo. IIII. De cauẽdo rancore ac dolo, & q̃tũ nos vniat amor deo.

COmplexans Iesus paruulos & imponens manus sup illos, benedicebat eos. Marc.10
Ex verbis ijs primo elicitur q̃tũ Christus vniuersorum creator naturã humanã amet, p̃
sertim in ijs vbi vitijs nõ fœdatur, sed grã, virtutibus꜓ ornatur. Diligit q̃ppe cuncta Sap.11
q̃ sunt, & nihil odit eorum q̃ fecit, sed dona grãæ diligit magis q̃ dona naturæ. Secundo
ex verbis inductis ostenditur q̃ vehemẽter diligat dñs Iesus innocentiã, simplicitatem ac puri-
tatem, nã paruuli isti q̃s tam amorose ac dulciter amplectebat͛, fuerant circumcisi, ab originali
purgati, charitate, cæteris꜓ virtutibus infusis ornati, sicut & nunc infantuli baptizati. Tertio,
ex eisdem verbis probatur, ꝙ virtuosis hoĩbus donis sibi collatis bene vtentibus, grã & virtu-
tes augentur, nã paruulis illis Chrũs impositis manibus bñdixit, si ergo & nos desideramus à
Christo spũaliter amplexari, p̃cipue diligi, virtutibus locupletari, ita vt cũ sponsa dicere valea-
mus. Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me, studeamus instar paruulorũ
simplicitate columbina, vera innocẽtia atq; interna mũditia decorari, p̃sertim cũ dicat Hiero Hierony.
C nymus: Sicut paruulus nõ perseuerat in iracundia, læsus nõ meminit, videns pulchrã mulierem
nõ delectatur, non aliud cogitat & aliud loquitur, sic & vos nisi talem habueritis innocentiã &
puritatẽ, regna cœlorum non poteritis introire, q̃ vtiq; verba nobis religiosis valde sunt attendẽ
da & maxime metuenda. Apertissime nanq; affirmat ꝙ in iracundia perseuerãs, aut illatæ iniu
riæ reminiscens, seu aliud cogitans & aliud loquens regnũ nequit intrare cœlorum, q̃d ad hoc di
cturi sunt q̃ modico verbo aut alia quauis occasione, aut iniuriuncula sic offenduntur, vt placa
ri vix queant, imò p dies & dies loquelã subtrahunt fratri, & eũ vix possunt æquanimiter intu
eri, ac solita dilectionis indicia ac beniuolentiæ facta suspendũt ab eo atq; per hæc & cõsimilia
plus eũ irritant, inquietant & lædunt, q̃ si eũ aliqual͛r aspere alloquerentur, & certe vt ait Chry- Chrysost.
sostomus, q̃ diu, ita se habent vulnus sine dubio in eorum permanet corde, vtpote ipsa ira, indi-
gnatio seu impatientia. Præterea quidã ita peruersi sunt, vt etiã circa superiores suos, ita se ha-
beant propter correptionẽ aut correctionem sibi ab eis exhibitã reddentes mala pro bonis &
odiũ pro dilectione cũ correptio & correctio sint charitatis affectus, & eleemosynę spũales. Id
circo de talibus Iacob loquutus est patriarcha: In consiliũ eorum non veniat aĩa mea & in cœtu Gene.49
eorum non sit gloria mea, maledictus furor eorum, qm̃ pertinax & indignatio, q̃a dura. Ex quibus
terribilibus verbis monstrat͛, q̃ enorme sit istud & q̃ vitiosi sint tales, quorum societas & familiari
tas sunt vitandæ, ne q̃s ex eorum coĩone, alloquutione, consensu discat similia agere. Tales eteñ
passiones suas solent effundere, & sibi familiaribus recitare, alijs detrahere. Vnde nisi q̃s circa
eos valde caute se habeat, potest periculũ graue incurrere, eis cõsentiendo aut nõ redarguendo
aut similia attendendo, propter q̃d Salomon ait: Noli esse amicus homini iracundo, neq; am- Pro.22
bules cũ hoĩe furioso, ne sumas scandalũ aĩæ tuæ, Nã sicut in Eccõ fert: Homo iracũdus incẽdit
litẽ, & vir p̃cc͛or turbabit pacẽ: Væ itaq; q̃ irrogatã sibi iniuriã gestant in corde & tẽpus q̃rũt Eccl.28
retributionis condignæ, cupientes fratrem confundere aut grauare. Conformiter væ eis qui

Job.36 aliud cogitāt, aliudq́; loquūtur blandi in verbis, maligni in votis aut factis, nō formidātes q̄d
Prove. 20 ait scriptura: Simulatores & callidi prouocāt irā dei, tales vitādi sunt & valde periculosi, cū D
& Salomon protestetur: Ei qui reuelat archana & ambulat frauduleter, ne cōmiscearis. Itaq́;
si subito in nobis oriatur cōmotio iræ, motus impatiētię aut similis passio detestāda, nequaq̄
permaneamus in ea, nec verbis nec signis nec factis eā manifestemus, sed protinus pœniteamus,
pectus tondētes, germéq́; impiū in seipso penitus suffocātes, ne & alios scandalizemus.
Māsuetudinē ergo humilitatē, patiētiā, simplicitatē, innocētiáq́; discamus, plantemus ac radicemus
in nobis, vt mereamur amplexari à Christo, possitq́; anima nostra dicere sponso cę
Cantic. 7. lesti, deo & creatori. Ego dilecto meo & ad me cōuersio eius. Cū em̄ præfatis virtutibus fuerimus
decorati ad illuminationes supnas, & inflāmationes diuinas, ad visitationes spūs sancti
gratiosissimas atq; assiduas erimus sublimiter apti. Neq; em̄ prætactis virtutibus poterimus
pfecte fulciri, stabiliter roborari, iugiter pornari, nisi priuato amore euulso, quo expulso
charitas extat pfecta in nobis, & diuino amore accēdemur vberrimè, & tunc dn̄s deus noster
amplexabitur animas nostras, eas sibi intime astringēdo, propinquissime vniēdo, copiosissime
fœcundādo, imò & intra se rapiēdo, trāsformādo, colligādo, & vnū secū faciēdo easdem.
Nulla etem̄ actio tā vehemēter assimilatur, tā proprie idētificat vnū cū alio sicut dilectio,
cuius est amātē copulare, transformare, indissolubiliterq́; colligare amato. Propter q̄d
1. Cor. 6. ait apostolus: Qui adhæret deo, vnus spiritus est cū eo. Et Christus dicit in Euāgelio: Omes
Johan. 17. inquit vnū sint sicut tu pater in me & ego in te & in eis, vt sint cōsummati in vnū, quo igit deuota,
religiosáq́; anima cœlestē sponsum feruētius diligit, eo amplius efficit se illius & verius
Cantic. 7. dicere potest. Ego dilecto meo. Cūq́; in dei amorē se plene transtulerit totis illū præcordijs E
cupiēs, amans, amplectēs, nec aliud quicq̄ pręter eū intēdens, quærēs aut appetēs, nisi inquātum
id sibi necesse vel vtile est ad cōplacēdū, seruiēdumq́; deo, tūc cum apostolo dicere po
Galat. 2 test. Viuo autē iam non ego, viuit vero in me Christus. Dūq́; huiusmodi effecta fuerit anima,
erit ad eā continuo cœlestis sponsi conuersio, qui eā dulcissime ac frequētissime visitabit
Psal. 51 familiariter amplectetur, gratiosissimè fœcundabit, vt sit tanquam oliua fructifera in domo
Esaie. 62 dei, tunc gaudebit sponsus sup sponsam, & gaudebit sup te deus tuus: O inclyta, amorosa ac
deuotissima anima sic ad tuū creatorē conuersa. Nunc ergo charissimi fratres beatos & innocētes
hos martyres in præmemoratis imitemur, virtutibus & innocētiam baptismalē per tecidiuū
amissam, per pœnitētiam recuperemus. Id potissimū deplorātes, ꝙ post seculi renuntiationē
atq; monasticæ vitæ professionē recidiuum sumus ppessi, vel saltem nō tā diligēter
purè ac feruide ministrauimus dn̄o maiestatis, vt professio exigit nostrę religionis atq; de cætero
tā fructuose, timorate ac charitatiue corā dn̄o ambulemus, vt & negligētias recuperemus
præteritas, & professioni nostræ satisfacere reperiamur, sed & superogationis quippiā
reponamus, potissimū quoniā valde multæ sunt culpæ & negligētiæ nostræ quæ penitus la
Psal. 18 tent nosipsos, propter quas dixit vir sanctus: Delicta qs intelligit? ab occultis meis mūda me
domine. Pro harum quoq; quæ nos latēt expiatione culparum æquanimiter patiamur, si interdū
absq; demeritis nostris corripiamur vel immunes existimus à culpis, quæ nobis obijciuntur,
ꝙ si ita egerimus & mentem nostram pijssimo applicuerimus deo, ipse indubitanter
eam mirabiliter adimplebit, consolabitur, trāquillabit, radiose perfundet, vehemēter accendet,
suauiter vnget, stabiliet, possidebit, misericordissime quoq; sępe præueniet spiritum F
nostrum & flatum ad se trahēs, improuise sustollens, & intra se rapiēs atq; absorbēs. Liberalissimus
nāq; est & quærit occasiones subueniendi ac remunerandi qui beatos hos Innocētes
absq; eorum arbitrio ad palmam perduxit martyrij remunerans in eis opus absq; voluntate
sicut in alijs multis remunerat voluntatem absq; opere.

¶Sermo quintus: Quomodo agnū, id est, Christū debeamus sequi, & ꝙ charitas grauia omia leuia facit, & quæ vera sit innocētia.

HI sequuntur agnū quocūq; ierit. Apoca. 14. Beati innocētes multis à deo priuilegijs,
multis gratijs sunt ornati, quorum patrocinia inuocemus, vt & nos in vita præsenti
Christum quocūq; iuit in isto seculo, iuxta nostræ fragilitatis, facultatē sequamur.
Sequamur inquā dupliciter. Primo per cōsiderationē. Secūdo per opeꝝ imitationem.
Inprimis quicquid Christus pro nostra salute in vita hac egit ac pertulit diligentissime
consideremus, qualiter iuit, imò & crebro fugit de loco ad locū, & quomodo iuit de virtute
Psal. 8. 3. in virtutem. Pertransiuit nāq; benefaciēdo, prædicādo, curādo, & sanādo omes oppressos à
Actor. 10 diabolo. ¶Deniq; non propriam sed patris quæsiuit honorē ac gloriā & quæ placita sunt pa
Johan. 5 Johan. 8. tri, fecit indesinēter, non propriā sed patris venit facere voluntatem, & sicut mandatū dedit
Johan. 5 ei pater sic fecit. Cœpit facere & docere & euangelicæ legis consilia quæ dedit, opere adim-
Johan. 14 pleuit. Eum ergo in his sequamur, quantum nostra requirit vocatio, nostrisq́; viribus extat
Actor. 1. Johan. 12. possibile. Ipse etem̄ exhortatur: Qui mihi ministrat, me sequatur. Et rursus: Qui vult (inquit)
Luc. 9. venire post me, abneget semetipsum & tollat crucem suam quotidie & sequatur me.

¶Præ-

A Præterea duas proposuit vias quibus eum sequamur, vna est via præceptorum ad omnes pertinens Christianos, alia cõsiliorum cõcernens religiosos, per quam eum sequi specialiter nobis incumbit, præsertim in paupertate, cõtinentia, obedientia, quæ omnia ad hoc ordinãtur & tẽdunt, vt mente pura libera ac feruente deo incessanter simus intenti omni loco, tempore atq; negotio ei actualiter, quãtum possibile est, vniti, quatenus sic quæ placita sunt ei semper agamus, quod quamuis humanas vires prorsus excedere videatur, nõ tamen est impossibile apud deum omne verbũ, oĩa possumus in domino deo, qui nos cõfortare semper paratus est, maxime si eius opem & gratiã cum oĩ fiducia atq; instantia inuocemus. Præterea cernimus q̃smodam carnales, mũdanosq; homines in operibus vanitatũ, carnalitatũ & cupiditatũ suarum fatigari vix posse, & hoc quia amor inordinatus ad propria cõmoda, ad delitias & honores multum viget in eis & habitus vitiosi sunt multũ radicati in ipsis, prauisq; cõsuetudinibus quasi impetu quodam ducuntur, imò & impelluntur & tanquã grauissima mole trahũtur. Forma quippe est operationis principium & habitus instar naturæ inclinat, imò cõsuetudo quasi altera appellatur natura, nec aliqua forma, nec aliquis habitus tam prompte & delectabiliter operatur vt amor. Cum ergo gratia sit altior & fortior q̃ natura & spũalis dilectio multo p̃stantior atq; validior quàm carnalis affectio cur pusillanimes sumus ad spiritualem profectum, ad perfectionem apprehendendam, ad imitandum sanctorum patrum vestigia, cum adiutorem habeamus omnipotentem, fidelissimum, ad succurrendum semper promptissimum, imò nos exhortantem, vt suam fiducialiter ac instanter assistentiam imploremus. Itaq; quãto plus in charitate & gratia crescimus, quanto in virtutum ac donorũ habitibus fortius radicamur, quãto in bonis cõsuetudinibus diutius permanemus, tanto quotidie stabilius erimus deo intenti, actualiusq; vniti ac sanctis actibus deo placẽtibus incessabilius occupati & ea q̃ ordinis sunt delectabilius exequemur. Otiositati, loquacitati, dissolutiõi, negligẽtijsq; vacare abhorrebit cor nostrũ. Porrò à dei cõmemoratiõe, laude, oratiõe cessare vix poterit in tm̃ vt frequẽter in somno huiusmodi actibus occupet. Verũtamen in ijs vigilãtissima cordis custodia, filialisq; timor dei valde sunt necessarij ne paulatim euacuemur, Nẽpe q negligit modica, paulatim decidit. Qui vero timet deũ, nil negligit, Perseueremus ergo & persistamus in bonis ac sacrã nobisipsis violentiam inferamus donec ad consuetudinẽ perueniamus virtuosam ac optimã, exteriores & interiores sensus coerceamus, ab immoderãtia linguæ ac ventris nos p̃seruemus atq; in obĩus dei auxiliũ, protectionẽ & consummationẽ felicẽ inuocare non pigritemur. Amplius beatorũ innocentiũ martyrũ, horũ innocentiam, munditiãq; sequamur, p̃sertim cum dicat saluator & iudex & legifer noster: Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnũ cœlorum. Et rursus: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Porrò veraciter innocens est, qui nec sibi, nec alteri nocet, quamuis autem impassibili & superbeatissimo deo nocere non valeamus, qui bonorũ nostrorũ nõ eget, oĩs tamen qui sibimet nocet & peccat, etiam deo & proximis nocet, quantum in ipso est, deo eũ suo honore priuando, proximis, eos scandalizando si publice peccet, vel ad minus auxilium subtrahendo si peccet occulte. Cum enim vniuersi boni fideles sint vnũ mysticum Chr̃i corpus se mutuo bene agendo iuuant, male autem agendo tale adiutoriũ nõ impendunt. Nihilominus quædã pc̃tã sunt directe in deũ, quædã directe in proximũ, quædã directe in seipsum, quæ oĩa innocentiæ cõtrariant. In primis ergo sit quilibet innocens, ne indigne se habeat circa deũ, quẽ magis tenet diligere q̃ seipsum, & ideo magis debet vitare dei inhonorationẽ q̃ propriũ nocumentũ & condemnationẽ. Deinde sit innocens circa seipsum, ne peccando lædat cor suum. Etenim qui sibi nequam est, cui bonus erit? Deinceps sit innocens circa proximos, ne verbo, facto, omissione, aut fama quempiam scandalizet, siquidem, Qui negligit famã, crudelis est. Præterea si sanctorũ innocentiam horũ corporalẽ virginitatẽ imitari non possumus, quia virginitas corporis semel amissa nõ reparat, spũalem tamen eorũ virginitatem sectemur. Hæc nanq; virginitas est mentis integritas in fidei, spei & charitatis synceritate consistens, per quas anima sponso cœlesti præcipue desponsatur, quę virginitas recidiuando perdita pœnitendo recuperatur, sic itaq; cor nostrũ constans in fide longanime & certum in spe feruens, in charitate atq; syncerum in omni virtute, quatenus nunquam inordinate & stolide reflectatur ad se per gloriam inanem aut intentionẽ non rectam seu aliquam culpæ obliquitatem, sed directe & linialiter semper in omnibus feratur in deum eius intẽdẽdo, optando, quærendo procurando honorem, laudem & gloriam.

¶Postremo putandum, q piissimus ac sapientissimus puer Iesus crudelissime trucidationi innocentium puerorum, qui propter ipsum occidebantur, non parum condoluit, quam & nouerat affuturam & præsentem spiritualiter, vidit, similiter compatiebatur eorum parentibus & propinquis, sicq; in tenera illa sua infantia cœpit diuersimode propter nos affligi.

De beatissima quoque virgine poterit idem credi. In his vero regratiemur pietati diuinæ, & sapientiam creatoris deuotissime collaudemus, quoniam ipse ex malitijs hominum tot elicit bona, atque tam varijs ac abundantissimis modis succurrit per CHRISTVM,

Luc. 1. Phil. 4. Ecci. 19. Eccles. 7. Esa. 33 Matt. 18 Matth. 5. Psal. 15 Ecci. 14 Augustin.

hominibus qui ex inaudita & crudelissima Herodis malitia eliciebat tot infantulorum martyria quos coronauit Christi virtute & gratia. Ex quibus etiã innotescit, q̃ multa & horribilia vitia ex ambitione nascãtur. Ex ambitiõe quippe motus fuit Herodes ad tyrannidẽ tantam, ideo longe semper à nobis sit ambitio vniuersa, ex qua teste Gregorio innumerabilia oriũtur peccata. Humilitatẽ vero sectemur abiectiõe & subiectiõe gaudẽtes, nõ ad honorẽ & p̃sidẽtiã aspirantes. Ad laudẽ & gloriã omipotẽtis, &c. D

¶In festo S. Thomæ Episcopi & martyris.

¶Sermo vnicus: De iustitia, fortitudine & securitate mẽtis.

IVstus quasi leo confidens absq; terrore erit. Prouer. 28. In his verbis S. Thomas martyr cõmẽdatur à multis. Primo à virtute iustitiæ, cũ dicit iustus. Secũdo à fortitudine virtuosa, cũ dicit quasi leo. Tertio à cõfidẽtia cordis sui in deo, dũ subditur, confidẽs. Quarto à securitate cũ seqtur absq; terrore quiescet. Fuit itaq; beatus hic martyr valde iustus, vnde in eius legẽda habetur, q̃ dũ in palatio Henrici regis Anglorum moraret, & ibi quædã religioni & æquitati cõtraria cerneret, curiã ipsam deseruit, & Cãtuariẽsi archiepiscopo se cõmisit ac iunxit. Ex quo patet q̃ in tantũ dilexit iustitiã q̃ grande sibi fuit suppliciũ intueri quicquid iustitiæ
3. Reg. 19 & diuino honori erat contrariũ. vnde cũ Helia sanctissimo dicere potuit. Zelo zelatus sum pro dño exercituũ. Secundo patet iustitia eius in hoc, quoniã licet procuratione præfati regis Angliæ esset in Archiepiscopũ Cantuariensem promotus, atq; eidẽ regi familiarissimus atq; charissimus, nequaq̃ tamẽ consensit regi in his quæ rex contra libertatẽ ecclesiæ postulauit ab eo. Imò, quoniã semel verbotenus in his quorundã deceptus cõsilio dedit assensum, paulopost considerans ex hoc animarum imminere periculũ valde pœnituit, inde & dure castigauit seipsum, atq; ab altaris officio se suspẽdit quousq; à summo pontifice absolui, & altaris officio mereretur restitui. Hanc itaq; sancti martyris imitemur iustitiã, vt nec adulatione nec fauore, nec carnali amore, seu quacũq; familiaritate aut amicitia quorũcunq;, nec timore nec cupiditate relinquamus iustitiã, aliq̃d iniuste agẽdo, aut debitũ omittẽdo. De suppeditatione quoq; iustitiæ, & de innocẽtũ atq; iustorum oppressione cõtristemur in deo, sed heu huius oppositũ agũt multi qui si viderint ex suis cognatis aut charis cõtra aliũ corrixari statim præbẽt ei auxiliũ, siue iustè siue iniustè moueatur. Istud repugnat vere amicitiæ ac spirituali amori quæ exigunt, vt propter amicũ ac charum nil agatur virtuti contrariũ, idcirco in scri- E
Eccle. 6. pturis præcipitur: Noli pro amico inimicus fieri proximo. Hinc Tullius ait: Hæc lex seruatur in amicitia, vt neq; rogemus res turpes, nec eas faciamus rogati, si ergo aliquẽ veraciter diligis dũ videris eũ cõtra virtutẽ aliq̃d agere aut rixari charitatiue icrepa eũ & mediator esto pacificus. Secũdo beatus Thomas martyr à sua spũali fortitudine cõmendatur, q̃a inter pericula mortis fuit intrepidus, atq; in maximis aduersitatibus mirabiliter patiẽs. Nã sex annis in exilio manẽs, hinc inde processit. Cũq; rex eũ ad suã non posset flectere voluntatẽ omĩa eius bona diripuit, & totã eius progeniem exilio cõdẽnauit, sicq; beatus martyr p̃sequutionẽ sustinuit regis in propria p̃sona, in suis cõsanguineis ac amicis & in substãtia sua. Nec dubium quin propinquis suis in exiliũ pulsis satis cõdoluit, & de hoc q̃ bona ecclesiæ taliter diripiebãtur à rege cõtristabatur. Ipse tñ in omĩbus his mẽtis trãquillitatẽ seruauit in deo, atq; pro rege & Angliæ regno orauit assidue. ¶Porro septimo sui exilij anno ad propriã sedẽ reuersus, defendit iura ecclesiæ, sicut & ante nec p̃cibus nec cõminatiõibus regis flecti potuit à defensione iustitiæ. Cũq; in ecclesia propria celebraret diuina & populo prędicaret atq; armatos regis milites aduenire audiret, mãsit intrepidus nec fores ecclesiæ claudi p̃misit, sed ipsis sponte se obtulit. Ego (inquiẽs) pro deo & defensione iustitiæ ac libertate ecclesiæ mori paratus sum. Ecclesiã autẽ & meipsum deo & beatæ Mariæ ac omĩbus sanctis, sanctoq; Dionysio recõmendo, quibus prolatis ab impijs est occisus. Ecce quãta fuit fortitudo, cõstantia ac patiẽtia huius sanctissimi martyris. Erubescamus ergo de instabilitate & impatiẽtia nostra & quia mẽte tã debiles sumus, vt nec vnũ verbũ iniuriosum, nec aliquã derisionẽ pati æquanimiter valeamus. Imò pro parua offensa magnã si possumus vltionẽ repẽdimus. Quã ergo à deo misericordiã sperare, quã indulgẽtiã expectare possumus, nisi nos emẽdemus, cũ in euangelio dicat saluator: Si nõ remiseritis vnusquisq; fratri suo, nec pater vester cœlestis dimittet vobis peccata vestra. Tertio, sanctus hic martyr laudatur à cõfidẽtia mẽtis suæ i deo F
Marci. 11 non em̃ proprijs viribus cõfidebat, sed diuinæ pietatis auxilio semp innitebatur, ideo fortis
Esaię. 40 fuit atq; præualuit, sicut per Esaiã prophetã spiritus sanctus testatur, q sperãt in dño muta-
Proue. 18. bũt fortitudinẽ, assumẽt pennas vt aquilæ, & nõ deficiẽt. Vnde à Salomone asserit: Turris fortissima nomẽ dñi ad ipsum currit iustus & exaltabit. Ita & nos totã spem nostrã figamus
Osee. 13. in deo, misericordiam & subsidiũ iugiter postulãtes ab eo. Ipse nãq; ait: Perditio tua ex te,
Johan. 15 in me tantum auxilium tuum, hoc est, quod loquitur Christus: Sine me nihil potestis face-
2. Cor. 3. re, imò teste apostolo: Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, sed suffi-

A sufficientia nostra ex deo est. Quid ergo superbit terra & cinis? Cur de se p̄sumit atq; inaniter gloriatur homo vanus, miser & stolidus, putās se aliquid esse, cū nihil sit. ¶ Quarto laudat sanctus hic martyr Thomas p̄sul sanctissimus à securitate suæ mētis & extirpatiōe inordinatæ formidinis. Impleuit em̄ excellēter quod docet saluator: Nolite timere eos q corpus occidūt, animā aūt non possunt occidere, sed eū timete qui potestatē habet & corpus & animā perdere in gehennā ignis. Et repetiuit: Et ita dico vobis, illū timete. Porrò q̄ dulcis sit ista mentis securitas, Salomon pandit, dicens: Secura mens quasi iuge conuiuiū. Itaq; & in ista virtute beatū hūc virum sectemur, & tanto plus timeamus iudicem deū q̄ quemcūq; hominē, iudicemq́; mortalem, quāto peior & intolerabilior est mors æternæ dānationis, infernale tormentum q̄ mors aut tribulatio temporalis, quanto etiam confusibilius est coram deo & om̄ibus sanctis cōfundi, increpari, ac reprobari, quàm coram hominibus. Hinc multi sanctorum desiderauerūt pro fide Christi occidi. Veruntamen quidā sunt tam imperfecti, tam pueriles & in fide quodammodo mortui, vt plus metuant à superioribus suis humanis iudicibus increpari atq; puniri q̄ à iudice summo deo altissimo, cum tamē debeat vnusquisq; desiderare vt à superioribus suis in vita hac increpetur ac castigetur, quatenus coram deo misericordiam consequatur, eo quòd om̄es increpationes & pœnæ vitæ præsentis sint medicinales, vtpote curatiuæ culparū & pro curatiuæ salutis, dummodo eis homo bene vtatur, patienter ferendo. Ideo Salomon protestatur: Argue sapientem & diliget te. Insuper sanctus Thomas martyr de alijs multis commendatur virtutibus. Primo, quoniā à pueritia in dei timore ac seruitute fuit & creuit, quod merito-

B rium valde est, vtpote florem iuuentutis, non solum fæces senectutis deo offerre, idcirco scribitur: Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Huius oppositum faciūt homines stulti & intimorati, dicentes, Cum tot aut tot annoꝝ esse cœperimus, deo seruiemus, quasi certi sint se tam diu victuros, qui nec diem sciunt, nec horam, non aduertentes, quod si interim vitiosam sibi fecerint consuetudinem in peccando, post annos multos, etiam si vixerint, tam diu indispositiores erunt ad pœnitentiam veram q̄ modo. Cum consuetudo praua sit, quasi grauissimus lapis deprimens mentem. Et sicut in iuuentute tentatur homo acrius de quibusdam peccatis, ita & in senectute. ¶ Secundo commendatur à sua virginea puritate, nā virgo mansit ac obijt, quod vtiq; valde magnum fuit in viro illo qui tam diu fuit in regis palatio, & in tam sublimi officio, nam cancellarius extitit regis. ¶ Tertio laudatur à præcipua prudentia, quia non solum in diuinis valde sapiens erat, & contemplator præclarus, sed in rebus quoq; humanis prudentissimus extitit. Vnde cum ab archiepiscopo Cantuariensi fuisset archidiaconus factus, ad instantiam archiepiscopi cancellariam regis recepit, vt per suam prudentiam compesceret malignorum insultus contra ecclesiam. ¶ Quarto, à speciali & magna sanctitate. Non enim verificatum est in eo illud commune prouerbium: Honores mutant mores, hauddubium quin in peius. Propter quod dicitur: Principatus ostendit virum. Imò cum sanctus hic martyr post grandem resistentiam, propter obedientiæ præceptum archiepiscopatum acceptasset, subito in alterum virum salubriter est mutatus, vtpote humilior, timora-

C tior factus. Nam corpus suum cilicio atq; ieiunijs macerauit. Nec solum pro camisia tulit cilicium, sed & fœmoralia cilicina vsq; ad poplitem deportauit. Tredecim quoq; pauperum pedes flexis genibus lauit quotidie, quos & bene refecit & vnicuiq; quatuor argenteos dedit, in quo magna eius humilitas, liberalitas, ac misericordia copiosa monstrantur.

¶ Deniq; sanctitatem suam tam subtiliter occultauit, vt saluo semper honestatis rigore in con decentia vestium & apparatu vtensilium concordaret moribus aliorum. In quo patet q̄ immunis ab om̄i hypocrisi fuit. ¶ Postremo laudatur ab excellentia & abundātia miraculoꝝ, præsertim post beatissimū obitum suum. Mox em̄ vt occisus est, & clerici missam pro eo inciperent defunctorum, descēdentes angeli sancti, incœperunt pro eo missam martyrum, & clerici illud p̄sequebant̄ officiū, in quo ostensa est sanctitas eius eximia. Meritisq; ipsius deus cōtulit cæcis visum, surdis auditū, claudis gressum, mortuis vitā. In interfectores demū ipsius diuina iustitia vltiones fecit horribiles. Nam alij sanie defluentes, alij paralysi dissoluti, alij in amentiam versi om̄es miserabiliter perierunt. Hoc quoq; sciendum, quod sicut sanctus hic Thomas martyr fuit tempore Petri Blesensis & eiusdem regis ambo fuerunt ministri ad tempus. Vnde prę-fatus Petrus in suis epistolis multa magnifica de martyre illo testatur. Fatetur tamen se quoq; cum alijs diu male sensisse de sancto hoc Thoma, videlicet quousq; deus per prætacta miracula sanctitatem huius martyris declarauit. Vnde inter cætera scribit Petrus ille in vna epistola, loquens de quodam, Non mirum eo tempore videbatur si filius afflicto patri cōpatiens, quandoque durius aut minus consulte de sancto martyre loquebatur, & subdit, Nam & nos insensati vitam ipsius putabamus insaniam & finem illius sine honore, sed cōputatus est inter filios dei, quicquid fecit charitatis obtentu & zelo iustitiæ in crimen odij atq; inuidiæ vertebatur, sed econtra quicquid machinabatur ad infamiam eius humana malitia, eidem conuertit dominus ad coronam, de capite nostro Christo loquitur Esaias: Reputauimus eum quasi leprosum, &

Ecci 10
Hiere. 9
Matt. 10
Prouer. 15
Pro. 9
Threno. 3
Matt. 25
Sapiæ. 5
Esaiæ. 53

percussum à deo & humilitatum, ita & nos pretiosissimum Christi membrum Thomā martyrem velut leprosum putauimus & abiectum & vitam ipsius habuimus in derisum. Credo, D
Gene. 4 quòd si sanguis Abel clamat de terra vltionem, sanguis mitissimi martyris clamat peccatorum remissionē, illis maxime qui pœnitentiam agunt humilē & deuotā
Luce 1. ¶ Insuper in alia scribit Epistola: Exulta ò Anglia & exulta occidens quia visitauit nos oriens ex alto. Thomam apostolum India & Orientalis regio iactitabat, sed occidentalem respexit dominus, dedit Angliæ Thomam nostrum. Non inuidemus Indiæ Thomam suum. Sit Thomas martyr noster in Anglia, sit Thomas apostolus in India, vt per hos duos Christi testes, sit ab ortu solis vsq; ad occasum laudabile nomen domini. Gloriosum est nobis habere martyrem apostoli nomen habentem qui Thomam apostolum in miraculis aut imitatur aut vincit. Alia multa præclara scribit Petrus iste de martyre Thoma. Tanti igitur martyris studeamus imitari virtutes, patientiam, humilitatem, charitatem ac cæteras, eum diligamus, veneremur & inuocemus, quatenus eius meritis & prçcibus gloriosis saluemur. Ad laudem & gloriam omnipotentis, &c.
Psalm. 112

¶ Cætera huic festo oportuna require de sancto Laurentio, & in communi sanctorum.

¶ In festo sancti Siluestri papæ.

¶ Sermo primus: De excellentijs sancti Siluestri cum exhortatione pia ad huius imitationem.

DILECTVS deo & hominibus fuit. Ecclesiastici quadragesimoquinto: Pr̄ luminum, fons omnium gratiarum, deus omnipotens sanctissimum papam Siluestrum præclarissimis donis naturæ ac gratiæ decorauit. Optima quippe naturalia habuit, per quæ ad munera gratiæ valde dispositus fuit, sed nunc virtutes & excellentiæ eius per ordinem sunt tangendæ. ¶ Prima eius excellētia est quòd ab infantia in virtutibus educatus est, & in operibus misericordię exercitatus, magna quoq; constantia roboratus. Cum etem̄ esset adolescens nequaquàm vanitatibus & concupiscentijs, quibus illa ætas pollui solet fuit intentus, sed deū habens præ oculis cūctis misericordiæ operibus insistebat, sicut olim Tobias, & Christianis pauperibus cōsolationem impendebat & opem. Specialiter vero hospitalitatem exercuit, quemadmodum Abraham patriarcha. Tantæ quoq; in illa ætate puta in adolescentia fuit constantiæ, quòd quendam virum sanctum nomine Timotheum, qui Romæ fidem Christi fortiter prædicauit, & metu gentilium Romanorum ab alijs Christifidelibus vitabatur, suscepit hospitio & reuerenter tractauit. ¶ Secunda excellentia sancti Siluestri fuit gratia prophetiæ. Cum em̄ præfatus Timotheus esset martyrio coronatus. Tarquinius Romæ præfectus, præcepit sancto Siluestro idolis immolare, cui voce prophetica dixit beatus Siluester: O stulte, nocte hac morieris, & in æternum damnaberis, veruḿq; deum esse quem colimus, velis, nolis, cognosces. Tunc Tarquinius iussit sanctum Siluestrū incarcerari, sed prandente Tarquinio os piscis, sic guttur eius intrauit quòd eodem die defunctus est, & protinus sanctus Siluester de carcere cum gaudio eductus est. ¶ Tertia eius excellentia extitit magna & gratiosa amabilitas eius. Tanto siquidem naturalium ac gratuitorum donorum, decore fuit perfusus, quòd nō solum à Christianis, sed à Gentilibus etiam ac Iudæis miro amabatur affectu. Fuit enim aspectu angelicus, sermone facundus, integer corpore, catholicus fide, consilio prouidus, opere sanctus, spe patientissimus, charitate omnium plenus. Potest itaq; dici de ipso, quòd primo Regum fertur de Samuele, quòd scilicet placuit tam deo quàm hominibus, ꝙ item in themate tactū est, vtpote quòd dilectus deo & hominibus fuit, quòd scriptum est ad literam de Mose qui etiam Moses corpore speciosus, corde mitissimus, charitate repletus, omníq; virtute fuit ornatus. Idcirco deo & hoībus extitit char⁹. ¶ Quarta excellētia sancti Siluestri ē, ꝙ plenus gn̄alis ac summus Chr̄i vicarius fuit, pater totius mūdi, & pastor ac rector totius vniuersalis ecclesiæ. Mortuo nāq; Melchiade papa, sanctus Siluester ab omi plebe Romana & Chr̄iana in summū pōtificē est electus, & in hoc patuit profundissima eius humilitas, ꝙ suę ad papatū promotiōi restitit valde & semꝑ q̄tū in se fuit papatū resignare optauit. Porrò papa effectus q̄to plus solito ꝑtāte & diuitijs eminebat, tāto copiosius miæ opa adimpleuit. Omniū em̄ orphanoꝝ & viduaꝝ, pauperꝝ noīa habuit scripta & ꝓbuit eis necessaria. ¶ Quinta excellētia eius ē copiosissimus fructus ꝓfidētię suæ in papali officio ꝑ eū, equidē deus cōuertit Cōstātinū imperatorē, & totā pene plebē Romanā gētilē. Matrē quoq; imperatoris sanctam Helenā atq; doctissimos Iudæoꝝ ac sapiētissimos iudices paganoꝝ, quo facto fides Chr̄iana cępit vndiq; mirabiliter dilatari, & Chr̄i ecclesia valde est exaltata, tyrānoꝝ q̄q; ꝑsequutio multū est minorata. Cū etem̄ potētissimus ille imperator Cōstātinus magnus ob suā contra Chri-

Margin notes: E (beside line 1 of sermon); Tobie 1. 2; Gene. 24.; F; 1. Regū. 2.; Eccle. 45.

Christianos tyrānidē incidisset incurabilē lepræ plagā,& de cōsilio pōtificū idolorū decreA uisset se in recēte ac calido infantium sanguine balneare, atq; ob hoc adducta essent tria milia puerorū. Vidēs imperator matres infantū miserabiliter eiulare, eis, eorū́q; pueris est misertus & mutauit propositū. Sequēte igitur nocte, gloriosissimi apostoli Petrus & Paulus apparuerunt ei, dicētes: Quia exhorruisti effusionē sanguinis innocētis misit nos Chrūs vt demus tibi cōsiliū sanitatis recuperādæ. Siluestrū ergo papā voca ad te,& eius cōsilio vtere. Cū́q; beatus Siluester ad Constantinum venisset,& eū in fide plenarie instruxisset, baptizauit eūdem. Ingrediente autē Cōstātino baptismum lux mirabilis desuper descēdit in eum & in ipso baptismate à lepra plenissime est curatus,& Christū se vidisse asseruit. Deinde quoq; christianissimus māsit, idolorum tēpla destruxit,& Christi restaurauit ecclesias. His auditis mater imperatoris Helena scripsit ei, collaudās eum ꝙ ab idolorū recessit cultura, increpās vero ꝙ iudaismo relicto in crucifixū crediderit. Cui imperator rescripsit, vt ipsa doctissimos Iudæorum secū adducat,& ipse Christianorū magistros apponet, quatenus ex eorū disputatiōe mutua pateat fides vera. Adduxit ergo Helena cētum quadraginta vnū doctissimos Iudęorū, inter q̄s fuerūt duodecim cęteris in sapiētia & eloquētia clariores, q̄ omes à beato Siluestro per modū infra dicēdū cōuersi sunt. ¶Sexta excellētia eius fuit mirabilis & p̄clara sapiētia sua in lege diuina. Omēs em̄ illos duodecim Iudæorū doctissimos manifeste cōuicit, & ex scripturis veteris testamēti probauit eisdē vniuersos articulos fidei Christianæ, ipsiuśq; fidei rōnes

B tam luculēter ac prompte exposuit, ꝙ tā imperator, eiuśq; mater & iudices, duo Gētiles atq; Iudæi in laudē Siluestri cū magna admiratiōe vnanimiter ꝓruperūt. ¶Septima excellētia eius fuit virt⁹ & eminētia miraculorū quæ fecit. Cū em̄ oēs præfatos vicisset Iudæos vno excepto, vnus ille arte nepharia ferocissimū taurū nomē quoddā diaboli in eius aure sonādo, occidit, ꝙ se diuina dixit virtute fecisse. Cui respōdit beatus Siluester si hoc dei nomē exprimēdo fecisti viuifica q̄d necasti, qm̄ deus ait: Ego occidā & ego viuere faciā. Cū́q; iudices sentētiarēt, vt Iudæus taurū resuscitaret, ille respondit: Suscitet eū Siluester in noīe Iesu Galilæi,& oēs credemus in eū. Siluester ergo orōne p̄missa taurū resuscitauit,& cū māsuetudine ad locū suū fecit reuerti, q̄ facto mater imperatoris, oēs illi Iudæi, iudiceśq; pagani innūerabiles q̄q; Romani & alij multi ad Christianam sunt fidē cōuersi. Deinde sanctus Siluester quēdam diaconē horribilem ab om̄i hominum compescuit læsione os ipsius filo ligando, & anulo signum crucis habente desuper sigillando. Duos etiam Magos ex flatu draconis penē mortuos tunc curauit Siluester, quibus visis pontifices idolorum & Magi illi cum multitudine infinita fuerunt conuersi,& ex tunc Roma ab idololatria sua cessauit. Post hæc sanctus Siluester morti propinquans clerum de tribus edocuit. Primum vt inter se viuerent charitatiue. Secundo vt suas gubernarent ecclesias cum diligentissima attentione. Tertium, vt populos sibi commissos custodirent à dæmonum ac impiorum seductione, sićq; beatissimus papa Siluester feliciter migrauit ad Christum. Huius ergo sanctissimi patris discamus,& indesinenter sequamur virtutes, opera misericordiæ tam spiritualia quàm corporalia pro posse liberaliter exercendo,& omne tempus vitæ nobis indultum fructuose ac timorate expendendo, inter proximos quoque pacifice & amabiliter cōuersando. Deute. 32.

¶Præterea parentes suos instruant pueros ab infantia deum cognoscere ac timere, aliquid boni quotidie agere & orare, sićq; in virtutibus crescere, habituari ac perseuerare. Consideret omnis Christifidelis quàm incerta fallax & breuis sit vita præsens, quàm amara sit mors, quam districtum ac metuendum sit dei iudicium, quàm intolerabilia sint tormenta, non so-

C lum inferni, sed purgatorij quoq;. Cogitemus ad quid conditi sumus, cur in hac vita cōseruamur à deo,& quòd in summi iudicis præsentia & aspectu vbiq; consistimus. Si rex aut iudex terrenus conspiceret subditos suos in sua præsentia suas transgredi iussiones valde indignaretur,& se nimis vilipendi arbitraret, magnam quoq; inferet vindictam, quam vehemēter ergo creator om̄ipotens, rex regum, deus incomparabilis maiestatis, cuius iustitia est immensa indignabitur impijs, quàm horribiliter puniet eos qui ipso vbique præsente,& om̄ia intuēte diuina præcepta trāsgredi nō verētur, qui peccatis peccata adijciūt incessanter, sićq; augent contemptum in dominum maiestatis. Certe q̄ incomprehensibilis est misericordia & patiētia dei in vita præsenti tā incomprehēsibilis est suę iustitię districtio post hanc vitā, ideo dicit Apostolus: Existimas (o homo) q̄ impiè agis ꝙ tu effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis dei & patiētiæ,& lōganimitatis contēnis? Ignoras qm̄ benignitas dei ad pœnitētiā te adducit? Secundum duritiam autē tuam & impœnitens cor tuum thesaurizas tibi iram in die iusti iudicij dei. Hæc itaq; ponderemus, præterita deploremus pctā,& vitam in om̄ibus emēdemus, omníq; hora per orationes & meditationes salubres corda nostra ad dominum eleuemus. Ad laudem & gloriam eius &c. Roman. 2

¶Cætera huic festo opportuna require de S. Nicolao,& in cōmuni sanctorū.

¶ In festo Circumcisionis domini.

¶ Epistola hodiernæ solẽnitatis est eadẽ quæ supra exposita est in secunda missa na tiuitatis Christi, videlicet: Apparuit benignitas & humanitis &c. circa quam ibi sermo adiunctus est, ideo ibidem quęrantur. D

¶ Enarratio Euangelij: Postq̃ consummati sunt dies &c. Lucæ. 2.

IN Euangelio aũt præsentis festi describit Lucas Euangelista Christi, circumcisio-
Luc. 2. nem, dicẽdo: ⌊ Postquàm consummati sunt (.i. impleti) dies octo ⌋ à Christi nati-
uitate includẽdo se simul computãdo extrema, vcʒ diẽ natiuitatis & circumcisionis
⌊ vt circumcideretur puer ⌋ Iesus, de quo Esaias prædixit Puer natus est nobis &c.
Esaię. 9 Hæc dicto vt, tenetur hic concomitanter, quãquàm teneri etiam possit causaliter, quoniam tã
ta est dignitas saluatoris, vt ad ipsum & ad gesta atq; mysteria eius, tempora ordinentur quod
de temporibus quibus vixit in seculo isto specialiter dici potest. Vnde & in Euangelio ipse cõ-
Matt. 12 testatur: Dominus est filius hominis etiã sabbati. ⌊ Vocatũ est nomen eius IESVS, ⌋ Quod
Marci. 2 interpretatur saluator. Christus enim genus hominum redemit à morte culpæ, à morte quo-
Matth. 2 que infernalis miserię. Idcirco Esaias quingesimotertio capitulo ait: Dominus posuit in eo ini-
quitatem omnium nostrum. Et in Actibus quarto capitulo ait princeps Apostolorum: Nõ est
aliud nomen datum hominibus sub cœlo, in quo oporteat nos saluos fieri. ⌊ Quod vocatum
est ⌋ vocari commissum, expressum & prænuntiatum est: ⌊ ab angelo ⌋ Gabriele, qui dixit Ma
Lucę. 1. riæ: Vocabis nomen eius IESVM. Et vt Matthæus primo cap. refert: Angelus dixit ad Io-
seph hocipsum. Vocabis (inquiens) nomẽ eius Iesum. Ipse enĩ saluũ faciet populũ suum à pec E
catis eorum, ⌊ priusquàm in vtero ⌋ virginis ⌊ conciperetur ⌋ secundum humanitatem assum
Lucę. 1. ptam de spiritu sancto. Nam in Annuntiatione angelus dixit virgini gloriosæ: Ecce concipies
in vtero & paries filium & vocabis nomen eius IESVM. Conuenienterq́ʒ dicitur quod vo-
catum est ab angelo, non impositum, quia iam ante à deo fuit impositum, qui præordinauit
Christum, ita vocandum & per angelum ac Mariam & Ioseph, ita vocauit eundem. Quemad
modum per Esaiam quadragesimonono capitulo etiam loquitur Christus: Dominus ab vtero
vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei.

¶ Præterea, vt communiter dicitur Iesus, vocatur saluator tripliciter. Primo à potentia saluandi, & ita conuenit sibi nomen hoc ab æterno, & secundum naturam diuinam qua ab æterno habuit potestatem saluandi. Secundo, ab habitu saluandi, sicq́ʒ impositum sibi fuit ab angelo nomen istud, & competit ei à primæ suæ conceptionis instanti, in quo secundum humanitatem suam recepit gratiam plenam ac habitualem per quam postmodum fecit ac pertulit ea, per quę mundum æternaliter liberauit. Tertio ab actu saluandi, sicq́ʒ vocatum fuit nomen hoc in circumcisione & competit Christo ratione suæ passionis præcipue. In circumcisione autem sanguinem suum primo fudit pro nobis.

¶ Porro, saluare conuenit Christo secundum vtranq; suam naturam, sed differenter, quia se-
cundum diuinitatem competit sibi authoritatiue, & per efficientiam principalem, secundum
humanitatem vero instrumentaliter, & per modum causæ meritoriæ. Hinc secundum vtranq; F
Abacuc. 3 naturam Iesus vocari potest, siquidem de deo vero, vno, ac trino ait Abacuck propheta: Ego
autem in domino gaudebo & exultabo in deo Iesu meo.

¶ Postremo, sicut in nouo testamento imponitur pueris nomen in baptismo, ita in veteri testamento nomen imponebatur in circumcisione, & rationabiliter, quoniam sicut nũc baptismo dimittitur originale peccatum, & gratia datur, per quam homo spiritualiter nascitur, seu regeneratur, ita tunc fiebat in circumcisione. Multa autem circa hoc Euangelium dici possent. De quibus in sermonibus mentio erit.

¶ Sermo primus circa Euangelium: Quare Christus circumcidi voluerit & de scandalo singularitateq́ʒ vitanda, atq; de obediẽtia seruanda.

NOn veni legem soluere, sed implere. Ista sunt verba Christi, Matthæi quinto capitulo: Christus totius humilitatis magister, & perfectæ obedientiæ doctor. Propter multas causas dignatus est circumcidi. Primo, vt se verè incarnatum, & veraciter hominem factum, atque passibile corpus habere monstraret, & per hoc futurorum tunc hæreticorum reprobaret perfidias, vtpote Manichæorum qui dixerunt eum habuisse corpus phantasticum, & non verum. Secundo, ad vitandum scandalum Iudæorum, ne æstimarent eum legis Mosaicæ transgressorem, & ne haberent occasionem malignandi, ac murmurandi aduersus eum.

Tertio

A Tertio, vt legē Mosi approbaret, impleret, ac p hoc humilitatis & obediētiæ præberet exēplum. Propter quod ait apostolus: Misit deus filiū suū natū ex virgie, factū sub lege. Quarto vt merito suæ circūcisionis subueniret hominibus, & durū illud præceptū circūcisionis pœnalis mutaret in præceptū baptizationis. Sunt & aliæ causæ istius, videlicet vt suā incarnationem occultaret diabolo, qui puerū Iesum vidēs circūcidi, putauit eū nō carere labe originalis peccati. Itē, vt laudabilē vnitatē & cōformitatē cōmēdaret, cōformādo se aliis in circūcisiōe quatenus singularitatē & oēm hypocrisim deuitemus. Ex his multa nobis proponūtur saluberrima documēta, iuxta quæ totā nostrā cōuersationē ordinare debemus atq; dirigere. Primū est, ne aliquē scādalizemus, sed proximos nostros p opa virtuosa ædificem⁹. Propter q̄d ad Romanos dicit aplus: Ne ponatis offendiculū fratri vel scandalū. Noli illū pdere pro quo Chrūs mortuus ē. Nēpe qui alio sciēte aut p̄sente agit puerse, & cōtra præceptū dei siue ecclesiæ quantū in se est illū spūaliter perimit, perdit, & ad dānationē pducit, pro q̄ suū sanguinē fudit saluator, q̄ impiū sit, cōstat ex verbo sancti Bernardi, dicentis: Grauiorē psecutionē patitur Christus ab eo, qui pnitioso exēplo aut suggestione iniqua proximū scandalizat ac perimit, q̄ à Iudæis ppessus est, à quibus effusus est sanguis ipsius. Ideo rursus ait apostolus: Peccātes in fratres & percutiētes consciētiā eorū infirmā in Christū peccatis, quibus verbis addit apostolus: Si esca scandalizat fratrē meū, nō mādùcabo carnes in ęternū, ne fratrē meū scandalizem. ¶ Deniq; cōtra eos qui alios scandalizant, id est, verbo aut opere inordinato ad culpā, trahūt seu male agēdi præbēt exēplū, valde terribiliter loqtur Christus, dicēs: Qui scādalizauerit vnū ex his pusillis, id est, impfectis hominibus, expedit ei vt suspēdatur mola asinaria in collo eius & demergatur in profundū maris. Et rursus: Væ homini illi per quē scandalū venit. Ex quibus patet q̄ longe à deo sint & à salute qui aliquā personā ad peccata trahere nitūtur, videlicet ad consentiēdū sibi in malis, vel ad cooperandū in talibus. Væ itaq; mulieribus & puellis, quæ idcirco se ornāt, vt hominibus placeāt, vt virorū ac iuuenū oculos cōuertant ad se, vt amētur ab eis. Istæ prorsus ad diabolū pertinēt, & sunt rhetæ diaboli ad capiendū animas insipientiū. Nec minus offendūt altissimū, imò plus viri & iuuenes se curiose vestientes, pompose ornātes, cōposite & vagis oculis incedētes, vt aspiciantur & placeāt fœminis, vt eas alliciant, vt socientur sibi in vitiis. Hi oēs sibi inuicē præbēt poculū mortis infernale venenū, suntq; cooperatores diaboli. ¶ Præterea, non sufficit ad salutē alios nō scandalizare, sed eos ædificare, id est, verbo & opere virtuoso ad bonū prouocare oportet, quoniam sicut in Ecclesiastico scribitur: Vnicuiq; mādauit deus de proximo suo, vt scilicet eum ædificet. Ideo iubet saluator: Luceat lux vestra coram hominibus, vt videāt opera vestra bona, & glorificēt patrē vestrū qui in cœlis est. Vnde secundū Augustinū, deo debemus bonā conscientiam, proximo bonū exēplum. Propterea hortatur apostolus: Quæ pacis sunt, sectemur, & quæ ædificationis sunt in inuicē custodiamus. Hinc ergo vitāda sunt verba superflua, scurrilia, illicita, ad leuitates, cachinnos & dissolutiones prouocātia, maxime cū Chrūs testetur: De omi verbo otioso quod loquuti fuerint homines, reddēt de eo rationē in die iudicii. Secundum documētum est, vt præcepta dei & superiorū nostrorū diligēter seruemus, & proni simus ad obediendū. Etenim si Christus vnigenitus filius dei qui venerat nouā ac euāgelicā dare legē, nec ad legē veterē tenebatur, quia superior fuit ea. Illius tamē legis seruauit

C præcepta, multo magis debēt Christifideles diuinæ legis implere mandata, & superioribus suis dei vicariis tanquàm deo humiliter obedire. Idcirco Salomon loquitur: Serua mandata, & legem quasi pupillam oculi tui, liga eam digitis tuis, & in tabulis cordis tui, scribe eā, hoc est, indesinenter habe eam præ oculis, sicut de homine iusto, ait propheta: In lege domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Cum ingenti itaq; diligentia sunt obseruanda præcepta, quia vt sanctus protulit Hieremias: Maledictus homo qui facit opus dei negligenter. ¶ Præterea valde pensandum est semper omi Christiano, quod in sua Epistola Iacobus scribit apostolus, quia si quis totam legem impleuerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus, id est, charitate & gratia dei priuatur, atq; æternam damnationem meretur, quemadmodum is qui vniuersa mandata transgreditur, quamuis damnationem nō mereatur tam magnam, vt ille qui omnia præuaricatur præcepta. Idcirco non sufficit vnum aut pauca præcepta implere, sed oīa obseruare necesse est. Aduertant hæc potatores, venatores, fabulatores & otiosi qui tempus suum non solum infructuose, sed etiam vitiose expēdūt, & instar bestiarum ingurgitant semetipsos, atq; inaniter occupātur. Contra quos loquitur Christus: Ex verbis tuis condemnabaris. Vnde in Iob decimoquinto capitulo legitur: Os tuum condemnabit te. Et propheta testatur: Vir linguosus non dirigetur in terra. Tertium documētū est, vt in bonis operibus & laudabilibus obseruātiis cōformet se quilibet aliis, singularitatem, vanamq; gloriam vitans, & soli deo placere summe desiderās. Communia ergo præcepta ab omnibus conformiter sunt seruanda, singularis quoq; deuotionis signa sunt extrinsecus pro posse vitanda, & quicqd turbatiuū est pacis aliorū ac impeditiuū salutis eorū.

Huius

Marginalia: Galat. 4 — Roma. 14 — Hieronȳ. — Bernard. — 1. Cor. 8. — Ibidē. — Matt. 18. — Ibidē. — Eccle. 17 — Matt. 4. — August. — Roma. 14 — Matt. 12. — Proue. 7 — Psalm. 1. — Hiere. 48 — Iacobi. 2. — Matt. 12. — Iob. 15 — Psal. 139

Huius oppositum agunt hypocritæ,& homines vani humanæ gloriæ cupidi,imitatores scriba D
rum & pharisæoꝝ,cõtra quos Chrus in Euãgelio sæpissime atq; acerrime loquit inter cætera,
Matth.6 dicẽs:Amẽ dico vobis,receperũt mercedẽ suã.Cõtra quos etiã in libro S.Iob multa dicunt vt;
Iob.13. Iob.15 Nõ veniet in cõspectu dei oĩs hypocrita.Et:Cõgregatio hypocritaꝝ est sterilis.Itemq;:Nũ-
Iob.27 quid deus exaudiet vocẽ hypocritæ cũ venerit sup eũ angustia,aut poterit in oĩpotẽte delectari? Ecce q̃ vile & vitiosum est in bonis actibus humanã appetere laudẽ,& propter hoĩm gloriã facere opa ex suo genere bona. ¶Preterea,quidã sunt q licet syncera intẽtione faciãt bona, tñ cum se laudari pcipiũt aut honorari cõspiciũt cõplacẽtiam habẽt inanẽ,& vanitate pascunt, gloriãtes nõ in dño,sed in se.Propter q̃d æternę felicitatis mercede priuant,& ingrati sunt deo, imo & dãnationẽ merent.Omino ergo vitãdum est istud,& semp in dei timore mentẽ custo-
Iob.36 dire optet.Itaq; oẽm simulatiouẽ,calliditatẽ,duplicitatẽ,fraudẽ,hypocrisim fugiat Chrian⁹ & in vera synceritate,columbina simplicitate corã altissimo cõuerset.Simulatores nãq; & callidi prouocãt irã dei,& deus oĩpotens,q essentialiter verus & purus est,exigit vt in veritate & puritate ei iugiter seruiamus. ¶Postremo,qm̃ oĩs Chrĩ actio nostra extat instructio,cõsideremus quæ & quãta pro nobis Chrus assumpsit ac passus est,qui etiã in infantia sua tãta pro nobis pati dignatus est,qa & circũcisio ista fuit suo tenerrimo,nobilissimoq; corpusculo valde pęnosa,prout in sequẽti dicẽt sermone.Nos itaq; pro nostris excessibus libẽter patiamur aduersa,ca
Gregori⁹ stigemus quotidie corpa nr̃a p pœnĩæ opa,nõ quęramus ea quæ carnẽ delectãt,qm̃ talia teste
Matth.7 B.Gregorio spm̃ necãt,sed p artã viã tẽdamus,qm̃ illa sola ad verã pducit salutẽ ad quã nos deus noster Iesus Chrus dignet pducere,qui cum pr̃e & spũ sancto regnat in æternitate.

¶Sermo secundus:De Chrĩ circumcisione & sanguinis effusione,de varijs eius nominibus,& quomodo ei compati debeamus. E

VOcatum est nomẽ eius Iesus,Lu.2.Hũc diẽ circũcisionis dñi nostri Iesu Chrĩ q̃tuor reddũt solennẽ.Primũ est octaua natiuitatis ipsius.Cũ eñ alioꝝ sanctoꝝ octauæ solennes sint,multomagis oportet octauã Chrĩ qui est sanctus sanctoꝝ esse solennem.
Esai.9 Hinc introitus missæ est idẽ hodie.& in die natalis dñi saluatoris.videlicet:Puer natus ẽ nob̃.Scd̃m est impositio noĩs salutaris,qm̃ die isto vocatus ẽ puer hic Iesus.Tertiũ est,qm̃
Matt.26 hodie sanguinẽ suũ fudit,Prĩo ꝓ nobis,quẽ postea sępe ꝓ nobis dignatus ẽ fundere,vt; in oro
Luc.23 ne,passiõe sua instãte,tũc eñ factus ẽ sudor eius sicut guttę sanguinis decurrẽtis in terrã.Item in flagellatiõe,qñ corpus eius tenerrimũ flagellis laceratũ est vsq; ad costaꝝ patefactionem.In spi
Iohan.19 nea q̃q; coronatiõe capitis sui sacratissimi,q̃d dũ spinea corona coronaret,atq; arundine cęde-
Marc 15 ret sacra eius facies cruore immaduit.Deinde in crucifixiõe qñ manus eius dignissimę,ac pedes
Luc.23 clauis grossis,cũ inæstimabili pœna sunt pforatę.¶Postremo,in lateris sui aptione,de q̃ exiuit
Matt.27 Iohan.19 sanguis & aqua.Quartũ est signaculũ circũcisiõis.Circũcisio nãq; fuit remediũ cõtra originale
Bernard. pctm̃.Vnde scd̃m Bernardũ fuit vulneris interioris alligatura siue emplastrũ,in q̃ patet summa dignatio Chrĩ filij dei,& maxima eius humilitas,ꝙ.s.ip̃e nullũ hñs vulnus pctĩ,vtpotè agnus sine macula,plenus oĩ virtute & grã,alligaturã vulneris suscipere nõ cõtempsit.Nõ sic agit peruersitas elatiõis hũanę.Erubescimus vulneris ligaturã.i.correptionẽ & correctionẽ ꝓ pctis nostris suscipere verecũdamur,imo multotiẽs ĩpie dedignamur,q de ipsis vitijs non erubescimus,
Iohan.8. sed potius gl̃iamur.Chrus quẽ nemo p̃t arguere de pctõ,pctĩ remediũ verecundũ pariter & austerũ accepit,nos vero inuerecũdi ad culpã,erubescimus agere pœnĩam,filius dei q pctm̃ nõ fecit,nõ dedignatus est reputari pctõr,nos aũt esse volumus transgressores,vani,superbi,crudeles,accidiosi,nec tñ tales volumus reputari. ¶Præterea,cõsideremus q̃ vehemẽtem dolorẽ ptulerit infantulus Iesus in circũcisione.Habuit certe pęnã,valde acerbã.Primo,propter corpusculi sui nobilissimã cõplexionẽ & teneritudinẽ summã,ob quã fuit maximæ passibilitatis,ita
Lucę.2 ꝙ modica læsio fuit ei pęnalior q̃ alijs magna.Nam corpus eius ex purissimo gloriosæ virginis sanguine sumptũ est,& spũs sancti virtute formatũ,atq; ad maximã cõplexionis æqualitatẽ redactũ.Scd̃o,qm̃ Iesus q̃uis esset puer octo dieꝝ,fuit tñ sapĩa plenus,& rõne pfectiss.vtẽs,idcirco pœnã illã p imaginationẽ aduertit,& p rõnẽ cõsiderauit,ideo p̃ cęteris pueris grauius sensit
Exodi.12. eãdẽ. ¶Deniq; ꝑut rabbi Moses scribit in circũcisiõe fuit dolor p̃cipuus,imo tã magnus ꝙ multi pueri inde moriebant,ideo etiã deus p̃cepit pueros die octauo circũcidi,qa tũc adhuc modicã pueri habẽt imaginationẽ,idcirco pęnã illã circũcisionis minus aduertebãt,minusq; pcipiebãt.Dicit q̃q; Rabbi Moses,ꝙ deus nõ voluit pueros añ diẽ circũcidi octauũ,qm̃ pueri in primis septẽ diebus post suã natiuitatẽ sunt tãtæ teneritudinis,quãtę fuerũt in vtero mr̃is,ideo tũc pœnã circũcisiõis minus potuissent sufferre.In die aũt octaua fortificant & solidant.Itaq; Chrs ideo voluit circũcidi propter q̃d dignatus est crucifigi,vt.s.suo dolore magnã nobis grãm mereret. ¶Insup,Chrus in Euãgelio multis nominibus designat.Nam primo dicitur Iesus,quia
Matth.1 saluator.Secundo,dicitur Christus quoniam spũali vnctione videlicet grę ac virtutum plenitu
Luc.1.2 Iohã.1. dine fuit quãtũ ad humanã naturam repletus.Iuxta illud in psalmo:Vnxit te deus,deus tuus
Psal.44. oleo lætitiæ præ consortibus tuis.Veruntamẽ duo hæc nomina de filio dei dicta designant

atq;

atq; supponũt increatã psonã sed differẽter. Christus eñ vocatur inquãtũ est homo à pso-
A na diuina seu verbo æterno quo ad humanã naturã assumptus. Iesus vero inquãtũ est deus hu- Bernard.
manitati vnitus de hoc nomine ait Bernardus: Iesus est mel in ore, in aure melos, in corde iu- Origenes
bilus. Et Origenes: Nomẽ Iesu gloriosum, omniq; cultu dignissimũ, nomẽ q̃d est sup omẽ no- Philip. 2.
mẽ, nõ decuit primo ab hoĩbus appellari, neq; ab eis in mũdũ afferri, sed ab excellẽtiori natu- Matt. 14
ra. Tertio, Chrũs dicit filius dei, & ita in scripturis noui testamẽti cõmuniter appellat. Ipse e- Luce 1.
nim est filius dei vnigenitus, verus ac naturalis nõ adoptiuus. Vñ in prima sua epl'a scribit S. Marc. 5.
Iohãnes: Scimus, q̃m filius dei venit & dedit nobis sensum, vt cognoscamus deũ verũ, & sim⁹ Roman. 1.
in vero filio eius Iesu Chrõ. Hic ẽ verus deus & vita ęterna. Quarto, Chrs vocat filius hoĩs, & 1. Iohan. 5
ita ipsemet in Euangelio frequẽtius se appellat, in q̃ cõmẽdat eius humilitas, & reprobat nr̃a Mat. 8. 12
supbia. Nẽpe cũ ipse sit filius dei ac hoĩs, sæpius tñ se vocat filiũ inferioris. s. hominis q̃ filium 20. 24.
summi, vtpote patris æterni. Nos aũt de nr̃æ progeniei erubescimus paruitate, & si aliq̃s ma- Mar. 2. 9
gnos, nobilesq; habemus cognatos, illos iactamus, q̃ cõstat q vanitate & fatuitate pleni sor- 10. 13. 14
demus. Quinto, vocat verbũ, q a à patre æterno p intellectũ ęternaliter natus ẽ. Alia etiã mul- Luc. 5. 6.
ta nomina dedit sibimet Christus, dicẽdo: Ego sum pastor bonus. Ego sum via, veritas & vi- 9. 18. 21. 22.
ta. Porrò in Hieremia habetur: Hoc est nomẽ quod vocabunt eum dominus iustus noster. Iohan. 13.
Pro quo in Hebræo tetragrammaton continetur, q soli vero competit deo. In Zacharia Iohan. 1. 5
quoq; de Christo prædictum est: Ecce vir oriens nomẽ eius. In Apocalypsi etiam loquitur 1. Iohã. 1. 2
B Christus: Ego sum alpha & ω, principiũ & finis, primus & nouissimus. Et in eodẽ libro dici- Iohan. 10.
tur: Vocabitur nomẽ eius verbum dei, & habet in vestimẽto, & in fœmore suo scriptũ: Rex Iohan. 14
regum & dominus dominantium. Itẽ & in Esaia legitur: Vocabitur nomẽ eius Emmanuel, Hiere. 23.
quod interpretatur nobiscum deus, quia per incarnationis mysteriũ factus est proximus no- Zachar. 6
bis, & per assumptam humanitatẽ cum hominibus conuersari dignatus est. Alia quasi innu- Apocal. 1.
merabilia nomina Christo in scripturis attribuuntur. Nam dicitur, agnus, leo, lapis angula- Apoca. 19
ris, petra, vitis, præfatorũq; nominum quædã sunt ei propria, quædã appropriata Esaiæ. 7.

¶ Postremo in Esaia sex nomina ei attribuuntur cũ dicitur: Vocabitur nomẽ eius admirabi- Baruch. 3
lis, consiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis, quæ nomina supra sunt exposi- Hiere. 11
ta. Et recte hæc nomina Christo cõueniũt p cõparationẽ & respectũ ad suos fideles, electos. Iohã. 1
Itaq; primo est nobis Christus admirabilis, in hoc q tam misericordissime egit nobiscum, Apocal. 5
& tam gratiose subuenit, volũtatesq; nostras toties immutauit, & cõuertit eas in melius, ita Esaię. 28.
q vitia quæ ante dileximus, cępimus deplorare, vitare, & virtutibus adhærere. Secundo est 1. Cor. 10.
nobis Christus consiliarius, infundẽdo nobis lumẽ prudẽtiæ, per quã recte eligimus, implẽ- Iohan. 15
do quod scriptũ est: Pœnitẽtiã agite. Et rursus: Declina à malo & fac bonũ. Tertio est nobis Esaiæ. 9.
de⁹, auferẽdo ac dimittẽdo pctã, & gratiarũ largiẽdo charismata: Quis eñ potest pctã dimit- Mat. 3. 4
tere, nisi solus deus, de quo sanctus Iob loquitur: Quis potest facere mũdũ de immũdo cõce- Luce. 3
ptũ semine, nisi tu q solus es? Dona quoq; gratiæ & virtutes infusæ nõ habẽtur, nisi p crea- Psalm. 36
tionẽ quæ nõ cõpetit nisi omĩpotẽti. Quarto, Chrũs est nobis fortis, in bonis nos cõseruã- Marci. 2.
do, virtutẽq; præualẽdi hostibus nostrę salutis præstãdo. Ab ipso eñ est bonorũ nostrorum Luc. 5.
inchoatio, cõseruatio seu cõtinuatio & consummatio. Quinto est nobis pater futuri seculi, Iob. 14
quia in futura resurrectiõe cõmuni, pfectã, etiã corporis immortalitatẽ dabit electis. Omnes 1. Cor. 15.
quidẽ resurgemus, sed nõ omẽs immutabimur secũdũ apostolũ. Sexto est nobis princeps pa- Iohan. 14
cis, pducẽdo nos ad suĩ psius beatificã ac trãquillissimã fruitionẽ. Queadmodũ pollicet: Qui
diligit me, diliget à patre meo, & ego diligã eũ, & manifestabo ei meipsum. Iã vltimo est tã-
C gẽdũ de ĩjs quæ nobis circa Euãgelium hodiernũ sunt cõsiderãda. Primo itaq; attẽdamus q̃
præcordialẽ cõpassionẽ habuit virgo dulcissima mater Iesu piissima in circũcisione vnici ac
prædilectissimi filĩj sui, nam & eũ tũc plorãtẽ audiuit, vt creditur, & sicut ineffabiliter eũ di-
lexit, sic mirabiliter ei cõdoluit. Præsertim cũ sciret eũ omĩ culpa carere, nec circũcisione ali-
qua indigere, teneritudinẽq; eius agnouit. Secũdo pẽsemus q puer Iesus etiã tũc suæ amã-
tissimæ matri cõdoluit valde. Clarissime etẽm sciuit cõpassionẽ & afflictionẽ suæ genitricis
dulcissimæ, & sicut ipse plus dilexit eã, q̃ ipsa eũ, sic probabiliter credit, q plus ipe condoluit
ei q̃ ecõuerso. Tertio attẽdamus q̃tũ & q̃liter opteat nos cõpati puero Iesu, propter nos cir-
cũciso & tã grauiter passo. Nec solũ debemus ei cõpati corde, sed ei etiã nos cõformare pro
posse in omniũ aduersitatũ & tribulationũ equanimi ppessione, ne in aduersis murmurem⁹ Galat. 5.
neq; ĩiurias vindicem⁹, sed corpa nr̃a crucifigamus cũ vitĩjs & cõcupiscẽtĩjs. Crucifigamus
inquã corpa nr̃a, nõ ea simplr occidẽdo, sed p dei timorẽ & pœnĩæ sctm̃ laborẽ à cũctis illici-
tis actibus ac voluptatibus reprimẽdo, sicut orat ppheta: Cõfige timore tuo carnes meas, à Psalm. 118
iudicĩjs eñ tuis timui. Confiteamur igitur vitia nr̃a & verecundemur de eis corã altissimo,
omnẽq; charitatiuã correptionẽ & iustã correctionẽ, patiẽter, libẽter, gratãter suscipiamus
ac patiamur pro eis, quatenus in præsenti sanemur, & à futuris eruamur supplicĩjs atq; per-
petua cum Christo iucunditate fruamur.

¶ Ser-

¶Sermo tertius: De spūali circumcisiōe, & q̄ octo studia salutaria nobis esse debēt.

Ircumcidite præputium cordis vestri, & ceruicem vestrā ne induretis amplius. Deu- D
teronomij. 10. In his verbis B. Moses docet esse quādā spūalem circūcisionē, sine qua nec Iudæis adultis corpalis circūcisio sufficiebat. Circūcisio em̄ aliud nō videt, nisi alicuius supfluitatis abscisio, vel saltē signū abscisiōis hmōi. Sed vt Aristo. docet: Natura nō deficit in necessarijs, nec abūdat in supfluis, ideo nihil ex his q̄ à deo accepim⁹ supfluū nobis ē neq; in corpe, neq; in aīa. Quid ergo supfluit nobis, nisi ꝓpria culpa. Propterea spūalis circūcisio est pcti abscisio, oīm'q; mēbroꝝ corpis ac viriū aīæ ab inordinato atq; illicito motu, actu &
Matt. 18 vsu repssio. ¶Porro hāc spūalem circūcisionē docet saluator, dicēs: Si manus tua vl' pes tuus scādalizat te, abscide eum, & proijce abs te: & si oculus tuus scādalizat te, erue eū & proijce abs te. Quæ verba non sunt de corporali abscisione aut euulsione accipienda, quia nequaquàm debet mutilare se homo, sed de abscisione aut euulsione spirituali, vt. s. vsum & motum illicitum ma-
Col. 3 nuum, pedū, oculoꝝ, & alioꝝ membroꝝ abijciamus, iuxta quē sensum ait Aplus: Mortificate mēbra vestra super terrā. Primo igit circūcidere debet quilibet Christianus oculos suos, refrenādo eos ab oīni libidinoso aspectu, ab intuitu spectaculoꝝ, choreaꝝ & oīm vanitatū amorosa
2. Reg. 11. inspectione musieꝝ siue viroꝝ ad prauā cōcupiscentiā prouocāte. Dauid nāq; fœminā incau-
Psalm. 118 te aspiciēdo in adulteriū lapsus est, & potissime ita custodiēdus est visus in diuino officio, ꝑser-
Ecci. 9 tim tpe missæ. Hinc orauit Propheta: Auerte dñe oculos meos, ne videāt vanitatē. Hinc & Ecclesiasticus docet: Virginē ne conspicias, ne scādalizeris in decore eius. Noli circūspicere in vicis ciuitatis. Auerte faciē tuā à muliere compta. Quēadmodum autē viri visum suum custodire debēt ab incauto mulieꝝ aspectu, ita & mulieres ab indecenti viroꝝ intuitu. In ecclesia ergo E
oīnis Christidelis oculos suos dirigat in crucifixum, & eius passionem mente reuoluat deuota. Incustoditus oculus incustoditæ mentis est signum. ¶Insuper, multa pctā, multas complacentias vanas, multas concupiscentias prauas, varias cupiditates incurrit homo per irrefrenatum aspectū. Secundo, circūcidere debemus aures, ne verba detractoria, pungitiua, lasciua, illicita audiant, & ne in cantilenis & canticis vanis, ac symphonijs carnaliter delectentur, sed verba salu-
Ecci. 28. bria ac diuina aduertant. Hinc in Ecclesiastico habetur: Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam. Vnde de sancto patre Pachomio legitur, quòd à detractoribus, quasi à serpētibus fugiebat, quòd si quis corporaliter auertere nequeat à talium auditione verboꝝ, mētem
Eccls. 9. tamen suam custodiat à consensu eoꝝ, & mœstum ostendat vultum, quoniam in Ecclesiaste
Proue. 25 dr̄: Per tristitiā vultus corrigit animus deliquētis. Et rursus Salomon loqtur: Ventus aqlo dissi-
Ecci. 21. pat pluuias, & facies tristis linguā detrahentē. Circūcidendæ sunt etiā aures à curiosa auscultatione, qm̄ scriptū est: Stultitia hoīs est auscultare per ostium. Tertio circumcidere debemus tactum ab oīni lasciuo contactu, palpatu, & osculo ab applicatōe carnali, & maxime dū qs ex tactu & applicatōe sentit in se motum inordinatū, & quàmuis in seipo non sentiret, tamen debet timere, ne fiat alteri alicuius inordinatæ motionis occasio, ideo indecentem debet vitare contactum. In amplexibus quippe osculis, tactibus'q; carnalibus cōsistit pctm̄ mortale, & qui ex talibus sentit se stimulari, nec tamen à talibus cessat, similis est ei qui serpentem tenet in gremio, à q̄ se sentit intoxicari. Quarto, circūcidere debemus gustū à delicatis cibis & potibus, vel saltē ab inordinata delectatione in illis, quatenus in cibo & potu non voluptatem, sed necessitatem F
& vtilitatem naturę quæramus. Quinto, circumcidendus est olfactus à voluptate carnali odoꝝ.
Iaco. 3 Sexto, circumcidenda est lingua à locutione peruersa, mendosa, fallaci & superflua, & istud est
Ibidē. necessarium valde, quia vt Iacobus ait apostolus: Lingua est inquietum malum plenum veneno mortifero, Et denuo: Lingua (inquit) ignis est vniuersitas iniquitatis lingua, hoc est, per lin-
Iaco. 1. guam constituit in membris nostris quæ maculat totum corpus nostrum. Hinc idem Apostolus cohortat. Sit omnis homo velox ad audiēdum, tardus autē ad loqnēdum, & tardus ad iram.
Ecci. 10. ¶Porrò vt Salomon ait: Stultus verba multiplicat. Qui autē moderat labia sua prudētissimus
Proue. 29 est. Vnde & iterum loquit: Vidisti aliquē velocē ad loquēdum, stultitia magis speranda est, q̄ il-
Ecci. 22 lius correctio. Sed quia difficile est linguam taliter refrenare, ideo vir Sapiēs dicit: Quis dabit ori meo custodiam & super labia mea signaculum certum vt non cadam ab ipsis, & lingua mea
Psal. 140. me perdat. Et sanctus Dauid orauit: Pone domine custodiam ori meo, & hostium circumstan-
Proue. 16 tiæ labijs meis. Nempe vt in Prouerbijs decimosexto capitulo legitur: Hominis est animū pręparare & domini gubernare linguam. Deum igitur quotidie deprecemur. vt gratiam refrenandi linguam, & virtuose loquendi præstare nobis dignetur, atq; vt vitiosam loquacitatis consue-
Matt. 12 tudinem vincat homo, attendat diuini rigorem iudicij, in quo Christo attestante: De omni
Esaię. 46 verbo otioso exigenda est ratio, q̄to magis de verbis mendacibus & piuris, de verbis detractorijs, pungitiuis, lasciuis. Attendite hæc (ò homines linguosi ac dissoluti) qui vitioso loquacitatis vsu estis deuicti redite ad cor & contra cōsuetudinē prauā pugnare, atq; in orōnibus sanctis cū
Lucę. 6 deo assuescite loq. Septimo circūcidēdus ē vēter à repletiōe gulosa cū dicat iudex cœlestis: Væ
Luc. 21. vobis q saturati estis, qa esurietis. Itē'q;: videte ne grauent corda vr̄a crapula vel ebrietate. Vn̄ in Ecclesi-

A Ecclesiastico scriptū est: Aufer à me ventris cōcupiscentias. Cōformiter circūcidendi sunt pedes ab omni prauo itinere, à saltatione choreæ. Manus q̄q; ab opere malo & ne aliquē lædāt. Insup refrenādi sunt sensus interiores ab imaginationibus vanis, à stultis & inutilibus phātasmatibus à cogitatiōibus malis. Deinde valde circūcidendus est sensitiuus appetitus ab omni inordinato sensibiliū atq; carnaliū rer̄ affectu, ab īmoderātia passionū, à rebelliōe cōtra rōnis imperiū, ne. s. exteriora ista carnalia & terrena plus aut aliter appetamus q̄ recta rō dictat & diuina lex docet, nec immūdas voluptates quæramus in eis, sed habētes victū & q̄bus tegamur, his simus contenti. Amplius circūcidenda est ratio ab omni pfidia & errore, à distractione, præsertim tēpore orationis ac meditatiōis salubris, estq; occupāda & stabilienda in deo, vt ea quæ pertinēt ad salutē assuescat assidue meditari. Volūtas q̄q; est circūcidēda ab omni malitia & ab omni transgressione legis diuinæ, ab omni auersione à deo, ab immoderato omni creaturarū amore, ne eas amet, nisi in deo secundū deū & propter deū. Ecce hæc est spūalis circūcisio hoīs. Ecci. 23 1. Timo. 6

¶Exinde breuiter est tangendū, q̄d spūaliter significet per octo dies, post q̄s circūcisus est puer Iesus. Itaq; per hos octo dies designātur octo actus virtuosi ac splendidi, tanq̄ dies, post q̄s circūciditur atq; pficitur homo. Primus actus est propriæ iniquitatis cōsideratio ac recognitio corā deo, iuxta illud in psalmo: Qm̄ iniquitatē meā ego cognosco. Itēq;: Dixi, cōfitebor aduersum me iniustitiā meam dn̄o. Hinc loquit̄ Hieremias propheta: Scrutemur vias nostras & quæramus & reuertamur ad dn̄m. Nos inique egimus, & ad iracundiā prouocauimus deum. Istud est exordiū cōuersionis ad deū. Vnde cū per Hieremiā deus dixisset iniquo: Reuertere ad me, & nō auertā faciem meā, protinus addidit: Tamen scito iniquitatē tuā, q̄a in dn̄m deū tuū B præuaricata es. Hinc q̄q; excusanti seipsum mēdaciter, deus iter̄ ait per Hieremiā: Ecce ego iudicio cōtendam tecū, eo q̄ dixeris, Nō peccaui. Itaq; q̄to diligentius ac dolorosius culpas suas attendit hō, tanto minus attendit has deus. ¶Secūdus actus est, pudor & dolor de turpitudine & enormitate propriorum excessuū, q̄a nō sufficit eos cognoscere, sed oportet corā deo verecūdari ac cōtristari de eis. Hinc Esdras in persona pœnitētis asserit: Deus meus cōfundor & erubesco leuare faciem meā ad te, q̄m iniquitates nr̄æ multiplicatæ sunt super caput nostrū, & delicta nostra creuerūt vsq; ad cœlū. Vnde in Euangelio ait Chrūs de pœnitēte publicano, q̄ nec oculos audebat leuare ad cœlū, videlicet præ erubescētia vitior̄ suor̄, sed percutiebat pectus suū, dicēs: Deus propitius esto mihi pctōri. Idcirco pctōri in vitiis indurato, nec inde verecūdāti, loquit̄ deus p Hieremiā: Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Quēadmodū meretrix ex cōsuetudine obscenitatis suæ de turpitudine sua nō erubescit, sic obstinati de suis nō habēt pudorem pctīs, imò interdū se iactāt de eis, queādmodū apud Esaiam de talibus dicitur: Pctm̄ suū quasi Sodoma pdicauerunt, nec absconderūt, Nā miserabilr, damnabiliter, & ineffabilr pctā mentē excæcāt, & iudicium omne peruertūt. ¶Tertius actus est propositū emēdandi. Vnde filius prodigus in se reuersus. i. lapsum suū considerās, dixit: Surgā & ibo ad patrē meum. Aliqui em̄ de pctīs suis dolēt & erubescūt, sed ex nimia vitior̄ suor̄ ponderatione ac pudore ad desperationē labūtur, vt patet in Iuda proditore. Oportet ergo diuinę pie C tatis immēsam considerare abyssum & in misericordia altissimi respirare, q̄d Cain nō fecit, qui dixit: Maior est iniquitas mea, q̄ vt veniā merear. ¶Quartus actus est, timor dei ac diuini pauor iudicii, quatenus cū sancto Iob dicere valeamus: Semp quasi tumētes super me fluctus timui deū. Cū sancto q̄q; Hieronymo: Siue comedā, siue bibā, siue aliud quid agā, semp videtur mihi auribus meis insonare tuba illa terribilis: Surgite mortui, venite ad iudiciū. Nā vt ait apostolus: Horrēdum est incidere in manus dei viuētis. ¶Quintus est, restitutio alieni & psolutio debiti, quia nō diminuit̄ culpa, nisi restituant̄ ablatū, psoluūtur'q; debita si assit facultas, aliàs desideret homo restituere ac soluere, faciat'q; q̄d potest. ¶Sextus est, sacramētalis cōfessio, in qua oīa lauantur, nec pdicta oīa prosunt, nisi pctōr confiteri tēpore opportuno proponat, q̄a confessio cadit sub præcepto. Vnde & Salomon protestatur: Qui cōfessus fuerit pctā sua, & reliquerit ea, misericordiam cōsequetur. Iacobus quoq;: Cōfitemini, inquit, alterutrū pctā vestra & orate pro inuicē, vt saluemini. ¶Septimus est satisfactio pro pctīs per pœnitētialia opera, q̄ præcipue sunt, oratio, ieiuniū, eleemosyna, ad q̄ reducuntur & alia. ¶Octauus est, perseuerātia in pdictis, quia vt Chrūs disseruit: Qui perseuerauerit vsq; in finē, hic saluus erit. Sola em̄ perseuerantia coronatur. Itaq; iuxta præinducta spūaliter circūcidamus nosipsos quotidie, atq; per octo hos actus virtuosos ac splendidos ad æternā gradiamur salutem.

Luc. 2 Psalm. 50 Psal. 21. Threno. 3 Hiere. 3 Hiere. 2 1. Esdrę 9 Luc. 18 Hiere. 3. Esa. 3 Luc. 15 Matt. 27 Genes. 4 Iob. 31. Hierony. Heb. 10 Prouе. 28 Iaco. 5 Matt. 24

AD RELIGIOSOS.

¶Sermo. IIII. Q̄d circūcisio bipharia accipit̄, & de refrenatiōe linguæ ac sensuū,

DIco Iesum Christū ministrū fuisse circūcisionis. Rom. 15. Chrūs (sicut ipsemet protestat̄) nō venit legē soluere, sed implere. Et cum baptizandus venisset ad diuinissimū ac sacratissimū Iohānem Bapt. & expauisset ipse gloriosus Baptista venientis dignatione ac humilitatē immensam, atq; ob hoc dixisset: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me. Chrūs ipse respondit: Sine modo, sic em̄ decet nos implere omnē iustitiā, omnē Matth. 5 Iohā. 1. Matth. 3 Ibidē

virtutũ perfectionẽ, omnẽ humilitatis profunditatẽ, & omne id ad q̃d agendũ misit me pater
Ob eandẽ itaq; causam dignatus est filius dei hodie circũcidi, & itẽ vt nos suo exẽplo discam⁹ D
circũcidi spũaliter, profunde humiliari, promptissime obedire & corpus propriũ p opera pœ-
nitẽtiæ, obseruãtias regulares, religiosos labores, ac diuersa virtutũ exercitia castigare, afflige-
Gala.5 re, edomare. ¶ Est itaq; circũcisio duplex, vna carnalis, q̃ in veteri test. fuit p̃cepta, in nouo pro
Gala.6 hibita, de q̃ ad Gala. loquit̃ Paulus: Si circũcidamini, Chrũs nihil vobis proderit. Et rursus: In
Christo Iesu neq; circũcisio aliquid valet, neq; p̃putium, sed fides q̃ per dilectionem operatur.
Alia est circũcisio spũalis, quæ est remotio abusionũ membrorũ corporis ac viriũ animæ, dele-
ctio vitiorum, reformatio passionũ, compositio morũ, resecatio superfluitatum, imò & subtra-
ctio moderata eorũ quæ corpori necessaria sunt, propriæ quoq; volũtatis repressio, abiectio, &
Deu.10 mera suĩpsius sub præsidente subiectio. Vnde Moses iussit & ait: Circũcidite præputiũ cordis
vestri & ceruicẽ vestrã ne induretis amplius. Per Hieremiã quoq; loquit̃ deus: Omnes gentes
Hiere.9 habẽt præputiũ, omnis aũt domus Israel ĩ circũcisi sunt corde. Talibus dixit victoriosissi. mar
Acto.7 tyr Stephanus: Dura ceruice & incircũcisi corde & auribus, ex quibus monstratur esse quandã
circũcisionem auriũ & cordium & per cõsequens aliorum membrorũ ac virium, de qua loquit̃
Col.3 Paulus apostolus: Mortificate mẽbra vestra quæ sunt super terrã. Itemq́; Castigo corpus me
1.Cor.9. um & in seruitutem redigo. Imò & Christus: Si oculus, inquiens, tuus scandalizat te, erue eũ &
Matth.5 proĳce abs te. Et si manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscinde. Hæc igitur abscisio seu cir-
cumcisio, quamuis omni Christiano, maxime tñ religiosis est necessaria, in quibus omnia or-
dinata, restrica & expolita esse oportet, vt instar splendentis auri, peruĳ vitri, purissimi spe-
Ro.6 culi fulgeant corã deo, & supernarum capaces sint illuminationũ atq; assiduarũ inflammatio- E
num spũs sancti. Deniq; cum ad omnẽ spectet Christifidelem, quod Romanis præcipitur: Si-
cut exhibuistis membra vestra seruire immũditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nũc exhibe
te membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem, certum est istud ad nos religiosos maxi
me pertinere, quatenus sicut corpus & singula quæq; mẽbra ipsius exhibuimus arma iniquita-
tis pctõ seruiendo per ea diabolo, ita nũc ea exhibeamus arma iustitiæ deo: Omnẽ ergo loqua
citatẽ, vniuersa verba illicita, seculares rumores, vanos & infructuosos sermones abscindamus
ab ore & lingua. Hæc est saluberrima circũcisio linguæ & oris, sine qua vere nullus appellat̃ re-
Iaco.1. ligiosus, Iacobo attestante apostolo: Si quis putat se religiosum esse, nõ refrenans linguã suam,
Psal.139 sed seducens cor suum, huius vana est religio. Verbosus siquidẽ vir nõ dirigetur in terra. Sim⁹
ergo in silentĳ obseruatione, rigorosi ac strenui. Qui em̃ silẽtĳ operculo os suum nõ tegit, nec
taciturnitatis claue id claudit, vas cordis sui habebit immundũ, quoniam pulueres immũditia-
rum quæ inordinata loquutione cõtrahuntur cadẽt in illud. In colloquio itaq; & in omni, quo
ad colloquẽdum conuenitur loco summe necessaria est linguæ repressio, custodia oris, & cor-
dis, quæ à nobis poterint obseruari, si dei præsentiã cogitemus vbiq;, & eius erubuerimus vul-
Bñdictus tum, formidãtes sanctum eius aspectũ offendere. Præterea sanctus Benedictus in regula: Ver
ba, inquit, scurrilia & in risum mouentia, æterna damnamus clausura. Si ergo verba in risum
mouẽtia tantum anathematizauit omniũ religiosorũ pater præcipuus Benedictus, quantũ vi-
tanda sunt verba cõtentiosa, iniuriosa, mẽdosa, præsertim ne quis se nimis excuset, quãdo cor
ripitur, nec murmuret dum accusatur siue corrigitur. Præterea spũalis hæc circũcisio linguæ,
& oris requirit, vt sicut vitiose loquẽdo & male tacẽdo deum in seculo grauiter inhonorauim⁹ F
multipliciterq́; offendimus, sic modo virtuose loquẽdo, deum assidue laudãdo, orando, alacri-
terq́; psallẽdo honoremus, & recõciliemus nobis eundẽ. Erubescamusq́; vehemẽter iã verba
diuina min⁹ affectuose ac gaudiose proferre, q̃ olim in seculo verba mũdana, carnalia & iniqua
protulimus. Abĳciatur om̃is somnolẽtia in diuinis, omnis pigritia prorsus excutiatur, diligen
ter & feruide domino gloriæ ministremus. Ipse equidem euomit tepidos, fastidiosos contem
nit, ingratos, pigros & somnolẽtos abhorret, & maledictus est qui opus eius efficit negligẽter.
Apoc.3 Præterea circũcidimus ventrem & gustum ab omni gula, ne grauẽtur corda nostra potatione
Hiere.48 aut crapula, cæterisq́; cõtaminentur pctĩs, quæ ex gula nascũtur. Quemadmodum em̃ sobrius
Luce.21 potus, moderatusq́; cibus sanitas est corporis & animæ salus, sic cibi ac potus immoderati gra
uant corpus & animum lædunt, ac diuinorum inducunt fastidium. Hinc sancti patres etiã sic-
Ecci 31 cum panem & simplicem aquam in mẽsura cũ parcitate & dei timore sumpserunt, timẽtes in
eis excedere. Insup oculos circũcidamus ab incautis aspectibus, præcipue in diuinis & corã po-
Eccles.2. pulo celebrando, ne & seculares in visus nostri incustodia ac euagatiõe scandalizentur. Oculi
em̃ sapientis in capite eius, oculi autem stultorum in finibus terræ. Sint igitur oculi cordis no-
stri in Christo capite nostro fixi, & ne distrahamur ab eo, ne maculetur mens nostra, oculos re
primamus exteriores. Multos peccandi occasiones & varias culpas incurrit, qui oculos nõ cu
stodit. Eos ergo refrenemus ne hauriant vanitates, ne per res varias fornicẽtur, ne incaute ali-
os inspiciẽdo, moueamur ad risum, ad dissolutionem, euagationemq́; cordis, ad complacentiã
vanam, tristitiamve nociuam, aut certe ad iram, indignationẽ, impatientiã, temerariumq́; iu-
dicium.

A dicium. ¶ Legitur nāq; de abbate Elladio, ꝙ per viginti annos cellā suam inhabitās, nūquam oculos suos leuauit vt tectum eius inspiceret. Sic & sanctus pater noster Bernardus tota die cir ca fluuium equitās, fluuiū non attēdit. Quid dicemus ad hæc? qui nec circa altaria nostros pos sumus oculos refrenare, imò sæpe sacerdotales vestes exuendo, aut in missa populū salutando proijcimus visum nostrū super astātes, quod vtiq; signū est inuerecūdæ intimoratæ, incusto ditæq́; mētis. Amplius circūcidamus aures à negligētia circa audientiā verboꝝ salutis, quaten⁹ ea quæ dei sunt auide audiamus, & quicquid in choro legit aut cantatur, diligētissime aduerta mus, nec magis delectet nos cantus ꝗ sensus, sed minus. Similr sermocinationē in capitulo, le ctionem in refectorio, exhortationē & correptionē à quocūq; proximo gratāter suscipiamus ac patienter. Auris etenī bona cum omni cōcupiscentia audit sapiētiam, & beati qui audiunt verbū dei. Ei aūt qui corripientē dura ceruice cōtemnit, qui verba informatiōis nō suscipit, re pentinus superueniet interitus. Sunt quoq; nōnulli q si in sermonibus ꝑsidentis seu fratris au diunt aliqua contra suos excessus & defectus pronūtiari, mox indignant, sputa cōgemināt, ex creare vix cessant, & temerarie iudicātes ea quæ dicūtur ex inuidia aut alia praua radice dici ta lia arbitrant, qui infecti sunt morbo, noīe noli me tangere, qbus necesse est resipiscere ab hu iusmodi laqueis inimici, seq́; humiliare, patientiāq́; discere, proprias culpas attendere, & earū remedia grata suscipere mēte. Porrò circa audientiā illicitoꝝ verboꝝ simus auribus circumci si, ne ea audiamus libenter, sed aut penitus auertamus auditū aut audiamus inuite, ne alienis cō municemus pc̄tis, sed potius ea quantū decet aut licet redarguamus, potissimū verba detracti onis, murmuratiōis, seminationis, discordiæ ac cōtumeliæ penitus detestemur & verbis ac si B gnis ea nobis displicere monstremus p tristitiā vultus, gemitū cordis, allegationē scripturæ seu alijs modis, cū scriptū sit: Ventus aquilo dissipat pluuias & facies tristis linguā detrahentem. Et denuo Salomon: Per tristitiā, inquit, vultus corrigitur animus delinquētis, qdus verbis pręmi sit: Melior est ira risu, q̊d de ira ꝑ zelū est accipiendū, quam in audiēdo talia verba multo me lius est ostendere, ꝗ per risum, cōplacentiam impiā demonstrare. ¶ Postremo iuxta hunc mo dū, cæterorū exterioꝝ, interiorūq́; sensuū actus & vsus circūcidamus, membrorūq́; motus & opera regulemus, mētem à prauis cogitationibus, volūtatē à desiderijs malis, animā ab vniuer sis pc̄tis circūcidere nō cessemus, vt sic mēte & corpore simus spūaliter decorati, interius refor mati, recti semper & virtuosi.

Bernard. — Ecci.3. — Luc.11. — Proue.28 — Proue.25 — Eccles.7.

¶ Sermo quintus, Quid in nobis circumcidendum sit, & de abnegatione, mortificatione ac humiliatione propria.

CIrcumcidamini & auferte præputia cordiū vestrorū. Hiere.4. Hodie filius dei cœpit propter nos sanguinē suū effundere atq; acerbū pati dolorem. Tantus nāq; fuit do lor circūcisionis, ꝙ multi infantuloꝝ (rabbi Mose teste) moriebantur ex illo dolore Veruntamē multo acerbior fuit dolor ille in puero Iesu ꝗ alijs infantibus tum pro pter delicatissimā & maximā teneritudinem nobilissimi & æqualissimi sui corpusculi, tum pro pter rationis & imaginationis suæ vigorem, quo super dolorē illum per aduertētiam & iudi C cium reflectebatur. Porrò omnis actio & passio Christi est informatio nostra. Circumcisus er go est domin⁹ corpore, vt nos corde circūcidamur, & cordium nostroꝝ auferamus præputia .i. carnaliū desiderioꝝ proflumina, inutiliū cogitationū tumultus, inordinatas affectiones, ap prehēsiones inanes, intētiones peruersas. Potissimū aūt religiosoꝝ præputia spūalia sunt ani mæ cornua, cōtradicendi audacia, rebellionis impudētia, intimoratæ mētis præsumptio, quæ oīa nil aliud sunt nisi diabolica mala, mortifera semina, religionis venena, eaq́; esse maxime fugienda omni potissimū religioso, Chrūs hodierna edocuit die circūcisionē suscipiēdo, ꝑ cu ius susceptionē factus est sub lege, ꝑceptū legis de circūcisiōe in seipso volēs, faēcisq; seruari. Si igitur ipsemet legislator subiectus est sponte legi quā contulit, cū tamē ratio legis illius seruan dæ locū nō haberet in eo, siquidē propter originale tollendū circūcisionis ꝑceptū est datum & cōtra illud circūcisio fuit remediū, quāto magis nos pauperes, defectuosi & fragiles ꝑceptis dei ac superioꝝ nostroꝝ cum omni promptitudine & humilitate subijci ac parere debemus, cū & causa obediendi illis multiplex sit in nobis. Deniq; cū in omni fideli verificetur, quod Samuel dixit, quasi pc̄m̄ ariolandi est repugnare & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere, quanto magis in religiosis, q ex voto solenni ad obedientiā sunt astricti, quod votū iuramēto plus ob ligare à doctoribus magnis asserit? Et si iuxta beati Hieronymi doctrinā, nondū vere religio sus effectus est, qui ad eam necdū simplicitatē deuenit, vt quicquid à superioribus suis fuerit ius sum siue iniunctum, diuino & angelico putet ore prolatum, ꝗ irreligiosissimi esse probant, qui superiori resistunt in faciem, qui etiā in capitulo reclamare audēt atq; contendere, seq́; impu dēter excusant? O ꝗ longe sunt isti ab imitatione Chri, qui cum nullā haberet vitij læsionē re medium culpæ suscipere non cōtempsit & certe remedium verecūdū & valde pęnosum sibi di gnatus est applicari, nos ecōtra cū defectuositatibus pleni simus signū culpæ & medelā ipsius, hoc est correptionē piam & mediocrē ca castigationē ꝑmodicā ꝑpeti dedignamur, ꝗto magis

1.Regū.15 — Hierony. — Lucę.2

acutam & condignā correptionē ac correctionē abijceremus. Vbi est mortificatio nostra, vbi D
abnegatio suipsius & obedientia sancta? Istud quippe euidentissimū signū est intolerādæ ela-
Psalm. 37 tionis, grauissimæ excæcationis atq; sacrilega propriæ voluntatis resumptio. Monachus etem
debet esse spūaliter mortuus & tanquā surdus non audiens & quasi mutus non aperiens os su-
um, quantū ad hoc ne moueatur iniurijs, nec improbitati respondeat iniuriantis, quāto minus
moueri debet fraternis correptionibus, veris accusationibus, paternis increpatiōibus & corre
ctionibus iustis. Reflectamus ergo quotidie, imò assidue oculos cordis ad nosipsos, ad defect⁹
excessus'q; nostros, ad mala quæ agimus, ad bona quæ negligimus, ad mala quæ bonis actibus
nr̄is indefinēter miscent, vt vix vnā orationē dīcā, vix psalmū breuissimum, imò vix versum
vnū sine distractione, admixtione'q; culpæ legamus, atq; ex hac cōsideratione humiliemus &
Ibidē. contēnamus nos valde. Ad omnē reprehēsionē & punitionē parati, vt ex sentētia decātemus.
Quoniā ego in flagella paratus & dolor meus in cōspectu meo semper, qm̄ iniquitatē meā an-
nuntiabo & cogitabo pro pctō meo. Itaq; ꝙ nosipsi de nobis sentimus ac dicimus, ab alijs sen-
tiri, dici atq; in mediū deduci nō renuamus, alioqui non inuenitur in nobis syncera humilitas,
plena cōfessio, pœnitentia efficax & condigna, sed corā alijs vilescere, humiliari, & confundi
horremus, amātes nosipsos in nobis à spūalis puritate dilectionis remoti. Refert sanctus Gre-
Grego. gorius de quodā viro religioso & sancto, qui erat in monasterio suo sacrista, ad quē vidēdum
plurimi cōfluebant. Erat autē statura cū Zachæo pusillus. Cū'q; inter cæteros quadā die rusti-
Luc. 19 cus quidā venisset, & virū illū sanctū eminus conspexisset, eundē, quoniā paruus corpore fuit,
despiciens, iste, inquit, nihil habet de viro seu homine, quo audito, sanctus ille toto corde ex-
hilaratus accurrēs, rusticū illū amplexus est, dicens: Gratias ago, quia tu solus oculos habes i me E
Huius igitur sancti humilitatē sectemur, nec in die honoris sui, aut in hora cōmendationis suæ
quis extollatur, imò tunc profundius humiliet semetipsum, occultū dei iudiciū pertimescens,
Matth. 7 omne'q; bonū ei gratissima mente ascribens. ¶Insuper dominus & saluator die hoc circūcisio-
nis acerbitatē assumens, docuit nos nō verbo, sed opere arctā viam salutis, ardua virtutū exer-
citia strenue aggredi, viriliter continuare, feliciter consummare, vt dicere mereamur, Propter
verba labiorꝝ tuorꝝ ego custodiui vias duras, voracitatē, loquacitatē, somnolentiā, negligētiā,
Psal. 16 dissolutiones & om̄es vanitates ac impietates abhorreamus, ꝑ patiētiā currētes ad propositum
Heb. 12 nobis certamē aspiciētes in authorē fidei & cōsummatorē Iesum, q proposito sibi gaudio, su-
2. Tim. 2. stinuit crucē cōfusione cōtempta. Nō em̄ coronat̄, nisi q legitime certauerit, vincēs seipm̄, ani-
mositatē suā cōculcans, carnalitatē omnē abijciēs, vniuersis'q; hostibus suæ salutis rite reluctans
Matt. 11. ac ꝑualens. Violēti quippe cœlorꝝ rapiūt regnū. Postremo totū corpus, totā'q; animā nostram
spūaliter circūcidamus, vt simplici victu ac vestitu simus cōtenti, & abnegemus in oībus nos-
metipsos vanas & phātasticas apprehēsiones ac fatuas imaginatiōes ab interioribus sensib⁹ re-
secātes, atq; ad dn̄icæ passiōis cōsiderationē, alia'q; salubria memoriā protinus reuocātes. Ap-
petitū quoq; sensitiuū à passionū & affectionū suarꝝ immoderātijs ac irrefrenatiōibus circūci-
damus, nihil terrenū, sensibile, carnale ac corporale appetētes, neq; de molestijs corporalib⁹ cō
tristātes, nisi secūdū rectæ rationis, diuinæ'q; legis iudiciū ac doctrinā. Intellectū itē seu rationē
à cūctis erroribus, à temerarijs iudicijs, à periculosis ac puerilibus suspitiōibus, ab om̄i ꝑsumpti-
one & cōplacētia vana atq; om̄i distractione, potissimū in diuinis circūcidere nō lassemur & vt
iugiter deo simus intēti aut salubribus cogitatiōibus occupati infigamus memoriæ intellectus F
3. Regū. 17 istū versiculū, Cor mundū crea in me deus, vel: Oculi mei semp ad dn̄m, aut illud: Viuit dn̄s, in
cuius cōspectu sto hodie, vt quotiescūq; euagari cœperimus, aut distractos nos esse senserimus
mox ad illud intellectus intuitū dirigamus & per hoc eleuemur in deū & constabiliat̄ in eo cor
nostrū, volūtatē etiā ab om̄i malitia, ab om̄i libertate iniqua, ab om̄i inobediētia & resumptio-
ne atq; accidia pestifera circūcidere nō moremur, vt deo sic simus plene subiecti ac eius amore
quotidie validius inflāmemur.

¶Sermo. VI. Quod circūcisio spūalis octo gradibus, cōtritiōe videlicet, abstinētia, dis-
cretiōe, iustitia, humilitate, patiētia, sapiētia ac charitate, veluti octo dieb⁹ cōsummatur.

CIrcūcisi estis circūcisione nō manufacta in expoliatiōe corporis carnis, ad Coloss. 2.
Sicut in Euāg. legit̄ hodierno, octauo die circūcisus est Chr̄s, iuxta ꝑceptū legis. Lite
ralis aūt ratio cur nō ante octauū diē fiebat, circūcisio secūdū rabbi Mosen fuit, q̄a
vsq; ad illū diē tāta est teneritudo corpusculi infantilis, ꝙ dolorē circūcisionis ferre
nō posset. Sunt aūt & aliæ rationes spūales, quarꝝ vna assignari potest ex hoc, ꝙ octonario vir-
tutū processu ad spūalis cicūcisionis perfectionē attingit̄. Horꝝ processuū seu dierꝝ primus est,
pœnitētia, in qua recidiuū post baptisma ꝑpessi reuificant̄, & cūcta lauātur pctā. Vnde & Chri
Matt. 4 stus ab hac virtute ꝑdicationē suā exorsus est: Pœnitētiā, inquiēs, agite, appropinquabit em̄ re
Matth. 3 gnū cœlorꝝ. Et idē fuit beati Iohānis Bapt. in ꝑdicādo initiū. Pœnitētia aūt tres habet partes, q̄
Marci. 1. sunt cōtritio, cōfessio, satisfactio. Et vt ait Hieronymus: Cōtritio vera nō est nisi magnitudini
Luc. 3
Hierony. multitudini'q; culparꝝ sit adæquata, vt q̄to qs grauius atq; frequētius ꝑ omissionē aut cōmissio-
nem

C circo beatiss. princeps aploṛ affectuosissime nos hortat, dicẽdo: Charissimi obsecro vos tan 1. Pet. 2
q̃ aduenas & peregrinos abstinere vos à carnalibus desiderijs, q̃ militant aduersus animã. Itaq;
p pœnitẽtiæ opa, vnusq̃sq; corpus suũ castiget, & deo seruire cõpellat, ne rebelle sit rõni. Opor Miche. 6
tet ergo caste & sobrie viuere, & semp in dei timore psistere, ne ea q̃rant, q̃ carnẽ & sensualitatẽ
oblectant, sed q̃ mentẽ in deo cõfortant, vt sunt sanctæ cogitatiões, virtuosæ affectiões, verba
salubria, opa bona. ¶ Amplius agnoscendũ, q; stella q̃ Magis apparuit ab alijs stellis differebat
in multis. Primo, q̃tũ ad suã naturã atq; materiã. Nõ em̃ erat de natura & materia cœlestium Gene. 1
corpoṛ, sed elementariũ. Secũdo, q̃tũ ad tẽpus. Nã aliæ stellæ factæ fuerũt in exordio mundi,
ista ministerio angelico in hora natiuitatis Chri. Tertio, q̃tũ ad locũ. Nã aliæ sunt in cœlo, ista
fuit in aere. Quarto, q̃tũ ad motũ. Nã aliæ circulariter, vniformiterq; mouentur, ista hincinde
gyrabat secundũ exigentiã viæ Magoṛ. Quinto, quoad q̃titatẽ. Nã minima stella cœli maior
est tota terra. Ista vero forte triũ aut circiter fuit pedũ. Sexto, nã ista cæteris videbatur splendi
dior. Septimo, q̃tũ ad officiũ. Nã aliæ influentiã habẽt ĩ inferiora. Ista pduxit Magos & Chri
sti natiuitatẽ monstrauit. Octauo, in duratiõe, q̃m aliæ stellæ sunt incorruptibiles, Ista suo per-
acto obsequio, in pristinã est redacta materiã. ¶ Postremo multiplex ponitur stella, quã Ma-
gi viderũt. Est em̃ stella supsubstãtialis, videlicet Chrũs, q in Apoc. dicit: Ego sum stella splen Apo. 22
dida & matutina. Alia est stella rõnalis, videlicet virgo beata, de qua cantatur: Aue maris stella.
Has duas stellas viderũt Magi in stabulo. Tertia est stella intellectualis, vtpote angelus. V nde Job. 38
de angelis ait dñs ad sanctũ Iob: Vbi eras cũ me laudarent astra matutina? Hanc stellã secundũ
quosdã Magi viderũt. Dũ stellã materialẽ videre cœperunt, & dũ in somno admoniti sunt p
aliã viam reuerti. Quarta est stella spũalis, puta lux grẽ seu fidei rectæ, quã Magi intuiti sunt in
proprio corde. Quinta est stella materialis, quã corporal'r cõspexerunt in oriente. Itaq; & nos
cũ beatiss. & pelectis ijs Magis supsubstantialẽ stellã. s. Christũ quæramus, intueamur, & imite

1.Johan.2 mur. Nã qui dicit se in Christo manere.i. Christianũ existere seu Chrm̃ pro capite dño ac magistro habere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Sed vt hanc Christi virtuosam imitationẽ & cõtẽplationẽ ptingere valeamus, stellã rationalẽ virginẽ Mariã gloriosam inspiciamus & exoremus, vt stellã spũalẽ, videlicet splẽdorẽ gratiæ, claritatẽ sapientiæ, lucem virtutũ nobis impetrare, atq; in nobis cõseruare dignetur. D

¶AD RELIGIOSOS.

¶Sermo quartus: Quid in apparitione domini nos ædificet, & quõ pietate, humilitate ac magnanimitate dominũ imitemur.

QVI sedes super cherubin appare. Psal. 79. Ad hoc incarnatus & natus est dei filius, propter homines, vt appareret hoĩbus & agnosceretur ab eis. Ideo quoq; voluit ab eis agnosci, vt diligeretur & coleretur ab ipsis. Atq; omniũ hoꝝ finis est, vt ad
Johan. 14 clarã ac beatificam eius pueniãt visionẽ, in qua ostẽdet eis seipsum sicuti est in sua deitatis essentia, & humanitate glorificata. Porrò in Christi apparitione ac præsenti solẽnitate multa sunt nobis cõsiderãda. ¶Primũ est ineffabilis pietas saluatoris, qui ex misericordia sua immẽsa tres beatissimos Magos tã gratiosissime præuenit, & eos ad sui pduxit aspectũ, & hoc p splẽdidæ stellæ ducatũ. ¶Secũdũ est summa Christi humilitas, qui appariturus his inclytis ac sapiẽtibus viris, in tã vili tugurio, in tãta inopia, in tãta solitudine voluit inueniri ab eis. Siquidẽ pro regali palatio habuit stabulũ, pro lecto eburneo durũ præsepiũ, pro militari ac curiali frequẽtia, erat ei illa in hora, vel sola virgo dignissima, vel cũ illa Ioseph solummodo. ¶Tertiũ est oĩpotẽtia Christi, qui licet sic appareret his electissimis Magis, diuina tamẽ virtute ita eoꝝ illuminauit, immutauit'q; corda, ꝙ nõ scãdalizabãtur in aliq̃ p̄fatoꝝ, nec hæsitabãt diffidẽtia formidãdo, ne forte essent decepti, oĩbus regiæ magnificẽtiæ tam cõtrarijs ibi inuẽtis, sed certissime agnouerũt infantulũ illũ in tãta pauptate & humilitate eis apparẽtẽ esse regẽ quæsitũ, dei'q; filiũ, quod itẽ ex stellæ motu, situ, & alijs proprietati- E
Matth. 2 bus eius nouerũt ex instructione quoq; à sacerdotibus ac magistris Iudæoꝝ accepta. In tribus ergo prætactis dñm Iesum secũdũ quod decet & possibile est, imitemur. ¶Primo sequẽdo pietatẽ ipsius proximos nostros pie p̄ueniẽdo, obsequijs, bñficijs, misericordijs præoccupãdo, iniuriatoribus ignoscẽdo, viscera misericordiæ ad afflictos desolatos, tẽtatos, infirmos, oẽs'q; indigẽtes ac pereuntes semp affectuose gerẽdo, pro infideliũ cõuersione, profideliũ reformatiõe, vniuersoꝝ salute orãtes, pro existẽtibus quoq; in purgatorij p̄nis, orãdo celebrãdo, & oĩ modo quo possumus, succurrẽtes. Monachi quippe est sua, deinde & aliorum deflere pctã, & quo minus p̄dicãdo, eo plus deprecãdo, ecclesiæ subuenire. ¶Deniq; q̃cũq; est talis & taliter agit, specialissimã ac affluentissimã dei gratiã promeretur ac adipiscit. Et sicut ipse se habet ad proximos, ad viuos ac mortuos, ita ad ipsum se habet deus ĩ vita hac, munera gratiæ infundẽdo, sic'q; in futuro se ad eũ habebit, dona gloriæ tribuẽdo, iuxta quod
Matth. 7 ait saluator: Qua mẽsura mẽsi fueritis, remetiet̃ vobis. Et rursus: Beati misericordes, q̃m ipsi
Matth. 5 misericordiã cõsequẽtur. Secũdo sectemur præfatã Christi humilitatẽ, ne cupiamus aut laboremus corã hoĩbus sublimiter apparere, aut eis inaniter cõplacere, nec propter humanum honorẽ siue fauorẽ nos exornemus, cuius cõtrariũ agũt nõnulli, qui quãdo in choro psallũt, orãt aut celebrãt, nec aliquẽ opinãtur adesse extraneũ, oĩa indeuote agũt ac tepide. Si vero honesti assint extranei, fortiter cãtãt, vocibus nõ parcẽtes, & orãdo ac celebrãdo maiorẽ assumunt viuacitatẽ ac religionẽ. His atq; similibus maiorẽ incutit pudorẽ, reuerẽtiã & timorem humanus oculus, q̃ cũcta ex alto cõspiciẽs deus. Propter quod sicut ad deũ se habẽt irreuerẽter, ita ad eos deus habebit se aspernãter. Si nos monet astantia hominũ aut quæcũq; dignitas eorundẽ, nõne in infinitũ magis mouere, excitare, accẽdere debet nos oĩpotẽtis & oĩa intuẽtis ac iudicãtis dei præsentia, cuius cõparatiõe oẽs gẽtes quasi nõ sint, sic sunt co- F
Esaię. 40 ram eo, & quasi nihiliũ & inane reputatę sunt ei. ¶Tertio Christũ sequamur in oĩpotẽtia
2. Coꝝ. 3. eius diuina, vt qui ex nobisipsis insufficiẽtes sumus cogitare meritorie aliquid & sine ipso nil
Philip 4. possumus, sic proficiamus in charismatibus spũs sancti, vt oĩa valeamus in deo nos cõfor-
Marci. 9 tante. Siquidẽ Christo testãte: Oĩa possibilia sunt credẽti. Et Paulus: Oĩa (inquit) pos-
Philip. 4. sum in eo qui me cõfortat. Tãta sapiẽtia conemur desup adimpleri, tãta charitate accẽdi, vt eoꝝ quos alloquimur, valeamus corda illuminare, immutare, accẽdere. Propterea sic humiles simus, vt nihilominus magnanimes consistamus. Humilitas nãq; & magnanimitas simul stant etiã circa idẽ obiectũ. Potest se quis humiliter, magnanimiter'q; habere. Humiliter q̃dẽ ex cõsideratiõe propriæ insufficiẽtiæ & defectuositatis, magnanimiter vero ex intuitu & cõfidẽtia diuini auxilij, sic gloriosi hi Magi humiles erãt corã infantulo, & in tãta eis inopia apparẽte, deuotissime procidẽtes, magnanimes vero, impterrito corde ĩterrogãtes. Vbi est q̃
Matth. 2 natus est rex Iudæoꝝ, nõ obstãte ꝙ Romani iã præceperũt neminẽ sine eoꝝ licẽtia regẽ vocari, ꝙ item in Iudæa adhuc regnaret Herodes. Est autem magnanimitas valde præclara ac nobilis virtus, quæ vt philosophus ait, est circa magnos honores, non quòd magnanimus q̃rat, aut

A rat aut pro magno habeat, quoscunq; humanos honores, sed quia intendit facere opera magno honore cõdigna, vtpote sublimiter virtuosa. Deniq; virtus hæc & proprietates eius præcipue spectant ad religiosos, nõ obstante ꝙ ad eosdem potissimũ quoq; pertineãt humilitas & proprietates ipsius. Vt em̃ quarto Ethicorũ ait philosophus, & sanctus Thomas in secũda secundæ allegat: Magnanimus habet lentum motũ seu tardũ incessum, vocem grauẽ & stabilem loqutionẽ. Corporales etem̃ motus variãtur secundũ variã apprehensionẽ, affectionẽq; animæ. Velocitas quoq; motus contingit ex hoc, ꝙ homo circa multa intentus est, & ea explere festinat. Cũ ergo magnanimus tendat ad maxima, quæ sunt pauca & attentione egent præcipua, ideo tardũ habet motũ. Reprehensibilis est itaq; in religiosis puerilis discursus, & cũ saltatione ac præcipitatione quadã incessus, omnisq; festinãtia huiusmodi importuna. Porrò acuitas, velocitasq; sermonis secundũ philosophum cõpetit his, qui de om̃ibus cito contendunt. Magnanimus autẽ non nisi de magnis se intromittit, ideo graui vtitur voce, & stabili loquutione. Insuper magnanimus dicitur aliorũ aspernatiuus, nõ quod eos despiciat, inquantũ sunt homines, sed inquantũ sunt defectuosi & peccatores ac viles, iuxta quẽ sensum ait de viro iusto propheta: Ad nihilũ deductus est in conspectu eius malignus. Veruntamen magnanimus alios veneratur, inquantũ dona dei in eis relucent. Vnde & Psalmista præallegatis verbis subiungit: Timentes autem dominũ glorificat. Simus ergo & nos in loquendo non præcipites, sed maturi, non contentiosi, sed prouidi. Verba etenim sapientis, statera ponderabuntur. Et Ecclesiastes ait: Ne temere quid loquaris, neq; cor tuum sit velox ad proferendum sermonẽ coram deo. In multis em̃ sermonibus inuenitur stultitia. Nec eos qui temporaliter prosperantur atq; ad libitum viuunt, appretiemur, imò vt tales aspernemur, certi ꝙ vita eorum insania sit, & oremus pro eis, ideo nãq; Psalmista hortatur: Noli æmulari in malignãtibus, neq; zelaueris facientes iniquitatem. Vnde & magnanimus nullum in tantũ appretiatur, vt propter eũ indecens aliquid operari dignetur. Insuper magnanimus dicitur beneficij sibi impensi immemor esse, non quod eius obliuiscatur, sed quia maiora cupit rependere. In om̃i em̃ actu virtutũ conatur excellere. Rursus otiosus & tardus vocatur, quia nõ de paruis & sibi impertinentibus ac indecẽtibus, sed solũ de magnis & dignis se intromittit, nec familiariter potest conuiuere, nisi amicis, Adulationẽ nanq; & simulationẽ contẽnit, Om̃ibus tamen cõuiuit congruenter, sicut oportet & decet. His proprietatibus adornati erãt hi præelecti nobiles ac gloriosissimi Magi in quibus & eos sectemur, vt sancto zelo vnusquisq; conetur aliũ in humilitate, mansuetudine, patiẽtia, charitate, pietate, feruore, diligẽtia, laboriositate, pseuerãtia, cæterisq; virtutibus superare, nec de vilibus nos intromittamus, aut indecẽtibus & impertinẽtibus rebus, sed toto conatu simus intẽti circa pmaxima, vt scilicet deo altissimo debitã reuerentiã impẽdamus, eiq; iugiter magis magisq; placere, vniri, cohærere queam⁹, atq; in tm̃ circa hoc occupemur, vt de vanis, vilibus ac puerilibus rebus nequaq̃ curemus, nec talia attendamus.

Psalm. 14
Ibidẽ.
Ecci. 21
Eccles. 5
Psalm. 36

¶Sermo quintus, De stulta sapientia mundi, & sapienti stultitia dei, & quomodo Magoꝝ fidem, deuotionẽ ac liberalitatẽ debeamus imitari.

ADorabunt eũ om̃es reges. Psal. 71. Vere sicut ait Apostolus: Stultitiã fecit deus sapiẽtiam mũdi huius. Propter quod iterũ loquitur: Qui vult sapiens fieri, stultus fiat, vt sit sapiens. Stultus inquã fiat, ea quæ mundani, carnalesq; homines fatua arbitrãtur, C amplectendo. Quemadmodũ em̃ deus stultã fecit sapientiã huius mundi, ita & mũdus stultã reputat sapientiã dei, hoc est sapientiã salutarem, quæ (vt asserit Leo papa) nõ in appetitu laudis & gloriæ temporalis, nõ in disputãdi astutia, nec in abundãtia fabulãdi, sed in vera & spontanea humilitate, in terrenorum contemptu, in diuinorum contemplatione, feruentissimoq; consistit amore, quæ om̃ia dominus & saluator à natiuitatis suæ exordio vsque ad crucis patibulum primo operibus, deinde & verbis edocuit & copiosissime cõmendauit. Porrò seipsum sic in omnibus humiliare, terrena despicere, iniurias sustinere, mundani homines, quid aliud quàm stultitiam reputant. In hoc itaque deus omnipotens, cuius sapientiæ non est finis, stultam ostendit sapientiam seculi huius, quòd vnigenitum filium suum humana natura indutum fecit in terris in omni paupertate, in summa humilitate, in extrema patientia, in plenissima obedientia, in feruentissima charitate apparere, conuersari ac pertransire, omnẽq; altitudinẽ seculi ei subiecit, reges, principes, philosophos & vniuersos huius mũdi primates sub ipso prostrauit atq; ad eius fidẽ, legẽ, cultũ & adorationẽ induxit, q̃d hoc die in beatissi. tribus Magis pfigurauit, imo & implere exorsus est. Fuerũt quippe tres viri isti magnates, famosi, & sapientes in seculo, nihilominus Iesum infantulum in extrema paupertate, humilitate, deiectione eis apparentem, omni reiecto carnali tumore, ac seculari prudentia flexis genibus cum deuotione promptissima adorauerunt, ac mysticis honorauerunt muneribus. Videamus ergo ne forsan in nobis carnale quid inueniatur, ne quis appetitor sit laudis humanæ, aut honoris, vel promotionis amator, ne quis ambitionis caligine obtenebret, & pro eo ꝙ oĩbus

1. Cor. 1.
1. Cor. 3

 viliorem

viliorem se debeat æstimare, cupiat aut conetur fratribus suis præesse, & per hoc innumerabiles incidat culpas ac reflectatur, quasi in cũctis q̃ agit miserrimus ad seipsum. Nihil secularis D
Roma.12. prudentiæ in nobis resideat nec disputando, subtilia disserendo, in verbis præualendo, quęramus ostentare nosipsos, cum dicat vas electionis, non alta sapiẽtes, sed humilibus consentientes, imò quanto quis maior aut doctior extat, tanto sit in conuersando deuotior, & in omnibus mitior atq; humilior, cum Iacobus dicat apostolus capite tertio: Quis sapiens & disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ, omnem iniuriam æquanimiter tolerando cuncta transitoria despiciendo, nosipsos in vniuersis humiliando, ad sola cœlestia ac diuina totis præcordijs suspirando. Ostendamus nos esse veros Christi discipulos Euangelicæ legis sapiẽtia decoratos.

¶ Præterea in solennitate hac nobili ac iucunda, multa sunt ex parte sanctorum, Magorum istorum consideranda. Prima est certitudo ac magnitudo fidei eorum. Certissima nanq; fide sciscitabantur, vbi est qui natus est rex Iudæorum, & tamen adhuc nulla Christi viderũt miracula, nec veteris testamenti de ipso prænuntiata cognouerunt oracula, nec prophetarum vaticinia didicerunt, nisi Balaam tantum (vt creditur) cuius vaticinio tam firmiter crediderunt, quòd tanto tempore expectarunt hanc stellam, eiusq; apparitioni atque ducatui fidem adhibuerunt plenissimam. Quomodo igitur incredulitatem aut hæsitationem suam nunc quis poterit excusare postquam ipsemet Christus, in primis per seipsum, deinde per beatissimos suos apostolos, cæterosq; discipulos & viros perfectos tam innumerabilia, pręclarissima, soliq; omnipotenti deo possibilia egit miracula, primitus in Iudæa, deinde vbiq; terrarum, & omnia de Christo prænuntiata esse impleta apertissime manifestat finalis hæc derelictio, vastitas & captiuitas Iudæorum, quas Christi occisionem sequi debere. Daniel sanctus nono libri sui capitulo euidentissime prophetauit, dicẽdo: Post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus, & non erit eius populus qui eum negaturus est, & ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce futuro, & finis eius vastitas, & vsq; in finẽ perseuerabit desolatio. Circa quæ verba etiam Iosephus vir doctissimus & Iudæorum historiographus testatur, quod Daniel prædixit Nabuchodonozor regi finalẽ sui populi captiuitatem, videlicet Iudaicæ plebis dispersionem & conculcationem hanc vltimatam. Secundum est infatigabilis diligentia Magorum istorum in quærendo dominum saluatorẽ. Omni nanq; mora postposita, mox vt stella eis apparuit iter aggressi sunt, non sumptibus parcentes, neque laboribus, sed continuo prosequuti sunt iter inceptum perseueranter, donec cunctis desideratum gentibus inuenerunt. Cur ergo nos vniuersa filij dei scientes mysteria tam remisse ac negligenter quærimus in cœlis regnantem deum, hominemq; perfectum, quem tam indefesse & diligenter quæsierunt hi Magi infantulum infantilibus fascijs inuolutum, cum agnoscamus eum tot & tanta fecisse ac pertulisse pro nobis, atque tam inæstimabilem nobis beatitudinem præparasse. Vsquequo torpemus ignauia & non intramus ad possidẽdam terram quam dominus deus patrum nostrorum nobis promisit ac præparauit. Scimus equidem, quoniam si terrestris domus nostra huius habitatiõis dissoluatur, quòd ædificationem habemus ex deo domum non manufactam æternam in cœlis. Scimus quòd nõ habemus hic manentem ciuitatem, nec tamen vt dignum est futuram inquirimus. Consideremus amenitatem & gaudia supercœlestis paradisi, & eius desiderio accendamus nosipsos confitentes, quia peregrini & hospites sumus super terram, atque cum viro sancto dicamus. Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Itemq;: Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum, concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Nõ itaque effundamus cor nostrum super curiositates externas, nec ad vana ac friuola afficiamur, ne per hoc ab æternorum ac diuinorum impediamur amore, sed in deo recolligatur atque figatur tota affectio nostra, & ad ipsum vniuersa nostra dirigatur ac tendat intentio.

Matth.2 Nume.24 E Iosue.18 2.Cor.5. Hebr.13. 1.Para.29 Psalm.25 Psalm.83. F

¶ Tertium est ingens liberalitas Magorum istorum, nam vnusquisque eorum aurum, thus & myrrham obtulit Christo: Non vtique in modica quantitate aut animo parco, sed vt decuit copiose, liberaliq; mente, præsertim cum matrem infantuli cernerent pauperem & puerum indigentem. Simus ergo & nos cordialiter liberales. Quod si dixerit quisquam in quo esse potero liberalis, qui nil proprium habeo, nec sine licentia dare quid valeo? Respondendum est ei, vt sicut boni seculares, liberales existunt de exterioribus suis rebus communicando promptè ac largè ęgenis, sic religiosi, claustrales, liberales debent eixistere, dona gratiæ eis collata, suis proximis atque confratribus communicando, affectu prono, charitatiuo ac abundanti, iuxta illud principis apostolorum: Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes. Ideo quicquid consilij, quicquid auxilij, quicquid consolationis aut instructionis proximis impendere possumus, eis feruenti ac læto impendamus affectu. Hilarem nanq; datorem diligit deus. Et rursus ait scriptura: In omni dato hilarem fac vultum tuum, imò vltra vires & supra quàm habemus, eis benefacere cupiamus. Nec solum nostra

1.Petri.4 2.Cor.9. Eccle.35.

A nostra seu vsui nostro concessa, sed insuper & nosipsos ipsis quantũ phas est impendamus, vt cũ diuino apostolo dicere valeamus: Libentissime impendã & superimpẽdar ipse pro animabus vestris, qui liberalitatem suam insinuans alibi: Mihi, inquit, & his qui mecum erant ministrauerunt manus istæ. Postremo alia multa in electissimis Magis istis queunt perpendi, puta eorum humilitas, ꝙ coram infante pauperculo taliter prociderunt & obedientia, quoniam iuxta admonitionem eis factam, per aliam viam in suam regressi sunt regionem. In quibus omnibus eos fideliter imitemur. 2. Cor. 12 Act. 20

¶Sermo sextus, Quomodo religiosus deo puram dilectionem, puram & feruentem orationem, dulcem, concordemq́ conuersationem in contritione pœnitentiæ offerat.

OBtulerunt ei munera, aurum, thus & myrrham. Matthęi vigesimo. Hæc munera nos religiosi deo quotidie spiritualiter immolare debemus. Quid enim aptius per aurum quàm charitas feruida designatur. ¶Primo itaq; aurum, id est, purum, feruentem ac integrum charitatis affectum Christo iugiter offeramus per ardentissimas aspirationes corda nostra leuando ad ipsum, atq; nosipsos ad oĩa quæ ad diuinum pertinent cultum, ad obseruantias regulares, ad conuersationem vere monasticam ex syncera & æstuanti amore exhibendo paratos, iuxta quod Iosue monet: Seruite domino corde perfecto atq; verissimo. Istud equidem ad religiosos specialiter pertinet, qui idcirco terrena oĩa & oblectamenta carnalia, propiamq́ voluntatem deseruerunt, ne per inordinatum ad illa affectum retardentur ab incremento diuini amoris, & ne propriam voluntatem sequendo, in diuersa ruant pericula, & à charitatis impediantur perfectione, sed toto corde ferantur in deum, perfectiusq́ quotidie afficiantur ad ipsum, ne eis contingat quod per Osee prophetam loquitur spiritus sanctus: Confundetnr Israel in voluntate sua. Iosue. 24 Osee. 10

B

Israel quippe interpretatur vir videns deum. Idcirco per Israel intelligitur religiosus, cuius est iugiter contemplari diuina, iuxta quod scriptum est: Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Tunc itaq; Israel in voluntate sua confunditur, dum religiosus securissimum ac serenissimum obedientiæ iter relinquens, proprijs conceptibus & affectibus magis quàm superiorum suorum informationibus, iussionibusve consentit, obtemperat & inhæret, per quod ei ab hostibus suæ salutis illuditur, & ipse diuersa peccata illabitur, ac in seipso damnabiliter deordinatur. Quantumlibet ergo religiosus sit acuti, eruditiq́ intellectus, nihilominus intellectum suum in captiuitatem curet redigere, superioris sui iudicio magis quàm proprio credẽs & acquiescens, sicut de Climacho legitur: Quia cum esset iuuenis, in naturali philosophia valde instructus & ingeniosus, nihilominus seniori suo viro ideotæ ac simplici per oĩa indiscrete atq; promptissime obediuit, per quod in breui in magnam deuenit perfectionem. Col 3

Præterea sicut in corporalibus aliquid dicitur purum, quoniam de suo contrario & de aliena natura nil habet admixtum & integrum, quia illæsum & incorruptum, sic charitatis affectio dicitur pura, quando nil terrenæ aut carnalis affectionis ei miscetur. Dicitur etiam integra, quando nulla passionum immoderantia læditur, neque per culpam inficitur, ita quòd nec ira nec impatientia, neque per culpam aut concupiscentiam vllam obtenebratur aut minoratur,

C sed mente tranquilla fertur in deum ac proximum. Denique id alicui perhibetur offerri quod ei gratis propter se datur. Vnde quum aliquid deo offerimus, non nisi dona sua ei præstamus, prout primo Paralipomenon deuotissimus Dauid rex deo fatetur: Tua, inquiens, domine deus sunt omnia & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Tunc itaq; deo omnipotenti puram dilectionem, obsequiumq́ perfectum offerimus, dum eũ syncere & irreflexe propter infinitam & propriam eius bonitatem ac dignitatem amamus ac veneramur seu colimus non propriæ mercedis intuitu, neque vt euadamus supplicia, sed quoniam ipse in se & propter se omni amore atque honore superdignissimus extat. 1. Par. 29

Rursus omne bonum quod agimus, tunc deo offerimus, dum oĩa opera nostra bona deo & eius gratioso auxilio, non proprijs viribus grata ac humili mente ascribimus, confitentes ex corde quòd non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est, qui operatur in nobis velle & perficere ex sua benignitate, ita quod omnia merita nostra sunt eius dona, quod qui sapienter attendit, nequaquam inaniter gloriatur, sed fonti totius boni humiliter regratiatur. Insuper qui seipsum & omnia sua ad dei refert honorem, ac totum se diuino mancipat cultui, ille seipsum & omnia sua domino offert, sicut seipsum, & omnia sua ab illo accepit, per quod valde iustus esse probatur, nec fraudulenter aut negligenter, sed diligenter, iuste & integre deo obsequitur. ¶Insuper per aurum donum sapientiæ potest intelligi, quod sic cæteris spiritus sancti eminet donis, quemadmodum aurum alijs metallis. Hoc igitur aurum, id est, contemplationem synceram deo offerre debemus corporalia ac transitoria supergrediendo in summæ maiestatis claritatem oculum cordis pro posse figendo, imò in 2. Cor. 3

diuitias gloriæ creatoris altissimi mentis apicem demergendo, gustando & intuendo, quàm dulcis, quàm diues, quàm superpulcherrimus & superbeatissimus & superamabilissimus sit dominus deus noster æternus ac adorandus. Sicq́ꝫ ex hoc carnalia & caduca fastidiendo, indefessoq́ꝫ corde laborando pro plena ac beatifica tanti boni possessione. D

¶Secundo cum sanctis regibus istis deo offerre debemus, thus diuinæ adorationis, hoc est, orationem, dulcem & affectuosam laudem & gratiarum actionem præcordialem. Hoc nẽpe inter præcipua religiosorum opera computatur offerre deo orationem puram ac stabilem, amorosam, humilem & suauem, vt animo non distracto aut euagante, neque inanibus phantasmatibus, picto aut occupato, laudẽt ac deprecẽtur dominũ deum suum & soli intẽti, & in eo accensi ad id quoque quod postulant taliter affectati, vt dirigatur sicut incensum oratio eorum in dei conspectu, ascendatq́ꝫ fumus seu odor suauissimus coram deo de eorum orationibus, psalmodijs ac laudibus. Deum itaque tempore orationis & om̃is diuini officij tanquam vere præsentem, & om̃ia nostra clarissime intuentem, inspiciamus, nec minus reuerenter ac custodite coram suæ maiestatis præsentia nos habeamus, quàm coram prælatis ac principibus seculi huius nos haberemus. In conspectu angeloꝝ reuerenter ac deuote stemus, concorditerq́ꝫ psallamus, & singulorum attendamus sensum verborum, ne conqueratur deus de nobis, dicendo: Gens ista labijs me honorat, sed cor eius longe est à me. Qui taliter orant & spallunt aurea proferunt verba, qui autem nituntur ad hoc, quàmuis nondum id possint, verba promunt argentea, qui vero remisse, pigre & somnolenter in oratione, psalmodia & horis se habent, lutea verba loquuntur. Primi clamant & suauissimam coram deo faciunt melodiam, sicut Moses clamauit ad dominum. Secundi mediocriter sonant. Tertij coram deo nostro sunt muti.

Psal. 140. Nume. 28 Esaiæ. 29

¶Insuper per thus fama laudabilis, exemplarisq́ꝫ vita dulcis atque pacifica conuersatio exprimuntur. Thus ergo cœlesti immolat regi qui in medio congregationis viuit sine querela & irreprehensibiliter conuersatur, & bonus odor est Christi in om̃i loco qui quantũ in se est verbis & factis cunctos ædificat nec male agendo vlli est onerosus, sed tanquam angelus pacis, amator cõcordiæ, vnanimitatis amicus, solicitus est scandalum om̃e de medio tollere, turbatos quietare, discordesq́ꝫ concordare qui sua charitate, probitate & maturitate, sua cõpunctione, eleuatione & perfectione aliorum auersionem, improbitatem, leuitatem, dissolutionem, imperfectionem tacite increpat, efficaciter instruit, virtuose emendat. Talis quilibet nostrum esse conetur, ne quis alium impediat à profectu, retrahat à salute, imò potius prout exigit charitas inuicẽ nos iuuemus, accẽdamus & confortemus. E

Luce. 1. 2. Cor. 2. Matt. 18

¶Tertio cum his tribus electissimis viris Christo myrrham, hoc est, pœnitentiæ contritionem, planctum pro nostris ac aliorum peccatis amarum, carnis mortificationem debemus saluatori offerre, vt cum apostolo dicere mereamur. Christo confixus sum cruci. Qui enim sunt Christi, carnem suam cum vitijs & concupiscentijs crucifigunt. Cur em̃ ad cœnobium confugimus, nisi vt in primis propria, deinde & aliorum defleamus peccata, & de quotidianis nostris negligentijs & offensis intime doleamus, sicq́ꝫ indefinenter tendamus ad meliora, carnalia desideria conculcantes, vt cœlestibus accendamur affectibus. Itaque iuxta apostolicum documentum mortificationem Iesu iugiter in nostro corpore circumferamus, vt & vita Iesu manifestetur ĩ carne nostra mortali, quatenus in om̃i fidutia magnificetur Christus in corpore nostro, siue per vitam, siue per mortem, ita vt viuere nobis Christus sit, & mori lucrum, atque vt votum paupertatis requirit à nobis, tenui victu & vestitu simus contenti exemplo Christi, qui cum diues esset, propter nos pauper effectus est, vt eius inopia locupletemur. Nec coram hominibus gloriosi & inclyti apparere optemus, cum dominus maiestatis vnigenitus dei coram ijs Magis tã pauper & humilis elegerit apparere, vt oẽm vanitatẽ & ostentationẽ abhorrere discamus, soliq́ꝫ deo & alijs tantũ in eo placere desideremus & enitamur. Ad laudẽ & gloriã eius. F

Galat. 2 Galat. 5 2. Cor. 4.

¶In festo sancti Pauli primi hæremitæ.

¶Sermo primus: Quis scopus esse debeat solitarij, & de laudibus primi hæremitæ.

DVcam eã in solitudinẽ & loquar ad cor eius. Osee secũdo: Hæc sunt verba dei ad animã cõtẽplatiuã, quã deus om̃ipotẽs & benignus à seculariũ hominum strepitu separat ac tumultu, quatenus ipsa mẽte quieta sibi, videlicet deo per cõtemplationẽ, syncerã & dilectionẽ feruẽtẽ intẽdat. Itaqꝫ in his verbis sanctus Paulus à duobus laudatur. Primo ab excellẽtia vitæ solitariæ. Secũdo ab interno colloquio dei cũ eo. Cũ em̃ teste philosopho homo naturaliter sit animal sociale, ciuile, vita solitaria nõ est humana. Propter quod rursus ait philosophus: Quòd homo solus, est deus aut bestia, id est, diuinus aut bestialis. Si em̃ in solitudine viuit, prout ad solitariũ

Aristoti.

solitariũ pertinet & solitudo requirit, vere diuinus est. Quid eñ ad solitariũ spectat, nisi exte A rioribus & terrenis relictis ac supergressis soli altissimo, simplicissimo & incircumscriptibili deo vbiq; vere præsenti vacare, adhærere & obsequi, eũ indesinẽter inuocare, laudare ac venerari, imò & quãtũ in hac vita fieri potest, eo per cõtẽplationẽ, dilectionẽq; frui.

¶Porrò, qui ita nõ agit nec tẽdit ad hoc, bestialis merito appellatur, si in solitudine demoretur. Paulus autẽ primus hæremita in solitudine diuinissimã duxit vitã. Et deus pijssimus ad cor eius assidue loquebatur, eiusq; animã tanq̃ spõsam charissimã omi hora brachijs charitatis amplectebatur, fœcũdauit, illustrauit, accẽdit, cõsolabatur. Sed nũc huius viri sanctissimi laudes, virtutes & excellẽtiæ per ordinẽ sunt tãgẽdæ. ¶Primo itaq; felix hic pater laudatur à sua pueritia, sancta & innocẽti, quia vt sanctus testatur Hieronymus, qui vitã ipsius descripsit. Cũ Paulus iste sedecim erat annorũ, perrexit ad hæremũ, & erat tũc aĩo mãsuetus & deũ diligẽs valde, atq; ob crudelitatẽ psecutiõis tyrãnicæ sub Decio imperatore solitudinẽ est ingressus. ¶Secũdo laudatur à sua vita sanctissima hæremitica & lõgeua, qa indefesso corde cũ quotidiano virtutũ profectu perseuerauit in hæremo, vasta atq; terribili vsq; ad annũ vitæ suæ cẽtesimũ tertiũdecimũ, sicq; habitauit in deserto p annos nonaginta septẽ vel circiter, nulli hominũ cognitus. Ecce quãtę pseuerãtię, lõganimitatis & fortitudinis fuit, & quãtæ cõstãtiæ ac spei in deo. Quòd inter horribiles hæremi feras, ferocesq; bestias tã intrepid⁹ morabatur. ¶Deniq; tota occupatio sua die ac nocte fuit deo creatori & saluatori suo p contẽplationẽ & feruidã dilectionẽ vacare, eius maiestatẽ incõprehẽsibilẽ & immẽsam admirari & honorare, laudib⁹ eius purissima mẽte insistere, misericordiã eius pro se ac alijs, pro cõmuni bono ecclesiæ, pro viuis ac mortuis iugiter affectuosissime exorare. Sicq; in omi gratia B virtute & sanctitate excellẽter, mirabiliterq; profecit q̃tidie. ¶Tertio laudatur à sua miraculosa manifestatiõe. Cũ eñ Paulus iste cẽtũ & tredecim eẽt annorũ, & sanctus pater Anthonius in alia solitudine habitaret nonaginta annorũ ac cogitaret se primũ eẽ hæremitarũ, reuelatũ est ei à deo eẽ in solitudine interiore aliũ ipso seniorẽ, multoq; meliorẽ. Mox ergo sanctus Anthonius arripuit iter ad quærẽdũ illũ se meliorẽ, occurritq; ei animal superius habẽs formã humanã, inferius formã equi, q̃d onocẽtaurus vocat, à quo cũ sanctus Anhonius ĩ qua parte dei famulus moraret, quæsisset, animal illud protẽsione suæ dexteræ iter rectũ mõstrauit. Post hoc occurrit Anthonio animal cornua habẽs in frõte & nares aduncas, ac pedes capra; q̃d fructus palmarũ Anthonio obtulit & interrogatũ hoc animal ab Anthonio qs aut quid eẽt, respondit: Mortalis ego sum ex incolis hæremi q̃s decepti Gẽtiles, vt deos, vtpote Faunos & Satyros ac Incubos colũt. Precamur, vt pro nobis cõem dñm depceris, quẽ pro salute mũdi venisse cognouimus, qbus dictis q̃si volatu pẽnigero petulcũ animal illud aufugit. Tãdẽ tertio die beatus Anthonius maximo cũ labore ad spelũcã, in q̃ beatissimus latuit Paulus, puent, & magnis ac lachrymosis obtinuit pcibus à Paulo psato, q ei ostiũ spelũcę aperuit. Tertio, Paulus iste beatus laudat à multis mirabilibus q̃ inter ipm & sanctũ Anthoniũ cõtingebãt. Mox eñ vt Anthoniũ intromisit, se mutuo proprijs salutauerũt nominib⁹ deosculãtes se inuicẽ. Cũq; cõsedissent coruus integrũ panẽ ãnros deposuit & auolauit. Dixitq; Paulus Anthonio: vere pius dñs. Nã p sexaginta annos quotidie mediũ panẽ accepi à coruis sed nũc ob tuũ aduẽtũ integer panis allatus est nobis, tũc pia lis inter eos est orta quis frãgeC ret panẽ. Paulus deferebat Anthonio vt hospiti, Anthonius Paulo vt seniori, tãdem cõmuni cõsensu quilibet manũ pani apposuit, & partẽ suã ad se traxit & comederũt. Dixitq; Paulus Anthonio: Olim te in solitudine demorari cognoui, & cõseruũ meũ mihi Christus promisit & nũc quoniã morituro aduenisti, si tibi molestũ nõ est, vade & affer palliũ quod tibi Athanasius dedit episcopus, vt in eo corpus meũ sepelias. Stupefactusq; Anthonius q̃d de Athanasio & pallio eius audierat, fecit sic: Cũq; cũ pallio reuerteretur, vidit inter angelorũ caternas, & inter prophetarũ, apostolorũq; choros Paulũ niueo cãdore fulgẽtẽ in cœlũ ascẽdere. Cadẽs ergo in faciẽ sanctus Anthonius cũ lachrymis dixit: Cur me ò Paule dimittis. Tam tarde mihi innotuisti q̃ cito recedis. Post hæc ingressus spelũcã, vidit corpus beatissimi Pauli genibus flexis, manibusq; erectis, extẽsa ceruice erectũ, sicq; quid viuens egerat exanime corpus mõstrauit. Cũq; corpe pallio obuoluto Anthonius palã seu sarculũ q̃ sepulchrũ facere nõ haberet atq; ob id vehemẽtissime tristaretur, ecce duos leones ex hæremo accurrẽtes circa corpus S. Pauli subsistẽtes, fremituq; rugiẽtes ingẽti, & flẽtes vt poterãt. Deinde sepulchrũ pedib⁹ suis scalpẽdo fecerũt, & cũ omi mãsuetudine ad beatũ Anthoniũ veniẽtes, manus eius ac pedes lingere inceperũt, bñdixitq; eis & pcepit abire, ac corpus sancti Pauli sepeliens tunicã eius accepit, atq; ad discipulos suos regressus oĩa eis recitauit p ordinẽ. Dieb⁹ q̃q; solẽnibus paschæ & pẽtecostes beatiss. Pauli se induit veste. Hæc est historia de sacratissimo Paulo primo hæremita. Tãti igit patris prouocemur virtutibus, illuminemur in fide, roboremur in spe, & diuino accẽdamur amore. Opa quoq; pœnitẽtiæ lõganimiter exrrceamus, atq; in bonis operibus viriliter perseueremus. Ad laudẽ & gloriã dei.

¶In festo sancti Hilarij. D

¶Sermo vnus, De cõmendatione sancti Hilarij, & de laude charitatis.

QVasi stella matutina in medio nebulæ, sic ille effulsit in domo dei, Ecclesiastici vltimo. Hæc verba de sancto Hilario Pictauensi episcopo ab Aquitania oriundo recte intelliguntur. ¶Hic etẽ beatus episcopus cõmendatur à multis. Primo, à sua conuersatione virtuosa ac honestissima, quã in seculari habitu, coniugaliq; duxit statu, Nã antequã episcopus factus est, habuit coniugem, ex qua genuit filiam, atq; in matrimonio vixit tã honeste ac virtuose, q defuncto Pictauiensi antistite, in episcopũ vrbis illius vnanimiter est electus. Non eẽ carnalis voluptatis amore accepit aut cognouit vxorem, sed desiderio prolis ad dei obsequiũ aducãdæ, & coniuge sua parce ac moderatissime vsus est, in quo patet magna eius perfectio. Quia vt quidã probãt doctores: Difficilius est propria coniuge cum decenti moderamine vti, q̃ in stata virginali aut viduali penitus continere. Siquidẽ concupiscentia seu libido tanto plus prouocatur, quãto plus actuatur seu exercetur. Hanc ergo sancti Hilarij virtutẽ, coniugalemq; castitatẽ sequantur cõ-
Heb. 13 iugati, vt (iuxta doctrinã Apostoli) sit in eis honorabile connubiũ, & thorus immaculatus, q fit, si non ex cõcupiscentia prædominãte, sed desiderio prolis ad dei cultũ enutriendæ, aut reddendi debiti ratione, vel propter culpã incontinentiæ vitandã in cõpare se cognoscant, aliunde quoq; præcepta dei & ecclesiæ seruent. ¶Secũdo laudatur sanctus Hilarius ex sua sancta cõuersatione quã in episcopatu deduxit. Factus nanq; episcopus, non extulit semetipsum inaniter, quasi vane gloriando de hoc, q ex matrimoniali statu ad episcopatũ electus est, sed quantum creuit in ecclesiastica dignitate, tantũ in humilitate ac omni virtute. Et quo pluribus præ- E
fuit, eo timoratior, solicitior atq; agilior fuit, gregẽq; Christi sibi cõmissum pauit verbo & exemplo, oratione & sapientia eminenti, nec vrbem sibi cõmissam, sed & Franciam totã ab Arriana defensauit perfidia. Itaq; qm̃ scriptis, vita, verbo & sapientia, itemq; miraculis illustrauit ecclesiã, Recte de eo exponitur thema assumptũ, videlicet, Quasi stella, &c. Sic & vnusquisque aliorũ rector, pastor, prædicator, doctor seu paterfamilias, sibi subiectos, & proximos oẽs dirigat atq; ædificet verbo & factis, corripiendo & corrigendo peccantes, accendẽdo ignauos, & omnes salubriter exhortãdo. ¶Tertio cõmendatur ex magna sua patientia in aduersis. Multa eẽ aduersa ab hæreticis & Arrianis episcopis passus est. Et qm̃ fidẽ catholicã defendebat acc õstanter à Constãtio Imperatore Arriano, in exiliũ missus fuit, & ad tẽpus mansit in eo. Eius ergo exemplo patientiã in omni habeamus aduersitate. ¶Quarto cõmendatur ab eminẽtia miraculorum suorũ. Cum eẽ cõsentiente Cõstantio Imperatore Arriano, cõuenissent episcopi, ad cõferendũ de fidei veritate, & aduenisset Hilarius ad instãtiam quorundã Arrianorũ pontificum, eius eloquẽtiam ferre nõ valẽtium, ad vrbem suã Pictauiam redire cõpulsus est. Cũq; ad insulam Gallinariã serpẽtibus plenam diuertisset, vniuersos fugauit serpẽtes, Pictauiam quoq; reuersus, puerũ sine baptismo defunctũ resuscitauit. Insuper filiam suã nubere proponentem, ad virginitatis induxit propositũ, metuensq; ne illa à proposito illo auerteretur, deum orauit, vt eam vocaret ad regnum cœleste, & post paucos dies filia illa feliciter obijt. Quod vxor sua considerans, rogauit eum vt sibi quoq; impetraret hoc ipsum, quod fecit beatus Hilarius, & eã ad regnum præmisit cœleste. ¶Legitur quoq;, q Leone papa hæretico cõcilium celebrãte, beatus Hilarius non vocatus aduenit. Præcepitq; papa, vt nullus ei assurgeret. Et dixit papa Hilario: Tu ne es Hilarius Gallus? Respondit sanctus Hilarius: Non sum Gallus, sed de Gallia, id est, non sum de Gallia natus, sed de Gallia Episcopus. Surgens autem papa cum indignatione dixit: Modicum præstolare donec redeam, & quod mereris, tibi retribuam. Cui Hilarius: Si non redieris, quis mihi pro te respondet? Et papa: Mox, inquit, redibo & tuam superbiam humiliabo. Cumq; ad secreta naturæ papa iuisset, omnia intestina sua effudit, & infeliciter obijt. Præterea Hilarius patienter ferens, quòd nullus sibi locum præbuit, in terram se posuit, dicẽs: Domini est terra & plenitudo eius, Et protinus, deo iubente, terra se extulit, atq; ad aliorum Episcoporũ altitudinem se leuauit. Cumq; papa nuntiaretur mortuus, surgens Hilarius, episcopos confirmauit in fide catholica. Porrò in aurea legenda, istud in dubium vertitur, quia in ecclesiastica vel tripartita historia nil inde recitatur, nec Cronica referunt fuisse tunc ali-
Hierony. quem papam ita vocatum. Et quia Hieronymus ait: Sancta Romana ecclesia semper immaculata permansit, & in futuro manebit ab omni hæretica prauitate. Veruntamen agnoscendũ, q in historia tripartita narratur, tempore Constantij Imperatoris fuisse quendã papam Liberium nomine, qui primo fuit catholicus, & ob id à Constantio in exiliũ missus est, qui exilij tædio victus, Arrianæ consensit perfidiæ, & sic ad sedem suam fuit reductus. Idem in Cronicis Martini habetur. Et forsan papa ille alio nomine dictus est Leo, vel ex scriptorum vitio est erratum in nomine. Nec verba Hieronymi possunt sic sumi, quod omnes summi pontifices fuerunt & erant vere catholici, quia huius oppositum in multis legitur locis.

Archidiaconus quoq; & Cãcellarius Parisiẽsis, plurimiq; doctores affirmãt, q valde periculosum

sum esset vltimatam fidei seu credendorum determinationem cōmittere Romano pontifi-
A ci, quoniā ille potest errare in fide. Idcirco in hoc generale consilium præfertur determina-
tioni summi pontificis, quia in ijs quæ sunt fidei & salutis errare nō potest. Sed nec vniuersa-
lis ecclesia propter certā directionē spiritus sancti. Itaq; huius sancti præsulis beati Hilarij
qui in sapiētia profundissimus fuit, sequamur vestigia & eius inuocemus suffragia, quatenus
intercessione ac meritis eius gratiā in præsenti & gloriā in futuro adipiscamur, queadmodū
ipse feliciter obdormiuit in dño. Cū etem ageret in extremis tāta lux intrauit ad eū, quòd sa-
cerdos ei ministrās eā ferre nō potuit, & tūc lumīe paulatim recedēte, ipse beatus pater, præ-
sul & doctor migrauit ad dñm.

¶In festo sancti Anthonij.

¶Sermo primus: De vita & laudibus S. Anthonij.

LAudemus viros gloriosos & patres nostros. Ecclesiastici quadragesimoquar-
to. Inter gloriosissimos Christianæ fidei viros signiferos & beatissimos patres
Anachoretas ac hæremitas electus dei beatus Anthonius mirabiliter splendet
& cōmēdatur à multis. ¶Primo à sua laudabili vita tēpore pueritiæ suæ atq;
in seculo. Cum em̄ in Aegypto ex nobilibus & deuotis esset parētibus natus
nulli puerorum vanitati, voluptati aut negligētiæ se donauit, sed cū parentibus Athanasius epūs.
ecclesiā visitauit assidue. Et quicquid in ea audiuit de sacris scripturis, cōmēdauit memoriæ
B & præcepta opere adimpleuit. ¶Porrò, post mortē parētū cū esset annorum circiter viginti
ingressus ecclesiā audiuit verba Christi in euāgelio legi. Si vis perfectus esse, vade, vēde omia Matt. 19.
quæ habes & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo. Statimq; ea quæ habuit, vēdidit
atq; pauperibus erogauit, & seculū derelinquēs, cōiunxit se monachis.

¶Secūdo beatissimus pater Anthonius cōmēdatur à suo quotidiano & magno valde profe-
ctu virtutū in vita monastica. Omniū em̄ fratrū cōsiderauit virtutes, easq; tota diligētia se-
quebatur, & quotidie cū maiori feruore deo seruiuit. Vixit etiā de labore manuū suarum, imò
mercedem operis sui pretio panis excepto dedit pauperibus. In oratiōibus pernoctabat sæ-
pissime. Edebat semel in die post solis occasum. Interdū autē vsq; ad quartum diem mansit
ieiunans. Cibus eius fuit panis & sal. Potus modicū aquæ, frequēter super nudā terram dor
miuit & induebatur cilicio. ¶Tertio commēdatur à victoria tentationum. Innumerabiles
nāq; tentationes à dæmonibus pertulit, sed Christi virtute in cūctis præualuit. Cumq; spi-
ritus fornicationis eum tentasset diu & acriter, tandem victus apparuit sancto Anthonio in
forma pueri horridi, nigri & fœtidi. Post hæc Anthonius in quodam sepulcro se clausit &
ibi solus soli deo diebus vacauit ac noctibus. Quòd cernēs diabolus congregatis satellitibus
suis Anthonium diuersis lacerauit vulneribus, & tam dire eum percussit, quòd motum per-
didit ac loquelam. Viribus vero aliqualiter resumptis, dixit dæmonibus: Ecce hic sum, non Roman. 8
fugio vestra certamina, nullus à charitate Christi me separabit. Tunc repente diaboli in for-
mis leonum, taurorum, vrsorum, serpētum, scorpionū, pardorum, aspidū & luporum irruerūt in eum.
Et corpus eius diuersis impleuerūt vulneribus. Ipse aūt mēte constās, mansit in deo. Tūc do-
minus Iesus Christus cum ingenti luce descendēs, apparuit ei. Omnisq; dæmonū fugit turba.
Anthonius autem dominum vidēs, dixit: Vbi eras bone Iesu, vbi eras, quare à principio non
affuisti, vt sanares vulnera mea. Cui Christus respōdit: Anthoni, hic eram, sed expectabam
videre certamē tuū. Et nūc quia viriliter dimicasti in toto mūdo te faciā noiari.

¶Quarto laudatur sanctus Anthonius ab hæremitica & solitaria vita. Nā post præfatā vi-
C ctoriā ingressus est hæremū. Repperitq; in via magnū discū argenteū, quē à diabolo ibi in-
tellexit esse proiectū, increpauitq; dæmonē & protinus discus disparuit. Progrediens vero
inuenit grādem auri verissimi massam, & admiratus magnitudinē radiantis metalli, fugit ab
eo tanquam abincēdio. Et sic tandē peruenit in hæremo ad quoddā castellū, venenatis be-
stijs plenū quæ Anthonio introeūte, fugerūt. Ipse autē introitū castelli lapidibus obstruēs,
solus permansit ibidem. Et bis in anno per tectū panē suscipiens, nullum cum deferēte panē
habuit verbū. Cūq; ibidem per viginti annos sic permāsisset, venit ad eū turba hominū co-
piosa tam notorum quàm infirmorum, quàm cupientiū vitā eius sectari. Sicq; compulsus exiuit
ad eos tam gratiosus & pulcher in corpore tam facetus in moribus, quasi inter homines fu-
isset iugiter conuersatus. Tunc plurimos liberauit ab immundis spiritibus, & multorum cu-
rauit infirmitates atque diuersa peregit miracula. Aedificauit, consolabatur, instruxitq; vni-
uersos, ita quòd tunc plures eius cœperunt vestigia sequi, & hæremū inhabitare ac eius di-
scipuli fieri, quibus & regulā docuit conuersandi. Deinde tempore procedente cœperunt
innumerabilia monachorum milia in solitudinibus habitare, & deo altissimo in omi sancti-
tate atq; iustitia ministrare. ¶Quinto laudatur felix Anthonius à fortitudine animi. Cū em̄
persecutio ipsissimi Maximiani exurgeret, Anthonius martyribus se cōiunxit, & eisi carcere
ministrauit, cōfortauitq; corda eorum & morti adiudicatos prosequebatur vsq; martyrij locū.

Quā-

Quàmobrem iudex iratus, iussit eum à ciuitate expelli. Ipse vero intrepidus lauans vestem suam. die sequenti in eminenti se posuit loco, candenti veste præcinctus, vt suo aspectu procedē- D tem iudicē prouocaret. Tanq́ꝫ feruenter optauit mori pro fide, quòd plurimū tristabatur, eo q́ꝫ sibi martyrium cupienti corona martyrij non dabatur.

¶Insuper, cum Balacius dux Aegypti vir arrianus vastaret ecclesiam, intantum, vt virgines monachosq́ꝫ nudatos publice flagellaret. Scripsit ei Anthonius: Video iram dei super te venientē desine persequi Christianos, ne plaga dei te occupet. Legit infelix epistolam, & derisit, atque Anthonio minabatur. Itaque post quinque dies, equus Balacium deiecit in terram, sicq́ꝫ ipsius fẹmora lacerauit, atque corrosit, vt post diem tertium moreretur. Sexto, commendatur Anthonius à magna sapientia, & discretione, ac efficacia in exhortando instruendoq́ꝫ alios. Erat equidem tantæ famæ, quòd etiam Constantinus magnus imperator & filij eius crebro literas miserunt ad eum tanquàm ad patrem, rogantes vt eis rescriberet. Quibus rescripsit, ne magnā putarent regiam potestatem, & ne temporali tumerēt imperio, sed mortales & à Christo iudicandos se esse aduerterent. Circa subiectos quoque clementiā iustitiamq́ꝫ seruarent, & pauperum curā haberēt. Talibus scriptis susceptis principes illi vehementissimè lætabantur.

¶Præterea, Pagani philosophi mirabilia sancti ac gloriosi Anthonij audientes frequenter venerunt ad eum. Cumq́ꝫ quadam vice duo viri ad eum venissent, dixit: Cur ad hominem stultum venistis. Responderunt non ad stultum, sed ad virum valde sapientem venimus. Dixitq́ꝫ eis: Si ad stultum venistis superfluum assumpsistis laborem. Si autem ad sapientem imitari me congruit. Alia vice dum quidam philosophi eum irriderent, quoniam literas ignorauit E dixit ad eos: Quid prius est intellectus an literæ, & quid horum alterius est origo. Responderunt: Intellectus. Intulitq́ꝫ Anthonius. Ergo qui intellectum habet incolumem, literas non requirit. Erat autem beatus atq́ꝫ gloriosus Anthonius affabilis & iucundus, non rigidus & syluestris, & tantæ efficaciæ in loquendo, quòd nullus ad eum frustra venit, imo si quis mẹrore cordis affligebatur, tristitiam vertit in gaudium, si ira fuit commotus, in mansuetudinem vertit eandem. Si concupiscentiæ fuit sectator, pudicus & castus effectus est. Si paupertatem suam grauiter tulit, deinceps cū gaudio eam sustinuit. Septimo, commendatur à gratia prophetiæ atque cœlestium multitudine visionum. Multa em̄ secretissima futura ei reuelauit spiritus sanctus. Nam Arrianæ hæresis persequutionē per duos annos prædixit. Sancti quoq́ꝫ Ammonis animā vidit ab angelis ferri in cœlum, sed & animā beati Pauli primi hẹremitæ.

Hieronymus

¶Deinceps quadam vice sensit se raptum in spiritu atque ab angelis portari in altum. Occurreruntq́ꝫ dæmones ascensionem eius impedire conantes. Angelis autem quærentibus, quare hoc facerent? Cẹperunt dæmones obijcere, quicquid culpæ in Anthonio vnquàm fuit. Quibus angeli responderunt: Non debere eos illas commemorare, quæ ante monasticæ vitæ assumptionem fuerunt in eo, sed si quas incurrisset culpas, postquàm monachus factus est. Tunc deficientibus dæmonibus, liber Anthonio patebat ascensus, & statim redijt ad seipsum. Iterum dixit beatus atq́ꝫ gloriosus Anthonius: Vidi aliquando diabolum excelsum corpore, qui se habere dei virtutem ac prouidētiam ausus est dicere, & dixit ad me: Quid vis tibi donari à me Anthoni. Ego autem sputum meum in os eius proieci, & in Christi virtute me totum in eum inieci. Moxq́ꝫ disparuit.

¶Prẹterea, de sapientia, & doctrina, de miraculis atq́ꝫ prodigijs, de prophetijs, sanctitate & ex- F cellentijs sancti & beati patris Anthonij, in libris Vitas patrum multa valde præclara leguntur.

¶Postremo, cum centum & quinque esset annorum, plenus virtutibus, mortem suā suis prædixit discipulis, cæterisq́ꝫ relictis, duos ad se conuocauit, in quorum præsentia tradidit spiritum Sanctis angelis ad eius animam, secum in cœlum perferendam descendentibus, quorum præsentiam ex hilaritate vultus sanctissimi atque gloriosissimi patris Anthonij cognouerunt duo illi eius discipuli. Itaque huius beatissimi & sanctissimi patris instruamur exemplis, prouocemur virtutibus, proficiamus doctrinis. Quatenus deo quotidie cum maiori diligentia ministrantes beatitudinem adipiscamur æternam.

¶AD RELIGIOSOS.

¶Sermo secundus: Cuiusmodi monastica debeat esse vita, iuxta exemplum sanctissimi patris Anthonij.

Patrem multarum Gentium constitui te ante deum &c. Genesis decimoquarto capitulo. Verba hæc de sanctissimo patre Abraham patriarcha literaliter scripta, de felicissimo viro sancto Anthonio optimè exponuntur, quem deus omnipotens & excelsus innumerabilium multitudinum monachoꝝ constituit patrem, qui vniuersoꝝ religiosoꝝ magister, dux, & parens rectissimè appellatur, cuius vita totius monasticæ conuersationis est forma, cuius doctrina est omnium nostrum institutio optima. Nunc igitur perpendamus, quid de magno & sanctissimo atque gloriosissimo patre Anthonio protestetur, & scribat magnus & sacer ille antistes Athanasius qui & illius fuit ad tempus discipulus. Cum Anthonius ad-

nius adhuc puer esset literis se fecit erudiri, non ineptis fabulis passus est se applicari, sed omni
A desiderio flagrans, innocẽter habitauit domũ. Ad ecclesiam quoq; sępe cũ parentibus veniens, nec puerorũ lasciuias nec iuuenum negligentias sectabatur. Nec delicatos cibos quærebat. Ecce quanta fuit innocẽtia eius, & quanta fuit sapientia eius innocentia decorata. Quæ cum ita se habeant, quid est quòd nos religiosi post professionẽ vitę monasticæ adhuc vanis fabulis delectamur, & seculares rumores, verba inania & cachinnos & dissolutiones mouẽtia, libentius quàm sacra audimus ac recitamus eloquia. Cum tamen sanctus Benedictus huiusmodi verba in sua anathematizauerit regula. Et princeps apostolorum hortatur: Si quis loquitur quasi sermones dei. Etenim Paulo testante: Corrumpunt mores bonos, colloquia mala. Imitemur ergo prophetam, qui ait: Dixi custodiam vias meas, vt nõ delinquam in lingua mea. ¶Præterea sanctus pater Anthonius in pueritiæ annis desiderio omni spirituali flagrauit. Erubescat ergo religiosus qui cum longo tempore in ordine fuerit, adhuc piger ac frigidus inuenitur. Tardus ad surgendum, debilis ad psallendum. Ad ea quæ carnis sunt, velox, fortis & alacer. Ad ea vero quæ spiritus sunt, grauis & eger. Vereamur quod in Apocalypsi tertio capitulo loquitur dominus: Nunc, quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Væ his qui cum spiritu cœperint carne consummantur. Qui pro eo quòd quotidie adderent ad feruorem omni die pigrescunt, & cum quotidie diligentiores, timoratioresq; fierent omni die fiunt remissiores, atque ad exteriora amplius fusi. Quorum vnicuiq; loquitur deus in Apocalypsi secũdo capitulo: Habeo aduersus te quòd charitatẽ tuã primã reliquisti. Memor esto itaq; vnde excideris, & pœnitentiã age, alioqui venio tibi cito.

1. Petri. 4 · 1 Cor. 15. · Psalm. 38 · Galat. 3

¶Insuper gloriosissimus pater Anthonius benedictionibus dulcedinis dei copiosissime, mirabiliterq; præuentus innocenter habitauit in domo sua, ita & nos in domo domini, in sancto cœnobio, in medio fratrum innocenter moremur, nullum lędentes, neminem scandalizantes, ne peccantes in fratres, & conscientiam eorum percutiẽtes, in Christum peccemus. Ideo nanq; hortatur apostolus: Nulli malum pro malo reddentes, prouidentes bona nõ tãtum coram deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Non quæramus cibaria delicata, quia quæ carnem oblectant, spiritum perimunt, curamq; carnis in desiderijs facere prohibemur. Amplius electus dei pater Anthonius mox vt monachus fieri cœpit, se cum omni cordis diligentia ad plenum extendit profectum virtutum, & vniuersorum quos vidit fratrum virtutes considerans, vniuscuiusq; imitabatur, imò & superabat virtutẽ. De hoc sanctus Athanasius refert: Vniuersa dei præcepta custodiens, memoriam pro libris habebat, sicq; vitã suam instituens, ab vniuersis puro diligebatur affectu. Omnibus quoque ad quos pergebat obediens, proprias singulorum gratias hauriebat. Illius sequebatur iucunditatem, huius mansuetudinem, illius vigilantiam, huius continentiam, alterius legendi industriam, & sic vniuersis virtutum seminibus irrigatus, sedit in cella sua. Nec vnquam contra suos mouebatur coeuos Sed in hoc ardentissimus mansit, ne in præfatis virtutum operibus inueniretur cuiquam secundus. Ex his multipliciter ac saluberrime informamur.

B

Matt. 18. · 1. Cor. 8. · Roma. 12. · Roma. 13.

¶Primo, vt bona aliorum diligenter consideremus ad imitandum, & vnumquenq; in ea sequamur virtute, in qua magis abundat. Vnusquisq; nãq;, vt ait apostolus: proprium donum habet à deo. ¶Secundo, vt aliorum defectus quantum valemus pie dissimulemus, nec scandalizemur ex eis, sed interpretemur in melius quantum fieri potest, saluo debito correptionis fraternæ & subuẽtionis charitatiue. Nec aliquem temere iudicemus. Istud vtiq; ad probitatem spectat atq; prudentiam. Omnes siquidem homines sumus, & aliquid defectuositatis in vnoquoq; apparet, quod modo prætacto pie dissimulandum censetur. Sed heu huius oppositum multi in monasterijs faciunt. Qui ad obseruanda & enarranda aliorum mala sunt proniores quàm ad intuenda ac recolenda bona eorum, non obstante quòd Salomon contestatur: Qui obseruator est malorũ opprimetur ab eis. Tales ad temeraria iudicia sunt procliues. Et si pro suis increpentur excessibus, se excusant per aliorũ defectus, & præsidẽti obijciunt, cur alios, grauiusq; peccantes non increpet nec castiget. Isti sunt versipelles, peruersiq; sensus homines, monachalis vitæ fundamẽto carentes, qui aliorũ negligentias potius quàm virtutes sequuntur. ¶Tertio ex prædictis instruimur, ne contra fratres nostros moueamur ira, indignatione, impatiẽtia, amaritudine aut rancore, sicut hortatur apostolus ad Ephesios capite quarto: Omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor tollatur à vobis cum omni malitia. Estote autem inuicem benigni, misericordes donantes inuicem, sicut & deus in Christo donauit nobis.

C

1. Cor. 7 · Not. · Prouer. 11.

¶Quarto, vt vnusquisque conetur alterum in omni virtutum profectu syncero præcedere, eumq; in omni humilitate, patientia, mansuetudine, charitate, cõstantia superare, nec in hoc vnquam tepescat. Iuxta illud ad Philippẽses: Nihil agatis per contẽtionem neq; per inanem gloriã, sed ꝑ humilitatẽ, superiores sibi inuicẽ arbitrãtes. Tũc ergo nos turpiter succubuisse noscamus ac deploremus, dũ pro conuitio conuitiũ reddimus, dũ alterius improbitate offendimur.

Philip. 2

dimur. Dum illatã nobis iniuriã vindicamus aut vindicare optamus, cũ scriptũ sit nobis: Noli D
Roma.12. vinci à malo, sed vince in bono malũ. Et Chrs edocuit vt in vnã pcussi maxillam, præbeamus
Matth.5 Luce.6 & alteram. Vnde & Hieremias solitarium verum describens: Dabit (inquit) percutienti se ma-
Threno.3 xillam, saturabit obprobrijs. Cuius rei pfectissimũ præbuit se exemplar Chrus, qui p Esaiã pdi
Esaie.50. xit: Corpus meũ dedi pcutiẽtibus & genas meas vellẽtibus faciẽ meã nõ auerti ab increpãtibus & conspuẽtibus in me. Quid ad hæc dicturi sunt, q pro leui verbo, pro forefacto pmodico offendunt, conqueruntur, & vlciscunt seipsos, qualr isti sequunt Chri vestigia, q hortat: Qui mihi
Johan.12. ministrat, me sequat. ¶ Præterea B. pater noster Anthonius de singulari fortitudine & triumpho cõtra aereas potestates pcipuè cõmendat. Quia vt S. Athanasius scribit multiplr atq; grauissimè à dæmonibus tẽtabat, quibus inuictissime & victoriosissime resistebat. Tentationibus nãq; de vanitatibus, & gloria mũdi, de voluptatib[9] carnis, p fidẽ atq; memoriã dñicæ passiõis, p orõnes assiduas, p ieiunia magna, & abstinẽtias arduas, p recordatões districtiõis diuini iudicij, infernaliũq; flãmaꝝ resistebat. His itaq; modis etiã cũctis nos tẽtatõibus reluctemur, nec fatigemur aĩo ĩ hmõi prælio, sed fide & spe roborati, sanctoꝝ quoq; exẽplis ĩstructi, tãto robustius resistamus, tãto indesinẽtius ac feruẽtius exercitijs inhæreamus virtutũ, passionemq; Chri, nostris
2.Timo.2 inscribamus pectoribus, atq; nouissima nostra cõtinue pmeditemur, quãto validius à diabolo
Romanñ.8 carne seu mũdo tẽtamur. Non em̃ coronat, nisi q legitime certauerit. Nec sunt cõdignæ passio-
Sap.3. nes huius tpis ad futurã gliam æternalẽ, q̃ pstabit virtuose certãtibus. Sed & bonoꝝ laboꝝ gliosus & incõparabilis est fructus. ¶ Postremo, S. pater Anthonius etiã corporalr à dæmonibus vsq; ad mortẽ semel & iteꝝ durissime flagellatus est, ita q̃ vocẽ amisit & motũ. In varijs quoq; E ferarꝝ formis, à malignis impugnatus spiritibus, mãsit inuictus, nec formidauit reportari, ac reuerti ad foueã, in qua fuerat tã dire pcussus. Eius ergo exemplis oẽm puerilẽ abijciamus fortitu
Psalm.26 dinem & constantes simus in domino cum propheta, dicentes: Dominus illuminatio mea & salus mea quem timebo &c.

¶ Sermo tertius. Contra teporem, & quomodo diaboli insidiæ spũali alacritate vincantur.

QVis poterit similiter tibi gloriari, Ecclesiastici. 48. Verba hæc de magno & admirabili illo Helia ad lrãm scripta, de B. patre Anthonio digne accipiunt. Huius nãq; pclarissimi magni Anthonij, tãta st excellẽtia, tã admirabilis laus, tã singularia quoq;
Ecci.44. pconia, vt de ipo valde specialr asserat: Non est inuẽtus similis illi q cõseruaret le
Ecci.48 gem excelsi. Et iteꝝ: Quis poterit silr tibi gloriari. ¶ Porro, q̃uis debeamus eum vtcunq; pro viribus imitari, magis tñ positus est nobis in admirationẽ & humiliationẽ q̃ in imitationem seu adæquationẽ, quatenus excellẽtiam suæ vitæ pẽsantes, nostrã qualẽcunq; conuersationẽ repu
Athanasij laus temus pro nihilo, & in humilitatis abyssum nos deprimamus. Quid ergo de eo refert eius legẽda, imo Athanasius pñarcha archipræsul & doctor, q tãtæ fuit authoritatis in diuinis scripturis,
Thomas Hierony. Quòd nullus vnq̃ ausus fuit eum negare vt in prima parte summæ suæ recitãt S. Thomas, quẽadmodũ nec Gregoriũ Nazianzenum scdm beatũ Hieronymũ: Inediæ (inqt) & vigiliaꝝ tam patiẽs erat, vt credulitatẽ viribus vinceret, hoc est, tãtis abstinẽtijs, atq; vigilijs se afflixit, vt credi non valeat. In orationibus pnoctabat sæpissime. Edebat semel in die post solis occasum. Interdũ biduo aut triduo pmãsit ieiunus, quarta die se reficiẽs. Sumpsit autẽ panẽ, & sal, & potũ, aquæ pmodicum. Membra vero quieti dans iunco contexto atq; cilicio vtebatur. Et sæpe sup F nudam humũ iacebat. Ecce qualiter corpus suum iugiter castigauit, & in seruitutem animæ illud
1.Cor.9. redegit. Si ergo vir tantæ innocẽtiæ, innocẽs corpus suum tractauit, tã dure, quid oportet nos facere? Nam & ab immoderata sumptione panis & aquæ docuit præcauendum. ¶ Præterea si magnum sanctum hunc in prætactis corporalibus exercitijs assequi non valemus, saltem in interioribus exercitationibus cordis eum sequi conemur. Ipse etenim merita laborum suorum nequaquàm temporum longitudine computauit, sed semper tãquàm in principijs constitutus,
Phil.3 ad profectum diuini timoris seipsum amore atq; spontaneo excitauit obsequio, nouis meritis cupiens semper augere præterita. Memor Apostoli qui testatur: Præterita obliuiscens in ante-
3.Regñ.17 riora extendo meipsum. Meminit quoq; Heliæ prophetæ dicentis: Viuit dominus, in cuius cõspectu sto hodie. Et disserebat cur hodie esset appositum, quia non computauit Helias præteritum tempus, quo deo seruiuit, sed tanquàm quotidie in certamine positus, talem se cupiebat præbere, qualem sciebat esse dignum dei conspectibus, vtpote cor purum diuinæ voluntati obedire semper paratum. Ex his reprehenditur, & damnatur cæcitas, & ignauia nostra, qui quasi pro magno aliquo computare solennis, alijsq; referre. Quod multis annis in ordine fuimus, & non potius verecũdamur ac deploramus, quòd in tot annis non solum tam parum profecimus, sed tantas demũ culpas negligentiasq; incidimus, atque à pristino feruore ita tepui-
Matt.24 mus vt videamur inter illos posse cõputari de qbus pdixit saluator: Refrigescet charitas multoꝝ. Resipiscamus ergo ab istis insanijs & q̃tidie sicut nr̃a reqrit pfessio pficere enitamur Memores doctriæ electissimi hui[9] Anthonij q dicebat: Hoc sit primũ in cõe cũctis mãdatũ, nullũ in arepti

propo-

A pposit vigore lacessere, sed quasi q̃tidie inchoantẽ augere sp q̃d cœpit p̃sertim cũ hũanæ vitæ spatia æternitati cõparata, breuissima sint & parua. Ita exorsus paululũ siluit & admiratus nimiam dei largitatem adiecit. In p̃senti vita æqualia sunt pro reꝝ cõmutationibus pretia. Promissa aũt felicitas sempiterna, vili p̃tio cõparat, nã breui tẽpore huius vitæ potest qs eã promereri ac adipisci. Præterea vltra p̃habita adhuc magnæ nimis sunt excellẽtiæ virtuosissimi huius Anthonij, nã inter illius tẽporis hoĩes primus ingressus est hæremũ, quantum ad id quod sciebatur. Nam quãuis gloriosissimus Paulus Thebæus ante introgressus fuisset desertũ, hoc tamẽ tunc latuit omnes. In hoc ergo patuerũt mentis suæ feruor, cõstãtia, imperterritus animus, fortitudo, ac confidentia, ꝙ auiã & horrendã solitudinẽ sic intrauit, & castellũ vetustũ, venenatis animalibus plenũ introijt tã audacter, ad cuius aduentũ grandis turba serpentũ quasi persequutionẽ passa, mox fugit. Ipse vero ibidẽ per viginti annos solitarius in tãto mansit silentio, ꝙ nec cũ apportantibus sibi panẽ bis in quolibet anno vllũ habuit verbũ. Tanto ergo exemplo discamus corde constanti semper in deo cõfidere, nec magis in nocte aut solitudine, q̃ in die aut in frequẽtia hominũ formidare, in cella libẽter sedere, silentium diligenter ac stricte seruare, neq; facile egredi aut vagari, omne tẽpus fructuose expendere, & contra inuisibiles hostes insuperabiliter dimicare. Nẽpe vt idẽ sanctus dixit Anthonius, Nõ potest mentẽ stabilire in deo, qui nõ potest corpus suũ seruare in vno loco. Insuper multis & ineffabilibus gratiarum muneribus decorauit creator hunc sanctũ suum, & hæremiticæ ac anachoriticæ vitæ principem ac magistrũ constituit eum.

B Primo itaq; ornauit eum sublimiter gratia sapiẽtiæ salutaris, scientia doctrinæ moralis, intelligẽtia scripturarum, abundãtia doctrinarum, ita ꝙ fratribus regulam vitæ hæremiticæ sapiẽtialiter cõtulit & præfixit, habuitq; grãm admirabilem in docendo, exhortãdo, cõsolando & corripiendo. Secũdo ornatus fuit sublimiter gratia prophetiæ. Tertiò, gratia ac virtute miraculoꝝ. Quarto, desiderio sustinendi martyriũ, quæ oĩa alia & priuilegia eius magnifica patẽt in eius legenda, in qua tamẽ multa valde omissa sunt, q̃ in vitis patrũ, atq; in voluminibus Cassiani pro parte habẽtur, vbi multa p̃clarissima ipsius documẽta, gesta ac signa cõscripta sunt, q inter cætera dixit: Magna arma cõtra dæmonũ tentationes ac vitia, sunt vita syncera & fides ad deum intemerata. Credite experto. Pertimescit Satanas recte viuentium vigilias, orationes, ieiunia, mãsuetudinem, voluntariã paupertatem, gloriæ vanæ cõtemptum, humilitatem, misericordiã, irę deiectionẽ & præcipue cor puꝝ circa Christi amorẽ. Nouit teterrimus coluber se ex Christi p̃cepto iacere sub iustoꝝ vestigijs, quoniã Christus dixit: Ecce dedi vobis potestatem calcãdi super serpẽtes & scorpiones & super omnẽ virtutem inimici. Luc. 10 Si alacres in deo fuerimus, & futuroꝝ bonoꝝ inflãmauerit nos affectus. Si semper omnia dei manibus committamus, & inuocemus eius indesinẽter auxilium, nullus dæmonum nos expugnare valebit. Vna est ratio vincendi diabolum, sp̃ualis lætitia ac iugis recordatio dei. Imitemur ergo ô fratres hũc doctorem, ducẽ & principem omnium monachorum,

C eius exemplo strenue inchoemus, viriliter prosequamur, salubriter p̃seueremus, In professione ista monastica nõ solũ peccata in seculo cõtracta nõ iteremus, sed digne etiã deploremus, atq; in omni virtute infatigabil̃r crescere studeamus, rẽminiscẽtes, quemadmodũ quadã die præclarissimus pater Anthonius cũ orare cœpisset, sensit se raptum in sp̃ũ, & in altum ab angelis ferri. Prohibẽtibus autẽ & impedire volentibus dæmonibus ascẽsum ipsius, sancti angeli causam reuisionis quærebãt. Cumq; dæmones peccata Anthonij ab exordio replicarent, angeli responderunt, non debere eos obijcere peccata Anthonij in seculo habita, quæ Christi p̃ietate erant deleta, sed si aliqua incurrisset, ex quo monachus fuit effectus. Cumq; iniqui sanctum multipliciter atq; mendaciter accusarent, & probatiões eis deessent, liber patebat Anthonio sancto ascensus. Vnde docemur q̃ vile ac impium fit, post monasticæ vitæ professionem agere neglıgẽter, nec tãta vocatione conuersari cõdigne, ꝙ nobis heu pigris ac neglıgẽtibus, potissimũ passionatis & quotidie recidiuãtibus vehemẽtissime est timendũ, tamẽ nõ desperemus, sed saltẽ de cætero memores simus nostræ professiõis, abnegare & frangere, mortificare & vincere studeamus nosipsos, opusq; dei persoluere reuerẽter, sobrie, iuste & pie viuamus Tit. 2 in cœnobio, & in omni custodia custodiamus cor nostrum, breuitatem vitæ præsentis & perpetuitatẽ sequẽtis assidue p̃pẽdamus, vt ita q̃tidie cũ maiori feruore ac sp̃uali iucunditate dño seruiamus. Pro q̃bus oĩbus obtinẽdis ac adimplẽdis, beatiss. patrẽ nostrũ Anthoniũ nõ solum hoc die, sed & cũctis diebus vitæ nostræ deuotissime inuocemus, tanq̃ specialissimũ omniũ religiosoꝝ patronum apud altissimum, cui honor & gloria in æternum.

¶Cætera huic festo opportuna, require in communi sanctorum.

¶In festo sanctæ Agnetis virginis & martyris.

¶Sermo. 1. De vita S. Agnetis, q̃uo sit imitãda, & q̃d hõ p̃ diuinã grãm possit.

Mirabilis deus in sanctis suis. Psal. 67. Merito cantat sancta ecclesia de creatore vniuersoꝝ oĩpotente, Deus q licet sis magnus in magnis, mirabilia tñ gloriosius operaris in minimis q̃d in beatiss. virgine Agnete patet clarissime. Magnalia em̃ ac p̃cla-

rissima fecit per eā deus miracula, q̄ sanctus doctor Ambrosius diligēter & elegāter descripsit. D
¶ Itaq; magna & multiplex fuit excellētia huius sacratiss. virginis. Prima, qa cū adhuc non nisi tredecim esset annorum, tantā ei spūs sanctus sapiam atq; cōstantiam pstitit, q nullus ei gentiliū quiuit resistere, neq; per prospera & blanda promissa, neq; per aduersa & cōminationes atque tormenta potuerūt eam à Christo auertere. Cum enī beata Agnes natione Romana, ex deuotis, nobilibus & diuitibus orta parētibus, esset speciosissima, filius pfecti Romanorum eā ardētissime habere cōcupiuit vxorē. Et p seipm & per amicos alloquutus est eā, omnēq; mūdi gloriā ac opulentiā ei promisit & obtulit. Cūq; beata Agnes nullā ei audientiā daret, asserēs se aliū habere sponsum, ipso incōparabilr nobiliorē, pulchriorē, sapientiorē, ditiorē, potētiorē & in amore synceriorē, videlicet Christū. Iuuenis ille præ amoris vehementia infirmari & lecto cœpit prosterni. Porrò pater iuuenis pfectus, noīe Synfronius, his auditis, interrogauit qs esset sponsus de cuius excellentia se Agnes iactaret. Cūq; audisset q Christiana existēs, Christū diceret suū spōsum, pcepit eam psentari suo tribunali, & primo seorsum blande eā hortat, vt suo nuberet filio, deinde minas adiunxit, sed nullo modo eam flectere potuit. ¶ Secunda sanctæ Agnetis excellentia est, gloria & potestas miraculorum, quæ in ea & per eam fecit altissimus. Cum enī pfectus fecisset eam nudari, vt nuda ad prostibulū duceretur & pollueretur ab oībus, statim diuina virtute crines eius sic prolongati ac multiplicati sunt, vt eis aptius q̄ vestibus tegeretur. Ingressa aūt turpitudinis cameram, inuenit angelū dei ibidem, qui locū illum copiosissima claritate impleuit, candidissimā quoq; stolā præsentauit Agneti, quā induit ipsa. Interea præfecti filius aduenieńs, putans se virginē sanctā posse cognoscere, cū eam vellet amplecti, à diabolo sfocatus cecidit mortuus, quē paulo post ad pfecti instantiam beata Agnes resuscitauit. Qui resuscitatus publice exclamauit, Vnus est verus deus Christianorum, & omnia idola vana sunt. Visis tot mirabilibus, obstupuit pfectus, recessitq; tristis, q beatam Agnetem non potuit liberare. E
Deinde Aspasius pfecti vicarius iussit in præsentia omniū, magnum fieri ignem, & eam iactari in illum. Quo facto, mox in duas partes diuisus est ignis, Agnetem nō lædens, sed infideles hinc inde comburens. Tunc Aspasius iussit gladiū gutturi eius infigi. Sicq; Chrūs eam sibi cōsecrauit in sponsam ac martyrem. Præterea post obitū sanctæ virginis huius, deus eam magnis honorauit miraculis. Cum enī ad eius sepulchrum Christiani orarent, irruerunt super eos pagani & proiectionibus lapidum quosdā læserunt & aliquos occiderūt, Sanctam quoq; Emerentianam virginem, beatissimæ Agnetis cōsodalem & Collectaneam, iuxta illius sepulchrum lapidauerunt. Quo facto, ecce tot choruscationes atq; tonitrua eruperunt, q paganorū illorum pars maxima expirauit. Dum etiam parētes sanctæ Agnetis cū aliis Christianis ad eius monumentum in oratiōibus pernoctarent, viderūt exercitum virginum aureis vestibus indutarum, inter quas conspexerunt beatā Agnetem, atq; ad dexterā eius agnum niue candidiorem, quę dixit parentibus: Videte ne me quasi mortuam lugeatis, sed cōgratulamini mihi, qa cum omnibus istis cœlestē mansionem accepi. Post hæc Constantiā virginē ac reginā Constantini Imperatoris filiā, toto corpore vlceribus ac vulneribus plenā, ad corpus sanctæ Agnetis orātem, deus precibus ac meritis sanctæ Agnetis curauit plenissime. Alia quoq; innumerabilia pene miracula de sacra virgīe legunt. ¶ Ecce ex iis de beatissima Agnete breuiter tactis multipliciter informamur. Primo, q̄ infinita sit oīpotentia dñi nostri Iesu Christi, q vnā puellulam tredecim annorum, tantæ sapientiæ, tam mirādæ eloquētiæ, tam inuictæ cōstantiæ, tam virtuosæ fortitudinis fecit. Merito dixit apostolus: Omnia possum in eo q me cōfortat. Quemadmodū enī sine virtute & gratia Christi nil possumus, ita per fidē & gratiam eius omnia possumus, præsertim cum ipse in Euāgelio protestetur: Omnia possibilia sunt credenti. Vnde & passione instāte, dixit: Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet, quia ego ad patrem vado. Ideo nullus nostrū pusillanimis sit aut formidolosus, in aggrediendo opera virtuosa, & ad proficiendum in eis, cōsiderando propriā infirmitatem, insufficientiam, instabilitatē, sed speret in dño, & eius semper imploret auxiliū, certus q ipse dñs deus noster omnpotēs sit, atq; ad succurrendum paratus, dummodo fiducialiter & cōstanter eius gratiosam inuocemus opem ac assistētiam. Nullus etiam culpā, imperfectionē, torporem & negligētiam suā insipiēter excuset, dicēdo: Nō potui hoc aut illud malū vitare, seu bonū illud vel illud patrare, hoc enī nō est nisi peccatū peccato adiicere. Propter q̄d deū rogauit propheta: Nō declines cor meū in verba malitiæ, ad excusandas .i. excusatorie proferēdas excusationes in peccatis. Nēpe si homo fecerit q̄d in se est, deus indubitāter gratiæ suæ impēdet subsidiū, nec ipse pius ac sapiens deus impossibile aliquid pcipit aut requirit. Accusemus ergo semp ex corde nosipsos humiliter, & occurrētia nobis aduersa patienter feramus, dicētes illud Iob: Peccaui & vere deliqui & vt eram dignus nō recepi. ¶ Secūdo ex ptactis docemur q̄ immēsa sit misericordia & liberalitas dei in suis electis, qui virginē illam sanctā Agnetē tam gratiosissime, liberalissimeq; pueniit, tot gratiarum charismatibus eam replēdo. Cum ergo vt princeps apostolorum testatur: Non sit personarum acceptor deus, nō diffidamus quin & nobis pauperrimis deus ęternus paratus sit pie ac li-

Marginal references: Phil. 4; Marci. 9; Johan. 14; Psal. 140; Job. 33; Act. 10

F

A ac liberaliter subuenire, & animas nostras virtutibus decorare. Dummodo em̃ cum diligẽtia iugiter exquiramus, ei super om̃ia cõplacere, adhærere, synceriterq́ꝫ seruire optãtes. ¶ Tertio, per hoc ꝙ in præfata visione cãdidissimus agnus ad dexterã sanctæ Agnetis apparuit, deus monstrauit, q̃ magna fuit innocẽtia ac puritas huius sacratissimæ virginis. Docemur quoqꝫ ex dictis quãta agat omnipotens deus pro suis sanctis, & quantũ virtutes ei complaceant, propter quas tanta operatur miracula. Itaqꝫ & nos huius prælectæ virginis imitemur virtutes. Si pro Christo tyrannoꝝ persequutiones ac pœnas superare nõ possumus, saltẽ à proprijs motibus inordinatis, nõ superemur. Nõ vincamur ira, superbia, cupiditate, impatiẽtia aut cõcupiscẽtia cardinis. Specialiter vero ò virgines & puellæ, pudicitiã, grauitatẽ, prudentiã, puritatẽ sanctæ Agnetis sequamini, oẽs leuitates, loquacitates, lasciuiasq́ꝫ vitantes, & sanctã Agnetem in speciali honore habete, eã diligite, aspicite, inuocate, vt cũ ea æternã habeatis salutem.

AD RELIGIOSOS.

¶ Sermo. II. De feruenti & perfecta charitate, zeloq́ꝫ proficiendi.

Omnia arbitror vt stercora, vt Christũ lucrifaciam, ad Philip. 3. Cõgruentissime verba hæc in beatissimæ virginis ac martyris Agnetis preconium, atqꝫ ad nostrã ædificationem assumpta sunt. Nẽpe vt in eius legẽda sanctus doctor refert Ambrosius. Cũ filius prefecti Romanoꝝ amore virginis huius inebriatus, om̃ia seculi huius pretiosissima ac speciosissima ornamẽta, diuitias & honores, voluptates atqꝫ familias promitteret, ipsa nullatenus est attracta, nec talibus affectata, sed in puritate diuini amoris immobilis perseuerans, adolescẽti increpatorium dedit responsum: Discede, inquiens, à me fomes peccati, nutrimẽtũ facinoris, pabulũ mortis. Quid ad ista dicem⁹, Ecce vna tredecim annoꝝ puella in diuinæ dilectiõis synceritate extitit tã pfecta, ꝙ cũ al'po verissime dicere potuit: Scio qꝛ nec mors, neqꝫ vita, neqꝫ creatura aliqua poterit nos separare à charitate dei. Et nos tot annoꝝ curriculis veterati, tã cito, tamq́ꝫ facile, imò & tã frequenter à charitatis puritate abducimur, inordinate afficimur, ad desideria praua dilabimur, vbi est timor noster, fortitudo nostra, patiẽtia nostra, & perfectio viaꝝ nostraꝝ? Etem̃ adhuc species decipit nos & cõcupiscentia subuertit cor nostrũ, quia si aliquid curiositatis aut speciositatis seu appetibilitatis in rebus exterioribus apud alios cernimus, mox illud appetimus, obtinere satagimus, aut simile nobis fieri procuramus. Heu q̃ cito p prospera & aduersa, p blanda & cõminatoria, p dona, p obsequia, p laudes, honores & promissa à rectitudinis limite labimur, à deo abducimur, à fonte beatitudinis elõgamur, nũc huc nũc illuc impellimur, & cũ iustus sit quasi fundamentũ æternũ & tanq̃ lignũ circa aquarum fluenta plantatum, nos nihilominus instar pulueris vento proiecti, à superficie terrę, per passionũ immoderantias, per vitioꝝ inquietudines, per iras, tristitias, vanitates vndiqꝫ agitamur. Ecce admirabilis & præamabilis hæc puella, à nobilissimo iuuene illo tã amorose affata, obiectis fortissimis ab ipso valide impetita, à rigore iustitiæ nõ est flexa, nõ molle & fœmineũ dedit responsum, nec vllum ei ad se largita est aditũ: Nos econtrario vno adulatorio aut commendatorio verbo, aut modicę exhibitione reuerentiæ emollimur, deijcimur & obliuiscimur dñi dei nostri, iustitiam relinquẽtes & alijs in illicitis acquiescẽtes. Insuper cum sacra hæc adolescentula ditissimoꝝ esset proles parentũ, & tot ei temporalia præberẽtur, ad nihil eoꝝ inordinate afficiebatur. Et nos religionem ingressi, monasticã vitã professi, ad paupertatẽ spontaneam voto astricti, nec solũ obligati res ipsas relinquere, sed ipsas quoqꝫ cupiditates è nostris cordibus funditus extirpare, quatenus soli deo toto corde afficiamur, adhuc ad minima queqꝫ atqꝫ vilissima male accendimur, inordinatis affectibus maculamur, ita ꝙ si ea nobis tollãtur, peiorentur aut amittãtur, non mediocriter perturbemur. Nunquid simplificauimus corda nostra in deo? Nunquid constabiliuimus nostros affectus in eo? Nunquid toto, puroq́ꝫ corde diligimus deum? Heu quod cũ Apostolo & Agnete dicere non meremur: Existimo omnia detrimentũ esse propter eminentem scientiã charitatis domini nostri Iesu Christi, & omnia arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciã. Et nunc si est pœnitentia, super hoc percutiam⁹ fœdus cũ domino deo nostro, vt proijciamus alienos, carnales, seculares affectus, quatenus tota nostra affectio, intentio, occupatio sit in deo. Nõ à nostra excidat memoria, ꝙ filij Aaron, Nadab & Abiu occisi sunt, quoniã ignẽ alienũ in suo posuerunt thuribulo. Thuribulũ nostrũ est mens nostra, in qua alienũ succendimus ignẽ, quoties prauis inflãmamur affectibus, quotiens impatientia æstuamus, quoties iræ excæcamur furore, ita ꝙ ratione iã quasi sepulta operamur insipienter, impetuose & inhoneste, sic ꝙ merito deridemur, nec tamen aduertimus, quoniã ira in sinu stulti requiescit. Et qui impatiens est, operatur stultitiã. Porrò est alius ignis bonus, & optimus, de quo in Euãgelio loquitur Chrũs: Ignẽ veni mittere in terrã, & quid volo nisi vt accendatur? Ignis iste suauiter ardẽs debet semper in cordis nostris ardere altari. Qui ignis est charitas feruens & sancta, in qua quotidie crescere nos oportet, si ad perfectionẽ tendere atqꝫ ptingere, prout nostra requirit professio, volumus. ¶ Præterea forsan quis dicat, Quid miꝝ si sacra virgo hęc Agnes tãtæ fuit pfectiõis in charitate & animi firmitate, quam tã gratiosissime

Marginalia: Ambros. — Roman. 8 — Danie. 13 — Pro. 10 — Hiere. 17 — Phil. 3. — Leuiti. 10. — Eccles. 7. — Proue. 14 — Luc. 12 — Leui. 6 — B — C

Esa.50.59 ac copiosissime deus præuenit. Sed nunquid abbreuiata est manus dñi? Nunquid apud deũ est D
Act.10 personarũ acceptio? Nonne prope est dñs omnibus inuocantibus eũ? Nonne abundãtia pieta
Psal.144 tis suæ & merita supplicũ excedit & vota? Nonne si direxerit homo ad deũ cor suũ, spiritũ illi-
Job.34 us & flatũ ad se trahet? Cur ergo adijcimus peccatũ super peccatũ, negligentias nostras & pi
gritias excusando? Certe si faceremus quod in nobis est, & cũ omni diligentia vitaremus pecca
ta, omni quoq; diligentia custodiremus cor nostrum & viscera misericordiæ dei nostri fi-
ducialiter ac incessabiliter inuocaremus, non dubiũ quin benignissimus deus cito nos exaudi-
ret atq; splendoribus impleret animas nostras, charismatibusq; supernis gratiosissime nos di-
taret. ¶ At vero si quæratur, quõ electissima virgo hæc Agnes in decimotertio vitæ suæ anno, tã
Psalm.67 tæ potuit esse perfectionis, tanti feruoris, tantæ sapientiæ, tantę quoq; constantiæ, qualiter etiã
in his poterimus eã sequi? Respondendũ, quod deus omnipotens, qui est mirabilis in sanctis suis,
istud operari facillime potuit, & sic fecit. Impleuit intellectũ virginis huius fide firmissima cũ
rationibus credendorum, sapientiæ dono, sancta discretione. Impleuit & voluntatẽ ipsius chari-
tate præferuida, spe ingenti, fortitudine, quæ est donũ, timore castissimo. Ipsa demũ bonæ in-
clinationis atq; egregiæ indolis adolescentula, inspirationibus spũs sancti promptissime acquie
Psalm.84 uit & gratiæ eius cooperabatur, ac feruide laborauit pro incremento virtutũ. Sic ergo faciamus
& nos. Audiamus quid loquatur in nobis dñs deus noster per diuinos instinctus, per inspirati-
ones angelicas, per scripturarum eloquia, per suos vicarios nostros prælatos & omnibus his prom
pte obtẽperemus. Cooperemur gratiæ dei, exequẽdo viriliter ad quod illa inclinauerit & pro
incremento virtutũ indefesse conemur. Vnusquisq; nãq; secundũ laborẽ suũ recipiet. Vult quippe
pe supersapiẽtissimus deus, vt paulatim perficiamur, & cũ labore, tentatiõibus, ac tribulationi- E
bus perfectionẽ adipiscamur, vt sic laborãdo ac patiendo, adeptã perfectionẽ magis appretie
mur, diligentiusq; seruemus, nec ptiosissima dei munera ex obtinendi facilitate paruipendamus
Sicq; ea cito perdamus & de ingratitudine ac recidiuo grauius iudicemur. Nẽpe vt Salomon
Pro.13 loquitur: Substantia festinata minuetur, quæ aũt paulatim colligitur manu multiplicatur. Itaq;
cũ gloriosa virgine ac martyre ista, immobiliter cor nostrũ in deo, neq; in cibo, potu, somno,
vestitu, domicilio aut alijs quibuscũq; aliud intendamus, quæramus aut acceptemus, nisi quod
nobis accõmodũ, necessariũve cõsistit ad seruiendũ, cõplacendũq; deo. Amplius in virgine san
cta Agnete cõtẽplemur, veneremur ac collaudemus immẽsitatẽ pietatis ac munificentiæ dei, q
eam tã benigne præuenit & tã exuberantissima gratia locupletare dignatus est, omnipotentiam
quoq; dei, quæ tã supnaturaliter ac mirabilissime in hac ipsa operatus est virgine, cui tantã do-
nauit sapientiã diuinorum, tantã notitiã scripturarum, tantã scientiã contra idolorum culturã, tantã
item cõstantiã in aduersis, roburq; animi ad sustinendũ martyriũ, tã præclara demũ miracula fe
cit per eã. Sed & sapientiã dei miremur in ea, quoniam supersapiẽtissimo conditori, qui infirma mũ
di eligit vt fortia quæq; confundat, placuit per puellã hanc tenerã ætate tredecim annorum ex-
pugnare, deijcere & sibi subijcere Romã. Tanta enim prodigia per sanctã Agnetẽ fecit Christus
in vita & morte atq; post mortẽ ipsius, quod pars maxima Romanorum idololatria refutata, fidem
Christi est amplexata. Inuocemus ergo & honoremus virginẽ ac martyrẽ tã præclarã, & per
ipsam dñm exoremus, quatenus animas nostras tã copiose illustrare dignetur, tãq; præualide
inflãmare vt affectuosissime cõtẽplemur quam incõparabiliter sit deus præ vniuersis creatis amabi
lis, pulcher, dulcis & appetendus ac honorandus. Sicq; eius intuitu & amore omnia ista carnalia F
Phil.3 & terrena vilipendamus vt stercora, vt Christũ lucrifaciamus, & eũ beatifice in regno possidea-
amus cœlesti, & nunc ei per charitatẽ simus semp coniuncti. Postremo, quẽadmodũ innocẽ
tissima Agnes non solũ exteriora hæc omnia, sed seipsam quoq; propter Christũ reliquit, con-
tempsit ac morti obtulit, ita & nos votũ obedientiæ fideliter impleamus, prõpte, charitatiue,
atq; hilariter obedientes in oĩbus, & nosipsos deo in holocaustũ quotidie immolãtes, cunctaq;
vana, curiosa, superflua resecantes. Ad laudẽ & gloriã omnipotentis, &c.

¶ Cætera huic festo opportuna require de sancta Catharina & in cõmuni sanctorum.

¶ In festo sanctorum martyrum, Fabiani & Sebastiani.

¶ Sermo vnus, De pontificia dignitate sancti Fabiani, & de sancti Sebastiani martyrio, & de seruanda patientia.

HAE sunt duæ oliuæ & duo candelabra in cõspectu dñi stantes. Zacha.40. Bea-
tissimi patres isti, Fabianus & Sebastianus, recte duæ oliuæ vocantur, quia mise
ricordiæ actibus pleni fuerunt. Duo quoq; candelabra, quia per lumen gratiæ
ac sapientiæ in eorum cordibus positũ, multos valde illuminauerunt. Deniq; san
ctus Fabianus ciuis fuit Romanus, qui iuxta doctrinã apostoli nõ assumpsit sibi
propria authoritate honorẽ, nec semetipsum clarificauit vt põtifex fieret, sed
à deo tanquam Aaron est vocatus. Cũ enim defuncto Romano pontifice, populus Romanus in ec-
Heb.5 clesia cõuenisset, essetq; inter eos & Fabianus, colũba candida super ipsius caput descendit, quo
viso, omnes mirati sunt atq; in summũ pontificem eum concorditer elegerunt, Qui tertiodeci-
mo sui

A mo sui pontificatus anno, iubente Decio Imperatore, pro fide Christi est decollatus. Ex quibus ostenditur, quod vir fuit eximiæ perfectionis, vtpote papalis dignitatis officio dignus. Præterea beatissimus martyr Sebastianus ciuis Mediolanensis, Diocletiano & Maximiano Imperatori fuit tam charus, quòd primæ cohortis ei contulerant principatũ, & suo aspectui voluerunt semp astare. Ipse vero occulte fuit Christianissimus, atq; ob id tantũ chlamydē detulit militatē, vt Christianos quos in tormentis vidit deficere, roboraret. Hic gloriosissimus martyr propter multa valde laudabilis est. ¶ Primo, à suæ fidei firmitate, à suæ sapientiæ eminentia, à charitatis quoq; feruore, Nã eos qui propter pœnaꝝ acerbitatē, à fidei confessione, à charitatis ardore cadebant, sua fide ac sapientia ex feruidissima charitate corroborauit, illuminauit, accendit, ita ꝙ martyriũ corde pertulerunt cõstanti. Dũ eñ Romæ praeclarissimi viri Marcellianus & Marcus pro fide Christi fuerãt decollandi, venerũt ad eos parentes eoꝝ adhuc gẽtiles & vxores cũ filijs suis, vt per verba quærulosa illos viros à fide retraherent. Mater nanq; vbera sua ostendẽs, discooperto capite dixit. O prædulces filij, circũdat me intolerabilis mœror & luctus, perdo filios meos spontè ad mortē tendentes. Pater quoq; senex inter seruorum manus adductus, loquutus est filijs meis ad mortē volũtariè pergētibus, Valedicturus aduenio, O filij senectutis meæ baculi, cur sic mortē diligitis? Venite huc iuuenes & flete super iuuenes spontè morientes, Venite huc senes & mecũ super filios meos plorate. Vxores aũt eoꝝ dixerunt: Quibus nos & hos pueros filios vestros dimittitis? O q̃ ferrea pectora habetis, quia parẽtes despicitis, vxores abijcitis, filios abdicatis. Inter hæc & multa ijs similia cœperũt viroꝝ illorum corda mollescere. Tunc beatus Sebastianus prorũpens in mediũ, dixit: O fortissimi milites Christi, nolitè per misera blandimēta coronã perdere sempiternã. Parentibus quoq; eorũ

B loquutus est: Nolite tristari, nõ seperabũtur à vobis, sed vadũt vobis parare sydereas mansiones, nã ab initio mundi vita hæc fallax fuit & amatores suos fefellit. ¶ Secundo sanctus Sebastianus laudatur ab excellentia miraculoꝝ, quæ deus fecit per eũ. Cum eñ per verba prætacta & alia multa viros præfatos ad martyriũ animaret, vxor Nicostrati, in cuius domo viri illi custodiebantur, muta, in terrã prosternens se, per nutus & signa veniã à sancto postulauit Sebastiano. Qui ait: Si vera sunt quæ dixi, aperiat deus os fœminæ huius. Quo dicto, mulier illa clamauit: Benedictus sermo oris tui. Vidi eñ angelum ante te librum tenentē, in quo scripta erant oñia quæ dixisti. Vir autē eius ijs auditis & visis, procidens ad pedes sancti Sebastiani, sibi postulauit indulgeri. Itaq; Sebastianus non solũ præfatos viros ad martyriũ inflammauit. Sed & parentes eorũ conuertit cum alijs multis. Cumq; pater virorũ illorum baptizaretur, à morbo grauissimo quo laborauit, curatus est. Quo cognito, Cromatius vrbis præfectus morbo laborans grauissimo, rogauit patrem illũ vt ad se Sebastianum perduceret. Cumq; sanctus Sebastianus venisset ad eũ, rogauit vt curaretur. Respondit Sebastianus, vt primo idola abnegaret, & ea in domo sua à se frangi permitteret. Sicq; beatus Sebastianus & Policarpus sacerdos plus q̃ ducenta idola confregerunt in domo præfecti. Quo nondũ sanato, dixit Sebastianus: Cum nobis idola confringentibus nondũ curatus sis, certũ est, quia aut infidelitatem nondũ abnega

C sti, aut aliqua idola reseruasti. Tunc præfectus indicauit se habere thalamũ in quo descripta fuit oñis disciplina, dispositioq; stellarũ. Et Sebastianus: Quamdiu, inquit, opus istud integrũ habueris, teipsum integrũ non habebis. Annuente ergo præfecto, vt destrueretur, filius eius Tyburtius egregiæ indolis; dixit: Non patiar destrui opus tam nobile, nisi duo clibani accendantur, quatenus Sebastianus & Policarpus in eis comburantur, si pater meus non receperit sanitatem. Cui Sebastianus: Fac ita. Dum itaq; opus illud cõfringebatur, angelus dei præfecto apparuit, & sibi à Christo sanitatē iam redditam nuntiauit. Sicq; ipse & filius eius Tyburtius, & alij ex eius familia mille & quadraginti sunt baptizati. Post hæc cũ sanctus Tyburtius iussu iudicis infidelis super prunas transisset ardentes illæsus, dicens: Videtur mihi quod super rosas incedam, decollatus est. Marcellianus vero & Marcus stipiti sunt affixi, & lãceis per latera trãsuerberati. Pater quoq; eorũ, nomine Tranquillinus, cũ vxorem Nicostrati audisset pro fide occisam, ait: Fœminæ nos præcedunt per martyriũ ad coronã, vt quid viuimus? Sicq; post paucos dies est lapidatus. ¶ Tertio cõmendatur beatissimus Sebastianus à fortitudine animi & glorioso martyrio suo. Diocletianus eñ prædicta percipiens, iussit Sebastianũ in campo ligari, & à militibus sagittari, qui eum ita impleuerunt sagittis, vt videretur quasi eritius. Veruntamen post paucos dies veniens sanctus Sebastianus, stetit supra gradus palatij, & Imperatores de suis crudelitatibus contra Christianos dure redarguit. Dixitq; Diocletianus: Iste ne est Sebastianus, quem sagittari præcepimus? Respondit Sebastianus: Ad hoc deus me resuscitare dignatus est, vt de malis quæ Christianis irrogatis vos increpem. Tunc Diocletianus iussit eũ fustibus cędi quousq; spiritũ exhalaret, Corpus etiam eius fecit in cloacam iactari, ne à Christianis ꝓ martyre coleretur. Sanctus vero Sebastianus sequẽti nocte sanctæ Luciæ apparens, præcepit vt inde tolleret corpus suũ, atq; ad pedes apostoloꝝ id sepeliret. Quod illa cõpleuit. Ecce quãtum fructũ, quanta bona, quanta mirabilia per Sebastianum sanctissimum operatus est deus, quan

exaltauit

tum exclamauit per eum fidem catholicam. ¶Præterea, ex passione sancti Sebastiani docemur ad multa. Primo, vt oēm vitę præsentis despiciamus prosperitatē, nec ob aliquē humanū fauorem, laudē vel gloriā tēporalē relinquamus iustitiā, & dei timorē. Ecce em̄ vir iste tam gratiosus, tam〈q〉 egregius, & omī tēporali prosperitate ita prefulgēs. Qui etiā in donis naturę fuit miro modo dotatus, q̄ fortiter ac plenariè spreuit om̄ia prospera, seculi diuitias, delicias, & honores. Principum〈q〉 fauores, nec aliqua formidauit aduersa. Consideremus ergo vanitatē atq; fallacias huius breuissimę vitæ, & oēm eius prosperitatē quę ad ꝑpetuam ducit calamitatem pro nihilo reputemus. Quicquid vero ad æternā beatitudinē nobis proficuum est amplectamur, & ob illā adipiscendā cum gaudio patiamur aduersa. Vnde ex passione prelecti & sancti Sebastiani docemur in omī aduersitate & tribulatione incōcussam patiētiam conseruare. Erubescamus ergo de impatiētia nostra, quòd nec modicū volumus pati pro deo, imò nec pro propria salute, sed pro vno verbo aut signo indignamur, irascimur, ꝑturbamur, obloquimur, conquerimur, inuidemus, & pro posse vindicamus nosipsos. Vbi ergo manebimus, qui à sanctoꝝ vestigiis tam longe, imò tam infinite distamus. Emēdemus ergo nosipsos, & sanctū inuocemus Sebastianū vt oret pro nobis, grām〈q〉 sequēdi sua vestigia nobis impetrare dignet. Quatenus aūt eius exemplo in dei & proximoꝝ ferueamus dilectione, & plena spe cōfidamus in dn̄o, atq; in bonis quotidie vsq; in finē ꝓficiamus. Ad laudem & gloriam creatoris. D

¶In festo sancti Vincentij martyris.

¶Sermo primus: De vita & martyrio sancti Vincentij, & de seruanda magnanimitate & tranquillitate interna.

LAbora sicut bonus miles Christi, Ad Timotheum secūdo caplo. Istud Apostoli documētum inuictissimus & victoriosissimus Vincētius plenissime adimpletus, si tamē laborasse dicēdus est, Qui om̄ia ex tam feruida charitate, tam〈q〉 promptissima egit ac ꝑtulit mēte. Huius nā〈q〉 ꝑclarissimi martyris multę & magnæ sunt laudes, excellentię & virtutes. Prima laus eius est, ꝑfectio suę magnanimitatis. Erat quippe magnanimus valde. Nā dum beatus iste Vincētius genere nobilis, & sancti Valerij ꝑsulis diaconus cum ꝑfato suo epo iussu Daciani presidis Hispaniæ fuisset post dirā incarceratione Daciano ꝑsentatus, & beatus Valerius Daciano eum mendaciter obiurgāti mititer respondisset. Dixit ei sanctus Vincētius: Noli (o pater venerabilis) quasi trepidus submurmurare. Sed libera voce exclama: Si ergo iubes pater sancte, iudicē responsis aggrediar. Sic〈q〉 annuēte epo, dixit Daciano gloriosus Vincētius: Nepharium apud Christianorum sapiētiam scias esse, summi dei cultum abnegādo blasphemare. Hæc quoq; magnanimitas sancti Vincētij in cæteris eius patebit responsis ac verbis. Secūda laus eius, fortitudo & patientia maxima, imò iucunditas atq; securitas admirāda in suppliciis crudelissimis ac antea inauditis. Iratus etem̄ Dacianus propter magnanimam responsionē Vincentij, sanctum Valerium in exilium misit. Vincētium vero tanquàm præsumptuosum cōtumacem〈q〉 iuuenē in eculeo fecit distēdi, & membris om̄ibus dissipari. Dixit〈q〉 ei: Vbi nunc miseꝝ tuum conspicis corpus Vincenti. Subridens sanctus Vincentius, hoc est (inquit) quod semꝑ optaui. Insurge miser, & toto malignitatis spiritu debacchare, videbis me dei virtute plus posse, dum torqueor, q̄ te qui torques. Tunc preses ꝑ furore clamās, cœpit tortores virgis ac fustibus verberare. Dixit ergo felix Vincētius: Quid dicis Daciane: Ecce tu ipe me vindicas de tortoribus meis. Ad hæc præses insaniēs, dixit tortoribus. O miserrimi nihil facitis. Tunc illi ferreos pectines vsq; ad intima costarum, vincētis Vincētij infixerūt, intantum, quòd intestina Vincētij videbātur. Cui loquutus est Dacianus: Miserere tui Vincēti, vt quę supersunt tormēta euadas. Respondit Vincētius: O venenosa diaboli lingua, tormēta tua nō timeo. Nil de suppliciis minuas, vt te victum in om̄ibus fatearis. Mox iussu Daciani sanctus Vincētius sup craticulam positus, igne assatur. Dum〈q〉 sanguine eius flamma respergitur, vulneribus vulnera imprimūtur. Sal quoq; in igne proiectum, in vulnera sancti Vincētij resiliēs, flāmas auxit & pœnas multiplicauit. Sic〈q〉 sagittæ doloꝝ vsq; ad viscera intrauerūt interna. Cum〈q〉 de corpore viscera ipa elaberētur, māsit beatissimus martyr, dei virtute immobilis, constās, inuictus. Tunc Dacianus præcepit eum teterrimo carceri mancipari, pedes〈q〉 eius ligno infigi, & eum sup testas fractas acutas extentum relinqui, & factū est ita. Ecce q̄ immanissima & inaudita supplicia ꝑtulit miles iste fortissimus pro rege cœlesti, quàm incredibilem mētis trāquillitatē, quàm miram constātiam in tam pœnalissimis habebat tormētis. Tertia laus sancti Vincētij est eminētia miraculoꝝ ad declarationē sanctitatis eius à deo factoꝝ, tā in passione ipsius q̄ postea. Cum〈q〉 em̄ modo prætacto relictus esset in carcere fortis Vincētius, Christus carceris tenebras cōmutauit in splendidissimā lucem, asperrimas testas in suauissimos flores, & pedes martyris dissoluit à ligno. Angeli quoq; descendētes visitauerūt & cōsolabātur martyrem. Cum〈q〉 & ipe cum angelis psalleret super flores deambulās, modulatio dulcis & mira florū suauitas procul diffundebātur. Vidētes aūt custodes quę fiebāt in carcere, ad fidē cōuersi sunt. Quibus auditis, velut amēs effectus Dacianus locutus est. E F

A Quid ei amplius faciemus? Ecce enim iam victi sumus. Sed ne faciamus gloriosiorem, transferatur ad mollem lectum. Quo facto beatissimus martyr tradidit spiritum. Tunc Dacianus iussit corpus eius in campo ad deuorādum, auibus, bestijsq; exponi. Sed corpus sacrum ab angelis sanctis custodiebatur. Quo cognito, dixit Dacianus: Puto quòd nec mortuum potero superare. Pręcepitq; corpus sanctissimi martyris mola ingenti alligata, in mari demergi, vt à marinis beluis deuoraretur. Sed corpus sacrum prius ad littus eiectum est, quàm nautę ad terram regredi potuerunt, quod à Christianis ipso reuelante repertum est venerabiliterq; sepultum. Ex his gloriosi martyris huius triumphis, saluberrimè informamur. Primo, vt verā habere magnanimitatem conemur. Dicūt autem philosophi atq; theologi, q magnanimitas est circa magnos honores. Quoniā ad magnanimum pertinet agere ea, quæ magno honore sunt digna, videlicet, opera excellenter virtuosa. Vnde ad magnanimū pertinent tardus motus, vox grauis, loquutio stabilis. De rebus quoq; vilibus, paruis, & impertinentibus non se intromittere. Itaq; vana & vilia aspernemur, leuitates, discursus, cachinnos, instabilitates, & loquacitates vitemus. Et iuxta doctrinā Apostoli, ad Hebræos sexto: Meliora & viciniora saluti quæramus & operemur. Videmus in seculo, quòd homines ardentissimis causis intenti, seu corā principe stantes, eiq; colloquentes parua, vana, & leuia non aduertunt, Sed corde intento prosequunt, quod eis incumbit. Cum itaq; causam habeamus verè incomparabiliter arduam, cum rege cœlesti, iudice summo, videlicet animarum nostrarum operari salutē, & ipsi altissimo debitum impendere seruitutem. Quid nobis cum vanis & friuolis rebus? Cur ,ppter modica perturbamur, & circa inutilia occupamur, & nō potius iuxta Apostolica documenta, Deo cum metu ac reuerētia deseruimus, atq; cum timore & tremore nostrā operamur salutem? Hebr. 12 Phil. 2

B ¶ Insuper Aristoteles protestātes: Magnanimus est aspernatiuus, quia despicit alios, quod intelligēdum non est, quasi naturā aut personam alicuius despiciat secundum seipam, sed despicit alios inquātum à virtute deficiunt, culpabilesq; consistunt, nec tātum quenquàm ppciatur vt pro eo aliquid indecēs operet. Vnde de viro iusto ait Propheta: Ad nihilū deductus est in cōspectu eius malignus Psalm. 14 Veruntñ alios veneratur, secundū quòd dona dei in eis intuetur. Propter quod subiunxit Propheta: Timentes autē dñm glorificat. Istud in sancto Vincētio euidentissime patuit, Dacianum Ibidē. enim quàmuis in seculo magnum, tñ vt prosequutorem atq; idololatrā vehementer eum contempsit, derisit, abhorruit. Ita & quælibet nostrum in primis spernat seipm, inquātum defectuosus est & peccator. Peccatores quoq; in generali inquātum tales sunt, cōtemnamus, ita vt eis in vitijs sociari & cōicare corde integro renuamus. Secundo, ex passione S. Vincētij edocemur, vt in aduersitatibus quāuis magni, internā seruemus pacem & trāquillitatē, nec instar puerorum statim turbemur, nec velut stulti in affectione mutemur, sed stabiles simus & radicati, in bono, nec turbulentiæ, ac iracundiæ verba offendamus. Quemadmodum sacer Vincentius in tam crudelissimis pœnis, tā trāquille loquebatur, tā sapienter respondit, quasi alius fuisset qui loquebatur, & alius qui patiebatur. Tertio, instruimur ex prædictis, quàm immensa sit Christi potestas, qui tot mirabilia egit in passione Vincētij, & quāta sit firmitas fidei Christianæ, pro cuius cōfirmatione, tot miracula fecit omipotens, q̄ mirabiliter quoq; vitia mentē excæcāt, eo q Dacianus & alij multi tyrāni ac perfidi, ex tot & tātis miraculis quæ non nisi diuina fieri quibant virtute, non fuerūt conuersi. Sed grauius indurati, magicis artibus oīa imperitissime ascri

C bentes, ideo quasi à facie basilisci fugiamus pctā, ne proprię culpę obtenebremur malitia, sicq; Eccl. 21 de propria salute parum, aut nihil curemus. Sed fonti totius lucis ac gratiæ semper appropinquare conemur, vt ab ipso quotidie gratiosius illustremur, & coram deo solicitius ac fructuosius conuersemur.

¶ AD RELIGIOSOS.

¶ Sermo secundus: Iterum de magnanimitate & quàm feruenter desideremus corripi & pati.

EXiuit vincēs vt vinceret, Apocalypsis sexto. In admirabili, magnanimo ac victoriosissimo martyre dei Vincētio, multa nobis proponunt, omi cōsideratiōe ac imitatiōe dignissima. Primo, magnanimitas eius. Cū em cū sancto pre suo Valerio psule oblatus fuisset psecutori atrocissimo Daciano, & S. Valerius leuiter respondisset tyrāno, dixit Valerio victoriosus Vincentius: Noli o venerabilis pr quasi timida mēte submurmurare, sed libera voce exclama: Si ergo pcipis sancte pr, iudicem respōsis aggrediar. Ecce q̄ magnanime, q̄ impterritū ac nobile cor, omi fide atq; constātia plenū, ex quo tā liberrimū verba profluxerūt. Matt. 10. Impleuit certe Vincētius miles Chri, q̄d rex eius Chrus pcepit: Nolite (inquiēs) timere eos qui corpus occidūt, sed eum q potestatem habet corpus & animā perdere in gehennam. Ea igitur magnanimitate, fide, constātia, & feruore, qbus pclarissimus martyr iste, cōtra hostē pugnauit visibilē nos cōtra hostes inuisibiles pliemur. Et sicut S. Vincētius Daciano rñdit, nephariū apud chrianorum prudētiā eē cognoscere deū & negādo blasphemare, ita & nos tētati dicamus diabolo vtpote q̄tiescūq; nos sentimus grauiter īpugnari ab illo nephariū eē scias male agēdo deū negare

Siquidem non verbis dũtaxat, sed factis quoq; deus negatur, dicẽte Apostolo: Dicunt se nosse D
deum, factis autem negant. Itaque cum vnicuiq; domino sit tanto diligentius ac reuerentialius seruiẽdum, tantoq; promptius obediẽdum, quanto maior est dominatio eius, q̃toq; sublimior digniorq; consistat. Et cum deus sit infinite atque om̃ino incomparabilis maiestatis, hono-
Hiere.48 rabilitatis, ac sanctitatis, nonnẽ facto commissionis & negligentia omissionis, deũ negare probatur, qui opus eius efficit negligenter, qui in diuinis torpore & sopore deprimitur, qui coram altissimo intimorate aut inobediẽter se habet, qui sine aduertẽtia orat & psallit, qui puerilibus le-
Heb.12 uitatibus, vanitati ac risibus audet se occupare etiam tempore diuinorũ? Vitemus ergo huiuscemodi mala & deo superdignissimo ministremus sicut oportet, cum metu & reuerentia, & hoc mente semper humillima, vtpotè pauperes fragilesq; vermiculi, coram illo cui cœlorum exercitus cum tremore assistunt, corde ineffabiliter reuerentiali ac humili.

Daniel.7. ¶ Præterea, absit à nobis timor om̃is mundanus, timor carnalis, timor etiã puræ seruilis, sed & timor nocturnus & puerilis formido. Non vereamur aspera pati, penuriam sustinere, persecu-
Actorũ.14 tiones afflictionesq; tolerare. Cum per multas tribulationes oporteat nos intrare in regnum
2.Timo.3 cœlorum. Et om̃es in Christo piè viuere cupientes, persequutiones varias patiantur. Nec cum
Iob.31 in solitudine aut tenebris sumus expauescamus, sed fide, spe, charitate, sapientia, & fortitudine
Psalm̃.3 sic stabiliamur in deo, vt cũ sancto Iob dicere valeamus. Si expaui ad multitudinẽ nimiã. Et cũ
Psalm̃.26 Psalmista: Non timebo milia populi circundantis me. Qui rursus fatetur: Dominus illuminatio mea & salus mea quẽ timebo. Dominus protector vitæ meæ à quo trepidabo. Si certissime credimus deum esse vitæ nostræ protectorem, & animarũ nostrarũ illuminatorem ac beatifica-
Prouer.28 torem cur inordinate timemus? Cum & Salomon in Prouerbijs dicat: Iustus quasi leo confi- E
dens absq; terrore erit. Nam & si corporalia infliguntur, hoc maioris gratiæ in præsenti, abundantiorisq; gloriæ in futuro erit occasio si patienter feratur. Propter quod princeps Apostolo-
1.Petri.3. rum: Quis est (inquit) qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis. Hinc cum Michea dicamus
Miche.7 Cum sedero in tenebris dominus lux mea est. Ipsi etẽm cura est de nobis. Ita vt confidenter di-
Psalm̃.39 camus: Dominus solicitus est mei. Idcirco nos ei fiducialiter committamus, parati ad omnia, quæ ipse nobis voluerit euenire. Secundo, in beatissimo athleta dei Vincentio specialissime nobis commendatur ac imitanda proponitur patientia. Tanta nanque tormenta patientissime tulit, vt eius respectu paruipendere compellamur quicquid aduersitatis & tribulationis occurrerit nobis. Quid ergo sustinuit? Certe Daciano iubente in eculeo est suspensus & membris om̃ibus dissipatus. Deinde pectines ferrei vsq; ad costarũ eius intima sunt infixi, ita vt ex toto ipsius corpore sanguis efflueret. Compaginibus quoq; costarũ solutis viscera patuerũt interna. Post hęc super craticulam est assatus, crematus. Cunctisq; membris ipsius ferrei vnci & laminę ardentes intrusi sunt, flamma quoq; sanguine eius respersa vulneribus vulnera imprimuntur. Sal insuper proiecerunt in ignem, quatenus in vulneratum corpus ipsius vndiq; resileat. Sicq; stridentibus flãmis crudelius torqueret, tũc nõ ad artus, sed ad viscera eius tela iniecta sunt. Ita q̃ interna ipsius viscera extra mox labebãtur. Inter quæ om̃ia admirabilis martyr mansit immobilis, eleuatisq; oculis dñm exorauit. Quid horum cõparatiõe est nostra aduersitas? Vtinam multitudinẽ magnitudinemq; nostrorũ aduerteremus excessuum, quotidianarumq; negligẽtiarum
Iudith.8. irreuerẽtiã & abusionẽ, nõ dubium est quin impleremus q̃d Iudith admonuit. Nõ vlciscamur nos (inquiẽs) pro his quæ patimur, sed reputãtes peccatis nostris hæc ipsa supplicia esse minora flagella domini, quasi serui qui corripimur ad emẽdationem & nõ perditionem nostram eue- F
nisse credamus. ¶ Præterea, si tanta passi sunt martyres sancti, absq; suis demeritis, imo pro sanctis actibus suis, quid est quod nos peccatis & defectibus pleni, pro nostris demeritis parua & minima pati rẽnuimus, imò corripi vix dignamur, vix ea nobis dici permittimus, vix admonitionẽ & informationẽ suscipimus. Similes imò om̃ino peiores & stolidiores freneticis, medicorũ ac patrũ suorũ manũ mordẽtibus & curari nolẽtibus. Sic amor priuatus, sic passiões & vitia mẽtem inebriãt, vt nil suæ aduertat salutis. Malitq; diuini iudicij reseruari rigori q̃ corripi cha-
Hebre.10 ritatiue, & corrigi modice in præsenti, nõ intuẽs, q̃ horrẽdum sit incidere in manus dei viuẽtis.

¶ Porro qs negotiator tã stultus est, qui nõ æquanimiter ferat tẽpestatẽ aliquã, vẽtum ac pluuiã in via, si certus sit maxima lucra se adeptũ in vrbe ad quẽ tẽdit. Inuocemus deum instãter, vt mẽtes nr̃as copiose illustrare dignet, quatenus clare intelligamus quãtum pct̃a noceãt aïæ, quãtum aduersa prosint eidẽ, vt sic in aduersis magis q̃ prosperis gloriemur. Potiusq; optemus corripi q̃ laudari. Nec magnũ quid arbitremur, q̃ pro peccatis nostris correpti æquanimiter susti-
1.Petri.4 nemus. Audiamus qd princeps dicat apl'orũ: Nemo (inqt) vestrũ patiat vt fur aut homicida aut maledicus hoc eq dẽ ait nõ; q̃si nõ debeamus ꝓ nostris peccatis correctionẽ seu pœnã patiẽter suscipere, sed ne peccemus & ne mereamur puniri vt rei. Et qm̃ nõ est magnũ pro proprijs culpis pœnã pferre cũ hoc regrat iustitia, idcirco idẽ archiapl'us addit: Hæc est gr̃a si propter conscientiam dei sustinet quis tristitias patiẽs iniuste. Quæ est enim gratia, si peccãtes & colaphizati suffertis, si autem benefaciẽtes sustinetis, hæc est gratia apud deum, in hoc enim vocati estis.

Si ergo

A Si ergo iuxta hæc Apostolica documenta, istud ad quemlibet pertineat Christianum, quanto magis ad religiosos. Quæ cum ita se habeant quàm longè distant à perfectione, imò quàm nihil habent de ea, qui pro suis correpti excessibus indignantur, & murmurant, obloquuntur, irascuntur, & vltionem proponunt. Præsertim qui mendaciter se excusant, seu culpam suā retorquent in alios, aut quauis palliatione, vel calliditate occultant, seu alleuiant ea, cum & capitalis sententiæ reus, peccet mortaliter, veritatem negando de crimine, propter quod esset interficiendus, dum iudex eam requirit ab eo, loco & tempore opportunis. Tunc enim eam manifestare intantum tenetur, vt nec mortis periculum, seu formido eum à mortali excuset, nisi eā propalet. Quàm detestabile ergo est in homine religioso, modicam correptionem, & vtilem confusionem sic abhorrere, vt suam deneget aut palliet culpam, quod ipsa culpa pręterita multo culpabilius est, & ex elatione procedit. Vnde excusatio in peccatis, fertur superbiæ comes. Talibus in Euangelio Lucæ, decimosexto capitulo, loquitur Christus: Vos estis qui iustificatis vosipsos coram hominibus. Deus autem nouit corda vestra. Humiliemus ergo nosipsos in omnibus, & propria bona si quæ sint, recitando declinemus magis ad minus. Propria vero mala recognoscendo declinemus potius versus maius, semper tamen vitando mendacium. Et beatissimi atq; gloriosissimi martyris huius sequamur vestigia, in omni magnanimitate, fide, feruore, patientia, atque constantia. 1. Petri. 2.

¶Sermo tertius: De extirpandis vitijs, virtutibusq́; varijs beatissimi Vincentij exemplo imitandis.

B QVI vicerit, faciam illum columnam in templo meo, Apocalypsis tertio capitulo. Multiplex fuit Vincentij sancti victoria. Vicit enim inuisibiles hostes, vicit ferocissimum tyrannum, & eius crudeles ministros, vicit seipsum, vicit aduersa & prospera mundi, vicit inuisibiles hostes, eorum suggestionibus non consentiēdo, sed resistendo ac præualendo, diuinum inuocando subsidium, passionem reminiscendo dominicam, & prouidendo sua nouissima. His modis debemus & nos tentationibus reluctari, ac triumphare. Nunquàm audiamus accidiæ spiritum, tarde surgendo ad matutinas, pigrè accedēdo ad chorum, & persoluendo insipide horas, aut ad diuina habēdo fastidium. Et quia sine dei auxilio nil valemus, opem & assistentiam spiritus sancti incessabiliter atque affectuossimò imploremus: In adiutorio altissimi habitemus, vt in protectione ipsius moremur, atq; ab omi periculo protegamur. Dicatq́; vnusquisq; nostrum deo ex corde: Susceptor meus es tu, & refugium meum deus meus sperabo in eum. Tunc enim vtique dextera sua teget nos & brachio suo defendet nos. Nullus nostrum tam præsumptuosus temerariusve consistat, vt de eo vere dicatur: Ecce homo qui non posuit deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, hoc est, propriorum meritorum. Cum tamen simus incerti, an opera nostra fuerint, an sint meritoria, vtpote incerti de existentia nostra in charitate, sine qua nihil meritorium esse constat. Et quàmuis agnosceremus hoc ipsum, non tamen in nobisipsis vane & insipienter, sed in deo grate atque humiliter gloriari nos oporteret &c. Psalm. 90. Ibidē. Sap. 5. Psalm. 51. 1. Cor. 13.

¶Deinceps, quoniam nihil occurrit tam aduersum ac durum quod non æquanimiter toleretur si passio filij dei digne ac intime recolatur. Idcirco contra vniuersa diabolica tentamenta muniamus, & armemus nos assidua dominicæ passionis memoria, quæ aureis literis ex sanguine C Christi confectis, sit cordi nostro indelebiliter semper inscripta. Quis enim de sua elatione, impatientia, ira, auersione, carnalitate, accidia, delectatione sensuali, non erubescat, si efficaciter recordetur, quæ, quanta, & qualia propter nos deus sustinuit incarnatus. Profunda quoq; consideratio districtionis diuini iudicij, infernalium etiam tormentorum, & cœlestium gaudiorum, ac mortis amaræ quæ indesinenter propinquat, omi instanti, omnem depellit torporem, & culpam, quemamodum ait scriptura: Memorare nouissima tua & in ęternum non peccabis. Hinc ea quæ ordinis sunt ac cultus diuini, prompto ac hilari animo exæquamur. Pigrum namque & tepidum ex ore suo euomit Christus. Negligens vero & inobediens maledictus in scripturis asseritur. Gregor. Ecci. 7. Apocal. 3. Hiere. 48.

¶Insuper nulatenus audiamus, sed detestemur, ac fugiamus iracundiæ spiritum, impatientiæ impetum, furoris impulsum, ne iam non assimilemur mansuetissimo patientissimoq́; Vincentio, sed eius persecutori sæuissimo Daciano, quem (Augustino teste) magis afflixit mentis insania, plus vastauit iracundiæ furor, atque impatientiæ impetus grauius perturbauit, quàm Vincentium sanctum tormenta. Absit vt aliquis nostrum intus sic deordinetur per iram, & vitij cuiuscuq; impulsum, vt instar Daciani sacrilegi, instigatorē mali diabolū, interioremq́; inquietudinē, & irrationabiles motus suos foris per turbulentiā vultus, visus indispositionem ac gestus alios inhonestos ac bestiales ostendat, & alios grauiter scandalizet. Seipsumq́; faciat vilipendi, ac derideri. Siquidem sceleratissimus Dacianus per truces ardentesq́; oculos, per vultus minaces, per clamores brutales, atq; totius corporis sui turbulentissimos motus, habitatorem suum diabolum demonstrauit. Absit vt Christianus præsertim religiosus impium illum sequatur. August.

Verun-

Veruntamen quidam hoc facere non verentur, neq; de tanta sua contemptibilitate, bestialitate, ac prauitate, sicut oportet, verecundantur, imo occasione pro modico verbo aut correptione taliter commouētur, tam turpiter alterantur. Potius vero sectatur tranquillitatem, mititatem, patientiamq́ Vincentij. Qui in tam inhumanissimis constitutus supplicijs, tam quiete, tam ordinate, ac sapienter respondit, quasi non ipse, sed alius cruciaretur, imò quasi non sensisset supplicia. Itaq; sicut sol diffusione sui luminis tenebras aeris expellit ac nebulas, sic ratio nostra fide, ac dono sapientiæ decorata, virtutibusq́ armata, vitiorum caligines, passionum tumultus, motus brutales, ignorantias & errores eijciat & extirpet, sensitiuam irradiet, regat, ac sibi subijciat partem, totamq́ animæ illuminet regionem. D

¶ Præterea, hostes visibiles vtpotè persequutorem ferocissimum, & eius ministros tortores vicit gloriosissimus dei miles Vincentius, non repercutiendo, non malum pro malo reddendo,
Roma. 12 2. Petri. 3. Sed omnia sibi illa supplicia patientissime sustinendo. In hoc igitur eum sequi non differamus, sed sicut de domino ac capite nostro summus ait Apostolus Petrus: Cum malediceretur non
1. Petri. 2. remaledicebat, cum pateretur non comminabatur. Tradebat autem seipsum iudicanti iniuste & tanquàm agnus mansuetus qui portatur ad victimam, ductus est ad occidendum, & velut
Esa. 53 ouis coram tondente obumutuit. Ita & nos in cunctis aduersitatibus, infirmitatibus, persequu-
Job. 1 tionibus, increpatiōibus correctionibus, patiētes simus & maneamus tranquilli, nec in oībus his
Psalm. 37 peccemus labijs nostris, nec stultū quid cōtra deū loquamur, vt cum Propheta dicamus: Ego autem tanquàm surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones &c. Sic se habuit sanctissimus
2. Reg. 16. Dauid cum à viro Belial Semei impijssime calumnijs ac maledictionibus infestaretur. Non sequatur aliquis nostrum Achillem qui fortis fuit omnia vlciscendo, sed potius Socratem, qui fortis fuit omnia æquanimiter tolerando, & in domo sua patientiam didicit, quam foris exhibuit. Ita & nos in cellulis nostris per orationes assiduas, per dominicæ passionis memorias cordiales, per sanctorum exempla, per motuum refrenationem, & exercitationem internam discamus, & obtinere nitamur patientiam mgnam, mansuetudinem firmam, modestiam exemplarem, quas ad dei honorem & proximorum ædificationem coram alijs ostendamus. E

¶ Præterea, cum hęc ita se habeant, quàm ineffabiliter vituperabile est, atque damnabile. Quod quidem specie tenus religiosi, sic proprijs animositatibus excæcantur, sic passionibus suis ac vitijs obdurantur, vt etiam tempore tranquillitatis & pacis proponant, si ille aut ille aliquid forefecerit eis, quod eum expedient, vicissitudinem ei retribuent, & eum compescent. Aliqui quoque nisi seipsos defenderent, & iniurianti quod ira & elatio suggerunt, retribuerint, erubescunt tanquàm victi imbecilles, timidi, & contempti.

¶ Porro, cum verbis pungitiuis, & factis iniuriosis repressérint offendentem, gloriantur, & iactant se tanquàm victores. Isti spiritum Christi non habent, sed spiritum huius mundi. Neq;
Romanō. 8 aduertunt, quod non solum coram Deo & angelis sanctis, verumetiam in cordibus fratrum multo plus reputarentur, & crescerent, si in omnibus patientes, taciturni ac humiles permanerent. Hinc beatissimus Apostolici chori princeps hortatur: Omnes estote vnanimes, com
1. Petri. 3. patientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles, non reddentes malum pro malo, sed econtrario, benedicentes, quia in hoc vocati estis. Tua ergo (ó frater) pietate, probitate, patientia, charitate, beneficentia, humilitate, alterius vince, confunde, extingue duritiam, inhonestatem, impatientiam, rancorem, maleuolentiam, iniuriam, pompam. F

Luc. 9 ¶ Insuper sanctissimus Vincentius vicit seipsum, omnem extirpando à se priuatum amorem, carnalem timorem, & odiendo, abnegando, ac frangendo seipsum & Christi intuitu, ac amore pro fidei veritate deitatis cultum offerendo seipsum ad omne temporale supplicium, & patientissime sustinendo, tam dirum martyrium. Vicit quoq; prospera mundi, blandimenta tyranni despiciendo, omnemq́ transitoriam prosperitatem vilipēdendo. Vicit item aduersa per modum expressum. Idcirco in his omnibus eum viriliter imitemur, vt etiam ad mortis supplicium simus pro Christo ac veritatis defensione parati, & sicut promisimus, frangamus, & abnegemus per obedientiam sanctam nosipsos.

¶ Postremo, in passione dignissimi martyris huius contemplemur omnipotentiam, munificētiam, ac misericordiam creatoris, qui huic bellatori suo in tam inauditis supplicijs, tam inæstimabilem dedit constantiam, tamq́ copiosam consolationem internam, tantam futuræ iucunditatis & gloriæ prælibationem, tam indicibilem internæ tranquillitatis saporem, vt ad carce-
Psalm. 4. rem ac tormenta quasi ad epulas, tota festinaret alacritate. Tot quoq; gloriosis prodigijs mirificauit hunc sanctum suum ante mortem, in morte, atque post mortem. Si ergo cum inclyto athleta Vincentio cupimus desuper taliter visitari, consolari, & vngi, nō rennuamus cum eo affligi.
2. Cor. 1. Scientes, quia sicut passionum, ita & consolationum socij esse poterimus. Ad laudē & gloriam omnipotentis dei, qui est in secula sublimis & benedictus, Amen.

¶ Sequitur de Conuersione sancti Pauli.

¶ In festo

¶ In festo Conuersionis sancti Pauli.

A ¶ Enarratio Eplę: Notum vobis facio euãgeliũ quod p̄dicatum est à me. Gal. 1.

RAtionabiliter ista epistola in festo conuersionis & gloriosi Pauli apostoli legitur Gala. 1
quia in ea de ipsius conuersione tangitur. Ait ergo idem Apostolus ad Galatas:
⌊Notum vobis facio euãgelium⌋ Hoc est, de Euãgelio ⌊quod euãgelizatũ⌋ .i.
prædicatum ⌊est à me⌋ Euãgelium aũt est p̄dicatio seu doctrina actuũ, documẽ
toꝝ, mysterioꝝ, p̄ceptorumq́ Christi, quę à quatuor Euãgelistis descripta est,
sed à cũctis Apostolis, & cęteris eoꝝ coadiutoribus, ac successoribus est p̄dicata
⌊quia (.i. ꝙ) nõ est scd̃m hominẽ⌋ .i. humanũ, & naturali rõne inuẽtum, firmatũ, & diuulgatũ,
sed supnaturale est, ac diuinũ per Chr̃i, & discipuloꝝ eius miracula, ac veteris testamẽti scriptu
ras probatũ, ⌊neq; em̃ ego ab hoĩe (puro) accepi illud⌋ vt p̄dicarẽ illud hoĩbus, ⌊neq; didici⌋
illud ab homine puro, ⌊sed p reuelationẽ Iesu Christi,⌋ hoc est, p internam, & supnaturalem
instructionẽ filij dei tẽpore raptus mei in tertium cœlum, quãuis autẽ Christus sit homo, nõ ta
men purus homo, sed est deus, & homo. ⌊Audistis enim conuersationẽ meam,⌋ quam habui, 2. Coꝛ. 12
⌊aliquando in Iudaismo⌋ hoc ẽ, in lege, rituq́; Iudæoꝝ. ⌊Quoniã supra modum persequebar
ecclesiam dei⌋ videlicet primitiuã ecclesiã in Hierusalem cõgregatã, ⌊& expugnabam illam⌋
id est, fideles illos inuasi, aliquos occidendo, & quosdã incarcerãdo, & alijs modis tribulando,
prout in Actibus Apostoloꝝ Lucas scribit, & in sermone dicetur, ⌊& proficiebã⌋ .i. feruẽter Acto. 6. 7
agebam, ⌊in Iudaismo supra multos coætaneos in genere meo⌋ .i. præ multis adolescẽtibus
mihi in ætate comparibus, & de mea progenie natis, puta de semine Iudæorum. Vel, per genus
suum, intelligit Beniamin tribum, ⌊abundantius (illis) æmulator⌋ hoc ẽ, amator & imitator,
⌊existẽs paternarum mearum traditionum⌋ .i. ordinationum, ac iussionum à Mose, & pro-
phetis datarum. Vel, ab alijs additarum. ⌊Quũ autẽ placuit ei qui me segregauit⌋ Hoc est, edu
xit ⌊ex vtero matris meæ, & vocauit p grãm suã⌋ .i. deo patri om̃ipotenti, institutori naturæ, Iob. 13
B cui opa naturalia ascribunt̃. Propter quod sanctus Iob loquit̃ deo: Nonné sicut lac mulsisti me
& sicut caseũ me coagulasti, pelle, & carnibus vestisti me, ossibus & neruis cõpegisti me. Etenĩ
in causis subordinatis, causa prima plus influit q̃ quæcũq; causa secũda. Vel, p matrẽ suã intelli-
git Apostolus synagogã, quæ fuit spiritualis mater ipsius. Sicut modo ecclesia est mater Chri-
stianoꝝ, vt sit sensus: Segregauit me ex vtero matris meæ, id ẽ, de medio synagogæ, vtpote de
numero infidelium Pharisæoꝝ atq; scribarum, quoꝝ ad tempus extiti vnus, sed illis relictis, me
perduxit ad fidẽ, & grãm, ⌊vt reuelaret filium suum in me⌋ .i. Christum cordi meo manifesta
ret, dãdo mihi verã de Christo notitiã, ⌊vt euãgelizarem illum in gẽtibus⌋ hoc est, Christum
prædicarem gẽtilibus. Paulus em̃ specialiter datus, ac missus est Apostolus ipsis gentilibus, ma-
ximè Græcis. Propter quod ait: Qui operatus est Petro in apostolatũ circũcisionis, operatus ẽ Gala. 2
mihi inter Gentes, ⌊continuo nõ acquieui carni & sanguini,⌋ .i. cõcupiscẽtijs carnis, neq; Iu- Matt. 16
dæis mihi secundum carnẽ propinquis. Vnde in Euangelio Christus loquutus est Petro: Bea-
tus es Symon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi &c. ⌊neq; veni Hierosolymam
ad antecessores meos Apostolos,⌋ Qui ante me Apostoli facti fuerũt, ⌊sed abij⌋ à Damasco,
⌊in Arabiã⌋ ad prædicãdum ibidem. Sed his atq; sequẽtibus verbis contrarium videtur quod
legit̃ in Actibus Apostoloꝝ. Vbi quum dictum est: Quòd discipuli dimiserũt Paulum nocte in Actoꝝ. 9.
C sporta p murũ Damasci. Mox subditur: Quum aũt venisset in Hierl̃m tẽtauit se iungere disci-
pulis, & om̃es fugerunt eum, non credẽtes quod esset discipulus, Barnabas aũt apprehẽsum illũ
duxit ad Apostolos, & narrauit illis, quomodo in via vidisset dominũ, &c. Ad hoc quidã respõ
dent. Quòd Paulus post suã conuersionẽ, nõ statim venit Hierusalẽ, sed post longum tẽpus, for
sitan post tres annos. Scriptura em̃ in sua recitatione historiali non semp obseruat ordinẽ reꝝ
gestarum. Alij dicũt, quòd licet venerit illuc, nõ tamẽ reputatur venisse, quia mox abijt. Nem-
pè quod modicum est (teste Philosopho) reputatur pro nihilo. ⌊Et iterum⌋ ab Arabia, ⌊re-
uersus sum Damascũ⌋ vbi primo fidem Christi prædicaui, & Iudæos cõfudi. ⌊Deinde post ã-
nos tres⌋ à mea conuersione ⌊veni Hierosolymã videre Petrũ,⌋ non ob meã informationẽ,
sed propter dilectionẽ, ac reuerẽtiã eius. ⌊& mansi apud illũ diebus quindecim⌋ In quibus ver
bis Paulus insinuat, quãtæ authoritatis, ac excellẽtiæ fuerit beatissimus Petrus, vtpote princeps
Apostoloꝝ, atq; totius pastor, prælatus, ac caput ecclesiæ. ⌊Aliũ aũt Apostoloꝝ vidi neminẽ⌋
vice hac ⌊nisi Iacobũ fratrẽ dñi⌋ scilicet Iacobũ minorẽ qui dictus est frater domini Iesu Chri-
sti, propter specialem similitudinem suam cum Christo in corporis dispositione, ac morum
⌊Quæ autem scribo vobis, ecce coram deo quod non mentior,⌋ Hoc est, Deum testor quòd
vera sint ista. Iurauit Apostolus propter tarditatem credulitatis Galatarum, quibus hæc scri-
psit, atq; vt certius crederent. Iuratio nanq; debite circumstãtionata est actus virtutis, quę iatria
nuncupat̃. Propterq̃d habetur in Deuteronomio: Dñm deum tuũ timebis, ac p nomen eius iu Deuter. 6
rabis. Christus autem non absolute prohibuit iurationem, sed iurationẽ incautã, & nõ necessa
riam. ⌊Deinde⌋ vz postquàm in Hierl̃m fui cum Petro, ⌊veni in partes Syriæ & Ciliciæ,⌋
Nam

Nam à Tharso Siliciæ natus fui. ⌊Eram autem ignotus facie⌋ Hoc est, corporali intuitu ⌊ecclesijs Iudææ quæ erant in Christo⌋.i. conuersis Iudæis, qui Christo per fidem, & charitatem erant coniuncti. Veruntam fuit eis notus per famam. Ideo subditur: ⌊Tantum autem auditum habebant⌋ de me, id est, hoc de me perceperunt, ⌊quoniam qui persequebat nos aliqñ.⌋ hoc est, quòd Paulus iste qui ante suam conuersionẽ nos infestauit, ⌊nunc euangelizat⌋.i. prædicat ⌊fidem quam aliquando expugnabat⌋.i. cordibus credentium nitebatur auferre, ⌊& in me⌋ hoc est, in conuersione, & gratia mihi collata ⌊clarificabant deum⌋ potentiam & misericordiam dei honorauerunt, ac laudauerunt, gratias ei agendo, quòd tam misericorditer me conuertit, & tantam mihi gratiam præstitit. D

¶Sermo primus circa epistolam: Historia conuersionis sancti Pauli, ex dictis Apostolorum, & quomodo diuinæ pietatis debeamus esse imitatores.

CAdens Saulus in terram, audiuit vocem dicentẽ sibi: Saule, Saule, quid me persequeris? Actuum octauo. Qualiter Paulus apostolus primo persequutus sit Christianos valde atrociter, & qualiter (deo miserante) cito conuersus sit, S. Lucas euãgelista in libro actuum Apostolorũ diligenter conscripsit. Itaq; sicut in Actibus habetur, Paulus cõsentiẽs erat lapidationi neciq; Stephani prothomartyris gloriosi, custodiuit q̃q; vestimenta lapidãtium Stephanum, & ita quasi omniũ manibus lapidabat, qui oẽs ad lapidãdum reddebat idoneos. Iterũ S. loquitur Lucas: Saulus deuastabat ecclesiã, per domos intrans, viros ac mulieres in custodiã trahens.i. incarcerans. De hoc ipsemet Paulus ait: Ego hanc viam.s. euangelicam legẽ ac fidem persecutus sum vsq; ad mortem.i. interfectionem fidelium, alligans & tradẽs in custodias viros, ac mulieres, vt punirent, & eram cedens per synagogas eos qui credebant in te. Iterumq; dicit idem Apostolus Paulus: Ego existimaueram aduersus nomen Iesu Nazareni multa contraria debere agere quod & feci Hierosolymis, & multos sanctorum carceribus inclusi, potestate à principibus sacerdotum accepta. Et quum occiderent, detuli sententiam, & per oẽs synagogas freqũter puniẽs eos compellebam blasphemare, & amplius insaniens in eos persequebar vsq; in exteras ciuitates Hinc fatetur ad Timotheũ: Fui blasphemus & persequutor, & contumeliosus. Ex his innotescit, q̃ acerrimus Christianorũ persecutor fuerit Paulus ante suam conuersionẽ. ¶Porrò de hac re, atq; de B. Pauli conuersione plenã scribit historiã Lucas euãgelista, dicendo: Saulus adhuc spirãs minarum, & cedis in discipulos domini.i. ex intimo spũs sui affectu effundens comminationes, & afflictiones, seu neces in Christianos accessit ad principẽ sacerdotum, & petijt, imo & accepit ab eo epistolas in Damascum, ad synagogas.i. Iudæorũ infidelium congregationes. Vt si quos inueniret ibi Christifideles viros, ac fœminas, vinctos ad Hierusalẽ illos perduceret, atq; principibus traderet sacerdotum. Quumq; propinquaret Damasco, repẽte circumfulsit eum lux de cœlo descendẽs, qui lux sup splendorẽ solis fuerat clara, vt ipse postea dixit: Et cadẽt in terrã ex timore, audiuit vocem sibi dicẽtem: Saule, Saule, quid me persequeris? Qui dixit: Quis es dñe? Et ille respondit: Ego sum Iesus Nazarenus quẽ tu psequeris, durum est tibi contra stimulum calcitrare. Tremẽs autem Paulus, ac stupẽs dixit: Dñe, quid me vis facere? hoc est, quid iubes vt faciã, & dñs Iesus Christus dixit ad eum: Surge, & ingredere ciuitatẽ, puta Damascum, & ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere. ¶Porro, viri qui pergebãt cum Paulo, stabãt, stupefacti, seu admirãtes, audiẽtes quidẽ vocem, neminẽ autẽ vidẽtes. Hoc quod dicit: Audiẽtes quidẽ vocẽ, sapiẽter intelligẽdum est. Non eñ ita intelligẽdum est, quòd audierũt vocem Christi loquẽtis ad Paulum verba præscripta. Quoniã asserit Paulus: Qui mecum erãt, lumẽ quidẽ viderunt, vocem autẽ non audierunt eius qui loquebat mecum. Similiter quod dicit: Neminẽ aũt vidẽtes, non ẽ intelligẽdum quod se inuicẽ nõ videbant, sed q̃ nullũ viderũt, à q̃ verba illa dicebant ad Paulum. Nec putãdum q̃ Iesus Christus nõ dixit tunc aliqua verba ad Paulum, nisi ea quæ iam commemorata sunt, vt potẽ quid me psequeris? ingredere ciuitatẽ &c. imò vt describitur, etiã alia multa dixit, tunc Paulo: Exurge (inquiẽs) & sta supra pedes tuos. Ad hoc eñ apparui tibi, vt constituã te ministrum, & testẽ eorũ quæ vidisti, & quibus apparebo tibi, eripiẽs te de populis, & gẽtibus in q̃s ego nũc mittã te aperire oculos eorũ, vt conuertant à tenebris, ad lucẽ, & de potestate satanæ ad deum, vt accipiãt remissionẽ pctõrum, & sortẽ inter sanctos, p fidẽ quæ est in me. ¶Insuper adiungitur: Surrexit aũt Paulus de terra, apertisq; oculis, nihil videbat, & hoc præ claritate luminis cũ circũfulgẽtis. Ad manus aũt illum trahẽtes, qui ex visione illa, & nimio terrore fuit valde debilitatus. Introduxerunt eum Damascum. Eratq; tribus diebus non vidẽs, & non mãducãs, nec bibẽs, atq; vt credit, & doctores communiter dicunt: In illo triduo habuit Paulus excellẽtissimum illum raptum. De quo scribit: Scio hominẽ in Christo raptum, vsq; ad tertium cœlum, & audiuit archana verba quæ non licet homini loqui. In quo raptu secundũ Augustinum Paulus vidit deum p spẽm.i. diuinã essentiã clare in semetipsa, & instructus pfectissime fuit euãgelicam legẽ, Christianæq; fidei sapĩam, prout in epistola præexposita tactum est. ¶Deniq; in Damasco habitauit quidam Chri discipulus nomine Ananias, cui in visione Christus præcepit Vade &

Margin notes: Acto.8 — Actorũ.7. — Actorũ.8. — Actorũ.22 — Actorũ.26 (E) — 1.Timo.1 — Acto.9 — Actorũ.26 — Actorũ.22 (F) — Actorũ.26 — Acto.9 — 2.Corĩ.12 — Augustin.

A Vade & quære in domo Iudæ Saulũ, ecce em̃ orat. Rñditq; Ananias: Dñe, audiui à multis de viro hoc, q̃ta mala fecerit sanctis tuis in Hierusalẽ, & hic habet potestatẽ à principibus sacerdotũ alligãdi oẽs q inuocant nomẽ tuũ. Dixitq; Chrũs ad Ananiã: Vade, qm̃ vas electionis est mihi iste. i. valde electus est à me, secũdũ p̄destinationẽ æternã, vt portet ac p̄dicet nomẽ meũ corã gentibus & regibus & filijs Israel. Ego quoq; ostendã illi, q̃ta oporteat eũ pro noĩe meo pati. Venit ergo Ananias & manũ Paulo imponẽs, dixit: Saule frater, dñs Iesus misit me ad te, vt videas & implearis spũ sancto, & cõfestim ceciderũt ab oculis eius tanq̃ squamæ. i. quædam maculæ albæ similes squamis, & visum recepit, surgensq; baptizatus est, & cũ accepisset cibũ, cõfortatus est corpore, deinde ingressus synagogã Iudæoꝝ in Damasco, p̄dicauit fidẽ dñi nostri Iesu Chr̃i. Admirabant̃ aũt vniuersi eũ audientes, dicentes: Nõne hic est qui in Hierusalem p̄sequebat̃ Christianos, atq; ad hoc venit huc vt illos p̄duceret vinctos ad prĩcipes sacerdotũ? Ecce hæc est vera historia scripturæ canonicæ de cõuersione sancti Pauli apostoli, in qua multipliciter informamur, prout in sequẽtibus sermonibus diffusius referet̃. Nũc aũt breuiter quædã tangendo ex p̄fata historia sumit̃ argumentũ fortissimũ ad probationẽ ac defensionẽ fidei Christianæ. Hæc etem̃ scripta sunt adhuc viuente Paulo ap̃lo, vel cito post hoc, & vtiq; adhuc viuẽtibus multis q Paulũ nouerũt, & scire aut p̄cipere poterãt, an ea q̃ de Paulo hic recitant̃, vera fuerint. Et ipsemet Paulus in suis epistolis ea esse vera testat̃. Certũq; est, ꝙ tã repẽte ac vehemẽter mutari & euangelicã legẽ tã subito atq; plenarie discere, Christi quoq; amore tã valide inflãmari, & donũ linguaꝝ, grãm prophetiæ, efficaciãq; miraculoꝝ accipere nõ potuit, nisi à deo. ¶Secũdo docemur ex p̄inductis, q̃ infinita sit misericordia dei, q homini tã iniquo, tã feroci p̄sequutori, tã inæstimabilẽ cõtulit grãm, tã suppl̃issime eũ p̄ueniendo, hortãdo, & ignoscẽdo, & in ap̃lm tã p̄fectũ eũ mutãdo. B Discamus ergo & nos diuinę pietatis imitatores eẽ, fieri & manere, forefactoribus nostris donãdo, & nõ solũ mala siue iniurias æquanimiter sustinẽdo, sed etiã pro malis bona reddẽdo. Hinc etem̃ Paulus iste vas diuinæ electiõis nos admonet: Estote imitatores dei, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectiõe, sicut & Chrũs dilexit nos. *Ephe. 5.* Vnde rursus loquit̃: Bñdicite p̄sequẽtibus vos, bñdicite & nolite maledicere, nulli malũ p̄ malo reddẽtes. *Ro. 12* Noli vinci à malo, sed vince in bono malũ. Hoc implet q sua potẽtia alioꝝ impatientiã mitigat, sua mãsuetudine alioꝝ irã extinguit, sua prudẽtia alioꝝ indiscretionẽ refrenat, sua probitate alioꝝ inhonestatẽ emẽdat, sua bonitate & exẽplari cõuersatiõe alioꝝ malitiã vincens eos, ita ædificat, ꝙ p̄ctã sua aduertere, erubescere & emẽdare quasi cogunt̃. Ad q̃d beatiss. princeps ap̃loꝝ hortat̃ nos, in prima sua loquẽs epistola. *1. Petri. 2.* Sic est volũtas dei, vt bñfacientes obmutescere faciatis imprudentiũ hominũ ignorantiã. *Ibidẽ.* Itemq;: Abstinete vos à carnalibus desiderijs q̃ militant aduersus animã, conuersationẽ vestrã inter gentes habẽtes bonã, vt in eo q̃d detractant, de vobis tanq̃ de malefactoribus ex bonis operibus vos cõsiderãtes, glorificẽt deum. Itaq; exemplo sancti ac diuini apostoli Pauli emendemus nos plene, & omnẽ superbiã, auaritiam, immũditiã, accidiãq; vitantes tanto feruentiores simus in actibus bonis, q̃to feruẽtiores fuimus in prauis operibus, vt sic dignos pœnitẽtiæ fructus agamus, ipsum quoq; beatũ inuocemus ap̃lm, vt hanc nobis grãm suis meritis, p̄cibusq; impetrare dignet̃, ad laudẽ & gloriã dei.

¶Enarratio Euangelij: Dixit Symon Petrus ad Iesum, &c. Matth. 19

C EVangeliũ p̄sens merito in festo cõuersionis beati Pauli apostoli legit̃, quia in eo tangũtur magna merita, gloriosaq; p̄mia ap̃loꝝ. Itaq; dicitur. ⌊Dixit Symon Petrus ad Iesum: Ecce nos⌋ apostoli ⌊reliquimus oĩa⌋ tẽporalia, & terrena q̃ habuimus, ⌊& sequuti sumus te⌋ corporis gressu ac mẽtis affectu, per paupertatẽ quoq; spontaneã, & aliaꝝ virtutũ imitationẽ, ⌊quid ergo erit nobis?⌋. i. quale præmiũ suscipiemus à te. Quãuis autem Petrus & alij quidã apostoli fuerint pauperes piscatores, omnia tamen reliquerũt, quia de suis rebus nil sibi propriũ retinuerunt. Quidã etiam ap̃loꝝ, vt Bartholomæus & Matthæus, fuerant diuites, Petrus aũt in p̄sona omniũ ap̃loꝝ protulit ista. Deniq; sicut vidua pauper mittens duo minuta, plus oĩbus misit in gazophylatiũ, sic Petrus pauca relinquens, plus reliquit, q̃ multi q multa relinquunt, & tñ aliqua sibi reseruant, *Luc. 21.* Vel nõ tã prompte & affectuose hoc agũt, vt Petrus, qui & habita, & habẽda p̄fecte reliquit, q cũ rebus simul affectũ habẽdi terrena abiecit. ⌊Iesus aũt dixit eis,⌋ nõ soli Petro, sed cæteris quoq; apostolis, in quoꝝ p̄sona interrogauerat Petrus. ⌊Amen (. i. verè) dico vobis, ꝙ vos q sequuti estis me,⌋ oĩa relinquẽdo, & meas imitãdo virtutes, ⌊in regeneratione.⌋ Hoc sanctus Hilarius iungit verbis p̄missis, vt sit sensus *Hilarius.* Qui sequuti estis me in regeneratiõe. i. baptismo illum accipiendo, q est sp̃ualis regeneratio ex aqua & spũ sancto. Hieronymus vero nectit hoc verbis sequẽtibus, eritq; intellectus, *Hierony.* Vos q sequuti estis me modo p̄tacto hanc mercedẽ habebitis, Nã in regeneratione. i. futura corporum resuscitatiõe, ⌊cũ sederit filius hoĩs,⌋. s. Chrũs, ⌊in sede maiestatis suæ⌋. i. in sua iudiciaria apparuerit potestate & cœperit manifeste exercere generale iudiciũ, dando singulis in anima & corpore q̃d promeruerũt. Sedes hoc loco corporale soliũ non designat, sed iudiciariã potestatẽ, & vsum ipsius, q̃uis accipi possit pro loco, in quo Chrũs in die vniuersalis iudicij residebit in

Iohelis.3. aere, prout ait: Ascendãt, & cõsurgãt gẽtes in vallẽ Iosaphat, quia ibi sedebo, vt iudicẽ omnes gẽtes in circuitu, ⌊sedebitis & vos super sedes duodecim⌋ hoc est, assidebitis mihi in duodecim thronis, locis seu solijs, vel iudiciariæ potestatis participationibus, ⌊iudicãtes⌋ iudicio assessoriæ dignitatis atq; pcipuę approbatiõis, ⌊duodecim tribus Israel⌋ q̃ nobis credẽtib⁹ in incredulitate mãserunt pro parte maiore, idcirco dãnabitis eas. Sed quũ inter aplos fuerit Iudas traditor, qñ Chrũs hæc protulit, qũo verificari hæc possunt, quũ nõ oẽs illi duodecim sint ita sessuri. Respõdetur primo, q promissio ista q̃tũ ad Iudã fuit cõditialis, videlicet si pseueraret in bono. Deinde q hæc promissio Christi facta est, nõ solis aplis, sed & cũctis pfectis euãgelica cõsilia obseruãtibus, sicq; p duodecim sedes intelliguntur, assessoriæ dignitates seu iudiciariæ potestatis pticipationes, ac solia oĩm pfectorũ & apostolicorũ virorũ, qui p modũ præfatũ in die iudicij iudicabũt cũ Christo. Similiter p duodecim tribus Israel, oẽs iudicãdi exprimũtur. ¶ Præterea cõtuendũ est, q deus trinitas seu Chrũs, vt deus iudicabit in die iudicij per principalẽ authoritatẽ, Chrũs vero vt homo p iudicialẽ exequutionẽ seu prolationẽ

Iohan.5. sentẽtiæ. Vnde ait: Pater nõ iudicat queñq̃, sed iudiciũ oĩne dedit filio. Apostoli autẽ & viri perfecti iudicabũt p assessoriã dignitatẽ tanq̃ amici & cõsiliarij Chri iudicis summi. Cæteri electi & boni p approbationẽ sentẽtiæ iudicis, minus mali p cõparationẽ, queadmodũ Niniuitæ & Sodomitæ, reginaq; Saba, Iudæos incredulos iudicaturi dicũtur in euãgelio. ⌊Et oĩs q̃ reliq̃rit domũ, vel frẽs, aut sorores, aut patrẽ, aut matrẽ, aut vxorẽ, aut filios.⌋ etiã vxorẽ

Marc.14 seu filias, quæ licet hic nõ exprimãtur, tñ sub prædictis intelligũtur. Nã Marcus exprimit & vxorẽ, ⌊aut agros propter nomẽ meũ⌋ .i. ad honorẽ & gloriã meam, seu mei amore, atq; vt me finaliter in æternũ possideat, p beatificã fruitionẽ. Parẽtes tñ à filijs relinquẽdi nõ sunt, si pauperes aut debiles sint, & filiorũ obsequio aut subsidio egeant, nisi eis de necessarijs prouideatur. Exteriora demũ bona sunt relinquẽda, ita vt propter deum pauperibus dẽtur, aut in vsum laudabilẽ expẽdãtur, vel alijs licite relinquãtur, ⌊cẽtuplũ accipiet⌋ .i. spũalia dona seu charismata gratiæ ac virtutũ in præsenti, q̃ dona ita tpalia bona excedũt, queadmodũ numerus cẽtenarius vnũ seu numerũ paruũ. Talis quoq; fit spiritualis frater ac filius, oĩum sanctorum viatorũ ac cõprehẽsorũ, quibus charitate & mystica vnitate cõnectitur, ⌊& vitã æter-

Iohan.17. nam possidebit⌋ in patria, vtpote beatificã dei visionẽ, de qua loquit Chrũs deo patri: Hæc est vita æterna, vt cognoscãt te verũ deũ, & quẽ misisti Iesum Christũ. Ecce triplex præmiũ volũtariorũ pauperũ virtuose pseuerantiũ, vtpote cẽtupla receptio in psenti, assessoria dignitas in extremo iudicio, & vitæ æternæ possessio cœlesti in regno. Queadmodũ eñ deus punit citra cõdignũ, ita remunerat vltra cõdignũ. Supexaltat nãq; misericordia iudiciũ, vt la-

Iacobi.2 Psal.144. cobus asserit: Et miseratiões dei sup oĩa opa eius, vt psalmista fatetur:

¶ Sermo secũdus circa euãgeliũ: De cõtẽptu diuitiarũ, & beata pauptate, qualiq; animo correptiões sint amplectẽdæ.

VAS electiõis est mihi iste. Actorũ 8. Beatissimus Paulus aplus magnitudinẽ miæ &

Romañ.5 grẽ sibi à deo cõcessæ cõsiderãs & admirãs, asseruit: Vbi supabũdauit delictũ, supabundauit & grã. In eo eteñ añ suã conuersionẽ fuit excessiua iniqtas, sed post suã cõuersionẽ fuit in eo admirãda pfectio, ac feruẽtissima charitas, & q̃ feruẽter pseipsum, & suos coadiutores psequebatur fidẽ, & euãgelicã legẽ ante, tã feruẽter per se, & per

1.Cor.15. Actorũ.9. suos discipulos postea prædicauit, & dilatauit easdẽ. Propter quod de seipso testatur: Gratia dei in me vacua nõ fuit, sed plus oĩnibus laboraui. Hinc Christus dixit de eo: Vas electionis mihi est iste. Nã sicut in vase suscipiũtur, colligũtur & cõseruantur liquores, vt aqua & vinũ, ita in corde Pauli suscepta, aggregata, & cõseruata sunt diuinarũ charismata gratiarũ, aqua salutaris sapiẽtiæ, ros cõsolatiõis internæ, & dona spiritus sancti, quibus in sua cõuersione susceptis, statim terrena & tẽporalia cũcta reliqt, euãgelica Christi adimplẽs cõsilia. ¶ Sed inter hæc quæri potest. Quur saluator dominus Iesus Christus cõsuluit hominibus voluntariã paupertatẽ, vtpote oĩa exteriora bona relinquere, nec solũ exteriora bona, puta terrenas

Lucæ.14. diuitias, sed & parẽtes ac sobolẽ & vxorẽ, ac oĩnes cognatos. Ad hoc respondẽdũ est, q ideo

1.Cor.1 Christus sapiẽtia dei patris, & magni cõsilij angelus, ista cõsuluit, quatenus homines puriori corde adhæreãt deo, atq; perfectius diligãt eũ. Liberiori quoq; ac stabiliori mẽte, ei intẽti ac iuncti sint, ac p hæc maiorẽ in cœlis beatitudinẽ sortiãtur. Certũ est eñ, q homo per occupatiões, curas & affectiões suos circa terrena multipliciter à dei cõtẽplatiõe, ac spirituali impeditur amore, & profectu virtutũ, & stabili ac libera adhæsione cũ deo. Similiter carnalis & sensualis affectio ad parẽtes, ad sobolẽ, vxorem & consanguineos, impedit hoĩem à spirituali & puro amore dei ac proximorũ, imò & à vera charitate parentum, vxoris & prolis, ac cognatorũ, vnde per hoc q homo propter deum illos corporaliter deserit verius ac synceri-

Matt.19. us amat eos. Præterea, sicut legitur in euãgelio: Occasio ex qua beatus Petrus apostolus di-

Marc.10. xit ad Christum: Ecce nos reliquimus oĩa, & sequuti sumus te, fuit, quoniam Christus di-

Luc.18. xit: Quàm difficile qui pecunias habẽt, intrabũt regnum cœlorum. Iteq;: Facilius est camelũ per fo-

A per foramen acus transire, quàm diuitem regnum cœlorum intrare. Quod intelligendũ est de omni diuite, qui bona sua terrena amat nimis immoderate, vtpote magis quàm spũalia dona dei, videlicet gratiam & virtutes. Itaq; verbis illis Christi auditis, dixit ad eũ Petrus: Ecce nos reliquimus omnia, &c. Et quia non sufficit cuncta relinquere, sed necesse est Christi virtutes, humilitatem, mansuetudinem, pietatem, iustitiam, castimoniam, charitatemq; sequi, adiunxit: Et sequuti sumus te. Itaq; patet ex iis, quòd diuites difficulter possunt saluari, quia valde difficile est diuitiis abundare, seu temporalia possidere, & tamen ad ea non affici immoderate, nec eis abuti, sed sobrie atq; humiliter vti, ea quoq; pauperibus liberaliter ac misericorditer communicare. Veruntamen istud diuitibus necessarium est ad salutem. Idcirco Timotheo episcopo suo discipulo scripsit apostolus: Diuitibus huius seculi præcipe, nõ sublime sapere. i. non superbire nec magnos reputare seipsos, nec sperare in incerto diuitiarũ. i. in diuitiis temporalibus, quarum possessio fallax est & incerta, sicut & vita præsens, in qua homo nescit diem & horã, sed in deo viuo diuites fieri in operibus bonis, facile tribuere. Hæc ergo ô diuites facite & implete, terrena & temporalia omnia ad bona spũalia ordinate, puta ad dei honorem, ad vitam laudabilem, ad opera pietatis. Insuper non solum difficile est, diuites ipsos saluari, sed & omnes auaros, qui & si pauca ac modicum habeant, tamen ditari desiderant, ac nituntur magis desiderantes abundantiam temporaliũ rerum, quàm profectũ virtutum, magisq; laborantes pro terrena opulentia, quàm pro dei gratia, virtuosaq; vita, quod omnino peruersum est, atq; damnabile. Propter quod rursus scribit beatus & diuinus iste apostolus Paulus: Qui volunt diuites fieri, inccidunt in tentationẽ & laqueum diaboli, & in desideria multa mala & inutilia, quæ mergunt hominẽ in interitum & perditionẽ, ideo de temporalibus rebus nõ plus debet appetere Christianus, quàm necessarium vel vtile sibi est ad bene & virtuose viuendum.

Matt.19 · 1.Timo.6 · Matth.6 · 1.Timo.6

B Propterea dixit aplus: Habentes victum & quibus tegamur, iis contenti simus. ¶Præterea in verbis Euãgelii hodierni pauperes maximã habent cõsolationẽ, quia paupertas tam vehementer laudatur à Christo, & ipsemet Christus, quãuis fuerit rex regũ, & dominus vniuersorum, paupertatẽ tamen elegit, & pauperrimã vitam duxit in seculo isto, secundũ quòd ipse de seipso testatur: Filius hominis non habet vbi caput suum reclinet. Qui etiã in Euangelio loquitur: Beati pauperes, quia vestrũ est regnũ dei. Gaudete ergo ô pauperes in dño deo, & gratias ei referte, qui ita vobiscũ disposuit, nec paupertatem feratis moleste, quoniam ipsa purgatoriũ vestrũ est, & eam patienter ferendo, grãm promeremini magnam à deo. Pensate verbũ prophetæ dicentis: Labores manuũ tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi erit. Ecce quàm consolatorium verbũ est hoc, idcirco laborate cũ gaudio pro necessariis vitæ & labores vestros ad dei honorẽ atq; obsequiũ ordinate, vt. s. necessaria vitæ habẽdo possitis deo seruire, & bene viuẽdo ei placere, beatitudinẽq; adipisci æternam. In ipsis quoq; exterioribus vestris laboribus interdũ mentẽ vestrã ad deũ dirigite, orationẽ dominicã aut alias orationes deuote dicẽdo & cogitãdo de deo & beneficiis ac iudiciis eius, de pœnis inferni, de felicitate & gloria æternali. Sicq; labores vestri erunt deo gratissimi & meritorii gratiæ & vitæ æternæ. Sed prohdolor multi sunt pauperes & corporaliter laborantes, valde intimorati, vaniloqui, vitiosi, qui tota die vix semel aut raro cogitant de deo & sua salute, diebusq; festis multa cõmittunt peccata, nec ad diuina vadũt officia, quibus tanto plus cõpatiendũ est, quanto facilius possent beatitudinem promereri, & salutem cõsequi sempiternã.

Ibidē. · Apo.19 · Matth 8 · Luce.6 · Psalm.127

¶Postremo, C quoniam hodie cõuersionem beatissimi Pauli apostoli celebramus, debemus eius exemplo perfecte cõuerti, & ipsius vestigia imitari, queadmodũ in suis scribit epistolis: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Ipse etenim vna voce increpatus à Christo, mox humiliter acquieuit, & dixit: Domine, quid iubes vt faciam? Nos autem quotidie audimus deũ nos in sacris scripturis corripientem, & per prælatos ac prædicatores ac homines bonos nos reprehẽdentem, & tamẽ dura ceruice & corde indomito in nostris manemus peruersitatibus & peccatis, imò multi tã indiscreti, peruersi & stolidi sunt, vt correptionem despiciant, correctionem abiiciant, increpantes fugiant, & reprehendentibus indignentur. Isti sunt obstinati in vitiis, & mente penitus excæcati, omni vera sapientia prorsus carentes. Deniq; quum Christus in Euangelio suis dicat vicariis, pastoribus ac prælatis: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit, nullus paruipendat increpationem superioris, instructorisq; sui, sed quicquid sibi ab illo salubriter dicitur, à deo sibi dici fideliter arbitretur. Ideo increpatus mox dicat: Domine, quid me vis facere? Hoc est ad emendationem totaliter se exponat. Quemadmodum qui corporaliter vulneratus est, consilio medici libenter consentit, & eius acceptat remedia. Porrò Christus qui per seipsum Paulum redarguit, non statim per seipsum de agendis eum instruxit, sed dixit: Ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere. Per ciuitatem autem designatur ecclesia. De qua ait Psalmista: Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas dei. Præcepit ergo saluator suis fidelibus, vt ingrediantur ecclesiam, & ibi audiãt verbũ dei, prædicationes salubres & iis quæ audiũt, ibi obtẽperẽt, relinquẽdo pctã & amplectẽdo virtutes. Ananiam quoq; discipulũ misit Chrũs ad Paulum. Per quod datur intelligi, quòd deus omnipotens vnum

Phil.3 · Acto.9 · Luc.10 · Acto.9 · Ibidē. · Psalm.86

hominē instigat ad charitatiuā ac iustā correptionē & informationē alterius, vnde valde dā
nabile ē nō acquiescere admonitōibus charitatiuis. Itaq; cū beato Paulo, oēm superbiā, oēm D
crudelitatē, præsumptionē & insipiētiā abijciamus, atq; instāti dilectione, spūali dulcedine,
constāti humilitate, & sapiētia salutari obsequamur altissimo, vitia carnis, gulā, lasciuiam in
primis vitantes, proximis quoq; syncerè agētes, prout nobis ab ipsis, imò & à deo fieri cupi-
mus, vt nullū quātū possibile est, scādalizemus, sed oēs potius ædificemus, nec Christū in su-
is mēbris, puta fidelibus psequamur, sed veneremur. Ad laudē, &c.

¶Sermo tertius: Quomodo quæ suis sunt mēbris sibi Chrūs factū iudicat, & cur Pauli festina agatur conuersio.

SAule Saule quid me psequeris? Actoꝝ nono: Tanta est charitas atq; benignitas dñi
nostri Iesu Christi ad homines, vt quicqd boni suis fuerit irrogatū fidelibus, sibi ipsi
iudicet irrogatū. Tāta quoq; est Christi iustitia, vt quicquid mali fidelibus suis iniu-
ste infligitur, sibi illatū arbitreť. Hinc eñ vt habeť in Euāgelio, ipse in die iudicij dicet
Matt.25 iustis: Venite bñdicti patris mei, pcipite regnū quod vobis paratū est ab origine mūdi. Esu-
riui eñ & dedistis mihi māducare: sitiui, & dedistis mihi potum: nudus fui, & operuistis me.
Ibidē. Quod nāq; vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: Tūc etiā dicet iniustis. Ite maledicti in
ignē æternū, qui paratus est diabolo & angelis eius. Esuriui eñ, & nō dedistis mihi māduca-
re: sitiui, & nō dedistis mihi potū: nudus fui, & nō operuistis me, quā diu nāq; nō fecistis vni
Zacha.2. ex minoribus meis, nec mihi fecistis. Hinc quoq; loquitur deus suis ministris. Qui tetigerit
vos, tanget pupillam oculi mei. ¶Porro, fideles dicūtur mēbra Christi, quia per fidē & cha E
ritatē ei iungūtur vt capiti, & sicut in corpore naturali organico, mēbra recipiūt motum, &
sensum à capite suo, ita in corpore mystico, i. in ecclesia quæ est fideliū cōgregatio, ipsi fide-
les motū bonæ opationis & sensum spiritualē, vitāq; gratiæ à Christo, tanq̄ à capite prin-
cipali suscipiūt. Quicūq; ergo mēbra Christi, puta Christianos psequitur, Christū persequi
perhibetur. Hoc quoq; sciendū, ꝙ duobus modis aliquis psequitur aliū. Primo eū corpora-
liter tribulādo iniuste. Secūdo, eū spiritualiter lædēdo, vel lædere satagēdo, videlicet scāda-
Actoꝝ.8. lizando, seu conādo ad hoc vt eū trahat ad culpā, & vtrāq; hāc persequutionē arbitrať Chrs
sibi inferri, dū suis infertur fidelibus. Paulus aūt ante suā cōuersionē vtrāq; psequutionē intu
Actoꝝ.9. lit Christianis, & Christo in suis mēbris. Nam corpaliter Christianos afflixit, & eos à fide &
cultu Christi auertere nitebať. Merito itaq; dixit Chrūs ad eū: Saule Saule qd me psequeris?
¶Insuper, qm̄ malū culpæ quod infertur animæ est multo deterius, atq; nociuius malo pœ-
næ quod infertur corpori, ideo grauius, dānabiliusq; Chrm̄ psequitur, qui aliquē ad peccā-
dum inducit, aut inducere nititur, q̄ qui corpale nocumentū tantūmodo infert, imò, vt san-
Bernard. ctus affirmat Bernardus: Qui aliquē ad peccādū conatur allicere, grauius psequitur Christū,
quàm qui eius sanguinē effuderūt. Sic etem̄ ait sanctus Bernardus: Si propriū sanguinē dedit
Chrūs in pretiū redēptiōis animaꝝ, nonne tibi videť grauiorē pati psequutionē ab eo, qui
suggestione maligna, exēplo pernitioso, scandali occasione auertit ab eo animas quas rede-
mit, q̄ à Iudæo qui sanguinē illū fudit? Agnoscite dilectissimi, expauescite, & vitate eoꝝ cō-
sortia qui salutē impediūt animaꝝ. Iteꝝ ait: An saluatori animaꝝ grauior pōt eē psequutio
quàm animas trahere ad pctā. Timeat ergo om̄is Christifidelis in alioꝝ p̄sentia facere mala
August. quū beatus asserat Augustinus: Qui in cōspectu populi male viuit, quātū in ipso est, eos occi
dit, à qbus attēditur. ¶Deniq;, qcūq; vult deo placere, nō sibi putet sufficere, alios nō scāda- F
lizare, nec prauū facere actū, sed necessariū sibi est alioꝝ culpis nō cōsentire, nec arridere pec
cātibus, imò dissentire ac increpare oportet peccātē. Nā q culpā pro posse nō prohibet, seu
Roman.1. impedit, eā cōmittere diciť. Hinc ait apłus: Nō solū morte sunt digni qui faciūt mala, sed etiā
Ephe.5 qui cōsentiūt faciētibus. Iteq;: Nolite cōmunicare infructuosis opibus tenebraꝝ, magis autē
Matth.7 redarguite. Ecce charissimi, q̄ arta est via salutis, q̄ difficile est saluari, & q̄ longe sunt à salu-
te qui societatē & cōmunionē habēt cū aliquo in peccatis, & qui psonā aliquā moliuntur ad
cōsensum trahere vitiosum, & qui sine erubescētia ac publice peccāt, sicut qui cōcubinas aut
prohibitas fœminas habēt aut detinēt secū, & q seruos aut cōsanguineos suos mittūt aut diri
gūt ad opa praua, ad alterius læsionē, ad vltionē illicitā. ¶Sed nūc redeamus ad laudes beatis-
simi Pauli apostoli, & primo vidēdū, qur potius eius q̄ alioꝝ sanctoꝝ celebretur cōuersio.
Ad hoc multiplex ratio assignatur. Primo, qm̄ Pauli cōuersio facta est valde solēniter, valde
quoq; miraculose ac euidēter, quēadmodū ex sermone circa epistolā facto mōstratur. In e-
ius equidē cōuersione Chrūs ipse apparuit atq; loquutus est, ac copiosissimā lucē desuper fu-
dit, quæ vndiq; Paulū cinxit, imò tātæ extitit claritatis, ꝙ media die tā præfulgida videbať,
exterioremq; Pauli cæcauit visum, & facta sunt ista in multoꝝ præsentia, & sup om̄ia mirabi-
lissima fuit tam repentina ac integra immutatio mētis, & volūtatis ipsius Pauli, qui de pessi-
mo factus est optimus, de inimicissimo amicissimus, de superbissimo humilimus. Salomone
Prouer.21 etem̄ contestante: Cor hominis in manu dei est, quocūq; voluerit, vertet illud. Et hoc deo
omni-

A omnipotēti, creatori altissimo vere est propriū, immediate imprimere in volūtatē, eāq; ad libitū immutare ac vertere. Hinc orat ecclesia vt deus cōpellat ad se, & cōuertat nostras etiā voluntates rebelles. Ipse nāq; dū vult speciali quadā gratia omnē tollit cordis duritiā ac obicem. ¶Secūda huius est ratio, præcipue lætitia quā de gloriosi huius cōuersione apostoli habuit primitiua ecclesia, & nunc vsq; ecclesia militans habet, Quemadmodū em̄ persequutio eius specialem ingessit ecclesiæ primitiuæ tristitiā, sic eius conuersio peperit ei ingentem lætitiā. ¶Tertia ratio est propter exemplū, vt scilicet nemo desperet de venia, & gratiæ ac virtutū profectu, qn̄ tam impijssimū videt ad tantā virtutū perfectionē ac tantā gratiæ eminentiā sublimatū. Hinc ait Bernardus: Merito cōuersio doctoris gentium festiuis hodie gaudijs ab vniuersitate gentiū celebratur. Conuersus etem̄ Paulus, conuersionis minister factus est vniuerso mundo. In memoria cōuersionis Pauli peccator spem veniæ concipit, vt prouocetur ad pœnitentiā, & qui iam pœnitet, perfectæ cōuersionis accipit formā. ¶Quarta ratio est p̄cipuus fructus, q toti ecclesiæ cōsequutus & ortus est ex gloriosissimi Pauli cōuersione. Ipse em̄ præ cæteris oībus infatigabilius laborauit, ardētius institit, longi⁹, latiúsq; discurrit, & p se ac suos discipulos cōuertit populos valde innumerabiles, sed & p sentētiosissimas suas epistolas à principio ecclesiæ vsq; in p̄sens & vsq; in finē mundi copiosissime ac saluberrime instruxit, instruit, instruetq; fideles & suo exēplo fecit, facit, facietq; hoc ipsum. Propterea dicit Bernardus: Multos olim adhuc in carne viuēs p̄dicationis officio sanctus Paulus cōuertit ad dn̄m. Nunc aūt in deo felicius viuēs, nec modo cessat ab hominū cōuersione. Dico aūt exēplo, oratiōe, doctrina. i. suo exēplo, suis orationibus ac doctrinis, multos q̄tidie conuertit ad dn̄m. Ipse q̄q;(vt testat̄ Chrysost.) velut auis pennata p totū mundū volauit, tāq; feruēter ac seriose pro omniū laborauit salute, quasi ipse totius mūdi cōmunis pater fuisset, & sicut ferrū in ignē missum, totū q̄si ignis efficit, sic ipse

B quasi in charitatis affectū mutatus est. ¶Postremo q̄uis tā grauiter ante suā cōuersionē peccauerit Paulus, ipse tamē ad Timotheū scribēs aliqualiter, excusat seipsum, dicēdo: Ideo misericordiā cōsequutus sum, quia ignorās in incredulitate feci. Veruntamē ignorātia ista excusauit eum, nō in toto, sed à tanto. Nam & Iudæi p ignorantiā Christū crucifixerūt, dicēte hoc ipso aplo: Si cognouissent, nunq̄ dn̄m gloriæ crucifixissent. Vnde sacratiss. princeps ait aplorū: Et nūc fratres scio, qa per ignorantiā fecistis, sicut & principes vestri. Sed hoc inter ignorantiam Pauli & principū sacerdotū distabat, ꝙ Paulus aliunde fuit vir bonus secūdū legem Mosi, sine querela cōuersans. i. irreprehēsibiliter viuens & ex magnitudine quadā zeli dei, ac legis videbatur motus ad persequendū fideles. Principes vero sacerdotū, scribæ & pharisæi aliunde vitiosi fuerunt, vtpote ambitiosi, auari & inuidi, vt ex Euāgelio demonstratur. Decuit ergo Paulum præ illis misericordiā cōsequi, fuitq; Paulus ex naturali dispositione vir seriosus, feruēs & agilis. Vnde quemadmodū ante in Iudaismo, sic postea in Christianismo feruētissimus fuit, & valde actiuus. Legit̄ q̄q; in reuelationibus S. Brigidæ viduæ, ꝙ dū S. Stephanus lapidabat̄, beatus Paulus q̄uis adhuc p̄sequutor, tamē vidēs sancti Stephani alacritatē & patiētiā in tā graui martyrio cōdoluit ei tanq̄ ignorāti, rogauitq; deū pro Stephano, vt mortē illā ordinaret ei ad melius. Idcirco oratio Stephani pro suis lapidatoribus exorātis effectū sortiebat̄ in Paulo. Itaque exemplo cōuersionis Pauli cōuertamur plenarie oīa præterita detestādo, deflendo ac deserendo pctā, & satisfaciendo pro eis, nec redeundo ad ea. Nō em̄ sufficit hoc aut illud peccatū desese-

C rere, sed oīa simul oportet abijcere, omnē elationē, incontinentiā, auaritiā, irā, inuidiā, gulositatē, accidiā, & virtutes eis oppositas amplecti, cōseruare ac exercere, vt cum feruēti, seriosoq; animo ministremus altissimo. Inuocemus igitur diuinū & sanctū apostolū, vt iugiter intercedat pro nobis & grām imitandi sua vestigia impetret nobis.

Bernard.

Chrysost.

1. Timo. 1.

1. Cor. 2.

Acto. 3

Acto. 7

AD RELIGIOSOS.

¶Sermo. IIII. Cuiusmodi nostra ad deū debeat esse cōuersio, & q̄ta sint vigilantia cauēda, quæcunq; vel deū vel proximū offendunt.

IMitatores mei estote, sicut & ego Christi. Ad Corinth. 15. Quemadmodū diuiniss. Paulus apostolus fuit omniū gentiū doctor verbo, ita & opere, imò & conuersione ac passione. Itaq; in eius misericordissima conuersione multa nobis proponuntur consideranda, ac imitanda. Patet nanq; in ea dei misericordia infinita, quia persequutorem sæuissimū, subito conuertit in prædicatorem fidelissimū, apostolumq; præcipuum, quo docemur ne aliquem temere iudicemus aut cōtemnamus, & ne de aliquo desperemus. Quoniā etsi forte sciamus de aliquo qualis nūc sit, ignoramus tamē qualis paulo post erit, & prorsus nos latet, qualis in prædestinatione cōsistat diuina. Insuper in Pauli cōuersione ostenditur, qualiter & nos debeamus cōueri. Non em̄ conuersus est nisi deo eum misericorditer p̄ueniēte, increpāte ac deijciente, deinde & illustrante. Sic dum negligētius incipimus agere & tepidi fieri, regularesq; obseruantias violamus, nō rite cōpungimur, pœnitemus aut resipiscimus, nisi p̄ueniamur à spiritu sancto, cuius illustratione aduertamus q̄ viliter & culpabil̄r habuimus nos in peccādo. Insuper increpatus à Chr̄o Paulus, respondit: Domine, quid me vis facere, ita & nos ad pœniten- Acto.

tiam redeuntes, & deo illumināte, peccata propria cognoscētes, mox ad explēda diuina mā-
Roma. 12 data nos exhibeamus paratos, imò ad om̄e beneplacitū dei, ad om̄e q̄d ordo reqrit monasti- D
cus. Queādmodū fertur: Renouamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit voluntas
dei bona, & beneplacēs & pfecta. Quicq̄d etiā nobis pro satisfactione & correctione iniun-
gitur prompte adimpleamus, superioribus q̄q; nostris tā parata mēte obediamus, vt voce di
cat vnusq́sq; ac ope præsidēti. Dn̄e, q̄d me vis facere? Quo circa pēsandū, q̄a vt sanctus scri-
Bernard. bit Bernardus in sermone de solēnitate p̄nti. Quidā in religione sequūtur cæcum, cui Chr̄s in
Luc. 18. euāgelio loqtur: Quid vis vt faciā tibi? Alij Paulū qui Chr̄o respondit: Quid me vis facere. i.
quid iubes vt faciā. Pusilli etenī & infirmi q ad obediēdū sunt tardi, q faciliter indignātur &
murmurāt, dū eis suæ volūtati cōtraria iniungūtur, per cæcū illum signantur. Talibus nāq;
oportet sæpe prouideri ac cōdescēdere, ne grauius ruant ac pereant. Idcirco q p̄sidet eis, ne-
cesse habet perpēdere quid possint sufferre, & q̄d velint sibi iniungi, quoȝ obediētia nō est
plena, sed plurimū imperfecta, nā multū habet de proprio, & præsidēs suā voluntatē magis
videtur subijcere voluntati eoȝ, q̄ ecōuerso, propterea oportet eos erubescere de tanta sua
impfectione & infirmitate, seq; ad plenā propriæ volūtatis resignationē extēdere, mortifi-
care & frangere ac vincere semetipsos. Aliter suo voto solēni satisfacere nō vidētur, quod q̄
periculosum sit ac dānabile cōstat ex hoc q̄ votū plus obligat, quàm iuramētum, secūdum so
Psalm. 75 lennes doctores, & maxime votū solēne. ¶ Porrò, qui in religione, regia via incedūt, & quæ
Eccles. 5. deo vouerūt reddere nō morātur, suamq́; voluntatē in superioris arbitrio positā recogno-
scunt, designātur per Paulū. Horum obediētia est deo gratissima, quia dignissimum quod ha
bent in se, p obediētiam sacrificant creatori, hoc est, propriā rationē, cuius iudiciū superioȝ
suoȝ subdūt iudicio, illoȝ sensui magis q̄ suo credētes, propriā quoq; volūtatē cuius actum E
secūdū præsidētis regulāt ac exequūtur arbitriū. ¶ Præterea imitari debemus sanctū Paulum
apostolū in cōuersione moȝ. i. reformatiōe affectionū in mutatione actionū, quatenus sicut
Paulus post suā cōuersionē tanto erat humilior, obediētior, feruētior, atq; in om̄i ope bono
instātior, quāto ante suā cōuersionē erat supbior, & Christo rebellior, in psequutiōe etiam
Christianoȝ ardētior, ita & nos post claustri ingressum, post monasticæ professionis emis-
sionē, tāto humilius, māsuetius, infatigabilius, amorosius deo altissimo obsequamur, & inter
frēs ac proximos cōuersemur, q̄to ante in maiori supbia, frequētiori iracūdia, feruētiori ma-
litia, mūdo, dæmonibus & peccatis seruiebamus, & inter alios viximus, & q̄to tūc inobediē-
tiores fuim⁹ deo & p̄ceptis eccl̄iæ, tāto nūc obediētiores simus deo & ordini ac p̄ribus n̄ris.
Rursus, q̄to tūc in cibo, potu, somno, vestitu q̄tidie magis excessimus, tāto nūc in oībus istis
simus plus sobrij ac modesti. Imò, sicut tūc vltra necessitatē illa indulsimus nobis, ita nūc etiā
de necessarijs nobis aliq̄d subtrahamus, vt recōpensatio fiat, & q̄tidianū ducamus martyriū,
Psalm. 43 quatenus cū propheta ex sentētia deo dicere mereamur. Qm̄ propter te mortificamur tota
Roma. 12. die, quod vbiq; cū grandi agēdū est discretiōe, vt sit rōnabile obsequiū n̄rm. Iteȝ, q̄to in se-
culo negligētius seruiuimus deo, quanto distractiori & irreuerentiori mēte orauimus eum,
quanto coram eo intimoratiores & incustoditiores fuimus corde, omniq́; sensu interiori &
exteriori, tanto nunc diligentiores simus in vniuerso deitatis obsequio & recollectiori, at-
tētioriq́; aīo ip̄m oremus, laudem⁹ & glorificemus, tāto q̄q; corā eius p̄sentia supdignissima
simus plus timorati, atq; in oībus custoditi, & sicut interiorē visum ab imptinētibus, cōside-
rationibus & cogitatiōibus vanis, sic exteriorē visum ab incautis aspectibus, p̄sertim in diui F
no officio cohibeamus. Adhuc aūt quāto in seculo eramus magis contētiosi, inquieti & alijs
onerosi aut iniuriosi, tāto nūc in cōgregatiōe simus amplius quieti, pacifici, cōsolatorij, sua-
ues, obsequiosi & patiētes. Ecce hæc om̄ia exigit moȝ cōuersio, monachalis professio, dign⁹
& q̄tidianus profectus. Quid prodest habitū mutasse, si sub religioso amictu, mens lateat in-
deuota, irreformata ac secularis. Nōne turpissimū corā deo mōstrū est, religiosus, mēte mū-
danus, cū habitu prætēdat, & ostēdat se seculo mortuū, quū tn̄ cor gerat mūdanis, & carnali-
bus cogitatiōibus, affectiōibusq́; fœdatū. Itaq; sicut in mūdo eramus corde, ore, opere, in-
cessu, vestitu, signis, apparatu, supbi, vani, ambitiosi, procaces, ita nūc simus in his oībus hu-
miles, exēplares, modesti. Nullus nostrū in suis sit oculis magnus, prudēs, excellēs, nec in co
gitatione sua se extollat vt taurus, nec sæuiat tanq̄ leo, nec intumescat aut indigneť, velut ry
noceron, neq; se vindicet tanq̄ vrsus, sed oīm se arbitreť vilissimū, & q̄d ipse de se sentit aut
exprimit, ab alijs sentiri, ac dici nō dedignetur, mitescat q̄q; vt agnus, & simplex sit sicut co-
Tobie. 15 lumba, nullus erecta & pomposa incedat ceruice, nec vestibus, sed moribus cultus sit, neq; q̄si
magna cogitās attonitos habeat oculos, aut visum interioris ostensiuū elationis, sed humilē,
piū & columbinū. ¶ Præterea cōtēplemur q̄ sapiēs & om̄ipotēs artifex sit supsuauissimus &
supbenignissimus sp̄us sanctus, siquidē Paulum ex supbo, blasphemo, contumelioso, sæuo,
imò & homicida, repēte fecit humilimū, christianissimū, patiētissimū, pijssimū & exēplarissi-
2. Cor. 11. mum, intantum q̄ veraciter dixit: Quis infirmatur & ego nō infirmor, quis scādalizatur &
ego

D A ego nō vtor. Itē*: Si esca scādalizat fratrē meū, nō manducabo carnes in æternū, ne fratrem 1. Cor. 8
meū scādalizem. In hoc ergo sectemur diuinissimū & affectuosissimū istū apostolū, ne alicui
offendiculū ponamus aut scādalū, qa p hoc deus inhonorat, proximus lædit, & ipsemet scā- Roma. 14
dalizās, grauius periclitat. Maxime vero cauēdū, ne scādalizet cōmunitas, & ne in cōgrega-
tionis aspectu scādalose quisq̄ se habeat, quū peccās tot mortibus dignus sit, q̄t animas scāda-
lizat. Siqdem qui in aliorū p̄sentia male agit, tot quātū in se est, perimit, à quot conspicitur,
imò secūdū Bernardū, grauiorē psequutionē patitur Chr̄us ab his q pernitioso exēplo, aut Bernard.
verbo pestifero, salutē impediūt animarū, q̄ sustinuit à Iudæis, à quibus fusus est sanguis ipsi-
us. ¶ Postremo, nō solū tam grauia peccata ac scandala deuitemus. Sed ab his quoq; quæ vi-
dentur minuta, & quotidiana esse peccata, cū ingēti diligētia abstineamus, qa nec aliter ma-
la effugiemus maiora, si nō vigilāter fugerimus & minora, quū scriptū sit: Qui negligit mo- Eccle. 19.
dica, paulatim defluit, imò quàm detestabile sit in religioso dicere parua sunt hæc, emendare
ea non curo, constat ex eo, quod sanctus pater Bernardus affirmet hoc eē peccatū, atq; blas- Bernard.
phemiam in spiritum sanctum, quū sit impenitētia quædā, & ad magna trahat pericula, reli-
giosum q̄q; oportet venialia reputare ac refutare tanq̄ mortalia, & ea q̄tidie dignis pœnīæ
actib' expiare, quū aliter neq̄at digne proficere, neq; ad pfectionē sortiri. Ad laudē altissimi.

¶ Sermo quintus: Quòd tres sunt gradus contēplationis, seu infusæ à deo sa
piētiæ, & quid exercitij cuiq; conueniat gradui.

B SCio hominē raptum vsq; ad tertiū cœlū, & audiuit archana verba quæ nō licet ho-
mini loqui, secūda ad Corinth. duodecimo. Ex cōsideratione eorū quæ de Pauli cō-
uersione scriptura refert canonica, euidēter clarescit, & vehemēter roborat, veritas fi
dei christianæ, sicut de hoc alibi satis est dictū, nunc ad nostrā instructionē & ædifi-
cationē vertēdus est sermo, & quidē modus cōuersionis sancti huius apl'i vobis legē scienti-
bus ex scriptura est notus. Quo circa pēsandum, q̄ quàmuis cōmuniter, regulariter'q; loquē
do, nullus repēte fiat perfectus, aut subito in virtutibus summus, sed paulatim proficiatur de
via purgatiua, ad viam illuminatiuam, atq; de illuminatiua ad viam perfectiuam tendēdo, ni
hilominus deus om̄ipotens, om̄i cursu & ordine rerū superior, aliter dū ei placet, procedit & Lucæ. 1.
agit. Vnde & sacratissimū Iohannem Baptistam in suæ matris vtero repleuit spiritu sancto, 1. Regū. 16
& sanctum Dauid adhuc adolescentulum, & pecora in pascuis custodientem anagogicis in-
flammauit multotiens motibus, sic & diuinissimum Paulum, in scelerum grauissimorum fer
uore situm, repente mutauit, perfecit, & vsq; ad speciem contēplationis perduxit altissimam
in qua ei secretissima quædam de fidei reuelauit mysterijs, de occultis suis iudicijs, de super-
excellētissima trinitate ac prædestinatione, angelorum'q; choris, & hierarchijs quæ om̄ia in-
fra triduū istud credūtur peracta, quo post Christi apparitionē Paulo in itinere factā, fuit nō
vidēs, neq; manducans aut bibēs, & tunc deitatis essentiam vidit per speciē, sic'q; omniū cō-
templatiuam vitam ducentium exemplar, & magister est Paulus. ¶ Porrò, contemplatio est
doni sapiētiæ actus, & quanto quis crescit in charitate, & animi puritate, tanto crescit in hac
sapientia salutari, quæ est dulcis seu sapida ac amorosa diuinorū notitia, ipsa'q; contemplatio
est purus, promptus ac amorosus diuinorū intuitus. ¶ Habet quoq; sapientia ista infusa quæ
C donum est gradus tres, sicut & charitas, atq; secundū tertium gradum suum vocatur sapiē-
tia vnitiua, flammigera & mystica theologia, quæ est ardētissima & secretissima mētis cum
deo loquutio, deitatis'q; intuitio, ac est contemplationis altissima species, huic vitæ possibi-
lis, ad quā homo immediate disponitur p feruētissimū, syncerissimū'q; charitatis incēdiū seu
affectū. Hæc cōtēplatio quasi media est inter beatificā patriæ visionē, & contēplationē dei in
via p affirmationē, q̄uis multo plus distet à visione illa beata, q̄ ab ista in via. ¶ Præterea, qa 1. Cor. 9
apl'us iste dignissimus oībus om̄ia factus est, videamus qualiter ipsum secundū triplicē statū,
& gradū assequi debeamus. Etem̄ q̄uis ipse in sua cōuersione mox pfectus sit factus, & valde
perfectus, vtpote primitias sp̄us cōsequutus, nihilominus factus est forma vitæ, nō pfectorū Romanū. 8
dūtaxat, sed incipiētiū q̄q; ac proficientiū. Ad incipiētiū itaq; gradū ac statū spectat, q̄d ait: 1. Cor. 9.
Castigo corpus meū & in seruitutē redigo. Et rursus: Ego stigmata Iesu in corpe meo por Galat. 6
to. Et: Chr̄o cōfixus sum cruci, q̄uis istud ad proficiētes ptineat atq; pfectos, secūdū exposi- Galat. 2.
tionē diuersam. Primo ergo sequamur eū in isto vt carnis curā in desiderijs faciamus, ne cibo Roma. 13.
grauati somnolētiā incidamus, ne corpalibus alimētis male, imò carnaliter, exhilarati tæde-
at sedere in cella, cōpunctioni vacare, salutaribus exercitijs occupari, sed euagari, aut ab ex-
traneis visitari, seu fabulari delectet, aut certe dormire. Multa qppe & grauia sunt pctā, q̄ ex
gula nascūtur. Exordiū vero & fundamētū q̄ddā monachalis cōuersatiōis ac sp̄ualis pfectus
extat sobrietas, & moderatio carnis p ieiuniū, abstinētia'q; afflictio, ad corpis etiam sanitatē
vitæ'q; prolōgationē nō mediocriter cōfert sobrietas. Itaq; in seruitutē sp̄us sancti, in serui-
tutē quoq; sp̄us rōnalis, q est aīa nr̄a, redigat qlibet nostrū propriū corpus ac singula mēbra
ipsius, ad solum dei honorē, animæ'q; salutem, illis vtendo, sicut idem iste monet apostolus:

1. Cor. 6. Corpus nõ fornicationi, sed dño, Aures igitur non fabulis vanis, non mundi rumoribus, nõ de D
tractorijs, & discordiæ seminatiuis verbis accõmodemus, sed verbis dei dũtaxat, vt in mãsuetu
Iaco. 1. dine suscipiamus verba salutis, verba fraternę correptionis, atq; paternæ correctiõis, & ea quæ
Ecci. 3 dei sunt libẽtissime audiamus, sicut ait scriptura: Auris bona cũ omi cõcupiscẽtia audiet sapiam
Ephes. 4 Itemq;: Omis sermo malus ex ore vestro nõ procedat, sed qui vtilis est ad ædificationẽ, vt det
grãm audienti. Dum denuo scriptũ est: Sepi aurẽ tuã spinis, & noli audire linguã nequã, & ori
Ecc. 28 tuo facito ostia, & seras auribus tuis. Hinc q̃ inuite audiremus quẽpiã male de nobis loquentẽ, tã
inuite audiamus eũ de alijs praue dicentẽ: Simus quoq; custoditi in visu, nõ girouagi in aspectu
Eccl's. 2. Oculi etenĩ sapiẽtis in capite eius. Oculi vero stultorũ in finibus terræ. Sed & ab omi molli, & la
sciuo abstineamus cõtactu, & sicut ventrẽ à repletiõe gulosa, sic linguã à loquacitate, omiq; ver
bo compescamus illicito, maxime in ecclesia, & tpe diuinorũ. Porro, in meditatiõe passiõis do
minicę exerceamur assidue, atq; in eius diligẽtissima recordatiõe discamus Chr̃o propter nos
passo cõpati, in tribulatiõibus gloriari, prospera mũdi, oblectamẽtaq; carnis despicere, oẽm hu
militatẽ, mãsuetudinẽ, fortitudinẽ, charitatẽ addiscere, & passionẽ vnigeniti dei memorię nr̃æ
Phil. 3. indelebil'r deferamus imp̃ssam, p q̃d oẽm facillime vincemus tẽtationẽ. ¶ Pręterea, ad gradũ ac
statũ proficiẽtiũ spectat, q̃d ait vas electiõis diuinę: Frẽs ego me nõ arbitror cõprehẽdisse, & q̃
priora sunt obliuiscẽs, in anteriora extẽdo meip̃m. In hoc ergo ip̃m etiã indesinẽter sectemur,
nõ p̃sumẽtes de p̃teritis meritis nr̃is, nec de tẽporũ longitudine gloriãtes, neq; de opibus pro-
prijs nos iactãtes, nec laudes cupiamus humanas, nec acceptemus oblatas. Prętertim quũ igno
remus, an opa illa nr̃a p̃terita ex suo gñe bona fuerint, veraciter ex charitate p̃cedẽtia, ac meri-
Eccl's. 9 toria, qm̃ in futurũ oĩa reseruant̃ incerta, & si sciremus q̃ meritoria extiterũt, nõ tñ in nobis, sed E
in dño gl'iari, eiq; grãs agere oporteret. Et rursus: Quũ deus maiestatis immẽsę in seipo dignus
sit ĩfinito honore, & cultu nihil eo valemus cõdignũ peragere, sed semp in infinitũ discamus ab
honore, & cultu q̃bus ip̃e dignissimus eẽ cognoscit̃. Quicq̃d ergo hucusq; exegimus p̃ paruo,
aut nihilo reputãtes, studeamus indefesse p̃ficere, in omi humilitate, patiẽtia, mititate, sobrieta-
te, cõstãtia, æq̃tate, dilectiõe cõcrescere. Oẽ opus dei q̃tidie deuotius, p̃fectiusq; p̃soluere. Sicq;
cũctis diebus cũ recẽti feruore, dei obsequiũ quodãmõ inchoare. ¶ Postremo, ad statũ & gradũ
p̃tinet p̃fectorũ, q̃ feruẽtissime iste fatet̃ Apl's: Sapiam loq̃mur inter p̃fectos. Et: Nosipsi primi
1. Cor. 2 tias spũs accepimus, & q̃s nos separabit à charitate dei. Itemq;: Per Chr̃m mihi mũdus crucifi-
Romañ. 8 xus est, & ego mũdo. Studeamus ergo & nos dono sapiæ p̃fici, atq; immẽsam dulcedinem dei,
Gala. 6 interno sapere gustu, ab amore, intuitiõe, delectatiõe, & occupatiõe sensibiliũ nos abstrahẽdo,
& expurgãdo & ad summi, & incõmutabilis boni intuitionẽ, dilectionẽ, & cultũ nos iugiter ele
uãdo. Vt ita q̃tidie magis ac magis roboremur in deo, & eius saluberrima validius accendamur
dilectiõe, In tm̃ vt mundus cũ omi cõcupiscẽtia, decore, voluptate, honore, vanitateq; sua, nõ
solũ displiceat nobis, & mortuus nobis sit, sed etiã crucifixus sit nobis .i. oĩno amarus, & quasi
crux nobis existat, vt nõ solũ nõ afficiamur ad eũ, & ea quę ei⁹ sunt, sed totis quoq; p̃cordijs, illa
Psalm. 76 omia detestemur rẽnuentes cõsolari, nisi in deo, nec gloriãtes. nisi in cruce Chr̃i, & in his quæ
in Chr̃i passiõe considerãda, & cõtemplãda occurrũt, hoc est, in deitate æterna, & in sapia, pie-
tate, atq; iustitia eius, cui honor & gloria in æternum, Amen.

¶ In festo Purificationis gloriosissimæ semper virginis Mariæ. F

¶ Enarratio lectionis propheticæ loco Epistolæ: Ecce ego mittam angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam. Mala. 3.

COnueniẽter legit̃ lectio ista prophetica hodie loco epl'æ, qm̃ quod in ea legit̃ pro
phetatũ de Chr̃i p̃sentatiõe in tẽplũ, est hodie adimpletũ. Itaq; in Malachia scri-
Malac. 3 ptum est: ⌊ Hæc dicit dñs: Ecce ego mittã angelũ meũ, & p̃parabit viã ante faciẽ "
meã ⌋ Istud de Iohãne Baptista esse p̃dictũ Chr̃us testat̃ Hic ẽ (inquiẽs) de q̃ scri "
Matth. 11 ptum est: Ecce ego mitto angelũ meũ ante faciẽ tuã, q̃ pręparabit viã tuã ante te.
Vnde sc̃dm formã verborũ, qua Chr̃us scripturã istã allegat, verba ista dicuntur
ex dei patris p̃sona, vt sit sensus: Ecce ego mitto angelũ meũ .i. Iohãnem Baptistã, de quo Io-
Iohan. 1. hãnes ait Euãgelista: Fuit homo missus à deo. Dicit̃ aũt Iohãnes Baptista angelus ratione offi-
cij, q̃a Chr̃i p̃cursor, preco, & nuncius fuit, & q̃a angelicæ fuit vitæ, ante faciem tuã, o Christe .i.
ante manifestã prædicationẽ, & innotescentiã tuã. Qui præparabit viã tuã ante te .i. corda Iu-
dæorũ sua prædicatiõe disponit ad tui susceptionẽ. Nostra autem translatio redit in idem, sed
secundum eam ista dicuntur in Christi p̃sona, Ita vt sit sensus: Ecce ego mittã angelum meum,
puta Iohãnem, & præparabit viam ante faciem meã .i. sua sermocinatione, & baptismo aptabit
Iohã. 1. Iudæos, ad susceptionem doctrinæ meæ, atq; baptismatis mei, vt per eum credant in me. Hinc
de ipso fertur: Hic venit in testimoniũ, vt testimoniũ perhiberet de lumine, vt omnes crederẽt
p̃ illum. Deinde Christus de se quasi de alio loquẽs subiungit: ⌊ & statim ⌋ post Iohãnis natiui "
tatẽ ⌊ veniet ad templum suum dominator, quẽ vos quæritis ⌋ .i. Chr̃us rex regũ, & dominus "
vniuersorũ, cuius aduentum, oẽs deuoti, illuminatiq; homines, à principio mũdi desiderauerũt,
quẽad-

A queadmodũ Chrũs in euãgelio ait aplis: Multi reges & prophetæ voluerũt videre q̃ vos vi- Matt. 13.
« detis, & nõ viderũt, ⌊& angelus testamẽti quẽ vos vultis⌋.i. Chrũs magni cõsilij angelus, q Luc. 10.
noui testamẽti est institutor seu cõditor & euangelicæ legis dator. ¶Porrò, p tẽplũ intelligi Esaiæ. 9.
põt tẽplũ illud materiale ꝙ in Hierusalẽ fuit, in q̃ hodie Chrs à sua virginea genitrice, ẽ deo
patri p̃sentatus atq; oblatus, in q̃ etiã Chrs post annũ suũ tricesimũ sæpius p̃dicauit & mira- Lucæ. 2
cula fecit, & quũ duodecim fuisset annoꝝ, in medio doctoꝝ fuit à matre inuẽtus. Potest q̃q;
per tẽplũ intelligi, cõgregatio Iudæoꝝ, q crediderũt in Christũ. Quæ aũt sequũtur, qdã ex-
ponũt de secũdo Christi aduẽtu. Conueniẽtius tamẽ exponi videtur de primo eius aduẽtu,
« sicut ex ipso textus tenore & ordine elucescet. Nam subdit: ⌊Ecce venit⌋ Chrũs p incarna-
« tionis mysteriũ, & humanitatẽ assumptã, ⌊dicit dñs exercituũ,⌋.i. angelicoꝝ agminũ. ⌊Et
« quis poterit cogitare diẽ aduẽtus eius⌋.i. qs capere sufficiẽs ẽ, qualiter veniet, q̃ magnificẽ,
mirabiliter atq; humiliter, qualis q̃q; & quãtus sit ip̃e. Incarnatio etẽm saluatoris, & eius diui
« na maiestas, à nobis cõprehẽdi nõ queunt, ⌊& qs stabit ad vidẽdũ eũ⌋.i. excellẽtiã Chri, ne-
mo cõprehẽdere poterit aut intueri. Vel hoc dicit, qm̃ cõparatiue loquẽdo pauci Iudæorum
crediderũt in Chrm, nec eũ æquanimiter aspexerũt, qbus etiã grauis fuerat ad vidẽdũ, vt Sa- Sapiæ. 2.
« piens qdã asserit. Hinc subdit: ⌊Ipse em̃ quasi ignis cõflans⌋.i. acute & rigorose alloquens,
docẽs & increpãs pctõres, p̃sertim sacerdotes, scribas & pharisæos. Conformiter scriptũ est
« de Helia: Surrexit Helias propheta quasi ignis, & verba eius q̃si facula ardebãt, ⌊& quasi her Eccle. 48
« ba fullonũ⌋ queadmodũ em̃ fullones p herbã hm̃oi mundãt, splẽdidosq; efficiũt pannos, sic
B Chrũs sua p̃dicatiõe, exẽplariq; vita & g̃ra multoꝝ purgauit corda. Vnde ait aplis: Iam vos Iohan. 15.
mũdi estis propter sermonẽ quẽ loquutus sum vobis. Per suũ quoq; baptismũ, multos mũ-
« dauit. ⌊Et sedebit cõflans⌋.i. pctã cõsumẽs, & audiẽtiũ corda inflãmãs. Propter q̃d in euã-
« gelio dixit: Ignẽ veni mittere in terrã, & qd volo nisi vt accẽdatur? ⌊& emundans⌋ animas Luc. 12.
« credẽtiũ in se, ⌊quasi argẽtũ⌋ quod purgatur p ignẽ, ⌊& purgabit filios Leui⌋.i. sacerdo-
tes & tẽpli ministros, q̃ꝝ aliq, q̃uis pauci, p Chri prædicationẽ & signa fuerũt emẽdati ante
passionẽ ipsius, post passionẽ vero & missionẽ spũs sancti, multa turba sacerdotũ obediebat Actoꝝ. 6.
« fidei Christi, ⌊& cõflabit eos quasi auꝝ, & quasi argẽtũ⌋.i. sicut argẽtũ & auꝝ in fornace à
cõmixtione immũdi purgãtur, sic Chrũs p tribulationes, suos electos ab immunditia culpæ Iohan. 15
mundabit, qbus prædixit: Si me p̃sequuti sunt & vos p̃sequẽtur. Per multas em̃ tribulatiões Actoꝝ. 14.
oportet nos intrare in regnũ dei. Hinc scriptũ est: Tanq̃ aurum in fornace probauit electos Sapiæ. 3.
« dñs, & quasi holocausti hostiã accepit eos, ⌊& erũt dño offerẽtes sacrificia in iustitia⌋ Sacri
ficia ista intelligi possunt orationes deuotę, obseruãtia p̃ceptoꝝ, & cætera q̃ deo offerũt cõ-
uersi ad Christũ, præsertim sacramẽtũ altaris, quod propter pluralitatẽ sacramẽtaliũ specie-
rum pluraliter sacramẽta vocatur, quũ dicimus: Purificẽt nos quæsumus dñe sacramẽta quæ
« sumpsimus. Ista offerũtur deo in iustitia.i. cõuersatione iusta, in charitate & gratia, ⌊& pla-
« cebit dño sacrificium Iuda & Hierusalẽ⌋.i. oblatio sacramẽti Eucharistiæ à Iudæis in Chri- Matt. 26
stum credẽtibus facta, quæ primo in ciuitate Hierusalem à Christo noscitur instituta, atq; ab Acto. 2
« eius discipulis, ibi post spiritus sancti missionẽ cõtinuatã, ⌊sicut dies seculi, & sicut anni anti-
« qui⌋.i. sicut olim deo cõplacuerũt sacrificia patriarchaꝝ Melchisedech, Abrahę, sanctorũq;
sacerdotũ & viroꝝ iustoꝝ, in lege naturæ, vt Abel, & lege scripta vt Aaron. Imò, quãtũ veri
tas p̃cedit figurã & vmbrã, sacrificiũ istud euãgelicæ legis, cũctis sacrificijs illis p̃stantius, &
deo acceptabilius extat. Sacrificiũ em̃ Eucharistiæ in seipso sanctũ & deo acceptũ est. Sacri-
ficia vero legalia non erant deo placẽtia, nisi ex deuotione offerẽtium ea.

¶Sermo primus circa Epistolã: Q̃uo Salomonis tẽplũ Chrũs glorificauit, de proprietatibus ignis, & quare Christus ignis dicatur.

C MAgna erit gloria domus istius nouissimæ, magis q̃ primæ, dicit dñs. Aggæi. 2. Se
cũdũ doctrinã apli: Dñs nr̃ Iesus Chrs ẽ finis legis & prophetaꝝ, idcirco p̃cipua Roma. 10.
prophetaꝝ intẽtio fuit vaticinari de Chro, & eius mysterijs. Vnde queadmodũ
in lectiõe iã p̃expositã. Malachias propheta prophetauit de Chri aduẽtu, & ob- Malac. 3.
latione eius in tẽplo, ita in themate p̃assumpto Aggæus propheta de rebus prophetauit eis-
dem. Ad cuius rei intellectũ scire oportet, ꝙ Iudæi in veteri testamẽto ædificauerũt dño tem
pla duo, vnũ nãq; & primũ tẽplũ ædificauit rex Salomon, in cuius tẽpli ædificatione erãt se- 3. Regũ. 5.
ptuaginta milia q onera portabãt, & octoginta milia latomoꝝ, absq; præpositis q præerãt 6. 7. 8.
singulis opibus, numero triũ miliũ & trecẽtoꝝ, vt legiẗ tertio Regũ: Scdm & vltimũ tẽplum 3. Regũ. 5.
ædificauerũt Zorobabel, & alij eũ adiuuãtes Iudæi, tpe Aggæi & Zachariæ prophetarum. 1. Esdr. 5.
Prophetauit itaq; Aggæus, ꝙ gloria.i. honor & excellẽtia huius secũdi templi, deberet esse
maior, quàm fuit gloria tẽpli à Salomone ædificati, q̃d nullo modo põt verificari, nisi p hoc
ꝙ ipsemet Christus rex Messias, in lege & prophetis promissus, p suñpsius p̃sonalẽ præsen-
tiam honorauit tẽplum illud secũdum, quãdo videlicet in eo oblatus est, prout in euangelio
scribitur hodierno, & postmodũ singulis annis cum sua virginea matre, ac Ioseph ascendit

Lucę.2 Hierosolymam, intrauitq; templum in solennitate paschali, secundum legem, vt Lucas ait. Postea quoq; frequēter prædicauit in templo, & multa miracula fecit in eo. Nec solū glorificatum est templū illud, per hāc Christi pręsentiā psonalē. Sed per psentiā quoq; eius dignissimę genitricis & sanctorū Aplorū ac primitiuę ecclesię, vtpote verorū illorū Israelitarū, qui p pdicationē D
Actorū.2. Aplorū crediderūt in Christū, & quotidie vnanimiter pdurabāt in tēplo. ¶ Porro, q authoritas ista Aggæi prohetę aliter verificari nō possit, nisi modo ptacto facile est probare ex scripturis
3. Regū.8 veteris testamēti, vt em̄ in libris Regū, & in libris Paralypomenon patet, tēplū Salomonis pul-
2. Para.5 cherrimū, ac ptiosissimū fuit, & vtiq; quasi incōprehēsibiliter ptiosius ac pulchrius tēplo secūdo. Sed & cultus dei scdm pcepta legis Mosi, multo plus viguit in tēplo primo, q̄ in tēplo secūdo. Pręsertim tpe Salomonis, & Asa, & Iosaphat, Ezechiæq; regū. Excellētiores q̄q; & sanctiores viri, reges, pōtifices, & prophetę fuerūt in tēplo primo, nisi cōcedat Chrus, & eius genitrix, atq; discipuli fuisse in tēplo secūdo, quę oīa ex canonicis patēt scripturis veteris testamēti. Ex his ergo probamus Iudæorū pfidiā, & nr̄æ fidei veritatē, vtpote Chrm venisse, psertim quia pin-
Aggæi.2 ductis verbis thematis allegati, immediate pmittit Semei desideratus cūctis gētibus, & implebo domū istā gloria dicit dn̄s. Moxq; subiungitur ibi: Magna erit gloria domus istius nouissimæ. Vnde clarissimū est, verba illa esse intelligēda de excellentia gloriæ tēpli secūdi, pro tpe Christi, qui à cunctis doctoribus intelligit per desideratū cunctis gētibus, ergo tēplo illo durāte natus est Christus. Sed templū illud à Tito & Romanis constat esse destructum. ¶ Præterea,
Deuter.4
Hebrę.12 sicut in lectione prophetali exposita dicit, Christus est quasi ignis conflans, cui cōcordat quod ait Apostolus: Deus noster ignis consumēs est, per quod datur intelligi districtio diuini iudicij & rigor iustitiæ dei. Idcirco cum om̄i solicitudine, timore, ac reuerētia oportet nos deo serui- E
Ibidē. re. Vnde verbis his deus noster ignis consumens est, præmisit Apostolus: Seruiamus deo cum metu & reuerētia, subditq; causam, dicēdo: Etem̄ deus noster ignis consumēs est. Hinc & Mo-
Deute.4. ses inqt: Caue ne obliuiscaris pacti dn̄i dei tui, qm̄ dn̄s deus tuus ignis consumēs est, deus æmulator. ¶ Insuper, multæ sunt proprietates in igne, ptopter quas Christus conueniēter ignis vocatur, sicut vocatur leo, petra, & agnus. Prima est, quoniā ignis inter om̄ia elementa est simpli-
Ephes.4 cior, altior, formalior, atq; actiuior. Sic Christus inter om̄es sanctos est spūalior, sublimior, di-
Matt.28 uinior, ac potentior. Ascendit etem̄ super om̄es cœlos, & data est ei om̄is potestas in cœlo & in
Joh.3 terra, accepitq; grām spūs sancti non ad mensurā. Secunda proprietas ignis, est splendor ipsius per quē sapīa cōgrue designat, Christi aūt sapīa omniū sanctorū sapīa maior est quia vt deus est sapientiæ infinitæ, atq; secundum naturā assumptam, anima eius tanta sapientia est repleta,
Coloss.2. quod pura creatura maioris sapiæ capax non est. Hinc dicit Apostolus: Quòd in Christo sunt
Matth.11 omnes thesauri sapiæ & sciæ dei absconditi. Et ipsemet Christus fatetur: Nemo nouit patrem, nisi filius. Tertia, est calor per quem sicut prætactum est, vno modo exprimitur rigor diuinę iu-
Hebræ.10 stitiæ, puniens impios. Vnde ait Apostolus: Terribilis est quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio quæ consumptura est aduersarios. Secunda, per ignis calorem intelligit feruor spiritualis amoris, qui maximus fuit in Christo. Qui loqtur: Maiorē hac dilectione nemo habet vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Et denuo: Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos.
Joh.15 Sicq; Chrus vocatur ignis. Amplius ignis habet diuersas operationes, per quas Christi actiones
Ibidē. significantur. Nam ignis naturaliter semper ascendit, quando in inferiori est loco. Sic Christus
Threno.3 suos fideles p charitatem quam eis infundit, facit om̄i hora ascendere. i. ad deum se p cōtemplatione, ac dilectionē erigere, vt sursum habeāt corda sua. Quemadmodum Hieremias propheta hortatur: Leuemus corda nostra cum manibus ad deum. Vnde dicit Apostolus: Volo viros in F
1. Timo.2 om̄i loco orare, leuātes puras manus ad deum sine ira, & disceptatiōe. Facit quoq; Chrus suos fideles ascēdere p aspirationē ad felicitatē cœlestē, ac patriā beatorū, propter q̄d Paulus hortat:
Col.3 Quę sursum sunt, quęrite, vbi Chrus in dextera dei sedēs, quę sursum sunt, sapite, nō quę sup terram. Iterū: Ignis quędā dura, & cōgelata liquefacit, aliqua etiā dissoluta, ac mollia iūgit, atq; indurat. Sic Chrus p grām suā, corda lapidea, in vitijs obdurata emollit, & in cōpunctiōis, ac deuotionis fletum resoluit, iuxta illud: Auferam cor lapideum de carne vr̄a, & dabo vobis cor car
Ezech.36 neum, & spiritum nouum ponam in medio vestri. Conformiter corda per loquacitatē, risum, iocum, leuitatemq; morum dissoluta, & per concupiscentias, ac vitia carnis damnabiliter mollia, Christus per virtutum infusionem consolidat, per maturitatem, atq; constātiā bene constipat, & siccat, vt in deo sint fixa ac fortia, impleātq; illud Apostoli: Abundantius oportet nos ob
Heb.2. seruare ea quæ audiuimus, puta dei præcepta, ne forte perefluamus. Itaq; Quoniā Chrus ignis vocatur, merito in hoc festo ad eius honorē portāt fideles in manibus suis candelas accensas. Itaq; dn̄m Iesum deuotissime deprecemur, vt in pręsenti vita nos clemēter expurget, pctā nr̄a cōsumat, suo nos accēdat amore, sursumq; eleuet in diuinorū cōtēplatiōe, q̄tenus sicut candelas splēdētes, ac ardētes in manibus, baiulamus, sic intus in anima per sanpientiam salutarem, atque synceram dilectionem fulgeamus, ac æstuemus, & cum om̄i virtute stabiliamur meritis, & precibus virginis gloriosæ. Legit quòd Iohānes Damascen⁹ doctor egregi⁹ summus phūs, & præclarus

D clarus theologus ab infantia castissime vixit, & virgini gloriosę valde deuotus fuit, singulariter diligēs eā. Imperator quoq; Græcorū valde amauit præfatū Iohānē. Quidā aūt sciens scribere, & dictare omino cōformiter, sicut Iohānes ex inuidia scripsit epistolā cōtinētē, proditionē imperatoris atq; imperij, quā furtiue in palatio imperatoris procurauit iactari, qua visa & lecta imperator putauit Iohānē Damascenū literas illas scripsisse, fecitq; ei manū dexteram amputari, cū qua tātū cōmisisset flagitiū. Quo facto Iohannes virginē gloriosam p̄cibus quærulosis inuocās, pie rixabatur cū ea dicendo. Quare ò dn̄a permisisti me ita tractari, quur manū famuli tui cū qua tuas laudes scribere, tuiq; filij corpus, & sanguinē offerre cōsueui, p̄misisti, abscidi. Tūc virgo prælecta ei apparuit, dicēs: Quid agis fidelissime puer. Qui dixit: Vbi eras ò dn̄a quādo hoc patiebar. Ecce ad meū, imò & ad tuū dedecus publice suspēsa est man⁹ mihi abscisa. Et illa: Cōfortare (inqt) mi fili in dn̄o. Tūc virgo pijssima attulit manū & pristino loco eā restituit, quo facto Iohānes fratribus religiosis, quibus præerat manū ostēdit sanatā, & missam de dn̄a alta voce cantauit. Quibus auditis, imperator adueniēs manus, & pedes Iohānis deosculabatur, veniāq; rogauit.

¶ Enarratio Euāgelij: Postq̄ impleti sunt dies purgatiōis Mariæ. Luc. secūdo.

IN Euāgelio hodierno sanctus Lucas cōpēdiose describit historiā festi præsentis, videlicet qualiter virgo Maria, die hoc filiū suū dn̄m Iesum, in tēplo obtulit deo. Dicit itaq; Lucæ secūdo. ⌊Postq̄ impleti sunt dies purgatiōis Mariæ secūdū legem Mosi⌋ .i. quadraginta diebus à Chr̄i natiuitate cōpletis, in quorū vltima infantulus offerebat in tēplo, B intra q̄s dies mater infantis secūdū legē Mosaicā ab ingressu tēpli abstinuit, & quadragesimo die tēplū ingrediēs purificabat. Præcepit nāq; lex illa vt mulier quæ suscepto semine masculum peperisset, immūda eēt septē diebus, tam à cōsortio hominum, q̄ à tēpli ingressu, & die octaua circūcideretur infantulus. Ipsa quoq; tūc mūda efficeret, quo ad cōsortiū hominum. Leuiti. 12.

E ¶ Insuper post septē dies præfatos, maneret mulier adhuc triginta tribus diebus abstinens à tēpli ingressu, sicq; quadragesimo die infantē offerret in tēplo, offerēdoq; simul munera iuxta legis præceptū, pro se atq; pro puero. Si vero peperit filiā duplicabātur dies prædicti, tā quo ad tēpli ingressum, q̄ quo ad cōsortiū hoīm. Sed qm̄ beatissima virgo non semine suscepto cōcepit ac peperit, legi præfatæ nō erat astricta, purgatiōe quoq; nō eguit, q̄ nec in pc̄tō cōcepit nec vnq̄ peccauit. Ideo dies isti dicūtur dies purgatiōis Mariæ, nō secūdū existētiā rei, sed secūdū hominū æstimationē, queadmodū Ioseph pr̄ Chr̄i vocabat, ⌊tulerūt Iesum⌋ Maria, & Ioseph successiue, vel alter eorū solū, & tn̄ pluraliter dicūtur eū tulisse, qa cōsuetudo ē, vt societas fecisse dicat, q̄d vnus ipsius facit, ⌊in Hierusalē⌋ Nā vsq; ad diē illū mansit virgo in stabulo, in quo genuit Christū, ⌊vt sisterēt eū dn̄o⌋ .i. patri æterno eū p̄sentarēt & offerrent in tēplo Hierosolymitano. ⌊Sicut scriptum est in lege dn̄i⌋ .i. in Exodo & Numeris, ⌊quia om̄e masculinū adaperiēs vuluam⌋ .i. om̄e primogenitū q̄d erumpēdo ex vtero, aperit primo vuluā parētis, ⌊sanctū dn̄o vocabit⌋ .i. offeret ac cōsecrabit deo, quasi ad ip̄m specialiter pertinēs. Frequēter quippe deus p̄ Mosen dixit: Ex quo percussi om̄e primogenitū Aegypti, tā in hominibus q̄ iumētis, sanctificaui mihi om̄e q̄d primo aperit vuluā in Israel, tā in hominibus q̄ in pecoribus. Vnde sanctificatio illa nō fuit nisi deputatio primogenitorū ad aliquid diuinū, videlicet ad hoc q̄ eis rep̄sentabat ac recolebat occisio primogenitorū Aegypti C & p̄ cōsequēs oīpotētia atq; iustitia dei. Primogenita aūt diuersimode deo consecrabant. Si em̄ fuerūt de tribu Leui, & maculam nō habebāt deo iugiter ministrabāt in templo, qn̄ fuerūt cōueniētis ętatis scd̄m legē. Si vero de alijs tribub⁹ Israel erāt quinq; ciclis redimebātur. Si aūt fuerūt primogenita pecoris, & aīalia munda deo offerebantur nec redimebātur, & in vsum sacerdotū venerūt, q̄ si īmūda fuerūt, redimebātur, aut ī aliud cōmutabant, vt primogenitū asini, in primogenitū bouis. Vel occidebātur, vt primogenitū canis. Qm̄ itaq; Chr̄s de tribu extitit Iuda, quoq; ciclis redimebat, ⌊& vt darēt⌋ .i. etiā ideo tulerūt Iesum ad tēplū, vt offerēt pro ip̄o & mr̄e eius, ⌊hostiā scd̄m q̄ dictū est in lege dn̄i⌋ .i. in Leuitico, vtpote, ⌊par turturū, aut duos pullos colūbarū⌋ Et offerebat vnus turtur, deo ī holocaustū (vocatq; holocaustū sacrificiū q̄d ad diuinæ maiestatis honorē totū cōcremabat) alius pro pc̄tō, qui cessit in vsum sacerdotis orātis pro muliere, q̄ taliter purgabat. Hæc quoq; fuit oblatio pauperū nā agnū diuites offerebāt. Veruntn̄ Euāgelista nō exprimit determinate qd horū obtulerūt Maria & Ioseph, an. s. par turturū, an duos pullos colūbarū, qm̄ redit in idē, quicqd horū obtulisse dicātur, qa p̄ horū vtrūq; designat eorū inopia. Cōsequēter describit qualiter in p̄sentatione & oblatiōe p̄fata Chr̄s à testibus fide dignissimis testimoniū habuit. ⌊Et ecce hō erat in Hierusalē, cui nomē Symeon⌋ Qui inter sacerdotes tēpli famosus extitit, & grādeuus & dignus fuit hō vocari, qm̄ rōnabiliter .i. sapiēter, virtuoseq; vixit, sicut subiūgit: ⌊& hō iste iustus (fuit) & timoratus⌋ Fuit em̄ iustus, prout iustitia est virtus sp̄ualis, reddendo vnicuiq; quod est suū. Fuit etiā iustus iustitia q̄ est virtus cōmunis, vtpote om̄i virtute ornatus, præcipue charitatiu⁹, qa cōmunē oīm desiderauit salutē, nō priuata & propria cōmoda. Fuit & timora-

Matth. 1.
Luc. 2.
Exodi. 13.
Nume. 18.
Leuiti. 27.
Exodi. 13.
Numer. 8.
Exodi. 13
F
Leuitic. 12

moratus, timore casto, ac filiali, qui verebat, & fugit dei offensam, Et q̃uis cunctis polleret virtu D
tibus, his tñ duabus singulariter fulsit, ideo de eis noiatim laudat, ⌊expectãs cõsolationẽ Israel⌋
hoc est, Chr̃i aduẽtũ, & Israeliticę plebis liberationẽ ꝑ illũ, videlicet redẽptionẽ à seruitute pec
cat à iugo diaboli, à pœna inferni, ⌊& spũs sanctus erat in eo⌋ ꝑ grãm eminentẽ, ꝑ charitatẽ ar-
dẽtem, ꝑ illuminationẽ quoq; prophetalẽ, vt infra dicet: ⌊Et respõsum acceperat à spũ sancto
nõ visuꝝ⌋.i. nõ passuꝝ, ⌊se mortẽ nisi prius videret (oculis corpalibus atq; mẽtalibus) Chr̃m
Psal. 44. domini⌋.i. Iesum Chr̃m, q̃ scd̃m naturã suã humanã à deo pr̃e, imò tota supbeatissima trini-
tate vnitus est spũali vnctione, videlicet plenitudine gr̃æ ac virtutũ, iuxta illud: Vnxit te deus de
us tuus oleo lætitię &c. Vel, Chr̃m dñm, qm̃ ip̃e est oĩm dñs, vtpote verus deus, q̃ etiã scd̃m suã
humanitatẽ om̃i prælatus est creaturæ. ¶ Porro Symeon iste, sicut & cæteri pr̃iarchæ, ac pro-
phetæ Chr̃i aduẽtum vehemẽter desiderauit, instãter ac deuotissime orauit pro Christi aduẽtu
Idcirco responsum, & reuelationẽ accepit à spũ sancto, ꝙ antequã moreret Chr̃us nasceret, &
videret ab eo, ⌊& venit in spiritu (.i. ex spiritus sancti instinctu) in templũ⌋ Nam reuelãte spũ
sancto agnouit instare horã, qua Christum videret, sicut sibi promissum fuit, ⌊Et quũ induce-
rent pueꝝ Iesum parẽtes eius⌋ in templũ, vcȝ Maria vera ipsius mater, quę tũc pueꝝ tulit, & Io
seph pr̃ putatiuus, ⌊vt facerẽt scd̃m cõsuetudinẽ legis ꝑ eo⌋ offerẽdo.s. par turtuꝝ, aut duos
pullos colũbaꝝ, redimẽdoq; pueꝝ, q̃ nq; ciclis, vt dictũ ẽ: ⌊& ip̃e (Symeõ) accepit⌋ cũ maxima
deuotõe, exultatiõe, & reuerẽtia, ⌊eũ in vlnas suas⌋.i. inter brachia sua, q̃uis tam sancti pueri
se reputaret contactu indignũ, sed vehemẽs amor ꝑualuit, atq; ad vnionẽ, amplexũq; impulit
⌊& benedixit deum⌋.i. laudauit, grãs egit, & sequẽs cãticum cecinit pro impletione diuini pro
missi, ac cęteris beneficijs dei, & q̃a iam plus accepit, q̃ sibi fuit promissum. Siquidẽ promissum E
extitit ei, ꝙ Chr̃m videret, nũc aũt nõ solũ vidit, sed & brachijs strinxit, portauit, contrectauit,
atq; vt puto, etiã deosculatus est infantẽ dulcissimũ, ⌊& dixit: Nunc⌋ quum implesti, q̃d mihi
de Chr̃o promisisti ⌊dimittis⌋.i. statim dimittes, & supplico, vt dimittas me ⌊seruũ tuũ⌋ non
seruitute seruilis timoris, de quo ait saluator: Seruus nõ manet in domo in æternũ, sed seruũ ser
Iohan. 8. uitute filialis timoris, cuiusmodi seruo, dicit saluator: Euge serue bone & fidelis, intra in gaudiũ
dñi tui, ⌊domine (deus pr̃ seu trinitas deus) scd̃m verbũ tuũ in pace⌋.i. à præsentis vitæ & secu-
li inquietudine, tribulatiõe, miserijs, & peccatis auferri, quiescere & cessare ꝑ mortẽ, scd̃m ꝙ mi
hi dixisti: Q̃ mortẽ nõ experirer, nisi chr̃o viso, ꝑ quod insinuasti, ꝙ eo viso, mox obdormirẽ
in dño, atq; cũ pr̃ibus sanctis in sinu Abrahę repausarẽ, quousq; post Chr̃i passionẽ, cũ cæteris
sanctis de limbo pr̃m à Chr̃o educerer, ad gl̃iamq; trãsferrer. ⌊Quia viderũt oculi mei⌋ exte-
riores & interiores ⌊salutare tuum⌋.i. Chr̃m saluatorẽ, qui dicit salutare tuũ, q̃a ꝑ ip̃m decre-
Gene. 49 uisti saluare mundũ, de quo Iacob pr̃iarcha locutus est: Salutare tuũ expectabo dñe. Cui etiã sal
Esaię. 49 uatori loquit pater: Dedi te in lucẽ gẽtium, vt sis salus mea, vsq; ad extremũ terræ. ⌊Quod pa-
rasti⌋.i. ꝑ incarnationẽ, seu humanę naturæ assumptionẽ videri, & agnosci, aptũ fecisti, & mani
festare, ac exhibere decreuisti, ⌊ante faciẽ oĩm populoꝝ⌋.i. in cõspectu hoĩm vniuersoꝝ, seu
clare cũctis hoĩbus nõ solis Iudæis, sic tñ vt sit distributio, pro generibus singuloꝝ nõ pro sin-
Daniel. 7. gulis geneꝝ, iuxta quẽ sensum legit: Om̃es populi, tribus & linguæ seruiẽt ei. Itaq; deus pr̃ vni- F
genitũ suũ, sibi coæqualẽ, & incõprehẽsibilẽ, ꝑ hoc fecit hoĩbus manifestũ, visibilẽ, & cohabitã
tem, ꝙ eũ humanę vniuit naturę in vnitate ꝑsonæ, q̃d ita ꝑdictũ est, parauit dñs brachiũ scĩm su
Esa. 52 um in oculis oĩm gẽtiũ. Filius etẽm dei, brachiũ pr̃is vocat, q̃a ꝑ eũ pr̃ oĩa opatur, sicut spũs san
Lucę. 11 ctus dr̃ digitus dei, q̃a ꝑ eũ diuina reuelãtur, seu indicãtur secreta. Itaq; deus pr̃, parauit hoc salu
tare ante faciẽ oĩm populoꝝ, q̃bus ꝑ Apl̃os, & eoꝝ coadiutores ꝑ̃dicatus est Chr̃us, cũctis ho-
Psalm. 18. minibus, iuxta illud in Psalmo: In oẽm terrã exiuit sonus eoꝝ, & in fines orbis terræ verba eo-
Psalm. 97 rum. Vnde rursus ait Psalmista: Notũ fecit dñs salutare suũ, ante conspectũ gẽtium reuelauit iu
stitiã suã. ¶ Pręterea, q̃uis Chr̃s ita paratus, atq; exhibitus sit ante oĩm faciẽ populoꝝ, aliter tñ
quoad Iudæos, & aliter quãtum ad gẽtes. Hinc subditur: ⌊Lumẽ ad reuelationẽ gentium⌋.i.
Chr̃m sic præparasti, vt sit specialiter lumẽ gẽtium, seu lumẽ eos illuminãs qui veri dei carẽtes
notitia, idoloꝝ coluerunt portẽta. Sed Christus per discipuloꝝ suoꝝ prædicationẽ, atq; ꝑ illu-
minationẽ suã internã, reduxit illos ad veri dei cognitionẽ, amorẽ, & cultũ. Sed & deus trinitas
Esaię. 55. merito Christi, tantã grãm impẽdit gẽtilibus, quẽadmodũ cõtestat: Ecce testẽ populis dedi eũ
ducẽ, ac pceptorẽ gẽtibus. ¶ Insup ⌊&⌋ o dñe parasti salutare hoc ⌊gloriã plebis tuę Israel⌋.i.
ad hoc vt sit gl̃ia Israeliticę plebis quę fuit specialr̃ ppl̃us dei, q̃a vnũ veꝝ coluit deũ. Hoc etẽm
plebi illi quãtũ ad eos q̃ crediderũt, ex ea fuit ꝑ̃cipua ꝑ̃rogatiua, exaltatio, honor, & gl̃ia. Quòd
vnigenitus dei ex ea incarnari, eamq; ꝑsonaliter visitare, & in medio eius cõuersari elegit, pro-
Matt. 15. pter q̃d dixit: Nõ sum missus, nisi ad oues domus Israel q̃ perierũt. Fuit q̃; Chr̃us in gloriã plebis
suę Israel. Qm̃ sanctos veteris testamẽti eduxit de limbo, & beatificę visiõis ꝑfudit, impleuitq;
gaudio. Nihilominus tã Iudæis q̃ gẽtibus fuit Chr̃us lumẽ, & gloria, q̃a ꝑ eum illuminati sunt
omnes electi, & cunctis hominibus saltem gratis, magna est gloria, quod dei vnigenitus eorum
assumpsit naturam, sed per appropriationẽ dr̃ Chr̃us lumẽ gẽtium, & gloria Iudæoꝝ, propter
quod

A quod ait: Salus ex Iudæis est. ¶ Quæri potest, Quomodo Symeon templũ ingressus, cognouit Iohan. 4
puerũ Iesum, quẽ ante nõ vidit? Ad qđ facile rñdetur, ꝙ eodẽ spũ cognouit pſentẽ quo præcognouit futurũ. Et forsitan aliquod signũ sensibile fuit sibi diuinitus insinuatũ, quo cognosceret Iohã. 1.
puerũ. Sicut Iohãni Bapt. deus pdixit: Super quẽ videris spm̃ descendentẽ, & manentẽ super eũ, hic est q baptizat, &c. Fortassis nãq; vidit diuinũ in vultu pueri adorandi splendorẽ. Plura circa Euangeliũ istud possent induci, q̃ breuitati studens ꝑtermitto, & partim in sermonibus inducent. Qualiter etiam vnusquisq; fidelis canticũ istud in propria possit proferre persona, in sermone tangetur.

¶ Sermo. II. circa Euangeliũ, De perfectissima humilitate Christi & Mariæ, de amore paupertatis, & de turturum conditionibus imitãdis.

SVscepimus deus misericordiã tuã in medio tẽpli tui. Psal. 47. Quod Euãgelistæ ĩ Christo & p Christũ scribũt esse impletũ, hoc sancti prophetæ prænuntiauerunt ac cõscripserunt in ipso, & p ipsum esse implẽdũ. Vnde quod sanctus Euãgelista Lucas in Euãgelio hodierno recitat factũ, hoc sanctus rex Dauid in spũ cernens futurũ, grata, iucundaq; mente cecinit, dicẽs: Suscepimus deus misericordiã tuã in medio tẽpli tui. In qbus verbis p misericordiã dei intelligi potest vnigenitus filius patris æterni, q filius tã misericorditer egit nobiscũ, tanta pro nostra salute fecit & ꝑtulit, tanta bñficia cõtulit nobis, tantãq; beatitudinẽ nobis promisit, parauit, & dare paratus est, vt nõ solũ misericors & miserator, sed etiã misericordia dei nobis impẽsa, misericordia quoq; nostra misericorditer nimis agens nobiscũ vocãdus sit, cui rursus ait propheta: Adiutor meus tibi psallã, quia deus susceptor meus es, deus meus misericordia mea. Præterea in vniuersis q̃ Chrũs pro nobis assumpsit, egit, & passus est, profundissimã atq; oĩno ineffabilẽ humilitatẽ exercuit. Quod primo patet in incarnatiõe. Incõprehẽsibilis nãq; exinanitio ac summa dignatio fuit, ꝙ vnigenitus dei filius deo patri æqualis vniuersorũ creator, rex, iudex, atq; dñs, humanã assumpsit naturã, & factus est vnius puellæ filius, q æternaliter à summo patre est genitus. Secũdo patet istud in Christi circũcisione, in qua quasi pctõr dignatus est circũcidi, q venit pctã auferre mũdi. Tertio idẽ innotescit in purificatione, in qua redẽptus est quinq; ciclis quasi seruus, & cũ matre expiatus, tanq̃ pctõr. Itaq; in natiuitate sua se Chrũs exhibuit hominẽ verũ ac pauperẽ. In circũcisione vero quasi hominem peccatorẽ. In purificatione aũt vt peccatorẽ & seruũ. Merito igitur ex horũ cõsideratione exclamat Cyrillus: O profunditatẽ sapiẽtiæ & scientiæ dei. Offert hostias q per singulas hostias honorat cũ patre, figuras legis custodit veritas, Nã qui legis est cõditor, vt deus, legẽ custodit, vt homo. Quid ad ista dicemus, quo pacto Christianos nos appellamus, q Christo ita cõtrarij sumus? Ille peccator nõ fuit, sed vere iustissimus & sanctus sanctorũ. Nihilominus pctõr videri & reputari nõ spreuit, nos ecõtra deũ iugiter offendere nõ veremur, & tamẽ tales quales sumus reputari dedignamur. Deniq; Chrũs dñs q Mosaicæ legis ꝑceptis non fuit subiectus, hodierna die ex summa humilitate iuxta legis ꝑcepta voluit duci ad templũ, & ibi deo patri offerri, sacrificijsq; legalibus expiari, & modico pretio redimi. Nos aũt peccatores vilissimi q multis ex causis, diuinis tenemur obedire preceptis, videlicet qa à deo creati, & qa ab eo hucusq; in esse conseruati & educati. Itemq;, quia à Christo redempti, non curamus diuinis iussionibus obedire, nec in timore dei cõtinuo ambulamus, sed prorsus ingrati sumus & valde iniusti. Insuper virgo sanctissima, q̃ legis ꝑcepto de purificatione nõ fuit astricta, qa suscepto semine nõ cõcepit, nec peperit, neq; ex partu cõmunẽ alijs matribus sustinuit alicuius corporalis immunditiæ fluxũ, tñ legis ꝑcepto obtẽperauit, abstinẽdo ab hominũ cõsortio, ac tẽpli ingressu, deinde ꝓ sua expiatione sacrificiũ offerẽdo, & primo hoc fecit, ne alij scandalizarent in ea, si eã viderẽt à cõmuni obseruantia alienã. Secũdo, vt ꝑberet pfectæ humilitatis exemplũ. Tertio, vt obediendi daret formã ac documentũ. Quarto, vt eius exẽplo purificari conemur, & si grauẽ cõmisimus culpã, reputemus nos hominũ societate, ac tẽpli seu ecclesiæ ingressu indignos. Peccator nãq; indignus est pane q̃ vescit, terra quã calcat, aere quẽ respirat, & omni obsequio creaturæ. ¶ Amplius cõsiderare debemus, cur sacratissi. virgo Maria obtulit par turturũ, aut duos pullos colũbarũ, & qd p animalia ista spũaliter designet, qualr etiã ea nos spũaliter debeamus offerre. Et quidẽ vt dictũ est, turtures, pulliq; columbarũ, fuerũt pauperũ oblatiões, cur ergo illa obtulit virgo Maria, q̃ sufficientẽ hæreditatẽ à suis accepit parẽtibus, cuius itẽ filio ante dies ppaucos, tres Magi aurũ copiosum obtulisse credunt. Non enĩ putandũ est, ꝙ tales ac tanti viri modicũ auri obtulerant puero, quẽ summũ esse Iudæorũ regẽ, ac dei filiũ crediderũt, imò quilibet eorũ notabilẽ auri quantitatẽ obtulit ei. Ad hoc fideliter rñdetur, ꝙ perfectiss. virgo inspirãte ei spũ filij sui oĩa tenuisse necessitati, hoc est parcissimo victui, vestituiq; supflua, p se, vel p manus Ioseph aut aliorũ erogauit egenis, sicq; & aurũ sibi oblatũ, illis mox cõtulisse putat. Nec reor ꝙ peregrinationi suæ in Aegyptũ cũ Iesu & Ioseph aliquid notabile reseruauit, aut tãtã de crastino habuerit curã, qm̃ spem in deo perfectissimã habuit & nouerat se Christũ dei virtutẽ & sapiẽtiam, prouisorẽ omnipotentẽ secũ habere in filiũ. Ex ijs igiť innotescit liberalitas maxima virginis sa

Marginal notes: Psalm. 47 (beside "Svscepimus"); B (left, at "us misericordia mea"); Psalm. 58 (beside "Adiutor meus"); Lucæ. 2, Iohã. 1. (beside "circũcisione ... pctã auferre mũdi"); Cyrillus; C (left, at "virgo sanctissima"); Matth. 2 (beside "tres Magi"); 1. Cor. 1. (beside "habuerit curã").

ginis sacræ in pauperes, atq; spontanea paupertas, euãgelica quoq; pfectio eius. Idcirco ipsius D
exẽplo omnẽ auaritiã & solicitudinẽ abijciamus superfluã ac mũdanã. Insup sicut ait Cyrillus:
Inter aues loquẽtissima est turtur, colũba vero mãsuetũ est animal. Sicq; p vtrũq; Chrũs expri
Leuit.12 mitur, q perfectiss. mãsuetudinis fuit & suis sermonibus mũdũ cõuertit. Vnde ad eius passionẽ
pfigurãdã, colũba & turtur oblatę occidebant. Iteꝝ p colũbã simplicitas ac mãsuetudo, p turtu
rẽ castitas designat. Turtur eñ cõpare suo amisso, aliũ non reqrit. Idcirco deus pcepit sibi bina
offerri, qm̃ hoie ex corpore & aĩa existẽte, duplicẽ à nobis exigit castitatẽ ac mititatẽ, videlicet
aĩæ & corporis, q̃tenus aĩa intus sit mãsueta, nec foris in corpore iræ aut ĩpatiẽtiæ appareãt si-
gna. Hinc etiã Euãgelista nõ dixit, par colũbaꝝ, sed dixit, par turturꝝ. Turtur eñ omni tpe suo
castũ est animal, colũba vero in pfecta sua ætate valde est luxuriosa, ideo voluit sibi deus offerri
duos pullos colũbaꝝ, ad innuendũ q lasciuia ei displiceat. ¶Preterea multæ sunt ,pprietates co
lũbæ laudabiles, quas imitari debemus. Prima est, qa colũba est animal simplex, ita & nos om̃i
Job.36 simulatione & calliditate, omni duplicitate, fraude, ac falsitate debemus carere. Simulatores nã
Ecci.2 q; & callidi prouocant irã dei. Et Ecclesiasticus asserit: Væ duplici corde & labijs sceleſtis. Et
Ecci.1. rursus: Ne accesseris ad deũ duplici corde, & ne fueris hypocrita in cõspectu hominũ. Hinc ha
Sapiæ.1. betur in lib. sapiẽtiæ: In simplicitate cordis quærite dñm. Itẽ alibi: Vir duplex aĩo incõstans ẽ
Jaco.1. in oĩbus vijs suis. Vnde in Euangelio Chrũs: Estote, inquit, prudẽtes sicut serpentes, & simpli-
Matt.10 ces sicut colũbæ. ¶Secũda colũbæ proprietas est, carẽtia fellis. Ita & nos om̃i felle pcti, hoc est
Ecci.21 amaritudine cordis, ira & impatiẽtia atq; inuidia careamus, qm̃ in Eccõ scriptũ est: Nõ est sen
Prouer.18 sus, vbi abũdat amaritudo. Salomon q̃q; ait: Spiritũ ad irascendũ facilem, qs poterit sustinere?
Heb.12 Hinc hortat apl̃us: Pacẽ sequimini cũ oĩbus & sanctimoniam, sine qua nemo deũ videbit, cõ- E
templantes, ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, & p illam inquinẽtur mul
Deute.29 ti. Hoc est quod Moses ait: Nõ sit inter vos radix germinans fel & amaritudinẽ. Itaq; dulcẽ ha
beamus affectũ ad deũ ac proximos, & gaudeamus in dño semp. ¶Tertia proprietas est, q ro
Matth.5 stro nõ lædit, sic & nos nemini noceamus, nec proprias vindicemus iniurias, psertim cũ dicat
Leui.19 saluator: Si qs te pcusserit in vnã maxillã, pbe ei & alterã. Vnde Moses iubet: Nõ quæras vltio
nẽ, nec memor eris iniuriæ ciuium tuoꝝ. ¶Quarta est, q in cauernis petraꝝ nidificat, ita & nos
in Chr̃i vulneribus corda nostra figamus, passionẽ ipsius iugiter meditando. ¶Quinta, q alie-
nos nutrit pullos, ita & nos proximis benefaciamus, & dona dei indigentibus cõmunicemus,
De filijs q̃q; diaboli. i. iniquis, studeamus facere filios dei, verbo, oratione, exẽplo, pro taliũ con
uersione conantes, hoc est alienos pullos nutrire. ¶Sexta est, q iuxta fluenta manet, quatenus
visa accipitris vmbra, mox fugiat. Sic & nos iuxta aquas sapiẽtiæ salutaris. i. iuxta documenta
scripturaꝝ moremur, vt dæmonũ tentationes ac vitia euadamus. ¶Septima est, q meliora col
ligit grana. Ita & nos vtiliora virtutũ exẽpla, & meliores scripturæ sñias intra nos colligamus,
atq; sectemur. ¶Octaua est, q colũbæ pariter volant, Ita & nos cõcorditer cõuersemur atq; ad
patriã regni cœlestis vnanimiter gradiamur, deo pacifice seruiẽtes. ¶Nona est, q talis se pro-
Psalm̃.16 tegit. Ita & nos sub vmbra alaꝝ dei, hoc est sub protectiõe & spe pietatis diuinę, ab aduersarijs
nr̃æ salutis nos defensemus. ¶Decima est, q visum recuperat, Sic nos p illuminationẽ mentis
Psal.11. nr̃æ q̃ramus à deo, cũ ,ppheta dicẽtes: Illumina oculos meos, ne vnq̃ obdormiã in morte, ne qñ
Psal.17 dicat inimicus meus, pualui aduersus eũ. Et rursus: Deus meus illumina tñbras meas. Itaq; deũ
oremus vt corda nr̃a illustrare dignet, q̃tenus ,pprias culpas, ærũnas, defectuositates pẽsemus, F
pericula q̃q; qbus expositi sumus intueamur, inter bonũ & malũ, inter veꝝ & falsum salubriter
discernamus ¶Vndecima est, q cadauera vitat. Ita & nos vitioꝝ carnaliũ fœditates, & omniũ
Ecci.21 pctoꝝ turpitudines fugiamus. Sicut in Eccõ scriptũ est: Quasi à facie colubri fuge pctã. ¶Duo
decima est, q suo modo plãgit. Sic nos ,ppria ac proximoꝝ defleamus pctã, ex cõpassione etiã
passionis Chr̃i & desiderio felicitatis cœlestis regni ploremus. ¶Tertiadecima est, q cõparem
osculat. Sic & nos proximos nr̃os spũaliter diligamus, & si causa requirat, agamus q̃d ait apl̃us:
Ro.16 Salutate inuicẽ in osculo sancto, q̃d. s. ex spũali & sancto procedit amore. Veruntñ sub pallia-
1.Cor.16 tione osculi huius, nequaq̃ carnale, libidinosumq; osculũ admittat. De proprietatibus turtu-
2.Cor.13 ris sequẽti sermone dicet. Si igit ptactas colũbæ proprietates sequamur, tũc offerẽdo nosipsos
1.Thess.5 deo, hoc est, ei fideliter obediendo, offerimus ei spũaliter pullos columbæ, quod meritis & pre
cibus virginis gloriosæ nobis omnipotens deus præstare dignetur.

¶Sermo. III. Quare ,pcessio fiat corpalis, & ad qd instruat, atq; rursus de cõditionibꝰ turturꝫ.

Psal.136 CAntent in vijs dñi, qm̃ magna est gloria dñi. In psalmo. In hodierno Euãgelio mul-
tiplex nobis tribuit documẽtũ, prout in sermone phabito partim est declaratũ. Sed
anteq̃ inde plus introducat, primo dicendũ, cur hodie solennis fiat processio ipsis fi-
delibus, candelas accẽsas in manibus suis portãtibꝰ, cuius multiplex ratio assignatur.
¶Prima est, qm̃ sicut in cantico Symeonis in Euãgelio isto cõscripto habetur, Chrũs q hodie
Esa.9 in tẽplo deo pr̃i oblatus ẽ, lumẽ gentiũ appellat, de q̃ Esaias pdixit: Populus q ambulat in tene
Johã.1 bris vidit lucẽ magnã. De q̃ & asserit: Erat lux vera q̃ illuminat oẽm hoiem veniẽtẽ i hũc mũdũ
Vnde

D A Vnde ad hoc insinuandũ cãdelas accẽsas fulgẽtes deferimus. ¶ Secũda est, qm̃ hodie in oblatione Chri in tẽplo facta est ꝓcessio prorsus deuotissima atq; sanctiss. à virgine gloriosa, & Ioseph, Symeone & Anna. Idcirco ad cõmemorandũ ac repñsentandũ, imò & honorandũ illã processionẽ, facimus nos processionẽ cũ laudibus dei & cãticis spũalibus, cũ ardẽtibus q̃q;, fulgẽtibusq; cãdelis. ¶ Tertia causa est, vt ope demõstrem⁹ virginẽ sacrã purificatiõe nõ eguisse, sed luce grãe, splẽdore sapiæ, charitatis ardore fuisse repletã, imò Christũ cõcipiẽdo ac pariẽdo fuit nõ solũ nõ violata aut maculata, sed etiã ineffabilr̃ sanctior ac gratiosior facta. ¶ Quarta ẽ nr̃a instructio, vt. s. cõsideremus, ꝙ oporteat nos corã deo, proximisq; splẽdere, corã deo, ꝑ fidẽ, sapiam & vitã laudabilẽ: corã proximis, ꝑ famã bonã & exẽplaritatẽ, deo nãq; tenemur cõscientiã bonã, cõuersationẽq; virtuosam, proximis vero bonũ exẽplũ. Vnde q nõ curat habere bonã famã ad dei honorẽ & alioꝝ ædificationẽ crudelis est, qm̃ q̃tũ in ipso est, alios spũaliter necat eos scandalizãdo, ideo Chrũs ait: Sic luceat lux. i. virtuosa cõuersatio vestra coram hoĩbus, vt videant bona opera vestra & glorificent patrẽ vestrũ q in cœlis est. Quilibet igitur Christianus impendat deo obsequiũ & honorẽ, proximis auxiliũ & ædificationẽ. Deniq; per corporalẽ processionẽ, quæ fit diebus festiuis, designaẽ, ꝙ debeamus quotidie spũaliter procedere. i. in virtutibus crescere, & ꝑ hoc cœlesti regno appropinquare, quẽadmodũ de electis & bonis hoĩbus ait propheta: Ibũt de virtute in virtutẽ. In ꝓcessionibus q̃q; fit ad eundẽ locũ reditio, à q̃ incepit ꝓcessio, ꝑ q̃d significaẽ, ꝙ sicut à deo ꝑ creationẽ profluximus, ita ad ip̃m ꝑ fidẽ, charitatẽ & actus virtuosos reuerti debemus. Ipse eñ est nr̃æ creatiõis principiũ, ipse ẽ nr̃æ beatitudinis summũ obiectũ, atq; totius vitæ nr̃æ finis. Itẽ in ꝓcessionibus vadũt sacerdotes & Matth. 5 Psalm. 83

E B clerici cõmuniter cõbinati, ad designandũ, ꝙ ꝑ obseruantiã duoꝝ principaliũ ꝑceptoꝝ, oporteat nos proficisci ad regnũ cœloꝝ. Primũ est, vt deũ toto corde amemus, q̃d nemo agit, nisi q diuina implet ꝑcepta. Secundũ est, vt diligamus proximos nr̃os & omnẽ hoĩem viatorẽ, seu in isto mũdo viuentẽ, sicut nosipsos. Ideo q̃q; cõbinati incedũt, qm̃ Chrũs ante passionẽ suam misit discipulos suos cõbinatos ad ꝑdicandũ. Et item ad cõmendationẽ vitæ socialis & charitatiuæ, qm̃ hoĩes mutua indigent ope. Propter q̃d dicit Psalmista: Ecce q̃ bonũ & q̃ iucundũ habitare fratres in vnum. In processionibus etiã clerici cantant, sicut in themate tangitur. Cantant inquã in viis dñi, qm̃ magna est gloria dñi. Per cantũ equidem cœlestis patriæ designatur lætitia, ad quam finaliter ordinatur processio, imò & omnis actio bona. ¶ Præterea ex Euangelio hodierno docemur, ꝙ non nisi virtuosi ac iusti processionẽ deo placitam faciant, nã in processione illa celebrata in tẽplo Hierusalem, quando puer Iesus in eo oblatus est, prout Euangelium istud testatur, nõ fuerunt nisi virtuosi ac iusti, videlicet virgo Maria, Ioseph, Symeõ, Anna. ¶ Amplius ex Euangelio isto monemur, vt sancti illius Symeonis sequamur virtutes. Itaq; simus iusti in oĩbus, deo debitã seruitutẽ ac reuerentiã exhibẽdo, ꝑcepta ecclesiæ adimplendo, & vnicuiq; q̃d ei tenemur reddẽdo. Iustitia etem̃ virtus ẽ, vnicuiq; q̃d suũ ẽ tribuẽs. Oportet ergo omnẽ fraudẽ, omne mẽdaciũ, omne alioꝝ nocumẽtũ vitare. Hoc aũt deo in primis debem⁹ vt sicut omne q̃d habemus & sumus, ab ipso accepimus, sic [illegible]tũ hoc, ad cuius cultũ ac reuerentiã ordinemus. Deu. 6 Matth. 5 Luc. 10 Psal. 132 Psal. 136

C Insup simus timorati cũ Symeone, deũ nõ seruili, sed filiali formidãtes timore, vtpote diligẽtes ac custoditi, ne deũ creatorẽ & patrẽ pp̃iss. offendamus in aliq̃, ne bñficiis eius

F simus ingrati, ne cogitatiõibus & affectiõibus prauis demus cõsensum, sed corã altissimo semꝑ fructuose & virtuose nos habeamus. Timor etem̃ dei filialis facit hoĩem diligentẽ atq; solicitũ corã deo. Hinc Salomon loquiẽ: Qui timet deũ, nihil negligit. Et rursus: Timor dei fons vitæ, vt declinet à ruina mortis. i. vt hominem recedere faciat à lapsu pc̃ti. Hic timor oĩm est custos virtutũ. Propterea diciẽ: In timore dñi esto tota die. Et alibi q̃q;: Si nõ in timore dñi tenueris te instãter, cito subuerteẽ domus tua. i. mens tua in qua [illegible] grãm habitat deus. Idcirco S. Iob dixit: Semꝑ q̃si tumẽtes sup me fluctus timui deũ. Dauid q̃q; propheta: Timete, inquit, dñm omnes sancti eius, qm̃ nihil deest timentibus eũ. Ecce q̃ta est spũalis opulẽtia timentiũ deũ. Præterea Symeon iste ob hoc ꝑsertim sanctus atq; laudabilis fuit, qa cõmunẽ Israelitici populi desiderauit salutẽ, Christi aduentũ feruide cupiẽdo & expectãdo, & pro hoc fidelr̃ ac infatigabiliter exorãdo. Sic ergo & nos nõ propriã tantũ, sed & omniũ proximoꝝ desideremus salutem & pro ea fideliter laboremus orando, hortãdo, corripiẽdo, exẽplariterq; viuẽdo, hoc est desiderare reformationẽ & cõmune bonũ ecclesiæ pro viuis ac mortuis deo preces offerre, iustitiã esurire atq; sitire, q̃d maxime placet deo. ¶ Amplius iam tangẽdæ sunt proprietates turturis, vt & nos spũaliter deo par turturꝝ immolemus. Prima eius proprietas est, ꝙ altũ quærit & appetit locũ. Ita & nos regnũ cœleste totis debemus affectare ꝑcordiis, ac iugiter petere illud, cũ propheta dicentes: Quemadmodũ desiderat ceruus ad fontes aquaꝝ, ita desiderat anima mea ad te deus. Itemq;: Dñe dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Huius oppositũ agunt auari, qui toto desiderio quærunt terrena, & luxuriosi qui carnalia quærũt oblectamenta, atq; superbi, qui in hoc mundo cupiunt exaltari, honorari, laudari. ¶ Secũda proprietas turturis est, ꝙ pro cantu gemitum habet. Ita & nos vanam debemus vitare lætitiam, Eccl'es. 7. Pro. 14 Pro. 23 Ecci. 27 Iob. 31. Psalm. 33. Psalm. 41 Psalm. 25

atq; ad deum suspirare, tam præ desiderio beatitudinis q̃ propter præsentis vitæ miserias & pe
ricula, quibus circũdati sumus. ¶Tertia est, qm̃ casta est auis, ita & nos ab omni inquinamento D
carnis ac animæ nos purgemus, vt mundo corde, casto'q; corpore altissimo ministremus ac
placeamus. ¶Quarta est, q̄ solus moratur, ita & quilibet Christianus debet interdum ab alijs se
abstrahere & in loco quieto cor suũ corã deo effundere, seipsum discutere, pctã ꝓpria deplo-
rare, indulgentiam, gratiam & virtutes à domino postulare, vt cũ propheta dicere possit: Simi
Psalm. 101 lis factus sum pellicano solitudinis. ¶Quinta est, q̄ pullos suos fouet in nocte. Sic quilibet de
bet sibi cõmissos ac subditos in aduersis & tribulatiõibus pie fouere, cõsolari ac roborare i deo.
Psalm. 17 ¶Sexta, q̄ morticinũ fugit, ita & quilibet debet prauorũ vitare consortia, ne cũ peruersis per-
uertamur ac pereat. Si itaq; ista egerimus, tunc corpus & animã nostrã deo offerendo, par tur
turum ei offerimus. Postremo canticũ Symeonis potest quilibet vere deuotus in persona pro
pria dicere ad hunc sensum. Nunc scilicet tẽpore gratiæ huius dimittis me seruũ tuũ in pace. i.
mentis tranquillitate, secundũ verbum tuũ. i. prout in te sperantibus, te'q; inuocãtibus promisi
Psalm. 24 sti. Quia viderunt oculi mei interiores, de quibus dicit Psalmista: Oculi mei semper ad dñm, sa
lutare tuum, scilicet Christũ, per fidem ac illuminationẽ tuam internã. Aliorum verborum sensus
permanet idem, qui in expositione Euangelij tactus est. Cõueniẽter ordinauit ecclesia, vt can
ticum istud dicatur in cõpletorio, quoniã tunc cũ pace interna, præcipua deo vacare, ad lectũ
ire ac obdormire, & Christũ in pectore nostro quasi sepelire debemus, vt in pace in idipsum
dormiamus & requiescamus. Tunc ergo canticũ istud deuotissime proferamus & qualiter san
ctus Symeon puerum Iesum amplectebat, pie pensemus atq; hilariter recordemur, Ad laudẽ &
(gloriam, &c. E

AD RELIGIOSOS.

¶Sermo. IIII. Quomodo Christus patri sit offerendus, iuxta spiritualem intellectum singulorum'q; in templo erant.

STatim veniet ad templũ suum dominator, quẽ vos quæritis. Malach. 3. Hodie virgo di
gnissima & eius minister Ioseph puerũ Iesum obtulerũt in tẽplo materiali. Et ecce vir
go illa Christifera, virgo illa incõparabilis atq; puriss. instar aliarum mulierum purgatiõe in
digentibus se habebat. Nos ecõtra, ea qbus quotidie maculamur loquacitates, voracita
tes, dissolutiões, negligẽtias, pigritias, trãsgressiões, euagationes diligimus ita, vt illud prouerb.
Pro. 1. nobis valeat dici: Vsquequo stulti ea q̃ sibi nociua sunt cupiẽt, nec tñ immũdi volumus reputa
ri, & ea qbus purgari possemus, stolidius adhorremus, vtpote cõdigna pœnitẽtiæ opa, tenuita
tẽ victualiũ ac vestitus, ieiunia, disciplinas, vigilias, accusatiões, vituperia & cõtẽptus, correpti
ones fraternas, correctiões paternas, iustas ac pias. Quę est ista insania, diligere vulnera aĩarum &
detestari medelas earum? Et si mortui sumus nobisipsis ac seculo, vt nr̃a p̃tẽdit religio, exigit'q; p
fessio, qd adhuc volumus reputari aut apparere in mũdo? Cur q̃d ꝓpter deũ reliqmus, readi-
pisci appetim⁹? & nimis cito lassamur in via religionis assumptæ, Verã ergo ac ꝓfundã humili
tatẽ, virtutũ oĩm fundamẽtum amplectamur. In primis, simus viles, fragiles, defectuosi, cõtem
ptibiles in ꝓprijs oculis, & q̄ ipsemet de nobis sentimus ab alijs de nobis sentiri ac dici nõ recu
semus, q̃tũ in nobis ẽ, salua vz cura hñdi de bono noĩe ne qs scãdalizet in nobis. Insup sicut vir
go puerpera filiũ suũ p̃sentauit hodie deo pr̃i in tẽplo illo materiali, ita & nos in tẽplo spũali q̃d
est cor nostrũ, Christũ, om̃i hora offeram⁹ ac p̃sentem⁹ pr̃i æterno, sic'q; spũalr̃ celebrem⁹ om F
ni die frequẽter. Quid ẽ ergo taliter Christũ pr̃i offerre, sistere, p̃sentare, hoc est, ea q̃ vnigeni-
tus dei pro nr̃a assumpsit, egit ac tolerauit salute, deuote corã deo recolere & sup ijs patri gr̃as
referre. Ista'q; oĩa ei pro nr̃a recõciliatiõe, pro gr̃a & gloria ĩpetrãda, intuẽda ꝓponere & eum
humilr̃ dep̃cari, quatenus virtute & meritis horum nobis ignoscat, desideratã grãm largiat, & sa-
Heb 4 lutẽ cõferat sempiternã. Hinc Hebræos hortat aplus: Adeamus cũ fiducia ad thronũ gr̃æ eius,
vt misericordiam cõsequamur & grãm inueniamus in auxilio opportuno. Item'q; p ipsum of-
feramus hostiam laudis deo semp. ¶Amplius sicut in tẽplo exteriori, imago crucifixi pẽdet in
desinẽter & cunctis intuẽda proponitur, ita cordi nostro incessanter Chr̃i propter nos cruci-
fixi imago imp̃ssa sit, ipse'q; Chrũs p fidẽ & charitatẽ animas nostras inhabitet, ita vt suæ deita
tis cõtemplationi simus frequẽter amorose intenti, suæ quoq; hũanitatis & mysteriorum eius, po
tissimũ passionis meditatiõi simus assidue, cordialiter'q; infixi. Iterum sicut in tẽplo corporeo est
Abacuc. 2. corporale altare, ita & in tẽplo animæ nostræ sit spũale altare, q̃d est fides seu charitas. Oia nãq;
Ro. 1. in fide fieri & p eam ac in ea deo offerri oportet, dicẽte aplo: Iustus ex fide viuit. Et: Omne q̃d
Heb. 10 non est ex fide, peccatũ est. Similiter sine charitate nihil est deo acceptũ. Et sicut in altari holo-
Ro. 14 caustorum fuit ignis perpetuus holocausta ad diuinæ maiestatis honorem omnino consumens,
1. Cor. 13. ita in anima nostra sit diuini amoris feruidus ardor, actualis'q; calor, quo omnes actus nostri
inflammentur ac informẽtur, ita vt omnia ad summæ maiestatis honorẽ promptissime & ar-
denter agamus, nec in eis aliquid nobisipsis, sed deo omne bonũ intimo atq; gratissimo ascri-
bamus affectu. Iterum sicut ignis ille altaris holocaustorum non solum animalium oblatorum
carnes, sed pilos quoq; & intestina, immunditias'q; cõsumpsit, sic tantus in nobis sit ardor diui

ni amo-

A ni amoris, vt non solum actus nostros reddat meritorios & spũaliter calidos, sed & immunda quæq; adiuncta, hoc est venialia eis permixta prorsus cõsumat & deleat. Siquidẽ quasi pannus menstruatæ sunt vniuersæ iustitiæ nostræ, sed sordes illæ admixtæ charitatis cõsumuntur feruore. Itaq; tã deuote, pure, intente, ferueter oremus, psallamus, persoluamusq; horas, vt in singulis verbis, versibus siue clausulis inflãmetur cor nostrũ & transferatur in deũ, spũalisq; flamma ex interiori cordis ore quo verbũ profertur mentale, erumpat, ascẽdat & pertingat in cœlum. Sic nãq; psallebãt duo iuuenes frẽs illi sancti ac electissimi, de qbus in Vita spatrũ beatiss. refert abbas Macharius. Præterea Maria interptat̃ amarꝵ mare seu illuminatrix, Ioseph vero augmẽtũ siue additio. Quẽadmodũ ergo gloriosiss. virgo Maria & Ioseph portauerunt Iesum in tẽplũ, ita in nobis sit amara cõpunctio, cordialis cõtritio, inundatio lachrymarꝵ, augmẽtũ q̃q; siue additio operꝵ virtuosorꝵ seu cõtinuatio, accumulatioq; eorꝵ p q̃ Chrũs inferat̃ cordib⁹ nr̃is, vt ea p grãꝵ cœlestiũ incremẽta, p visitatiões occultas, inflãmatiões deificas, vnctiões dulcissimas, introire, immorari & in eis patri offerri semp dignet̃. Debet em̃ in nobis eẽ amara compunctio, propter gaudia beatitudinis, q̃ peccãdo amisimus, propter calamitates q̃s ob pc̃tã incidimus, propter laqueos hostiũ qbus sumus circũdati, propter difficultates adipiscẽdi felicitatẽ amissam, qbus sumus repleti, similiter propter pc̃tã nostra q̃tidiana atq; p̃terita, debet nobis inesse cordialis ac pœnitẽtialis cõtritio, nec ea paruipendam⁹ q̃si parua, sed magnipẽdamus q̃si multa & grauia, Nẽpe qualiter aliquod pc̃m̃ nostrũ poterimus paruũ putare, q de omni verbo otioso rõnem reddere exigemur. Et si venialia parua dicant̃ comparatiue, vtpote respectu mortaliũ, absolute tñ magna à nobis reputent̃. Diligẽtissime caueant̃, districte puniant̃, cordia- Esa. 64 / Matt. 12

B literq; defleant̃ quotidie ea, potissimũ ad quorꝵ deuitationẽ non adhibuimus diligẽtiã magnã. Porrò si venialia aliqua parua esse dicẽda sunt, maxime erunt ea ad q̃ præcauenda adhibet̃ diligentia grandis, & nihilominus ex fragilitate aut instabilitate hũana eueniunt, vt si quis satagat intente orare aut psallere, & tamẽ euagationẽ incurrat, vel dũ occupat̃ circa vnũ veniale vitandũ, repẽte & improuise incidit aliud. Qui vero remisse & absq; animi p̃paratiõe orat aut psallit, sicq; distractus efficitur aut orãdo siue psallẽdo hinc inde proijcit visum, aut aliud quippiã facit seu tractat cũ manibus, aut distractionibus siue resistentia immorat̃, aut risibus seu cachinnis dissoluit̃, seu loquacitatẽ cõtinuat, vel sine timore dei se habẽs excedit in cibo & potu, aut sine sufficienti ac rõnabili causa celebrare omittit, vel signo surgẽdi audito nõ protinus surgit, talia venialia nõ sunt parua aut leuia reputãda, idcirco in eis vnusq̃q; fortiter se emẽdet, & cum dei intuitu ac timore & solicitudine agat cũcta q̃ agit. ¶ Postremo, p̃fatas cõpunctiõis cõtritionisq; causas rite pẽsando lachrymis abũdemus, nõ risibus, oratiõibus simus semp intẽti, loquacitatẽ vitãtes, nõ in leuitatibus tẽpus pœnitẽtiæ expẽdamus, ab inuisibilibus aduersarijs, qbus vndiq; ac semp circũdamur, custodiamus nos, iugiter dei subsidiũ inuocãdo, bonis actibus feruide inhærẽdo, dñicæ passiõis assidua recordatiõe nos cõsignãdo, oĩpotẽtis p̃sentiã cõtinue attendẽtes atq; pro viribus honorãtes, proximis q̃q; demus in oĩbus bona exẽpla, ne nr̃a culpa sit eis diuinæ inhonoratiõis ac propriæ læsionis occasio, imò ex verbis & factis ac morib⁹ nr̃is prouocent̃ ad meliora, sicq; mutuo in omni charitate & cõcordia gradiamur & cõcrescamus, atq; in tãtis solẽnijs deuotissimi simus, sancta iucũditate pfusi in dñ o cũ ingẽti alacritate expẽdẽtes diẽ tam celebrẽ cũ iusto Symeone & felicissima Anna puerꝵ Iesum spũaliter amplexantes, lau-

C dãtes & deo patri regratiãtes, sup vniuersis bñficijs quæ p vnigenitũ suũ cõtulit nobis, cũ quo & spũ sancto viuit & regnat æternalr̃ vnus deus oĩpotens adorandus.

¶ Sermo. V. De vtilitate silentij, & feruore deuotionis.

SYmeon homo iustus & timoratus accepit eũ in vlnas suas. Luc. 2. Hodie processionaliter bini ad suscipiendũ cãdelas accẽsas de manibus sacerdotis accedimus in cõmemorationẽ processionis factæ hoc die in tẽplo Hierusalẽ à quatuor electissimis, sanctissimisq; psonis Maria & Ioseph, Symeone & Anna. Si ergo & nos cupimus cũ Symeone puerꝵ Iesum brachijs charitatis amplecti & cũ Anna digne dño cõfiteri, studeamus eorꝵ sectari virtutes. Et q̃uis vterq; ipsorꝵ fuerit omni virtute ornatus, Symeon tñ de duabus virtutibus specialr̃ cõmẽdat̃ & Anna de tribus, Symeon quippe de timore vtiq; filiali & iustitia collaudatur, Anna de cõtinẽtia viduali, de abstinẽtia & latria, cuius actus est oratio. Seq̃mur igit̃ Symeonis iustitiã, sanctæ religionis vota, sicut requirit iustitia, adimplẽtes obseruãtias etiã regulares & ordinis nostri statuta, p̃sidentiũq; p̃cepta q̃ sunt positiua iura nostra fidelr̃ exequẽtes, prout exigit obediẽtia, diligẽtiaq; monastica. O q̃ felix est sacri silẽtij obseruãtia indefessa. Silentium certe est saluberrimũ oris operculũ, q̃d qui sine necessitate dissoluit, varias incidit immũditias proprij cordis, alios q̃q; scandalizat & sæpe ad silẽtij ptrahit fractionẽ, sed & seculares q sciunt religiosos ad silẽtiũ obligatos nõ mediocriter scãdalizant̃, si eos pp̃ẽderint sine licẽtia loq, siue ad inuicẽ, siue cũ ipsis, idcirco mirandũ & valde dolendũ, q quidã religiosi sunt adeo intimorati, inuerecũdi, remissi & incircũspecti, q̃d laicis & extraneis occurrẽtibus, sine licẽtia mox loquunt̃, etiã cũ extranei viderint eos nõ petijsse licẽtiã. Silr̃ admirandũ atq; deflẽdũ est q multi

iam tantā negligentiā inciderūt, ad tantā inertiā sunt prolapsi, tā desides, hebetes'q; effecti sunt D
q; passim in mutuis suis occursibus inuicē sibi arridēt, fabulanť, leuitates exercēt aut signis suis superuacue coutunť, imò & abutunť, non linguā dūtaxat, sed alios quoq; artus reatibus inuoluētes loquēdi, cū & signa illa nec instituta sint nec pmissa, nisi ad insinuandū necessaria siue vtilia, hi ergo p facta sua ostendūt q̄ incustoditi sint circa cor suū, q̄ intimorati & dissoluti, q̄ ignaui ad spūalem profectum, quæ cum ita se habeant, quid aliud sequi videtur, nisi q; quotidie magis deficiant & retrogradiantur q̄ proficiāt ac patriæ appropinquēt. Cum'q; religiosus ex sua professione ad profectum teneatur quotidianum, videant & perpēdant hi, ne forte sint extra statum salutis, & in statu damnationis, vtpote suæ nō satisfacientes professioni. Cur ò fratres negligimus, cur perdimus nosmetipsos? cum eñ media ad proficiendū habeamus aptissima, nec temporalium solicitudine prægrauemur, neq; necessarioꝝ corpori prouisione ac procuratione impediamur? Quid est, q; diuini iudicij districtionem non veremur, neq; vocationē nostram attendimus, sed q̄tidie imus & perimus, imò retroimus in carnalitatibus, puerstatibus, duritijs & negligētijs nostris, ita q; q̄to diutius in ordine sumus, tanto pene intimoratiores, negligentiores'q; inuenimur, ad irā, impatientiā, cæteras'q; passiōes ac vitia iugiter proniores, sed
2.Timo.2 resipiscamus ab ijs laqueis mortis, & si nō cū prōptitudine, alacritate & feruore, saltē cū metu,
Phil.2 tremore & timore suā vnusquisq; opereť salutē, discutiat, dijudicet & castiget quisq; seipsum q̄tidie q̄tū profecerit, quousq; puenerit, q̄tū omiserit, qualis sit & in cōfessione circūstantionata plenaria purget seipsum, ea'q; de q̄bus cōfiteť, vitet q̄tidie cū diligētia ampliore, pietatē oīpotētis omni hora affectuosissime imploremus, vt feruidā inceptionē, dignū processum, exitū'q; felicē nobis p̄stare digneť. Si adhuc ad passiones & vitia inuenimus nos pronos, vehementissime E
doleamus, & q̄to defectuosiores nos existere experimur, tāto instātius diuinæ liberalitatis immensitatē, pro gr̄a opportuna, pro emēdatiōe omnifaria, pro virtutū firmitate, mētis stabilita
Esa.32 te, cordis mūditia, linguæ custodia dep̄cemur. Deniq; si iuxta Esaiæ oraculū: Cultus iustitiæ est silētiū, & si in silētio ac spe fortitudo nr̄a cōsistit, dubiū esse nō p̄t quin ī loquacitate & fractiōe silētij violeť iustitia, iniustitia exerceať & animaꝝ nostraꝝ cōsistat debilitas. Vtinā ò frēs tace
Job.13 retis, vt putaremini esse sapiētes, si reuertamini & quiescatis, salui eritis. Nōne silentij grauitas & moderatio linguæ tanta sunt sapiæ signa, tā p̄clara & certa sunt discretiōis indicia, vt etiā stul
Pro.17 tus si tacuerit, reputabiť sapiēs, propter q̄d rursus Salomon est loquutus: Vidisti aliquem velo-
Pro.29 cem ad loquendū, stultitia magis speranda est q̄ illius correctio. Item'q;: Totū sp̄m suū profert
Ibidē. stultus, sapiens differt & reseruat in posteꝝ. Deniq; si culpa non caret vnius otiosi verbi prolatio, quale vitium est per horam aut horas continuare loquacitatem, vana, friuola, atq; prohibita loqui siue audire, risu ac moribus resolui mundanis, ex q̄bus nonnulli tantam sæpenumero incurrunt inertiam, infrigidationē à bono, inflammationē in malo, vt doleant q; tempus fabulandi & se effundendi non durat diutius, & signo officij diuini audito, vix à suis garrulositatibus ac dissolutionibus queant auelli. Sic'q; distractissimo corde introeūt cellam aut choꝝ & horas suas taliter qualiter soluunt, Sed & taliter psallunt vt in eorū inueniantur catalogo, de q̄bus con
Esa.29 quæritur cordium inspector iudex altissimus: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorū longe est à me. Ecce qualiter vnum malū oriatur ex alio, qualiter vnum vitium trahat ad aliud, imò q̄ multa, grauia'q; peccata ex linguæ incustodia & ex fractione nascanť silentij, ita vt verissime dicat scriptura: Qui incōsideratus est ad loquendū, sentiet mala. Et: Qui custodit os suum
Pro.13 & linguam suā, custodit ab angustijs animā suam. Ac denuo: Sicut vrbs patiens & absq; muro F
Pro.21. rū ambitu, ita & vir qui nō potest in loquendo cohibere sp̄m suum. Qui aūt moderať labia sua prudentissimus est. Præterea si diuino prohibeť p̄cepto, diebus festiuis, p̄sertim solēnibus, sicut est dies hæc, ea facere, q̄ in seipsis non sunt culpabilia, vt est purgare pergamenū, lapides ferre, hortū fodere aut purgare, & si talia operari reputať violatio festi, q̄uō nō magis illicitū, violatiuum'q; festi putamus, festiuis, solennibus'q; diebus, tēpus tā sacrū fabulādo, cachinnādo, irreligiose nos habēdo, cōsumere? ¶ Quòd si q̄s dicat, tūc licitum esse loq & recreari. Rn̄deť, q; nun q̄ liceat vana aut otiosa verba proferre, aut in ijs q̄ cōtrariant bonis moribus recreari. Idcirco tunc de bonis rebus loqui permittunť, & in rebus recreari honestis, nec in ludicris licet mentem effundere aut animi soluere grauitatē, imò in talibus cor ad deū crebro leuare, orando interne ac meditando deuote debemus. Et tēpus colloquij dū longū est exeundo interdū & orādo interrumpere moderate ne animus vulnereť. Sic ergo vniuersa ad q̄ tenemur, diligēter ac fideliter adimplēdo, sequamur sancti Symeonis iustitiā, sectemur quoq; castū ac filialē ipsius timorē vt dei offensam & omnē elongationē ac separationē ab eo, summe & incōparabil'r abhorrentes, simus semp formidolosi, ne omissione vel cōmissione, cogitatu, affectu, verbo aut opere, apparatu aut moribus sanctitatis diuinæ offendamus aspectū, aut oīpotentis maiestatē inhonoremus. Et ne à supoptimo ac suppijssimo patre cœlesti elōgemur aut separemur. Sic sapiēs
Ecci.18 in oībus metuit. Hic timor dei est fons vitæ vt declinet à ruina mortis, beatus cui datū est sic de
Pro.14 u m timere, q̄d & in tm̄ suaue est timorato, vt in Eccō scriptū sit: Nihil dulcius, q̄ timere deum.
Ecci.23 Postre-

D A ¶Postremo, & sanctæ Annæ virtutes sectemur, deo in omi mentis & corporis castimonia ser uiêtes, ieiunijs & orōnibus die ac nocte vacâtes, nec animo recedêtes à têplo, sed studeat vnusquisq; primus & vltimus esse in illo, nec infra diuinû officiû sine necessitate quis exeat. Verum cum metu, cum reuerêtia, cum feruore, ac diligêtia deo intêtus sit, & alijs se exhibeat exemplarem, in cantu & psalmodia concordem, in morum venustate conspicuum, non visu gyrouagum, non tardum, pigrum, aut somnolentum, nec impetuosum, sed alacrem, agilem, ac modestum, intus & foris synceriter custoditum. Sicq; agentes suscipiamus & amplectamur vlnis deuotissimę ac feruentissimę charitatis, Iesum infantulum cum omi gratiarum actione celebriter recolentes, quàm indicibiliter propter nos humiliauit seipm, ita q ipe qui cû patre & spiritu sancto, tanq̃ verus deus per singulas hostias in lege honorabatur ac adorabatur, propter nos hostia factus est. Et patri in têplo instar aliorꝝ præsentatus ac immolatus. Mancipemus igitur nos cultui eius totaliter, & corpora nostra exhibeamus creatori hostiâ sanctâ, viuentem, ratiōi subiectam & totam hanc diem deuotissime expendamus.

¶Sermo sextus: Quòd varijs modis hic possit deus videri, & de câtico Symeonis, quomodo id debeat intelligi.

Viderunt oculi mei salutare tuum, Lucæ secundo: Deum nemo vidit vnquàm in suę deitatis essentia, visione per speciem in hac vita, viuens vita sensitiua humana, ideo vnigenitus patris qui in deitatis substâtia incomphensibilis & inuisibilis consistit, vt pater, nostram assumpsit naturam, vt in ea se nobis visibilem contrectabilem ac magis amabilem exhiberet. Eum vero ita incarnatum sancti patres olim ardentissime conspicere cupiebât, quod & hodie huic sancto seni Symeoni & beatissimæ vetulæ Annæ concessum est. Iohã 1. 1. Iohã 4. 1. Timo. 6

E B Nos quoq; quàmuis Christum in carne non vidimus, nec incarnatum corporali visu conspeximus, nihilominus varijs modis eum in vita præsenti videre valemus. Primo quidem p fidem de quo visu ait Apostolus ad Hebræos secûdo capitulo: Videmus Iesum propter passionê mortis gloria & honore coronatum. Secûdo, per species sacramêtales in altari. Tertio, in scripturis. Quarto, per diuersos suos naturales ac supernaturales effectus, & hi modi bonis ac malis hominibus sunt communes. Quinto, per sapiæ donum, atq; per donum intellectus. Sunt etem̃ septem dona spiritus sancti inter quæ sapiêtia & intellectus sortiuntur primatum. Sunt autem septê hęc dona habitus supernaturales infusi, per quos efficitur homo bene mobilis ac prompte dirigibilis à spiritu sancto, ad bene sentiêdum, iudicâdum, ac intelligêdum de deo & effectibus eius, atq; ad exequêdum idonee ea quæ dei sunt. Inter hęc donum sapiæ primû, ac dignius perhibetur. Per hâc equidê sapientiâ cognoscimus deum per gustû internum & bene sentimus ac iudicamus de eo per mentalem saporê, vtpote quòd ipe solus sit summû infinitum, & incommutabile bonû. Finis atq; principium nostrum, in quo dûtaxat tota salus nostra côsistit, sicq; sentiêdo de deo, voluntatis affectus, ratiōis iudicio conformatur, per cônaturalitatis cuiusdâ consonâtiam, & adæquationem & ipa mens circa bonum sic cognitum recte afficitur, ei soli finaliter inhærêdum iudicâs & inhærês. Ideo sapiêtia ista nô inest malis hoībus. Quoniâ & si per naturalem rationem, & scripturas cognoscant deum esse summû bonum, & oīm vltimû finem, nô tamê affectum habêt suæ cognitioni côcordem, consonum & conformem, imò ad creata trâsitoria & caduca magis quàm ad deum afficiuntur, & finaliter illis inhærent. ¶Præ-

F C terea, donum intellectus, seu ipe intellectus secûdum quod donum vocatur, est habitus supernaturalis infusus, per quem ea quę fidei sunt, aliqualiter intelligimus ac penetramus rōnis credêdorꝝ seu fidei argumêta, p formatâ notitiâ ītuêdo. Itaq; p hęc duo dona, videamus seu côtêplemur Christum secûdum eius diuinitatê præcipue, deinde secundum humanitatem ipsius. Hæc etenim dona sunt præclara ac splendidissima, mêtis lumina, quibus figitur in superna in deum trinum ac vnum. In Christum deum & hominem, creatorem & saluatorem, qui salutare dei vocatur, quia per eum tanquàm per mediatorê deus pater voluit, & decreuit saluare genus humanum. ¶Porro, quo animâ nostram ab occupatione, delectatiōe, affectione, & consideratiōe circa carnalia & terrena magis abstrahimus, & diuinis ac æternis eam validius applicamus, eo in sapiêtiæ dono plus crescimus, & ad summæ veritatis gustum, côtemplationê, & affectionem aptiores ac velociores efficimur. Rursus, quoniâ in maliuolâ animâ nô ingreditur sapiêtia ista, neq; in corpore peccato subiecto morabitur, tâto copiosius in sapiêtia ista excrescimus, quâto diligêtius puritati mêtis, corporisq; studemus. Et quâto vigilâtius nebulas fantasiarꝝ, caligines passionû, tenebras negligêtiæ & errorꝝ, ab interioribus nostris abigimus, tâto plus sapiêtia ista perficimur & ornamur. Pręsertim cû sapiêtia ista sit lumen quoddam clarissimû, ac balsamum preciosissimû. Iterâ cum dilectio nos vniat deo, cui quâto propinquiores efficimur, tâto ab ipo exuberâtius illuminamur. Hinc quâto plus in charitate quis proficit, tâto pfectior in sapiêtiæ dono fit. Et quâto in sapiâ ista magis proficimus tâto p ipam desup copiosius illustramur, & plura, ac secretiora, & altiora nobis diuinitus reuelantur. Sicq; p vnctionem spiritus docemur, & considerationes clarissimas, contemplationes quoque altissimas frequenter assequimur. Sapi. 1.

Hinc viri perfecti & sancti per sapientię huius donum, stant quasi in contactu sapientiæ increatæ ac solis iustitiæ, radiosq; sapiētiales & feruores mētales vberrimè sortiunt ab illo, intantum, q̄ fiunt quasi secretarij, ac cōsiliarij dei, atq; amici altissimi. Isti quasi ad libitū desup illustrant, & accendunt, ac deuotissimi fiunt. Nā & facillimè se deo coniungūt, imò absq; suo conatu frequētissime ac gratiosissime pręueniunt & inopinatis ferunt excessibus in īcreatū obiectū vt sustinere nō valeāt, & defluant à seipsis, ac absorbeant, & demergant in diuinitatis abyssum. Ecce ad quàm supnaturalē nobilitatē, ad quàm sublimē perfectionē, ad quàm deificā vitā perducit homo vitijs diligētissime resistēdo, & virtutibus infatigabiliter operā dādo. In charitate & sapia ista crescēdo. ¶ Porro, qñ in istis sic proficit atq; pficit, tunc eatenus diuinitus edocet, q̄ rōnes & argumēta fidei, nexum, & ordinē credēdorū limpide intuet, ita vt prorsus nil sibi rōnabilius videat, quàm ea quæ Chrianæ sunt fidei. Præsertim cum oñia eā corroborātia & concernentia simul pensant & comportant, q̄uis quædā eorū per se sola sumpta incredibilia, aut irrationabilia valeāt apparere. His igit modis pfundat cor nostrū luce sapiæ ac lumine intellectus, charitatis quoq; feruore quatenus sicut in manu portamus candelā ardentē ac resplendentē sic intus geramus mentē sapiæ claritate & dilectiōis ardore micantē, ac æstuantē vt corrñdeat signū signato. ¶ Præterea, rōnabiliter prorsus die hoc in missa candelam portamus accensam, ad designandū, q̄ virgo beatissima portauit obtulitq; in tēplo per manus suas Christū filiū dei, qui est

Johā.1 lux vera illuminās oēm hoïem venientē in hunc mundū. Christus nāq; scdm q̄ deus est substātialr lux suppurissima & immēsa, cui nomē, ac ratio, actus, & proprietas lucis verissime ac perfectissime competūt, cum ipe sit per essentiā veritas, & sapiētia infinita, fons lucis, à quo lux oñis creata, spūalis ac sensibilis diriuatur, cuius est oñia manifestare & declarare obscura, abscondi E

Johā.8 Luc.2 ta etiā & ignota efficere clara, propter quod dixit: Ego sum lux mundi. ¶ Postremo, cāticum Symeonis quotidie in completorio deuotissime proferamus, dicētes: Nunc dimittis seruum tuum dñe scdm verbū tuum in pace, hoc est, o deus pater in hac hora quæso ab oñi pturbatione me erue & tuere, atq; in pace pectoris me conserua, nec in aliqua praua inquietudine me modo relinquas, sed conforta, & fige in te sicut tuus seruus bonæ volūtatis hominibus promisisti, quatenus in pace in idipm dormiā & quiescā, & in corde meo sepultum habeā Christum. Sicq; paulopost mediocri somno refocillatus, ad tuum obsequiū ardens ac alacer surgā. Quia viderunt oculi mei interiores, secundū modos prætactos salutare tuum, videlicet Christum omnium saluatorem. Quod parasti ante faciem omniū populorū, id est, cūctis hominibus manifestare de-

Psalm.97 creuisti, cunctisq; cognoscibilem exhibuisti, quēadmodum scriptum est: Notum fecit dñs salutare suum, in cōspectu gētium reuelauit iustitiā suā. Lumen ad reuelationem gētium, hoc est, salutare tuum hoc parasti & exhibuisti in lumē seu illuminatorē gētium vniuersarū vt oñes ei de-

Daniel.7. Esaie.55. Esaie.49 seruiāt, sicut in Daniele prædictū est: Oñes populi tribus & linguæ seruiēt ei. Vnde per Esaiā, deus pater prædixit: Ecce testem populis dedi eum ducem, ac præceptorē gētibus. Itemq; loquens pater ad filium. Dedi te (inquit) in lucem gētibus, vt sis salus mea vsq; ad extremū terræ. Dedisti quoq; salutare tuum, in gloriā plebis tuæ Israel. i. Israeliticæ plebis gloriā eum esse disposuisti. Hoc nāq; est honor pcipuus & gloria singularis oñibus electis Israelitis, quod ex eorū plebe ac semine, pater æternus vnigenitū suū voluit incarnari ac nasci, q̄ item populo huic Chri-

Matt 15. stum tam specialiter promisit venturū, ac misit iam incarnatū, in tantū, q̄ filius dixit: Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Iste est mysticus huius cātici sensus, q̄tū ad primā eius particulā, prout vnusqsq; in propria psona illud psallere pt, de literali aūt sensu ipsius super Lucam plenius dictum est. Ad laudem & gloriam creatoris. F

¶ In festo sanctæ Agathæ.

¶ Sermo primus: De vita & martyrio sanctæ Agathæ cum eruditionibus alijs pijs.

FOrtitudo & decor indumentum eius, Prouerbiorum vltimo: Gloriosissima virgo, inuictissima martyr, deuotissima Agatha multis excellentijs, laudibus, atque virtutibus decoratur, quarum duæ in themate præassumpto tanguntur. Prima eius excellentia est abundantia in donis naturæ, & bonis fortunæ. Fuit enim pulcherrima corpore, nobilis genere, ingeniosa, & egregię indolis, ac plena diuitijs. Sicq; ex naturali dispositione fuit aptissima mundo. Et quanto huic seculo aptior fuisset, tanto plus meruit apud deum omnia carnalia & mundana prorsus despiciendo propter deum. Secunda excellentia eius est, purissima atq; fortissima castitas eius, & stabilitas cordis sui in deo. Cum enim impijssimus iudex nomine Quintianus sanctissimam Agatham non potuisset ad idolorū cultum inducere, tradidit eam Affrodisiæ meretrici & nouem filiabus eius meretricibus vt B. Agathā ad carnalia vitia traherēt, eāq; à fide Chri, nunc prospera promittēdo, nūc aduersa minādo, auerterēt. Quibus Agatha sancta respondit: Mens mea in Christo fundata est, verba vestra venti sunt, quæ mentem meam deijcere non valebunt. Cumq; p triginta dies fœminæ illæ immundæ eam à suo proposito non possent reuocare, Affrodisia dixit ad

Quintia-

A Quintianū: Facilius saxum & ferrum mollescerent, quàm ista puella Christum relinqueret. Ecce quanta perfectio fuit intra tot dies à luxuriosissimis ac procacissimis fœminis ad nullā prouocari libidinē, cū tñ in illo prostibulo tot obscęnitates exercerent qu otidie, & innumerabilibus modis amatores ac amatrices immūditiæ niterent eam p verba, p nutus & signa, p opa libidinosa ad cōcupiscētiā incitare. O quàm indesinēter sol sapiæ, deus omīpotēs, fulsit in corde sacratissimæ Agathæ, quàm valide inflāmauit eius affectū diuino amore, q̄ suauissimas consolationes spūales infudit animæ eius. Tertia excellētia felicissimæ Agathæ fuit præclara sapia eius, quæ splenduit in eius responsis, quibus impium Quintianū vehementissime confutauit, & magis q̄ dici potest, afflixit. Cum em̄ Quintianus iussisset sanctā Agathā idolis sacrificare, ipa respondit. Sit talis vxor tua, qualis fuit Venus dea tua, quæ scilicet fuit adultera, & tu talis sis, qualis extitit Iupiter deus tuus, qui scilicet fuit incęstuosus, adulter, zodomita, & desiderio patricida. Tunc Quintianus iratus, iussit eam alapis cædi, dicens: In iniuriā iudicis noli garrire. Cui Agatha: Miror (inquit) te infatuatum vt illos dicas deos & deas, quorum vitā, nec teipm, nec cōiugem tuā vis sequi. Si enim dῆ & deæ sunt, bonum tibi optaui, si autem execraris eorum consortia mihi concordas. Rursus Quintiano dicente ad Agathā: Si ingenua es, quomodo ancillā Christi te dicis? Respondit: Summa ingenuitas est seruitus Christi. Item dum Quintianus fecisset eius māmillam abscidi, beatissima Agatha dixit: Impie, crudelis, & dire tyrāne, non erubuisti amputare in fœmina quod tuipe suxisti in matre? ¶Præterea, dum post restitutionē abscisæ māmillæ Quintianus præcepisset sanctæ Agathæ vt idola adoraret, dixit ad eum: Verba tua stulta & vana sunt aerem maculātia. Miser sine sensu & intellectu, quomodo vis vt lapi-

B des adorem & deum cœli, qui me sanauit, dimittā. Ecce quàm constās & imperterrita fuit virgo ista dignissima in omni quā pro Christo pertulit pęna. Vere in ea impletum est, quod Christus in Euāgelio promisit martyribus, dicens: Cum steteritis ante reges & præsides, nolite pręmeditari, qd aut quomodo respondeatis, dabit enim vobis in illa hora qd loquamini. Et item: Ego dabo vobis os & sapientiā, cui non poterunt resistere omes aduersarῆ vestri. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loqtur in vobis. Quarta excellentia sacratissimæ Agathæ est inuictissima fortitudo, patientia, atq; alacritas sua in supplicῆs horribilibus, quæ patiebatur. Cum enim Quintianus iussisset eā in carcerem trahi, iuit ad carcerem lætissima quasi ad epulas inuitata. Cum vero esset in eculeo suspensa, & torqueret in eo, dixit: Ego in pœnis istis delector, sicut qui thesauros inuenit. Post hęc dum māmilla eius diutissime torqueretur & tandem absciderettur patientissime tulit hoc. ¶Postremo, dum iussu Quintiani super testas fractas, & carbones ignitos nudo corpore volutaret, grās egit deo & libentissime hoc ferebat. O q̄ mirabiliter operabatur spūs sanctus in anima virginis huius in tam inhumanis supplicῆs eā corroborādo, illuminādo, & cōsolādo. Certe inter cætera oīpotētis dei miracula nō mediocriter computādum est, quòd virgini huic iuuenculæ tenerrimę, generosæ, atq; pulcherrimæ, & alῆs multis ei similibus fragilem sexum & mollem animū naturaliter habentibus dedit, tā constantissimū cor in crudelissimis horribilissimisq; tormentis. Quinta excellentia sanctæ Agathę est magnitudo miraculoꝝ, quæ deus circa eā exercuit. Cum em̄ esset post abscisionem suæ māmillæ incarcerata, venit ad eā gloriosissimus princeps Apostoloꝝ Petrus, eā consolās & māmillam restituens atq; plenissime curās. Cum vero sup testas fractas, & carbones ignitos nuda vo-

C lutaret, repente magnus terræmotus ciuitatem in qua patiebatur, in tātum concussit, quod pars eius corruens duos consiliarios Quintiani oppressit, & omi plebe clamāte, quod propter iniustum Agathæ cruciatum talia paterent, iussit eā tyrānus ad carcerem reduci, in quo facta orōne cum ingenti voce spiritum tradens, migrauit ad deum. ¶Porro, dum Christiani eā reuerenter sepelirent, quidā iuuenis sericis indutus cum centum & amplius viris pulcherrimis albis indutis, aduenit atq; in omnium oculis ad caput beatissimæ Agathæ marmoreā tabulā ponens, statim disparuit, qui omnes angeli sancti fuerunt. Eratq; scriptum in tabula illa. Mentem sanctam spontaneā, honorem deo & patriæ liberationem. Quorum verboꝝ sensus est iste: Mentem sanctā habuit, spontaneā se obtulit, dedit deo honorem, & patriæ promeruit liberationē. Dum autē Quintianus eius inuestigaret diuitias vnus equus eum momordit, alius equus sic calce eum percussit quod in flumen corruens, fuit submersus, nec corpus eius vnq̄ poterat inueniri. Ecce quàm præclare honorauit deus altissimus hāc suā sponsam, amicā, filiam, & martyrem. Eius ergo studeamus imitari virtutes vt simus in omi euentu constātes, in tribulationibus patientes & hilares, deoq; grās referentes, castitatem quoq; mentis & corporis diligentes, nec p̄mittamus nos ad peccādum induci, sed deum præ oculis habentes omni persuasioni iniquæ, tā hominum quàm dæmonum, fortiter resistamus, omnem etiā secularem & carnalem abῆciamus timorem, cum Propheta dicentes: Dominus illuminatio mea & salus mea quem timebo? Dominus protector vitæ meæ à quo trepidabo. Vnde & Esaias propheta ait: Quis tu vt timeas ab homine mortali & à filio hoīs qui quasi fœnum arescit. Dn̄m exercituum sanctificate, i. sancte viuendo honorate. Ipse pauor vester, & ipe timor vester.

Matt.10
Luce.21
Ibidē.

Psalm. 26
Esa.51.

Adre-

¶AD RELIGIOSOS.

¶Sermo.2. De zelo pfectionis & obseruãtia religiosæ vitæ extra religionis statum. D

Benedictus dñs qui hodie nomen tuum ita magnificauit vt nõ deficiat laus tua de ore hominũ in æternũ. Iudith decimoquinto. Verba hæc de forti virtuosa ac venerabili illa Iudith cõscripta multo excellentius de fortissima atq; virtuosissima, Agatha dici queunt. Ipsam eqdem hoc die in sua passiõe omnipotẽs deus ita magnificauit, vt vsq; in finẽ mũdi in militãti honoref, inuocef, atq; laudef ecclesia, tanq̃ vna sanctarũ mulierũ virginumq; pcipua. Nũc quoq; laudaf, & in æternũ laudabif valde, pcipuẽ in ecclesia triumphanti.
Col.3 Itaq; magnificauit eã deus altissimus, dando ei plenariã ipsius mortificationẽ, & omniũ mundanorũ aspernationẽ pfectã. Impleuerat virgo ista sanctissima q̃d monebat Apostolus: Mor-
Gala.5 tificate (inquiẽs) membra vestra quæ sunt sup terrã. Itemq;: Spiritu ambulate & desideria carnis non pficietis, imo in seculo degẽs cõpleuit quod Christus edocuit: Qui vult venire post me
Luc.9 abneget semetipsum, & tollat crucem suã quotidie, & sequatur. O quàm infinita est misericordia dei, & quàm potẽs est gratia eius in suis electis, sed & q̃ occulta sunt eius iudicia, ita vt nemo rationabiliter valeat desperare, nec quisquã præsumere siue inaniter gloriari. Ecce sacratissima Agatha in seculo remanẽs, nec cœnobiũ ingressa, claustralem sequuta est pfectionẽ, & saluato-
Gala.5 ris impleuit consilia. Abnegauit nãq;, superauit, fregit, atq; viuifice mortificauit seipsam in mundo, carnẽ cũ vitijs & concupiscẽtijs crucifigẽs, castissime viuens, & voluntatẽ suã, pceptis dei & ecclesiæ fidelissime subdẽs. Alioq vero in cœnobio professi, claustralis pfectionis manẽt expertes, q voluntatẽ suã contra obediẽtiæ votũ resumũt & propriæ affectioni magis q̃ superioris sui obtẽperãt iussioni. Et si forte aperte non audeãt rebellare, nõ tñ quiescũt, quousq; eorũ volũtati psidẽs acquiesat, & suã ipsius subijciat voluntatẽ ad quod varijs vijs practicisq; laborãt valde E inordinate, imo interdũ tã inordinate vt vultũ auertãt, loquelã subtrahãt, cõsuetũ occursum pcidãt, à spũali pře cui promiserũt solẽniter obedire, quousq; eorũ affectioni cõsentiat. Isti votũ obediẽtiæ tã vere adimplẽt, q̃ vere Chři intuitu ac amore propriã deserũt, superiorisq; subijciunt voluntatẽ, quo cõstat, q nec voto, nec suæ satisfaciãt professioni, & tñ proprijs excæcati affectibus, putãt se miseri esse obediẽtes, seipos dãnabiliter seducẽtes. Frãgat ergo, vincat, sppeditet religiosus propriã voluntatẽ, propriumq; iudiciũ, & omnẽ passionũ impetũ, immoderãtiamq; refrenet violentiã, sibijpsi inferẽs salutarẽ, nec instar brutorũ, ira, impatiẽtia, sensualitatisve motibus alijs agitef. Sed iformabil, dirigibil, & corrigibil iugiter exter. Nemo nrm sit cũ reprobis filijs Israel, cum satanæ synagoga, attritæ frontis, duræ ceruicis, indomabilis corde, ne quod p Esaiã prophetã loquif spũs sanctus ei, cõueniat. Scio qa durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, frons tua ęnea. Nuli⁹ cũ à psidẽte extorserit q̃d affectat, pualuisse se arbitref, imo tũc à propria voluntate, à concupiscentia mala, à priuato amore sciat se victũ & lugeat, ac corrigat semetipm, neq; de cætero amplius tale qd machinef. ¶Præterea, contẽplemur quàm pfecta aspernatio omniũ mundanorum fuerat in Agatha virgine inclyta, martyra gloriosa. Certe cũ esset non solum ingenua, sed & spectabilis genere, opulẽta in rebus, præpotens in cognatis, corpore speciosa, mente ingeniosa, eloquens valde, atq; ad omnẽ mundi prosperitatem excellenter disposita, nihilominus tanquàm vilissimum qd spreuit hæc omnia, ne per ea à contemplationis synceritate, à sanctæ dilectionis feruore, à cordis munditia, à superna beatitudine retraheretur. Diuitiæ, deliciæ, & honores seculi huius erãt ei molesta. Et quantum quis ambitiosissimus, libidinosissimus, auarissimus ad illa afficitur, tantũ ipa oĩa illa detestabatur. Fuitq; ipsa crucifixa mundo & mundus sibi. Vere spiritualissima & diuinissima fuit hæc admirabilis virgo, & tota in Christianitatis, in puritatis, deuotionis ac bonitatis affectum conuersa. Quid ergo est, q nos negligentes ac miseri, superficiales & fragiles, qui manna fastidimus cœleste post religionis ingressum, post solennis professionis emissionem præ iuramento obligatoriam adhuc mẽte reuertimur Aegyptum, carnales & vanas consolatiunculas amplexamur, & ea quæ sunt mũdi affectamus, nec ipas cupiditates ex nostris cordibus funditus extirpamus, imo ad parua ac vilia quæq; exteriora tam immoderanter pueriliterq; afficimur, vt magis velimus animo conturbari, lædi, indignari, contendere, irasci, detrahere, charitate priuari, aut minorari quàm talibus carere aut spoliari. Vbi est quòd consulit sapientia increata verbum patris æterni, vnigenitus F
Luc.6 dei. Si quis tollit quæ tua sunt ne repetas. Et: Qui aufert tunicam tuam dimitte ei & pallium,
Matth. quòd item ait vas electionis: Iam oĩno delictum est in vobis, quòd iudicia habetis inter vos,
1.Cor.9 quare non magis iniuriam accipitis, quare non magis fraudem patimini?
¶Præterea, secularibus dicitur: Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Quàm damnabile igi-
Psalm.61 tur & probrosum ẽ istud in religioso, cordis affectũ, ita immoderate apponere rebus pmodicis quarum vsus dũtaxat ei conceditur, ad placitum psidentis, vt cũ ipe voluerit ille semper paratus sit resignare, Secundo deus omnipotẽs mirabiliter decorauit, ac magnificauit sacratissimã Agatham virginea puritate, & castitate, valde præcipua quòd luce clarius innotescit, ex hoc, Quia cum à iudice vitioso assignata, & vincta esset turpissimis fœminis, atque ab eis quoti-

A quotidie plurimis modis alliceret ad venerea, nunq̃ est mota, nunq̃ carnaliter stimulata, nunq̃ sensualiter affectata imo flebat quotidie, orabat assidue, ad martyrij palmam iugiter aspirabat. Quid ad hoc possumus dicere, nisi deũ in sancta sua tã præ electa laudare, & nosipos in infinitũ humiliare, displicere, deplorare, quippe q tã facili occasione stimulũ patimur carnis, q sola ima ginatiõe mouemur, & sæpe vltra q̃ exprimi decet, alteramur, inquinamur, illudimur, q ad cõti nentiã voto astringimur. Veruntñ absit vt qs ita incautus, ita imprudẽs, tã intimoratus, tã carnalis, mollis, & inuirilis cõsistat, vt tactu, aspectu, osculo vel amplexu, ad brutales se ꝓuocet motus, ꝙ si qs ex aliquo ꝑdictoꝝ se senserit stimulari, mox incitamentũ illud abijciat, alioquin timeat de mortali. Interdũ quoq; pigritiã somnolẽtiamq́; tpe diuini admittẽdo officij talem qs patit brutalitatẽ, ꝙ certũ est dupliciter esse culpabile. Studeamus ergo o frẽs exemplo sacratissimæ Agathæ spũalibus desiderijs inflãmari, dñicæ passionis recordatiõibus adimpleri, in virtutum trãsformari affectũ, & totis ꝑcordijs transferri ac stabiliri in deũ. Iugiter quoq; bonis actibus occupari, orõnibus, & meditatiouibus sanctis deuotissimè immorari, feruẽter aspirare ad deum, cõpunctionumq́; lachrymis abundare, imo quo plura occurrũt vanitatis ac voluptatis obiecta, ibi fortius mentẽ erigamus ad dñm, & omẽ fugiamus pctm̃, imo & peccãdi occasionẽ ac sensuũ irrefrenationẽ. Tertio, creator sublimis magnificauit spõsam suã charissimã Agathã admirabi mẽtis cõstãtia, insuperabili patiẽtia, victoriosissima fortitudine, in vniuerso suo martyrio. Longe fuit ab ea timor suppliciorũ, formido mortis, tristitia ꝑmens, turbulentia deordinans, defectio in tormẽtis, imo in immanissimis illis tormẽtis, cũ diutissime torqueret in vbere, cum in eculeo esset distẽta, cũ sup testas fractas & carbones volutaret ignitos, mansit trãquilla,
B inuicta, imo & spũaliter læta. Ego (ĩquiẽs) in his lętor supplicijs, sicut q bonũ nũciũ audit ad carcerem quoq; quasi ad epulas iuit. In qbus omibus copiose multipliciterq́; instruimur, vt imperfectũ nostrũ attendãt, ac defleãt oculi nr̃i, ꝙ heu tã impatiẽtes tã incõstãtes & debiles sumus, ꝙ tam cito seculari cruciamur tristitia, ꝙ nec modica pati valemus aduersa, ideo cõfundatur qsq; in seipo, confusiõe salubri, ad pœniam efficacem, vt idonee se emẽdet. Si mortui sumus mũdo & nobismetipsis, cur instar secularium hominum ad irã, impatientiã, tristitiã, passionesq́; alias commouemur. Si Chr̃us viuit & regnat in nobis, cur cum ipo pati, affligi, despici abhorremus. Nunquid maior est seruus dño suo, discipulusve magistro, aut membrũ mysticum capite summo præstantius? Iohã.13 ¶Postremo, si cum gloriosissima Agatha cupimus coronari, non vereamur cum ea saltẽ aliqua pati, nisi forte putemus coronari posse legitime, nõ certãtem. De alijs demũ 2.Timo.2 quibus deus sanctã Agathã magnificauit, in sequẽti dicetur sermone.

¶Sermo tertius: De mortificatione vitiorum, de patientia, de gratitudine, neque cognitione donorum dei.

LAudate dominum deum nostrum, qui in me adimpleuit misericordiam suam, Iudith decimotertio: Multæ sunt miseriæ hominum, quæ tamen ad duo genera reducuntur, quoniam quędã sunt miseriæ pœnæ, quædã miseriæ culpæ. Circa miserias pœnæ versantur corporalia misericordiæ opera, illas subleuãdo aut auferendo. ¶Porro, circa miserias culpæ versantur spiritualia opera misericordiæ, illas tollendo aut minuendo vt sunt peccãti ignoscere, forefacientẽ corripere, errãtem reducere. Cumq́; vtraq; misericordiæ opera in nobis exerceat deus, illa præcipuè ad eius misericordiam pertinent, per quæ culparum no
C strarum miserijs auxiliatur, à peccatis nos liberando aut præseruando, & gratiam infundendo, profectum & conseruationem in virtutibus tribuendo & breuiter quicquid mali deest, quicquid boni adest totum opus est misericordiæ dei, quemadmodum in Trenis loquitur Hieremias: Threno.3 Misericordiæ domini quia nõ sumus cosumpti, qa nõ defecerũt miserationes eius. Et hoc quãtum ad mali carentiam, quãtum vero ad boni præsentiã loquitur Esaias: Miserationum domi- Esa.63 ni recordabor laudem domini super omnibus quæ reddidit nobis dominus, & quæ largitus est nobis secundum indulgentiam suam. Itaq; quoniam deus gloriosissimam Agatham tam benignissime præseruauit à vitijs, atq; in omni virtute & gratia tam specialissime præuenit, perfecit, & conseruauit, merito ipa hortatur: Laudate dominum deum nostrum, qui in me adimple Iudith.13 uit misericordiam suam, ideo quando & nos à deo seu eius vicarijs increpamur, castigamur, informamur, grati simus & aduertamus, quia spiritualia opera misericordiæ in nobis exercent. Maneatq́; semper in vnoquoq; plena ad deum dilectio, atq; syncera & amorosa ad præsidentem fidutia, de quo nihil suspicemur sinistrum. Sed quod animarum nostrarum querat salutem ¶Præterea, spiritu sapientiæ ac prudentiæ deus nimis specialiter ac gratiosissime sanctã Agatham magnisficauit & adimpleuit, ita quòd paratissima fuit omni poscenti se reddere rationem, de sua fide & spe. Aduersarios quoque fidei, præsertim impijssimum iudicem vehementissime ac sapientissime confutauit, & rationabilissimis suis afflixit responsis, quæ omnia in eius patent legenda. Nonne sapiẽtissimum verbum fuit quod dixit: Summa ingenuitas est, in qua Chr̃i seruitus cõprobat. Siquidem Christo seruire, regnare est. Quid em̃ est Chr̃o seruire, nisi vitijs repugnare inuisibilibus hostibus reluctari, seipsum regere, ratione ac lege diuina cor-

pus in

pus in seruitutem redigere, animæ sensualitatem domare, subijci deo, virtutibus ministrare?
Quod vtiq; nobilissimũ est, illustrissimusq́ triumphus, ac summa libertas. Idcirco studeamus
Roma.16 sic nobiles esse. Nullus subijciatur pigritię, nullus somnolentia, otiositate, negligentia superetur
Nullus deseruiat suo ventri, nec loquacitate vincatur. Nemo ita deordinatus, tamq́ ignobilis
Iaco.1. extet, vt in eo sensualitas dominet̃, vt p̃cipitet̃ à propria ira, vt passioni succũbat. Si quis nostrũ
indiget sapiã, postulet eam à deo, imo cum om̃es sapiã vehemẽter indigeamus, om̃es pro eius
infusione, augmento, p̃fectione, fontem sapiæ cum om̃i instãtia & affectu iugiter dep̃cemur,
Sapiæ.6 dicentes: Da mihi dñe sediũ tuarũ assistricem sapiam vt mecum sit, & mecum laboret, vt sciam
Psalm.24 quid acceptum sit corã te om̃i tp̃e. Itemq́: Dirige me in veritate tua, & doce me. ¶ Insup sapi-
entissimũ verbũ ẽ quod victoriosissima Agatha dixit ad iudicẽ: Sicut triticũ nõ p̃t in horreũ po
ni, nisi theca eius fuerit fortiter conculcata, sic anima mea non p̃t paradisum intrare cũ palma D
martyrij, nisi feceris corpus meũ diligẽter à carnificibus lacerari. Sic quoq; illustrissimus mar-
Ignacius tyr S. Ignacius dixit: Frumentũ sum Christi, leonũ dẽtibus molar, vt mũdus panis efficiar. Nec
Luc.24 mirũ. Nam & Chr̃m oportuit pati, & ita intrare in gloriã suã. Quomodo igit̃ sine tribulationi-
Heb.12 bus, & p̃secutionũ tolerãtijs virtuosis intrabimus gloriã alienã? Quis filius quẽ nõ corripit pr̃?
Ibidẽ. Quid circa hoc diuinus ait Apostolus? In disciplina (inquit) p̃seuerate, tanq̃ filijs vobis se offert
Apo.3 deus. Quid si extra disciplinã estis, ergo adulteri & nõ filij estis. Itaq; sicut deus quos amat, ar-
guit & castigat, ita bonus eius vicarius fr̃es quos synceriter diligit, corripit, & emẽdat. Nec sup
Heb.12 hoc subditus ĩdignet̃, magis vero gr̃as agat. Nam disciplina q̃uis in p̃senti nõ videat̃ esse gaudij
Psalm.89 sed mœroris, postea tñ fructũ pacatissimũ præstat exercitatis p̃ eam, ita vt dicãt: Lætati sumus
pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala. ¶ Porro, qui in p̃senti nolunt E
corripi, sed palpari, sciant se inter seculares computari, atq; damnãdos cum illis, quorũ vita est
prauitas impunita. Qui autem vere est virtuosus, tunc reddit̃ gaudiosus qñ charitatiue corripit̃,
dum iuste corrigit̃, imo & quãdo sine suis demeritis tribulat̃, suo cupiẽs dño cõformari, & agno
scens, q̃ multipliciter salubre sit aduersitatibus exerceri, idcirco patiẽtia est oĩm probatrix vir-
Eccl.27 tutũ iuxta quod scriptum ẽ: Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulatiõis.
Amplius sapientissimũ verbum fuit, quod p̃clarissima Agatha absciso vbere suo virgineo dixit
Ego habeo mãmillas integras intus in anima mea, ex q̃bus nutrio omnes sensus meos quos ab
infantia dño cõsecraui. Nempè hæc spiritualia vbera sunt vtriusq; testamenti scripturę, seu cha
ritas & discretio. Fides quoq; & recta intẽtio, ex q̃bus om̃es animæ vires sp̃ualiter nutriunt̃, be-
Cant.1 ne regunt̃, virtuosis actibus reficiunt̃, de q̃bus in Canticis fertur: Meliora sunt vbera tua vino,
Can.4 fragrãtia vnguẽtis optimis. Et rursus: Quã pulchrę sunt mãmę tuæ. Habeamus ergo & nos in
anima nostra hmõi vbera, sintq́ fœcunda & plena, vt scd̃m scripturarũ doctrinam, scd̃m chari-
Psalm.118 tatis instinctũ, p̃ fidem rectissimã, dirigamus vitã nostrã in om̃ibus, iuxta vocẽ orãtis: Gressus
meos dirige scd̃m eloquiũ tuũ, & nõ dominet̃ mei om̃is iniustitia. Adhuc aũt magnę sapiæ pro-
fundiq́ sensus & eminẽtissimæ deuotionis fuit oratio eius extrema, qua dixit: Dñe Iesu Christe
qui me creasti, & ab infantia custodisti, corpusq́ meum à pollutione seruasti atq; à me amorẽ se
culi abstulisti, q & tormẽta vincere me fecisti, & in eis mihi patiẽtiam tribuisti, accipe sp̃m meũ,
& iube me ad tuã misericordiã peruenire. Ecce qualiter om̃e bonũ naturæ & gr̃æ, mali quoq;
carẽtiã & eius vitationẽ ac triumphũ deo prorsus ascripsit. Qualiter etiã per sp̃m sanctũ agno
uit, quę sibi à deo erãt collata, & q̃ non solum bona operari, sed & aspera pro deo & iustitia pa- F
ti, donum sit dei. Et quomodo cum tãtis esset meritis plena, rogauit ad om̃ipotẽtis misericor-
diam p̃uenire, sciens & confitens, q̃ om̃ia sua merita, dei existerẽt munera. Propterea in om̃i-
bus his imitemur virginẽ istã sapientissimã & ipsa Minerua sapientiorẽ. Nec vnquàm quisquàm
se iactet, nunq̃ inaniter glorietur, nunq̃ suis viribus bona ascribat quæ operat̃, sed quo maiora q̃s
bona à deo sortit̃, q̃ plura efficit bona, eo humilior & deo sit gratior atq; subiectior. ¶ Præterea
in prædictis contẽplemur pro viribus, q̃ infinita sit dei misericordia in electis, præsertim in tri-
bulatiõibus cõstitutis, etiã in p̃nti, qui eis tantã dat consolationẽ internam, in pœna tãta alacri-
tatem & futuræ felicitatis p̃libationẽ in corde vt tam copiose redundet in corpus sensitiuamq́
partem, ita quod dolores vix sentiunt, & grãde releuamen experiant̃ in eis, sicut in beatissima
2.Cor.1. Agatha multisq́ alijs patuit. Vnde & S. Tyburtius sup carbones ignitos, quasi sup flores deam
bulare se dixit. In quorũ omnium p̃sona locutus est Paulus apostolus. Sicut abundãt passiones
Christi in nobis, ita p̃ Christum abundat consolatio nostra. Veruntamen dñs Iesus qui consola
tionis huius magnitudinem redundãtiamq́ contulit eis, in seipso, tp̃e suæ acerbissimæ passionis
redundantiã noluit hãc habere, vt grauius pateret̃ pro nobis, & copiosiorẽ nobis misericordi
am mereret̃, p̃fectius quoq; totius patiẽtiæ largiret̃ exemplũ, quatenus & nos discamus in om̃i
tribulatione esse in deo constãtes, siue hmõi cõsolationẽ experiamur siue non. Nec ob eius sub-
tractionẽ frãgamur, imo diuinæ dispensationis moderamini cõmittamus eius infusionẽ & sub-
Psal.144 tractionẽ. Siq̃dem q̃d in hoc magis expedit p̃ nr̃a salute nouit altissimus, cuius sapiæ non est fi
nis. Cui tanq̃ rectori prouidissimo ac superoptimo patri, nosipsos cũ om̃i fidutia debemus cõ-
mittere

A mittere. Attamen si in aduersis cōstantes, & in prosperis fuerimus humiles, vilesq́ consolatio-
nes spreuerimus, nec pepercerimus nobis in cultu diuino, vix poterit infinita pietas & munifi-
centia patris cœlestis, cōsolationes suas in vita hac diu subtrahere nobis. Tanta est bonitas eius
& charitas. Propter quod in talibus experta, loquuta est Sara: Post fletū dn̄e exultationem in-
fundis, & post tempestatē, tranquillū facis. ¶ Postremo, q̄ excellenter deus sublimis magnifa-
ciat hanc suā per gloriosa miracula in eius martyrio & sepultura, ac postea & per velocem atq́
horribilē sui ꝑsequutoris interfectionē, scimus ex sua legēda. Diligamus ergo, laudemus, vene
remur atq́ sequamur hanc virginē prælectā. Ad oīpotentis laudem & gloriam, &c.

¶ Reliqua huic festo opportuna, require de S. Catharina, & in communi sanctoꝝ.

¶ In festo Cathedræ sancti Petri.

¶ Enarratio Ep̄læ: Iam non estis hospites & aduenæ. Ephe. 2

AD Ephesios secūdo ait ad oēs vere Christifideles sanctus ap̄lus. ⌊Iam⌋. s. tēpo-
« gr̄æ ac euāgelicæ legis, ⌊nō estis hospites⌋. i. aduētitij, citoq́ abeuntes à deo, à
« fide Chr̄i & à militāti ecclesia, ⌊& aduenę⌋. i. peregrini & extranei à nūero ele-
« ctoꝝ, imò ꝑ fidē, charitatē, cæterasq́ virtutes ac dona sp̄us sancti firmiter stabi
liti estis in deo & ecclesiastica vnitate, ideo subdit, ⌊sed estis ciues sanctoꝝ⌋. i.
« de grege fideliū atq́ consortio electoꝝ, tanq̄ eiusdē iuris, legis ac dignitatis, cū
« illis in militante ecclesia, ⌊& domestici dei⌋. i. in ecclesia, q̄ est domus dei suscepti, cōmorātes
« ac ꝑmansuri, & deo familiariter iuncti, ⌊supædificati⌋. i. corde innixi ac radicati, ⌊sup funda
« mentū ap̄loꝝ & prophetaꝝ⌋. i. sup Christū, q est primū ac summū fundamentū, in q̊ aposto
B li ac prophetæ fundati fuerūt ꝑ fidē fortiss. & gr̄am magnā. Vnde alibi ait ap̄lus: Fundamētum 1. Cor. 3
aliud nemo ponere potest, p̄ter id q̊d positū est, q̊d est Chr̄s Iesus. Potest q̊q́ ꝑ fundamētū in-
telligi sacra vtriusq́ test. scriptura, cui vt fundamēto oēs sancti innixi sunt & innitunt̄. Sic ergo
« ædificati estis, ⌊ipso summo angulari lapide (existēte) Chr̄o Iesu⌋. i. ita ꝙ Chr̄s in isto ædificio
sp̄uali ecclesiæ, est lapis summus & angularis. Lapis inquā, qm̄ firmiter sustinet & cōseruat cre-
dētes in se. Summus, qm̄ ꝑficit eos. Angularis, q̄a in ipso tanq̄ in capite vniunt̄ duo populi, Iu-
dæi vz & Gētiles, ad cōstituendā vnā ecclesiā, quēadmodū duo parietes connectunt̄ in lapide
angulari, hoc est, collocato in angulo ad cōstituendū habitaculū vnū. De hoc lapide ait Psalm.
Lapidē quē reprobauerūt ædificātes, hic factus est in caput anguli. Quod Chr̄s de se ꝑdictū te Psalm. 117
« stat, dicēs Iudæis: Nunq̄ legistis: Lapidē quē reprobauerūt, &c. ⌊In quo⌋. s. Christo. i. in cu-
« ius fide, gratia & doctrina, ⌊omnis ædificatio constructa⌋. i. omnis persona seu multitudo fi- Matt. 21
« delis sp̄ualiter confirmata, fundata, & ad deū erecta, ⌊crescit⌋. i. sp̄ualiter proficit de bono in
« melius, ⌊in templū sanctū⌋. i. ad hoc vt sit templum à vitijs purū, in quo deus per gratiam habi
« tare dignetur. Vnde alibi dicit ap̄lus: Templum dei sanctū est, quod estis vos, ⌊in domino,⌋ 1. Cor. 3
« i. secundum voluntatem ipsius, atq́ ad gloriam eius, ⌊in quo⌋. s. dn̄o. i. in cuius glorioso au-
« xilio, ⌊& vos coædificamini⌋. i. simul cum alijs fidelibus cōstruamini intus in aīa ꝑ virtutes &
« dona sp̄us sancti, ⌊in habitaculū dei⌋. i. vt sitis templū inhabitatiōis diuinæ, ⌊in sp̄u sancto,⌋
i. virtute & operatiōe sp̄us sancti, q huius ædificationis est causa & artifex summus, sine cuius
cooperatione & gr̄a nullus actus est meritorius vitæ æternæ, seu deo acceptus.

¶ Sermo primus circa Epistolam, Quomodo electi hic ciues atq́ filij dei sunt
C & nihilominus peregrini, & de stabilitate ecclesiæ.

IAm estis ciues sanctorum & domestici dei. Ad Ephe. 2. In hodierna Epistola verbis bre-
uissima, continentur profundæ sententiæ ac saluberrima documenta, & præsertim q̄ co-
piosa gratiarum charismata, seu gratiæ munera data sint ipsis gentilibus ad fidem Christi
conuersis, tēpore euangelicæ legis. Primū est, ꝙ modo non sunt hospites & aduenæ, iu-
xta sensum præhabitum, quia non sunt à deo extranei & auersi, atq́ increduli, sicut ante aduen
tum Christi fuerunt. Sed per apostolorū doctrinam, & per Christi gr̄am, per sp̄us sancti pijs-
simam operationē facti sunt ciues sanctorum & domestici dei. Facti sunt em̄, non solum ser-
ui dei altissimi, sed etiam amici eius, adoptiuiq́ filij, iuxta illud: Quotquot receperūt eū, dedit Iohā. 1
eis potestatē filios dei fieri. Vnde dicit̄ ab ap̄lo: Omnes filij dei estis ꝑ fidem, q̄ est in Christo Ie
su. Hinc Chr̄us in Euangelio patrē æternū, deū oīpotentē sæpissime vocat, patrem fideliū, di- Gala. 3
cendo: Scit pater vester cœlestis quid opus sit vobis. Et rursus: Diligite inimicos vestros, vt si- Matth. 6
tis filij patris vestri, qui in cœlis ē. Itemq́: Pater vester cœlestis dabit sp̄m bonū petentibus se. Matth. 5 Luc. 11.
Postq̄ em̄ deus dei patris filius factus ē hō, & vnigenitus p̄ris summi, factus ē hoīm frater, atque
in terris natus ac visus ē, & cū hoībus cōuersatus. Decuit deū maximā misericordiā, opē & gra
tiā hoībus exhibere, ita vt ciues sanctoꝝ, domestici, familiares amici, ac filij dei vocent̄, q ante
cōuersionē suā ad Christū fuerūt mēbra & serui, filijq́ diaboli. Hinc gloriosiss. princeps ap̄loꝝ
in exordio scdæ suę ep̄læ loquit̄: Maxīa & speciosa nobis deꝰ dona donait, vt ꝑ hęc efficiamini 2. Pet. 1
diuīæ cōsortes naturę. Sed q̄ri p̄t, qūo fideles dicant̄ ciues sanctoꝝ & domestici dei, nō hospi-
tes & aduenæ, cū ꝓpheta deū in p̄sal. exorās dicat: Ne sileas, qm̄ aduena ego sum & peregrinus Psalm. 38

1. Petri. 2. sicut omes patres mei. Sacratissimus quoq; Petrus in prima canonica sua fideles affari exorsus. Obsecro (inquit) vos tanq̃ aduenas & peregrinos. Vnde de sanctis scribit aplus Paulus: D
Heb. 11 Cōfitētes, quia peregrini & hospites sunt sup terrā. Et sanctus Dauid loqtur deo: Peregrini
1. Par. 29. sumus corā te & aduenæ, sicut oēs patres nostri. Ad istud est duplex responsio. Prima, ꝙ fideles, electi ac virtuosi sunt peregrini & aduenæ, quātum ad seculū istud, in q̃ sunt sicut in via suspirātes ac proficiscētes ad patriā beatoꝝ. Etenī mūdus iste est tanq̃ carcer atq; exiliū electorum. Vnde dicit aplus: Nō habemus hic manētē ciuitatē, sed futuram inquirimus. Dauid quoq; inquit: Dies nostri quasi vmbra super terram, & nulla est mora. Hinc patriarcha Iacob fatetur: Dies peregrinationis meæ super terram, parui & mali sunt. Non autē sunt peregrini & aduenæ, quantū ad militātē ecclesiā, in qua actualiter sunt & ciues ipsius consistūt per fidem & charitatem. Nam & ipsa ecclesia ciuitas appellatur, de qua tractat beatus Augustinus in libro de ciuitate dei, qa in ea est Christianoꝝ cohabitatio per vnā fidē, vnāq; legem & charitatē vnita. Vnde qui sola fide in ecclesia sunt, & non charitate ac merito potius sunt dicendi ciues Babylonis. i. ciuitatis diaboli, qui est ecclesia malignoꝝ, q̃ ciues Hierusalē. i. ecclesiæ militātis. Alia respōsio est, ꝙ fideles, electi ac virtuosi sunt ciues ecclesię, vt dictū est militantis & domestici dei, loquēdo de domo dei, quam habet in terris. De qua dicit aplus: Scias, qūo oporteat te in domo dei cōuersari, quæ est ecclesia dei viui, colūna & firmamētū veritatis. Peregrini vero hospites & aduenæ sunt, respectu ecclesiæ triumphātis, ad quam gradiuntur, anhelant & gemūt, & nōdū in ea sunt, nisi p spem & meritū, necdū per rē & p̃miū quæ etiā domus dei vocatur, iuxta illud psalmi: Beati qui habitant in domo tua dñe, in secula E
seculoꝝ laudabūt te. De qua loquitur Chrūs: In domo patris mei māsiones multæ sunt. Secundū documētum huius epistolæ est, ꝙ fideles valde stabili fundamēto innitūtur, videlicet Christo & authoritati scripturaꝝ vtriusq; testamēti, qa p fidem, gratiā & virtutes ædificati sunt mentē sup hoc fundamētū. i. radicati & costabiliti in Chr̃o eos fundāte ac sustētāte per dona gr̃æ suæ, nō sub eis p aliquā inferioritatē iacēte. Hinc tpe tētationis ac tribulatiōis non ruunt neq; vincūtur, nisi sponte hoc deserāt fundamētū, nec ad aliquā labūtur pfidiā, sed sufficientissime de necessarijs ad salutē docētur, videlicet de credēdis atq; agēdis, qm̃ sacris innituntur scripturis iuxta expositionē ecclesiæ ītellectis. Idcirco de hoīe deo obediēte ait saluator: Om̃is q audit verba mea & facit ea, assimilabit̃ viro sapiēti q ædificauit domū suā supra petrā. Et descēdit pluuia & venerūt flumina, flauerūtq; vēti, & irruerūt in domū illam & nō cecidit, fundata em̃ erat supra petrā. Itaq; tpe tribulationis ac tētationis non relinquamus hoc fundamētū, sed & eius cōseruationē & opem feruide inuocemus, atq; in eius auxilio cōfidamus, quū dicat: Inuoca me in die tribulationis eruā te & honorificabis me, nec putemus nobis fidē & spem solā sufficere, sed festinemus p̃cepta implere, in humilitate, castitate, patiētia, liberalitate, misericordia, iustitia, charitate, prudētia semp proficere & pseuerare vsq; in finē. Sciēti etenī bonū & nō faciēti pc̃m̄ est illi. Alioqui assimulabimur fatuo, & corruētes peribimus. Propter q̃d rursus aserit Chr̃s: Om̃is q audit verba mea & nō facit ea, similis erit viro stulto, q ædificauit domū suā supra arenā, & descēdit pluuia, & venerūt flumina, & flauerūt vēti, & irruerūt in domū illā, & facta ē ruina eius magna. Om̃es nāq; iniqui q creaturis magis q̃ creatori p affectū inhęrēt, vtpote aliqd diligēdo, faciēdo aut omittēdo cōtra dei p̃ceptū, ædificāt domū suā supra arenā. i. cor suū figūt ī rebus carnalibus & caducis, q̃ instar a- F
renæ, instabilia cognoscūtur, de qbus Salomon protestat̃: Vanitas vanitatū, & oīa vanitas. Hinc itaq; summū & incōmutabile, infinitū & incōparabile illud bonū deū sublimē & bn̄dictū sup oīa summę diligamus, desiderem⁹, colamus ac veneremur. Et quicqd ab eius amore nos impedit, qcqd suo honori repugnat, qcqd eius cōtrariat̃ p̃ceptis, nō minus q̃ diabolū ac pęnā gehēnæ vitemus, odiamus & detestemur, vtpote oēm supbiā, auaritiā, gulam, luxuriā, iram, inuidiā atq; accidiā. Tertiū documētū est, ꝙ huius spūalis saluberrimę ædificationis, lapis angularis & summus est Chr̃s. In q̃ vniuersi fideles cōcurrūt & cōnectūtur, de quo deus prędixit: Ecce ego mittā in fundamētis Sion, lapidē angularē, probatū, pretiosum. Quod princeps apostoloꝝ in prima sua inducit canonica: Paulus quoq;, petra inquit, erat Christ⁹. Huic igitur lapidi. s. Christo iungamur, inhæreamus, ab eius soliditate nihil auellat nos, atq; in ipso om̃es proximos nostros spiritualiter diligamus, nec auertamur ab aliquo, qa si à proximo quocūq; per rancorē auertimur, à Christo auertimur & perimus. Quartū documētum est, ꝙ fideles sunt tēplū & habitaculū dei, quia p charitatē & gratiā demorat̃ in eis. Nēpe, qui manet in charitate, in deo manet & deus in eo. Dn̄s quoq; fatetur: Si qs diligit me, sermonē meum seruabit, & pater meus diliget eū, & ad eum veniemus, & mansionē apud eum faciemus. Ecce quāta est dignitas hoīs virtuosi, qa totius supbeatissimæ trinitatis tēplū, thronus, habitaculūq; cōsistit. ¶ Præterea post Chr̃m etiā ipse gloriosi apl̄i, dicūtur fundamēta fideliū, qm̃ suis doctrinis, virtutibus & miraculis roborāt, fundāt & sustinēt eos. Vñ in Apoc. ait sanctus Iohānes: Quòd duodecim sunt fundamēta ciuitatis, puta eccl'ię, & in psal. cantat̃: Fundamē-

Marginal references: Heb. 13; 1. Par. 29.; Gene. 47.; August.; 1. Timo. 3; Psalm̃. 83; Iohan. 14; Matth. 7; Psal. 49; Mat. 24.; Iacobi 4.; Matth. 7; Eccles. 1.; Esaiæ. 28; 1. Petri. 2.; 1. Cor. 10.; 1. Iohā. 4.; Iohan. 14; Apoca. 21.

A Fundamēta eius in montibus sanctis, & certū est ꝙ gloriosiss. apostolici agminis princeps sanctissimus Petrus post Christū pcipue sit fundamentū fideliū, nā & Chrūs specialr dixit ad eum passione instante: Tu aliqn cōuersus, cōfirma frēs tuos. Et alibi: Ego dico tibi, qa tu es Petrus. i. firmus ac principalis, & super hāc petrā. i. tuæ fidei firmitatem, imò sup te, secundum expositionē sancti Hieroñ. ædificabo ecclesiā meā. ¶ Postremo, ꝙ verū sit istud, apertissime patet in actibus aplorū, vbi beatiss. Petri excellētia edocet, qualr vertex & os fuit aplorū principalis & efficacissimus, in pdicādo multa milia Iudæorū cōuertēs, tāq; præpotens in miraculis, ꝙ in plateis Hierusalē ponebāt infirmos in lectis, qtenus sacratiss. Petro veniēte, saltē vmbra ipsius obumbraret quenq illorū, & sanabant. Ipse etiā inter aplos primus fuit q cōuertit gētiles, qa vt legitur in actibus, Cornelius Cēturio fuit vir iustus, & operibus misericordiæ valde insistēs, q vidit in plena vigilia hora diei nona angelū dei introeuntē ad se, pcipientēq; sibi, vt sanctū aplm Petrū vocaret ad se, & audiret ab eo q necessaria sunt saluti. Cūq; beatus Petrus venisset ad eū & ei. s. Cornelio Cēturioni, & cōgregatis cū eo cognatis eius, necessarijsq; amicis fidē Christi euāgelizaret, descēdit & cecidit spūs sanctus sup illos in specie visibili, nec solū impleuit eos donis grāæ gratū facientis, sed etiā qbusdā donis gratiæ gratis datæ, Nā protinus cœperūt loq varijs linguis, sicut in die pentecostes apostoli. Itaq; beatiss. archiaplm humiliter inuocemus, congrue honoremus, pcipue diligamus, vt pro nobis iugiter intercedat, qtenus secundū eius præcepta & documēta atq; exēpla viuamus, proficiamus & perseueremus.

Psalm. 86
Lucæ. 22
Matt. 16
Hierony.
Acto. 3. 5
Act. 10.

¶ Enarratio Euāgelij: Dixit Iesus Symoni Petro. Iohan. 21

B Historia Euāgelij hodierni contigit, qn post resurrectionē suā Chrūs apparuit septem ex discipulis suis ad mare Tyberiadis, videlicet sancto Petro, Iohāni & Iacobo, Thomæ & alijs duobus discipulis, cū qbus dū manducasset, ⌊ Dixit Iesus Symoni Petro: Symon Iohānis ⌋. i. fili Iohannis, sic etem pr Petri vocabat, ⌊ diligis me plus ijs? ⌋. i. intētius seu magis pfecte ac feruide q alij discipuli mei. Videt hæc qstio Chri satis mirabilis. Cū em dicat aplus: Nemo scit qd agatur in hoīe, nisi spūs eius, qualiter potuit Petrus scire, ꝙ plus Christū amaret q discipuli alij? Rursus cū Salomon protestet, Nescit homo an sit dign᷒ amore vel odio, qūo potuit Petrus scire se Christū diligere, cū sit certus se dignū esse amore, q scit se Christū amare? Et rñdendū, ꝙ propter mysteriū Chrs qstionē hāc fecit, videlicet ad insinuandū, ꝙ aliorū platus seu alijs pficiēdus debet præ cōi plebe deū diligere atq; in omni virtute & grā pfulgere, qtenus de plenitudine sua valeat subditis cōicare, eosq; instruere, dirigere, purgare, perficere. ⌊ Dicit ei Petrus: Etiā dñe, tu scis qa amo te, ⌋ paulo ante dixerat Petrus incaute se præferens alijs. Et si oēs scandalizati fuerint in te, ego nunq scandalizabor. Nunc vero ppriam fragilitatē expertus, ampliorīq; discretione ac gratia decoratus, nō audet respondere ꝙ plus amet Iesum q cōdiscipuli, sed hoc, qd sibi cōstabat, rñdit dicēs, Tu scis qa amo te, p qd docemur, nō præferre nos alijs, nec de illorū interioribus temere iudicare, neq; in dubijs assertiuū seu certū dare responsum, cuius oppositū faciūt quidā, ne videant qd ignorare. ⌊ Dicit ei Iesus: Pasce agnos meos ⌋. i. pastorē fideliū meorū, & omniū hominū tēporis tui te prælatū cōstituo, vtpote generalē, summū ac plenū vicariū meū, sup vniuersam militantē ecclesiam, ac si dicat, Qm tā intēse me diligis, vt ego ipse cōspicio, aptus es pręfici vniuersis. Itaq; p hæc verba Christus fecit Petrū summū pontificē, & totius ecclesiæ caput, sponsum, hierarchā, prælatū. ⌊ Dicit ei iterū: Symon Iohānis diligis me? Ait illi: Etiā dñe, tu scis qa amo te. ⌋ Quærit an Petrus

1. Cor. 2
Eccles. 9
Matt. 26

C certitudinalr sciuit se diligere Christū? Dicendū, ꝙ apostoli post plenā illam spūs sancti receptionē in die pentecostes factam, sciuerunt se primitias. i. præcipua dona spūs sancti sortitos atq; in omnia cōfirmatos, ideo certitudinaliter sciuerunt se Christum diligere, infuso amore. Vnde Paulus securissime dixit: Quis nos separabit à charitate dei? An vero post receptionem spūs sancti per Christi inflammationem, quæ hanc interrogationem præcessit. Apostoli certitudinaliter sciuerunt se esse in charitate & gratia indesinenter, quousq; spiritum sanctum plenius acceperunt in festo pentecostes, non est adeo certum. Porrò si Petrus hac vice sciuit se Christum diligere, infusa ac meritoria dilectione, hoc fuit per reuelationem. Veruntamen certum est, ꝙ Petrus certissime sciuit se Christum diligere quodam amore, vtpote vel naturali & acquisito, vel spūali atq; infuso. Experiebatur nanq; se in Christi amore non mediocriter æstuare, præsertim dum eum vidit pręsentē, sicut cū dixit hæc. ⌊ Dicit ei Iesus: Pasce agnos meos ⌋ . i. fideles verbo instructionis, exemplo virtuosæ conuersationis, mentis quoque affectu, sed & temporali, dum opus est, subsidio ale. ⌊ Dicit ei tertio: Symon Iohannis, amas me? ⌋ Christus prædilectum Petrum suum de dilectione sua ter examinat, atque interrogat, quia prælatus deum diligere debet cordiali affectu, affectuosis sermonibus & charitatiuis operibus. Et item vt Petrus trina diuini amoris professione faciat recompensam, pro trina illa formidolosa Christi negatione, atq; ad insinuandum ꝙ ad prælationem promouendi sint frequēter ac diligenter discutiendi & cōsiderandi an sint vere idonei, & in charitate præcipui. ⌊ Cōtristatus est Petrus, quia dicit ei tertio, Amas me, ⌋ videbat em quasi Chrūs rñsionē Petri nō approbaret,

Ro. 8
Matt. 26
Marc. 14

Matt.26 & forsitan Petrus expauit, ꝙ ideo Chr̄s totiēs verba eadē repetiuit, q̄m vellet ei aliq̄d prenūtiare, in q̄ ostēderet nō diligere Chr̄m, queadmodū q̄n fiducialiter dixit: Animā meā pro te ponā, audiuit à Chr̄o. Nō cātabit gallus, donec ter me neges. ⌊Et dicit ei: Dn̄e, tu oīa scis⌋ nō solū inquātū deus ꝑ sciam increatā, sed etiā scd̄m humanitatē assumptā, ꝑ sciētiā cōcreatā ac inditā, ⌊tu scis q̄a amo te⌋ ideo non op̄tet te amplius interrogare, ⌊dicit ei: Pasce oues meas⌋ ante bis dixit, pasce agnos meos. Nūc ait: Pasce oues meas. Vn̄ ꝑ agnos intelliguntur incipiētes, pusilli, nōdū ꝑfecti. Per oues aūt, ꝑfecti, q̄ alioꝝ sp̄uales sunt patres. Et q̄a prelati debēt eē̄ parati ad moriēdū pro Chr̄o, & grege sibi cōmisso, Chr̄s cōsequēter dicit Petro suū martyriū ⌊Amē amē dico tibi, cū eēs iunior⌋ annis q̄ nūc, q̄n etiā moribus iunior eras q̄ mō ⌊cingebas te⌋ cingulo materiali circa lūbos tuos ⌊& ambulabas vbi volebas⌋ ꝑgēdo de loco ad locū ad libitū tuū, q̄a nō eras ab aliq̄ vinctus, ⌊cū aūt senueris, extēdes manus tuas⌋ ad brachia crucis cui appēderis, q̄d vtiq; sanctus ap̄l'us prōptissime fecit ex charitate & fortitudine animi, scd̄m rōnem & appetitū superiorē, ⌊& alius te cinget⌋ .i. apparitor seu minister Neronis imꝑatoris ligabit te in vrbe Roma, anteq̄ te educat ad mortē, ⌊& ducet (te) q̄ tu nō vis⌋ .i. ad locū passionis, acerbitatē'q; mortis, quā scd̄m naturalē & sensitiuū appetitū horrebis, q̄uis scd̄m rōnē & intellectiuū appetitū eā libētissime patieris, cupiēs dissolui à corpe & eē

Philip.1. mecū in regno. Veruntn̄ appetitus inferior fuit ī sancto Petro finaliter subditus rōni, q̄a per virtutes morales fuerūt ī eo passiones rōnis iudicio ꝑfecte subiectę, ita ꝙ nō timuit mortem, nec eos q̄ corpus occidūt immoderate, sed primi motus nō sunt in nostra potestate. Propter q̄d Paulus ap̄l'us decollādus, fecit sibi oculos circūligari, ne veniētē gladiū cernēs, pateret subitū motū naturalis timoris mortis. Cōsequēter Euāgelista exponit hęc verba. ⌊Hoc āt⌋ .i. præinducta parabolica verba, ⌊dixit (Iesus) significās q̄ morte clarificatur⁹ eēt deū⌋ .i. quale martyriū eēt passurus, ꝑ q̄d deū honorauit moriēdo pro fide, veritate & cultu ipsius. Queadmodū em̄ iusti clarificāt deū sua virtuosa cōuersatiōe, q̄a ꝑ eā protestanſ & ope pādūt, ꝙ de⁹ sit sanctus, excelsus & iustus, cui tā reuerēter, virtuose'q; seruiūt, ita pro fide atq; iustitia moriēdo, ip̄m martyrio suo clarificāt, q̄a ꝑ illud demōstrāt & cōtestanſ ꝙ deus sit tātæ dignitatis, tāq; infallibilis veritatis & æq̄tatis, ꝙ potius sit moriendū, q̄ ab eo ꝑ veritatis negationē,

Ephe.1 aut iustitię derelictionē aliqualiter recedēdū. Propter q̄d ad Ephesios scribit ap̄l'us: In omni fiducia magnificabiſ Chr̄us in corpore meo, siue per vitam siue per mortē.

¶Sermo II. circa euāg. Q̄lio bonoꝝ pastoꝝ cōditiones p̄lati debēt habere & ouiū subditi.

DIxit Iesus Petro: Pasce agnos meos. Iohannis vltimo. In verbis his paucis docet saluator q̄d ꝑtineat ad p̄latū, & ad oēs q̄ curā habent aīaꝝ, q̄d itē ad subditos. Ad eos itaq; q̄ alijs sp̄ualiter p̄sunt, ꝑtinet pascere eos, q̄d principaliter intelligēdum est de sp̄uali nutritiōe, q̄ nutritio est subditoꝝ instructio, gubernatio, purgatio à pctīs, deductio ad virtutes, p̄seruatio seu custoditio à dæmonū tētamentis & aīaꝝ periculis. Hinc ꝑ Hieremiā loq̄tur deus: Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascēt vos sciētia &

Hierc.3. doctrina. Deniq; ad hāc sp̄ualē subditoꝝ nutritionē multa sunt necessaria. ¶Primū est, vt pastor eos agnoscat .i. mores eoꝝ cōsideret, pctā inq̄rat, vitā ꝑpēdat, vt sciat qualiter oēs & singulos debeat informare, corripere, sp̄ualiter'q; curare, hoc est, à pctīs q̄ sunt aīaꝝ læsiones & mors, emūdare. Pastor q̄ppe est medicus aīaꝝ, idcirco sicut medic⁹ corpoꝝ, diligēter cōsiderat infirmitates & vulnera lāguidoꝝ, vt iuxta illoꝝ exigētiā apponat remedia, sic pastor & custos aīaꝝ mores & vitia subditoꝝ ꝑpēdere debet suoꝝ, atq; scd̄m ea ipsis tradere documēta, correptiōes & correctiōes. Ideo Salomon vnicuiq; p̄sidēti sp̄ualiter ait: Diligēter ag-

Pro.27 nosce vultū pecoris tui, tuos'q; greges cōsidera. In q̄bus verbis ꝑ vultū pecoris intelligitur cōsciētia inferioris, quā curatus pro posse suo debet discutere, q̄d præcipue fit in cōfessione.

Johan.10. Chr̄s q̄q; cōtestaſ: Bonus pastor proprias oues vocat noīatim. Ex his etiā innotescit, ꝙ sicut medici corpoꝝ sunt causæ mortis moriētiū infirmoꝝ, q̄s susceperūt pro posse curādos, nisi prætacto mō eoꝝ infirmitates cōsiderēt, sic curati sunt coram deo causæ seu rei vitioꝝ atq; dānatiōis pereuntiū subditoꝝ, nisi p̄fato mō cōsiderēt eos. ¶Secūdo ad sp̄ualē subditoꝝ nutritionē necessariū est eos de credēdis & agēdis ac euitādis instruere, exponēdo & p̄dicādo eis p̄cepta dei & ecclesiæ ac scripturas, p̄sertim euāgelia & sermones. Hinc Chr̄s ait ap̄l'is, &

Matt.5. in eoꝝ ꝑsona cūctis suis vicarijs ac p̄latis. Vos estis lux mūdi, q̄a videlicet illuminare debent

1.Tim.4. populos sibi commissos mō prætacto de necessarijs ad salutē. Ideo Timotheo scripsit ap̄l'us:

Psalm.10 Daniel.12 Attēde exhortationi doctrinæ. Et propheta dixit ad dn̄m: Docebo iniq̄s vias tuas, & ip̄i ad te cōuertētur, q̄d q̄ meritoriū sit & salubre, cōstat ex eo q̄d Danieli Gabriel ait archangelus: Qui ad iustitiā erudiūt multos, q̄si stellæ fulgebūt in ꝑpetuas æternitates. ¶Tertio, necessariū est delinquētes corripere & corrigere, & vnicuiq; subdito pctōri sp̄ualē medelā suaꝝ culparum curatiuā prouide adhibere. Quāuis etem̄ oēs Chr̄iani ad correptionē teneātur fratern[illegible] inquātū correptio illa actus ē charitatis, pastores tn̄ & p̄sidētes p̄cipue obligātur ad e[illegible] & nō solū secūdū ꝙ est actus charitatis, sed etiā prout est actus iustitiæ, nec solū debēt delinqu[illegible] verbis

A verbis corripere, sed & pœnas, disciplinas & satisfactiones eis infligere siue iniungere. Quem admodũ aũt diuersa corporꝝ vulnera, varijq; languores alia & alia requirũt medicaměta, imò q̃d vnã infirmitatẽ curaret, aliã plus augeret & mortẽ induceret, sic diuersa pctã diuersimode sunt curãda. Peccatores q̃q; secũdũ q̃d diuersimode existunt dispositi, aliter & aliter sunt sanãdi, hortãdi, corripiendi & castigãdi. Quidã nãq; sunt duræ ceruicis & obstinati in vitijs, & publice grauiter peccãt, & alios scandalizãt, idcirco sunt acrius corripiẽdi ac corrigẽdi. Alij sunt verecũdi, flexibiles, bonæq; indolis, & quædã bona in se gesta habẽtes, q̃ mitius sunt tractãdi. Hinc ad Timoth. dicit aplus: Prædica verbũ, insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni patiẽtia. Et alibi: Corripite inquietos, cõsolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad oẽs. Sunt demũ alia multa ad spũalem subditorꝝ nutritionẽ & gubernationem necessaria, vtpote pro eis deũ iugiter ac feruenter orare, pericula eis imminẽtia obseruare, & eis talia nuntiare, eos etiã ab inuisibilibus hostibus, scilicet dęmonum tentationibus custodire, nec solũ eos instruere verbis, sed virtuosis quoq; & exẽplaribus actibus, ac fama laudabili, sed & corporalia subsidia, seu victui necessaria ministrare eisdẽ pro posse tẽpore opportuno, & si opus fuerit, vitam pro eis exponere, cum Christus fateatur: Bonus pastor animã suã dat pro ouibus suis. Præterea p̃memoratos actus pastorales beatiss. Petrus aplus, inclyte, excellenter & gloriose impleuit, sicut in actibus apostolorꝝ, & in eius legenda, itinerario quoq; sancti Clementis describitur. Ipse itaq; in primis oues sibi cõmissas cognouit. Et qm̃ sibi totus mũdus cõmissus fuit, nã vniuersis hoĩbus est prælatus, ideo totius mundi homines pro suo posse cõsiderauit, vniuersis quoq; & singulis quantũ sibi fuit possibile, nitebatur succurrere p̲ seipsum

2. Timo. 4
1. Thess. 5
Iohan. 10

B & per suos discipulos quos ad diuersas regiones misit ad prædicandum, vtpote ad Hispaniã, Galliam, Aphricam, Germaniam, & per vrbes Italiæ, prouinciarumq; aliarꝝ. Insuper omnes homines illuminauit & informauit pro posse per suam ac discipulorꝝ suorum prædicationem, per epistolas, per ordinationes, & ecclesiasticas sanctiones. Primo eñ constantissime p̃dicauit in ciuitate Hierusalem, deinde in diuersis vrbibus Iudææ & Galilææ atq; Samariæ, deinceps cœpit gentilibus prædicare, atq; vt sanctus Clemens papa testatur: Ipse tanquam splendidissimus sol ab oriente ingressus est occidentẽ, & tenebras occiduarum fugans regionum luce fidei, & claritate sapientiæ ac euangelicæ legis occidentalem mundi partem copiosissime illustrauit. Præterea, quãuis visceribus charitatis ac pietatis totus esset repletus, nihilominus in increpando & corrigendo delinquẽtes, strenuus, valde iustus, rigorosusq; fuit. Vnde vt in actibus legitur, dũ primi illi deuotissimi Christiani sub regimine beatissimi Petri & aliorum apostolorum in Hierusalem cõmunem ducerẽt vitam, & venditis possessionibus suis, pretium earꝝ ponerent ante pedes apostolorꝝ in cõmunem fidelium vsum, fuit ibi vir nomine Ananias, qui vendito agro suo, aliquid reseruauit sibi occulte de pretio, conscia sua vxore, sed gloriosissimũ principẽ apostolorꝝ factũ illud non latuit, qm̃ spũs sanctus ei hoc reuelauit. Cumq; sanctus Petrus virum illũ increparet, dicendo: Anania, cur tentauit Satanas cor tuũ, mentiri te spũi sancto? Non es mentitus hominibus, sed deo. Audiens Ananias hæc verba, corruens protinus expirauit. Deinde post horas quasi tres, vxor Ananiæ nesciens quid suo acciderit viro, & interrogata à sancto Petro de quantitate pretij agri sui venditi, cũ mendosum daret responsum, & super hoc increparetur à Petro, cecidit statim & expirauit. ¶ Amplius ex verbo Christi in the-

Act. 2. 3. 4
Acto. 5

C mate posito, quo credentes in se nominat oues, dicendo: Pasce oues meas & agnos, docemur, quales esse debeant Christiani, si voluerint esse veri discipuli saluatoris, & filij gratiæ ac salutis. Oportet eñ vt habeant laudabiles ouiũ proprietates, quarꝝ prima est, q̃ oues sunt animalia simplicia, innocẽtia, felle, dolo & ira carentia, sic Christianos oportet esse simplices colũbina simplicitate, hoc est absq; vulpina calliditate & frauduleta duplicitate, q̃a vt Salomon loquit: Vir versutus odiosus est. Et Psalmista: Virꝝ, inquit, sanguinũ & dolosum abominabit dñs. Vñ & Chrũs in Euãg. Estote, ait, simplices sicut colũbæ. Cũ eñ similitudo sit causa amoris, & deus sit summe simplex, syncerissimus, tranquilliss. atq; purissimus, cõstat q̃ homo tanto plus placeat deo, q̃to ab omni duplicitate & calliditate, fraude, cõmotioneq; iræ fuerit purior, & tanto plus displiceat deo, q̃to duplicior, nocẽtior, dolosior, aut iracũdior fuerit. Hinc in Ecclesiaste scribitur: Ne sis velox ad irascendũ, quia ira in sinu stulti requiescit. Et denuo Salomon loquitur: Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor: & impetum cõcitati spiritus ferre quis poterit? Ex quibus ostenditur, quod volẽs deo placere, & inter proximos ac domesticos amabiliter & pacifice ac exemplariter conuersari, valde necesse habet iram reprimere, irascendiq; vsum prorsus abijcere. Vnde quidam sanctus hęremita asserit, quod homo iracundus nõ placet deo, etiam si mortuos suscitet. Et rursus: Sicut fumus hospitem expellit à domo, sic iracundia spiritum sanctum de corde. Item necesse est Christianos esse innocentes, id est, nulli nocentes scandalizando, aut damna siue iniurias irrogando, vt impleãt illud Tobiæ quarto cap. Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne aliquando alij facias, nec hoc quis putet sufficere, sed oportet proximos ædificare, corripere & iuuare, vt impleamus quod pręcipit Chrũs: Oĩa quęcũq; vultis

Prouе. 14
Psal. 7
Matt. 10
Eccles. 7.
Proue. 27
Tobiæ. 4
Matth. 7

vultis vt faciāt vobis hoīes,& vos facite eis. Hæc est eñ lex & prophetæ .i. in hoc consistit ac implet doctrina legis & prophetarū, imò & naturalis lex ista reqrit ac dictat. ¶ Secūda proprietas ouiū est, q faciliter dirigūtur iuxta volūtatē pastoris,& q̄ tēderit baculum, illuc mox gradiūtur ac pascua sumūt, sic Chr̄iani suis superioribus ac p̄latis ī licitis & honestis debent prōpte & assidue obedire,& nō instar canū remordere, indignari & furere, sed eorū informationes gratāter suscipere, correptiōibus obtemperare, directiōibus gubernari, & superiores suos specialiter amare ac venerari, quēadmodum ad Hebræos ap̄l̄s: Obedite p̄positis v̄ris & subiacete illis. Ipsi eñ puigilāt q̄si rōnē pro aīabus vestris reddituri. Alibi q̄q;: Rogamus vos frēs, vt noueritis eos q laborāt inter vos,& p̄sunt vobis in dño,& monēt vos vt habeatis illos abundātius in charitate, propter opus eorū pacē habete cū illis. Itaq; q rebelles sunt deo & eius vicarijs, supioribus suis, trāsgrediēdo p̄cepta, dei atq; ecclesiæ, nō sunt oues Chr̄i, sed canes diaboli, de qbus loqtur Paulus: Videte canes, videte malos oparios, videte cōcisionē. ¶ Tertia ouium proprietas est magna earū vtilitas atq; fœcūditas. Nā lana, pelle, lacte, carne, prole, fimo prosunt hominibus, sic Chr̄iani cū sint iuxta doctrinā apl̄i, inuicē mēbra, & vnū mysticū corpus Christi, debēt sibi inuicē verbo, rebus, exēplis, fama, operibusq; proficere,& opa misericordiæ tā sp̄ūalia q̄ corpalia exercere, vt sint arbores fructuosæ,& per opa virtuosa deum iugiter venerētur, quia vt ait saluator: Om̄is arbor quæ nō facit fructum bonum, excidetur & in ignē mittetur. Quòd si infœcūditas cōdēnatur, praua actio qualiter punietur? Itaq; beatissimū principē apostolici ordinis intimè diligamus, veneremur & inuocemus, vt gratiā & virtutē nobis à deo impetrare dignetur, qua tanq̄ veraciter oues Christi in om̄i humilitate, charitate & obediētia deo & eius vicarijs subditi simus.

Heb.13 / 1.Thess.5 / Philip.3 / Ephe.4. / Matt.7.

¶ Sermo III. De principatu apostolatus Petri, & de q̄druplici fide aut potestate eius.

A crescere, cõpungi, accẽdi, atq; q̃tidie custoditius cõuersari, quatenus indesinẽter q̃ramus nõ solũ bona, sed etiã meliora ac viciniora saluti nõ sit nr̃m (quoꝝ est tã alta ꝓfessio) circa cõia lãgeure, sed æmulari charismata meliora. Veꝝ inter hæc qd agimus, vbi manebimus, q tã vehemẽtissime à glioso p̃re nr̃o Bñdicto distamus, qa oblatũ ab hoĩbus honorẽ nõ solũ nõ aspernamur ac fugimus, imò laudari ac honorari in p̃nti insipiẽter optamus, etiã nõnunq̃ de bonis qbus caremus, nõ pẽsantes illud Apl̃i: Soli deo honor & glia. Et q gloriat̃, in dño gloriet̃. Nec sufficit nobis ista fatuitas, nisi & iterdũ iactemus nosipos, & p̃sumamus de viribus nr̃is, cõmẽdemusq; nos siue explicite, siue iplicite, nõ iã (vt S. ait Bernar.) in mlta patiẽtia, sed in mlta arrogãtia. Et si qd special' deuotiõis & grãe forsan aliqñ nobis desup misericorditer ĩfundat̃, iã illud occultare nequimus, cũ scriptũ sit: Secretũ meũ mihi, sed ianiter ꝓdimus donũ cęleste, magis ad ꝓpriũ q̃ ad dei honorẽ, sicq; meremur illud amittere, nec amplius tale qd ĩpetrare. Ecce q̃ta & q̃ deplorãda est nr̃a calamitas, nr̃a fragilitas, imò ĩsipiẽtia ac vanitas nr̃a, sed pœniteamus & caueamus de isto, ac S. Bñdicti exẽplo in hũilitatis abysso fundemus nos firmiter, & amemus nesciri, ac interim lateamus, donec deus nos prodat, sicut ꝓdidit Bñdicto deuoto pbr̃o. ¶ Deinceps S. p̃r Bñdictus ingressus ẽ fratrũ cõuentũ, ad q̃rũ instantiã instituit cœnobia multa, & fr̃ibus suã cõicauit p̃ntiam, & qd in occulto didicerat, alios manifeste doceret: Spũalem etem̃ vitã alios edocere ineptus ẽ, vt indignus, q nõ est experimẽtal'r hãc edoctus, idcirco nec nos alios instruere, aut iniũgere alicui p̃sumamus, qd ipsi nõ fecimus. ¶ Porro tã in spelũca q̃ extra, ĩgressus est B. Bñdictus sanctum dei, i. abyssum sapiẽ increatæ, cõtemplatiõis secretũ, reuelationũ altitudinẽ diuinaꝝ, qa incerta & occulta sapiẽ suæ, patefecit ei altissimus, cordiũq; arcana reuelauit, & spũ ꝓphetiæ ipm repleuit, ita qd nõ solũ scõ suo discipulo Mauro & Totilę ĩpiissimo regi ꝓphetauit determinate, q̃t annis eẽnt victuri. Et erat cõtemplator altissimus, qd & p̃sertim cõstat ex visiõe illa mirifica, quã in ascẽsu aĩæ S. Germani in cœlos habuit, in q̃ q̃si sub vno solis radio totũ mundũ vidit collectũ. Sed & in diuitias gl'iæ dei fuit vberrimè raptus, & in lumine creatoris, ita expãsis, qd faciliter in eius luce cõspicere quit, qcqd sub illo fuit. Si ergo desideramus & nos in sanctuariũ dei nũc introire, discamus cũ electiss. Bñdicto in cella quiescere, humana colloquia discrete vitare, nosipos in oĩbus superare, humiliare, subijcere, subiectiõe & abiectõe gaudere, nihil carnalis aut mũdanæ cõsolatiõis appetere, nulla moueri iniuria, nulla vinci molestia. In aduersis q̃si in oĩbus diuitijs gl'iari, humanis laudibus, ꝓsperitatibus, adulatiõibus nõ delectari, emolliri, aut deijci, sz affligi nosipsos interius & exterius custodire, & cũ summa diligẽtia p̃ctã effugere ꝑfectuiq; studere. Silẽtio & qeti operã dare, atq; in om̃i loco ac ope cor ad deũ vbertim leuare. ¶ Postremo feliciss. Bñdictus, ingressus ẽ gaudiũ dñi sui, adeptus btitudinẽ regni æterni, in q̃ est tãto gl'iosius coronatus, q̃to hic fuit purius cõuersatus, maiori charitate accẽsus, pluresq; aĩas deo lucratus, q̃ itẽ in oĩbus humiliauit profundius semetipsum. Tam præclarissimi igit̃ p̃ris patrocinia inuocemus, eius intueamur virtutes, sequamur vestigia, vt cũ ipo post vitã hãc labilẽ, sortiamur interminabilem, suffragantibus nobis meritis & precibus eius.

Hebre. 6. 1. Cor. 12

Esaię. 24

Psalm. 70

B

¶ Sermo. 2. Q₂ tẽtatus in deo debet cõfidere, corpus castigare, ac deuote psallere.

De virtutibus item monachorum eruditio multa.

C Benedictus q venit in noĩe dñi, In Psal'. Verba ista ad literã de Chr̃o cõscripta, de B. p̃re nr̃o Bñdicto cõgrue exponunt̃, qm̃ gratiose bñdictus. i. multiplici gr̃a decoratus ac repletus fuit à spũ scõ. Fuit nãq; & est p̃r religiosoꝝ, institutor ac legislator multorũ. Fuit heremita & anachoreta, soloq; pane cõtẽtus in heremo. Fuit potẽs in verbo ac ope, faciẽs miracl'a multa & magna, imò & maxima soli oĩpotẽti possibilia. Cordiũ q̃q; vidit secreta, & spũ splẽduit prophetię, copiosumq; fructũ fecit in mũdo. ¶ Porro tota ipsius vita informatiua ẽ monachoꝝ, potissime q̃dã ipsius gesta, ĩter q̃ vnũ est illud, qd dũ quadã vice auicl'a corã eius facie volitasset, mox ad eius memoriã venit fœmina quã vidit in seculo. Protinusq; diabolus animũ eius in amore illius tã valide inflãmauit, qd pene heremũ egredi cõcupiscentia agitãte decreuit, sed deo miserãte ac illustrãte ad mẽtẽ suã reuersus se exuit, & inter spinas ac vepres tãdiu nudũ se volutauit, qd toto corpe vulneratus, surrexit, & p corpis lacerationẽ, animũ reintegrauit. Ecce ex isto salubriter edocemur propriã fragilitatẽ cognoscere, nec vnq̃ p̃sumere, aut vana securitate resolui, sed in deo dũtaxat sperare. Si em̃ vir tã scũs & innocẽs, tãtã incidit tẽtationẽ tã subito, qd pene heremũ cõcupiscẽtia victus deliberauit relinq̃re, qd nos impfecti & corrupti faceremus si deus pmitteret nos valẽter tẽtari? Ideo timeamus, in deo speremus eius protectionẽ, cõseruationẽ, & cõfortationẽ iugiter inuocemus. Scd̃o, ex p̃tacto facto docemur tẽtatiõibus viril'r reluctari. Mox qppe vt S. Bñdictus suã tẽtationẽ ac læsionẽ ex ea aduertit nõ sibi pepercit, sed vsq; ad sanguis effusionẽ corpus suũ puniuit, sicq; grãe copiosam ꝓmeruit subuẽtionẽ. Sic & corpus nr̃m ieiunijs, vigilijs, disciplinis, abstinẽtijs edomemus, orãdo, plorãdo, dñicã passionẽ atq; nouissima recogitãdo tẽtatiõibus resistamus. Et si fortiter qs tentat̃, cõsultum est vt spũali p̃ri aut viro discreto ac virtuoso hoc ipm aperiat, & illius vtat̃ cõsilijs. Hac etem̃ humilitate ac manifestatõe debilitat & cõfundit diaboli elationẽ & suggestionẽ occultã. ¶ Insu

Psalm. 117

¶Insuper de sancto Benedicto legitur, quod monachum qui ad orationem stare nequiuit, imo orãtibus alijs oratoriũ exijt, vidit à diabolo in forma nigri puereli ꝑ vestimẽti fimbriã extrahi, quo docemur opus esse diaboli à diuinis sine necessitate exire, idcirco caueamus hoc malũ, & stabiles ac intẽti stemus in choro, prauũq; vsum vitemus. Et mirũ atq; deflendũ, ꝙ quidã tã cito in diuino lassant̃ seu attediant̃ officio, q in colloquio manẽt ꝑ horã & horã infatigati ac feruidi. Videãt sibi tales, ne forte in eis amor carnalis & secularis affectio ꝑponderẽt amori diuino, qm̃ quod magis amat̃, de illo qsq; libẽtius loquit̃, & circa illud hilarius ac infatigabilius occupat̃. Discamus ergo inania aspernari, in spũalibus delectari, in oronibus, hymnis, ac psalmis indefesso ꝑsistere animo, & oblectari in actu tã sancto. Nempe q deuote orat aut psallit, dulcẽ quãdã mẽtis refectionẽ solet sentire, & spũali iucũditate ꝑfundi ex apphẽsione dei ac sensus verboꝝ. Pro-
Psalm.70 pter quod dixit Psalmista: Exultabunt labia mea cum cãtauero tibi: Ad ipsum ore meo clama-
Psalm 65 ui, & exultaui sub lingua mea. Qui ãt sic orat aut psallit, vix fatigat̃ etiã si q̃tidie legat psalteriũ vnum aut duo, sicut nec fatigãtur qui tota die sedent confabulando in vino, quoniã delectatio conseruat operantẽ in opere, & gratia dei mentẽ confortat, singuli quoq; versus psalmorum sunt quasi faculæ quædã igne spiritus sancti incensæ, ac sensu cœlesti repletę. Idcirco exploratione & attentione debemus assidue inflammari, delectari, atq; sępissime, recenter illuminari, ac eleuari, vt per singulos versus, flamma interioris caloris de corde nostro erumpens, in cœli
Psal.140. corã deo ascendat, dirigaturq; tanq̃ incensum nostra oratio in conspectu diuino, quẽadmodũ
Hiere.20 loquit̃ Hieremias: Factus est sermo dñi in corde meo, quasi ignis exæstuans. ¶Præterea, quãtum loquacitas & incauta loquutio sint cauendæ, hinc liquet, quod duabus monialibus linguæ incontinentibus & superiorem suum per verba incauta. interdum ad iram prouocantibus, remandauit. Corrigite linguam, alioquin excõmunico vos. Sic quoq; quãtum obedientia placeat dño ostensum est, per hoc quod sanctus Maurus adhuc puer ad sancti Benedicti præceptum ad extrahẽdũ pueꝝ noĩe Placidũ ex flumine currẽs sup aq̃s, q̃si sup terrã cucurrit, pueꝝq; extra-
Gregori9 xit demersum. ¶Præterea quoniã teste beato Gregorio sanctus vir Benedictus aliter docere non potuit q̃ vixit, ex sua doctrina ac regula possumus virtutum suaꝝ perfectionem inspicere. Attendamus ergo nonnulla quæ scribit in regula. Ecce inter cætera loquitur: Quicquid boni inchoas, à deo perfici instantissima oratione deposcas. Ad deum per laborẽ obedientiæ redi, à quo per inobedientiã recessisti. Quicũq; Christo militaturus proprijs voluptatibus abrenuntias præclara atq; fortissima arma assume. Primus humilitatis gradus est obedientia absq; mora, vt mox cum aliquid à maiore fuerit imperatum, quasi diuinitus imperetur statim ex occupatis manibus obediatur, imperfecto relicto quod agebatur. Obedientia nãq; tũc acceptabilis erit deo, & dulcis hominibus, si quod iubetur non tarde, non trepide, non tepide, aut cum murmure, aut cum responsione nolentis efficiatur. Nam si cum malo quis animo obediat, & quãuis ore non murmuret, sed corde, quanq̃ impleat iussionem, deo tamen non erit aceptum, quia cor respicit murmurantis. Et pro tali facto nullam consequitur grãm, verumetiã murmurantium pœnam incurrit, nisi cum satisfactione emendauerit. Ecce qualiter nos oporteat obedire. ¶Porro de obseruãtia silentij ait: A bonis eloquijs interdum propter taciturnitatem tacendũ est, quantomagis à malis, ideo rara detur loquendi licentia, propter taciturnitatis grauitatem
Proue.20 discipulis, q̃uis bona, sancta, & ædificatoria verba velint conferre. Quoniam scriptum est: In multiloquio nõ effugies peccatũ, ideo si quæ requirenda sunt, à priore cũ om̃i humilitate & subiectione reuerẽtiæ requirantur. Scurrilitates vero & verba otiosa in risum mouẽtia æterna clausura in om̃ibus locis damnamus, & ad tale eloquiũ nõ permittimus os aperire discipulũ. Quid ad istud dicturi sunt, q nõ solũ ad verba otiosa, sed etiã pũgitiua, detractoria, iniuriosa, cõtumeliosa, discordię seminatiua, aut mẽdosa os suũ aperiũt. ¶Insup de mõ orãdi & psallẽdi disseruit. Cõsideremus qualiter oporteat nos ẽẽ & stare in conspectu dei & angeloꝝ, sicq; psallamus, vt mens nostra, voci nostræ concordet. Si dum hominibus potentibus aliqua volumus suggerere, nõ præsumimus hoc nisi cum humilitate & reuerentia facere, quãto magis deo cum om̃i humilitate & puritate deuotionis supplicare oportet, & non in multiloquio, sed in cordis puritate, & lachrymaꝝ compunctione sciamus nos exaudiri. Ad horã quoq; diuini officij, mox vt auditum fuerit signum, relictis quæ erant præ manibus festinetur cum maturitate, nec aliquid dei operi præponatur. Oratorium quoq; sit quod dicitur: Nec ibi aliud quicq̃ geratur. Expletoq; ope dei, oẽs cũ summo silẽtio exeant, nec vnus in sua orõe ĩpediat̃, alterius ĩprobitate seu clamosa depcatõe. At vero de vitio ꝓprietatis penitus amputando sępius loquit̃, inter cætera, dicens: Pręcipue hoc vitium radicitus amputetur de cœnobio, ne quis præsumat aliquid dare aut accipere sine iussione superioris, neq; habere proprium, nullam om̃ino rem, neq; codicem, neq; tabulas, neq; graphium, & nihil om̃ino, quippe quibus nec propria corpora, nec volũtates licet habere in propria potestate. Amplius de sobrietate testat̃. Sufficere credimus ad refectionẽ quotidianam duo pulmenta, vt qui ex vno non poterit edere, ex altero reficiatur, remota præ om̃ibus crapula, vt nunq̃ subripiat monacho indigeries, quia nihil sic contrarium est om̃i Chriano, vt crapu-

A vt crapula. Alia multa cunctis religiosis vtilissima scribit in regula sicut de mutua fratrũ dilectio
ne & obeditione & qualiter debeant iuniores senioribus assurgere ac deferre. Postremo de di
ligẽtia, cura, exẽplaritate, doctrina, discretiõe, ptinẽtibus ad abbatẽ plura cõscribit, q̃ ad omnẽ
religiosorũ ptinẽt pſidentẽ, inter cætera dicẽs: Sciat abbas culpæ pastoris incũbere, quicq̃d vti-
litatis paterfamilias in ouibus minus potuerit inuenire. Tanti igit̃ patris vestigia & doctrinas fi
deliter, pseuerãter ac feruide semp sectemur, eiusq́ intercessione ac meritis exaudiri à dño de
precemur. Ad laudem & gloriam omnipotentis.

¶In festo Annuntiationis Mariæ.

¶Enarratio lectionis propheticæ loco Epistolæ: Loquutus est dominus ad Achaz, &c. Esaiæ septimo.

Recte lectio ista prophetica legitur hodie in officio missæ, quoniam quod Lu-
cas Euangelista in hodierno Euangelio recitat esse factum, hoc in lectione hac
prophetali Esaias propheta annuntiauit futurũ. Itaq; Esaias ait. ⌊Loquut⁹ est
dominus⌋ per Esaiam, ⌊ad Achaz,⌋ regem Iuda, ⌊dicens: Pete tibi⌋ .i. ad tu
am informationẽ & certificationẽ, ⌊signũ⌋ .i. aliquẽ miraculosum effectũ, ⌊à
dño deo tuo in profundũ inferni⌋ .i. circa inferiora terræ seu inferi, vt q̃d ter-
ra in aliqua sui parte scindat̃, & grãdi hiatu inferi pateãt, seu defunctus resurgat, ⌊siue in excel-
sum supra⌋ .i. in cœlo, vt q̃d solitus cursus solis & lunæ mutet̃ aut quiescat ad tẽpus, queadmo
dũ tẽpore Iosue factũ est. Aduertendũ q̃ Achaz iste prauissimus fuit idololatra, atq; incredu- Josue.10.
lus vero deo, & Esaiæ eius ministro. Vñ cũ deus p Esaiã pdixisset huic Achaz cito esse terminã
B da regna Syriæ & Samariæ, & Achaz non credidisset, rursus deus pcepit eidem Achaz vt pe-
teret sibi signum quantũcunq; magnum, quatenus per illud certificaretur de omnipotẽtia dei, Esa.7.
& veritate suæ prænuntiatiõis de præfata terminatiõe regnorum illorum. ⌊Et dixit Achaz⌋
ad Esaiam, ⌊Non petam⌋ signum, ⌊& non tentabo dominũ.⌋ Hoc addidit callidus ille A-
chaz, ne ex inobedientia videretur dixisse, non petam, Quasi dicat, Si quærerem signum, deũ
tentarem, quod in Deuteronomio prohibetur. Veruntamen Achaz non excusatur, nã ideo Deuter.6
non petiuit signũ, ne verus deus in suo miraculoso glorificaretur effectu. Cum etẽm idololatra
esset Achaz, nõ veri dei, sed idolorũ suorũ glorificationem optauit. Dicitur tamen deus verus
dominus deus ipsius Achaz, ratione creationis, & vniuersalis imperij, ob quam ipse solus om-
nium rerum deus ac dominus perhibetur. ⌊Et dixit⌋ Esaias videns regem Achaz & fautores
eius esse obstinatos ac perfidos, ⌊Audite ergo domus Dauid⌋ .i. tu Achaz & domestici tui ac
propinqui increduli, qui ex semine Dauid estis exorti. ⌊Nunquid parũ vobis est molestos esse
hominibus⌋ .i. vtiq; modicum reputatis, quod molesti estis mihi, cæterisq́; prophetis & iustis
vobis deo iubente loquentibus, & peccata vestra increpantibus, quia nos persequimini. Nec
mirũ, ⌊quia molesti estis & deo meo⌋ .i. tanta est vestra peruersitas, quod etiã deum altissimũ
molestatis, hoc est tam grauiter peccando offendistis, quod quasi per modũ molestati se habet
detestando vestra facinora. Itaq; sicut ira, furor, ac similes passiones conueniunt deo, nõ quan-
tum ad passionis affectũ, sed quo ad effectus similitudinem (quoniam puniendo per modum
irati se habet) sic & molestatio ascribitur deo, cũ vtiq; nullum horum in simplicissimo, inuaria
bili ac superbeatissimo deo habeat locum. ⌊Propter hoc.⌋ Istud refertur ad id quod in prin-
C cipio huius dicitur lectionis, Loquutus est dominus ad Achaz, &c. non ad verba immediate
præhabita, quia non ideo datur eis sequens signũ, quoniam hominibus & deo fuerunt molesti.
⌊dabit dominus ipse vobis signũ⌋ rememoratiuũ præteriti, non prognosticũ futuri. ⌊Ecce
virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel,⌋ .i. nobiscũ deus. Istud
iuxta beatissimorũ Euangelistarũ Matthæi ac Lucæ doctrinã impletũ est, dũ sacratissima vir- Matt.1
go Maria Gabriele archangelo nuntiante vnigenitũ dei concepit ac genuit, qui rite vocatur Luc.1.
à cunctis Christianis Emmanuel, qm̃ ipse in vnitate personæ est deus & homo, & inter homi-
nes visus est, atq; cũ eis est cõuersatus. In sacramẽto quoq; ac alijs modis indesinẽter nobiscũ es- Baruch.3
se dignatur. ⌊Butyrũ & mel comedet⌋ .i. veraciter homo & infantulus erit, solitis puerorũ ves
cens cibarijs, vtpote butyro & melle, ⌊vt sciat reprobare malũ⌋ .i. vitia detest[illegible], & hæreticorũ
errores, dicentiũ eum non veram, sed phãtasticã carnẽ assumpsisse, dãnare, ⌊& eligere bonũ⌋
.i. virtutes peccatis præferre, atq; catholicæ veritatẽ fidei approbare, quia butyrũ & lac mãdu
cando, ostendit se verã assumpsisse humanitatẽ. Ad hoc quoq; vsus est cibo ac potu, quatenus
ad ætatẽ perfectã deueniens publice prædicaret, errores & vitia reprobando, virtutes & scien
tiam salutarẽ docendo. Veruntamen quod ait, vt, tenetur cõcomitanter non causaliter, quoniã
Chrũs ab incarnationis suæ exordio habuit scientiã discernendi inter bonũ & malũ, ideo con
stat q̃ nõ ideo manducauit butyrũ & mel, vt sciret reprobare malũ & eligere bonũ, sed repro-
batio ista atq; electio, manducationem illam sunt consequutæ

¶Sermo primus circa Epistolam, Quàm decuerit dei matrem esse virginẽ, & institutio item pia, varia ac multiplex.

August. ECce virgo cõcipiet & pariet filiũ. Esaiæ 7. Decẽtissimũ fuit dñm nostrũ Iesum Christum vnicũ filiũ dei ex virgine nasci. Primo vt gñatio sua humana cõformaret̃ gñationi suæ diuinæ, quãtũ possibile fuit. Decuit ergo quod sicut Christus filius dei habuit patrẽ sine matre in cœlis, ita haberet matrẽ sine patre in terris. Secũdo, quia hoc fuit infinita dignatio filij dei, quod naturã humanã ad suã ꝑsonalitatẽ assumpsit, illã sibi immediate iungẽdo in vnitate ꝑsonæ, ideo summe condecuit naturã illã à filio dei assumptã ex omni parte ornari ac pulchrificari. Ad quod ꝑtinebat, vt ex purissimis sacræ virginis sanguinibus formaretur. Tertio, quoniã filius dei venit in mũdũ reformare & reintegrare corrupta ac vitiata, ideo decuit eũ nasci ex inuiolata & integerrima virgine, quatenus matris suæ integritas nequaq̃ corrũperetur ex natiuitate sua ex ea. Quarto, ex quo Christus ẽ verus dei filius, verusq́; deus, atq; ob hoc infinitę penitus dignitatis, nullatenus decuit matrẽ suã dignissimã, aliquã dignitatis ac puritatis suæ iacturã aut minorationẽ incurrere ex incarnatione & natiuitate sua ex ipsa, sed potius eam per incarnationẽ & natiuitatẽ vnigeniti filij dei ex ea, obtinere ineffabile dignitatis ac puritatis augmẽtũ. Ideo decẽs erat, vt virgo cõciperet, virgo pareret, virgo post partũ maneret, imò in partu & post partũ ineffabiliter purior eẽt q̃ ante. O q̃ inæstimabilis est dignitas huius electissimę virginis, quæ eundẽ habet filiũ cũ deo patre æterno, quæ illũ veraciter genuit, à quo spũs sanctus æternaliter procedit. Certe, quãto filius dei suã maiestatẽ immẽsam amplius exinaniuit, faciẽdo se filiũ virginis huius, tanto plus ꝑ hoc eã dignificauit. Hinc virgo ista sanctissima est dignitatis quodammodo infinitæ, inquãtũ est vera genitrix veri dei, propterea virginẽ istã præ omnibus mulieribus bñdictam, debemus post deũ & dñm nostrũ Iesum Christum, prę cũctis creaturis diligere, venerari & inuocare, sed ille eã syncerissime veneratur qui eius humilitatẽ, pietatẽ, mãsuetudinẽ, charitatẽ, cæterasq́; virtutes sectatur, eãq́; iugiter deprecat̃, vt has sibi à Chr̃o virtutes impetrare dignet̃. ¶Præterea ex lectione ista prophetica, multiplex salubre documẽtũ elicere possim⁹ Primũ, quod misericordia dei circa hoĩes est ineffabilis valde. Nã Achaz rex fuit totus vitiosus, deo incredulus & ingratus, & tamẽ ipse dñs deus oĩpotẽs ex pietate sua immẽsa admonuit ipsum Achaz vt peteret signum à se, siue in cœlo, siue in inferis, quatenus q solis dei verbis nõ credidit, miraculosis saltem effectibus crederet. Secũdũ est, quod magna ẽ impietas ingratoꝝ, quoꝝ nõnulli tã ꝑuersi & callidi sunt quod prauitates suas specie quadã virtutum ornãt, palliant & abscondũt. Sic em̃ nõnulli suã dissolutionẽ dicũt hilaritatẽ, suã pigritiam vocãt discretionẽ, suã crudelitatẽ appellãt iustitiã, suã auaritiã & immoderatã solicitudinẽ, dicũt eẽ prudẽtiã. Cõformiter Achas iste suã inobediẽtiam, dixit eẽ iustitiæ zelũ, diuinæq́; legis obseruationẽ, dicẽdo: Nõ petã, & nõ tẽtabo dñm. Nã eoipso quo deus præcepit sibi petere signũ, debuit obedire. Vitemus ergo vulpinã istam astutiã, & omnẽ hypocrisim, quã Christus in Euãgelio valde specialiter reprobat & cõdẽnat, nec de aliquo vitio tantum
Matt. 6. increpat pharisæos & scribas, quẽadmodũ de hypocrisi. Sæpissime etem̃ loquit̃: Væ vobis
Matt. 23. scribæ & pharisæi hypocritæ, atq; in synceritate & veritate corã altissimo ambulemus. Id-
Luce. 12. 13 circo Sapiẽtiæ primo ꝑcipit: In simplicitate cordis quærite deũ. Et primo Paralypomenon
1. Par. 29. sanctus Dauid effatur: Scio dñe deus meus quod probes corda, & simplicitatẽ diligas. Quæ omnia intelligẽda sunt de simplicitate colũbina nõ asinina. Hoc est de simplicitate quæ dicit̃ ꝑ exclusionẽ fictę duplicitatis & dolositatis, nõ de simplicitate quæ dicitur ꝑ exclusionẽ circũspectionis prudẽtiæ. ¶Insup peccata nostra nõ excusemus, sed humiliter fateamur & aggrauemus, ad emẽdationẽ nos exponẽtes, atq; ad satisfactionẽ & correctionẽ nos offerẽtes, cũ
Psalm. 50 psalmista dicẽtes: Iniquitatẽ meã ego cognosco, & pctm̃ meũ cõtra me est semp. Iteq́;: Qm̃
Psalm. 37. ego in flagella paratus. Tertiũ documẽtũ est, quod deus iustus, sanctus & sapiẽs, incõprehẽsibiliter odit peccatum, tãto videlicet magis, quãto ipse sanctior, iustior, sapiẽtiorq́; cõsistit. Vt em̃ ex textu lectionis huius propheticæ patuit, tãtum deus detestatur pctm̃, vt se asserat ex peccatis hominũ molestari, cõtristari, cõfigi, laborare atq; deficere, cũ tñ ipse incõmutabilis & tranquillimus deus in seipso æternaliter æque quietus, æque gloriosus & delitiosus cõ-
Gene. 6 sistat. Hinc etem̃ in Genesi legit̃: Vidẽs deus quod multa eẽt malitia hominũ nimis, penituit
Ibidẽ. eum quod fecit hominẽ, & tactus dolore cordis intrinsecus dixit: Delebo hominẽ quẽ crea-
Esaiæ. 43 ui à facie terræ. Per Esaiã quoq; loquit̃ deus populo indurato: Præbuisti mihi laborẽ in ini-
Malac. 2. quitatibus tuis. Et Malachiæ secũdo ait: Laborare fecistis dñm in sermonibus vr̃is iniquis.
Malac. 3. Et rursus ꝑ Malachiã loquit̃ deus: Si affiget homo deũ, quia vos cõfigitis me. Hinc etiã Hie-
Hiere. 44 remias propheta dixit pessimo populo Iudæoꝝ. Nõ poterat vos dñs vltra portare, propter malitiã studioꝝ vestroꝝ. Itaq;, qm̃ deus tã indicibiliter odit pctã, vitemus omẽ peccatum, primo & maximè ex puro dei amore. Secũdo, propter infinitam bonitatẽ, sanctitatẽq́; dei, propter quod omino cauẽdũ est quicquid displicet ei, & quicquid inhonoratiuum est eius. Tertio, quoniam deus tam multa bñficia præstitit nobis, & maximè, quoniã propter nos factus est homo, & pro nobis crucifigi dignatus ẽ, atq; æternã nobis beatitudinẽ recuperauit.

Quartus

A Quarto, q̄a peccata tā incōparabiliter nocēt nobis, q̄a per ea pdimus charitatē & grām dei in D p̄senti & gloriā sempiternā i cœlis, efficimur q̄q; serui filiiq; diaboli & infernalē meremur calamitatē. Itaq; diē istū solennē deuotissime in dei obsequio, laudibus & oratiōibus expēdamus, varia & inutilia verba vitātes. Postremo, inter miracula gloriosę virginis legit̃, q̄ S. Leo papa q̄ fuit filius Patricij Romanoꝝ, in adolescētia sua vitio incōtinentiæ ad tēpus subiacuit, & tn̄ in incōtinētia sua multū displicuit sibi. Ideo Mariā pijss. feruide inuocauit, vt grām castitatis sibi à suo filio acquirere dignaret̃, Fuitq; virgini sanctę valde deuotus. Post aliq̄t dies virgo pijss. apparuit ei, dicens; Precē tuā suscepi, & de cætero castus eris, atq; ad summi pōtificatus apicē ,puêheris. Quod totū ita impletū est. Cūq; beatus vir ille esset pōtifex summus, & celebraret, manūq; eius fœia q̄dā oscularet̃, vehemēs carnis tētatio ipm inuasit, quā dū nō posset abijcere, manū propriā sibi secrete abscidit & lecto decubuit. Cūq; à Romanis rogaret̃ celebrare, & iam opus q̄d fecit nō posset diutius occultare, cōuertit se ad virginē misericordiss. rogauitq; eam lachrymose & affectuosissime valde vt sibi succurrere nō differret. Tūc pijssima benignitatis regina sancto Leoni apparuit, & manū abscisam loco priori restituens eū perfecte curauit.

¶Enarratio Euangelij: Missus est Gabriel angelus à deo. Luc. 1.

GLoriosus Euangelista Lucas in Euangelio hodierno compendiose describit p̄sentis solennitatis historiā, qual'r. s. annūtiatio de incarnatiōe filij dei facta sit virgini p̄electę. Itaq; Lucas sic ait. ⌊Missus est angelus Gabriel,⌋ cuius nomē celebre est in « nouo ac veteri test. q̄m apud Danielē mentio fit de eo. Sil'r Lucas describit qualiter Dani. 8. 9
E « ipse Zachariæ sacerdoti apparuit, & Iohānis natiuitatē, grām, officiūq; p̄dixit, ⌊à deo⌋ imme Luc. 1.
diate, nō ab angelo superiori, sicut frequenter inferiores à superioribus mitti dicūtur, q̄d dū fit « à deo mittunt̃ mediate, ab angelis superioribus immediate, ⌊in ciuitatē Galilææ, cui nomē Na « zareth,⌋ q̄ parua ciuitas fuit. Nā Chrs in oībus humilia & abiecta elegit. Ideo nō in Hierusalē ciuitate Iudæoꝝ metropoli, sed in Nazareth oppidulo Galilææ. Nā & ipsa Galilæa tam despe B cta fuit Iudæis, q̄ principes Iudæoꝝ dixerūt ad Nicodemum: Scrutare scripturas, quia à Gali Iohan. 7.
læa nō surgit propheta, vt apud Iohan. legit̃. Et tn̄ Christum in Nazareth esse concipiendum Esaias p̄nuntiauit. Siquidem in Esaia, vbi nostra habet translatio, flos de radice eius. s. Iesse as- Esa. 11.
« cendet, Hebraica cōtinet veritas, Nazaræus de radice eius ascendet ⌊ad virginem desponsatā « viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomen virginis Maria.⌋ Cur filius dei voluerit incarnari ex virgine desponsata, rōnes varię assignant̃. Prima, ne pudicissima virgo de incōtinentia diffamaret̃. Secūda, ne Chrūs de fornicaria natus diceret̃. Tertia, ne Iudæi Christū iuste contempsisse tanq̄ illegitime genitū viderentur. Quarta, vt diabolus minorem haberet occasionem putandi Iesum esse Messiā, eo q̄ de cōiuge esset natus, cū sciret Christū de virgine nasciturū. Quinta, ne virgo Maria tanq̄ adultera lapidaret̃, Nā & de sacerdotali fuit tribu, cuius tribus puellæ fornicātes lapidabant̃, sicut adulteræ tribuū aliaꝝ, vt patet in Leuitico. Deniq; Ioseph virginis huius sponsus vir iustus fuit de domo. i. semine atq; familia Dauid regis, de cuius tribu etiā erat virgo beata. Nā de eadem cōmuniter fuit vterq; coniugū in veteri test. pręsertimq; puellæ succedētes in parentū hæreditate nubere prohibebant̃, nisi viris propriæ tribus, Leuiti. 21. Matth. 1.
C ne sortiū distributio misceret̃ & cōfunderet̃ eundo à tribu in tribū. Porrò virgo Maria vnica fuit suo patri, propter q̄d ei in hæreditate successit. Insup hoc maxime fuit dignationis, & exinanitionis, q̄ vnigenitus dei contentus fuit annuntiari eodem angelo, quo Iohannis natiuitas fuit denuntiata, & item, q̄ non nisi vnū angelum misit ad annuntiandum suæ incarnationis mysteriū. Ad hoc etem̄ venit filius dei in mundū istū, vt in omnibus humilitatem doceret verbo & opere, atq; per eam nos oportere ad æternā redire salutē. Ideo vno, cōsuetoq; nūtio fuit « cōtentus. ⌊Et ingressus angelus ad eā,⌋ vtiq; (vt credit̃) in locū secretū & clausum, in q̄ clauso Matth. 6
super se ostio orauit patrē cœlestē in abscondito, & cōtēplatiōi vacauit. Estq; probabile, q̄ vir « go p̄clara pro totius mūdi salute & Chri aduentu orauit in hora illa, ⌊dixit,⌋ cū grandi reuerētia ac humili apparatu sanctissimā virginē dei sui mox futuram genitricem salutās, imò & eius « dignitatē admirans. ⌊Aue grā plena⌋. i. sine væ sis tu ô Maria, q̄ es plena in anima tua, grā gratū faciente, virtutibusq; infusis, & donis ac fructibus spūs sancti, tanq̄ persona excellenter heroica. Non tamen fuit tam plena, quin erat protinus magis replenda, & vsq; ad finem vitæ suæ « in seculo isto q̄tidie mirabil'r creuit in grā, in omni perfectione virtutū atq; donoꝝ, ⌊dn̄s⌋ de « us vnus ac trinus, ⌊tecum,⌋ tanto singularius, quanto gratiosius. Nempe quo gratia virginis « extitit plenior, eo consistentia dei cum ea & in ea fuit singularior atq; præclarior, ⌊benedicta tu in mulieribus,⌋ hoc est, præ cunctis mulieribus magis à deo electa & benedicta, quia maioribus donis, tam gratiæ gratum facientis, quàm gratiæ gratis datæ, à deo fuit repleta siue replenda, & ad maiorem beatitudinem erat præordinata. Fuit enim dignitatis quodammodo infinita, quemadmodum in sermone præhabito est ostensum. Itaque cum benedictio dei sit collocatio munerum eius, & multiplicatio eorundem, tanto benedictior est Maria, q̄to eminentiora & singulariora à deo sortita est gratiæ dona. Ipsa quoq; tam magnifice ab an-

gelo salutabatur, nō solū ob id quod tūc fuit, sed & ob id quod mox erat futura, & q̄d in prædestinatione fuit diuina. ⌊Quæ cū audisset⌋. i. cum virgo beata audisset præhabita verba de excellētia sua, ⌊turbata est in sermone eius⌋ hoc est, in tā excellenti inopinata, & antea nusq̄ audita salutatiōe angelica sibi facta vehemēter est admirata & mota. Turbatio ista nec imperfectionis fuit nec culpæ, sed magnæ admiratiōis, virgineiq́ pudoris, & quædam immutatio potētię affectiuę præcipua. Cū etem̄ felicissima virgo in oculis suis minima eēt atq; humilima, & laudabiliter pudorata, de tanto suo mirabatur præconio, eo plus, quo tale quid minus sensit de se. Considerādum quoq; quod virgo sancta fertur turbata in verbis angeli, nō in visione ipsius, quia (vt dicitur) solita fuit conspicere angelos. Veruntamen aliqui probabiliter dicūt, quod Gabriel archangelus, apparuit ei hac vice cū lumine multo abundātiore, & apparatu ac habitu elegātiori, prout magnitudo ac dignitas causæ suæ legatiōis exegit, idcirco etiam in eius visione fuit aliqualiter tūc turbata, ⌊& cogitabat qualis eēt ista salutatio⌋ Non dubitauit quin eēt vera atq; angelico ore prolata, qm̄ gratiosa & sapiēs virgo, nō caruit gratia discretiōis spirituū, cogitauit tamē, qualis eēt hæc salutatio, quid prætēderet, quo tēderet. Et hoc fuit prudētiæ quod nō statim respōdit, sed cogitauit qualis salutatio ista tā solēnissima esset, qua se reputauit indignā, cōsiderās se secūdū id quod fuit in se, & ex se, iuxta quē modū dixerat Paulus: Nō sum dignus vocari apostolus. ⌊Et ait angelus ei: Ne timeas Maria⌋ Nominatim exprimit virginē sacrā, & blande ac familiariter alloquitur, cōsolaturq́ eā, teneritudini, virgineoq́ pudori ac turbationi eius quasi cōpatiēs. Et quāuis turbatio, admiratio, timor & pudor sanctæ Mariæ nō fuerūt culpabiles, angelus tamē hortabatur vt abijcerētur, quatenus diuiniores, pfectioresq́ actus succederēt, vtpote cōtemplatio diuinoꝝ, gratiarum actio, tranquillissima quoq; serenitas mētis in deo. Cur aūt timere nō debuit, subditur: ⌊Inuenisti em̄ gratiā apud deū⌋. i. deo accepta es, pietatē & gratiam quā quęsisti adepta es, imò & multū plus. Nā ⌊ecce⌋ rē nouā & maximā, ⌊cōcipies in vtero⌋ saluo virginitatis signaculo de spiritu sancto, ⌊& paries (integra manēs) filiū⌋. i. vnigenitū dei, qui erit & vnigenitus tuus, ⌊& vocabis nomē eius Iesum⌋ quod interpretatur saluator. Vnde angelus dixit ad Ioseph. Vocabis nomē ei⁹ Iesum. Ipse em̄ saluū faciet populū suum à peccatis eoꝝ. ⌊Hic erit magnus⌋ hoc est, filius iste qui secūdū deitatē est maiestatis, pfectionis & gloriæ infinitæ, erit secūdū suā humanitatē etiā valde magnus p dona gratiæ & gloriæ, imò sacratissimus, sapiētissimus, & toto vniuerso dignior ac charior deo propter hypostaticā seu suppositalem vnionē suæ humanitatis cū verbo æterno. Vnde ob hanc magnitudinē spiritualē, Christus in vtero virginis magnus fuit & vir. Iuxta illud Hieremiæ: Nouum creauit dominus sup terram, mulier circūdabit virum, ⌊& filius altissimi vocabitur⌋ hoc est, vnigenitus æterni patris dicetur, tanquam verus & naturalis, coæqualis & consempiternus filius eius, non adoptiuus. ⌊Et dabit illi dominus deus⌋ id est, deus pater seu trinitas dabit Christo secūdum naturam suam humanā, ⌊sedem⌋ id est, regiā dignitatē atq; iudiciariam potestatē, ⌊Dauid patris eius⌋. i. quā Dauid rex pater Christi hominis habebat in typo seu figuraliter. Quicquid em̄ potestatis & eminētię fuit in Dauid, multo plenius & excellētius fuit in Christo. Propter quod dixit: Data est mihi om̄is potestas in cœlo & in terra. Hinc Christus vere rex Israel fuit plenariamq́; potestatē & iurisdictionē sup Iudæos accepit in spiritualibus ac corporalibus, quamuis ea vsus nō fuerit in corporalibus & tēporalibus rebus. Propter quod dixit Pilato: Regnū meū nō est de hoc mūdo. Et cū voluissent eū Iudæi facere regē, fugit. ¶Deniq; (secūdum doctrinam sanctoꝝ) eoipso quo Christi humanitas hypostatica vnione coniuncta est verbo æterno, prælata est om̄i enti creato. Vnde ipse Christus ait: Pater diligit filiū, & oia dedit in manu eius, ⌊& regnabit in domo Iacob⌋. i. in cordibus veroꝝ & electoꝝ Israelitarum, nō solum corporaliter à Iacob patriarcha descēdentium, sed vniuersoꝝ quoq; fidelium virtutes eius sequētiū, ⌊in æternū⌋ videlicet nūc in ecclesia militāte p fidē, deinde absq; fine in ecclesia triumphante p gloriā, ⌊& regni eius nō erit finis⌋. i. gubernationis ac præsidētiæ Christi terminus nunquàm erit. Vel, regni eius, id est, ecclesiæ seu populi fidelis non erit finis, quia vsq; ad finē mūdi durabit, deinde ad cœlestē patriam trāsferetur, nec terminū sortietur. Hinc apud Esaiā prædictū est: Sup solium Dauid & sup regnum eius sedebit, vt cōfirmet illud in iudicio & iustitia, amodo & vsq; in sempiternū. Daniel quoq; ait: Dedit ei, videlicet deus pater Christo, potestatē & honorē & regnū, & oēs populi, tribus, & linguæ seruient ei. Potestas eius potestas æterna quæ nō auferet, & regnū eius q̄d nō corrūpet. ⌊Dixit aūt Maria ad angelū: Quomodo fiet istud⌋ q̄d filiū dei cōcipiā, ⌊qm̄ viꝝ nō cognosco?⌋ id est, nō cognoscere decreui & voui. Iā em̄ (secūdū doctores) virginitatē promisit, tamē, vt loqtur Augustinus, sub honestissima cōditiōe, videlicet nisi deus aliter de ea disponeret. Quærit aūt de mō, nō de facto secūdū se, quia nō dubitauit de facto, sed de obseruatiōe virginitatis solicita, sciscitata est opis modū. Verūtamē (iuxta Ambrosiū) legit Maria illud in Esaias Ecce virgo cōcipiet, modū vero nō legit. Ex q̄ probat, q̄d erudita fuit i lege atq; prophetis. Nam

Margin notes: 1. Cor. 15. — Matth. 1. — Hiere. 31 — Matt. 28 — Johan. 18. — Johan. 6. — Johan. 3 — Esaiæ. 9. — Daniel. 7. — August. — Ambro. — Esaiæ. 7.

A Nam & Origenes testatur, ꝙ habuit legis scientiã, nec mirũ, qm̃ ab infantia sua vsq; ad nubiles annos cõmorata fuit in tẽplo. ⌊ Et respõdẽs angelus, dixit ei: Spũs sanctus superueniet in te ⌋ .i. supernaturaliter operabitur in te, fœcundã te faciẽdo, & ex tuis purissimis sanguinibus corpus Christi formando, ⌊ & virtus altissimi ⌋ .i. omnipotẽtia patris summi, ⌊ obũbrabit tibi ⌋ .i. suã potestatẽ immẽsam tuæ capacitati cõtẽperabit, vt eius influentiã & efficiẽtiã ferre queas. Sicq; immediate ꝑ se exercebit in te, q̊d facit in alijs ꝑ causas secũdas & naturales, vtpote ꝑ cõmixtionem maris & fœminæ. Vnde ad innuẽdum, ꝙ Christus de matre sit natus, viro eã non fœcũdante, sed diuina potestate in ea agẽte, scriptũ est in Esaia: Ascendit corã eo sicut virgultum, & sicut radix de terra sitienti. Virgultũ etẽm oritur absq; seminis proiectione in terrã, similiter radix de terra sicca. ⌊ Ideoq; & quod nascetur ex te sanctum, ⌋ .i. Christus secundum deitatem suam essentialiter sanctus, ex te nasciturus, qui secũdum naturam humanam cunctis prædestinatis est sanctior, ⌊ vocabitur filius dei ⌋ vnicus, naturalis, æternus, cui soli ista conceptio tam admirabilis seruabatur. Præterea quia in verbis ijs superbenedicta trinitas distincte exprimitur, cõstat virginem summam ante hanc alloquutionem angelicã habuisse superbeatissimæ trinitatis fidẽ explicitam ac distinctã notitiam, alioqui quid angelus per hæc verba insinuauit, nõ intellexisset, sed dicere potuisset, quod in actis quidã respondisse legũtur apostolo sciscitanti, si spm̃ sanctũ accepistis credentes? Qui responderũt: Sed neq; si spũs sanctus est audiuimus. Deinceps vt virgo sacra magis exhilaretur, & eius deuotio amplius inflãmetur, sicq; iucundissima ac deuotissima mente cõsentiat, & filiũ dei concipiat, proponit ei angelus supernaturale exemplum, vt mirabilis cõceptio futura, per mirabilem cõceptionẽ præteritã approbetur. ⌊ Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipsa cõcepit filium in senectute sua, ⌋ nõ obstãte duplici naturali impedimẽto quod habuit, puta senectutis & naturalis sterilitatis. ⌊ Et hic mẽsis ⌋ scilicet Martius, in quo tibi hæc loquor, ⌊ est sextus, ⌋ à mẽse in quo cõcepit, ⌊ illi ⌋ Elizabeh, ⌊ quæ vocatur sterilis, ⌋ quia sic diu fuit vocata, qm̃ per tot annos fuerat infœcũda, ⌊ quia non erit impossibile apud deũ om̃e verbũ ⌋ .i. quicq̃d sermõe exprimi potest, à deo fieri potest, dũmodo rõ entis ei cõpetere queat, hoc est, si cõtradictionẽ nõ implicet. Potestas etẽm dei ẽ penitus infinita, cui om̃i sunt æque facilia, & q̃ nõ potest in tot & tãta, quin possit in infinities plura, atq; maiora. His auditis pia ac docilis virgo, cito cõsensit, dicẽdo humillime. ⌊ Ecce ancilla domini ⌋ ego sum, idcirco ad om̃ia ei placẽtia offero me paratã. ⌊ Fiat mihi secũdũ verbũ tuũ ⌋ .i. filiũ dei cõcipiã operãte spũ sancto, vt promisisti. Quo dicto in instãti filiũ dei cõcepit, ita ꝙ in eodem instãti formatũ fuit corpus Christi, & anima eius creata, corporiq; infusa, atq; vtrumq; verbo æterno vnitũ. Cõsiderãda est demũ in respõsione hac virginis sacrosanctæ profundissima eius humilitas, qm̃ tam sublimiter salutata, tam incõparabiliter fœminis cũctis prælata, tã mirabiliter cõmendata, atq; in matrẽ filij dei se audiẽs præelectam, nequaquã est gloriata inaniter, aut exaltata insipiẽter, sed tãto plus humiliauit seipsum, quo amplius cõmẽdabatur ab angelo, & sublimabat̃ à deo, nõ aliud q̃ eius ancillã se vocãs. Sic quoq; post Christi ascẽsionẽ, eius se appellauit ancillã, queãdmodũ ĩ epistolis suis ad sanctũ Ignatiũ patet. Queãdmodũ eñ vani homies ex suis laudibus stolide intumescũt, sic virtuosi ex suis laudibus magis seipsos humiliãt, certi ꝙ boni nil habeãt nisi à deo, cui vnusquisq; tenetur tãto gratior esse atq; subiectior, quãto plura & potiora ab eo sortitus est bona.

Margin: Origenes — Esaiæ. 53 — Act. 19

C ¶Sermo. II. circa Euãg. Quàm celebris ac venerãda nobis esse debeat annũtiatio dñica.

HAEC dies boni nũtij est, Si tacuerimus, sceleris arguemur. 4. Reg. 7. Legit̃ quarto Regũ, ꝙ filij Israel in ciuitate Samariȩ à Syris obsessi ad tãtã deuenerũt caristiã, ꝙ mulieres præ magnitudine famis proprios pueros occiderũt & comederũt. Tandẽ quatuor viri leprosi in illa vrbe manẽtes, magnitudine famis cõpulsi, exierũt nocte in cãpũ, vt ad Syros cõfugerẽt, & reficerẽtur ab eis. Cũq; venissent ĩ cãpũ, inuenerũt Syros fugisse, & eoꝝ tẽtoria victualibus plena, indeq; cũ mãducassent, dixerũt: Hæc dies boni nũtij est, eam⁹ & nũtiemus in aula regis. Quod cum fecissent, egressus rex Israel & populus eius, inuenerunt copiã victualiũ, vestimẽtoꝝ, armoꝝ, aliarumq; opũ. Si ergo dies illa fuit dies boni nũtij, seu bonæ annũtiatiõis, in quo nũtiata fuit illa euasio filioꝝ Israel à Syris hostibus suis, atq; adeptio rerũ temporalium copiosa, quãto magis dies ista, dies est nũtij boni, in qua Gabriel archãgelus missus à deo nũtiauit virgini gloriosæ incarnationẽ & partũ filij dei ex ea, ꝑ quã incarnationẽ totũ genus humanũ, ab inuisibilibus liberatũ est hostibus, ac spũalibus repletũ diuitijs, hoc est, varijs charismatibus spũs sancti. Itaq; hodie celebrat sancta mater ecclesia illã annũtiationẽ qua deus om̃ipotẽs per angelum Gabrielem annũtiauit virgini sanctæ Christi incarnationem seu cõceptionem. Deniq; annũtiatio ista celebris nobis est, & om̃i veneratione dignissima, primo ex parte principalis annuntiantis. Tota enim supergloriosissima trinitas fuit principalis annuntians, & certum est, quod deus trinitas est dominus vniuersorum, cuius maiestatis & excellentiæ nullus est finis. Videmus in seculo isto, quod homines habent pro magno, quando excellentes personæ aliquid boni annuntiant eis per se, aut per suos ministros, vt si rex, aut

Margin: 4. Reg. 6

dux quippiam suo annuntiet militi. Nonne gratias agũt dignatiõi & fauori sui principis circa se, & seruiunt ei pro posse? Quanto magis magnum reputare debemus, q̃d deus altissimus oĩm dñs, incõparabilis excellẽtiæ princeps, annuntiauit nobis p̃ suũ ministrũ, tã desiderabilissimũ bonũ, videlicet Chr̃i incarnationẽ ob nostrã salutionẽ. De tã ineffabili ergo dignatione & pietate dei circa nos, gloriemur in eo, & gratiarum actiões ei p̃cordialissimas offeram', atq; pro posse ei vicissitudinẽ repẽdamus, eum diligẽdo ardẽter, timẽdo filialiter, seruiẽdoq; ei p̃seuerãter ac reuerẽter. Nõ eẽ sufficit ore regratiari, sed oportet altissimũ p̃ obseruantiã p̃ceptorum oĩm venerari, qm̃ ipse p̃ Esaiã de q̃busdã cõquerit: Populus hic labijs me honorat, cor aũt eorum lõge est à me. Christus quoq; in euãgelio increpat tales dicẽdo: Quid dicitis mihi dñe dñe, & nõ facitis q̃ dico? Nec sufficit vnũ aut pauca obseruare precepta, sed oĩa, cũ Iacobus ap̃lus in sua protestetur epistola. Quicũq; totã legẽ impleuerit, offendat aũt in vno, factus est oĩm reus. Istud est cõtra multos qui in iuuẽtute sua luxuriẽ & cæteris iuuẽtutis vanitatib', in senectute vero auaritiæ seruiũt. Scd̃o annũtiatio ista celebris & venerãda ẽ nobis ex p̃te annũtiati, seu rei annũtiatæ, vz incarnatõis vnigeniti filij dei, & cæterorum mysteriorum ipsius atq; magnaliũ q̃ in euãgelio hodierno tãgũtur, cũ dr̃: Hic erit magn', & filius altissimi vocabit. Et dabit illi dñs deus sedẽ Dauid patris eius, &c. Hæc etẽ bñdicta incarnatio filij dei recolẽda & venerãdissima nobis est. Primo, qm̃ in seipsa prorsus sancta & gloriosa ẽ. Secundo, qm̃ propter nos facta ẽ, ideo quãto vnigenitus dei in hac incarnatiõe magis se p̃pter nos exinaniuit, tãto se nobis amabiliorẽ, honorabiliorẽq; fecit, & tãto plus ei regratiari ac deseruire cõdigne tenemur. Tertio, qm̃ fructuosissima ac saluberrima nobis ẽ. Nã Chr̃i incarnatio nr̃a ẽ deificatio, & nr̃æ naturæ admirãda dignificatio, & exaltatio gratiosa. Ipse etẽ factus est hõ, vt nos efficiamur dij .i. diuini. Ipse factus ẽ filius virginis, vt nos efficiamur filij dei patris. Ipse se vsq; ad infima inclinauit, seruiuit, & mori dignatus ẽ, vt nos sublimemur vsq; ad summa, & angelis parificemur ĩ gloria, æternaliterq; regnemus, & immortales ac impassibiles simus cœlesti ĩ patria. Ecce q̃tũ tenemur Chr̃o regratiari, & quã deuote annũtiationẽ suæ incarnatiõis celebrare debemus. Sed qm̃ incarnatio eius nobis nil proderit, imò maioris dãnatiõis occasio erit nisi sp̃ualiter viuere studeamus, Chr̃i sectando vestigia, idcirco t̃palia atq; carnalia paruipẽdamus, cõcupiscẽtias sensualitatis frenãdo, auaritiã, acediãq; vincẽdo. Sit ergo principalis & summa nr̃a affectio ad sp̃ualia bona, ad dei amorẽ, ad proficiẽdum in oĩ virtute & gr̃a sp̃us sancti, atq; finaliter ad obtinẽdũ beatitudinẽ sempiternã. Nõ eẽ habemus hic locũ manẽtẽ. Et (vt Iacobus ait ap̃lus) quid est vita hęc nr̃a, nisi vapor ad modicũ parẽs. Propterea S. Iob dixit: Parce mihi dñe, nihil eẽ sunt dies mei. Tertio, annũtiatio ista celebris nobis ac venerãda consistit ex p̃te eius cui facta est, s. virginis gloriosæ, q̃ est regina, mater & aduocata nr̃a. Quæ sicut nobis est specialissime diligẽda ac honorãda, sic eius sublimatiõi & gr̃æ debemus p̃cipue cõgratulari. Valde etẽ in hac annũtiatiõe ẽ sublimata à deo reuerẽdissime q̃q; salutata ab angelo, atq; in gr̃a sp̃us sancti, in oĩ virtute & donis ipsius ineffabiliter ditior, p̃fectiorq; effecta. Vnde dicere possum' ei illud Iudith: Bñdict' dñs q̃ creauit cœlũ & terrã, q̃ nomẽ tuũ hodie ita magnificauit, vt nõ deficiat laus tua de ore hominum vsq; ad sempiternũ. Quarto, annũtiatio ista solẽnis est nobis ex parte annũtiãtis instrumẽtalis, puta archãgeli Gabrielis, q̃ inter angelicos sp̃us magnus ẽ & famosus, de q̃ in scripturis noui ac veteris testamẽti fit mẽtio, quẽ & specialiter amare debemus ac honorare, qm̃ in his quæ ad nostrã pertinẽt liberationẽ & salutẽ ac informationẽ, præ cæteris angelis sanctis legitur exhibuisse obsequiũ, & missus à deo fuisse. Nã & Danielẽ prophetã de Christi aduẽtu, passione, atq; mysterijs erudiuit, virginẽ q̃q; Mariã in euãgelio hodierno legit instruxisse, & fuit paranymphus ip̃ius. ¶ Legit q̃dã miles q̃dã ordinẽ ĩtrauit Cistertiẽsem, & fuit miles ille oĩo illiterat', ita q̃ nec salutationẽ sciuit angelicã. Deputat' itaq; fuit ei q̃dã de monachis, vt eum instrueret, sed ille nil discere potuit, p̃ter Aue Maria. Et verba illa tanto frequẽtius atq; feruẽtius protulit, quãto minus q̃d aliud legeret, sciuit. Cũq; mortuus & sepultus fuisset, creuit sup̃ sepulchrum eius arbor, in cuius singulis folijs scriptũ fuit aureis literis Aue Maria. Ad quod miraculũ plurimi cõcurrẽtes, tãdẽ aperuerũt eius sepulchrũ. Quo facto viderũt arborẽ illam creuisse radicitus ex ore defuncti. Ex quo innotescit q̃ gratũ ac placitũ deo sit & virgini benedictæ, salutatiõem istã angelicã deuote legere & frequẽter. Itaq; beatissimã dominã nostrã affectuosissimè ac sæpissimè salutemus, eius humilitatẽ, mãsuetudinẽ, castimoniã imitemur, ad eam cõfugiamus & eius auxilium iugiter deprecemur.

Marginal notes, left: Esaiæ.29 · Lucæ.6 · Iacobi.2 · Heb.12 · Iacobi.4. · Iob 7 · Iudith.13 · Dani.8.9 · Lucæ.1
Marginal letters, right: D · E · F

¶ Sermo tertius: Cur inimicitiæ sint inter Mariã & diabolum, & quibus armis expugnãda sit virtus diaboli.

DIxit dñs ad serpẽtẽ: Inimicitias ponã inter te & mulierẽ. Ipsa cõteret caput tuũ, & tu insidiaberis calcaneo eius. Genesis tertio: Sacra historia libri Geneseos docet queãdmodum diabolus p̃ serpẽtem deceperit primos nostros parentes, Adam & Euam, sic tamẽ, quod primo decepit Euam, & deinde p̃ eam fefellit & virũ. Hinc

A deus iustissimus sub nomine serpētis maledicēs diabolo, inter cætera ait: Inimicitias ponam
inter te & mulierē. Hæc mulier est virgo sanctissima, cui & Chrūs in cruce pendēs dicebat. Johan.19.
Mulier, ecce filius tuus. Itaq; inter hāc mulierē præ cūctis mulieribus incōparabiliter bene- Gene.3
dictā atq; diabolū posuit deus inimicitias. Quæ inimicitiæ ex parte diaboli iniuste ac pessi-
me sunt, sed ex parte virginis sanctæ sunt iuste ac optime. ¶Porrò, multis ex causis dicūtur
inimicitię inter fœminā istā ac diabolū positæ. Primo, qm̄ mulier ista & diabolus sunt sibi in-
uicē summę dissimiles in seipsis atq; cōtrariæ. Dissimilitudo aūt parit auersionē, cōtrarietatē
& displicētiā. Siqdē mulier ista inter oēs puras creaturas extat humilima, māsuetissima, mi-
sericordissima, charitate, cęterisq; virtutibus ac donis spūs sancti plenissima. Diabolus vero Job.41
supbissimus, inimicissim⁹, crudelissimus, inuidissimus, vitiosissimusq; cōsistit, idcirco se mu-
tuo maxie odiūt, sic tñ q̄d virgo beata odit diabolū odio iusto, nō quātū ad suā naturā in se, Psalm.138 Psalm.118
sed q̄ ad culpā ipius. De q̄ odio virtuoso ait propheta: Perfecto odio oderā illos. Itēq;: Iniqs
odio habui Porro diabolus odit virginē sacrā odio pessimo q̄tū ad eius psonā siue naturā, cu
ius beatitudini ineffabil'r inuidet, & quā penitus nō eē, aut dānatā eē desiderat, aut desidera-
ret si eēt possibile. Sic vtiq; q̄to aliqs Chrianus fuerit virtuosior, tāto plus odit eū diabolus, Miche.6
& tāto plus cupit eius ruinā, fortiusq; conat (q̄tū pmittit) vt suis tētatiōibus superet eū. Ideo
oīs Christidelis deuotus, deo placere, pseuerare, proficere cupiēs, debet semp eē corā deo so-
licitus, custoditus, & cōtra diabolū pmunitus, armatus ac pliari paratus. Propter q̄d priceps 1.Petri.5.
B aplor in prima sua epla: Sobrij (inqt) estote & vigilate, quia aduersarius vr̄ diabolus tanq̄ leo
rugiēs circuit, quærēs quē deuoret. Ecclesiasticus q̄q; ait: Fili accedēs ad seruitutē dei, sta ī iu Eccle.2
stitia & timore, & ppara animā tuā ad tentationē. Sed & Paulus aplus plenius nos informat Ephe.6
dicēdo: Cōfortamini in dn̄o, induite armaturā dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli,
induti loricā iustitiæ. In oībus sumētes scutū fidei, in q̄ possitis oīa tela nequissimi ignea
extinguere. ¶Deniq; arma ista sunt virtutes, orōnes, eleemosynæ, meditatiōes de passione
Chri, de districtiōe diuini iudicij, de pœnis inferni, & cætera opa bona, qualibus debemus vi- 2.Timo.2
gilāter insistere, ne vincamur, sed æternal'r coronemur. Nō aūt coronat à deo diademate sa
lutis æternæ, nisi q certauerit legitime. Et hoc debet nos ad virilē cōflictū cōtra diabolū, vi-
tiorūq; aciē inflāmare, q̄d diabolus tā vehemētissime odit nos, & de nr̄a ruina ac pditione tā
maxime gloriat. Ideo orauit propheta: Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiā in mortē. i. Psal.12.
in peccati cōsensum quiescā, cessando à motu ac plio cōtra diabolū, neqn̄ dicat inimicus me-
us, pualui aduersus eū. Itaq; armemus nos humilitate, cōtra spm̄ & peccatū supbiæ, māsuetu
dine cōtra irā, castitate cōtra incōtinētiæ tētationē, liberalitate & misericordia, cōtra auari-
tiam & ferocitatē, charitate cōtra inuidiā, deuotiōis feruore cōtra acediam, timore dei cōtra
dissolutionē. Secūdo inter virginē gloriosam & diabolū dicuntur inimicitiæ positæ, propter
cōtrarietatē effectus eor. Nā virgo pijssima nō cessat pro hoībus exorare, pc̄tōribus subueni Gene.3
re, multis salutē acqrere, ecclesiā defensarę, dæmones cōfutare, cōfundere atq; deijcere. Dia-
bolus vero nō cessat hoībus aduersari, eos tētare, multos trahere ad condēnationē, molestare
ecclesiā, & pro posse resistere virgini bn̄dictæ, sed ipsa vndiq; pualet ei, & cōterit caput ipsi-
us, estq; terribilis cūctis dæmonibus, sicut in Cāticis legit: Quæ est ista quasi aurora cōsurgēs, Cantic.6
C pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castror acies ordinata. Sic & quilibet Christianus
debet pro viribus suis reniti diabolo, & oīa opa ei cōtraria opari, sibijpsi in primis proficiē-
do in gratia, deinde alijs ad salutē cooperādo, pro ipsis orādo, eos hortādo, & dum peccant
corripiēdo, seq; in oībus exēplarē præbēdo. Tertio inter virginē Christiferā atq; diabo-
lum inimicitiæ positæ asserūtur, qm̄ sicut à diabolo cœpit gn̄is humani perditio (iuxta illud Gene.3
Sapiētis, inuidia diaboli mors introiuit in orbē terrar) ita à virgine gloriosa cœpit saluatio. Sapiæ.2. Lucæ.1
Ea nāq; cōsentiēte incarnatus est filius dei, & ipsa ver & pfectū cōcepit ac peperit saluato-
rem. Hæc ergo est mulier illa fortissima, oīni virtute plenissima, de q̄ Salomon loqt: Mulierē Prouer.31
fortē quis inueniet? Accinxit fortitudine lumbos suos. Manū suam misit ad fortia. Fortitudo
& decor indumētum eius. ¶Præterea, qm̄ deus altissimus & æternus, cuius sapiētiæ nō est fi- Psal.144.
nis, hāc fœminam ab æterno elegit, vt inter eam atq; diabolum inimicitias poneret, idcir-
SAnctus Euāgelista Iohānes in hodierno Euāgelio recitat & describit documēta & exempla ac sacramēta, quæ Chrūs in nouissima cœna proposuit, exhibuit, & oībus nobis cōsiderāda, sumēda ac imitāda reliquit. Ait itaq; ⌊Ante diē festū paschę⌋.i. diē, pascha lem Iudæoꝝ festiuitatē immediate præcedente, videlicet feria quinta, in cuius vespere incepit paschalis solēnitas Iudæoꝝ, qa in vespere diei illius comederūt agnū paschalē, sic'q; dies parasceues fuit prima dies solēnitatis illius, loquēdo de integris eius diebus, nō tñ fuit celeberrima, sed sabbatū sequēs. Et vocabat parasceues, qa in eo parabāt cibos pro die illo sabbato'q; sequēte, quod adeo celebre fuit, q nec cibos parabāt in eo. ⌊Sciens Iesus, qa venit hora eius⌋.i. q tempus suæ passionis instaret, ⌊vt transeat ex hoc mūdo ad patrē⌋.i. per passionē, resurrectionē & ascensionē tendat à seculo isto, & à mortalitate vitæ præsentis ad summū cœlū, in quo deus pater specialiter esse & habitare asseritur, qm̄ ibi clarius se ostendit, & excellētius operat, cū tamen essentialiter, præsentialr ac potētialiter vere vbiq; sit, vtpote incircūscriptibilis & immensus, oīa implēs, penetrans, circūplectens, cōseruans & suptrāscendēs. Trāsiuit aūt Christus ad patrē secundū naturā suā humanā, quia secundū deitatē immobilis & coimmēsus est patri, ⌊cū dilexisset suos qui erāt in mūdo⌋.i. prædestinatos & pſertim suos discipulos, sanctas'q; fœminas eū corporaliter, spūaliter'q; sequētes, qui erāt centū viginti, vt legit in actis, qbus dixit: Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos, ⌊vsq; in finē dilexit eos⌋.i. perfecte & pseuerante vsq; ad mortē, quā pro eis sustinuit. Vnde & dixit: Animā meā pono pro ouibus meis. Idcirco ait apostolus: In fide viuo filij dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. ⌊Et cœna facta⌋.i. ad effectū perducta, nondū tamē fuit finita, vt patet ex ijs quæ Iohā. 13. post verba huius Euāgelij sequūtur, ⌊cū diabolus iam misisset in cor⌋.i. dudū cordi proditoris per suggestionē inspirasset, ⌊vt traderet eū⌋.s. Christū, ⌊Iudas Symonis Ischariotis⌋.i. proditor noie Iudas, q fuit de vico Ischarioth dicto. Et dicit Iudas Symōis, qa filius fuit viri sic appellati, vt'q; de qui die hanc cœnā præcedēte vendidit Christū.s. feria quarta post palmaꝝ, atq; exinde quærebat opportunitatē vt traderet eū Iudæis siue turbis, ⌊sciens Iesus, qa oīa dedit ei pater i manus⌋.i. potestati suæ omnē creaturā subiecit, & cūctis creatis eū præposuit, quia (vt dictū est) eo ipso quo Christi humanitas vnita est hypostatica seu personali vnione verbo æterno, prælata est oīni enti creato. Propter quod dixit: Data est mihi oīs potestas in cœlo & in terra, ⌊& quia à deo exiuit⌋.i. p incarnationē missus fuit à deo in mundū. Exiuit quoq; à patre p generationē æternā, propter quod loquitur: Exiui à patre & veni in mundū. Michæas quoq; ait: Egressus eius à principio à diebus æternitatis, ⌊& ad deū vadit⌋.i. ad patrē protinus reuertetur, secundū expositionē prætactā. Vnde in psal. prædictū est: A summo cœlo egressio eius, & occursus eius vsq; ad summū eius, ⌊surgit à cœna⌋.i. de loco cœnæ surrexit, cœnā interrūpēdo, ⌊& ponit vestimēta sua⌋.i. aliqua vestimēta deposuit, vt cōuenientius exhiberet obsequium, qa humano modo habere se voluit. ⌊Et cū accepisset lintheū,⌋ quo fuit discipuloꝝ pedes tersurus, ⌊præcinxit se⌋ lintheo illo. ⌊Deinde misit aquā in peluim, & cœpit lauare pedes discipuloꝝ⌋.s. apostoloꝝ, qui pedes forsan satis immūdi atq; lutosi fuerunt, qm̄ nudis pedibus incesserunt discipuli sicut & Chrūs, ⌊& extergere⌋ pedes illoꝝ lotos ⌊lintheo quo erat præcinctus,⌋ in quo elucescit profundissima humilitas Christi, qui cū esset rex regū & dominus vniuersoꝝ, deus & homo, virtus & sapientia dei patris, ante idiotas illos pauperes'q; discipulos genua sua curuauit, pedes eoꝝ lauit ac desiccauit. Deniq; Euāgelista Iohannes, vt magnitudinē huius humilitatis, dignationis'q; Christi insinuaret & exaggeraret, præmisit de Iuda traditore, de excellentia quoq; sciētiæ atq; potentiæ Christi, quia ex hoc quod talis ac tantus, tam potens & sapiens, nō solum bonoꝝ discipuloꝝ, sed & proditoris sui, quem nouit, pedes lauit ac tersit, probatur humilitatis huius immēsitas. ⌊Venit ergo ad Symonem Petrū.⌋ Quidā dixerunt, q Chrūs cœpit lotionem hanc ab inferioribus discipulis, ita q vltimo venit ad Petrū. Augustin' vero probabilius dicit, quod incepit à Petro tanquā à principaliori, quia si ab aliis incepisset nō est verisimile, quin qdam eorum tam humile Chri obsequiū expauissent & recusassent sicut & Petrus, illos'q; Chrūs informasset quemadmodū Petrum, qua informatione audita, Petrus nō recusasset, sicut nec alij recusauerunt, informatione Petro facta, audita. Itaq; Euangelista primo recitat factū istud in generali, dicendo, Cœpit lauare, &c. Deinde exprimit idem in speciali, eo quo factū est ordine, dicens, Venit ergo ad Symonē Petrum, ⌊& dicit ei Petrus⌋ ex magna humiliatione sui & grandi reuerentia Christi, ⌊Dñe, tu mihi lauas⌋.i. lauare vis & disponis ⌊pedes,⌋ quasi dicat, Tu q es Chrūs filius dei viui, rex Israel, q tot peregisti miracula, q tā sanctus, potens ac sapiens es, mihi piscatori & peccatori, mihi idiotæ, impotenti ac fragili, in tā abiecto & infimo vis deseruire obsequio, ante genua mea te inclinas, tuis sanctis ac venerabilibus ma

Acto 1.
Iohan. 15
Iohan. 10
Gala. 2
Matt. 26
Luc. 22
Matt. 28
Iohan. 16
Michę. 5
Psalm. 18.
Apo. 17. 19
Augustin.
Matt. 16

E
F

A bus manibus pedes meos immūdos ac sordidos tangere vis & purgare? Hoc nullatenus decet. O q̄ magnus fuit Iesus in oculis Petri, cū dixit, tu, & q̄ paruus fuit Petrus in oculis proprijs, quādo dixit, mihi. ⌊Respondit Iesus & dixit ei: Quod ego facio⌋ .i. facere volo & incipio, ⌊tu nescis modo⌋ .i. causam atq; mysteriū huius facti mei nondū cognoscis, ideo opus istud non scis, q̄m scire est rem p causam cognoscere. ⌊Scies aūt postea⌋ quare hæc facio, vtpote vt p̄beam vobis pfectæ humilitatis exēplū. Ideo q̄q; Christus lauit pedes discipulo℞ anteq̄ sacramentū corporis & sanguinis sui eis donauit, vt insinuaret quod spūalis lotio seu purgatio affectuum animæ debet sacramenti pceptionē p̄cedere. ⌊Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in æternū⌋ .i. nunq̄ hoc sustinebo, quia omnino indignus sum. Hoc protulit Petrus ex quodā feruore & zelo non satis discreto, atq; ex humilitate nō satis p prudentiā regulata. ⌊Respōdit ei Iesus: Si nō lauero te, nō habebis partē mecū.⌋ Hoc de lotione corporali ac spūali potest intelligi. De corporali sic, Si nō lauero te .i. nisi obedieris mihi in hoc, vt pmittas tibi lauari pedes à me, non habebis partē mecū .i. non eris particeps gloriæ meæ in cœlo, quia inobedientia illa fuisset mortale pc̄m̄, & propter hoc fuisset Petrus dānatus, nisi forte postea inde pœnituisset, & sic verbū Chr̄i fuisset cōditionaliter intelligendū, videlicet si Petrus in tali psisteret voluntate. Secūdo de spūali lotione exponit̄ sic, Si non lauero te .i. nisi p sanguinis mei effusionē à reatu originalis peccati ac cæteris culpis redemero atq; purgauero te, nō habebis partē mecū .i. salutem non obtinebis. Nā & sancti patres in lymbo propter solū originalis peccati reatum, retardabant à gloria, clausa'q; fuit ianua regni cœlestis, quousq; merito passionis Chr̄i est reserata. ⌊Dicit ei Symon Petrus⌋ tanta cōminatione vehemēter exterritus, ⌊Dñe, non tantum pe

B des meos⌋ tibi expono lauandos, ⌊sed & manus & caput⌋ .i. totū corpus, qa à te & à participatione gloriæ tuæ volo nullatenus separari. ⌊Dicit ei Iesus: Qui lotus est⌋ .i. in baptismo purgatus, ⌊nō indiget nisi vt pedes lauet⌋ .i. affectiones suas purificet, ne circa terrena & caduca inordinate afficiat̄, ⌊sed est mūdus totus.⌋ Hoc dupliciter potest exponi. Primo sic. Est mundus totus .i. in baptismo ab om̄i pc̄ō tam originali q̄ actuali, mortali ac veniali oīno purgatus est, quo ad pœnā & culpā, tamen si post baptismū p tempus notabile vixerit, non erit absq; venialibus culpis, propterea indiget pedes lauare .i. se ab affectibus veniali ū emundare quotidie, q̄m iustus septies cadit in die. Secundo sic, Sed est mundus totus .i. si lauerit pedes seu affectus suos modo p̄tacto, tunc est ab om̄i culpa liber ac purus saltem frequēter, & ad aliquod tempus. Veruntamē quia circūdatus est corruptibili corpore, terram'q; calcat .i. in terrenis negotijs occupat̄, indiget iugiter pedes lauare, de qbus in Canticis dicit̄: Laui pedes meos: Vel sic, Qui lotus est .i. p gratiæ infusionē purificatus est à mortali, nō indiget nisi vt pedes lauet .i. ab istis terrenis, infimis'q; affectibus se expurget, Sed est mundus totus .i. anima & corpore si hoc egerit, implens illud apostoli: Mundemus nos ab om̄i inquinamēto carnis & spūs. ⌊Et vos⌋ discipuli mei ⌊mundi estis⌋ à culpa mortali, q̄uis nondū sitis pfecti, ⌊sed nō oēs,⌋ qa vnus vestrū impijssimus est. ⌊Sciebat em̄ quisnā esset q traderet eū⌋ .i. traditorē suū tunc ibi p̄sentē Christus cognouit. ⌊Propterea dixit, nō estis mundi oēs. Postq̄ ergo lauit pedes eo℞, accepit⌋ .i. reinduit ⌊vestimenta sua. Et cū recubuisset ite℞⌋ .i. resedisset ad mēsam. Mystice, q̄n Chrūs lauit nos à pc̄tis nostris p passionē & sanguinē suū deposuit vestimēta sua .i. corpus suū tradidit ad-

C uersarijs, vt p mortē separaret̄ ab anima. De quo Esaias quærit: Quare rubrū est indumentum tuū? Postq̄ vero passione cōpleta nos lauit, recepit ,pp̄riū corpus, qa diuina potestate illud resuscitauit, & suæ animæ reuniuit. Tunc'q; recubuit, qa ad dexterā patris se collocauit, ⌊dixit eis Scitis qd fecerim vobis⌋ .i. qd p ista q̄ corporal'r feci, lauando, tergēdo'q; pedes vestros spūaliter designaui? Et protinus subdit. ⌊Vos vocatis me magister & dñe, & bn̄ dicitis⌋ in hoc. ⌊Sum etem̄,⌋ sum nāq; magister vester vos īstruēdo, & sum dn̄s vester, qa p̄latus vester, imò creator & deus vester, & qa meis obeditis p̄ceptis atq; discipulariter meis creditis & documētis acqescitis, idcirco ritè vocatis me magistrū vestrū ac dn̄m. De hoc Christiano℞ magistro ac dn̄o ab Esaia fuit p̄dictū: Dn̄s iudex noster, dn̄s legifer noster, dn̄s rex nr̄, ipse veniet & saluabit vos. ⌊Si (pro qa) ergo ego laui pedes vestros dn̄s & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes⌋ .i. in corporalibus ministrare, atq; ad literā, mutuo pedes lauare & humilitatem inuicē exhibere. Istud est p̄ceptum affirmatiuum, sicut & illud Deut. Per nomē dn̄i dei iurabis. Quēadmodum ergo nō tenemur ad iurandum nisi in casu necessitatis, sic nec ad lotionē pedū confratrū seu proximo℞. Veruntn̄ extra casum necessitatis implēdum est istud p̄ceptū ex debito congruētiæ, & cōdecētia humilitatis, dū rationabilis se offert occasio, aut laudabilis consuetudo. Spūaliter vero implēdum est istud q̄tidie, vt .s. vnus alterius pedes lauet .i. affectū ipsius purgare conet̄ orando, hortando, docēdo, corripiēdo & exēplariter cōuersando. Denique Chrūs pedes lauit discipulo℞, ne dedignemur fratribus & ,pximis quamuis inferioribus & abiectis etiam in rebus vilibus & despectissimis ministrare, portando, tergēdo, fouēdo, & consimilia faciēdo. ⌊Exēplum em̄ dedi vobis, vt quēadmodum ego feci, ita & vos faciatis⌋ .i. non verbo tm̄, sed o pere quoq; vos docui, quid agere debeatis. In corporalibus nanq; plus mo-

Marginal references: Proue. 24; Can. 5; 2. Cor. 7.; Esaiæ. 63; Esai. 33; Deu. 6

Acto.6 nent facta q̃ verba. Hinc in actis habetur: Cœpit Iesus facere & docere. D

¶Sermo.II. circa Euangelium, De mirabilibus in cœna Christi exhibitis, de humilitate quoq; ac charitate eius imitandis.

ANte diem festũ paschæ, sciens Iesus quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mũdo ad patrem, &c. Iohan. 13. In cœna nouissima dñs noster Iesus Christus multa mirabilia ac præclarissima egit. Primũ est, q in ea ostendit sapiam suam, & se summũ ac perfectissimũ esse prophetam. Nã discipulos suos saluberrime de multis ad salutẽ necessariis erudiuit, prout quatuor Euangelistæ describunt & infra tanget. Sed & pulcherrimũ atq; altissimũ eis fecit sermonẽ, in q̃ multa profunda de incõprehẽsibili deitate ac supbeatiss. trinitate
Johan. 13. edocuit, & spũ prophetiæ se esse plenissimũ, in eodẽ declarauit sermone. Nã passionẽ suam &
Matt.26 Marc 14 passionis suæ horã pdixit, trinã quoq; Petri negationẽ, & discipulorũ fugam, ac Iudæ Ischario
Luc.22 tis proditionẽ. Insup prędixit suã resurrectionẽ, apparitionẽ, ascensionẽ, spũs sancti missionẽ, aploꝝ illuminationẽ, confortationem & pdicationẽ, euangelicæ legis diuulgationẽ p totũ mũdum, & psequutiones quas sui discipuli pro ipo erant passuri. Et quicqd prædixit, probauit rei euentus, operibusq; plenissime cõstat impletũ, cum tamẽ oĩa illa penitus supernaturalia essent,
Matt.26 per quod certissime constat veritas fidei Christianæ. ¶Secũdum, q Christus in cœna nouissima fecit, est, q in ea omnipotentiã suam demonstrauit, panẽ & vinũ conuertendo in corpus
Marci.16 & sanguinẽ suum, apostolis quoq; præstando vim cõsecrandi corpus suũ & sanguinem, imprimens eis characterẽ ordinis sacerdotalis, & sacerdotes euangelicæ legis eos efficiens, quãdo dixit: Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Insup imponendo terminũ veteri testamento, & nouum testamentũ instituens, sacramentũ Eucharistiæ eiusq; vsum & ritũ, & nouũ spũale atq; pfectũ sacerdotium instituendo. Ipse eñ fuit altissimus legislator vnigenitus dei, tanto dignior E Mose, quanto filius seruo pstantior est. ¶Tertiũ est, q multa saluberrima dedit apostolis, imò vniuersis credentibus documẽta, & specialiter verbo ac facto docuit eos duas virtutes, videlicet humilitatẽ, quæ omnium virtutũ est fundamentũ, & charitatem, quæ est vertex, regina, &
Luc.22 Ibidẽ. turris virtutum. Humilitatem quippe docuit verbis, dicendo: Qui maior est vestrum, fiat sicut iunior. Et qui præcessor est, sicut ministrator. Itemq;: Ego in medio vestrum sum, sicut q ministrat. Facto autem docuit humilitatem, aquã mittendo in peluim, seq; coram discipulis suis
Johan. 13 incuruando, & pedes eorum lauando atq; tergendo, quod fuit ineffabilis prorsus humilitas, q ipse videlicet rex regum, creator vniuersorum, vnigenitus patris æterni, ita se habuit & talia gessit. Cumq; reale istud dedisset efficacissimum documentũ, rursus verbis humilitatem edocuit dicens: Si ego laui pedes vestros dominus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum eñ dedi vobis, vt quemadmodũ ego feci, ita & vos faciatis. Cum ergo nequaquã dignus sit Christian⁹ vocari, qui Christi virtutes nõ satagit imitari, studeamus p posse humilitatẽ assequi Christi, despiciẽdo nosipsos, & alios nobis in nostris cordibus pferẽdo. Nullus intumescat in pprio corde, reputando se magnũ, aut aliis meliorẽ, sed pprias defectuositates, periculositates & culpas, negligẽtias & ignorantias iugiter intueatur, & bene penset ac põderet, atq; à deo districte iudicandũ se reminiscatur, nec aliquid boni se habere, nisi à deo, cui tã sæpe ac grauiter fuit ingratus. Et tunc vtiq; humilis erit, & vilis in oculis suis, imò omni bruto se arbitrabit viliorẽ, & erit corã iudice summo oĩa considerante formidolosus, proximisq;
Johan.12 q; suis obsequiosus. Hinc loquit Christus: Si quis mihi ministrat, me sequat. Et in prima sua ca F
1.Johan.2 nonica ait Iohãnes aplus: Qui se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipe am-
1.Petri.5 Ibidẽ. bulare. Hinc princeps aploꝝ: Omnes, inquit, humilitatẽ in inuicẽ insinuate, qm̃ deus superbis resistit, humilibus aũt dat grãm. Humiliamini ergo sub potenti manu dei, vt vos exaltet in tẽpore visitationis. Præterea humilitas ad Christianos maxime ptinet, qm̃ lex Christi, est lex totius humilitatis, & tota vita dñi nostri Iesu Christi ab exordio suæ natiuitatis vsq; ad finẽ suæ
Eccl.10 saluificæ passionis omni fuit humilitate repleta ac decorata. Quid supbis ò terra & cinis? Quid
Job.15 te eleuat cor tuũ, & quasi magna cogitans attonitos habes oculos, ò homo putredo, & fili homi
Job.25 Phil.2 nis vermis? Ecce deus vniuersoꝝ, rex angelorum, sanctus sanctorum propter te exinaniuit se vsq; ad abiectissima opera seruitutis, & tu vas immunditiæ, saccus stercoꝝ, infinitis culpis atq;
Johan.13 miseriis plenus, adhuc extollis teipm, adhuc reputari, honorari, ac dominari desideras? Nun-
Job.41 quid seruus maior est dño suo? Ignoras quod princeps tenebraꝝ diabolus, rex est sup omnes filios supbiæ? Sit itaq; oĩs Christianus cordialr humilis coram deo, in verbis quoq; & factis, in vestitu & incessu sit humilis corã hominibus, vt ædificet eos. Insup charitatẽ docuit Chrũs in cœna, verbo, cũ dixit: Desiderio desideraui hoc pascha mãducare vobiscum anteq̃ patiar. Et
Matt.26 Johan.15 alibi: Hoc est præceptũ meum, vt diligatis inuicẽ, sicut dilexi vos. Manete in dilectione mea.
Johan.13 Itemq;: Mandatũ nouũ do vobis, vt diligatis inuicẽ, sicut dilexi vos. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionẽ habueritis ad inuicem. Opere quoq; docuit charitatẽ, proprium corpus & sanguinem, imò se totum dando discipulis sub speciebus sacramentalibus in salutarem animarum cibum & potum. Deinde se totum offerendo pro nobis deo patri in ara

crucis,

A crucis, hoc est, propriam vitam exponendo pro nobis in mortem, & acerbissimam atq; turpissimam mortem ferendo, vt nos ab æterna damnatione redimeret, & ad angelicam felicitatem reduceret, iuxta illud Esaiæ: Tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est cuius liuore sanati sumus. Nonnè summa & pfectissima charitas est, quãdo quis alteri dat seipm ita quod idem est dator & donum, & pro alterius liberatione & salute spõte sustinet captionẽ, miseriã, ac mortẽ dirissimam? Et certe sic Christus dilexit nos, dicente Apostolo: Christus dilexit ecclesiã, & tradidit semetipm pro ea vt illam sanctificaret. Vnde & ipe contestat: Animam meam pono pro ouibus meis. Nec solum ita dilexit ecclesiã, sed & vnumquemq; fidelem, imò & quemlibet hominem iuxta aliquem modum. Propter quod ait Apostolus: In fide viuo filij dei, qui dilexit me, & tradidit semeipm pro me. Circa quod dicit Chrysostomus: Hic est effectus serui fidelis, vt quod Christus pro oĩbus passus est, pro se solo eum reputet passum. Et merito, quoniam tanta est charitas & misericordia filij dei Iesu Christi ad oẽs homines, quod antequàm pmitteret aliquem perire, quãtum in se est, adhuc mallet potius mori pro eo. Ecce quãtum tenemur Christum diligere, eiq; gratias agere, & totis ipm viribus honorare, ideo quicqd displicet ei, & inhonoratiuum est eius, omni cum diligentia semp vitemus. Corda nostra leuemus vbiq; ad ipm, orando, & salubria meditãdo, atq; ipsius passionem, ac cætera beneficia eius assidue recolendo, vanitates & impietates seculi contemnamus, carnalia desideria refrenemus, ad æternam beatitudinem suspiremus. ¶Postremo, quoniam Christus tam singulariter docuit, & præcepit verbis & factis in cœna nouissima charitatẽ quæ omnium virtum mater est, finis, forma, ac vita, idcirco in charitate dei & proximorum semper stare, proficere, & perseue- Esa.53 Ephe.5 Johan.10 Gala.2 Chrysost.

B rare summè ac specialissimè curemus, conemur, ac prouideamus, imò ad hoc omnia opera nostra bona finaliter ordinemus, quoniam sine charitate nulla virtus viua, deoq; placita extat, nec aliqua actio meritoria est gratię ac salutis. Et ad hoc primo requirit omne mortale peccatum vitare, quoniam omne mortale peccatum charitati cõtrariatur, & eam extinguit, quàmuis inuidia ei specialiter opponatur. Deinde requiritur obseruatio præceptorum Christi atq; Ecclesię. Vnde cũ apud Iohannẽ decimotertio capitulo Chrus dixisset: Manete in dilectione mea, protinus addidit: Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Itaq; deum propter propriam eius bonitatem super omnia toto amemus corde, deinde propter beneficia eius atq; promissa, & præcipue quoniam ipe prior dilexit nos, proximos quoq; tam amicos quàm inimicos in deo & propter deum vere ac spiritualiter diligamus, charitatisq; opera ipsis fideliter impẽdamus, desiderando feruenter eorum salutẽ, orando pro ipsis, & bona eis præbendo exempla, hortando quoq; & corripiendo cum discretione, vt pariter consequamur salutem. Johã.15 ibidẽ. 1.Johã.4.

¶Sermo tertius: De feruore charitatis Christi, qua se totum impendit nobis, & quomodo nos illam imitemur.

Desiderio desideraui hoc pascha mãducare vobiscum, antequàm patiar. Ista sunt verba Christi, Lucæ vicesimosecundo capitulo: Dominus noster Iesus Christus, qui secundum diuinitatem suã essentialiter charitas est, & charitas infinita, qui etiam secũdum suam humanitatem præ vniuersis & singulis fuit omni charitate plenissimus, affectuosissimam habuit mentem ad nostram æternam salutem, & quicquid accepit de nostro, hoc totum conuertit tunc, & nunc vsq; indesinenter conuertit ad nostrum profectum, & ad beatitudinem nostram. De nostro quippe accepit corpus & sanguinem absq; peccato, & hocipsum corpus suum & sanguinem multipliciter nobis rependit, pro nobis expendit, & incessan-

C ter nobis impendit, sicut plenius nunc tangetur.

¶Porrò die isto, dum Christus cum prælectis Apostolis agnum manducauit paschalem, inter cætera dixit eis: Desiderio desideraui hoc pascha, id est, agnum istum paschalem cum ardenti & grandi affectu optaui manducare vobiscum, antequàm mortem pro vobis sustineam. Desiderauit itaq; Christus hac tam feruenter, non propter corporalem illum agni paschalis esum, ac cibum, sed propter id quod agnus ille paschalis & figuratiuus seu typicus designauit, & propter multa quæ in illa cœna exercere decreuit. Etenim agnus ille legalis & typicus præfigurauit dominum Iesum Christũ, qui (vt cantat ecclesia) verus est agnus pro nobis oblatus, de quo beatissimus Iohãnes prædixit Baptista: Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi. Conformiter per mãducationẽ illius paschalis legalisq; agni, præfigurabatur manducatio corporis Christi in sacramento. Desiderauit itaq; Christus tam feruide cum discipulis pascha illud comedere, quatenus typico illo agno comesto, figuram mutaret in veritatem, & vmbram in lucem, instituendo sui corporis & sanguinis sacrm, atq; seipm dando discipulis in escã saluberrimã animarũ suarum, sicq; finem imponẽdo veteris testamẽti ac Mosi legi, & nouũ testamẽtum ac sacerdotium euãgelicæ legis instituẽdo. Propter ista diuina ac præclarissima opa ac mysteria. Christus dñs affectuosissime cõcupiuit cum suis discipulis cœnã habere nouissimã, & etiã alia documenta & opera, quę tunc discipulis suis exhibuit, de quibus in expositionibus epistolæ ac euangelij huius diei, sermonibusq; annexis, prædictum est. Johã.1.

 ¶Præ-

¶ Præterea, iam diligentius contemplemur charitatem, liberalitatem & misericordiam Christi ad nos, quia (vt tactum est) quicquid de nostro accepit, hoc totum ad nostrũ conuertit profectum, ad nostrum subsidium, ad nostram salutẽ. Primo nãq; in ipsa cœna corpus suũ & sanguinem, quod de nostro accepit ex virgine illibata nobis rependit, dando illud suis discipulis in cibum & potum viuificum. Secundo, illa pro nobis expẽdit in precium nostræ redemptionis, quia in mortẽ tradidit, corpus suum & sanguinẽ suum effudit, vt p hoc à iugo diaboli, à seruitute peccati, à pœnis eripiamur inferni, grãm quoq; spũs sanct in hac vita, & gloriam æternalẽ obtineamus in vita futura. Propter quod sacratissimus ait princeps Apostolorum: Non corruptibilibus auro vel argẽto redẽpti estis, sed p̃tioso sanguĩe agni immaculati Christi. Paulus quoq; Apostolus: Empti (inquit) estis p̃tio magno. Tertio, Christus indesinẽter nobis impendit hæc eadẽ omni die, & ad libitum nostrum. Non enĩ suffecit incomp̃hẽsibili suæ charitati, & ineffabili suæ liberalitati ac profundissimè pietati quod semel obtulit semetp̃m pro nobis oblationẽ, & hostiam deo, in odorẽ suauitatis in ligno crucis, sed in sapiã sua immensa excogitauit ac propalauit admirabilem modum, quo quotidie in altari vbiq; terrarum offerẽ pro nobis patri altissimo hostia placationis, sacrificium laudis, oblatioq; salutis, p quod summo deo vni & trino maxima veneratio, laudatio, grãrum actio exhibentẽ, & ipsis fidelibus gratiosissime ac misericordissime subuenit, quia p hoc eorum dimittunẽ pctã, & superna eis infundunẽ grãrum charismata inordinatiq; motus compescunẽ in eis & confortanẽ in via huius exilij, quatenus tam felici sacramẽto refecti & confortati, ad cœlestẽ queãt ptingere patriam. Propter quod sacramẽtum hoc appellaẽ viaticum. Vocaẽ quoq; & est efficacissima medicina cõtra aniæ passiones & vitia. Hãc igiẽ Christi dilectionẽ, liberalitatẽ, & misericordiã ad nos diligentissimè consideremus, iugiter recolamus, atq; pro posse incessabiliter imitemur. Quẽadmodum ad Ephesios hortatur beatus Apostolus: Imitatores mei estote, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectiõe, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetip̃m pro nobis. ¶ Insup attẽdamus, & si opus fuerit impleamus, quod sanctus Iohãnes Apostolus in sua ait Canonica: In hoc cognouimus charitatẽ dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere, hoc est mortem pati pro proximis, si eorum hoc salus requirit. Si ergo debemus ita diligere proximos multo plus opus est, vt vnusquisq; de bonis sibi à deo concessis, charitatiue, pie, & liberaliter proximis suis subueniat, consilium, correptionem, informationem, consolationem, ipsis pro posse impendant. Amplius ad sacram communionem vnusquisq; disponat se, & reuerenter ac deuote accedat, post communionem quoq; gratus deo, & corde custoditus permanere nitatur, ne per ingratitudinem & negligentiam suam, damnationem incurrat maiorem, prout de hoc in sermone circa epistolam, dictum est plenius.

1. Petr. i. 1. Cor. 6. Ephes. 5. Ephes. 5. 1. Johan. 3

¶ Postremo, hos sacratissimos dies, videlicet diem cœnæ, passionis, sepulturæ, resurrectionisq; Christi, cum singulari & stabili expendamus deuotione, vt tantã in eis à deo gratiam acquiramus, quod toto demum anno virtuosius conuersemur. Omnis ergo dissolutio morum, omnis loquacitas, risus, & iocus, omnis curiositas, & vanitas in vestitu, omnis carnalis affectio, prorsus abijciantur. Vnde & sanctus ait Bernardus: Hij sunt dies quos obseruare debemus, dies pleni pietate, & gratia, quibus etiam sceleratorum hominum mentes ad pœnitentiam prouocantur. Tanta siquidem vis est eorum, quæ his recoluntur diebus, vt possint ipsa quoq; lapidea scindere corda, & pectus omne, licet ferreum, emollire sufficiant. Iterum ait Bernardus: Vniuersi Christiani sacra hac septimana aut præ solito aut præter solitum, pietatem colunt, pietatem exhibent, humilitatem sectantur, induunt grauitatem, vt Christo passo quodammodo compati videantur. Quis enim tam irreligiosus, vt non compungatur? Quis tam insolens vt non humilietur? Quis tam iracundus, vt non indulgeat? Quis tam lubricus, vt non abstineat? Quis tam flagitiosus, vt non contineat? Quis tam maliciosus, vt non pœniteat his diebus? Ex quibus sancti Bernardi verbis probatur, quàm longe sint ab omni pietate & gratia Christi, ab omni virtute Christianæ religionis, ab omni re nominis Christiani, qui modo prætacto non faciunt, sed his quoq; diebus seruant rancorem, cupiunt vltionem, leues, dissoluti, & garruli esse non metuunt, nec ad sacram se communionẽ syncere disponũt. Pro quibus charitatiue & pie orare debemus, vt couertantur, & omnes simul consequamur salutem, virtute & merito omnium eorum, quæ sanctissimis his diebus filius dei pro nostra saluatiõe facere & pati dignatus est, cui cum patre æterno & spiritu sancto sit honor & gloria in æternum, Amen.

Bernard. Bernard.

¶ Sequitur passio domini nostri Iesu Christi secundum quatuor Euangelistas.

¶ Passio

A ¶PASSIO DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI IV xta textum quatuor Euangelistarum pijssima, in trigintatres articulos aptè distincta.

¶Quare dominus Iesus pati voluerit, & de inuidia persecutioneq́ꝫ Pharisæorum. Articulus Primus.



REcõciliati sumus deo p sanguinẽ filij eius Roma.5. In his verbis duo tãgũtur, primũ est pacificatio gñis hũani cũ deo p̃re æterno, cũ dr: Recõciliati sumus deo. Secũdũ est, cã p quã facta ẽ pacificatio ista, cũ subdit: Per mortẽ filij eius. Protoplastus etenĩ hõ, primus parẽs nr̃ Adã, in paradiso terrestri trãsgrediẽdo præceptũ dei, amisit atq; demeruit sibipsi & toti suæ posteritati originalem iustitiã, & infecit & corrupit humanã naturã in sua radice, hoc est, in seipso, in quo fuit tanq̃ in principio totius humanę propaginis, sicq́ꝫ seipm ac vniuersam suã posteritatẽ æterna felicitate priuauit, & damnationi fecit obnoxios, ita ꝙ propter originale illud peccatum à primo parẽte cõmissum, pœna dãni, hoc est, carẽtia diuinæ ac beatificę visiõis, infligebat posteris eius & nũc vsq; infligit paruulis nõ baptizatis, ante vsum rõnis moriẽtibus, qbus meritum dñi nostri Iesu Christi nõ cõmunicat, nec applicat per sacrm baptismi. Itaq; p primum & originale illud primi parẽtis nostri pc̃tĩ, totum genus humanũ incurrerat quandã offensam & iram dei, & indiguit ei recõciliari, quæ cõciliatio fieri nequiuit p primũ parentẽ, nec p aliquẽ posteriorũ ipsius, existentẽ hoĩem purũ, seu purã creaturã, qm̃ nulla pura creatura potuit esse idonea, & cõdigna satisfacere pro culpa illa cõmuni totius generis humani, nec potuit ei generalẽ grãm reformatiõis recuperare, aut promereri, nec ad amissam felicitatẽ potuit reducere eam, prout super tertiũ sententiarũ declarãt doctores, & Anselmus in libro suo, qui dicit: Cur deus homo? Gulihelmus quoq; Parisiensis in suo eiusdẽ noĩs libro docet. Ideo ipsemet vnigenitus dei patris verus deus, nolens genus humanum in toto perire, dignatus est humanã naturã in vnitate psonæ assumere, & in ea atq; per eã genus humanũ redimere ac saluare. Et hoc est quod in præsumpto themate ait Apostolus: Recõciliati sumus deo p mortẽ filij eius. Vnde rursus ad Corinthios protestatur: Sicut in Adã oẽs moriunt, ita & in Chr̃o oẽs viuificabũtur, id est, quẽadmodum demerito originalis peccati Adæ, vniuersi posteri eius necessitatẽ moriẽdi in corpore, & reatũ culpæ præuaricationemq́ꝫ gloriæ, seu felicitatis ppetuæ incurrerũt, ita virtute ac merito passionis & obediẽtiæ Chr̃i, liberant à malis p̃fatis, & vitã gr̃æ in p̃senti, ac vitã gloriæ æternaliter in cœlesti patria cõsequunt, imò & corporis immortalitatem in futura generali resurrectione adipiscẽtur. Hinc ad Romanos scribit Apostolus: Per vnũ hoĩem pc̃tm̃ in hũc mũdum intrauit, & per pc̃tm̃ mors. Sic vtiq; p vnum hoĩem .s. p dñm Iesum Chr̃m liberatio à pc̃tõ, & vita gratiæ collatæ sunt mũdo, sicut in Iohãne habet: Gratia & veritas p Iesum Chr̃m facta est. Idcirco beatissimus Iohãnes Baptista, Christũ intuẽdo ac demonstrãdo, locutus est: Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi. Hinc rursus dixit Apostolus Paulus: Sicut p vnius (videlicet Adæ) inobedientiam pc̃tores constituti sunt multi, ita per vnius hominis (vtpote Iesu Christi) obediẽtiam iusti constituunt multi. ¶Præterea, qm̃ primus homo per maliciosam diaboli inuidiam deceptus placuit pietati diuinæ, eidem toti suæ posteritati misericorditer subuenire, & humanum genus redimere per passionem & mortem generalis saluatoris vniuersorũ. Et hoc ipm incepit deus omnipotens à principio mundi patriarchis & quibusdam electis & sanctis hoĩbus reuelare, videlicet Adæ, Seth, Enoch, Noe, ac alijs, & per illos cœpit hoc etiã alijs multis hominibus prænũtiare in lege naturæ vsq; ad Mosi tempus, & manifeste p̃nuntiauit illud sanctis patriarchis, Abrahæ, Isaac, & Iacob, quorũ vnicuiq; repromisit: In semine tuo benedicẽtur oẽs gẽtes vt patet in Genesi. Deinde in lege scripta, hoc est, in lege Mosaica, quàm filijs Israel dedit per Mosen. Istud euidẽtius & copiosius prænũtiauit p verba & signa, p sacrificia & figuras, per diuersa oracula atq; mysteria, ac per multos sanctos prophetas de aduẽtu, natiuitate, passione, & morte Christi, & de cæteris eius mysterijs, opibus, signis, & miraculis, multa abundanter & clare prædixit. Propter quod filio dei incarnato, atq; adhuc in vtero virginis existente, pater sanctissimi Iohãnis Baptistæ Zacharias cecinit, dicẽs: Benedictus dñs deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui. Sicut locutus est p os sanctorũ, qui à seculo sunt prophetarũ eius. Hinc q̊q; dignissima ac mũdiss virgo Maria

Marginalia: Gene.3 — Anselmus — Gulihelmus papa — 1.Cor.15. — Romanõ.5 — Johan.1. — Ibidẽ. — Roma.5. — Gene.3 — Geneſ.22 — Gene.25. — Gene.28. — Exodi.20 — Lucæ.1

Section letters in margin: B, C

Lucę.1. Maria, dum dei filium cõcepisset, locuta est: Suscepit Israel puerꝝ suũ, recordatus misericordiæ suæ. Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham & semini eius in secula. Cumq́ꝫ aduenisset tẽ
Gala.4 poris plenitudo, à deo æternaliter præuisa ac præordinata, hoc est, in vltima mũdi ætate, cœpit deus pater implere ea, quæ de vnigenito filio suo promisit atq; prædixit, & misit eum in mũdum, cõiungẽs ei naturam humanã in vtero virginis gloriosę, ex qua tũc natus est Christus dñs
Esai.9 deus & homo, rex gloriæ, mũdi saluator, queadmodum Esaias propheta prędixit: Puer natus est nobis, filius datus est nobis, & vocabit nomẽ eius admirabilis, cõsiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Deinde Christus nouã & euãgelicã legẽ daturus, cum iã factus esset
Luc.4 triginta annoꝝ, cœpit publice ꝓdicare, atq; miracula innumerabilia ac soli diuinæ virtuti possibilia operari, ita q̃d fama eius vndiq; diffundebat, & vniuersi eius sapiam ac virtutis & signa
Matth.9 admirabãtur, dicẽtes: Nunquàm sic apparuit in Israel, hoc est, nũquàm aliquis in Israelitico po
Iohã.7 pulo tot & tãta fecit prodigia. Eius quoq; eloquẽtiam sapiẽtiamq́ꝫ mirãtes, dixerunt: Nũquàm
Lucę.4 sic locutus est, homo sicut hic loquitur. Et vt sanctus Lucas euãgelista testat: Omnes admira
Lucæ.13 bantur in verbis gratiæ, quæ procedebãt de ore ipsius. Erat docẽs, sicut potestatem habẽs, non sicut scribæ & pharisæi eorum, hoc est, efficaciter & potenter prædicauit ac edocuit, & suam doctrinã per vitæ suæ sanctitatem, & per miracula roborauit atq; authenticauit, quod scribæ, & pharisæi nequaquàm fecerũt. Hinc scribæ (id est, doctores seu legisperiti Iudæoꝝ) & pharisæi, .i. religiosi eoꝝ, qui erãt auari, ambitiosi, ac cupidi laudis humanæ, conceperũt aduersus Christum displicẽtiam & rãcorẽ, præsertim quoniã oĩm terrenoꝝ contemptum & humilitatẽ verbis docuit & exemplis: & plebs tota, eis relictis, currebat post Chrm. Cum aũt publice increpauit peccata, ac scelera põtificum & sacerdotum, senioꝝ & magistratuũ, scribaꝝ & pharisæoꝝ, cœperũt concorditer dño nostro Iesu Christo grauiter aduersari, inuidiose insidiari, ac blasphematorie obloqui, vniuersaq́ꝫ facta eius peruertere, & quicquid egit ac dixit, interpretari in
Matt.12. peius, dicẽtes: In Beelzebub principe dæmonioꝝ eijcit dæmonia, insanit, dæmonium habet,
Lucę 11
Ioh.10 homo vorax, potator vini, amicus peccatoꝝ & publicanoꝝ, blasphemat, ac multa similia, pro
Matth.11 ut beatissimi Euãgelistæ describũt. ¶ Insuper, cum inuidia sit dolor & tristitia de prosperitate & felicitate alterius, quãto Chrus quotidie magis ac magis creuit fama, miraculis & numerositate turbaꝝ eũ sequẽtiũ, & q̃to maiori sapiã ac eloq̃ntia fulsit, tãto miseri illi grauiori cõtra eũ
Iohã.11 accẽdebãtur inuidia, & ĩplacabilius insaniebãt in eũ. Cũq́ꝫ Lazaꝝ militẽ nobilẽ & famosum resuscitasset à morte q̃rto die à sua defunctiõe inuidissimi & obstinatissimi illi nõ valuerũt se diu
Ibidẽ. tius refrenare, sed pro eo q̃ ex tãto miraculo debuerãt merito cõuerti, compũgi atq; ad pœnitẽtiam emolliri, deteriores & obstinatiores effecti sunt. Nã collegerũt statim cõciliũ, & dixerũt: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? si dimittimus eum sic, omes credẽt in eum, & veniẽt Romani, & tollẽt locum nostrũ & gẽtem. Et sicut Euãgelista Iohãnes describit, ab illo die cogitauerũt, & firmiter decreuerũt interficere eũ cũ primũ opportune id possent, queadmodũ sancti Euãgelistæ enarrãt. Sed qm̃ in descriptiõe passiõis dñi nostri Iesu Christi, singuli Euãgelistæ aliqua omiserũt, & quæ vnus omisit, alter refert ac supplet, ideo nũc propono textum & historiã dñicæ passionis, ex quatuor Euãgelistis collectum & sumptum secũdum ordinẽ rei gestę prętãte spũ sancto exponere, sicut etiã à quibusdã charissimis instãter rogatus sum.

¶ De conspiratione Iudæorum in mortem dñi post Lazari resuscitationẽ & de honore illi exhibito à turba palmis occurrente. Arti. II.

Augusti. RESuscitatio Lazari credit facta à Chro p vnã quindenã ante diem Parasceues, in qua cruci appensus est, & vt asserit Augustinus, quàmuis multa & præclara miracula fecerit Christus, nullum tamẽ miraculum fecit Iudæis ita insanire, ac furere cõtra Chrm,
Iohã.11 vt resuscitatio Lazari, quia miraculum illud fuit celeberrime ac apertissime factũ in multoꝝ ꝓsentia Iudæoꝝ, & ĩpe Lazarus fuit ꝑsona notabilis, nõ solũ militaris, sed etiã ex regia stirpe natus. Vnde & propter tm̃ miraculũ multi Iudæoꝝ crediderũt in Iesum. Ideoq́ꝫ impijssimi principes sacerdotũ proposuerunt & Lazaꝝ interficere, ne plures ipm aspiciẽtes, cõuerterẽ
Iohã.11 tur ad Chrm. Tũc ergo (vt tactũ est) collegerũt cõcilium, & dixerũt: Quid facimus .i. q̃d agẽdũ
Iohã.9 est nobis, q̃a hic homo multa signa facit nã & paulo ante Lazari suscitationẽ illuminauerat Iesus cęcũ à natiuitate .i. cæcũ natũ. Si dimittimus eũ sic .i. si permittimus hoiem istum (videlicet Iesum) diutius in populo liberè cõuersari, prædicare, atq; miracula facere, sicut fecit, hucusq; & sicut nunc vsq; ꝑmisimus, omes credẽt in eum .i. multi de omibus qui eum amauerũt, & sequebantur, & specialiter vniuersi vulgares, & veniẽt Romani qui tunc dominabãtur toti mũdo, & tollẽt nostrum locum & gẽtem .i. vrbem nostrã Metropolim, puta Hierl'm, destruẽt, & nos cũ nostro populo captiuabũt ac transferrẽt ad aliã terrã, aut interficiẽt nos tanq̃ rebelles Romano imperio, pro eo q̃ sine scitu & cõsensu ĩperatoris acceperimus aliũ regẽ, vcꝫ Iesum. Iã nãq; Romani ꝑceperãt, vt nulla gẽs eis subiecta, susciperet queq̃ pro rege absq; ipoꝝ cõsensu. Per hos tã impios & peruersos Iudæoꝝ superiores intelligunt ac designant praui prælati, & eorum iniqui vicarij, qui sibi commissos nõ regũt, nec instruũt salubriter, & p virtuosa exempla, nec pati volunt,

A volunt vt ab alijs efficaciter informentur ac gubernent. Tales enim iniqui magis quærunt pro pria commoda & suum honorem, quàm subditorum salutem aut diuinæ reuerentiã maiestatis, Ideo sicut præfati Iudæorum superiores inuiderunt Chr̃o, & psecuti sunt eum, sic ipsi melioribus Iohã.11
se alloquunt ac inuident, atq; molestias inferunt. Iesus ergo iam non in palàm ambulabat apud Iudæos, sed abijt in regionẽ iuxta desertum, in ciuitatem quæ dicit Effrem, & ibi morabat cum discipulis suis. Non vtiq; ex timore aut impotẽtia fugit psecutores suos Iudæos, sed qm̃ tempus suæ passioni à deo præordinatum nondum fuit impletum, & etiã ad dãdum nobis exemplum, ꝙ debeamus interdũ puersitati, & psecutioni aduersariorum nostrorum cedere, & ab eis nos elongare, quãdo hoc fieri potest sine detrimento boni communis, & absq; periculo subditorum, Matt.10
ac sine dispendio, nocumento, ac scãdalo pusillorum. Hinc in Euãgelio dixit saluator: Cum psecuti vos fuerint in vnã ciuitatẽ, fugite in aliã, Debemus quoq; cædere aliorum improbitati, non li Prouer.20
tigãdo cum eis, sed potius nos subtrahẽdo ab ipsis. Propter quod in Prouerbijs scriptũ est: Ho 2.Timo.2
nor est homini cum separat se à lite. Apostolus quoq;: Noli (inqt) verbis contendere. Ad nihil em̃ vtile est, nisi ad subuersionem audiẽtium. Cum aũt Iesus nouẽ diebus aut circiter moratus fuisset cum suis discipulis in præfata vrbe, nomine Effrem & festum paschæ Iudæorum proxi mum esset, cœpit cum discipulis suis, ruerti versus Hierl̃m, qm̃ sciuit tẽpus suæ passionis iã im- Luc.17
minere, & redeũdo p Samariã ac Galilæã, sanauit simul decẽ leprosos, vt apud Lucã legit: Cũq; Matt.20
progrederet de oppido nomine ho, Hiericilluminauit duos cæcos, vt habet in Matthæo, & in Marci.10
eodem itinere passionem suã apertè prædixit discipulis suis: Ecce (inquiens) ascendimus Hierosolymã, & cõsummabunt oĩa quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis. Deinde vt Io

B hannes scribit: Ante sex dies paschæ, videlicet sabbato ante Ramos palmarum, venit & introiuit Iohã.12
Bethaniam, vbi erat Lazarus, quem suscitauit à mortuis. Fecerunt autem ei ac suis discipulis Iohã.11
cœnam ibi, quæ cœna non fuit in domo Marthæ, vt infra dicet, sed in domo Symonis leprosi Lucę.5
quem Chr̃us iam ante curauit à lepra, quàmuis adhuc vocaret leprosus. Lazarus autem vnus Iohã.12
erat ex discumbẽtibus cum Iesu, atq; vt Augustinus testat: Lazarus tunc referebat de his, quæ August.
viderat in inferno & in limbo, & ex supplicijs quæ conspexit, & forsitã expertus fuit, erat tam vehementer perterritus, ꝙ post suã resuscitationẽ nunq̃ (vt legitur) risit. In eadẽ quoq; cœna fuit (vt creditur) sacratissima virgo Maria, & aliæ deuotæ matronæ, Chr̃m à Galilæa secutæ, videlicet Maria Iacobi, & Salome, & Iohãna, atq; Susanna. Probabile etiã reor, ꝙ ad commẽdationẽ miracuosæ resuscitatiõis Lazari à mortuis, ip̃e Lazarus in cœna illa sederit, iuxta Iesum & in eadẽ cœna Martha ministrauit, qàmuis em̃ cœna illa nõ fuit in domo sua, & ip̃a fuisset à Symone leproso inuitata ad cęnã illã, tñ propter reuerẽtiã Chr̃i voluit ministrare, & de agẽdis disponere, qm̃ prudẽs fœmina erat, & Symonis illius cognata, vt fertur. Sic quoq; honestæ & prudentes matroæ quãdoq; ministrant in domibus cognatorum suorum à qbus sunt inuitatæ. ¶ Præterea, in eadẽ cœna sancta Maria Magdalena vnxit caput & pedes Chr̃i ꝑtioso vnguẽto, vt inferius exponet. Die autẽ sequẽti, videlicet die ramispalmarum, processit dñs Iesus cum sua electissima comitiua à Bethania versus Hierusalem. Cumq; venisset in villam nomine Beth Matt.21.
phage, ad montem oliuarum, misit duos ex discipulis suis ad portam vrbis Hierusalem vt inde sibi Luc.19
adducerent asinam & pullum ipsius, qbus adductis, sedit primũ super asinam, per quam figurabatur synagoga, id est, congregatio Iudæorum iugo legis Mosaicę assueta, quẽadmodũ asina illa

C solita erat portare onera varia & eos quibus deseruiebat. Deinde sedit super pullum indomitum, & oneribus deferẽdis uondum assuefactũ, per quẽ Gentiles lasciui & diuinæ legis iugo nõ subditi, designabant. Sedit itaq; dominus Iesus super vtrunq; animal successiue, ad significãdum, ꝙ multa milia Iudæorum, & multo plures Gentiliũ erãt ei subijciẽdi, ac euãgelicæ legis iugo Iohan.12.
subdendi. Qz autẽ sedit sup pullum, manifeste habet in Iohãne, vbi sic legit: Inuenit Iesus asellum, & sedit sup eum. In Marco quoq; scriptum est: Duxerunt pullum ad Iesum, & sedit super Marci.11 Lucæ.19.
eũ. Similiter in Luca recitat: Iactãtes vestimẽta sua supra pullum, imposuerunt Iesum. ¶ Porro ꝙ sedit sup vtrũq; animal, constat ex eo ꝙ scriptum est in Zacharia: Exulta satis filia Syon, Zachar.9
ecce rex tuus veniet tibi iustus, & saluator, ip̃e pauper, & ascendẽs sup asinã & sup pullum filium Matt.21.
asinæ. Idẽ quoq; insinuat apud Matthæum, quo fertur: Adduxerunt asinã & pullũ, & imposuerunt sup eos vestimẽta sua, & eum desup sedere fecerunt. Veruntñ quidã dixerũt, ꝙ Iesus nõ sedit nisi sup pullũ, & ꝙ in tã breui itineris spacio nõ potuit sup aĩal vtrũq; sedere, sed ĩ hac re ma gis credẽdum est, præallegatis scripturis Canonicis. Cumq; venisset Iesus ad descẽsum montis Luc.19
Oliueti, à quo loco ciuitas Hierusalem manifeste totaliter videbat, cœperunt oẽs turbæ descẽdẽtes cum Iesu, turbæ quoq; quę præibãt, & quę sequebãtur, & qui ex Hierl̃m venerunt obuiã eis, deũ alta & consona voce laudare, cum gaudio grãdi clamãtes: O sanna, hoc est, salua nos fili Dauid: Benedictus qui venit in nomine dñi, pax in cęlo & gloria in excelsis. Sicq; cum maxima solẽnitate & copiosa processione introduxerũt Iesum in Hierl̃m. Et ingressus est in tẽplum, eiecit vendẽtes & emẽtes de illo, & mẽsas nummulariorum cathedrasq; vẽdentiũ columbas euertit, dicẽs: Nolite domũ p̃ris mei facere domũ negotiationis, qm̃ scriptũ est Esaię qnq̃gesimosexto

Domus

Domus mea domus orationis vocabitur. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Per D
quòd edocemur, quò in ecclesijs deo consecratis non sit aliud agendum, nisi ad quod institutæ
& consecratæ sunt, vtpote ad vacandum orõnibus ac laudibus dei, & celebrationibus diuinorũ
ac prædicationibus sanctis & ecclesiasticis sacramentis. Idcirco væ illis, qui in ecclesijs vacãt fa
bulationibus, leuitatibus, ac lasciuis aspectibus, & q̃ illuc cõueniũt ad tractãdũ secularia ac ter
rena negotia, & causas hũanas. Hi nanq; sacrilegi sunt, locis deo cõsecratis, talr̃ abutẽdo, vitẽtur
ergo cõsuetudines pessimæ atq; dãnabiles. An nõ sufficiũt vobis (ò miseri) talia ꝑpetrãtes, alia
loca & tẽpora ad peccãdum ad fabulãdum, ad tractãdum terrena negotia, nisi in locis altissimo
Esaię.46. consecratis, & tempore diuini officij talia faciatis? Redite ergo ò præuaricatores ad cor, & diui-
ni rigorem iudicij formidate. Si enim de omni verbo ocioso reddenda est ratio iudici summo,
Matt.12 qualem rationem poteritis dare ei de cõfabulationibus, & cęteris vitijs vestris in ecclesia & in di
uino officio perpetratis? ¶Porro vt Matthæus refert Euangelista, in templo tunc accesserũt
Matt.24 ad Iesum cæci & claudi, & sanauit eos. Cumq́; tantam reuerentiam exhibuissent Christo vul-
Iohã.12 gares & turbæ communes, principes sacerdotum, scribæ & pharisæi vehementissime turbabã
tur, & dolentes ac pleni inuidia, dixerunt ad inuicem: Videtis, quia nihil proficimus, id est, pro
positum nostrum de interficiendo hominem istum non ꝑducimus ad effectum, imo ipse de die
in diem plus crescit & exaltatur: Ecce totus mundus abijt post eum. i. tanta hominum multitu
do iam credit, & sequitur eum, vt quasi totus mundus videatur assequi eum. Sicq́; quod aiunt,
totus mundus abijt post eum, est hyperbolica locutio, qua aliq̃d dicit̃ per excessum, ad insinuã-
Esai.13 dum magnitudinẽ rei, iuxta quẽ modum dñs ait per Esaiã de Babylone: Visitabo sup orbis ma
la. Sicq́; de quacunq; vrbe multum magna ac populosa, cõiter dicit̃, ꝙ sit vnus mundus. Tunc E
quoq; principes sacerdotum & scribæ, videntes mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in tem
Matt.21 plo: O sanna filio Dauid, indignãtes, dixerunt ad Iesum: Audis quòd isti dicunt: Quibus ipse re-
Psalm.8 spondit: Vtiq;. An nõ legistis, quia ex ore infantium & lactentiũ ꝑfecisti laudem? Quidã vero
Luc 19 pharisæorũ dixerunt ad eum: Magister, increpa discipulos tuos. Respondit: Dico vobis quòd
si hi tacuerint, lapides clamabũt. Cumq́; saluator die illo prædicasset in templo, exijt vrbẽ Hie-
rusalem circa vesperã, & cum discipuils suis redijt in Bethaniã, & ibi in domo Marthæ docuit
Marci.11. eos de regno dei. Sequẽti die cum discipulis reuertebat̃ mane ad Hierusalem, & esuriens vidit in
via arborẽ fici, & venit ad eã si forte inueniret fructum in ea, quo non inuento, maledixit ficul-
neæ illi, & aruit statim. Esurijt autẽ non ex infirmitate aut necessitate naturæ, sed libera volun-
tate ad promerendum nobis facietatem refectionis beatæ ac paternæ. In Christo nanq; natu-
ra inferior corporalis ac sensitiua, fuit perfecte subiecta, non solum suæ deitati, sed etiã superio-
ri parti animæ suæ, videlicet rationi ac voluntati, ideo ex parte & actione vegetatiuę & inferio
ris ac sensitiuæ naturæ, non causabat̃ in Chr̃o fames, aut sitis, somnus, aut lassitudo, nisi ex præ-
uio rõnis iudicio, ac voluntatis suæ imperio. Illam quoq; esuriem Chr̃us assumpsit, ad designã-
Col.1. dum quòd ipse iugiter sitit, & appetit nostrã salutem. Hinc quoq; accessit ficulneã ad quæren-
dum in ea fructum, non ꝙ ignoraret, non eẽ tunc fructum in arbore illa, sed ad insinuãdum, ꝙ
assidue quærit, & exigit à nobis fructum virtutum, & opera bona. Requirit etem̃ ab vnoquoq;
vt secundum exigentiã & tenorem suæ vocationis viuat, & ambulet dignè deo, quod si nõ ege
rimus ita, imputat̃ nobis ab ip̃o pro culpa. Hinc etiã maledixit ficulneæ, non fructum, sed folia
tm̃ habenti, non ꝙ culpa erat in arbore illa, q̃a nec tunc erat ei tempus fructificãdi, sed ad desi- F
gnãdum ꝙ hoĩes merent̃ maledici à deo, q̃ fructum bonorũ operũ non producunt, nec agũt,
Matth.3 q̃ noscunt eẽ agenda, sed verba tm̃modo habent. Propter quod dixit B. Iohãnes Baptista: Iam
securis ad radicẽ arboris posita est: Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum, excidet̃,
Iudas. & in ignẽ mittet̃. Propterea Iudas Apostolus in sua ep̃la ait de infructuosis ac vitiosis hĩbus: Hi
sunt arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ q̃bus procella tenebrarũ cõserua-
ta est in æternum. Deinde secunda hac feria introiuit Chr̃us cum discipulis suis in Hierualẽ, &
in templum, & prædicauit ibidẽ, atq; in die hoc rursus ad Bethaniã redijt, & tertia feria in Hie-
rusalẽ, & in tẽplum regressus est. Sicq́; infra hos duos dies copiosissime prædicauit corã ponti-
ficibus, sacerdotibus, scribis, pharisæis ac plebe, & multas parabolas eis proposuit, ac superiores
Mattt.23. illos acerrime increpauit de diuersis sceleribus, præsertim de eorum hypocrisi, dicẽdo eis sępis-
Lucę.11 sime: Væ vobis scribæ & pharisæi, hypocritæ. Propter quod tãta erãt inflãmati inuidia, ira, &
impatientia, ꝙ iniecissent manus in Iesum, nisi populũ timuissent. Vnde & tunc diuersimode ei
Matt.22. insidiabant̃, interrogãdo, an liceret eis tributa soluere Cæsari, ac alia multa, quæ sancti Euãge-
Marci.12 listæ describunt, sicq́; tertia feria rursus in Bethaniam cum discipulis fuit reuersus, & mansit ibi-
dem vsque ad feriam quintam, vt infra dicetur.

¶De venditione Chr̃i à suo discipulo, & de concilio Iudæorũ. Arti. III.

MAtthæus Euãgelista passionem dñi nostri Iesu Christi describere incipit à verbis
Chr̃i quæ protulit feria tertia hebdomadæ, in qua crucifigi dignatus est. Cum em̃
in illa tertia feria prædicasset in templo, & exiuisset de Hierusalem, ac suis disci-
pulis

A pulis seorsum multa prædixisset de fine seculi & futuro generali iudicio, adiecit. ¶ Scitis quia Matt. 26
" post biduū pascha fiet, ac si dicat, scire debetis, & vtiq; scitis, q̄ post hanc feriā tertiā & feriam
" quartā sequentē, inchoabitur paschalis solennitas feria quinta ad vesperā, & in hora illa vesper
tina immolabitur agnus paschalis, sicut p̄ceptū fuit in lege Mosi. In Exodo nanq; dn̄s iussit per Exodi. 12
Mosen, vt quartadecima luna mēsis primi. i. in quartadecima die nouæ lunatiōis seu nouilunij
primi mensis apud Hebræos, filij Israel immolarēt ac mādūcarēt agnū paschalē cū panib⁹ azy
mis. i. nō fermentatis. Et hic primus mensis anni, secundū cōputationē Iudæorū est Martius, vt
aliqui dicūt, secundū alios est Aprilis. Quid aūt de hoc magis videat̄ tenendū, alibi plenius scri-
psi, p̄sertim sup. Genesim & Exodū, nec opus est hic difficultati hmōi immorari, sed simplici-
ter est procedendū, prout cōuenit loqui ad populū. Incepit itaq; festū paschale apud Hebræos
ad vesperā diei seu lunationis p̄fatæ, videlicet feria quinta Martij seu Aprilis de sero, & dura-
" uit p septē dies immediate sequentes, & p totū illud tēpus vescebant̄ pane nō fermentato, &
" filius hoīs tradet̄, nā nocte cœnā & agni paschalis esum immediate sequente traditus ē Chri
" stus à Iuda proditore, & comprehensus à Iudæis, vt infra patebit, vt crucifigat̄. Crucifixio
etem̄ Christi sequuta est eius traditionē, & q̄uis Iudas forsan nō tradidit Christum directe ob
hoc vel ad hoc, vt crucifigerent eū Iudæi, tamen ad hoc tradidit eū illis, vt iuxta volūtatē suam
" tractarent siue occiderēt ipsum. Deinceps describit̄, qualiter Chr̄s sit venditus. Tunc con-
" gregati sunt principes sacerdotū & seniores populi in atrio principis sacerdotū, q̄ dicebatur
" Caiphas. Ista cōgregatio fuit nō feria quinta, in qua agnus paschalis comedebat̄, sed feria q̄r-
ta immediate p̄cedente. Fecerunt q̄q; & antea cōgregationē pontifices isti & seniores, scribæ,
B ac pharisæi, videlicet statim post Lazari resuscitationem, vt dictū est, & tunc inter se cōsulue- Iohan. 11.
runt q̄d acturi essent de Christo. Cūq; Caiphas dixisset, Expedit vobis vt vnus moriat̄ homo
pro populo, & nō tota gens pereat, mox firmiter statuerūt interficere Christū, & q̄m Christus
interim p tres dies continuo. s. in die palmarū & ferijs secūda & tertia, ipsos grauiter offende-
rat suis sermonibus, & maximū concursum populi ip̄m sequētis, libenterq; audientis habebat
ideo in hac quarta feria inter se cōtulerunt, qualiter possent suū propositū opportune atq; ce-
leriter p̄ducere ad effectū, quemadmodū p Hieremiā in p̄sona Christi p̄dictū fuit: Sup me co Hiere. 11.
gitauerunt consilia, dicētes: Venite, mittamus lignū in panē eius. i. dolore & morte crucis cibe
mus & impleamus eū, & eradamus eū de terra viuentiū. Præterea, secundū legem Mosi debuit Exod. 29
apud Iudæos esse vnus summus sacerdos seu pontifex vsq; ad obitū suū, vt patet in Exodo atq; Leuiti. 21.
Leuitico, sed nunc apud Iudæos defecerat legitima pontificū successio, q̄a in potestate genti-
lium & p̄cipue Romanorū erant redacti, à q̄bus & annuatim summū sacerdotiū emerunt, sicq;
in populo Iudæorū fuerunt tunc plures principes sacerdotū seu pontifices, nō q̄ vno & eodem
anno p̄fuerunt plures pontifices, sed successiue, & anno quo ista fiebāt, p̄fuit Caiphas. Sic er-
" go & consilium fecerunt q̄uo Iesum dolo tenerent. i. secrete, improuise & insidiose capere Sap. 2
" possent, & occiderēt, quēadmodū in libro Sapiæ habet̄: Dixerunt imp̄ij, circūueniamus iu
stum, q̄m cōtrarius est operibus nostris, & improperat nobis p̄ctā legis, & grauis est nobis etiā
ad videndū. Hinc q̄q; Chr̄s in Psal. p̄dixit: Aduersum me susurrabant oēs inimici mei, aduer- Psal. 40
" sum me cogitabant mala mihi. Timebāt vero plebē. Dicebant aūt: Non in die festo. i. non Luc. 22
" capiamus nec occidamus eū durante hoc festo paschali, ne forte tumultus fieret in populo.
C Sciebant nanq; q̄ plebs cōis libēter audiuit Christū, ideo metuebāt q̄ plebs nequaq̄ p̄mitte-
ret Iesum manifeste occidi, sed vi eriperet eū. Timebāt etiā q̄ plebs insurgeret cōtra eos. Ideo
Lucas ait: Timebant vero plebē. Rursus sciebant, q̄ quidā de populo auersi erant à Iesu, quēad Ibidē.
modū apud Iohannē legit̄: Murmur multus erat de eo in turba: quidā em̄ dicebāt, q̄a bon⁹ est: Iohā. 7
alij vero dicebāt, nō, sed seducit turbas. Hinc pontifices & seniores ij formidabāt, ne forte vna
pars populi cōtra aliā insurgeret p̄pter Iesum, p̄sertim in festo, in quo plurimi in Hier̄lm con
uenerunt. Itaq; imp̄ij isti timuernnt plebē & t̄pale ac humanū periculū, non deū neq; æternam
damnationē, quorū prauitatē atq; vestigia sequunt̄ hoīes inuidiosi, fraudulenti, vindicatiui, &
callidi, q̄ quod manifeste & iuste nequeūt p̄petrare, conant̄ occulte & dolose implere & in stu- Iohā. 13
" dijs ac machinationibus suis nō verētur dei offensam, sed humanā potētiam. *Intrauit aūt Sa
" tanas in Iudā, q̄ cognominabat̄ Ischariotes, vnū de duodecim. Iudas iste nequissimus, cogno
minatus est Ischarioth & Ischariotes, quia (vt legit̄) oriundus fuit vico seu villa sic dicta in tribu
Isacha sita. Intrauit aūt in mentē Iudæ Satanas, q̄ eum tētauit, nō q̄ labebat̄ in essentiā animæ
Iudæ, sed suggerēdo ei q̄ vēderet Iesum, nec iam primo intrauit in Iudā, q̄a & ante vicerat eū.
Nam diu ante passionē suā Chr̄s dixit apostolis: Nōne vos duodecim ego elegi, & vnus ex vo
bis diabolus est? vt apud Iohannē habet̄, sed hac vice intrauit in Iudā p nouū effectū, & miserri Ephe. 4
mū illū plenius possidēdo, nec p hoc excusat̄ Iudas, q̄ diabolus eum intrauit, q̄m spontē admisit Iaco. 4
diabolū, & eius suggestioni nō coactus cōsensit, quo cōtra scribit apl̄us Paulus: Nolite locū da-
" re diabolo. Iacobus q̄q; apl̄us: Resistite, inquit, diabolo & fugiet à vobis, & abijt à Bethania
feria quarta, in qua saluator māsit ibidē, q̄m suam venditionē noluit impedire. Abijt ergo mi-

ferrimus ille mercator ad vēdēdū dn̄m suū,& à sanctissima illa cōgregatiōe ac societate Chri
Iudas vēdit Chr̄m sti atq; ap̄lor; & alior; sanctor; ac sanctar;,q̄ tūc erāt in domo Marthæ,iuit ad ecclesiā ma- D A
lignātiū,ad cōuēticulū pessimor;,ad filios tn̄brar;,sic'q; recessit à Chr̄o mēte p maiorē auer-
sionē & culpā,ac corpe p localē distātiā,⌊& loquutus est principibus sacerdotū & magistra-
tibus⌋ tēpli.i.cæteris sacerdotibus,scribis atq; rectoribus ministror; tēpli ac populi,⌊quē-
admodū illū traderet eis.⌋.i.exhibuit se paratū tradere Iesum in manus ipsor; in aliq̄ loco &
tp̄e ad hoc magis opportunis,videlicet in loco secreto,nocturno'q; tp̄e,scd̄m q̄ postea fecit
Matt.26 ⌊& ait illis*Quid vultis mihi dare,& ego eū vobis tradā?⌋ ac si diceret:Scio cur estis cōgre
gati,& desiderio vr̄o cooperari paratus sum,sic'q; sceleratissimus Iudas non vocatus accessit,
cū tn̄ cōis doctrina sit:Ad cōsiliū ne accesseris anteq̄ voceris,& sine verecūdia obtulit se pa-
ratum vēdere ac tradere suū magistrū,à quo tanta bn̄ficia fuit sortitus,nec de tāta infidelita
Hiere.3 te erubuit,q̄a impletū fuit in eo illud Hieremiæ:Frons mulieris meretricis facta ē tibi,noluisti
erubescere.Hāc inuerecūdiā Iudæ sequūtur hoīes habituati in vitijs,q̄ praua cōsuetudine ita
Esaiæ.3. infecti,victi & excæcati sunt,q̄ de sua turpitudine,immūditia atq; malitia pudorē nō habēt,
Prouer.2. sed potius iactāt se inde & gloriātur,de q̄bus legit̄ apud Esaiā:Pc̄tm̄ suū quasi Sodoma p̄di-
Lucæ.22. cauerūt nec abscōderūt.Et in prouerbijs legit̄:Lætātur cū malefecerint,& exultant in rebus
pessimis.⌊*Qui audientes⌋ principes sacerdotes cum suo consortio verba hæc Iudæ,⌊ga
uisi sunt⌋ sperātes se hoc mō posse desideriū suū aptius adimplere.Nā hic modus eis cōgrue- E
tior videbatur.Propter q̄d oportunitate ista eis oblata,mutauerūt propositū suū,q̄ pauloan
Matt.26 dixerūt:Nō in die festo,⌊& pacti sunt⌋.i.promiserūt,⌊pecuniā illi dare*& cōstituerūt⌋.i.
Zachar 11 exhibuerūt,⌊ei triginta argēteos⌋ quēadmodū p Zachariā est prædictū:Appēderūt mer-
Lucæ.22. cedē suā triginta argēteos decor; pretiū,quo appretiatus sum ab eis ⌊*& spopōdit⌋.i.Iudas
promisit eis q̄ traderet ipsis Iesum,⌊& exinde⌋.i.ab illa hora,⌊q̄rebat opportunitatē⌋.i.
modū suo proposito cōuenientē,⌊q̄uo illū traderet sine turbis⌋ hoc est,in loco & tp̄e,vbi &
quādo Chr̄s nō haberet secū nisi paucos discipulos suos,vtpote in nocte,q̄a in die populus
confluxit ad Christū.Incitamētū huius vēditionis fuit,vt creditur,q̄m Iudas doluit de effu-
sione vnguēti sup Christū facta à beatissima Maria Magdalena,q̄d(vt in Iohanne scribitur)
venūdari potuit trecētis denarijs,voluit'q; damnū illud recuperare in Christi vēditione.

¶Præterea,q̄m innocēs filius dei propter nos venditus est feria quarta,inoleuit apud Chr̄ia-
nos laudabilis cōsuetudo,q̄ multi quartis ferijs abstinēt à carniū esu.Ex eadē q̄q; causa ordi-
nauit eccl̄ia,vt quarta feria post feriā sextā,in q̄ occisus ē Chr̄s,habeat̄ p̄cipua inter dies pœ
nitētiæ & abstinētiæ atq; ieiunij.¶Deniq; hanc Chr̄i vēditionē à suo discipulo clare p̄dixit
Psal.40. sanctus Dauid in psalmo,in Chr̄i p̄sona loquēdo:Etem̄ hō pacis meæ in q̄ speraui,q̄ edebat
panes,magnificauit sup me supplātationē.Insuper multiplex fuit facinus Iudæ.Nā in Iohā-
Iohan.12 ne legit̄:Fur erat,& ea q̄ deuotæ p̄sonæ dederūt pro sustētatiōe Chr̄i,discipulorū'q; eius,fura
batur & exportauit.Secūdo,q̄a magistro suo ingratissimus fuit.Chr̄s em̄ promouit eū ad a-
postolatū,& fecit eū suū procuratorē,& misit eū ad p̄dicādū,baptizādū,& ad faciēdū mira-
cula,& tn̄ de oibus his ingratus,vēdidit suū magistrū.Tertio,q̄a filiū dei maxime vilipēdit.
Nō em̄ solūmodo vēdidit eū,sed tanq̄ rē vilissimā exposuit eū venalē ad libitū emptor;,dicē F
do,q̄d vultis mihi dare,&c.sicut hi q̄ habēt rē quam par; appretiant̄,solēt dicere de eadem,
emptori,q̄d vultis dare pro hac re?Quarto,q̄m mūdi saluatorē ver; deū venūdedit.Quito
q̄m vēditū tradidit suis crudelissimis inimicis.Sexto,q̄m impijssime promisit q̄d vitiose asse-
ruit,q̄ .s.traderet Iesum in manus emptor;,hostiū'q; suor;.Septimo,q̄a tradidit Christū ad
occidēdū,& ita extitit homicida,imò & Christicida ac deicida.Octauo,q̄m Christum qui
summa veritas est,vēdēdo,pessimā Simoniā cōmisit.Nono,q̄m desperauit de venia.Deci-
Acto 1. mo,q̄a suspēdit seipsum.Præterea ex ruina Iudæ tā graui atq; multiplici instruimur ad cau-
telam,ad timoratā custodiā,ad humilitatē p̄petuā,atq; ad omniū temerarior; iudicior; re-
pressionē.Si em̄ discipulus Christi,ap̄lus dei,canonicus collegij vnitatis,q̄ cū cæteris Chri-
sti ap̄lis p̄dicauit Iudæis,& plurimos baptizauit,ac signa fecit,tā grauissime ac multipliciter
cecidit & æternaliter perijt,q̄ tot & tāta Christi miracula vidit cōtinue,& efficacissimā eius
doctrinā audiuit assidue,q̄s nostrū poterit eē securus?Hinc ait Chrysostomus:Si ille qui cū
Christo fuit,q̄ miracula fecit,& tātā audiuit doctrinā,à philargyria in tātū deductus est ba-
ratrum,multo magis nos timere oportet,ne capiamur hoc vitio.¶Postremo ex lapsu Iudæ
docemur,q̄ vehemētissime maledicta auaritia induret atq; obtenebret cor humanū,q̄ ex a-
1.Timo.6 postolicæ dignitatis fastigio ad tātā vitior; voraginē traxit infelicissimum Iudā.Ideo Inno-
cētius loq̄tur:Radix oīm vitior; existit cupiditas.Hæc em̄ sacrilegia cōmittit & furta,rapi-
nas exercet & prędas,homicidia gerit & bella,simoniace vēdit & emit,inique petit & rapit,
iniuste negotiat̄ & fœnerat̄,instat dolis & imminet fraudibus,dissoluit pactū & violat iura-
1.Cor.10. mētū,corrūpit testimoniū & p̄uertit iudiciū.Itaq; iuxta doctrinā ap̄li,qui stat,videat ne ca-
dat,nec aliq̄s se extollat,nec temere iudicet aliū,sed propriū vereatur periculū,& metuat ca
sum.

A sum. Hinc Climachus dicit: Latro erat in societate prædonũ, & Iudas in choro apostolorũ, & tamen subito est facta mutatio, ideo nos oportet abstinere ab incauto iudicio. ¶ Amplius, quoniam dñs Iesus Chrũs in toto Euãgelio exẽplis & verbis maxime docuit nos oĩa terrena despicere, & bona cœlestia ac æterna toto corde requirere & amare, propterea oĩs auaritia est cũctis Christianis potissimũ fugiẽda, præsertim cũ & aplus protestet, q radix sit oĩm malorũ cupiditas. Et rursus: Auaritia, inquit, idolorũ est seruitus. Vnde in Eccõ scriptũ est: Auaro nihil est scelestius nihil est iniquius q̃ amare pecuniã. Auarus eñ animã suã habet venalẽ. Hinc quoq; Climachus loquitur: Auarus est Euãgelij subsannator. Ideo cogitemus q oportet nos cito hunc mundum & oĩa q̃ in eo sunt, oĩno relinquere, & in alio seculo in æternũ manere, sicq tãto feruẽtius q̃ramus bona spũalia ac diuina q̃ tpalia & terrena, q̃to æternitas est longior tpe huius vitæ. 1. Timo. 6 Col. 3 Eccl. 10

¶ De paschate typico seruato, de præmonitione proditoris à Christo facta, & de pedum lotione. Arti. IIII.

Expositis ijs quæ gesta sunt feria quarta, exponenda nunc sunt quę Christus fecit ac docuit feria quinta. ⌊*Et prima die azymorũ quando pascha immolabant⌋ .i. quinta feria, s. die cœnæ, quando ad vesperam auferebant Iudæi à domibus suis omnem panẽ fermentatũ, & azymis panibus vesci cœperunt, paschalemq agnũ edebant, ⌊accesserunt ad Iesum discipuli eius, dicẽtes: Quo vis eamus vt paremus tibi pascha?⌋ .i. ad quem locũ iubes nos ire, vt in eo paremus tibi agnũ paschalem, quẽ nobiscũ es comesturus? ⌊*At Iesus dixit eis: Ite in ciuitatem⌋ Hierusalẽ. Voluit eñ filius dei in isto seruare præceptum legis, quãuis esset supra legem & dñs legis, vt daret nobis obediendi exemplũ. ⌊*Et ecce introeuntibus vobis in ciuitatẽ⌋ Hierusalẽ, quæ fuit metropolis regni, & antonomaticè vocabat ciuitas apud Iudæos, queadmodũ Roma dicit vrbs apud latinos, ⌊occurret vobis homo amphorã aquę portans, sequimini eũ in domũ in quã intrat, & dicite patrifamilias domus, qa magister dicit tibi⌋ .i. q ego omniũ vestrũ magister ei p vos dico & mando, ⌊vbi est diuersoriũ meũ⌋ .i. locus ad quem nũc diuertere debeo, & deputandus nunc vsui meo, ⌊vbi pascha⌋ .i. agnũ paschalẽ ⌊cũ discipulis meis manducem,⌋ quasi dicat, ostende discipulis meis cameram aptã, in qua parent mihi agnũ ad comedendũ, ⌊& ipse demonstrabit vobis cœnaculũ grande stratũ⌋ .i. bene paratũ, ⌊& ibi parate⌋ nobis pascha. Christus pdicẽdo ista quæ erãt in se futura, pure cõtingentia, ostendit se talia certitudinaliter præscire, imò vniuersa præterita, præsentia & futura sciuit etiam secundũ naturam assumptã. ¶ Deniq; de isto patrefamilias quidã dixerũt, q fuit vir pauper, sed magis videtur q fuit vir valde diues ac potens, quia tã magnã habuit domũ, q in vna eius camera sedere poterant centũ viginti homines. In isto nanq; cœnaculo, in quo dñs & saluator comedit cũ apostolis agnũ paschalẽ, postea latuerunt discipuli frequẽter à die resurrectionis Christi vsq; ad diẽ pentecostes, in quo spm sanctũ acceperunt, & vt in actibus legitur: Erant ibi pariter fere centũ viginti hoĩes. Et etiã, qm nõ obstãte persequutione ac prohibitione pontificũ & aliorũ maiorũ, q iam prohibuerunt Iudæis familiarẽ cõuersationẽ cũ Iesu, tã magnanimiter & audacter suscepit & hospitauit Iesum cũ discipulis suis in propria domo, & omnibus eis pbuit alimenta. Vnde videt fuisse vnus ex occultis Christi discipulis, queadmodũ Ioseph ab Arimathia & Nicodemus. Voluit eñ saluator etiã aliquos habere discipulos diuites, potẽtes ac nobiles, ne videret tales homines penitus reprobare atq; relinquere, & ne ipsi desperarent. Propterea in Iob ait scriptura: Deus potẽtes non abijcit, cũ & ipse sit potẽs. Veruntamen paucos habuit tales discipulos, ad designandũ, q valde pauci taliũ sunt electi, propter q̃d sacratissima virgo dixit: Deposuit potẽtes de sede, & exaltauit humiles. Hinc & aplus hortabatur Corinthios: Videte vocationẽ vestrã fratres, qa nõ multi sapiẽtes secundũ carnẽ, nõ multi potẽtes, nõ multi nobiles sunt inter vos. Ex horũ cõsideratione prudẽtes seculi huius, diuites, nobiles ac potẽtes merito debẽt se valde humiliare & oĩno timorati existere, & nequaq̃ extollant se, nec pauperes & abiectos cõtemnãt, sed potius venerent tanq̃ amicos & filios dei, neq; in sua seculari prudẽtia, tẽporali opulẽtia, carnali nobilitate audeant inaniter gloriari, nam & sanctus ait Gregorius: Hos eligit deus, q̃s despicit mũdus. Gloriosus quoq; Hieronymus protestat, q vix vnus de centũ aut de mille talibus aptus est regno cœlesti. Itaq; vir iste fuit Christi discipulus, ideo noĩe magistri cognouit Christũ significari, qa sic cõsueuit à suis discipulis nuncupari, qbus & dixit: Nolite vocari magistri, vnus est eñ magister vester, Chrũs. ⌊*Euntes autẽ discipuli⌋ .s. Petrus & Iohãnes, q erant inter aplos pcipui, ⌊inuenerũt sicut dixit illis Iesus⌋ .i. sicut eis prædixit, q occurreret eis homo lagenã baiulans aquæ, & q præfatus paterfamilias demonstraret eis grande cœnaculũ, ⌊& parauerũt pascha⌋ in loco pdicto. Misit aũt Christus duos ex discipulis suis ad agnũ parandũ. Primo ad socialis vitæ cõmendationẽ, nã vt Salomõ loquit: Frater q adiuuat à fratre, est q̃si ciuitas munita. Et vtiq; bona est illa societas, in qua vnus ædificat aliũ, vbi vnus alterũ instruit & accendit, cõsolat & allicit ad virtutes. Fugienda ac detestanda est illa societas, in qua vnus trahit aliũ ad peccandũ, in qua est cõcordia ad inique agendum, vbi socij sibi inuicẽ cooperant ad condemnationẽ æternã. Secũdo misit duos discipulos, ad cõ-

Marginalia: Marc. 14 — Matt. 26 — Luc. 22 — Acto. 2 — Iob. 36 — Luc. 1 — 1. Cor. 1 — Iohan. 13 — Marc. 14 — Prouer.

ad commẽdãdũ fraternã ac mutuã charitatẽ. Tertio, ad innuendũ ꝙ duo sunt charitatis ꝓcepta, ab inuicẽ tã inseparabilia, ꝙ vnũ sine alio impleri nõ valet. Misit ꝗꝙ specialiter istos duos, Petrũ videlicet & Iohannẽ, propter dignitatẽ ac reuerẽtiã illius suæ nouissimæ cœnæ, & eoꝝ quæ facturus erat in ea. Itẽ ad figurãdũ, ꝙ ad mãducandũ cõdigne veꝝ pascha in sacramẽto cõtentũ, debeamus nos ꝑparare ꝑ exercitia vitæ actiuæ, ꝗ significatur ꝑ Petrũ, hoc est per opa misericordiæ & ꝑ pœnitẽtiæ actus, & etiã per exercitia vitæ cõtẽplatiuæ, quæ ꝑ Iohannẽ exprimitur, hoc est, ꝑ orationes, meditationes & feruẽtem amorẽ. Itẽꝙ ad insinuandũ ꝙ in cœna illa nouissima erat finis imponẽdus sacrificijs veteris testamẽti, quod signabatur per Petrũ, qui fuit specialiter apostolus circũcisionis seu Iudæoꝝ, quoꝝ milia multa cõuertit, & ꝙ tũc instituendũ fuit sacrificiũ noui testamẽti, quod ꝑ Iohannẽ notatur, qui euãgelium conscripsit & prædicauit in Asia. ⌊*Vespere aũt facto⌋ scilicet quinta feria, die ad occasum tendente, ⌊venit Iesus⌋ à Bethania, à qua cœpit exire post meridiem aut circiter, ⌊& duodecim apostoli cũ eo⌋ Iam dictũ est ꝙ præmisit Petrũ & Iohãnẽ, vt in Hierusalẽ pascha pararẽt, qũo ergo venit cũ duodecim aplis? Ad ꝗd respõdẽdũ videtur, ꝙ Petrus & Iohãnes, facta dispositiõe de agni paschalis ꝑparatione, iuerũt obuiã Chro. Vel venit cũ duodecim apostolis. i. cũ maiore ꝑte aploꝝ, ꝗ simul fuerũt duodecim. Frequẽter etenĩ in scripturis ponitur pars pro toto, & ecõuerso. Credit quoqꝫ ꝗd beatissima virgo Maria & Maria Magdalena ac aliæ deuotissimæ fœminæ, Chri discipulæ, secũ exierunt Bethaniã, & cum ipso venerũt vsqꝫ ad portã Hierusalẽ, deinde recesserũt ab ipso, vt ipse disposuit, & nõ sine grãdi dolore recesserunt ab inuicẽ, imò dulcissima & affectuosissima mater Iesu cum inæstimabili dolore & anxietate ac planctu discessit à filio suo suꝑcharissimo, quẽ certissime sciuit statim passuꝝ, & bene cogitauit ꝙ eũ amplius nõ videret, nisi cõstitutũ in passione atqꝫ ĩ manibus aduersarioꝝ suoꝝ. Cõsideremus ergo cũ interna cõpassione & intima attẽtiõe, cũ quali & quãta afflictiõe ac lachrymaꝝ effusiõe benignissima mater virginea, ab vnico ꝑdilectissimo filio suo separabatur in hora illa. ⌊*Et cũ facta eẽt hora, discubuit⌋. i. hora vespertina agnũ paschalẽ comedit iuxta legis ꝑceptũ, ⌊& duodecim apli cũ eo⌋ qui in eadẽ mensa erãt cũ Iesu, atqꝫ vt legit, iuxta morẽ terræ illius suꝑ terrã seu pauimẽtũ cœnaculi, nõ in sedib⁹ eleuatis à terra, sedebãt. ¶Insuꝑ aliqui dicũt, ꝙ ibi etiã erãt septuaginta discipuli, vel ꝗdam illoꝝ in alia mẽsa. Hoc tñ nullus tãgit euãgelistaꝝ, sed potius insinuare vidẽtur, ꝙ ibi nõ erãt cũ Chro nisi apli, ꝗ & secum exierũt post cœnã, & fugerũt ab eo dum capiebat, inter ꝗs tũc nullus septuaginta discipuloꝝ fuisse videt, ⌊& ait illis⌋ videlicet Chrũs apostolis, ⌊desiderio desideraui⌋. i. valde cordialiter cõcupiui, ⌊hoc pascha⌋ videlicet agnũ istũ paschalẽ, ⌊mãducare vobiscũ anteꝗ patiar⌋ mortẽ. Huius autem tã vehemẽtis & sancti desiderij multæ fuerũt rationes & causæ. Primo, qm̃ ista fuit nouissima refectio, quã cũ suis in hoc mũdo & in statu mortali fuerat habiturus. Amici aũt ab inuicẽ recessuri, cũ multo solẽt affectu vltimã refectionẽ simul accipere. Alia & principalior causa fuit, ꝗa in cœna hac voluit instituere dignissimũ euãgelicæ legis sacrificiũ, vtpote sui corꝑis ac sanguinis sacramentũ & sacrũ missæ officiũ, imò & ordinis sacramẽtũ seu sacerdotiũ nouæ legis. Dicẽdo eñ apostolis: Hoc facite in meã cõmemorationem, fecit eos sacerdotes, & nouũ testamẽtum instituit. Tertio, ꝗa in cœna hac voluit veteri testamẽto & sacrificijs eis imponere finẽ. Quarto, propter cætera documẽta & virtutũ exẽpla, ꝗ tꝑe huius cœnæ dedit aplis, & ꝑ eos vniuersis fidelibus, ⌊Dico eñ vobis, ꝗa ex hoc⌋ id est, ab hora ista deinceps, ⌊nõ mãducabo illud⌋ videlicet pascha legale seu agnũ paschalẽ, ⌊donec impleat in regno dei⌋. i. quousqꝫ in ecclesia militãte veraciter fiat ac ꝑficiatur & pateat, quod pascha illud spũaliter designauit. Præfigurauit eñ sacramẽtum eucharistiæ, quod Chrũs in cœna instituit. Præfigurauit ꝗꝙ immolationẽ Chri in cruce, ꝗꝝ vtrũqꝫ statim sequutũ est hãc mãducationẽ agni paschalis, sicꝙ ꝗd ait: Donec, excludit totũ tẽpus sequẽs, ac si dicat, de cætero nunꝗ plus comedã agnũ paschalẽ. Iuxta quẽ sensum euãgelista Matthæus ait, ꝙ Ioseph nõ cognouit Mariã donec peperit filiũ suũ primogenitũ. i. nunꝗ postꝗ genuit Iesum, sicut nec ante. ⌊Et accepto calice, gratias egit & dixit: Accipite & diuidite inter vos⌋ hoc est, post esum agni bñdixit potũ, quẽ dedit aplis ad bibẽdũ, ideo bñdictio ista nõ fuit cõsecratio sanguinis sui, aut cõuersio vini in sanguinẽ Chri. Nã ista bñdictio cõsecrationẽ corporis sui, sanguinisꝙ ꝑcessit, vt infra patebit. Propterea bñdictio ista nõ fuit nisi bñdictio potus, secũdum ꝗd cibus & potus benedicũtur ad mẽsam, & ꝑtinuit bñdictio ista ad vetus pascha, hoc est, ad agnũ paschalẽ atqꝫ legalẽ. Sequẽs vero bñdictio, qua sanguinẽ suũ cõsecrauit & cõfecit ex vino, ad nouũ ꝑtinuit pascha. i. ad sacramẽtũ ac sacrificiũ nouæ & euãgelicæ legis, & ita verificat ꝙ asserit Glosa, & ex euangelij textu colligitur, ꝙ scilicet Chrũs in cœna calicẽ bis accepit & bñdixit, semel añ consecrationẽ corꝑis sui, & semel post eã. Ex hoc ꝗꝙ exẽplo docẽtur fideles, vt añ refectionẽ benedicãt escã & poculũ. ⌊*Dico eñ vobis, nõ bibam de gñatione vitis⌋. i. de vino ꝗd ex vite producitur, ⌊donec regnũ dei veniat⌋. i. ꝗusqꝫ ecclesia instituatur, & ꝑ sacramẽta formetur, ꝗa ꝑ Chri passionẽ & resurrectionẽ est ecclesia instituta,

Marginalia (left): Lucæ. 22. — 1. Cor. 11 — Matth. 1.
Marginalia (right): D — E — F

A stituta, qm̄ de latere Chr̄i dormientis in cruce dicūtur profluxisse sacramēta ecclesiæ, & p̄ resurrectionē ipsius roborata est fides ecclesiæ primitiuæ ac militātis, sicq; saluator post suam resurrectionē cū discipulis bibit de vino, quēadmodū in actibus princeps apl̄oꝝ testat̄, q̄ deus dedit Christum manifestū fieri non omni populo, sed nobis qui manducauimus & bibimus cum illo postq̄ resurrexit à mortuis. Vel sensus est, q̄ post cœnā istam nō amplius bibit vinū in statu mortali & vita passibili, vtpote eo modo quo nūc potauit. Porrò ecclesia militans. i. cōgregatio fideliū, dicit̄ regnū dei, q̄a in cordibus fideliū regnat deus p̄ fidem & charitatē, p̄ quas ipsi fideles obediunt deo, deus q̄q; p̄ suos vicarios seu p̄latos prǽest fidelibus & regnat in eis, & sp̄us sanctus est principalis rector ecclesiæ, eā infallibil'r regens. *Et edētibus illis. i. apl̄is cū Christo mādu cātibus pascha, dixit: Amen (. i. vere) dico vobis, q̄a vnus vestrū me traditurus est. Sicut saluator p̄dixit suā passionē, ita nūc prædicit suā traditionē, vt sciamus q̄ nihil improuise accidit ei, & ne traditor putaret suū crimen esse Chr̄o incognitū, & etiā quatenus ipse Chr̄us quantū in se fuit, reuocaret Iudā à suo iniquo proposito, atq; ad pœnitentiā eū induceret. Et cōtristati valde. Primo, q̄a ex charitate doluerūt de tanta impietate. Secūdo, q̄a ad cōfusionē & dedecus omniū eoꝝ p̄tinuit, q̄ vnus eoꝝ tantū facinus p̄petraret. Tota etem̄ cōgregatio dehonestat̄ ex magno excessu vnius mēbri aut suppositi sui. Virtus q̄q; & vitiū vnius de cōmunitate, in totā cōmunitatē aliquo modo redūdat, cū tota cōgregatio aut cōmunitas sit vnū mysticum corpus. Tertio, q̄a in isto maxime cōdoluerunt suo charissimo dn̄o ac magistro, cuius passio ex hoc ignominiosior reddebat̄, q̄ à proprio discipulo tradebat̄. Quarto, q̄a ex fraterna charitate doluerunt de lapsu & damnatione illius, qui scelus hoc fuerat commissurus, cœperunt singuli dicere, se excusando. Nunquid ego sum dn̄e? quasi dicāt, Non. Primo vnusquisq; de vndecim apostolis inquisiuit & examinauit de hoc cōscientiā propriā, an tale aliquid cogitasset. Secūdo inter se de hoc inquirebant, secundū quod in Luca habet̄. *Et ipsi cœperunt inter se quærere, q̄s esset ex eis q̄ hoc facturus esset. Apud Iohānē q̄q; scriptū est. *Aspiciebāt ergo ad inuicē discipuli, hæsitātes (. i. dubitātes) de q̄ diceret. Tertio, ip̄m dn̄m interrogādo, nā vt Marcus refert: Cœperūt ei dicere singulatim. i. vnus post aliū, & vnusq̄sq; eoꝝ seorsum, Nunq̄d ego sum dn̄e? *Et r̄ndēs dn̄s, ait: Vnus ex duodecim (apl̄is), q̄ intingit mecū manū in paropside. i. in scutella seu vasculo, ex q̄ agnum comedimus. Et forsan q̄n Chr̄s protulit verbū hoc, solus traditor posuit manū suā cū manu Christi in paropside, cæteris præ tristitia à manducatione ad tempus cessantibus, & proditore ex inuerecunda audacia adhuc edēte, quasi crimen illud nō pertineret ad eū. Hoc tamen nō cōsiderauerunt apostoli alij, hic me tradet. Filius quidē hominis vadit. i. p̄ traditionē à suo discipulo occidet̄, & de vita p̄senti tollet̄, atq; ad patrem cœlestē redibit, sicut scriptū est de eo in psalmo q̄ legit̄: Etem̄ homo pacis meæ in quo speraui, &c. Væ aūt homini illi. i. æterna dānatio debet̄ & imminet ei, p̄ quē filius hominis tradet̄, nisi pœniteat, sicq; p̄ hæc verba Chr̄us nō p̄dixit proditori suā dānationem absolute, quasi pœnitere nō posset, sed magis sub cōditione, videlicet nisi se emēdaret, ideo nō obligauit proditorē ad desperādū. Bonū erat ei, si natus nō fuisset hō ille. i. minus malū esset p̄ditori, se nō esse natū, q̄ cōmittere tantū crimē atq; incidere tantā damnationē, q̄uis em̄ esse sit melius q̄ nō esse, tñ esse in tāta impietate atq; miseria, est peius q̄ prorsus nō esse. Vnde in Eccō legit̄: Melior est mors q̄ vita amara. Et rursus: Bonū est mori sine filijs, q̄ relinquere filios nequā. Deniq; q̄uis per cōparationē ad decorem vniuersi, melius sit esse ipsos damnatos, & eos manere in suis miserijs, inquantū in eis relucet diuina iustitia & gaudium beatoꝝ ex illoꝝ calamitate aliquo modo augetur, iuxta quod scriptū est: Lætabit̄ iustus cū viderit vindictā, ipsis tamen damnatis, quo ad seipsos, minus malū esset penitus nō esse natos seu nunq̄ fuisse, q̄ esse damnatos. ¶Præterea circa hoc quæri posset, si bonū fuisset Iudæ proditori, q̄ natus nō fuisset, cur deus fecit eū. R̄ndendum q̄ deus facit id q̄d suā cōdecet bonitatē, nec hoc dimittit propter creaturaꝝ malitiā & abusum. Ideo q̄uis ipse p̄sciat reprobos perituros, attamē cōdit eos, nō vt pereant, sed vt saluent̄. Ipse em̄ vult oēs hoīes fieri saluos. Reprobi aūt propria libertate se auertunt à deo. Respondēs aūt Iudas qui tradidit eum, dixit: Nunq̄d ego sum Rabbi? Ex quo alij apostoli interrogauerūt singulatim, Nunq̄d ego sum dn̄e, etiā Iudas interrogauit, ne de crimine notaret̄. Ait illi Iesus: Tu dixisti. i. in tua interrogatiōe protulisti verba tuum crimen exprimentia. Si em̄ ab interrogatiōe illa, Nunq̄d ego sum Rabbi, remoueat̄ hoc signum, nūq̄d, & accipiat̄ q̄d remanet. s. ego sum Rabbi. i. ò magister, ego sum q̄ tradā te, vere exprimit q̄s traditurus fuerat Christū, sicq; Chr̄s dicēdo ad Iudā, Tu dixisti, dedit ei intelligere, se scire, q̄ ab ipso esset tradēdus. Alij tñ apostoli, Christo sic ordinante, ita nō intellexerunt hæc Christi verba. Noluit em̄ Chr̄us q̄ ipsi scirent q̄s traditor eēt, ne cōtra illū insurgerēt, & ne in mensa pacis oriretur litigium, & etiam quia saluator noluit suam impedire traditionē. Hinc quoq; nō expressit in speciali à quo eēt tradendus, præsertim quia occultum crimen Iudæ noluit alijs publicare. His verbis addit Iohannes Euāgelista. *Erat ergo recubēs (. i. quiescēs) vnus ex discipulis Iesu in sinu eius. s. ipse Iohānes, quē diligebat Iesus, non solum q̄a & alios diligebat,

Act. 10.
Matt. 26
Luc. 22
Iohan. 13
Matt. 26
Psal. 40
Eccl. 30
Eccl. 41
Psal. 57
1. Timo. 2
Iohan. 13.

ſed ſpecialiter.i.magis familiariter, qa maiora dilectiõis indicia monſtrauit Iohãni.⌊Innuit D
ergo huic Symon Petrus,& dixit ei⌋ nutu,nõ verbis.⌊Quis eſt de q̃ dicit?⌋ Ieſus, ꝙ trade- »
tur ab vno noſtrũ?⌊reſpõdit Ieſus⌋ baſſe,ita ꝙ ſolus Iohãnes audiuit:⌊Ille eſt, cui intinctũ »
panẽ ego porrexero.⌊Et cũ intinxiſſet panẽ⌋.i.buccellã nõ conſecratã in paropſidẽ vel in »
vinum⌊dedit Iudæ Symonis Iſchariotis⌋ proditori:quo facto,Iohãnes nõ indicauit Petro »
reſpõſum,vel qa Chrũs prohibuit hoc Iohãni,vel mẽti eius inſpirauit ne indicaret,vel quia
Iohãnes p̃ triſtitia vix potuit loqui,aut modice obdormiuit. Petrus autẽ tam feruidus fuit in
Chr̃i amore,ꝙ inſurrexiſſet in proditorẽ,ſi ſciuiſſet qs eẽt.⌊Et poſt buccellã⌋.i.ſtatim poſt »
prædicti panis intĩcti ſumptionẽ à Iuda,⌊introiuit in eũ ſatanas⌋.i.aliqd de nouo,& abun- »
dãtius q̃ añ,operabať in proditore,totaliter occupãdo eũ,ita ꝙ à propoſito peſſimo nõ pote
rat reuocari.⌊Et cœna facta⌋.i.partim cõpleta,videlicet agno paſchali comeſto,⌊ſurgit& »
ponit⌋.i.partim exuit,⌊veſtimẽta ſua⌋ vtpote veſtẽ ſuperiorẽ,præ parãdo ſe ad lauãdũ pe »
des diſcipuloꝝ,⌊& cũ accepiſſet lintheũ,præcinxit ſe⌋ Hic deſcribitur qualiter filius dei ex »
profundiſſima humilitate lauare dignatus eſt pedes apl̃oꝝ,& huic hiſtoriæ non oportet hic
immorari,qa in die cœnæ populo p̃dicatur,⌊deinde miſit aquã in peluim,& venit ad Symo »
nem Petrũ⌋quia incepit à Petro,quẽ in multis honorauit præ alijs,qm̃ voluit eũ facere ſuum »
generalẽ ac ſummũ vicariũ,atq; prælatũ ſupra totã eccleſiam,& principẽ apl̃oꝝ,⌊& dicit ei »
Petrus⌋ ex tãta Chriſti humilitate ac dignatiõe obſtupefactus ac territus.⌊Dñe,tu mihi la- »
uas pedes?⌋ quaſi dicat, hoc nullatenus decet, cum tu ſis filius dei & rex Meſſias in lege pro- »
miſſus,mundi ſaluator & innocẽs agnus dei,carens omĩ peccato, dñs & magiſter omnium E
noſtrum,ego aũt ſum homo peccator,pauper & vilis piſcator,ſeruus & diſcipulus tuus,⌊re- »
ſpondit Ieſus & dixit ei:Quod ego facio,tu neſcis modo⌋.i. nondũ agnoſcis ob quã cauſam »
velim veſtros lauare pedes,⌊ſcies autẽ poſtea⌋.i.poſtq̃ lauero pedes veſtros,exponã vobis »
ſpũalem cauſam opis huius,qa non volo pedes veſtros lauare propter corpalẽ pedũ purga-
tionẽ,ſed ad dandum pfectæ humilitatis exẽplũ,& item ad deſignãdum ꝙ ſpũalis lotio cor-
dium,ſeu purificatio affectionũ ab omĩ ſorde peccati,ſit neceſſaria ad ſalutẽ atq; ad corporis
& ſanguinis mei pceptionẽ,quã vobis poſt pedũ ablutionẽ volo conferre,⌊dicit ei Petrus: »
Non lauabis mihi pedes in æternũ⌋.i.nunq̃ hoc ſuſtinebo,vt tu rex cœloꝝ,vnigenitus dei, »
tm̃ humilies & inclines te corã me.Feruẽs amor interdũ caret oculo diſcretiõis,ideo ſanctus
Petrus videť in verbis his ſe habuiſſe aliqualiter indiſcrete,nõ acquieſcẽdo infallibili ſuo ma-
giſtro,cuius iudiciũ debuit proprio præferre iudicio,& cito obtẽperaſſe, quãuis ex quadam
carnalitate,humilitate atq; ex magna reuerẽtia Chr̃i ita habuerit ſe.⌊Reſpondit ei Ieſus:Si »
nõ lauero te,nõ habebis partẽ mecum⌋.i.niſi obedieris mihi in iſto, nõ eris particeps gloriæ »
meæ in regno cœleſti,nec de plenitudine mea accipies partẽ gr̃æ meæ,nec eris mẽbrũ myſti
ci corpis mei,nec verus diſcipulus meus,qm̃ inobediẽtia illa fuiſſet mortalis culpa,in qua ſi Pe
trus mãſiſſet,periſſet.Põt & ita exponi,ſi nõ lauero te.i.niſi intus purgauero te p grãm à pec
cato,& niſi pretio ſanguinis mei redemero te à reatu originalis peccati & à cæteris tuis malis
Apoca.1. non habebis partẽ mecũ.De hac lotione ſcriptũ eſt in Apocalypſi:Chrũs dilexit nos,& lauit
nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.⌊Dicit ei Symon Petrus⌋ tãtæ cõminatiõis tonitruo »
vehemẽter pterritus.⌊Dñe,nõ tãtum pedes meos,ſed & manus & caput⌋.i.nõ tãtum offe- »
ro tibi pedes meos ad lauãdũ à te,ſed & totũ corpus,qa pro nulla re mũdi, neq; pro toto mũ F
do volo ſeparari à te. Ecce q̃ cito fuit beatus Petrus ſalubriter territus,& ad ſalutarẽ pœni-
tẽtiã emollitus,atq; à proprio ſenſu ad extremũ oppoſitũ immutatus.Induratus aũt & repro
bus Iudas,audita metuẽdiſſima illa Chr̃i cõminatiõe. Væ homini,p quẽ tradar,&c.nõ eſt cõ
punctus,territus aut cõuerſus.Studeamus igiť ſancti apl̃i Petri docilitatẽ,cõpunctionẽ,pœ-
nitẽtiãq; ſectari,& oẽm proditoris incõuertibilitatẽ,indurationẽ & inuerecũdiã deteſtari ac
1.Regũ.15 iugiter euitare.Nã vt primo Regũ Samuel ait propheta, quaſi pctm̃ ariolãdi eſt repugnare,
& quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere.⌊Dicit ei Ieſus: Qui lotus eſt⌋.i.baptizatus,vel »
intus gratioſe purgatus à vitijs,⌊nõ indiget niſi vt pedes lauet⌋.i.hoc ſolũ ei neceſſarium eſt »
ad ſalutẽ,vt oẽm immũditiã ſuoꝝ affectuũ purget,de ſuis q̃tidianis pctis efficaciter pœnitẽ-
do ac ſatiſfaciẽdo q̃tidie.Dicũtur aũt affectiões ſpũaliter pedes, qm̃ ſicut p pedes corporeos
itur ac pueniť ad locũ optatũ,ita p affectiões itur ac ptingiť,potiſſimũ ad finẽ beatũ aut miſe-
rum.Puræ etem̃ affectiões pducũt ad ęternã ſalutẽ,affectiões vero puerſæ, iniuſtæ, impuræ
ad ppetuã trahũt dãnationẽ.Ratio q̃q; vitij & virtutis,& meriti ac demeriti, in vi affectiua
& affectiõibus p̃ſertim cõſiſtũt,ſcd̃m q̃d Auguſtin⁹ teſtať,dicẽdo:Pctm̃ eſt adeo volũtariũ,
q̃d ſi nõ eẽt volũtariũ,nõ eẽt pctm̃,⌊ſed eſt mũdus totus⌋.i.ab omĩ mortali culpa,immunis »
ac purus eſt, q puros habet affectus & voluntatẽ mundatã.Talis nãq; eſt in charitate & gr̃a,
ſine qbus affectiões aĩæ nõ ſunt puræ,& q̃uis q̃dã pctã mortalia ſint in intellectu, vt infideli-
tas,hæreſis,imprudẽtia,inſipiẽtia,talibus tamẽ peccatis ſemp annexa eſt aliqua immunditia
volũtatis & affectionis.⌊Et vos(apoſtoli)mũdi eſtis⌋ nũc ab omĩ mortali pctõ,q de culpis »
veſtris

A vestris pteritis p baptismū & pœnitētiā estis loti,⌊sed nō oēs⌋ qm̄ vnus vestrum, videlicet
" traditor,est totus immundus,auarus,sacrilegus,simoniacus,obstinatus,⌊sciebat em̄(Iesus)
" quisnā eēt q traderet eū,propterea dixit,nō estis mūdi oēs⌋ & ita p verba ista rursus admo-
" nuit Iudā,faciēdo q̄d i se erat,pro cōuersione illius,sed ille incorrigibilis māsit. ⌊Postq̄ ergo
" lauit pedes eoꝶ⌋ vcꝫ duodecim apl'oꝶ,qa & proditoris sui pedes vilissimos ex inæstimabili
humilitate,dignatiōe'qꝫ lauit,& añ genua sceleratissimi trāsgressoris procūbere nō despexit,
nec tā obdurati,ingratissimi ac inimicissimi hominis inqnatissimos pedes purgare ac tāgere
& tractare suis sanctissimis manibus abhorruit. Quāuis aūt apl'i aliꝭ nō sine grādi humilitate,
admiratiōe ac reuerētia pmitterēt pedes suos lauari à Chr̄o,tñ audita beati Petri increpatōe
cōtradicere nō audebāt,nec infelicissimus ille Iudas ex tāta Chr̄i dignitate,dignatiōe,humi-
" litate,beneficētia circa se fuit cōpunctus,aut à tradēdi proposito reuocatus,⌊accepit(.i.rein-
" duit)vestimēta sua⌋ expleto obseq̄o,⌊& cū recubuisset iteꝶ⌋.i. ad mēsam reposuisset se ad
" instruēdū discipulos,atqꝫ ad instituēdū sui corpis & sanguinis sacramētū ⌊dixit eis:scitis q̄d
" fecerim vobis?⌋.i.q̄d corpalis lotio ista significet,& cur lauerim pedes vr̄os.Scire nāqꝫ ē rē
" per causam cognoscere.Deinde exponit causam . ⌊Vos vocatis me mgr̄ & dñe ,& bñ dici-
" tis(in hoc)sum etem̄⌋ Chr̄s qppe scd̄m vtrāqꝫ suā naturā est mgr̄ & dñs suoꝶ fideliū,qa se-
cūdū naturā diuinā est interior mētis instructor,& sapiæ infinitæ mgr̄,& dñs vniuersoꝶ iu-
re creatiōis,gubernatiōis & cōseruatiōis reꝶ in esse.Secūdū naturā quoqꝫ humanā,vt deitati
B vnitā,fuit multiplici sapīa plenus, & discipulos proprio ore edocuit, data'qꝫ fuit ei oīs pote- Matt. 28
stas in cœlo & in terra,& erat ac ē legislator,rex ac pōtifex plebis suæ.Et ita saluator non di-
" xit hæc verba ex aliq̄ elatiōe,sed veritatis amore,& pro nr̄a ædificatiōe.Nā subdit: ⌊Si(pro
" quia)ergo ego laui pedes vr̄os(existēs)dñs & mgr̄⌋ vr̄,vobis incōparabiliter maior ac digni
" or,⌊& vos debetis alter alterius lauare pedes⌋.i.vobis inuicē charitatiue ac humiliter deser-
" uire,& obsequiosi eē etiā inferiorib⁹,& si rō postulet,mutuo q̄qꝫ vr̄os lauare pedes. ⌊Exēplū
" em̄ dedi vobis⌋ in ista lotiōe,p quā & alia pietatis obsequia designaui ,⌊vt queadmodū ego
" feci,ita & vos faciatis⌋ seruus nāqꝫ & discipulus debet libēter se cōformare suo dño ac mgr̄o
" in actibus virtuosis,& eius seq vestigia,⌊qm̄ nō est seruus(inquātū seruus)maior⌋.i.dignior
" ⌊dño suo⌋ potissimū Chr̄o,⌊neqꝫ apl'us maior ē eo q misit illū⌋ imò oēs ineffabil'r ,inferio-
res & minores sum⁹ Iesu Chr̄o,nr̄o dño ac mgr̄o.Si ergo tātæ excellētię dñs & mgr̄ ita se hu
miliauit ac deseruiuit,q̄to magis nos defectuosi & modici debemus ī oībus obsequiosi eē ac
humiles,nec aliquē aspnari,imò & aduersariꝭ ac sceleratissimis pc̄orib⁹ libēter atqꝫ humili-
" ter obseq loco & tpe opportuno,nec desperare de aliq̄.⌊Si hæc⌋ documēta & exēpla mea,
" ⌊scitis,beati eritis si feceritis ea⌋.i.p̄cepta hęc & documēta ista impleueritis,obediēdo mihi
humiliter & vestigia mea sequēdo,qa nō sufficit scire,imò(vt ait saluator)seruus sciēs volūta Lucæ.12.
tē dñi sui,& nō faciēs,plagis vapulabit multis.Hæc nāqꝫ scīa ē practica,ideo ordinaꝭ ad opus
& auget culpā in eis,q nō faciūt q̄ sciunt eē agēda.Vñ & Iacobus ait apl'us:Scieti bonū facere Jacobi.4.
& nō facieti,pc̄m̄ est illi.Et psal.Intellectus bonus oībus faciētib⁹ eū.Hinc & princeps apl'o Psalm. 110
rū:Melius(inqt)erat nō cognoscere viā iustitiæ,q̄ post agnitionē retrorsum reuerti. Studea 2. Petri.2.
mus ergo imitari vestigia Chr̄i,vt digni simus ab ipso Chr̄iani vocari. Nā vt in epl'a sua ait
Iohānes apl's:Qui se dicit in Chr̄o manere,debet sicut ille ambulauit,& ip̄e ambulare.O q̄tū 1.Joban.2
distāt ab hac Christi doctrina,q tā cito offendūtur à proximis,ita vt eos vix possint aspicere
aut affari,qñ isti dignarenꝭ inimicoꝶ & psecutoꝶ suoꝶ pedes lauare? Ex cōsideratiōe ergo
tātæ humilitatis & dignatiōis ac bñficētiæ Chr̄i,oīs elatio,amaritudo,īdignatio & desideriū
vltionis recedāt in æternū à nobis,& nō vincamur à malo,sed vincamus in bono malum. Roma.12.

¶De institutione sacramēti Eucharistię,de causis institutiōis, de huius sumptione,& de vltimo,suauissimo'qꝫ sermone dñi. Articulus quintus.

C DOminus noster Iesus Christus, in sacratissima illa cœna nouissima, specialiter docuit nos duas virtutes,videlicet humilitatē & charitatē , exēplo seu opere & verbis.Humilitatē em̄ docuit primo p exēplū, pedes discipuloꝶ lauādo,deinde per verba,dicēdo:Si ego laui pedes vr̄os dñs & mgr̄ vester,prout p̄cedēti articulo pa tuit.Deinde docuit pfectissimā charitatē.Primo,per opa,dādo discipulis corpus suum & san guinē in cibum & potum.Deinde p verba. Mādatū,inquiēs,nouū do vobis, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos.Itaqꝫ sequitur in ordine textus & historiæ dominicæ passionis. Joban.13.

" ⌊*Cœnantibus autem eis⌋ puta apostolis cum Christo, ⌊accepit Iesus panem⌋ triticeū & Matt.26
" azimum,non fermētatum in manu sua,⌊& gratias egit⌋ secūdum quod homo,deo patri, à
" quo omne bonum procedit,⌊fregit ac benedixit⌋.i.sua diuina,infinita & omnipotēte virtu-
" te panē illū cōuertit in propriū corpus,⌊dedit'qꝫ discipulis suis,& ait: Accipite & comedite,
" hoc est corpus meū q̄d pro vobis tradeꝭ⌋ Circa hæc possent multæ & maximæ difficultates
" moueri,sed oībus illis relictis,solū tangēda sunt hic ea, quæ expedit sermocinari ad populū,
" ⌊hoc facite in meā cōmemorationē⌋.i.sacr̄m istud cōsecrate,celebrate ac sumite in assiduā

memoriam charitatis meæ ad vos, ac amarissimæ passionis, quã nunc sustinebo pro vestra re- D
demptiõe. ⌊Similiter accepto calice postq̃ cœnauit (.i. post esum agni paschalis) gratias egit⌋ deo
patri, ⌊& dedit illis⌋ nõ vinũ, sed sanguinẽ suũ, quẽ cõfecit & cõsecrauit ex vino, ipsum vinũ trãs-
substantiãdo in sanguinẽ suũ, sua omnipotẽte ac diuina virtute, qua totũ mundũ produxit ex ni-
Dionysi⁹ hilo, ⌊dicẽs: Bibite ex hoc (calice) omnes: Hic est enim sanguis meus, q pro vobis & pro multis ef-
fundetur in remissionẽ peccatorum⌋ Dicũt aũt doctores cõiter, & diuus Dionysius scribit hoc, quod do
minus Iesus dedit etiã Iudæ proditori suũ corpus & sanguinẽ, quoniam crimina Iudæ erãt occulta,
& illa Christus noluit publicare, si aũt nõ dedisset ei sicut & cæteris Apostolis corpus suum & sanguinẽ,
prodidisset facinora eius. Dicũt quoq; doctores cõiter, quod Christus personaliter sumpsit hoc sacramentum,
nõ propter indigẽtiam aut profectũ superfius, sed ad dandũ alijs salubre exẽplũ, atq; vt nullus fi-
deliũ, quãtumcũq; perfectus aut sanctus subtrahat se à sacra cõione, nec tãti sacramẽti paruipẽdat
perceptionẽ. Attẽdamus igitur diligẽtissimè & frequẽter ardẽtissimã charitatẽ dñi nostri Iesu Chri
sti ad nos. Nã ipse ex sua æterna & diuina dilectiõe ad genus humanũ assumpsit nostrã naturã in
vnitate personæ. Deinde quod ex virgine gloriosa pro nostra salute assumpsit, totũ in nostrũ cõuer
tit vsum & profectũ, auxiliũ & salutẽ, quoniam in hac cœna corpus suũ dignissimũ, ac sanguinẽ precio-
sissimũ cõtulit nobis in cibũ saluificũ, & in saluberrimũ potũ, in cibũ (inquã) & potũ animarum no
Ephe.5 strarum. Deinde in crucis patibulo obtulit seipsum pro nobis deo patri in oblationẽ & hostiã suauita-
tis. Nec charitati suę suffecit, quod ita se semel dedit discipulis, & quod semel se immolauit in cruce pro
nobis, sed ex incomprehẽsibili charitate & sapientia ordinauit, & iussit, vt corpus suũ & sanguis à sa-
cerdotibus quotidie in ecclesia cõsecraretur, & deo patri in missæ officio immolaretur pro cõi toti-
us ecclesiæ bono, pro fructu multiplici, pro diuersis causis pijssimis, pro copioso subsidio viuo- E
rum ac mortuorum, & vt etiã cũctis fidelibus detur corpus dominicum. Ecce q̃ pretiosissima refe
ctio. Ecce quãtũ honorauit, & exaltauit nos dñs & saluator, ideo ait Chrysostomus: Vide qua-
li es honoratus honore, & quali mẽsa potiris, quod angeli sancti mirantur, nec sine pauore audẽt re-
spicere propter inuisibilẽ choruscationẽ ac dignitatẽ sacramẽti istius, sed (prohdolor) dici iam
Psalm.48 potest illud ex Psalmo: Homo cũ in honore esset, nõ intellexit, cõparatus est iumẽtis insipiẽti-
bus, & similis factus est illis. Nõ enim attẽdimus beneficia dei & excellẽtiã gratiæ nobis collatæ, neq;
aduertimus multitudinẽ magnitudinemq́ donorum Christi, sed per ingratitudinẽ & per peccatã carnalia
& vilẽ ac impiã vitã vilificamus nosipsos, & facimus nos brutis viliores ac deteriores. Itaq; con-
sideremus deuote, cur dñs & saluator sacramentum istud instituit, & illud à sacerdotibus celebrari, atq;
à cũctis fidelibus accipi iussit. Nã (vt tactũ est) primo hoc fecit, vt ex sacramẽti istius celebratiõe,
oblatiõe ac sumptiõe iugiter memores simus perfectę & ardẽtissimę charitatis Christi ad nos. Sũma
nãq; & ardẽtissima ac liberalissima charitas est, dũ idẽ est dator & donũ, hoc est, dũ aliquis donat alte
ri semetipsum, & maximè quũ præstat se alteri in cibũ & refectionẽ, & quando totũ hoc agit nõ propter pro-
priũ cõmodũ, sed propter alterius profectum, indigẽtiã atq; salutẽ, ideo quotiescũq; videmus
sacramentum hoc celebrari, & deo patri in officio missæ offerri, & quotiescũq; illud accipimus, recorde-
mur tãtę charitatis Christi ad nos, & quod ex nimia dilectiõe sua ad nos, nostrã assumpsit naturã & di
gnatus est fieri homo, sicq́ accẽdamur eius amore, & in pura dilectiõe ipsius crescamus, oẽm carnalẽ
amorẽ & cupiditatẽ, oẽmq́ rãcorẽ oĩno abijciẽtes ac detestãtes. Secundo instituit & celebrari offer
riq́ ac sumi præcepit Christus hoc sacramentum, q̃tenus ex celebratiõe, imolatiõe, & sumptiõe huius præstã
tissimi sacramẽti, recordemur amarissimæ passiõis ipsius, & oĩm quę ipse pro nostra salute assumpsit F
fecit ac pertulit, & sic ex toto cordis affectu gratias ei agamus, & mẽte & ore & opere ei grati esse co-
nemur, & propter eius amorem ac passionẽ libẽter sustineamus opprobria & aduersa, vigilias,
ieiunia, abstinẽtias, disciplinas, & cõsimilia pœnitẽtialia opera, quę solẽt corpori esse molesta. In
omni ergo officio missæ & in sacra cõione, reminiscamur cũ ingẽti deuotiõe beneficiorum dñi no
stri Iesu Christi, & specialiter suæ salutiferæ passionis ac acerbissimæ mortis, quas tam charitatiue
ac patiẽtissime tulit pro nobis. Et certe væ illis, q in celebratiõe missæ stãt corã diuinæ maiestatis
præsentia, & corã diuinissimo sacramẽto corde ingrato, distracto & indeuoto, & sine reueren-
tia, ac timore, præsertim his q tũc hincinde libidinose aspiciũt, curiose & superbe se gerũt, nec cu-
rãt agere ea, propter quę institutũ est sacramentum hoc ac missæ officiũ. Tertio, instituit dñs Iesus hoc
sacramentum propter multiplicẽ nostram vtilitatẽ. Est enim hoc sacramentum cibus & potus animarum. Ideo ea
quæ corporales cibi ac potus operantur in corpore, operatur hoc sacramẽtum in animabus cele-
brantium ac cõmunicãtium, nisi sit defectus ex parte ipsorum, hoc est, nisi per ingratitudinẽ, negligẽ
tiã, aliave peccatã ponãt obicẽ gratiæ dei atq; sacramẽti huius effectibus. Itaq; sicut corporei cibi ac
potus corpa roborãt, vitã cõseruãt, & ad cõgruã quãtitatẽ producãt, deperditũ quoq; restaurãt &
comedẽtes ac bibẽtes efficiunt hilares, & ad operãdum idoneos, ita hoc sacramẽtum altissimũ
animas celebrantium ac communicãtium spiritualiter roborat, & ad incremẽta producit virtutum,
vitamq́ gratiæ conseruat in esse, & spiritualem cõfert lætitiã, atq; præteritas negligẽtias facit recupe
rare, irã, cõcupiscẽtiã, inuidiã, ac cætera vitia facit vitare, & ad oẽm actũ salubrẽ efficit aptũ, chari
tatẽ inflãmat, deuotionẽq́ nutrit. Et totũ istud est verum de his, q corpus & sanguinẽ saluatoris
digne

C ricula exhorremus, & in hoc spem nostrã erexit. Tertio, ad instruendũ nostrã voluntatẽ esse in oĩbus diuinæ voluntati subijciendã, & per hoc ordinauit in nobis charitatẽ. Ob hoc etiã voluit Chr̃s sibi angelũ apparere, cuius apparitione & cõfortatione ipse nõ eguit.s.ob nostram instructionẽ, vt roboremur in fide, & sciamus ꝙ angeli sancti orantibus & pie afflictis assistãt, & ꝙ tribulatis pro deo nõ deerit diuina cõsolatio. Insup aliqui dicunt, ꝙ angelus ille, q Christo apparuit, ab apostolis quoq; sit visus, q̃d tñ non arbitror certũ, imò videt̃ probabile, ꝙ si angelũ illũ vidissent, ex eius apparitione fuissent tã vehementer obstupefacti, alterati ac territi, ꝙ post hoc nõ obdormiuissent tã cito. Præterea secundũ Petrũ de Tharantasia sup tertiũ sñiaꝝ, Chr̃o inquantũ deus, nõ cõueniebat orare, qa sic æqualis est patri, sed vt hõ, cõsiderari p̃t dupliciter. Primo, inquantũ cõprehẽsor, & sic cõueniebat ei orare pro alijs, non pro se. Secũdo, inquantũ viator, sicq́; cõpetebat ei orare tã pro se q̃ pro alijs. Quocirca addit Richardus de Media villa sup tertiũ, dist. 17. Oratio solet eẽ ad excludendũ defectũ aliquem ab illo, pro q̃ orat̃, & est duplex defectus, vnus culpabilis, alter pœnalis, & qa in Chr̃o nequaq̃ fuit defectus culpabilis, idcirco hoc modo nõ orauit pro se, sed pro alijs. In ipso aũt Chr̃o fuit defectus pœnalis, tam ex parte corporis q̃ ex parte aiæ suæ, inquantũ vtrũq; fuit passibile, ideo inquantũ oratio ordinat ad excludendũ defectũ pœnalẽ, Chr̃s nõ solum orauit pro alijs, sed etiam pro se.

¶De traditione & captiuitate dñi Iesu & discipuloꝝ fuga. Arti. VII.

SCiebat aũt & Iudas, qui tradebat eum, ⌋ videlicet Christũ, ⌊locum, ⌋ vtpote hortum, in quo Chr̃s tunc fuit, ⌊quia frequenter Iesus conuenerat illuc cũ discip. suis, ⌋ tẽpore nocturno, ad vacãdũ ibidẽ orõni, vt dictũ est ⌊Iudas ergo cũ accepisset cohortẽ⌋.i.turbam gentiliũ militũ, q̃s pontifices procurauerunt à Pilato, ⌊& à pontificibus & pharisæis ministros, ⌋ sicq́; armauit se miserrimus proditor ille satellitibus vtriusq; potestatis ac cu-

 riæ,

Marginal notes: Johan. 17 · Marc. 14 · Johan. 18.

riæ, vtpote Iudæorum ac Romanorum, ne magister suus vllo modo posset euadere, & ne apostoli D
eũ aliquo modo possent aut auderẽt defendere. ⌞Et adhuc eo,⌟ videlicet Chrõ, ⌞loquente,⌟ "
cũ apostolis verba pꝛtacta, ⌞venit illuc, & cũ eo turba multa⌟.i. multitudo turbata & vitijs de- "
Matt.26 ordinata ex gentilibus & Iudæis collecta, ⌞*cũ laternis, facibus & armis, *cũ gladijs, fustibus & "
Luc.22 lignis,⌟ Luminaria eñ apportabãt, qa nox erat, ne Iesus se cælaret in tenebris, atq; vt ipm ab "
alijs, pꝛsertim à Iacobo minori ei multũ cõsimili, possent discernere. ⌞Qui aũt tradidit eũ, dedit "
Marc.14 eis signũ, dicẽs: Quẽcunq; osculatus fuero, ipse est, *tenete eũ, & ducite cautè.⌟ O q̃ta impietas "
traditoris, & q̃ta inuerecũdia eius, q signo pacis & amicitiæ manifestauit ac tradidit magistrũ "
ac dñm suũ in mortẽ, nec erubuit tantã sui prauissimi cordis falsitatẽ ac fraudẽ tãto exercitui p
palare. Dedit aũt eis signũ hoc osculi, qm̃ Iesus consueuit discipulos suos ad se redeuntes in os-
culo sancto ex charitate suscipere, & item vt Christus minus se obseruaret aut retraheret ab ip
so falsissimo Iuda, & ne apostoli in ipsum proditorẽ insurgerẽt. ¶Sed cum Iudæi distincte co
gnouerunt Iesum, quẽ toties cõspexerunt, cur Iudas dedit eis hoc signũ, quo cognoscerent Ie-
sum? Ad hoc aliqui dicunt, qm̃ Iacobus minor fuit valde cõsimilis Chrõ in facie, proptet quod
frater eius appellabaẽ: vel qa in nocte non poterãt tã bene discernere sicut in die, q̃uis lumina-
ria quædã haberẽt: vel (vt tangit Origenes) Iudas timuit ne Chrs suã faciẽ immutaret, prout fe
Matt.17 cit in transfiguratione, & ita nõ posset agnosci nisi ab ijs, q eũ ex alijs indicijs nouerant, qui.s.ei
familiares erant, sicut & ipse Iudas: vel (vt scribit Chrysostomus) timuit, ne Iesus per medium
Luc.4 eorum transiret, sicut qñ transiuit p medium Iudæorum, eũ capere, pꝛcipitare aut lapidare volẽtium, E
qbus se pro tunc inuisibilem fecit, propter quod traditor etiã dixit, tenete eum.i. fortiter strin-
Luce.21 gite, & ducite eum cautè per viam, ne manus vestras imperceptibiliter elabatur, ⌞*& appro- "
pinquauit ad Iesum⌟ corporaliter, à quo spũaliter fuit auersus, ⌞vt oscularet eum,⌟ sicut calli- "
2.Reg.20 dus Ioab accessit quasi vultu sereno ad Amasam suũ consobrinũ, & tenuit mentum illius quasi
Johan.18 osculãs ipsum, & dicens: Salue mi frater, effudit intestina ipsius cũ gladio. ⌞*Iesus itaq; omnia "
sciens q̃ vẽtura erãt sup ipm, processit⌟ obuiã illis cũ vndecim apostolis. Cũ eñ dixisset ad tres "
.s. Petrũ, Iacobũ & Iohannẽ, surgite eamus, iuit cũ illis tribus ad reliqs octo, & tũc oĩbus illis pa
riter dixit: Ecce iã instat hora, in qua hostibus meis tradar, eamus in occursum eorum. ⌞& dixit "
eis: Quẽ quæritis?⌟ Nõ ex ignorãtia hoc q̃siuit, sed ad ostẽdendũ illorum nescientiã ac imbecillita "
tẽ. Nã quãuis ipse dñs Iesus stetit in aspectu eorum, nõ tñ cognouerunt eũ quousq; voluit cognos
ci ab eis, imò nec Iudas pro tũc eũ cognouit, nẽpe si eũ cognouissent, nõ dubiũ est, quin eũ mox
Chrysost. inuasissent, queadmodũ solẽt inuadi, q quærunẽ ad capiendũ & occidendũ. Ideo dicit Chryso
stomus: In medio illorum stans, eorum oculos excæcauit ne eũ agnoscerẽt. Addit nãq; Euãgelista:
Stabat aũt & Iudas cũ illis, nã si soli alieni tunc Iesum minus cognouissent, mirandũ esset, sed qꝫ
nec Iudas ei familiaris eũ cognouit, valde mirum est. Itaq; iuxta ista dicendum, qꝫ Christus per-
Gen.19 cussit illos ea specie cæcitatis, quæ aurisia nuncupaẽ, qua percussi fuerunt Sodomitæ ante ianuã
Loth, vt in Genesi legiẽ, & Syri, quando Helisæus orauit: Dñe, percute gentem hanc cæcitate
4 Reg.6 vt scriptum est quarto Reg. talisq; cæcitas nõ est omnimoda cæcitas, qua nihil videẽ, sed cæci-
tas quædã, qua aliquid cõfuse videẽ, videlicet qꝫ sit homo aut corpus, nõ tamen distincte cognos
citur, vtpote in persona. ⌞Respõderunt ei: Iesum Nazarenũ. Dicit ei Iesus: Ego sum. Stabat "
aũt & Iudas, q tradebat eũ, cũ ipsis,⌟ qa pꝛcessor & ductor eorum fuit. ⌞Vt ergo⌟.i. statim postq̃, "
⌞dixit eis: Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderũt in terrã,⌟ & etiã impius Iudas cũ eis, vt F
crediẽ. Et q̃d dictũ est, abierunt retrorsum & ceciderũt in terrã, aliqui ita intelligunt, qꝫ modicũ
retrocedẽtes corruerunt resupini in terrã, & sup dorsa sua iacuerunt. Alij dicunt, qꝫ audito illo
Psalm.67 responso, Ego sum, territi auerterunt facies suas à Chrõ, & ceciderunt in facies suas. Chrs autẽ
sua diuina virtute dedit voci suæ vocẽ virtutis.i. mirã vim & supnaturalem potẽtiam perterrẽ
di impios auditores, quorum & corda immutauit, obstupefecit ac terruit suæ deitatis oĩpotentiã
Est quoq; credibile, qꝫ cœlestis & igneus quidã fulgor atq; terrificus apparatus resplẽduerunt
Johan.2 & apparuerũt tunc in vultu filij dei, sed & tunc, qñ eiecit emẽtes & vendẽtes de tẽplo, q̃d secun
dũ Origenẽ fuit maius miraculũ, q̃ satiatio quinq; miliũ hominũ ex quinq; panibus, duobusq;
piscibus paruis. Nã tot hominũ ingenia refrenare & eorum corda ita cõpescere, mirabilius fuit q̃
exteriora illa prodigia. Circa hæc sanctus August. exclamat sic: O aduersarij Iesu Chri, corrui-
stis in terrã, vbi nũc militũ cohors? vbi terror & munimẽ armorum? Ecce vna vox Chri turbam
vestrã odijs ferocẽ, armis terribilẽ, absq; telo pcussit, repulit & prostrauit. Quid iudicaturus fa
ciet, q moriturus hoc fecit? ¶Sed q̃ri potest, cur Chrũs sic illos deiecit, quorum manus euadere no
luit. Et respondẽdum, qꝫ ideo, vt impij illi suam impietatẽ, insaniamq; aduerterẽt, vel non ad-
uertẽdo inexcusabiliores efficerenẽ, & etiã pro apostolorum suorum cõsolatiõe, & cõfortatiõe eorum
in fide, imò & pro omniũ fidelium ædificatiõe in fidei firmitate hoc fecit, vt agnoscamus Chri
potẽtiã, & sciamus q̃ sponte pro nobis sustinuit mortẽ. ⌞Iterum ergo interrogauit eos,⌟ pmisit "
eñ eos ad modicũ tẽpus iacere in terra cũ luminaribus suis & armis, deinde surgere eos pmisit.
Cumq; obstupefacti ac tremuli starẽt, quæsiuit secundo. ⌞Quẽ quæritis? Illi autem dixerunt: "
Iesum

A Iesum Nazarenum.⌋ A cuius cognitione adhuc tenebat visus eorum per cæcitatem præfatam.
⌊Rñdit Iesus: Dixi vobis, qa ego sum⌋ quo prolato, mox cœperūt eū cognoscere, qm̄ cæcitatem illā abstulit ipsis. ⌊Si ergo me quæritis, finite hos abire⌋ .i. his discipulis meis nullā inferatis molestiā in psonis eorum. Ex hoc elicit̄, si dñs Iesus pmisisset, sceleratissimi illi Apostolos quoq; cepissent & male tractassent, præsertim quia viderunt eos quasi paratos ad adiuuādum suum magistrū, sed hoc diuina virtute prohibuit Chr̄us, cuius rōnem Euāgelista Iohānes tāgit scribēdo ⌊Vt impleret sermo (Iesu) quē dixit⌋ loquēs ad patrē post cœnā, ⌊quia quos dedisti mihi, non pdidi ex eis quenq̄⌋ .i. nullū electorum discipulorum meorum, quos tu gratiose adiunxisti mihi, pmisi mecū capi aut trucidari, imò nec Iudā, quātum in me fuit, pmisi perire, sed ip̄e obstinato se pdidit animo. ¶Deniq; saluator bis interrogauit, quē quæritis, non vt impios illos prouocaret, ad inferēdum violētiā sibi, sed (vt ait Chrysostomus) fecit oīa quę merito potuerūt ac debuert illos reuocare à tanto facinore, visum ipsorum tenendo, eosq́ taliter prosternēdo. ⌊*Confestim Iudas accedēs ad eum, dixit: Aue Rabbi⌋ .i. sine væ sis o magister. O falsissimè Iuda, cuius cor tm̄ distabat ab ore, ab affectu, à locutiōe, ⌊*& osculatus est eum⌋ osculo proditorio, venenato, doloso, & ecce sanctus sanctorum à sceleratissimo illo pmisit se osculari, dans nobis totius humilitatis, patiētię, charitatis, māsuetudinisq́ exēplū, vt nō vincamur à malo, sed studeamus vincere malū in bono, nec aduersariorum & iniquorum accessum, allocutionē & attactū statim despiciamus sed patiēter feramus, atq; p māsuetudinis verba charitatisq́ signa conemur illos allicere ad virtutes. Fraudulētias ergo, simulatiōes, & calliditates aliorum æquanimiter toleremus, reminiscētes qd propter nos ptulit filius dei, sicq́ ei propter nos passo aliqualiter cōformari nitamur ac gaudeamus. Nā (vt Rabanus loquit̄) Iesus osculū proditoris accepit, nō vt simulationē approbaret, sed ne traditorē fugere videret̄, atq; vt impiū illū ad charitatē alliceret, cui amoris officiū .i. osculum nō negauit. ⌊Dixitq́ illi Iesus: Amice, ad qd venisti?⌋ quasi dicat: Attēde tuā impietatem, & pœniam age, nec putes me ignorare fraudulentiā tuā. ¶Sed qualiter Chr̄s appellauit hūc Iudam amicū, cum esset pessimus inimicus suus. Respondet̄ q̄ vocauit eum amicū, qm̄ Iudas simulauit se esse amicum Chr̄i atq; discipulū, ipm̄ osculādo ac magistrū vocādo, vel ironice vocauit eum amicū, vel quia aliquādo fuit amicus Chr̄i, anteq̄ per auaritiā fuit subuersus. Est em̄ probabile, q̄ Iudas extitit bonus qn̄ fuit à Chr̄o ad apostolatū promotus, qm̄ non apparet, q̄ ad tantum officium promouisset indignū, & hoc Cassianus & Climachus vident̄ sensisse vt patet in libris eorum. Iuxta hunc sensum Chr̄us in Psalmo ait de proditore: Etem̄ homo pacis meæ in quo speraui. Et rursus: Qm̄ si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtiq;, & si is q oderat me sup me magna locutus fuisset, abscōdissem me forsitā ab eo. Tu vero homo vnanimis, dux meus & notus meus. Ex qbus etiam verbis ostendit̄, q̄ passio Chr̄i ex hoc ignominiosior fuit, quòd à proprio discipulo vēditus fuit & traditus. Chr̄i quoq; dolor hinc augebat̄, q̄ vnum Apostolorū, cui tot bona exhibuit, repperit tā ingratū ac maliciosum. ⌊* Iuda, osculo filiū hoīs tradis*⌋ dulciter eum expressit proprio noīe, & euidēter insinuauit se falsitatē ac proditionē illius cognoscere, vt vel sic erubesceret & cōpungeret̄, sed miserrimus ille māsit impœnitēs, sicut ait Hieronymus. Iudas de apostolatus fastigio in desperatiōis barathrū labit̄, & nec familiaritate cōuiuij, nec intinctione buccellæ, nec obsequij gr̄a frangit̄, ne hominē tradat, quem nouerat filium dei.
C ¶Porrò scd̄m Ambrosiū, verba hæc, Iuda, osculo filiū hoīs tradis, interrogatiue legēda sunt, qa sic protulit ea Chr̄us, quatenus amātis affectu corriperet proditorem, volens eum ad pœniam reuocare blando responso. ¶Præterea, hāc Iudæ vitiositatē sequunt̄ oēs duplices corde & deceptores. Simoniaci quoq;, iudicesq́; iniusti, qui p̄ce aut p̄cio corrumpūt iudiciū, & testes fallaces, ac cæteri q ore ac facie blandiunt̄, sed nocēt occulte, & quærūt decipere. De qbus loquitur Hieremias propheta: Sagitta vulnerās ē lingua eorum. In ore pacē cū amico suo loquit̄, & occulte ponit ei insidias. A quorum oīm prauitate, falsitate, duplicitate, & calliditate, iugiter caueamus cū Psalmista orātes: Ne simul tradas me dñe cum pc̄tōribus, & cū operātibus iniqtatē ne pdas me. Qui loquunt̄ pacē cū proximo suo, mala aūt in cordibus ipsorum. ¶Insup, discamus & saltē aliquātulum sequi conemur māsuetudinē & patiētiā saluatoris, q proditori suo tā blande ac dulciter loquebat̄, nec erūpamus in verba iracūdiæ ac furoris. ⌊Videtes autem hi q circa ipm̄ erant, quod futurum erat⌋ .i. apl̄i propè Iesum stātes, & considerātes quòd Iesus esset mox capiēdus. ⌊dixerunt ei: Dñe, si percutimus in gladio?⌋ .i. placet né tibi, q̄ pcutiamus hos ense? & si pmittis, parati sumus hoc facere. ¶Quęrit̄, vnde Apostolis tanta audacia, q̄ parati erāt in tātam turbam insurgere. Respondet̄ quia viderunt turbā illam simul fuisse deiectā solo verbo sui magistri idcirco de eius protectione atq; potētia præsumebant. ⌊Et ecce Symon Petrus⌋ præ feruore amoris Christi, & ex quodā zelo tristitiæ, nō expectās Chr̄i responsionē, ⌊exemit gladiū suum, percutiēs seruū principis sacerdotū (vc; Caiphæ) amputauit auriculā eius dextrā⌋ Scd̄m Chrysostomū Petrus impetum fecit in caput serui, & proposuit ei caput amputare: sed seruo se retrahente, aut ictu fallente, aurem illius abscidit. Atq; vt ait beatissimus Ambrosius: Petrus aliqualiter in lege peritus, sciuit Phinees sacerdotem fuisse diuinitus commendatum pro zelo suo,

Johan. 17 — Chrysost. — Matt. 26 — Roma. 12. — Psalm. 40 — Psalm. 54 — Luc. 22 — Hieremi. 9 — Psalm. 27. — Nume. 25

quo zelatus pro deo, perfodit sacrilegè fornicantes, idcirco & ipse simili zelo pro filio dei mo-
Johan.18 tus pcussit inuasorē illius. L*Erat autē nomē seruo Malchus⌋ quē ideo Petrus primo pcussit, qa D
Lucæ.22. (vt credit) seruus ille primus extēdit manus in Iesum. L*Rn̄des aūt Iesus dixit: Sinite vsq; huc⌋
hoc ē, seruū istum pmittite ad me accedere, vt curē eū, L& cū tetigisset auriculā eius⌋ .i. aurē suo
loco restituisset in capite serui, Lsanauit eū⌋ repēte ac integre, q̃tū ad corpus. Veruntn̄ φ cōi-
ter dicit, dn̄m Iesum curasse spiritualr̄ in anima, quos sanauit in corpore, nō videt in seruo hoc
contigisse, propter nimiā obstinationē ipsius, imò de seruo isto plures testant, φ fuit ille qui in
domo Annæ dedit primā alapā saluatori, in quo maxima serui illius ingratitudo, improbitas,
& obduratio demonstrat. Hoc præclarū miraculum fecit dn̄s Iesus: Primo, ad suę potestatis de-
clarationē, ad dei p̄ris honorē. Scd̄o, propter intuētium cōuersionē. Tertio, ob Apostolorū ro
borationem in fide. Quarto, ad nostram ædificationem, quatenus Chr̄i exemplo discamus san
ctam patiētiam, & psequētibus facere bona, beneficiumq; pro iniurijs reddere. Quinto, ad satis-
faciēdum pro Petro, à quo seruus ille videbat læsus inordinate. Sexto, ne pontifex ac Iudæi vi-
derent habere aliquā iustā quęrimoniam cōtra Chr̄m, propter mutilationē serui pōtificis, factā
Matt.26 à discipulo saluatoris. LDixit ergo Iesus Petro: Cōuerte gladiū tuū in vaginā. Om̄es em̄ q acce
perint gladiū⌋ .i. q armis seu gladio inordinate & illegitime vtunt, vcʒ priuata & propria pote
state, nō legitima ac publica authoritate, Lgladio peribunt⌋ .i. propter abusum gladij merent
dānari & ppria iniqtate quā cōmittūt, qm̄ gladio occidūt spiritualr̄ semetipsos, peccādo morta
Sapiæ.1. liter. De qua morte scriptū est in Sapīa: Os q̊d mentit, occidit animā. Et in prima Iohānis cano
1.Johā. 4 nica: Qui nō diligit, manet in morte. De qua in Euāgelio ait saluator: Dimitte mortuos sepeli-
Matth.8 re mortuos suos. Talis quoq; peribit gladio illo, de q̊ in Apocalypsi habet: Ex ore eius (vcʒ Chri E
Apocal.1. sti iudicis) gladius ex vtraq; parte acutus exibat, p quē gladiū sn̄ia iudicialis seu rigor diuinæ iu-
stitię designat. Veruntn̄ talis pōt in vita hac pœnitere, iuxta præinductā expositionē. Scriptū est
Gene.9 in Genesi: Quicūq; effuderit sanguinē humanū, effundet sanguis illius. Vnde quicūq; alteri in-
iuriat, grauius lædit seipm̄, qm̄ propria iniqtate interficit animā suā, & sibiipsi mercat dānatio
nem æternā. Alteri vero nō infligit, nisi malū pœnæ, q̊d si alter patiēter ptulerit lucrū animę in-
de acquirit, & æternalr̄ coronari meret. Nulla em̄ nocebit aduersitas, si nulla dominet iniqtas.
Proue.26 Hinc Salomon contestat: Qui fodit foueā, incidit in eā, & q dissipat sepē, mordebit eum colu-
ber. ¶Porrò qui gladio legitime vtit, ei gladius à lege donat, & ipse propriè non occidit, sed
lex, prout supra tertium Sn̄iarum Alexander de Hales declarat. Et sicut sanctus Bernardus in li
bro de consideratione ad Eugenium scribit, Christus, dicēdo ad Petrum: Cōuerte gladium tu
um in vaginam, prohibuit Apostolicis viris .i. epis & sacerdotibus ac clericis materialī gladio p-
liari, tn̄ hic gladius dicit Petri fuisse, quoniam nutu pontificis, non manu ipsius est euaginandus
Johan.18 L*Calicē quē dedit mihi pr̄, non bibā illum?⌋ Ac si dicat filius dei ad Petrū: Vis tu passionē me
am impedire, ita vt eam non gustē, quā pr̄ æternus vult me gustare, vt p eā saluē genus huma-
num. Deinde Chr̄us tangit aliam rōnem, ad probandum φ non indiguit defensione Petri aut
Matt.26 Aplorū. L*An putas, quia (.i. φ) nō possum rogare pr̄em, & exhibebit mihi, modo plus q̃ duode
cim legiones angelorū?⌋ Per quorū auxiliū possem euadere passionē. Ideo aūt dixit duodecim
legiones angelorū, qa duodecim erāt apl̄i. Legio vero cōtinet sex milia, sexcēta, sexagintasex.
Nec dubium, quin in quolibet choro angelorū sint innumerabilr̄ plures angeli, q̃ duodecim le-
giones, cum in infimo choro sint ad minus tot angeli, quot sunt homines in toto iam mundo, F
eo φ vnusquisq; homo, etiā infidelis, habeat angelum proprium, qui est de infimo choro. Et iu
xta doctrinā diuini Dionysij: Quāto in cœlis chorus, seu ordo angelorū est altior, tanto cōtinet
in se plures psonas. ¶Sed quęri pōt, qūo Christus potuit obtinere à pr̄e plus q̃ duodecim legio
nes angelorū in suum auxilium, cum pater voluerit eum pati. Et respondēdum, φ Christus non
dicit explicite, φ potuit tot angelos obtinere à pr̄e ad eripiendum eum de morte sed ad assistē-
dum sibi, si vellet. Vel si intelligat, φ poterat eos obtinere ad hoc, quòd p eorū obsequium, (quo
tn̄ nō indigebat) euaderet passionē, dicēdum φ hoc scd̄m se & absolute loquēdo, fuit possibile,
Matt.26 quāuis ex conditione seu suppositione, impossibile fuerit, vt supra ostensum est. L*Qūo ergo
implebunt scripturæ⌋ .i. vaticinia prophetarū īpleri nō poterūt, nisi pro mūdi salute hęc patiar
Luc.22 Lqa sic oportet fieri⌋ sicut est prophetatū, & ī hoc tāgit tertia rō, cur Petrus nō debuit passionē
Chr̄i velle impedire, aduersarios eius lædēdo. L*In illa hora dixit Iesus ad eos, q venerāt ad se,
principes sacerdotū & magistratus tēpli & seniores⌋ Ista sunt verba Lucæ Euāgelistæ, q solus
hæc scribit, ex qbus apparet, φ principes sacerdotū, & magistratus tēpli, ac seniores venerūt ad
capiēdū Iesum, cū tn̄ alij Euāgelistę scribāt ministros pōtificū & maiorū venisse ad hoc. Ad q̊d
respōdet, φ vl̄ aliqui ex principibus sacerdotū, q interdū summo sacerdotio fungebant, atq; ex
alijs maioribus, venerunt ad Iesum, vt ministri negotiū illud audacius diligētiusq; implerēt. Vel
venisse dicunt, nō in proprijs psonis, sed p suos ministros. Vel, q̃tū ad suā autoritatē, quā cōmi
Matt.26 serūt ministris. L*Tanquàm ad latronem existis cum gladijs & fustibus, *cum laternis & facibus
Joh.18 comprehendere me⌋ in quo apertissime atq; grauissime iniuriamini mihi, qui latroni omnino
contra-

A contrarius sum, quoniam latro occidit, insidiať & nocet, ego aūt mortuos viuificaui, infirmos vestros curaui & multa ac magna beneficia vobis exhibui, salubriter instruēdo, charitatiue corripiēdo, grām & salutē offerēdo ⌊*cū quotidie apud vos erā docēs in tēplo & nō me tenuistis⌋ Matt.26
quia nō habuistis neq; habetis cōtra me iustā causam, & ibi populū timuistis, sed nec ibi, nec hic deum timetis, ⌊sed hæc est hora vestra⌋.i.istud est tp̄s passioni meæ præordinatū, in quo deus Luc.22
pater permitt vos exercere voluntatē vestrā in me, vnigenitū filiū suū, in quo etiā tp̄e aereæ potestates per vos operanť in me, quod possunt ac permittunť. Itaq; hæc est hora vestra. i. hora vobis p̄missa ad inuadendū & occidēdum me, ⌊& potestas tenebrarū⌋.i. impiorū vcꝫ superiorum vestrorū, à qbus missi estis, ac dæmonū instigātiū vos cōtra me. Impij em̄ tenebrę nūcupātur, iuxta illud Apostoli: Fuistis aliquādo tenebræ. Et illud: Tenebræ eū nō cōphēderūt. Rursus: Potestas tenebrarū est abusio potestatis, opus tyrānidis, impugnatio veritatis & virtutū oppressio. ⌊Hoc aūt totū factū est, vt implerenť scripturæ prophetarū⌋ Nō ꝙ prophetalis prænūtiatio horū fuit causa directa, vt fierēt mala ista, vel bona hæc, imo qa hæc erāt futura, ideo spiritus sanctus p prophetas ea p̄dixit. Idcirco in verbis istis & cōsimilibus, vt, teneť cōcomitāter, nō directe causaliter. ⌊*Cohors ergo & tribunus⌋ qui præfuit cohorti, & erat minister Pilati, & dicebať tribunus, q præerat mille militibus, ⌊& ministri Iudæorū accesserūt ad Iesum⌋ ostendētes verū esse, ꝙ ip̄e iam dixit, hæc est hora vestra & potestas tenebrarū, ⌊& iniecerunt manus⌋ violētas atq; sacrilegas ī Iesum lupi rapaces, & ferocissimi vrsi, ac rabidissimi canes, īsurgētes in mansuetissimū, pijssimū, ac innocētissimū agnū, sicut prædictū fuit in p̄sona Christi in Psalmo: Circūdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederūt me, circūdederūt me canes multi. Vnde & sanctus Iob in figura Chr̄i p̄dixit: Conclusit me deus apud iniquum, & manibus impiorū me tradidit, circūdedit me lanceis suis, ⌊& cōphēderūt & ligauerūt eū⌋ ne aliquo modo elaberet manus eorū, & quia voluerunt eum tractare tanq̄ latronē, & vt reum mortis in ciuitatē deducere. Tales aūt solēt ligari, atq; (vt refert Bernardus) miserūt ferreā catenā in collū Chr̄i, quæ postea in Hierl̄m cōsueuit peregrinis cū magna deuotiōe monstrari. ⌊*Tunc discipuli om̄es, relicto eo, fugerūt⌋ ex timore humano & inordinato, quēadmodū dn̄s Iesus prædixit. Fuit autem valde mirabile, ꝙ nec Malchus à Petro tā grauiter vulneratus, nec aliqs aliorū qui stabāt cum Malcho, Petrum inuasit. Nec dubiū, quin eū inuasissent & occidissent, nisi Chr̄us oīpotente sua virtute corda illorū sic refrenasset ac cōpescuisset, ꝙ Petrū nō inuaserūt. In hoc q̄q; apparuit mira illorū obstinatio, ꝙ ex tā pia & miraculosa Malchi curatiōe, nullus ip̄sorū fuit cōpūctus, aut ad aliquā pietatē circa Chr̄m emollitus. ⌊*Adolescēs aūt quidā sequebať eum (vcꝫ Iesum) amictus syndone⌋.i. linea veste, ⌊sup nudo⌋ corpe, qa aut aliā vestē nō habuit, vt aliqui dicūt, vel modice erat vestitus p̄ter sindonē. Est em̄ cōsuetudo loq̄ndi, vt parū vestiti, dicanť nudi, iuxta illud Iob: Nudos spoliasti vestibus. Iohānes quoq; vltimo scribit de Petro in piscatione cōstituto. Erat em̄ nudus.i. parū vestitus, vt ibi exponiť. Nec verisimile esse videť, ꝙ adolescēs ille nō erat nisi sindonē solam indutus, cum (vt infra habeť) frigus tūc fuerit, præsertim in nocte ⌊& tenuerūt eū. At ille relicto sindone (cū qua eū tenuerūt) nudus p̄fugit ab eis ex timore⌋ Hūc adolescētem qdā dixerūt fuisse iuuenē quēdā ex domo in qua Chr̄s cœnauit, sed nō videť, ꝙ aliqs exiuit
C de domo illa cū Chr̄o in hortū, nisi vndecim Ap̄li. Alij ergo dixerūt, ꝙ adolescēs iste fuit, vel Iohānes ap̄lus, aut Iacobus minor, ita ꝙ adolescēs ille primo cū alijs Ap̄lis fugit, deinde resumpta confidētia aliquali, secutus sit Chr̄m, & si erat Iohānes, dicendū esset, ꝙ recuperata sindone sua, rursus iuit post Chr̄m vsq; ad Annæ domū, ⌊*& duxerūt Iesum ad Annā primū⌋.i. anteq̄ duxerūt Iesum ad Caiphā anni illius pontificē, duxerunt eū ad Annā, qui p̄cedēti anno fuerat pōtifex, sicq; primo præsentauerūt Chr̄m Annæ propter varias causas. Primo, propter reuerētiā suæ p̄sonæ. Scd̄o, ad complacēdum eidē. Tertio, ex vana gloriatione, quasi exultātes de præda quā cęperāt, p̄ cuius captiōe laboratū fuit tā diu, ideo suū triumphū voluerūt prius ōndere Annæ, cuius domus prius occurrit eis in via, q̄ habitaculū Caiphæ, & hoc ip̄m extitit quarta causa, videlicet, quod domus Annæ eis prius se offerebat in via, & indecēs reputabāt domū tanti prælati sine introitu præterire. Quinto, quoniam Annas fuit Caiphæ socer. Vnde subiungitur. ⌊Erat em̄ Annas socer Caiphæ, qui (Caiphas) erat pontifex anni illius. Erat autē Caiphas qui consilium dederat Iudæis, vt interficerēt Iesum, qa expedit vnum hoīem mori pro populo⌋.i. vtile est pro conseruatiōe totius populi nostri, vt istū occidamus, q dicit se regē esse, & populū post se trahit, ne veniāt Romani, & destruant locū nostrū ac plebem, prout istud tactum supra, & Iohannis vndecimo describitur plenius. Johā.11

¶De adductione domini Iesu ad Annam & Caipham, de trina negatione Petri, atq; rursus de Christi damnatione & illusione. Arti. VIII.

SEquebať aūt Iesum Symon Petrus & alius discipulus, q cōiter diciť fuisse Iohānes euāgelista, q de se tāq̄ de alio loquiť, vt moris ē authoribus sacrę scripturę, sed q̄re more solito nō adiūgit, quē diligebat Iesus? An forte reputauit se īdignū hoc titulo in hoc loco, qa iā fugerat à suo mgr̄o? Itaq; hi duo ap̄li, tanq̄ in Chr̄i amore feruētiores & īuicē familiares

post suā

Marginal notes: Eph.5; Johan.1; Matt.26; Johan.18; Psal.21; Job.16; Matt.26; Marc.14; Job.22; Johan.21; Johan.18

post suam fugam aliqualiter animati pariter redierunt, & secuti sunt suum magistrum cum verecundia grādi de sua fuga & ingēti dolore, de captione dñi sui. ⌊Discipulus aūt ille erat notus pontifici⌋ erat em̄ iuuenis gratiosus, pulcher, amabilis, & de nobili stirpe Iudæ pr̄iarchæ natus; atq; interdū (vt æstimat̄) portauerat pisces ad domū Annæ tanq̄ piscator & filius piscatoris, vel ex alia causa aliq̄n domū illā intrare solebat, sic'q; cum Anna pōtifice & eius familia adeptus fuit quandā notitiā, ⌊& intrauit cum Iesu in atriū pontificis⌋ Atrium dr̄ spaciū, q̄d est inter primā portam seu ianuam, & inter domū seu ostium, quo immediate introitur in domū, & vsq; ad spacium illud discipulus ille secutus est Iesum, Iesum vero duxerunt ministri in domū ad Annæ p̄sentiā. ⌊*Petrus aūt stabat ad ostiū foris⌋ .i. extra ante primā portā, qua intrabatur ad atrium, nō audēs, aut nō p̄missus intrare. ⌊Exiuit ergo discipulus q erat notus pōtifici, & dixit ostiariæ⌋ hoc est, ancillæ quæ erat custos illius portæ, rogando eam vt p̄mitteret Petrum intrare, ⌊& introduxit Petrū⌋ vt simul viderēt, q̄d fieret Iesu, ⌊Dixit ergo Petro ancilla ostiaria: Nunq̄d & tu ex discipulis es hoīs huius?⌋ Vidit em̄ Petrū formidolose intrantē, facie desolatū & habitu p̄ cæteris religiosum, & ibi venire insolitū, ex q̄bus suspicabat̄, q̄d alienus esset seu Galilæus ac Iesu discipulus. ⌊Dixit ille: Non sum⌋ In qua negatiōe patet Petri fragilitas, q ad interrogatiōnē tā infimæ ancillæ dñm suū negauit, cū tñ ancilla illa videat̄ quasi ex quadā cōpassiōe potius, q̄ ex malitia interrogasse, dicēdo: Nunq̄d & tu ex discipulis es hominis istius? Quasi diceret, apparet quòd sis discipulus istius miseri ac pauperis hominis. Propter quod consultius tibi eēt, quòd extra maneres. Petrus vero metuēs publicari aliis p̄ ancillā, statim veritatē ac filiū dei negauit, sicut filius dei ei prædixit. ⌊Accenso aūt igne in medio atrii, stabāt ministri ad prunas & calefaciebant se⌋ Nā in noctibus Martii principio'q; Aprilis solet adhuc frigus esse, p̄sertim post mediā noctē. ⌊Erat aūt Petrus cum eis stās & calefaciēs se in medio eorum⌋ Etem̄ verus sanctæ charitatis ignis in corde Petri modo refriguit, & q̄a iam fuit interrogatus, an esset Chr̄i discipulus, q̄a introiit timidus, voluit se quasi audacter habere inter ministros publicē stando, ne quis suspicaretur eum esse Iesu capti discipulum. ⌊Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius⌋ De discipulis interrogauit forsitan, vbinam essent, vel cur collegisset eos, & quare eum iam reliquissent, vel, vt ex responsiōe Chr̄i posset aliq̄d rep̄hēsibile, captiose accipere & probare, quòd seditiosus sup̄stitiosus'q; esset, faciēdo conuēticula separata, docēdo'q; noua, & recedēdo à cōi doctrina legis ac prophetarum, scribarum quoq; & pharisæorum, q̄d etiā scribæ ac pharisæi ipsi iā ante imposuerūt, dicēdo: Quare discipuli tui trāsgrediunt̄ traditiones seniorum? Et rursus: Non est hic homo à deo, q sabbatū nō custodit. Hinc de doctrina sua Iesum interrogauit hic Annas. ⌊Respōdit ei Iesus⌋ Ad quæstionē de discipulis suis factā nō r̄ndit, quia pro tūc principaliores eius discipuli, puta Apostoli, fugerūt ab eo, imò & illorum præcipuus. s. Petrus, iam semel negauit eū, sed ad quęstionē factā de sua doctrina, r̄ndit: ⌊Ego palā locutus sum mūdo⌋ id est, publicē p̄dicaui hoībus, q aūt quęrūt seminare errores, solēt occulte hoc facere, ⌊ego sp̄⌋ hoc ē, om̄i t̄pe opportuno, ⌊docui in synagoga⌋ .i. in cōgregatiōibus Iudæorum, & in eorum materialibus synagogis, q̄s in singulis vrbibus habuerūt, ad q̄s cōuenerūt assidue cā orōnis & lectiōis, ⌊& in tēplo⌋ q̄d in Hier̄lm erat, q̄a nō nisi in vna ciuitate potuerūt tēplū h̄re, ⌊quo oēs Iudæi cōueniūt⌋ p̄sertim certis t̄pibus anni. In tribus etem̄ festis, vz. paschæ & pētecostes ac scenopegię. i. tabernaculorum, obligati erāt venire ad tēplū, vt in Leuitico & Deuteronomio legit̄: Dispēsabat̄ tñ cū habitātibus multū remote à tēplo, q̄ad festa scenopegiæ & pētecostes. Vnde q̄d ait: Quo oēs Iudæi cōueniūt, intelligēdū est p̄ modū distributiōis accōmodæ, vt sit sensus: quo q̄dā de om̄i genere Iudæorum cōueniūt, vt sit distributio pro generibus singulorum, nō pro singulis generum: ⌊& in occulto locutus sum nihil⌋ .i. nihil docui animo occultādi, tñ vt in Euāgelio legit̄, aliqua prædicauit discipulis suis seorsum exponēdo eis quædā mysteria atq; parabolas, q̄bus & dixit: Vobis datū est nosse mysteriū regni dei, sed hoc fecit, vt talis sua doctrina postmodū cūctis publicaret̄. Propter quod ait: Quod in aure audistis, p̄dicate sup̄ tecta. Verūtamē his obiicit̄, quòd quādoq; p̄dicauit in monte, q̄nq; in loco cāpestri, interdū in nauicula, nonnunq̄ in littore maris, aliquando in locis deserti, vt ex Euangelio facile est probare. ¶Præterea, prætactis verbis Christi contrariari videtur, quod per Esaiam de Christo prædictum est: Non clamabit, nec audietur foris vox eius. Ad primum dicendum, quod p̄ synagogā potest intelligi quæcūq; congregatio Iudæorum, & quod dictū est, semper, exponēdum de om̄i t̄pe opportuno. Ad aliud respondet̄, quod Esaias loquit̄ de inordinato & contētioso clamore, q longe fuit à Chr̄o, de quo etiā clamore ait Ap̄lus ad Ephesios: Omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor tollatur à vobis. ⌊Quid me interrogas⌋ cui credere nō vis, quasi dicat saluator qui corda inspexit: Non quæris syncera intētiōe, sed captiose & corde maleuolo. ⌊Interroga eos q audierūt, q̄d locutus sum ipsis⌋ ac si dicat̄: tā securus sum de veritate meę doctrinę, quod cōitatis testimonio stare paratus sum. ⌊Ecce hi sciūt q̄d dixerim ego⌋ Tā cōstāter Chr̄s r̄ndit, nō ex elatōe aut īpatiētia, sz zelo iustitiæ, & ne mortis timore videret̄ deiectus, q an̄ suā captionē cōsueuit tam maiores, q̄ inferiores tam magnanimiter increpare absq; personarum exceptiōe, sicut & obseruatores eius testati

Matt.15 / Iohā.9 / Deute.16 / Marci.4 / Matt.10 / Esaiæ.42 / Ephes.4

A stati sunt, dicendo ad eũ: Magister, scimus qa verax es, & viã dei in veritate doces, & non ẽ tibi Matt.22
" cura de aliquo. Non em̃ respicis psonas hoim. ⌊ Hæc aũt cũ dixisset Iesus, vnus ministroꝝ de-
" dit ei alapã, dicẽs: Sic rñdes põtifici? ⌋ tanq̃ dicat: tãto plato & tãtæ authoritatis viro nõ debe-
" res taliter rñdere, vcȝ tã præsumptuose & irreuerẽter, prout huic seruo apparuit. ⌊ Rñdit ei Ie-
" sus: Si male locutus sum, testimoniũ phibe de malo ⌋ .i. si rephẽsibil'r rñdi, pba hoc rõne, authori
" tate vel testimonio alioꝝ. ⌊ Si aũt bene ⌋ locutus sum. i. iuste & cõstãti corde rñdi, ⌊ qd me cæ-
" dis ⌋ .i. cur ipie meã faciẽ pcussisti? Quærit, cur mgr̃ virtutũ, q ea quę verbo docuit, ope adimple
uit, satellitẽ istũ, à q̃ cæsus fuit, ita redarguit, cũ añ iam dixisset apud Matthęũ: Si qs te pcusserit Matth.5
in dexterã maxillã tuã, præbe ei & alterã. Et rñdendũ, ꝙ cõsiliũ illud de altera maxilla percutiẽ-
ti præbẽda, intelligẽdum est secũdum animi pręparationẽ, ita vt homo corde dispositus sit hoc
implere, dum rõnabilis causa occurrit. Interdũ em̃ est tps exercendi actũ iustitiæ, interdũ actũ
patiẽtię, & vniuscuiusqȝ virtutis exercitationi seu actui insistẽdum ẽ congruo tpe, & hoc Chrus
in sua passione seruauit, sic vilissimus ille Ribaldus pcussit filiũ dei manu sceleratissima, ad cõpla
cendũ dño suo, videlicet Annæ, ideo seruũ istũ sequunt̃ oẽs, q superioribus suis etiã in peccatis
applaudũt, & ad obtinẽdum eoꝝ fauorẽ, aut proprium cõmodũ, statim parati sunt vindicare,
quicqd vel ipsi vel eoꝝ superiores reputãt factũ in derogationẽ superioritatis, aut prælationis
" eoꝝ, sicꝙ iustos ac innocẽtes tribulare & cædere non verent̃. ⌊ Et misit Annas Iesum ligatũ ad
" Caiphã põtificẽ ⌋ Queãdmodũ em̃ Iesus fuit ligatus ad Annã pductus, sic Annas misit eũ ligatũ
ad Caiphã, vel si (vt aliq opinant̃) fuit ad horã disligatus in domo Annæ, fecit eum Annas rur-
B sus ignominiose ligari, ad declarãdum, ꝙ reputauit eũ mortis reũ. Et ob hoc Caiphas, & q erãt
" cum eo audẽtius eũ morti adiudicarẽt, ⌊ vbi oẽs sacerdotes & scribæ cõuenerãt ⌋ qm̃ Caiphas
" præfuit om̃ibus eis illo anno. ⌊ *Princeps aũt sacerdotũ, (vcȝ Caiphas) & om̃e cõciliũ ⌋ .i. sacer- Matt.26
" dotes, scribæ, pharisæi, ac seniores cõgregati cũ eo, ⌊ quęrebãt falsum testimoniũ cõtra Iesum ⌋ Esaię.53.
cui nullã culpã verè obijcere poterãt, qm̃ Esaias de Chro vere prędixit: Qui pctm̃ nõ fecit, nec
inuẽtus est dolus in ore eius. Vnde & Chrus iam antea dixerat eis: Quis ex vobis arguet me de Johan.8.
" peccato? ⌊ vt eum morti traderẽt ⌋ .i. à iudice facerẽt condẽnari ad mortẽ. Hinc Psalmista p̃- Psalm.63
" dixit: Scrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutãtes scrutinia, ⌊ & nõ inueniebant ⌋ iustã accu-
" sationẽ veram ve criminationẽ, ⌊ cũ multi falsi testes accessissent. *Et cõueniẽtia testimonia nõ Marc.14
" erant ⌋ quæ testes illi mẽdosi Chro opposuerũt, quæ aũt fuerint testimonia illa, nullus euuãgeli-
" staꝝ descripsit, qa nec digna erãt descriptiõe. ⌊ Nouissime autẽ ⌋ .i. vltimo post test es pdictos,
" ⌊ duo falsi testes testimoniũ ferebãt (.i. apportabãt seu exprimebãt) aduersus eũ, dicẽtes: Nos au
diuimus eũ dicentẽ: Possum destruere templũ dei, & post triduũ reædificare illud. Ego dissoluã
templũ hoc manufactũ, & post triduũ aliud nõ manufactũ reædificabo, & nõ erat cõueniẽs testi
moniũ eoꝝ ⌋ qa nec Chrus dixit hæc verba. Caiphas quoqȝ & cõsiliarij sui bene cõsiderauerũt,
ꝙ propter huiuscemodi verba Pilatus nõ proferret cõtra Iesum sentẽtiã mortis. ¶ Porro men-
dosi isti testes occasionẽ huius accusatiõis acceperunt ex eo, ꝙ Chrus iam antea dixerat: Soluite Johã.2
C templũ hoc, & in tribus diebus excitabo illud, quod dixit qñ petierũt signum ab eo, deditꝙ eis
signũ suæ resurrectiõis. i. ꝙ tertia die à morte resurgeret. Legit̃ quippe ꝙ cum Iesus primo eie-
cisset ementes & vendẽtes in templo, de tẽplo, dixerunt ad eum Iudæi. Quod signũ ostẽdis no-
bis quia hæc facis. i. qui miraculo probas te habere authoritatẽ hæc faciẽdi? quibus respondit:
Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud, quod (sicut Euãgelista ibidẽ exponit)
Chrs dixit de tẽplo corporis sui. i. de proprio corpe, q̃d erat tẽplũ deitatis habitãtis in eo, quia
in ipo habitat plenitudo deitatis corporaliter, vt ait Apostolus Paulus, sicꝙ sensus verboꝝ illo- Col.2
rum fuit: Soluite templũ hoc. i. corpus meũ occidetis, & in tribus diebus excitabo illud .i. tertia
die resuscitabo illud à morte deitatis meæ virtute. Itaqȝ Chrus nõ dixerat: Possum destruere tẽ
plum dei. Vel, ego dissoluã tẽplũ hoc, sed, soluite tẽplũ hoc. Nec loquebat̃ de tẽplo illo materiali
lapideo, inanimato, sed de aĩato proprij corpis tẽplo. Vnde hoꝝ testiũ falsoꝝ puersitatẽ ac mẽ
dositatẽ & fraudẽ sequunt̃, q verba veritatis plata ab alijs, interptant̃ in peius & false exponũt
nec bene & pie intelligere volunt, & proni ad accusandũ, & tardi ad excusandũ. Et itẽ qui alio
sermone resumũt quæ audierũt, verba mutãdo, aliquid de suo addẽdo, aut verba alioꝝ vera, Prouc.17.
truncate narrãdo, per quod alios grauãt iniuste, atqȝ discordiã seminãt, qa vt in Prouerbijs le-
git̃, qui alio sermone repetit, separat fœderatos. Vitemus ergo oẽm huiuscemodi impietatem, Prouc.19
quia vt Salomon loquitur: Testis mẽdax nõ erit impunitus, imò vt scribit Isidorus: Falsus testis
est tribus obnoxius, primũ deo, quẽ periurãdo falsitati testimonium perhibendo contemnit.
" Secundo iudici, quẽ mentiẽdo fallit. Tertio innocẽti, quẽ falso testimonio lædit, diffamat, con
" fundit, & q talis est, Chrm in suis mẽbris psequit̃ & occidit. ⌊ *Petrus aũt sedebat foris ⌋ .i. extra Matt.26
" domũ põtificis, in qua Chrus tũc fuit: tñ intra primã portã extitit, qa subiungit̃: ⌊ in atrio. Ac-
" censo aũt igne in medio atrij * stabãt serui ac ministri ad ignẽ, & calefaciebãt se. Erat aũt Petrus Luc.22 Johan.18
" stans & calefaciens se in medio eorum. * Quem cum vidisset ancilla quædam ostiaria, accessit ad Lucæ.22.
" eum, & dixit: Et tu cum Iesu Nazareno eras? Nunquid ex discipulis es hominis istius?

Atille

At ille negauit coram omnibus, dicens: O mulier, non sum, neq; scio neq; noui qd dicis⌋ hoc ē,
tam alienus sum ab homine isto, de quo me interrogas, quòd non scio qualiter nuncupetur, vel
quem designes per Iesum. ¶Præterea aduertendum, ꝙ de triplici negatione Petri videntur
sancti Euāgelistæ diuersimode loqui, sed in hoc oēs cōcordāt, ꝙ ter Chr̄m negauit, attñ circa
descriptionē loci in q̊, & circa recitationē ꝑsonaꝶ interrogātiū Petrū, discrepare videnť. Nā iu
xta sancti Iohānis narrationē apparet, ꝙ Petrus ter negauit Chr̄m in domo Annæ, & manife-
ste habeť ex Euāgelio sancti Iohānis, ꝙ prima negatio Petri cōtigit in Annæ domo seu atrio.
Vnde & Augustinus sentire videť, ꝙ trina Petri negatio fuit in Annę domo. ¶Porrò alij tres
Euāgelistæ nihil scribūt de introductiōe Chr̄i ad Annā, ideo iuxta eoꝶ descriptionē apparet,
ꝙ trina illa negatio fuit in Caiphæ atrio, & ita tenet Chrysostomus. Beda vero alijq; cōiter di
cūt, ꝙ prima negatio fuit in habitaculo Annæ, scd̄a vero & tertia in domicilio Caiphę. Euāge
listæ aūt cōcordanť ꝑ hoc, ꝙ vel anticipādo vel recapitulādo loquunť, & de isto plenius scripsi
suꝑ Matthæū, Iohānē, & Lucā, nec opus ē corā pplo istā difficultatē sermocinari, sed sufficit di
cere, ꝙ Euāgelistæ principalr intēdebāt oñdere, ꝙ Petrus ter dñm Iesum Chr̄m negauit, qualr
vero & vbi, & ad quoꝶ interrogationē id accidit, nō tam euidēter aut vniformiter expresserūt,
estq; probabile, ꝙ ancilla Petrū interrogāte, alij accesserūt, adiuuātes ancillā, & idē à Petro quę-
rētes q̊d illa quæsiuit, sicq; q̊d vnus Euāgelista ꝑhibet dictū ab ancilla, alius ꝑhibet dictū à viros
silr q̊d vnus euāgelista narrat dictū ab vno astātiū, alius recitat dictū à multis, nec de ista varieta
Marc.14 te historiæ ē vis magna, ⌊*& exijt foras añ atriū⌋.i. dū Petrus Chr̄m semel negauit, cępit exire
de atrio, ⌊& gallus cātauit⌋ quem galli cātum Petrus præ turbatiōe atq; mœstitia nō audiuit,
Matt.26 ⌊*Exunte aūt illo ianuā, rursus vidit eū alia ancilla, & ait circūstātibus: Hic hō cū illo erat⌋.i. cū
Iesu esse consueuit. ⌊Et alius videns Petrum, dixit: Tu de illis es⌋.i. de societate ac numero dis-
cipuloꝶ, Iesu Nazareni. ⌊Et iteꝶ negauit cum iuramento, & ait: O homo non sum. *Et inter-
Luc.22 uallo facto quasi horæ vnius, accesserunt qui foris astabant, & dixerunt Petro: Vere tu ex illis
es, nam & loquela tua manifestum te facit, nam & Galilæus es⌋.i. ex loquela tua perpendimus,
ꝙ ex Galilæa sis oriundus, sicut & Iesus, & inde secutus sis eum, quemadmodum alij eius disci-
puli pro parte maiori. Verūtamē Galilæi, sicut & Hierosolymitani, vtebanť lingua Hebræa, sed
Iohan.18 ex locoꝶ distātia aliqualiter differebāt in modo loquēdi, quemadmodum Gallici atq; Teutho-
nici diuersaꝶ prouinciaꝶ, diuersimode exprimunt suas loquelas, Gallici Gallicū, Teuthonici
quoq; Teuthonicum. ⌊*Et vnus ex seruis pontificis cognatus eius, cuius abscidit Petrus auricu
lam, dixit: Nonné te vidi in horto cum illo?⌋ Quasi dicat: Vtiq;. Cur igitur negas, cuius oppo
situm per tuam loquelam & nostrum intuitum comprobatur, & multoꝶ testimonio contradi-
cere audes? Cur seruus ille non dixit ad Petrum: Nonné tu es aurē q nepotis mei amputasti? sed
Marc.14 (vt puto) Christo sic moderante, iste non considerauit, ꝙ Petrus hoc fecit. ⌊*Tunc Petrus cœ-
pit anathematizare⌋.i. sibijpsi maledicere si mentiretur, & detestari suum magistrum ⌊& iura-
re, quia nescio hominem istum, quem dicitis⌋.i. nec facietenus eum cognosco, nec approbo eū
nec ei adhæreo. Ecce ad quātam ruinā permissus est Petrus corruere, quia incautè præsumpsit,
de viribus suis. Nemo ergo præsumat, nec quisquàm securus sit, quasi casurus non sit, pręsertim
cum Petrus, qui tot & tanta Christi conspexit miracula, imo & iam ante tot fecit prodigia, ac
alios baptizauit, & valde feruens fuit ad tempus, ad tātam lapsus sit culpam, ex carnali timore, &
contra tantam rerum euidētiam sic iurauit. Hoc quoq; pensandum, ꝙ Petrus audacter ensem
extraxit, & pro Christi defensione pugnare cœpit, cum vidisset Christum tantam turbam solo
verbo prostrasse, sed videns Christū sic hostibus subditum, formidauit, & eum negauit. In quo
multi adhuc Petrum sequuntur, qui in prosperis deo regratiantur, & pro eius honore zelantur
ac suis proximis in prosperis successibus astant, sed in aduersis per pusillanimitatem impatien-
tiamq; franguntur, & egena Christi membra, pauperes & afflictos, aduersitatibusq; oppressos,
Eccl.6 vix volunt inspicere & affari. Sed qui alium vere diligit ac syncere, tunc ei præcipuè astet & si-
gna ostendat dilectionis, dum ille plus indiget, ideo scriptū est in Ecclesiastico: Si possides ami-
cum, in tentatione (.i. aduersitate) posside eum, & non facile credas ei teipsum. Est enim amicus
secundum tempus suum, & non permanet in die necessitatis. ¶Præterea quæri potest, an Pe-
trus peccauit mortaliter Christum negando. Et respondendum, ꝙ imò, & etiam multipliciter,
videlicet Christum negando tam sæpe ac false, ꝙ fuit contra charitatem & æquitatem, & perni-
ciosum, non iocosum aut officiosum mendacium, passioni quoq; timoris succumbēdo tam ve
hementer, & periurando, & sibijpsi mala taliter imprecando. Veruntamē (vt recitat Thomas)
Leo papa, & sanctus Bernardus videntur sensisse quod non peccauit in his mortaliter, & quod
Luc.22 Christus vidit in Petro tunc charitatem non extinctam aut eiectam, sed læsam & obrutam.
⌊*Et continuo adhuc illo loquente⌋.i. Petro cum ministris adhuc occupato verbis negatiōis,
Gene.3 ⌊statim iterum gallus cantauit⌋ puta secūdo, sicq; impletum fuit, ꝙ Chr̄us p̄dixerat Petro, q̄a
in hac nocte anteq̄ gallus bis vocem dederit, ter me negabis. Ex prędictis colligitur, ꝙ sicut dia
bolus deiecit hominem protoplastum per mulierem, ita & primū ecclesiæ præsulem vicit ꝑ fœ
minam,

A minã, sicq́ & sexus fœmineus in Chri passione fuit particeps criminis. Hoc etiã intuendum, q nullus Euangelistarum omisit hanc trinã Petri negationẽ, sed eam diligẽter descripserunt, nõ vt diffamarẽt tantũ apl'm, sed propter mysteriũ, & ob nostrã instructionẽ, qa ex ista descriptiõe docemur, q̃ certitudinal'r Chrs pſciuit oĩa sibi futura, q illã Petri negationẽ in se pure cõtingentẽ, tã incircũstantional'r pnuntiauit. Rursus ex hac descriptione instruimur, q̃ infinita sit misericordia dei, q illũ cõstituit principẽ aplorum & totius ecclesiæ platũ, à q̃ toties & tã dire fuit negatus. Iterum docemur ex isto, nullatenus desperare, & q̃ta sit humana fragilitas, q̃ itẽ periculosum sit de seipso psumere, & se ab aliis cõstantiorẽ existimare. ⌊Et conuersus dñs, respexit Petrũ⌋ .i. dñs Iesus à rigore iustitiæ, q̃ Petrũ iuste pmisit cadere, ad dulcedinẽ & effectum suæ misericordiæ flexus ac versus, tetigit gratiose mentẽ Petri, eam illuminãdo ad cõsiderationẽ sui excessus, atq; ad recordationẽ verborum, quæ Petro de sua negatione prædixit. Vnde subiungit. ⌊*Et recordatus est Petrus verbi dñi Iesu quod dixerat, priusq̃ gallus cantet bis, ter me negabis.⌋ Respexit itaq; dñs Iesus Petrũ oculo suæ pietatis diuinæ & increatæ, ideo recte Euãgelista vocat hoc loco Iesum dñm, tanq̃ omniũ creatorẽ, deũ ac dominatorẽ, & sic fuit spũalis respectus, pro quo orat propheta: Aspice in me & miserere mei. Aliqui tamẽ imaginant, q Christus vultũ suũ humanũ celeriter conuertit ad ianuam atrij, & Petrũ ibi obseruantem corporal'r ac compassiue aspexit, ex quo intuitu cõpunctus Petrus, ad memoriam verborum Christi mox motus ẽ. ⌊*Et egressus Petrus⌋ de atrio, ⌊fleuit amarè⌋ .i. acerbissimo luctu culpas suas ex vera cõtritione defleuit, iuxta illud Micheæ: Faciã planctũ quasi draconũ, & luctũ quasi sthrutionũ. Marc. 14 Psalm. 118 Matt. 26 Lucæ. 22.

B Itaq; Petrus in atrio pontificis Christũ negauit, sic & q̃tidie in domibus principũ & magnatũ ac prælatorum veritas denegat, iniustitia regnat, & innocentes ad vitia pertrahunt. Deniq; Petrus ad deflendũ suos excessus, egressus est pontificis atrium. In palatijs nanq; magnorum non est pœnitentiæ locus, sed ibi vacat delitijs, vanitatibus & cõmodis proprijs, quemadmodũ ait saluator: Ecce qui mollibus vestiunt, in domibus regum sunt. In publico quoq; & inter alios nõ est facile pctã deflere, & quandoq; nõ cõuenit, sed in locis secretis. Hinc (vt fert) Petrus intrauit foueam quandã iuxta templũ, & ibi in luctu permansit vsq; ad Chri expirationẽ, imò (vt in itinerario suo recitat sanctus Clemens) Petrus ex hoc tẽpore duxit in cõsuetudinẽ, q omni nocte à primo gallorum cantu vsq; ad lucẽ matutinã aut circiter, orationi, lachrymisq́; vacauit, & lapsum suũ calidissimis lachrymis copiose deplanxit, ita q facies eius videbat quasi adusta, sic & nos vitia nostra deplorare debemus ex interna cõtritione & tanto dolore, qui mereat dici contritio, quia cõtritio est summus dolor qui est in natura, nec est vera cõtritio, nisi plus doleamus de malo culpæ, q̃ de quocunq; malo pœnæ. Ideo Hieremias hortat: Luctũ vnigenitũ fac tibi planctũ amarum. Debet etiam cõtritio esse adæquata pctis, vt quanto quis frequẽtius, grauiusq́; peccauit, tanto vehemẽtius, cordialiusq́; pœniteat. Insup caueamus, ne & nos Christũ negemus operibus, q em̃ verbis dñm laudat, sed cõuersatione rebellis est, factis denegat eũ, sicut de talibus scribit aplus: Dicunt se nosse deũ, factis aũt negant. Qui vero se renuunt emẽdare, & perseuerant in vitijs, hi quasi cũ iuramento & anathemate negant Christũ. ⌊*Et exurgens princeps sacerdotũ,⌋ videlicet Caiphas in mediũ. Ira em̃ excussit pontificem illũ de throno, ⌊interrogauit Iesum: Nihil respondes ad ea quæ isti aduersum te testificant?⌋ Optauit Caiphas audire respõsum à dño Iesu, quatenus eũ ex sua respõsione posset illaqueare & capere. Hiere. 6 Tit. 1. Matt. 26

C ⌊Iesus aũt tacebat, & nihil rñdit,⌋ docẽs nos patientiã, silentiũq́; seruare, dũ ab importunis hoĩbus increpamur aut mendaciter accusamur, qñ respondẽdo nihil proficere possumus, iuxta illud in psalmo: Posui ori meo custodiã, dũ consisteret pctõr aduersum me. Obmutui & humiliatus sum, & silui à bonis. Veruntñ ad vitandũ scandalũ pusillorum, excusare & expurgare se debet homo tpe opportuno, psertim si de aliquo graui pctõ mendaciter accuset. ⌊Rursus princeps sacerdotũ dixit ei: Adiuro te p deũ viuũ, vt dicas nobis, si tu es Chrs filius dei benedicti,⌋ filius .s. naturalis & vnicus, nõ adoptiuus, prout oẽs iusti sunt filij dei, secundũ q̃d in Deuteronõ. Moses ait: Filij estote dñi dei vestri. Et Christus in Euãgelio: Sitis, inqt, filij patris vestri q in cœlis ẽ. Vnde videt q impius Caiphas iste nouit ex lege eẽ quendã naturalẽ & vnicũ filiũ dei, & q ille esset rex Messias in lege & prophetis promissus, de quo in prouerbijs Salomon ait: Quod nomen eius, & quod nomẽ filij eius si nosti? tanq̃ dicat, tã pater æternus q̃ vnigenitus filius eius, in cõprehensibiles, ineffabilesq́; cõsistũt, de cuius filij æterna generatione prouerbiorum octauo & alibi in scripturis veteris testamenti plura legunt. ⌊Iesus aũt dixit illi,⌋ quamuis em̃ pontifex praua intentione interrogasset, tamẽ propter dignitatẽ pontificalis officij, & psertim propter honorabilitatẽ ac reuerentiã dei patris & sancti noĩs eius, q̃ fuerat adiuratus, Christus ad hanc quæstionẽ respondit. ⌊Tu dixisti,⌋ quod verum est in hac re. ⌊Ego sum⌋ verus, æternus, naturalis & vnicus filius dei patris, propter salutẽ hominũ homo factus & pmanẽs deus. ⌊Veruntñ dico vobis,⌋ nõ tibi Caiphe, sed toti auditorio tibi & tecũ fauẽti. ⌊Amodo⌋ .i. à tpe isto, non statim post tps istud, sed ĩ fine seculi huius, ⌊videbitis filiũ hoĩs sedẽtẽ à dextris virtutis dei⌋ .i. in maiestate & gloria, q̃ æqualis est deo patri, seu residentẽ ad dextrã patris oĩpotentis & in po- Psalm. 38 Deute. 14 Matth. 5 Prouer. 30

tioribus bonis. Christus nãq; secũdum suam diuinã naturã sedet ad dexterã patris, i. regnat, quiescit ac residet in æqualitate patris, cui est consubstãtialis & coæqualis. ¶ Porrò, secundũ assumptã humanitatẽ vt glorificatã, sedet ad dexterã patris, hoc est, in potioribus bonis, quia præ omnibus creaturis copiosius fruitur deitate & donis gratiæ ac gloriæ, dotibusq́ corporis & animæ adimpletur, atq; vniuersa creata sibi habet subiecta, & istud in die iudicij sunt visuri tam boni quàm mali, non quod iniqui eius deitatẽ videbũt per speciẽ, sed per experiẽtiam & effectum cognoscẽt, quòd ipse Christus sit talis ac tãtus, quòd etiam Caiphas cæteriq́ dãnati iam
Psalm. 82 in inferno per suorum experiẽtiam tormẽtorum cognoscũt, in quibus illud psalmi impletum est: Erubescãt & cõturbẽtur in seculum seculi, & cõfundãtur & pereant, & cognoscãt quia nomen tibi dñs. In die aũt iudicij videbũt corporaliter Christũ in natura humana, quam in tãta eminẽtia intuendo, intellectualiter quoq; cõspiciẽt modo præfato, quòd ipse sit vnigenitus dei ⌊& venientẽ in nubibus cœli.⌋ tũc enim etiam reprobi videbũt eum descendẽtem de cœlo cum potestate magna, & cũ tota triũphante ecclesia. ⌊Tũc princeps sacerdotum scidit vestimẽta sua, dicẽs: Blasphemauit.⌋ cõsuetudo extitit Iudæorum, scindere vestes in magnis aduersitatibus atq; doloribus, præsertim quando audierũt ab aliquo verba blasphemiæ, in signum tristitiæ & doloris, quasi talia verba æquanimiter pati & audire nequaq̃ valẽtes pro amore dei & zelo diuini honoris, & sub hoc colore iste hypocrita & impius pontifex scidit vestimẽta, ad insinuãdũ cũctis qui aderãt, quòd enormiter Iesus excesserit, dicẽdo se filiũ dei & iudicẽ mundi, ⌊quid adhuc egemus testibus?⌋ ad probandũ quod dignus sit morte, quia iam oẽs nos audiuimus eum verba blasphemiæ proferentẽ. Propter quod secũdum legẽ nostrã est occidẽdus. Veruntamẽ secũdum legẽ
Nume. 15. blasphemi sunt lapidandi, vt in Nume. innotescit, sed impij isti voluerunt Iesum cruci affigi, vt acerbiori ac ignominiosiori ac diuturniori pœna perimeretur. ⌊Ecce nũc audistis blasphemiã⌋ hoc est, verba diuinæ maiestatis honori cõtraria. Sed mẽtitur hic pontifex, quoniam Chrũs verissima protulit verba, ⌊quid vobis videtur? At illi respõdẽtes, dixerũt: Reus ẽ mortis.⌋ Caiphas interrogauit aliorum iudiciũ quid sentirẽt, ne in tãto negotio videretur nimis in-
Lucæ. 22. niti sensui proprio. ⌊*Et viri qui tenebãt illũ⌋ vtpote serui põtificis, suo dño in malitia similes, Iesum inter se reseruãtes & custodiẽtes, ne quocũq; arte aut ope effugeret. Nã vt Salomon pro-
Prouer. 29 testatur: Rex impius oẽs ministros habet impios, quod de spũalibus quoq; principibus dici põt ⌊illudebãt ei⌋ tanq̃ superbo & fatuo, præsumptuoso atq; blasphemo, & tanq̃ sceleratissimo transgressori. Nec pontifex neq; cõsiliarij eius aliquã rationẽ proposuerũt cõtra verba Christi prolata, sed solũ passionato, pertinaciq́ animo diffinierũt, quod falsa, blasphemaq́ essent, & tamen
Johan. 10 Iesus iã ante frequẽter probauit se eẽ filiũ dei & regẽ Messiam per miracula & scripturas. Vnde (vt legitur apud Iohãnẽ) dum quadã vice Iudæi dixissent ad Iesum in porticu Salomonis, quousq; animã nostrã tollis, si tu es Chrũs, dic nobis palam, ipse respõdit: Opera quæ ego facio in nomie patris mei, testimoniũ perhibẽt de me, &c. vsq;, ego & pater vnũ sumus. Cũq; pro-
Psal. 81 pter hoc verbũ conarẽtur eũ lapidare, dixit ad eos: Nõne in lege vr̃a scriptũ est: Ego dixi, dij estis? si illos dixit deos, ad quos sermo dei factus ẽ, & nõ põt solui scriptura, quẽ pr̃ sanctificauit & misit in mũdũ, vos dicitis, quia blasphemas, quia dixi, filius dei sum, si nõ facio opa patris mei, nolite credere mihi: si aũt facio, & si mihi nõ creditis, opibus credite. Itaq; pontificẽ istũ nequissimũ & cõsiliarios eius atq; ministros sequũtur mali & irrationabiles homines, qui audiendo verba vera ac iusta eis displicẽtia, dũ rationabiliter resistere nequeũt, per irrationabiles clamores & importunos gestus resistũt, & ita se habẽt, quasi falsa & irrationabilissima verba au-
1. Cor. 1. dissent. Itaq; illudebãt Christo, qui est virtus & sapiẽtia patris æterni. Queãdmodũ enim stultã
Ibidẽ. fecit deus sapiẽtiã huius mũdi, sic mũdus quoq; stultã reputauit sapiẽtiã dei. Nã & aplus loqtur
1. Cor. 2. Animalis homo nõ percipit ea quæ sunt spũs dei. Stultitia enim est illi, nec põt intelligere ea, ⌊cæ-
Marc. 14 dẽtes eũ⌋ in faciẽ & super caput. ⌊*Et cœperũt quidã cõspuere in eũ⌋ tanq̃ in vilissimũ hominẽ, ⌊& expuerũt in faciẽ eius, & velauerũt eũ⌋ pannũ añ eius oculos ligando, quasi indignus eẽt
Matt. 26 cõspicere eos, & vt probarẽt eũ nõ eẽ prophetã, vt statim dicetur. ⌊*& colaphis eũ ceci-
Marc. 14 derũt, alij aũt palmas in faciẽ eius dederũt⌋ prout Sibylla prædixit: Dabũt dño alapas manibus in-
Esaiæ. 53. cẽstis. Et Chrũs per Esaiam prædixit: Corpus meum dedi percutiẽtibus & genas meas vellẽtibus. Faciẽ meã nõ auerti ab increpãtibus & cõspuẽtibus in me. Vnde & sanctus Iob in persona Chri
Job. 16 loquutus est: Aperuerũt super me ora sua exprobrãtes, percusserũt maxillã meã, satiati sunt pœ-
Matt. 26 nis meis. Nec enim legit, quod hoc factũ sit ipsi Iob in propria sua persona. ⌊*Et interrogabãt eum, dicẽtes: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit?⌋ irrisorie hoc dixerũt, tanq̃ dicerent, dicis te eẽ Chr̃m, & persuasisti populo te eẽ eximiũ prophetã, & tñ mõ nõ potes scire nec dicere quis te percussit, quia exteriori oculo hoc nõ vides, quo cõstat quod nec Chrũs sis nec propheta. Sed impijssimi isti mẽtiti sunt, quoniam Chr̃s certissime sciuit, à quo erat percussus, & vniuersa præterita, præsentia & futura, cordiũq; secreta, sed noluit respõdere, quia patiẽdi, nõ respõdẽdi tps tunc erat. Hinc itaq; eius oculos velauerũt, vt probarẽt eum nescire quod corpaliter non videbat,
Lucæ. 22. ⌊*& alia multa blasphemãtes dicebãt in eũ,⌋ qualia etiã añ sæpe dixerũt, videlicet, in Beelzebub

A principe dæmonioꝝ eijcit dæmonia. Insanit & dæmoniū habet. Homo vorax, potator vini, seductor populi. Deniq; pinducta verba cōpassione magis egēt q̄ expositiōe. Cogitemus ergo intēte, & cū intima cōpassione recogitemus & quasi p̄sentialr intueamur, qualiter innocentissimus agnus dei, filius patris æterni māsuetissimus, imò oīpotens omniū dñs, sedit inter crudelissimos illos lupos, vilissimosq; nebulones & sceleratissimos p̄uaricatores, q eum vndiq; sic mordebāt, percutiebāt, & venerabilē eius barbā, capillosq; capitis euulserūt, sacratissimū quoq; ac dulcissimū os ipsius sæpius pcusserūt, ita q cruentauit, & inhumanius ac irreuerētialius eū tractabant q̄ exprimi queat. Verūtamē nec plus, nec aliter q̄ voluit ipse, & ecce velauerūt oculos eius, ac dentes cruentare fecerunt, de qbus Iacob patriarcha prædixit: Pulchriores sunt oculi eius niue, & dentes eius lacte candidiores, & ita tractabant eum, de quo iustus Symeon dixit ad patrem: Viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum, lumē ad reuelationē gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. Insuper cōspuerunt faciē eius, quā & quē multi reges ac prophetæ cupierūt videre, quoꝝ vnus clamauit: Vtinā disrumperes cœlos & descenderes. Et alter: Ostēde faciem tuā & salui erimus, sic cōtempserunt & blasphemauerunt sanctū sanctoꝝ, de quo Esaias prædixit: Dñs iudex noster, dñs legifer noster, dñs rex noster, ipse veniet & saluos nos faciet. Et ecce hæc oīa sustinuit propter nos dñs & saluator, deus & creator, vt nos merito suæ illusionis, cōspuitionis & percussionis ab æterna cōfusione ac dæmonū illusiōe & fœda eoꝝ exprobratione ac diris verberibus saluet atq; eripiat. Sic propter nos blasphemari sustinuit, vt nos diuinū ac cœlestē cōsequamur honorē, quēadmodū in Euāgelio dixit: Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eū pater meus, q est in cœlis. Sic pmisit oculos suos sanctiss. clarissimosq; velari, vt interiores oculi nostri illuminent ab ipso, & item vt eius amore, intuitu & exemplo discamus ac studeamus omnē illusionē, iniuriationē, derisionē, damna ac verbera æquanimiter tolerare, atq; in talibus deo regratiari, scientes q seruus & creatura nō sit maior dño & creatore, saluatoreq; suo. Erubescamus ergo & pœniteamus de omni ira & impatientia nostra, & modo iā tacto viriliter imitemur dñi nostri Iesu Chri vestigia, qa (vt ait princeps aploꝝ) Christus passus est pro nobis, vt sequamur vestigia eius. Chrs quoq; in Euāgelio dicit: Si quis mihi ministrat, me sequat. ⌊*Et confestim mane vt factus est dies, cōsilium fecerunt oēs principes sacerdotū & seniores populi & scribæ aduersus Iesum, vt eum morti traderent⌋ .i. Pilato iudici p̄sentarent cū allegationibus excessuum morte dignorum, ⌊& duxerunt illū in cōcilium suū, dicētes,⌋ tuncq; implebat illud ex psalmo: Cōciliū malignantiū obsedit me. ⌊Si tu es Christus, dic nobis.⌋ Iā em inter se cōferēdo audierūt, quēadmodū Iesus de hac re interrogatus à Caipha tpe noctis, euidēter rñderit se esse filiū dei, & apparuit eis, q nō possent ei aliquid obijcere corā Pilato, qd plus puocaret Pilatū aduersum Iesum, nisi q dixisset regē se esse. Noīe aūt Chri, Messias rex Iudæoꝝ designabat. Hinc interrogauerūt Iesum, an eēt Chrs, q̄tenus oēs audirēt ab ore eius, qd quidā eoꝝ audierūt in nocte. ⌊Et ait illis: Si vobis dixero⌋ me esse Christū, ⌊nō credetis mihi,⌋ qa nō quæritis amore veritatis, sed desiderio accusandi, ⌊si aūt interrogauero (vos), nō rñdebitis mihi,⌋ vel ex imperitia, vel ex C malitia aut timore, q ex vestra rñsione caperē vos atq; cōcluderē, quēadmodū nec respondistis mihi, qñ interrogaui vos, dicēs: Baptismus Iohānis de cœlo erat, an ex hoībus? Itēq; quando q̄siui: Quid vobis videt de Chro, cuius filius est? ⌊neq; dimittetis⌋ abire vt innocentē, cū tñ sim vere innocēs. ⌊Ex hoc aūt⌋ .i. cito post passionē ⌊erit filius hoīs sedēs à dextris virtutis dei,⌋ qd paulo añ expositū est. ⌊Dixerunt aūt oēs⌋ .i. vnus aut quidā ex parte omniū. ⌊Tu ergo es filius dei?⌋ Isti nāq; sciuerunt q Iesus p filium hoīs designauit seipm, aliter eoꝝ cōsequētia nō tenuisset. ⌊Qui ait: Vos dicitis qa ego sum.⌋ Quare tā euidēter rñdit eis malitiose quærētibus, paulo ante est dictū. ⌊At illi dixerūt: Quid adhuc desideramus testimoniū⌋ cōtra istū? ⌊Ipsi em audiuimus de ore eius,⌋ q filium dei & Christum se nominat.

Lucæ. 11. Iohan. 10 Gene. 49 Luc. 2 Matt. 13. Esa. 64 Psalm. 79 Esa. 33 Iohan. 12 Luc. 23 Psalm. 26 Matt. 21. Marc. 11. Luc. 21. Matt. 22 Luc. 20

¶Quō Chrūs Pilato fuerit adductus, quō accusatus tacuerit, quō deniq; ad Herodē missus, quō ibi spretus & illusus ad Pilatum redierit. Arti. IX.

ET surgens oīs multitudo eoꝝ cum vniuerso cōcilio, vinctū adduxerunt Iesum, & tradiderunt Pontio Pilato, vt dijudicaret ab eo. ⌊*Tunc vidēs Iudas q tradidit eum, q damnatus esset⌋ .i. q Iesus mortē euasurus nō esset, vel vt quidā exponunt, videns Iudas q damnatus esset .i. ipse Iudas cōsiderās & aduertens se esse damnandum propter scelera sua, & iā esse damnatū iudiciali sententia Christi, à quo audiuit in cœna, Væ homini illi per quem filius hominis tradetur, quod nunc aduertit esse dictum à Christo vero propheta de se, ⌊pœnitentia ductus⌋ .i. de suo crimine dolens, & enormitate sui facinoris motus, ⌊retulit⌋ .i. reportauit ac resignauit ⌊triginta argenteos,⌋ pro quibus tradidit ac vendidit suum magistrum, ⌊principibus sacerdotum & senioribus populi,⌋ à quibus eos accepit, ⌊dicens: Peccaui, tradens sanguinē iustum,⌋ videlicet Iesum, cuius innocentiā longo tempore sum expertus cōuersando cū eo, nec vnq̄ aliqd reprehensibile reperiēdo in ipso, q etiā tot & tanta bona mihi impendit. ⌊At illi dixerūt: Quid ad nos?⌋ .i. quid spectat ad nos an peccasti, & qd curamus de

Luc. 23 Matt. 27 Matt. 26

hoc; per quã respõsionẽ ostẽderũt se eẽ alienos à charitate, p quã tenebãtur diligere proximos suos tanq̃ seipsos, ideoq́ de proximi culpa deberẽt dolere & curare sicut de propria. Falsa q̃q; fuit eo℞ respõsio. Si em̃ Iudas peccauit, sanguinẽ iustũ tradẽdo, ergo & ipi grauissime peccauerũt, sanguinẽ illũ emẽdo ad occidẽdũ, & pro eius occisiõe sic laborãdo. Itaq; suis scelerib⁹ excæcati, nõ aduerterũt q̃ vitiose ac irrõnabil'r respõderũt, ⌊tu videris⌋ .i. tua ꝓpria facta attẽde, & si peccasti, ꝓpriã curã gere, ⌊& proiectis argẽteis ĩ tẽplo⌋ vt ministri tẽpli à q̃bus pecuniã illã accepit, facerẽt de ea q̃d vellẽt ⌊recessit⌋ de tẽplo cũ grandi tristitia ⌊& abiens, laqueo se suspẽdit⌋ ex desperatiõe, sicq́ peccauit grauissime, nõ solũ desperãdo, sed etiã seip̃m interficiẽdo, atq; vt ait Hierony. grauius deũ offendit desperãdo, q̃ Chr̃m tradẽdo qm̃ traditio illa directè fuit cõtra Chr̃i hũanitatẽ, desperatio aũt cõtra diuinæ pietatis imẽsitatẽ, & cõtra summæ veritatis promissionẽ. Deus nãq; vniuersis verè pœnitẽtibus veniã, gratiãq́ promisit. Itaq; infelicissimus Iudas cõsiderãdo suo℞ sceler℞ enormitatẽ, doluit vehemẽ-

Actor.1. ter: sed nõ attẽdẽdo diuinæ mi̅æ infinitatem, desperauit insipiẽter, & sicut in Actibus apl'o℞ ait apl'us Petrus, suspẽsus crepuit medius, & diffusa sunt oĩa viscera ei⁹, & notũ factũ est oĩbus

Genes. 4. habitãtibus Hierl'm, sicq́ Iudas iste cũ Cain intra se dixit: Maior ẽ iniq̃tas mea q̃ vt veniã merear.

2. Regũ.17 Et cũ Achitophel cõsiliario Dauid ex tristitia vehemẽti suspẽdit seip̃m. Nã vt ait apl'us: Tristitia seculi mortẽ operatur. ⌊Principes aũt sacerdotũ, acceptis argẽteis, dixerũt: Nõ licet eos mittere ĩ carbonã⌋ .i. gazophilatiũ seu archã aut repositoriũ, in q̃ colligebant pecunias q̃ offerebant in tẽplo pro sustẽtatiõe sacerdotũ ac Leuita℞, vel ad necessarios tẽpli vsus, ⌊q̃a p̃-

Matt.23 tiũ sanguinis ẽ⌋ hypocritæ isti, q̃ iuxta Chr̃i verba colabãt culicẽ & glutiebãt camelũ, nõ fecerũt sibi cõsciẽtiã de hoc, ꝙ pro illis argẽteis Chr̃m emerũt, & emptũ occidere laborabant, imò hoc totũ sibi licitũ reputabãt, sed cõsciẽtiã sibi fecerũt de hoc, ꝙ p̃tiũ illud in arca reponerẽt pro vsibus tẽpli. Ideo loq̃tur August. Qualis simulatio fuit illa, pecuniã sanguinis nõ audere mittere in arcã, & ip̃m sanguinẽ mittere in cõsciẽtiã. Ho℞ hypocrita℞ imp̃ijssimã simulationẽ nũc q̃q; multi sequũtur, q̃ festucã vidẽt ĩ oculis proximo℞, trabẽ vero in oculis suis nõ vidẽt, & q̃ de aliq̃bus paruis culpis magnã vim faciũt, sed vitia grauiora dissimulãt, quorum vnicuiq; loq̃tur Chr̃s: Hypocrita, eijce primũ trabẽ de oculo tuo, & tũc p̃spicies vt educas festucã de oculo fratris tui. ⌊Cõsilio aũt inito, emerũt ex illis agrũ figuli⌋ q.s. ager ptinebat ad figulũ, lutea seu fictilia vasa formãtẽ, vel ex agro illo, accipiebant glebæ aptæ ad formationẽ vaso℞, q̃ fiebant à figulis, ⌊in sepulturã peregrino℞⌋ vt. s. peregrini in Hierusalẽ morientes ⌊sepelirẽtur⌋ in agro illo, ⌊propter hoc vocatus ẽ ager ille acheldemach .i. ager sanguinis,⌋ vtpote ager emptus pretio sanguinis Iesu, ⌊vsq; in p̃sentẽ diẽ⌋ q̃d vtiq; factũ est deo ordinãte, quatenus. s. ager ille & sepulchra q̃ fiebãt in eo, eẽnt memoriale assiduũ atq; ꝑpetuũ sceleris Iudæ & traditionis, passionisq́ Chr̃i, sicq́ principes sacerdotũ, q̃ memoriã Iesu Chr̃i cu-

Prouer.21 piebãt auferre de terra, nomẽ & memoriã eius celebriora fecerũt in terra. Nẽpe vt Salomon scripsit: Nõ est sapiẽtia, nõ est prudẽtia, nõ est cõsilium contra dñm. ⌊Tunc impletum est q̃d dictum est⌋ .i. prophetatũ est, ⌊per Hieremiam prophetã, dicẽtem: Et acceperũt⌋ ipsi principes sacerdotũ, ⌊triginta argẽteos p̃tiũ appretiati⌋ .i. q̃ argẽtei fuerũt p̃tiũ Chr̃i empti pro illis argẽteis, ⌊quẽ appretiauerũt à filijs Israel⌋ .i. quẽ Iesum Chr̃m ipsi principes sacerdotũ emerũt à Iuda, q̃ fuit de tribu & nũero filio℞ Israel, ⌊& dederũt eos in agrũ⌋ .i. pro emẽdo agro, ⌊figuli, sicut cõstituit mihi⌋ .i. reuelauit seu oculis cordis mei proposuit, ⌊dñs.⌋ Verũtamẽ aduertẽdũ, ꝙ verba ista nõ habẽtur in libro Hieremiæ, q̃ apud nos ẽ, sed S. Hieronym⁹

3. Regũ. 1. refert se ea vidisse in libro q̃dã Hebræo à Hieremia cõposita. Quidã em̃ prophetæ ediderũt

1. Reg.22. q̃dã volumina, q̃ nõ habẽtur, sicut ex libris Regum probat de libris Nathan & Gad & Addo propheta℞. Aliqui q̃q; dicũt, ꝙ iste sit verus textus. Tũc impletũ est q̃d dictũ est p prophetã dicẽtẽ, & ita dicũt habere libros antiq̃s, ita ꝙ illud Hieremiæ, nõ est de textu, sicq́ p prophetam intelligũt Zachariã, in cuius libri capitulo .11. authoritas ista sentẽtialiter cõtinet, q̃ legitur: Dixi, si bonũ est in oculs vr̃is, afferte mercedẽ meã: & si nõ, quiescite, & appẽderũt mercedẽ meã triginta argẽteos, & dixit dñs ad me. Proijce eos ad statuariũ deco℞ p̃tiũ, q̃ appretiatus sum ab eis, & tuli triginta argẽteos, & proiecit eos in domũ dñi ad statuariã. Quo℞ verbo℞ iste est sensus: Dixi ego Chr̃s dei filius incarnatus: Si bonũ est in oculis vr̃is .i. si bonum vobis apparet ô Iudæi, afferte mercedẽ meã .i. pro multis & magnis bñficijs q̃ vobis exhibui vicẽ mihi repẽdite, me debitè honorãdo, & si nõ videt vobis hoc bonũ, quiescite .i. omittite, & à cultu meo cessate, q̃d dñs ait: Nõ licẽtiãdo, sed illos suo libero arbitrio reliquẽdo, q̃m neminẽ cogit ab bonũ, & appẽderũt mercedẽ meã triginta argẽteos .i. bñficijs q̃ contuli eis, repẽderũt hãc vicẽ, & tã vilẽ me habuerũt, ꝙ pro triginta argẽteis me emerũt. Ista ac cætera

Johan.18 huius authoritatis verba sup Zachariã diffusius explanaui. ⌊*Adducũt ergo Iesum à Caipha in prætoriũ⌋ Aliqui textus habẽt, ad Caiphã in p̃toriũ, sed vt credit, verior ac planior litera est, à Caipha. Nam in Græco habetur à Caipha. Iohãnes aũt, cuius ista sunt verba, euãgelium suũ scripsit in Græco. Iamq́ p̃habitum ẽ, ꝙ mane facto exierũt pariter principes sacerdotum

A dotum, seniores ac scribæ de domo Caiphæ ad Pilatũ, p̃sentauerunt'q; ei Iesum. Porrò si lega-
« tur ad Caipham, dici potest ꝙ Caiphas forsan præcessit ad persuadendũ Pilato. Erat autẽ ma
« ne, & ipsi non introierunt in prætoriũ. Prætoriũ secundũ Bedã, dicit̃ quasi domus prætorũ,
per sycopã. i. præceptorꝝ, in qua erat tribunal & sessio p̃sidis. Hanc domũ non audebant intra
« re Iudæi, ne cõtaminarent̃. i. ne contra legẽ agendo peccarẽt, intrando domũ viri gentilis,
« sed vt manducarẽt pascha. i. azymos panes, q̃bus vescebant̃ septẽ diebus solẽnitatis pascha
lis, & illis panibus vesci nõ licuit nisi mũdis secundũ legẽ, sic'q; impijssimi isti Iudæi nõ fecerunt
sibi cõscientiã de sua cõtra Christũ inuidia, & ꝙ eũ ex inuidia conabant̃ occidere, sed de ingres-
su in domũ gentilis, q̃ ipsi peiores fuerunt. Ideo Augustinus exclamat: O stulta & impia cæci-
tas Iudæorꝝ, intrare domũ gentilis iudicis formidatis, & innocentẽ sanguinẽ fundere nõ hor-
« retis, q̃si inquinaremini sub habitaculo alieno, & nõ potius scelere proprio. Exiuit ergo Pi
« latus ad eos foras, deferẽs legi & obseruatiõi eorꝝ, dicens: Quã accusationẽ affertis. i. ap-
« portatis & allegatis aduersus hoĩem hũc? q̃si dicat, p̃sentatis eũ mihi vinctũ q̃si latronẽ & ho
« micidã, morte'q; dignũ, q̃d igit̃ imponitis ei? Rñderũt: Si nõ eẽt malefactor hic, nõ tibi tradi- Deu.5
« dissem⁹ eũ. Hoc dixerũt, vt viderent̃ legẽ seruare, q̃ in Exodo & Deut. iussit. Innocẽtẽ & iu-
stũ nõ interficies, & itẽ ac si dicerẽt, Tales ac tãti sumus, ꝙ de nobis p̃sumi nõ debet, ꝙ aliquẽ si Lucæ. 23
« ne iusta causa velim⁹ occidi. *Cœperũt ãt accusare illũ, dicẽtes: Hũc inuenimus subuertẽtem
« gentẽ nostrã, & ꝓhibẽtẽ tributa dari Cęsari, & dicẽtẽ se Chr̃m regẽ esse. Itaq; dũ Pilatus de
B cõi illa accusatiõe nõ esset cõtentus, q̃a erat à Romanorꝝ Imp. cõstitutus, nec erat consuetudo
Romanis dãnare aliquẽ hoĩem, nisi p̃sentes haberet accusatores, & locũ acciperet excusandi se Act. 25
vt in actibus ap̃lorꝝ narrat̃, ideo cœperunt Iesum accusare in speciali, & p̃sertim de tribus. Pri-
mo, ꝙ pp̃lm Iudæorꝝ mendaciter docuisset. Secũdo, ꝙ prohibuisset tributa solui Imperatori.
Tertio, ꝙ dixisset se esse regẽ p̃cipuũ Iudæorꝝ, videlicet Chr̃m, Sed sicut gn̄alis illa accusatio fu-
it falsa, ita & istæ speciales, saltẽ duæ primæ, Nã sup verba illa (si nõ esset malefactor hic) loquit̃
August. A dæmonibus liberati, infirmi curati, leprosi mũdati, surdi audiẽtes, muti loq̃ntes, cæci
vidẽtes, mortui resurgẽtes, claudi ambulãtes, paralytici de suis lectis exiliẽtes, dicãt an Chr̃s sit
« malefactor. *Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eũ vos, & secundũ legẽ vestrã iudicate eũ, ac si Johan. 18
dicat, Si peccauit in legẽ vestrã, iudicate eũ secundũ vestrã legẽ. Nã vir iste videt̃ mihi religio-
sus & sp̃ualis, de cuius iudicio inuite me intromitto, nec tales cõsueuerunt ad iudiciũ meũ ve-
nire, nec aliqua secularia crimina vident̃ ab isto cõmissa, ergo si forefecit forefactiõe digna pu-
« niri citrą mortẽ, castigate eũ secundũ legis vestræ tenorẽ. Dixerunt ergo ei Iudæi: Nobis nõ
« licet interficere quemq̃, etiã quãuis promeruit mortẽ. Hoc secundũ August. dixerunt, q̃a du
rante solẽnitate paschali nõ licuit eis occidere hoĩem propter reuerentiã festi, in q̃ pątres eorũ
fuerunt de Aegypto educti ac liberati. Sed secundum Chrysost. ideo hoc dixerunt, q̃a subiecti
erant Romanis, q̃ eis abstulerunt iudiciũ sanguinis, & minora iudicia cõcesserant eis. Sed obij-
ci cõtra hoc potest, ꝙ cito post Chr̃i passionẽ lapidauerunt Stephanũ sine recursu ad Pilati iu- Acto. 6
diciũ, vt legit̃ in actibus. Paulus quoq; refert se ante suã cõuersionẽ viros ac mulieres conclusisse Act. 26
in carceribus, & sup eos detulisse sñiam mortis. Sic itaq; responderunt, Nobis nõ licet interfi-
« cere quemq̃, quasi dicant, Non cõtentamur de isto, nisi interficiat̃. Porrò q̃d scribitur, vt ser-
« mo Iesu impleret̃, nõ sunt verba Pilati, nec Iudæorꝝ, sed Iohãnis Euangelistæ, interponẽtis
C hæc verba, ad insinuandũ q̃d sequutum sit ex præfata Iudæorꝝ responsione, ex qua sequuta est
verificatio verborꝝ Christi, q̃bus prædixit se à gentilibus occidendũ: Ecce, inquiens, ascendi- Matt. 20
mus Hierosolymã, & cõsummabunt̃ oĩa quæ dicta sunt per prophetas de filio hoĩs. Tradetur Marci. 10
em̃ gentibus, & illudet̃ & flagellabitur, & occident eum, sic'q; q̃d ait, vt, tenet̃ concomitãter, nõ Luc. 18
« causaliter. Sic igit̃ responderunt, vt impleret̃ sermo Iesu quẽ dixit, significans qua morte eẽt
« moriturus. Prædixit em̃ se à gentibus crucifigendũ. Introiuit ergo iterum in prætoriũ Pi-
« latus, vt seorsum examinaret diligentius Iesum. *Iesus aũt stetit añ p̃sidẽ voce silenti, hu-
« mili gestu, mẽte trãquilla, & vultu inclinato ad terrã, & interrogauit eũ p̃ses: Tu es rex Iudęo Matt. 27
« rũ? Quare nõ interrogauit, dixisti te esse regẽ Iudęorꝝ, sicut obiecerũt Iudęi? Rñdet̃, ꝙ Pilatus
magis credidit Iesu q̃ Iudęis, ideo credidit eũ nõ dixisse se esse regẽ Iudęorꝝ, nisi & esset. Porrò
de alijs duobus criminibus, Iesu obiectis, nõ examinauit Iesum. Nã primũ, videlicet ꝙ subuer-
tisset Iudæos docendo, nõ curauit, q̃m erat gentilis atq; idololatra, & Iudæos reputauit supsti-
tiosos. Secundũ vero, ꝙ. s. Iesus prohibuisset Cæsari solui tributa, nouerat falsum, q̃a percepit
Iesum dixisse ac respõdisse scribis ac pharisæis atq; Herodianis, Reddite quę sunt Cæsaris, Cæ Matt. 22
sari: & q̃ sunt dei, deo. Tertium vero, vc; ꝙ dixisset se regẽ, videbat̃ imperatorẽ tãgere, q̃ iussit Marc. 12
vt sine suo cõsensu & scitu nemo appellaret se regẽ. Erat nãq; Impator Romanus monarcha Luc. 20
mũdi, & Romani p̃cipue abstulerũt Iudæis regiã potestatẽ, ita ꝙ nullus de eorꝝ stirpe regnaret
ad humiliãdũ eorꝝ rebellionẽ cõtra Rom̃. Imperiũ, propter q̃d regnũ Iudæorꝝ diuiserũt in plu
« res partes, q̃bus & plures p̃fecerunt tetrarchas. Rñdit Iesus, mouendo aliã quæstionem, nõ
« soluendo Pilati interrogationẽ, A temetipso hoc dicis. i. an ex ꝓprio corde excogitasti ac

propoſuiſti q̃ſtionẽ p̃dictã, vcꝫ an ſim rex Iudæoꝝ, ⌊an alij tibi dixerunt de me⌋ ꝙ Iudæoꝝ
rex ſim. Nõ ex ignorãtia hoc q̃rit ſaluator, p̃ſertim q̄a iam in p̃ſentia ſua ac p̃ſidis dixerũt Iu- D
dæi: Hũc inuenimus dicẽtẽ ſe Chr̃m regẽ eẽ, ſed q̃rit vt ex reſpõſione Pilati cõueniẽtius ei de
claret qualiter ſit rex, & ad detegẽdã maleuolẽtiã Iudæoꝝ. ⌊Reſpõdit Pilatus: Nunq̄d ego »
Iudæus ſum?⌋ .i. cũ cõſtet me nõ eẽ Iudæũ, patet ꝙ à meipſo nõ q̃ro an ſis rex Iudæorum & »
Chr̃s eis promiſſus, p̃ſertim cũ videã te nõ eẽ regẽ de facto, nec rebellare Ro. imperio. ⌊Gẽs »
tua & põtifices tradiderũt te mihi, q̄d feciſti?⌋ ac ſi dicat, cũ à proprio populo & ſupremis e- »
ius p̄latis traditus ſis mihi viro gẽtili ac alieno, apparet ꝙ multũ offenderis eos & graue aliq̄d
egeris. ⌊Reſpõdit Ieſus⌋ ad q̃ſtionẽ an eẽt rex, nõ ad vltimũ iſtud, q̄d feciſti. ⌊Regnũ meum »
nõ eſt de hoc mũdo⌋ .i. tp̄ale & terrenũ dominiũ nõ aſſumo, nec mihi aſcribo, nec veni ad re- »
gnãdũ cũ ptãte & eminẽtia ſeculari, ⌊ſi ex hoc mũdo eẽt regnũ meũ⌋ .i. ſi tp̄alẽ iuriſdictionẽ »
& principatũ mũdanũ exercerẽ ⌊miniſtri vtiq; mei decertarẽt⌋ .i. pro me pugnarẽt ⌊vt nõ »
traderer Iudæis⌋ q̄a de eoꝝ manu eruerẽt me, ſcd̃m q̊d ſerui ſeculariũ regũ ſolẽt pro regibus »
ſuis pugnare, ne hoſtibus ſuis tradãtur. ⌊Nũc aũt regnum meũ nõ eſt hinc⌋ .i. de ſeculo iſto, »
Luc. 1 nec mũdiale, ſed cęleſte ac ſp̃uale, q̄a in mẽte fidelium regno p fidẽ & gr̃am. V n̄ angelus Ga-
briel dixit virgini glorioſæ de Chr̃o: Dabit illi dñs deus ſedẽ Dauid pr̃is eius, & regnabit i do
mo Iacob in ęternũ, & regni eius nõ erit finis. ¶ Pręterea aduertẽdũ, ꝙ aliq̄s dr̃ rex dupliciter
puta de facto & de iure. Chr̃s aũt qñ hæc dixit, non fuit rex Iudæoꝝ de facto, ſed de iure, q̄m
Hiere. 23. erat Meſſias rex i lege & prophetis promiſſus. De q̊ Hieremias p̃dixit: Regnabit rex & ſapiẽs
Pſal. 71 erit. Et pſal. Deus iudiciũ tuũ regi da, & iuſtitiã tuã filio regis. Daniel q̊q; Antiqu⁹ dieꝝ (vcꝫ
Daniel. 7. pr̃ æternus) dedit ei ptãtẽ & honorẽ & regnũ. Iteꝝ aliq̄s dr̃ rex dupl̃r: Primo, rõne tp̄alis & E
exterioris dominij, & ita Chr̃s nõ fuit rex, imò in pauptate & humilitate venit, vt iudicaret,
Iohan. 6. nõ vt ſeculariter iudicaret. Ideo cũ Iudæi q̄dã voluiſſent eũ facere regẽ, recuſauit & fugit. Si-
Luc. 12. mil̃r cũ q̄dã ei dixiſſet. Dñe, dic fratri meo vt diuidat mecũ hęreditatẽ. Rñdit: O hõ, q̄s me cõ
ſtituit principẽ aut iudicẽ ſup vos? Scd̃o aliq̄s dr̃ rex rõne ſp̃ualis ac iterioris dñij, ſicq; Chr̃s
in p̃rio ſuo aduẽtu, dũ p̃dicauit & euãgelicã legẽ propoſuit, cępit i ſuoꝝ cordib⁹ diſcipuloꝝ
atq; credẽtiũ p fidẽ & charitatẽ regnare, & poſt ſuã reſurrectionẽ ac miſſionẽ ſp̃us ſc̃ti latiſſi-
me cępit regnare, p̃rio in multis milib⁹ Iudæoꝝ in Hier̃lm & in oñi Iudęa & Galilęa atq; Sa
Zacha. 6. maria, & deinde p totũ orbẽ terraꝝ, iuxta illud Zachar. Ecce rex tuus veniet tibi, ptãs eius à
Daniel. 7. mari vſq; ad mare, & à fluminibus vſq; ad fines terrę, iuxtaq; illud Dañ. Oẽs ppl̃i, trib⁹ & lin
Eſaiæ. 9. guæ ſeruiẽt ei. V n̄ & p Eſaiã p̃dictũ fuit: Sup ſoliũ Dauid & ſup regnũ ei⁹ ſedebit, ſicq; regnũ
Chr̃i incipit i hac via in militãti eccl̃ia, & cõplet̃ ac ppetuat̃ in pr̃ia & i eccl̃ia triũphãti. Ideo
Daniel. 7. Daniel ait: Ptãs eius, ptãs ęterna, q̃ nõ auferet̃, & regnũ ei⁹ q̊d nõ corrũpet̃. Hi q̊q;, puta fide-
les electi, in q̄bus regnat Chr̃s p fidẽ & gr̃am, nõ ſunt de hoc mũdo .i. de ſorte & nũero Baby
lonicæ ciuitatis & eccl̃iæ malignoꝝ ſeu hoĩm mũdanoꝝ, de q̄bus Chr̃s dixit i ſermone poſt
Iohan. 17. cęnã, de mũdo nõ ſunt, ſicut & ego nõ ſum de mũdo. ¶ Inſup, Chr̃us ſcd̃m naturã diuinã fuit
ſemp & ẽ rex Iudęoꝝ, cœli & terræ, creaturarũq; oĩm, iure creatiõis & gubernationis. Iuxta
Iob. 34 illud: Quẽ cõſtituit aliũ ſup terrã, aut quẽ poſuit ſup orbẽ quẽ fabricatus eſt? Scd̃m aſſumptã
quoq; humanitatẽ fuit dñs & rex vniuerſæ creaturæ, quãtũ ad ptãtem creatã, delegatã & mi
niſterialẽ, nondũ tñ quãtũ ad vſum & manifeſtationẽ. Nã eoipſo q̃ Chr̃i humanitas fuit im- F
Iohan. 3 mediate vnita verbo æterno hypoſtatica ſeu pſonali vnione, fuit cũctis creaturis p̄lata. V n̄
Iohan. 17. & Chr̃s diu añ paſſionẽ ſuam locutus eſt apud Iohãnẽ: Pater diligit filiũ, & oĩa dedit in manu
Iohan. 18. eius. Paſſione q̊q; inſtãte, poſt cęnã de ſeipſo dixit ad patrẽ: Dediſti ei ptãtẽ oĩs carnis. ⌊Di- »
xit itaq; ei Pilatus: Ergo rex es tu? Reſpõdit Ieſus: Tu dicis, q̄a rex ſum ego⌋ ſicut modo ex- »
poſitũ eſt, ⌊ego in hoc natus ſum (ex virgine matre) & ad hoc veni in mũdũ⌋ p incarnatiõis »
myſterium, ⌊vt teſtimonium phibeam veritati⌋ hoc eſt, ideo factus ſum homo & inter ho- »
mines cõuerſatus ſum, vt omnem veritatem neceſſariam ad ſalutem hominibus pandam ac
doceã, & veritati tẽpore opportuno atteſter. ⌊Oñis q̄ eſt ex veritate, audit vocẽ meã⌋ .i. q- »
cũq; eſt verus & obediẽs diſcipulus veritatis ſupnaturalis & euangelicæ legis, acquieſcit meæ
doctrinæ. Oñis q̊q; q̄ ex ſumma veritate (quæ deus eſt) natus ẽ & proceſſit, nõ ſolũ p creatio
nem, ſed itẽ per p̃deſtinationẽ & gratiam, credit atq; obedit mihi. V n̄ & antea dixit ſaluator:
Iohan. 8 Qui ex deo eſt, verba dei audit. ⌊Dixit ei Pilatus: Quid eſt veritas?⌋ Hoc opportunè q̃ſiuit »
Pilatus tanq̃ iudex, q̄a ad iudicẽ maxime ptinet veritatẽ cognoſcere. Quæ ſiuit aũt veritatis
diffinitionẽ, vel q̃ ſit veritas illa, de qua dixerat Chr̃us: Oñis q̄ eſt ex veritae, audit vocẽ meã
Multa hic dici poſſent de veritate, q̄d ſit, & de multiplici veritatis diſtinctiõe. Eſt etẽi veri
tas creata & increata. Itẽ eſt veritas rei & veritas propoſitionis. Rurſus eſt veritas vitæ, veri-
tas doctrinæ, veritasq; iuſtitiæ, veritas quoq; moralis, ſed de his pertranſeundum eſt hic, de
quibus Richardus de Media villa pulchre tractat ſup primũ ſententiaꝝ. Anſelmus q̊q; in li-
bro de veritate, & Thomas præcipue in ſumma de veritate. ⌊Et cũ hoc dixiſſet, exiuit iteꝝ »
ad Iudęos⌋ Ex hoc videtur ꝙ Pilatus nõ expectauit reſpõſionẽ ad hãc quæſtionẽ, & forſan »

Chr̃us

Chrūs nō disposuit se ad respōdēdū, & Pilatus multipliciter occupatus, festinauit se expedire
A de Chro, eūq; liberare, qa aduertit innocētiā eius, atq; vt ait Augustinus, Pilato repēte occur
rit modus q̄ possit Chrm eruere, qa recordabat cōsuetudinis Iudæorum, q̄ eis vnus reus dimit-
tebat in pascha. Dicit etiā q̄ si Chrs exposuisset Pilato qd sit veritas, Pilatus ita affectatus fu-
isset ad Chrm, q̄ eū nequaq̄ dānasset ad mortē. Ideo Chrs nō respōdit ad hoc Pilato, q̄ rōne Lucæ. 23.
« nec paulo post respōdit Herodi, nec corā eo aliq̄d signū facere voluit. ⌊*At illi (puta Iudæi)
« inualescebāt⌋ nō rōne, sed inquietudine & tumultu. i. fortius q̄ añ cōtra Iesum clamabāt, vt
« sua importunitate ac strepitu p̄ualerēt, ⌊*& accusabāt eū summi sacerdotes in multis⌋ dicē- Matt. 27
« tes: ⌊*Cōmouit⌋. i. inquietauit & eduxit, ⌊populū, docēs p̄ vniuersam Iudæā, incipiēs à Ga Lucæ. 23.
« lilæa (& pueniēs) vsq; huc⌋. i. vsq; Hierusalē. ⌊Pilatus aūt audiēs Galilæā⌋ noīari, ⌊interroga Luc. 2
« uit si homo Galilæus esset⌋. i. nutritus & cōmoratus in Galilæa. Siqdē natus fuit in Bethleem
« Iudę. i. vrbe Iudææ, nō Galilææ, ⌊& vt cognouit⌋ ab his q̄s interrogauit ⌊q̄ de Herodis eēt Matt. 2
« ptāte⌋. i. de Galilæa, in qua præsidebat Herodes iste, q cognoiabatur Antipas, filius Herodis
« Ascalonitæ, q trucidauit infantulos, sicut iste beatissimū Iohānē Baptistā, ⌊remisit eū ad He
« rodem, cōfidēs q̄ adiutorio Herodis liberaret, & vt se exoneraret de iudicio Iesu. ⌊Herodes
« aūt viso Iesu, gauisus est valde⌋ cui tñ potius debuit cōdolere, attñ gauisus fuit nō de Iesu tri-
« bulatione, sed de rei desideratæ adeptiōe. Nam subdit: ⌊Erat eñ ex multo tpe cupiēs videre
« eū, eo q̄ multa audierat de illo⌋ videlicet de miraculis, sapiētia, eloquētia & virtutibus Chri
« ⌊& sperabat signū (. i. miraculū) aliq̄d videre fieri ab eo⌋ sicq; gaudebat de Iesu p̄sentia ex cu
riositate magis q̄ ex deuotiōe, & qm̄ Iesus videbat tūc indigere Herodis auxilio, præsumpsit
Herodes q̄ ad nutum impetraret à Iesu oīe q̄d vellet & Iesu possibile eēt. Fuit aūt Herodes
B iste Hierosolymis his diebus festi paschalis, propter reuerētiā tātæ celebritatis, & qa circūci-
sus fuit, sicut & pater eius. Fuit quoq; ex parte matris suæ Iudæus & Hierosolymitanus, vt re-
« citat Iosephus. ⌊Interrogauit aūt eū multis sermonibus⌋. i. Herodes multa q̄siuit à Iesu, &
creditur q̄ interrogauit an ipse Iesus eēt ille, propter quē pater suus Herodes occidit infantes
& an veraciter eēt Chrūs in lege promissus, an etiā eēt de q̄ tanta fama fuit diffusa, & q tot &
tanta dicebatur fecisse miracula, atq; de cuius aduētu & excellētia p̄dicauerat multa Iohānes
« Baptista. ⌊At ipse nihil illi respōdebat⌋ sciens q̄ ex curiositate quæsiuit, & qm̄ dñs Iesus no-
luit p̄ sua responsa liberari Herodis auxilio, qui non p̄misisset Iesum occidi, si vidisset eū aliq̄d
« facere signū, aut cōuenietia dare responsa. ⌊Stabāt aūt principes sacerdotū & scribæ cōstā-
« ter⌋ hoc est pertinaci & irrefrenata audacia, ⌊accusantes eum⌋ sicut fecerunt coram Pilato.
« ⌊Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo⌋ id est, Herodes ac sui ministri spreuerunt
Iesum tanq̄ ignarum & fatuū, eo q̄ regi non exhiberet honorē, nec responderet ei à quo tam
« faciliter poterat auxiliū obtinere, ⌊& illusit indutum veste alba⌋ quasi simplicianum & stul-
« tum, ⌊& remisit (eum ad Pilatum⌋ deferēs in hoc Pilato honorem, quemadmodum Pila-
« tus detulit ei. ⌊Et facti sunt amici Herodes & Pilatus⌋ ex mutua illa reuerētiæ exhibitione.
« ⌊Nam antea inimici erant ad inuicem⌋ Pilatus nāq; occiderat quosdam Galilæos ad Hero-
dis dominium pertinentes, sicq; Pilatus falcem suam misit in messem alienam. i. potestatē &
iurisdictionē exercuit in subiectos Herodi, q̄ ipse ægrè accepit.

¶Quomodo Chrūs ad crucē postulatus, qūo flagellatus, coronatus, populoq; mōstratus, atq; ad tribunal fuerit adductus. Arti. X.

C Pilatus autē conuocatis principibus sacerdotū & magistratibus & plebe, dixit ad eos:
« Obtulistis mihi hūc hominē quasi auertētem populum⌋ Iudæorum à recta doctrina,
« ⌊& ecce ego coram vobis interrogans⌋ hoc est, causas mortis examinās & inquirēs
« tam à vobis q̄ à Iesu, ⌊nullā causam inuenio in homine isto ex his, in quibus eum ac-
« cusatis⌋. i. nō inuenio vera eē quæ ei imponitis, & si aliq̄d tale est verum, nō tamē est morte di
« gnum, ⌊sed neq; Herodes⌋ repperit in eo excessum hmōi. ⌊Nā remisi vos ad illū, & ecce ni
« hil morte dignū actū est ei⌋ videlicet Iesu. i. Herodes non intulit huic homini aliqd, ex quo
« possit probari, q̄ Herodes senserit eū mortē promeruisse. ⌊Emēdatum ergo eū dimittā⌋. i.
faciā Iesum castigari seu flagellari, vt sic satisfiat vobis, si forte vobis in aliq̄ forefecit, & sic eū
« absoluam, & liberè p̄mittam abire. ⌊*Et cū accusaret (Iesus) à principibus sacerdotū, nihil re
« spondit⌋ quia iam tēpus fuit tacēdi ac patiēdi, & adimplēdi, quod Esaias de ipso prædixit. Matt. 27
« Tanquam agnus coram tondēte se obmutescet, & nō aperiet os suum. ⌊Pilatus ergo rursus Esaiæ. 53
« interrogauit eum, dicēs⌋ ex compassione & admiratione, ⌊non respondes quicquā?⌋ quasi Marc. 15
dicat. Mirum q̄ ita stas & siles nec te expurgas, qui hucusq; reputatus fuisti tam sapiēs & fa-
« cundus, ⌊vide in quantis (excessibus) te accusant⌋ Plura quippe obiecerant Christo q̄ Euā-
« gelistæ scripserunt. ⌊*Non audis quāta aduersus te dicunt testimonia? Et nō respondit ei⌋ Matt. 27
« pro tunc, ⌊ad vllum verbum, ita vt miraretur præses⌋ puta Pilatus iudex, ⌊vehemēter⌋ Sci
uit nāq; Pilatus q̄ Iesus potuisset se facilime excusare, & vnico verbo flatum & vētum verbo-
rum accusantiū Iudæorum deijcere, cassare & exsufflare, præsertim cū haberet iudicē pro se.

 ¶Præterea

¶Praeterea om̃ia nunc praetacta sunt nobis distincte ac diligentissime cõsideranda, vtpote om̃is D
illa ineffabilis patiẽtia filij dei, & ꝙ tot & tãtas illusiones, confusiones, iniurias atq; blasphemias,
propter nos tolerare dignatus est, ꝙ toties de iudice ad iudicẽ missus ẽ, & ĩ alba veste tã ignomi
niose confusibiliterq́ irrisus est, & ꝑ plateas Hierl'm ductus est corã tot milibus hoĩm. In om̃i-
bus quoq; his intueamur nõ absq; praecordiali cõpassione, qualẽ & quantũ dolorẽ, cõpassionẽ,
pudorẽ sustinuit affectuosissima atq; pijssima mater Iesu in om̃ibus istis, vidẽs vnicũ & dilectissi
mũ filium suũ, cuius dignitatẽ, teneritudinẽ, ac innocẽtiam certissimè nouerat, ita tractari, irri
deri, & tanq̃ stolidũ atq; vilissimũ ab om̃ibus subsannari. Et ecce haec om̃ia propter nos ꝑtulit
dñs noster, vt eum sequamur. Sed vae nobis q̃ non solũ dedignamur iniustas & falsas accusatiões
aequanimiter ferre, imò & charitatiuas & veras ac iustas correptiões indignãter suscipimus, &
correctiões debitas dura ceruice repellimus, despici abhorremus proprias laudes amplectimur
nõ pẽsantes vitia & pctã, q̃bus sordemus, neq; rigorẽ diuini iudicij ac tormẽta quae patiemur.
Vbi iã amatores & filij seculi huius, q̃ ĩ vestimẽtorum & ornamẽtorum suorum ꝑtiositate, põpa, curio-
sitate ac multitudine gloriant̃, & vestibus, nõ virtutibus cõplacere q̃runt hoĩbus? q̃d rñsuri sunt
Christo, q̃ pro eis alba veste illusus ẽ, & vestitu simplici atq; humillimo sem̃p incessit? Nequaq̃
Chr̃iani vocari merent̃, q̃ sic Christo ĩ om̃ibus cõtrariant̃. ¶Porro vnusq̃sq; vestire se debet iu
xta exigẽtiã suę vocatiõis aut professionis seu legis. Cũ ergo lex Christi sit lex totius hũilitatis,
simplicitatis ac maturitatis. Hoc ad oẽm ꝑtinet Chr̃ianũ, vt vestimẽtis hũilitatẽ simplicitatẽ ac
maturitatẽ mõstrãtibus induat̃, oẽmq́ suꝑfluitatẽ, vanitatẽ, & pompã deuitet. Praesertim quia
(vt sancti patres Hieronymus atq; Chrysostomus cõtestant̃) vir aut mulier se ornans, & suo or
natu aut vestitu aliorum oculos in se prouocãs, etiã q̃uis nullũ malũ seu scãdalum inde sequat̃, aeter- E
nũ tñ suppliciũ patiet̃: q̃a venenũ ꝑbuit, si fuisset q̃ biberet. Attẽdãt haec q̃ ĩ nouitatũ & vanitatũ,
imò & fatuitatũ suarum adiuẽtiõibus, iucũdãt̃, vestibusq́ vtũt̃ nũc nimis lõgis, nũc nimis breuibus
nũc nimis arctis, nũc nimis amplis, nũc fractillatis & scissis, raro aut nunq̃ mediũ obseruantes, ita
vt in om̃ibus magis irrisi q̃ vestiti appareant. Propter quae etiam Sarraceni & Iudaei Chr̃ianos
iuste deridẽt. Abijciamus ergo haec om̃ia, nec aliq̃s aĩam proximi sui venet̃ ad mortẽ, sed Chri-
sti humilitatẽ sectemur in cõuersatiõe, vestitu ac moribus. ¶Insuꝑ attẽdamus, quoties filius dei
propter nos ductus est de iudice ad iudicẽ. Ductus est em̃ primo ad Annã põtificẽ, scđo ab An-
na ad Caipham, tertio à Caipha ad Pilatum, quarto à Pilato ad Herodẽ, quinto ab Herode du
ctus ẽ denuo ad Pilatum, sexto Pilatus Iesum flagellatum spinisq́ coronatum atq; purpurea ve
ste indutum, eduxit ad principes sacerdotum, septimo ductus est ad tribunal Pilati, vbi accepit
mortis sñiam. ⌊Per diem autẽ solẽnem (.i. ĩ solẽnitate paschali) consueuit praeses dimittere po »
pulo (Iudaeorum) vnum ex vinctis, quẽ voluissent⌋ .i. quem populus elegit sibi dimitti. Istud obti »
nuerunt Iudaei à Romanis, vt in honorem & memoriam liberationis pr̃m suorum ex Aegypto,
dimitteret̃ eis vnus ex reis. ⌊Habebat autẽ Pilatus tunc vinctum insignẽ⌋ .i. in prauitate & faci- »
Johan.18 norositate famosum & eminentẽ, ⌊qui dicebat̃ Barabbas.* Eratq́ Barabbas latro,* qui erat se- »
Marc.15 ditiosus.* Et propter seditionẽ factã in ciuitate & homicidium, missus fuit in carcerẽ⌋ Vnde pa »
Luc.23 tet excessus malitiarum ipsius. ⌊*Et cum ascendisset turba⌋ .i. cum Iudaei accessissent ad Pilatum, »
Marci.15 ⌊rogabat, sicut semper faciebat illis⌋ .i. petierunt sibi vnum reum dimitti, sicut om̃i anno tp̃e »
Matt.27 paschae, q̃ diu praefuit, facere consueuit.* ⌊Pilatus autẽ respondit: Quem vultis dimittã vobis? »
Barabbam, an Iesum qui dicit̃ Christus? ⌋ Pilatus tunc multos tenebat in carcere, sed coartauit »
Iudaeos, vt eligerẽt sibi dimitti vnum horum duorum, putans quòd nequaq̃ peterẽt Barrabbam si F
bi dimitti magis q̃ Iesum. Vnde si habuisset peiorẽ quàm Barabbã, arctasset Iudaeos ad eligen-
Marci.15 dum vel illum aut Iesum. ⌊* Sciebat em̃ quod per inuidiam,⌋ hoc est, ex inuidia ⌊tradidissent »
eum summi sacerdotes⌋ Sed vnde hoc sciuit? Dicendum quòd Pilatus frequẽter audiuit loqui »
de Iesu, & de eius miraculis atq; discipulis, de sapiã & eloquẽtia eius, & quàm acriter & constãter
corripuit superiores Iudaeorum, & qualiter propter hoc eũ oderunt ac ꝑsequebant̃. Vñ in Chroni
cis legit̃, quòd Pilatus aliquãdo scripsit epistolã Tyberio imperatori de mirabilibus Iesu Chri-
Matt.27 sti. ⌊* Principes autẽ sacerdotum & seniores ꝑsuaserunt populo⌋ Iudaeorum astãti, ⌊vt pete »
rent Barabbam (sibi dimitti) Iesum vero perderet⌋ .i. peterẽt crucifigi. Mirum ꝙ ppl's, qui pau- »
loante ita afficiebat̃ ad Iesum & currebat post eum, potuit subito ita auerti ab eo, sed pontifices
& seniores, scribae, ac pharisaei populo nunc concorditer ac feruenter persuaserunt, quòd Ie-
sus populum decepisset, & legem Mosi violaret, atq; blasphemus esset in deum. Propter quod
expediet pro conseruatione Reipublicae, quòd peterent Iesum occidi, ne omnes periclitaren-
Johan.11. tur per vnum, secundum quod Caiphas antea dixerat: Expedit vobis vt vnus moriatur homo
Luc.23 pro populo, & non tota gens pereat. ⌊* Exclamauit autem simul vniuersa turba,⌋ Iudaeo- »
rum, ⌊dicens: Tolle hunc⌋ Hoc est, Iesum aufer de medio & occide, ⌊& dimitte nobis Barab- »
bam.⌋ ¶Praeterea, ex aspernatione dixerunt: Hunc, tanquàm Iesus indignus esset nominari »
Lucae.23. ab eis, sicut & supra dixerunt: Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram. Hic Augusti-
nus exclamat: O cęcitas Iudaeorum, o furia Phreneticorum, dicentium: Noli dimittere hũc, sed
Barab-

A Barabbam. Quid eṁ fuit hoc petere, nisi occidat̃ q mortuos suscitauit, & dimittat̃ q viuos tru Matt. 27
" cidauit, vt iteꝝ occidat viuos? ⌊*Iteꝝ aũt Pilatus loquutus ẽ ad illos, volẽs dimittere Iesum,
" & ait: Quid igit̃ faciã de Iesu, q dr̃ Chr̃s? *Quid vultis vt faciã regi Iudæoꝝ?⌋ .i. ei cui vos im Marc. 15.
ponitis, ꝙ appellauit se regẽ Iudæoꝝ ac Chr̃m, de q̃ tñ mihi satisfecit, ꝙ imperatori in hoc Lucæ. 23.
" nõ derogauit, dicẽdo: Regnũ meũ nõ est de hoc mũdo. ⌊*At illi clamauerũt: Crucifige cru-
" cifige eũ.⌋ Repetitio verbi istius, crucifige, magni desiderij & cõfirmati in malo propositi fu-
" it indiciũ, qa vt psalmista p̃dixit: Firmauerũt sibi sermonẽ malignũ. ⌊Pilatus aũt tertio dixit Psal. 63
" ad illos: Quid eṁ mali fecit iste? nullã causam mortis inuenio in eo. Corripiã ergo illũ⌋ .i. fa
" ciam flagellari, ⌊& dimittã⌋ sicut iã antea dixit: Emẽdatũ igit̃ illũ dimittã. ⌊At illi instabãt
" vocibus magnis, & magis clamabãt, postulãtes vt crucifigeret̃.⌋ quatenus suo tumultu & fu-
riosa clamore extorquerẽt à iudice, quod p viã iustitiæ nõ poterãt obtinere, ac si dicerẽt ipo Johan. 19
" facto: Nequaq̃ potest eẽ pax in cõmunitate, nisi facias istũ occidi. ⌊*Tũc ergo apprehẽdit Pi
" latus Iesum & flagellauit⌋ .i. fecit Iesum à suis militibus apprehẽdi, nudari & alligari colũnæ,
ac cædi flagellis, q̃d tamẽ Pilatus nõ fecit, Iesum ꝑsequẽdo, sed vt satisfaceret animo Iudæoꝝ,
& eos placaret, cũ Iesum cernerẽt flagellatũ. De hac Chr̃i immanissima & crudelissima fla-
gellatione sancti multa scripserũt, & specialiter sancta Brigitta vidua in reuelationibus suis, q̃
infra tãgẽtur. Pẽsemus ergo ex corde, quãta pro nr̃a saluatiõe sustinuit rex cœloꝝ. O q̃ eru-
bescibilis fuit illa eius nudatio corã tot milibus hoĩm, q̃ cõfusibile fuit sic ad columnam ligari
eũ, q antea fuit in tãta reuerẽtia à populo habitus, q̃ pœnosum fuit tenerrimo ac nobilissimo
B corpi Chr̃i flagellis taliter dilaniari. Nã milites illi feroces, imò ribaldi crudeles, vilesq; gar-
riones, ad cõplacẽdũ Iudæis, vel forte ab eis inducti munerib⁹ vel promissis, multo crudelius
flagellauerũt Iesum, q̃ eis fuit cõmissum aut fieri cõsuetũ. Studeamus igit̃ dño saluatori eẽ gra
ti, & oĩm hoꝝ iugiter recordemur, ac eius amore, etiã pro oĩ nr̃a trãsgressione ac culpa fla-
gellemus q̃tidie corpa nr̃a abstinẽtijs, ieiunijs & sacris vigilijs, disciplinis, seu virgaꝝ & flagel
loꝝ verberibus, asperitateq; vestis, lectisternij q̃q; duritia. Vere eṁ nil cõdignum repẽdere
possumus huic flagellatiõi saluatoris ac regis nostri, etiã si q̃tidie cẽties flagellaremur vsq; ad
sanguinis effusionẽ, omniũq; syluaꝝ virgæ cõsumerẽtur ictibus sup fæda & vitiosa corpora
" nr̃a. ⌊*Et milites p̃sidis⌋ Hic describit̃ spinea coronatio Chr̃i, quã Chrysostomus dicit, fa- Matt. 27
ctam post dijudicationẽ Chr̃i ad mortẽ, seu post iudicialẽ Pilati sentẽtiã de Chr̃i crucifixiõe Chrysost.
Nã & ex descriptiõe Matthæi Euãgelistæ ita videt̃. Tũc dimisit illis Barabbã, Iesum vero fla
gellatũ tradidit eis vt crucifigeret̃. Tũc milites p̃sidis suscipiẽtes Iesum in pretorio, sed in hoc
Matthęus Euãgelista nõ seruat ordinẽ rei gestæ in historica narratõe, nisi q̃d ait, tunc, expo
natur in tp̃e illo, & nõ post p̃fatã sentẽtiã. Iohãnes nãq; euãgelista euidẽter testat̃, ꝙ corona- Johan. 18
tio spinea Chr̃i, sentẽtiã illa p̃cessit. Itaq; milites p̃sidis suscipiẽtes Iesum .i. disligãtes eũ à co-
lumna, quam vtiq; columnã dñs & saluator, ardẽtissimus oĩm hoꝝ maxime electoꝝ amator
pro nr̃a redẽptione tã affectuose amplectebat̃ dũ ligabatur ad eã, ꝙ nunq̃ spõsus spõsam suã
tam amorose est amplexatus. Nẽpe si aliqui hoĩes virtuosi tã ardẽter diligũt proximos suos,
& quidã prælati tã feruidè amãt subditos suos, ꝙ pro eis, imò pro vnoquoq; eoꝝ mallẽt cen-
ties mori, q̃ pmitterẽt illos (quãtũ in se est) æternaliter cõdẽnari, q̃to magis de vnigenito dei
C incarnato credẽdũ est, ꝙ vnicã illã mortẽ & passionẽ ardẽtissimo atq; incõparabiliter prom-
" ptissimo corde sustinuit pro gñali oĩm electoꝝ suoꝝ liberatiõe à ꝑpetua dãnatiõe, priuatio-
" ne vę gloriæ, & pro beatificatiõe eoꝝ æterna, ⌊duxerũt eũ intro in atriũ p̃torij⌋ q locus ap-
" tus & oĩbus patulus fuit, ⌊& cõgregauerũt ad eũ vniuersam cohortẽ⌋ vt i oĩm p̃ntia Chr̃m
ignominiosissime, crudelissimeq; tractarẽt, q̃tenus publice illuderet̃ & inhonoraret̃, q (vt si-
" bi iponebat̃) voluit pro rege haberi ac publice honorari, & sic eius illusio ei pęnalior eẽt, ⌊&
" exuẽtes eũ proprias vestes⌋ q̃s eũ iã semel exuerũt prope colũnã, sed eo flagellato, fuit eis rur
" sus indutus, ⌊chlamydẽ coccineã circũdederũt ei⌋ .i. purpureã vestẽ eũ induerũt, vt irriso-
" rie vestiret̃ vt rex. Nã reges purpura vti solẽt, ⌊& plectentes coronã de spinis⌋ .i. de iuncis
marinis, in littore maris nascẽtibus, vt cõiter dicũt expositores, q iunci sunt acuti instar spina
rũ. Vnde Nicolaus de Lyra refert se audisse à q̃dã, q cũ sancto Ludouico rege Francoꝝ fuit
" in partibus trãsmarinis, ꝙ iunci illi sunt ita acuti, ꝙ sensit punctiões eoꝝ p calceos suos, ⌊po-
" suerũt sup caput eius⌋ angelicis p̃tãtibus honorãdũ, pro diademate regio, ⌊& arũdinẽ in de
" xtera eius⌋ pro sceptro regali, ⌊& veniebãt ad eũ⌋ cũ ficta & derisoria reuerẽtia q̃si ad regẽ,
" ⌊& genu flexo añ eũ, illudebãt ei⌋ vt sic eoꝝ illusio corrñderet Iudęoꝝ accusatõi. ⌊*Et cępe Marc. 15
" rũt salutare eũ, dicẽtes: Aue rex Iudęoꝝ.⌋ q̃d ironicè dixerũt ad sensum cõtrariũ, tãq̃ dicerẽt:
" Væ tibi miser, q te iactasti eẽ regẽ Iudęoꝝ, ⌊& dabãt ei alapas⌋ tanq̃ vanissimo homini, ⌊&
" acceperũt arũdinẽ⌋ quã posuerũt in dextera eius, ⌊& pcusserũt caput eius⌋ dignissimũ, q̃d sa
" cratissimus Iohannes Baptista tangere vix audebat, ⌊arundine⌋ vt sic spinea illa corona ca- Matt. 3
piti eius profundius atq; pœnosius imprimeretur, tuncq; ex diuinissimo capite sanguis sa- Johan. 1
cer copiosissime fluxit, intantum quòd sancti oculi eius ac aures sanguine implebantur, ita
ꝙ cum

ꝙ cum digitis ſuis ſacris ſanguinem terſit ex oculis ſuis, ⌊& conſpuerunt in eum⌋ tanquàm in
viliſſimũ ac ſtolidiſſimũ præſumptorẽ, qui nõ obſtãte ſua paupertate, iactaſſet ſe regẽ, deoq́ꝫ di
gnus eſſet tãta cõfuſione & oĩ ludibrio regio honori cõtrario, ⌊& poẽtes genua⌋ ſup terrã,
poſtq̃ ſtãdo cõſpuerũt faciẽ eius, ⌊adorabãt eũ⌋ adoratiõe duliæ, q̃ reges & ſublimes pſonæ
adorari cõſueuerũt. Soli aũt deo debeť adoratio latrię. Illã tñ adorationẽ exhibuerũt Chr̃o cũ
maximo eius deſpectu. Dicit aũt Chryſoſtomus, ꝙ Chr̃m ſic coronauerũt & irriſerũt ac pcuſſe
runt nõ ex mãdato Pilati, ſed pecunia à Iudęis inducti. Auguſtinus vero ſentit, ꝙ mãdato aut ſal
tem pmiſſione Pilati hęc egerint, q̃tenus Iudæi viſa tãta Chr̃i correptõe, pfectius placarenť, q̃d
verius reputať, qa nec veriſiľe æſtimať, ꝙ plura ſupplicia auſi fuerint Chr̃o infligere nondũ di-
Iohan. 19 iudicato, q̃ præſes p̃cepit aut ſaltẽ pmiſit. ⌊*Exijt iteꝝ Pilatus (extra p̃toriũ) & dixit Iudæis: Ec
ce adduco eũ foras⌋ ſic emẽdatũ, ⌊vt agnoſcatis, qa nullã cauſam mortis inuenio in eo⌋ quaſi
inueniſſem in eo, dediſſem cõtra eũ mortis ſñiam ⌊exijt ergo Ieſus portãs ſpineã coronã & pur
Pſal 44. pureũ veſtimẽtum⌋ nõ iã ſpecioſus forma p̃ filijs hoĩm, ſed tanq̃ leproſus, & à deo pcuſſus, & q̃ſi
Eſaiæ. 53 cõtẽptibiliſſimus oĩm. ⌊Et dixit eis: Ecce homo⌋ ac ſi diceret: Videte hũc miſeꝝ, & cõdolete,
atqꝫ cõtenti eſtote, qa ſi in aliq̃ vos offendit aut forefecit, iã ſatis & plus q̃ ſatis punitus eſt, & pro
verbis acerrima verbera recepit ac vulnera. Dixit itaqꝫ pręſes Iudæis: Ecce homo, ac ſi diceret,
ſcđm Auguſtinũ: Egrediť iſte ad vos, nõ clarus imperio, ſed plenus opprobrio. Si ei, qa ſe regẽ
dixit, inuidetis, iã parcite, qa ſumme deiectũ cõſpicitis, flagellatus ẽ, ſpinis coronatus ẽ, ludibrio
ſa veſte amictus, cõuitijs duris illuſus, & alapis cæſus, ceſſet ignominia, frigeſcat inuidia. Atten
damus qualiter gladius doloris penetrauit mentẽ affectuoſiſſimę benigniſſimæq́ꝫ virginis ma-
tris, quãdo dilectiſſimũ filiũ vidit, ita diſpoſitũ egredi, ac populo præſentari: quãtus etiã dolor
tunc impleuit ſanctas matronas, quæ Chr̃m ſecutæ fuerunt, & cæteros Chr̃i diſcipulos ac ami-
cos ibi præſentes, videlicet Iohannẽ Apľm, Nicodemũ, Ioſeph ab Arimathia, & alios quoſdã.
⌊Cum ergo vidiſſent eum pontifices & miniſtri⌋ eoꝝ, qui præ cæteris cõtra Chr̃m furebant,
Deuter. 21 ⌊clamauerũt, dicẽtes: Crucifige, crucifige eũ⌋ .i. iube eũ affigi patibulo, vt diuturniori, acerbio
Gala. 3 ri, ignominioſiori, ac manifeſtiori morte intereat, & ĩpleať in eo, q̃d in lege conſcriptũ eſt: Ma
ledictus omnis qui pendet in ligno. His eñ ex cauſis petierũt Ieſum affigi patibulo, ſicut in eo-
Sap. 2 rum pſona dicit Sapiens: Morte turpiſſima cõdemnemus eum. Tunc implebať quod Chriſtus
Hiere. 12. per Hieremiam prædixit: Facta eſt mihi hæreditas mea, quaſi leo in ſylua, dedit contra me vo-
Ozee. 7 cem ſuam, ideo odiui eam. Et item quod per Ozeam ait: Receſſerunt à me, & ego erudiui eos,
& roboraui brachia eorum, & in me cogitauerunt malitiam, reuerſi ſunt, vt eſſent abſque iugo.
⌊Dicit eis Pilatus: Accipite eũ vos & crucifigite⌋ veſtra authoritate. Non dixit hoc Pilatus eos
Gene. 49. licẽtiando ad crucifigẽdum Chr̃m, ſed execrãdo duriſſimũ cor eoꝝ, & aſpernãter atqꝫ ironice
dixit hoc cõtra nepharios illos, de qbus & Iacob p̃dixit: In cõſiliũ eoꝝ nõ veniet anima mea, &
in cœtu eoꝝ nõ ſit gloria mea. Maledictus furor eoꝝ, qa ptinax, & indignatio, qa dura. Sacer-
dotes nãqꝫ & phariſæi ſic cõtra Ieſum implacabiľr clamãtes, erãt de tribu Leui & Symeonis, de
quibus Iacob patriarcha locutus eſt hæc verba prætacta. ⌊Rñderunt ei⌋ Iudæi, præſertim ſupe
riores eoꝝ. ⌊Nos legẽ habemus (datã nobis à deo p Moſen) & ſcđm legẽ debet mori⌋ .i. occi-
di, ⌊qa filiũ dei ſe fecit⌋ .i. eſſe aſſeruit, & veriſſime dixit hoc: ſi aũt mẽdaciter hoc dixiſſet, occi
di promeruiſſet. ⌊Cũ ergo audiſſet hũc ſermonẽ Pilatus, magis timuit⌋ q̃ ante. Timuit, nõ qa
de lege Iudæoꝝ curauit. Sed qa nouit, Ieſum mortuos ſuſcitaſſe, & multa feciſſe miracula, q̃d &
Romani iam pceperãt, ideo formidauit, ne forte ſic eẽt, & p conſequẽs peccaſſet grauiſſime, ita
Apoca.19 magnificare debemus, ꝙ tãtus pro tãtillis tam multa, & magna sustinere valuerit, & sup hoc maxime admirari, regrãri ac sancta charitate accẽdi nos cõuenit atq; ꝓ posse ipsius vestigia libẽter nos sequi oportet. Quarto pẽsemus, à qbus passus sit filius dei: & certũ est ꝙ à pplo olim peculiari, de cuius semine incarnari elegit, ꝓ cuius redẽptiõe specialr venit, & ad quẽ pcipue fuit missus cui etiã pplo tot & tãta bñficia cõtulit, pro qbus oĩbus tã acerbissimã mortẽ recepit ab illis, & ex hoc passio Chri grauior extitit ei. Quinto cõsideremus, à qualibus passus sit, qa à crudelissimis, vilissimis, sceleratissimis, inuidiosissimisq́ Iudæis, atq; Gẽtilibus est ppessus, ideo amplius cõpatiẽdum est ei, vt considerato in hmõi passione. Sexto intueamur, à quantis passionem sustinuit, & palàm est ꝙ à multis milibus hoĩm Gentiliũ ac Iudæoꝝ. Perpẽdendũ est quoq;, vbi & qñ, qa in regia ciuitate & in solẽnitate pcipua, vbi & qñ grauius & ignominiosius erat pati & crucifigi. Septimo attẽdamus, qualiter passus sit, qa valde diu & crudelissimè ac generalissimè, hoc est in toto corpore totaq́ anima, vtpotè in singulis corporis mẽbris & in vniuersis animæ viribus, etiã in intellectu & volũtate, ꝑ cõparationẽ ad obiecta eoꝝ creata, q̃uis intellectus & voluntas animæ Christi fuerit etiã tunc in gaudio beatificæ visionis ac fruitionis, quo ad increatũ obiectum. Octauo pẽsemus, cur seu pro qua causa sit passus, & constat quòd vtiq; non pro propria culpa, sed pro originali primoꝝ parẽtum ac posteroꝝ pctõ, atq; pro cæteris posteritatis eoꝝ pctis, ideo ei summe cõdolere debemus, qm̃ nõ pro se, sed ꝓ nobis vniuersa illa voluit tolerare. Nono intueamur, propter qd passus sit, & scimus ꝙ ideo vt tam ab æterna dãnatiõe nos liberaret, q̃ ad sempiternã beatitudinẽ nos reducat, & in vita pñti eripiat nos à seruitute peccati, à iugo & dominatione diaboli, à vilitate & turpitudine omniũ vitioꝝ, & insup efficiat nos seruos, amicos, ac filios dei, ditetq́ nos & perornet omni gr̃a spũs sancti, cunctis virtutibus ac donis cœlestibus & meritis copiosis. Si itaq; pro omnibus his non regratiamur ei ex totis præcordijs, & si nõ conamur eius passioni intime cõdolere & ope cõformari, eiusq́ vestigia imitari, & si ex oĩbus his nõ accẽdimur eius amore, & si nõ studuerimus ei in om̃ibus cõplacere ac obedire, nonne duriores sumus ferro & saxis, & brutis ingratiores & cũctis deteriores hoibus? sed absit à nobis tãta ꝑuersitas, & oĩa nunc ptacta iugiter intueamur ac implere conemur. E
Heb.4
Esaiæ.33
Matt.15.

¶ De quibusdam deo deuotis Christo passo condolentibus. Art. XXIIII.

Certum est oẽs electos & sanctos psertim tpe noui testamẽti, ex cõsideratiõe amarissimæ passionis sui saluatoris frequẽter fuisse cõpunctos, & piæ cõpassionis affectu ꝑmotos, ac dolorose cõdoluisse ei, q innocẽtissime pro eis fuit crudelissime crucifixus. Nã & de primitiuę ecclïæ cõpassiõe & plãctu in Hierl̃m facto statim post missionem spũs sancti & cõuersionẽ multoꝝ miliũ Iudęoꝝ Zacharias prophetauit, dicẽdo in ꝑsona Christi: Effundã sup domũ Dauid & sup habitatores Hierl̃m spm̃ grę & pcũ, & aspicient ad me quẽ cõfixerunt, & plangẽt eum planctu q̃si sup vnigenitũ, & dolebunt sup eum sicut doleri solet in morte primogeniti. In die illa magnus erit planctus in Hierl̃m sicut planctus Addremon in campo Magedo, & plãget terra, familiæ & familiæ seorsum. Veꝝ tñ de q̃rundã singulari cõpassione aliqd tangam. Nec dubium, qn beatissima virgo post filij sui resurrectionẽ visitãdo sctã loca in qbus fuerat passus, mortuus & sepultus, mira & ineffabili cõpassiõe dolorosa ac lachrymosa sæpissime fuit accensa, & post eam illa affectuosa ac deuotissima Maria Magdalena sanctiq; q; Apostoli. ¶ Porro, Apostolus Paulus de suaꝝ cõpassionũ magnitudine & dolore aliqd in suis tangit eplĩs. Ego (inquiẽs) stigmata dñi mei Iesu Christi in corpore meo porto. Et rursus: Chr̃o confixus sum cruci. Viuo autẽ iam nõ ego, viuit vero in me Chr̃us. Quod autẽ nũc viuo in carne, in fide viuo filij dei, q dilexit me, & tradidit semetipm̃ pro me. Ecce ꝙ S. Apl̃s sic cogitauit & cõsiderauit passionẽ vnigeniti dei, q̃si pro se solo fuerit crucifixus, & merito, imò vnusq́q; nr̃m sic debet eã attẽdere. Nã q̃uis ꝓ oĩbus sil̃ & semel passus sit dñs Iesus Chr̃us, eo tñ charitatis affectu pro om̃ibus passus est, ꝙ pro vnoquoq; hoĩe maluisset specialr crucifigi, q̃ illum permisisset perire, quantũ in se erat. Hinc ait Chrysostomus: Hic est effectus serui fidelis, vt qd pro oĩbus passus ẽ dñs, q̃si ꝓ se solo illũ cogitet eẽ ppessum, ideo denuo scribit Apl̃s: In oĩbus tribulationẽ patimur, sed nõ angustiamur, semp mortificationẽ Iesu in corpore nr̃o circumferẽtes, vt & vita Iesu manifestet̃ in carne nostra mortali. Et iteꝝ: Pro omnibus (inqt) mortuus est Chr̃us, vt & q viuunt, iam nõ sibi viuãt, sed ei q pro ipsis mortuus ẽ, & resurrexit. ¶ Præterea, iuxta hũc modũ sctõꝝ studuerũt Chr̃i passionẽ iugiter meditari & cordibus suis indelebilr stabilr̃q́ ĩprimere, ad imitãdũ, ad cõpatiẽdũ, ad regratiandũ, ad diligẽdũ, ad cõtẽplãdũ & ad qelcẽdũ in ea, inter q̃s fuit S. ac deuotissimus pr̃ Bernardus, de quo inter cætera legit̃, ꝙ dum quadam vice ante crucifixi imaginẽ or̃oni atq; dñicæ passionis recordatiõi deuotissime eẽt intentus, apparuit q̃dam fratri non longe clàm stanti, quod ipa imago extensis brachijs ipm̃ Bernardum amplecteret̃. Vnde & ipe Bernardus de Christi passione multa composuit omni compunctione deuotiõeq́ plena, q etiã in epl̃a ad frẽs de monte dei, edocuit q̃ salubre et fructuosum sit vnicuiq; Chr̃ifideli dñicam passionem quotidie saltẽ semel diligenter, et affectuosissime recolere. F
Zacha.12
Gala.6
Gala.2
1.Cor.4.
2.Cor.5.

¶ Præ-

A Praeterea in hoc exercitio magnus & admirabilis ille S. Seraphicus Franciscus p̄clariss. & instantissimus fuit, q & speciali munere meruit imp̄ssurã quinq; vulnerũ Chr̄i, imò veraciter q̄nq; vulneribꝰ isigniri ac grauit. cruciari, q cũ tãta cõpassiõe cõsueuit passionẽ dñi recogitare, ꝙ iterdũ in eius meditatione alte clamauit, atq; in lugubres voces ac copiosissimas lachrymas sonorose erupit, summũq; gaudiũ ac p̄fectã gloriationẽ in vita hac iudicauit, amore Chr̄i quascũq; grauiss. iniurias, aduersitates, afflictiões, opprobria sustinere, sicq; dño, p̄pter nos passo aliq̄lr cõformari. Insuper huius exercitij p̄clarissima ac frequẽtiss. exercitatrix fuit sancta & innocẽs virgo Elisabeth de Spalbeec, q̄ quasi ab infantia passionẽ saluatoris non solũ deuotissime recogitauit septies omni die, sed etiã signis & gestibus atq; verberibus rep̄sentauit. Vnde & ipsa tandẽ p̄meruit q̄nq; vulnera Chr̄i in corpusculo suo virginali suscipere ac deferre, q̄ & q̄tidie septies ita rapiebat ad dñm secundũ septẽ horas diei, q̄bus Chr̄i passionẽ in se rep̄sentauit, ꝙ ab omni exteriori sensu, motu ac vigore ita fuit abstracta & alienata, ꝙ nec minima pars corporis sui q̄bat moueri sine totius corporis motiõe. Talis q̄q; fuit S. Catharina de Senis, & S. Brigitta vidua, itẽ beatissima Elisabeth de Thuringia, q̄ ex vehemẽti cõpassiõe in cõsideratione passionis Chr̄i interdũ corruit prona in terrã, viribusq; deficiens sustinuit extasim. Talia de multis sanctis vtriusq; sexus legunt̄, quorũ imitemur exẽpla, & p̄tactis modis recogitemus q̄tidie dñicam passionẽ, ad salubrẽ informationẽ cõtra ignorantiã, ad virilẽ imitationẽ cõtra negligentiã, ad

B fidelẽ admirationẽ cõtra hebetudinẽ, ad p̄cordialẽ gratiarũ actionẽ contra ingratã obliuionẽ, incõsiderationẽ & inaduertentiã, ad sp̄ualem gloriationẽ cõtra omnẽ carnalẽ delectationem, ad charitatiuã & intimã cõpassionẽ cõtra dissolutionẽ, ad sapientialẽ cõtemplationẽ cõtra secularẽ prudentiã & cõtra omnẽ phantasticã imaginationẽ, cogitationẽq; vanã, ad charitatis inflãmationẽ, cõtra omnẽ sensualẽ & inordinatũ affectũ & cõtra priuatũ amorẽ, ad finalẽ quietẽ & repausationẽ in saluatore, cõtra vitiosam adhaesionẽ & cordis distractionẽ, q̄a reuera nõ est compendiosior nec melior via ad omnem sp̄ualem profectum, ad vniuersarum tentationum deiectionem, q̄ huiuscemodi recordatio passionis filij dei.

¶Q̄uo dñs & saluator noster genus humanum sua passione redemit, patri recõciliauit atq; saluauit, & vnde dicat̄ eius passio p̄ijssima pariter ac crudelissima. Arti. XXV.

SI inter regẽ terrenũ & politiã ipsius eẽt inimicitia & discordia grandis, & filius regis ad cõitatẽ illã descẽderet, vt iã salubriter informaret & suo patri recõciliaret, ipsa vero cõitas ex sua puersitate occideret filiũ regis, ex hoc rex nõ placaret̄, sed vehemẽtius idignaret̄ tali ingratiss. ac pessimae politię. Sic q̄m inter deũ patrẽ & genus humanũ inimicitia atq; discordia fuit, ipseq; vnigenitus dei ad hoies venit, vt eos salubriter edoceret & patri aeterno recõciliaret, ipsi vero tanq̄ phrenetici missum ad se dei filiũ crudelissime occiderũt, nõ videtur ex hoc pr̄ hoibus recõciliatus, sed implacabilius indignatus. Deniq; p̄pter Chr̄i occisionẽ ira dei venit sup̄ Iudęos vsq; i finẽ, q̄uo ergo p̄ Chr̄i passionẽ & mortẽ recõciliati sunt deo pr̄i? 1. Thess. 2
Itaq; aduertẽdũ ꝙ passio Chr̄i ex p̄te ipsius Chr̄i patiẽtis, fuit p̄ijssima, virtuosiss. placatiuaq; dei patris & totius sup̄beatissimae trinitatis, inquantũ ipse Chr̄s passionẽ illã acceptauit & p̄tulit ex ardẽtissima charitate dei & hoim, atq; ex misericordiss. pietate, q̄ hũani gñis periclitatiõi cõdo Phil. 2

C luit, ex summa q̄q; patientia & ex obediẽtia maxia, q̄ factus ẽ patri obediẽs vsq; ad mortẽ, quã obediẽter, spõte, amarose, patiẽter, pieq; p̄tulit, inquãtũ pr̄ p̄ eã decreuit saluare & sibi recõciliare genus humanũ. Vnde ait ap̄lus: Deus erat in Chr̄o, mũdũ recõciliãs sibi. Porrò passio Chr̄i ex parte inferẽtiũ crudelissima fuit & maxie offensiua, ex q̄bus patet responsio ad obiecta. 2. Cor. 5

¶Q̄uo dñs Iesus dicat̄ passus, p̄cipue p̄pter auferẽdũ originalis p̄cti reatũ. Art. XXVI.

PRimus hõ nõ in puris naturalibus, sed in originali fuit creatus iustitia, p̄ quã caro fuit in eo subdita aiae, sensitiua pars rõni ac volũtati, ratio q̄q; & volũtas deo ac legi diuiae, & q̄diu ratio & volũtas mãserũt in primo illo parẽte, deo obedientes atq; subiectae, tã diu corpus eius fuit sine rebellione obediens aiae, & sensitiua pars rõni. Cũq; p̄ transgressionẽ diuini p̄cepti ratio & volũtas fuerũt deo inobedientes, mox fuit priuatus originali iustitia, sicq; caro coepit esse rebellis aiae, & sensualitas rõni. Porrò originalis iustitia fuit donũ sup̄naturale, gratiose collatũ primo parenti tanq̄ principio totius suae posteritatis, ita ꝙ si ipse p̄mansisset in illa iustitia, transfusa fuisset in posteros eius, & q̄a p̄didit eã peccãdo, ideo iusto dei iudicio tã ipse q̄ posteri eius fuerũt ea priuati. Et huius exẽplũ ponũt S. Thomas & Egidius de Roma, vt si terrenus rex cõferret alicui militi ex gratia bonũ feudale aut castrũ sub ista cõditiõe, ꝙ si miles maneret regi suo obediens ac fidelis, bonũ illud feudale seu castrũ maneret tam militi q̄ posteritati ipsius, si vero miles eẽt regi rebellis, amitteret illud tã sibi q̄ posteris suis. Si itaq; miles ille fieret suo regi rebellis, nõ dubiũ quin iusto iudicio tam ipse q̄ sua posteritas priuaret̄ illo feudo seu castro, nec in hoc fieret p̄iudiciũ aut iniuria posteris illis, q̄a hmõi bonũ non debebat̄ eis aut patri eorũ ex proprio iure, sed ex gratia regis & sub conditione. Pręterea q̄m primus hõ perdendo originalem iustitiã incurrit originale p̄ctm̄, q̄d tamen in ipso fuit etiã personale & actuale, q̄a à sua persona cõmissum, idcirco posteritas eius originale p̄ctm̄ ab ipso contraxit, &

vniuersi ac singuli (secūdū cōem legē loquēdo) nascunt infecti illo pctō, & cōcipiunt in eo. Nā D vt ait Anselmus, originale pctm̄ est defectus seu priuatio vel carētia originalis iustitiæ debitæ inesse. i. q̄ posteris inesse deberet, ita q carentia illius iustitiæ imputat posteris Adæ aliq modo in culpā, in quātū fuerūt in primo parēte tanq̄ in prima radice, & q̄tū ad massam corpulētā, seminalēq rōnem, & velut in generatiuo principio ac spēi hūanæ exordio. Veruntn̄ qm̄ originale pctm̄ nō est in posteris psonale aut actuale. i. propria eoꝝ volūtate cōmissum vel admissum, idcirco pro illo pctō nō infligit eis pœna sensus, sed dāni. Qm̄ ergo tota hūana natura fuit ita infecta originali pctō, & ,ppter illud priuata felicitate æterna, indiguit vniuersali redēptore q ipsam repararet naturā, eāq à reatu seu obligatiōe ad pœnā dāni redimeret, impedimētū salutis æternę tollendo, & gloriā æternalē ,pmereret eidē. Hinc Chrs dei filius dicit specialr passus ad auferēdū originale pctm̄, à q̄ tpe euāgelicæ legis purgamur in sacro baptismatis virtute & merito dn̄icæ passiōis, & in eodē baptismo gr̄a & virtutes infundunt, p quas ad originalis iustitiæ cōformitatē reducimur. Veruntn̄ etiā ,ppter alia totius mūdi pctā tollēda passus ē Chrs, q cōtra pctā illa instituit alia sacramēta, q̄ꝝ virtus & efficacia à Chr̄i passiōe procedūt & cōicantur. Sacramēta nāq; sunt q̄si q̄dā medicinalia vasa spūaliū medicaminū cōtentiua, vt ait Hugo. Vnde & in sacramēto cōfessionis, virtute ac merito passionis, totiusq cōuersationis Christi in seculo isto, fit peccatorum remissio.

¶ Quomodo passionis tempore Christi dolor, cum interior tum exterior inter omnes fuit maximus. Arti. XXVII.

Qvemadmodū in. 3. parte summæ suæ q̄st. 46. asserit S. Thomas, in Chr̄o tpe passionis fuit verus atq; sensibilis dolor, q causat ex corporali nociuo, dolor q̄q; interior, q causat ex apprehensione alicuius nociui ac mali, q tristitia dicit, & vterq; dolor in Chr̄o maximus fuit inter oēs vitæ p̄sentis dolores, q̄d cōtigit ,ppter q̄tuor. Primo, propter causas doloris, nā exterioris, sensibilisq doloris causa fuit læsio corpis, q in Chr̄o p̄cipuā acerbitatē habebat tā propter gn̄alitatē suæ passiōis. Passus est em̄ aliqd à gētilibus, à Iu-
Matt. 26 dęis, à mulieribus, puta ancillis Petrū interrogātibus, & à viris, à principib⁹ & ministris, & à familiaribus & à notis, puta à Iuda eū vēdente, à Petro negāte, atq; à discipulis ab ipso diffugientibus. Idē patet ex parte eoꝝ, in qbus hō potest aliqd pati. Passus ē nāq; in suis amicis ipm̄ deserētibus: in fama, sustinēdo blasphemias: in gloria & honore, patiēdo irrisiones ac cōtumelias: in rebus, qa spoliatus ē vestibus suis: in aīa, p tristitiā, tædiū & dolorē. Insup passus ē in oībus principalibus corpis mēbris. Passus est em̄ in capite coronationē spinaꝝ pūgentiū, in manibus & pedibus clauoꝝ fixurā, in facie sputa ac alapas, in corpore toto flagella, & super humeros crucis baiulationē, totiusq corporis sui violētissimā extensionē. Passus est etiā in singulis corpis sensibus, in tactu p flagellationē & clauoꝝ pforationē, & in gustu aceto & felle potat⁹, in olfactu, qa in fœtido loco mortuoꝝ cadaueꝝ patibulo est affixus, in auditu, audiēdo falsif. accusatiōes,
Johan. 19 irrisiōes, blasphemias & clamores dicētiū: Tolle, crucifige eū, ac mortis sn̄iam à Pilato, In visu, qm̄ matrē suā charis. & discipulū p̄dilectū, aliosq amicos & deuotas matronas vidit maxie flentes ac desolatas. Itaq; sicut sublimatus est Iesus Chrs in donis gr̄aꝝ supra alios vniuersos, ita de-
Esaiæ. 52 iectus est infra oēs p ignominiā passionis, prout p Esaiā deus de ipso p̄dixit: Ecce intelliget seruus meus, & exaltabit & sublimabit, & sublimis erit valde, sicut obstupuerūt sup eū multi, sic inglorius erit īter viros aspectus eius, & fama eius inter filios hoīm. ¶ Secūdo, læsio corpalis habuit acerbitatē in Chr̄o ex gn̄e passionis, qm̄ mors cōfixoꝝ in cruce est acerbissima, qa cōfigunt in locis neruosis & maxie sensibilib⁹, puta in manib⁹ & pedibus, ipsiusq pōdus corporis pendētis cōtinue auget dolorē, & cū hoc est etiā in eis diuturnitas pœnę, qa nō subito moriunt, vt q gladio feriunt. Porrò interioris doloris causa in Chr̄o fuit primo cōgeries seu vniuersitas oīm vitioꝝ gn̄is hūani, pro qbus satisfaciebat patiēdo, propter q̄d q̄si sibi ea ascribit, dicens in
Psalm. 21. psal. Verba delictoꝝ meoꝝ. Secūda causa huius interioris doloris in Chr̄o, fuit casus Iudæorū & alioꝝ in eius morte delinquentiū, & p̄sertim discipuloꝝ q in ipsius passione scādalū passi fu-
Matt. 26 erunt. Tertia causa fuit amissio vitæ corpalis, q̄ amissio naturalr horribilis est hūanæ naturę. Secūdo p̄t magnitudo doloris cōsiderari ex pceptibilitate patientis, nā & Chrs secūdū corp⁹ erat optime cōplexionatus, eo q corpus eius fuerit miraculose formatū opatione spūs sancti, sicut & alia miraculose facta fuerūt cæteris potiora, vt Chrysost. dicit de vino, in q̄d Chrs aquā con-
Johan. 2 uertit in nuptijs. Idcirco in Chr̄o maxīe viguit sensus tactus, ex cuius pceptione seqtur dolor. Anima q̄q; Chr̄i secūdū vires suas supiores, efficacissime apprehēdit oēs causas tristitiæ. Tertio magnitudo doloris Chr̄i p̄t attendi ex puritate doloris. In alijs nāq; patientibus mitigat tristitia interior & etiā dolor exterior, ex aliqua cōsideratione rōnis p quandā diriuationem seu redundātiā à supioribus viribus ad inferiores, q̄d in Chr̄o patiente nō fuit. Vnicuiq; etem̄ viriū aīæ suę pmisit agere q̄d sibi est propriū, vt loqtur Damascenus. Quarto p̄t cōsiderari magnitudo doloris Chr̄i patientis ex hoc, q passio illa & dolor fuerūt assumpta à Chr̄o voluntarie p pter finē liberationis hoīm à pctō, ideo tantā doloris quātitatem assumpsit, q erat proportionata

A nata magnitudini fructus q inde consequebat̃. Itaq; ex oĩbus causis ijs simul consideratis patet φ Chri dolor extitit maxim⁹. Ideo q̃uis aliq martyres grauiores & diuturniores passiões susti nuerũt q̃ Chrs, q̃tũ ad aliq d, vtpote Laurẽti⁹ atq; Vincẽtius, q q̃tũ ad corporalẽ lęsionẽ grauius passi sunt, qa Laurentius in craticula est assatus, & carnes Vincẽtij virgulis ferreis laceratæ fuerunt, tamẽ ex alijs causis multo grauior fuit Christi dolor, q pro oĩm pc̃tis doluit simul, cui⁹ etiã vita corporalis tantæ extitit dignitatis, p̃sertim propter deitatẽ vnitã, φ de eius amissione ad modicũ tẽpus magis erat dolendũ, q̃ de amissione vitæ alterius hoĩs p quantũcũq; tẽpus. Nã & philosophus tertio Ethicoꝝ testat̃, φ virtuosus tanto plus diligit vitã suã, q̃to scit eã esse meliorem, & tñ exponit eã periculis mortis propter bonũ virtutis, sic & Chrũs vitã suã maxime dilectã exposuit morti propter bonũ charitatis, sicut ait p Hieremiã: Dedi dilectã animã meã in manum inimicoꝝ eius. Hæc Thomas. Hinc etiã scribit Bonauentura: Passus est Chrũs passione generalissima, passione acerbissima, passione ignominiosiss. & passione peremptoria. Passio ne inquã generaliss. qa non solũ passus est quantũ ad oĩa principalia corporis mẽbra, verũetiã secundũ omnẽ aĩæ suæ potentiã. Passus est etiã passione acerbissima, qa nõ solũ dolẽdo vt patiens p vulnera, sed etiã cõdolẽdo vt cõpatiens propter nostra delicta. Passus est quoq; passiõe ignominiosissima, & propter patibulũ crucis, quod erat suppliciũ pessimoꝝ, & propter cõsortium iniquoꝝ, puta latronũ, inter quos fuit suspensus ac deputatus. Passus est etiã passione peremptoria, p separationẽ aĩæ à corpore, salua tñ vnione vtriusq; cũ deitate. Anathema eñ sit, q dicit filium aliquando reliquisse naturam quam semel assumpsit. Hiere. 12

¶Vter in Chr̃o maior fuerit, passionis aut cõpassionis dolor. Arti. XXVIII.

B Dictum est cap. præcedenti, φ tam dolor exterior q̃ dolor interior fuit Christo maior q̃ vnq̃ in aliquo hoĩe alio. Sed quũ tẽpore passionis in Chr̃o fuerit tã dolor passionis q̃ dolor cõpassionis, qs hoꝝ fuerit maior atq; intensior? Ad q̃d cõiter dicunt doctores, φ dolor cõpassionis, q̃d ex p̃habitis potest probari. Dolor nãq; cõpassionis oritur ex cõsideratiõe tã mali pœnæ q̃ mali culpæ, atq; in Chr̃o p̃cipue causabat̃ ex cõsideratione culpaꝝ & ingratitudinũ totius mundi, & qa intuebat̃, φ passio sua frustranda eẽt suo effectu ac fructu tot milibus hoim. Malũ aũt culpæ magis habet rõnem nociui & mali ac deplorabilis, q̃ malũ pœnæ. Rursus, q̃to quis est maioris sapiẽ & charitatis in seculo isto, tanto plus dolet de vitijs, & tãto amplius peccantibus cõdolet. Cũ igit̃ Chrs etiã secũdũ naturã assumptã fuerit tã ineffabil'r p̃ cæteris sapiens & ardẽtissimæ charitatis, vniuersoꝝ ac singuloꝝ pc̃tã & crimina simul cõsiderans, & finalẽ Iudæoꝝ derelictionẽ clarissime intuens, omnẽq; deitatis inhonorationẽ & offensionẽ perpẽdens, cõstat φ dolor cõpassionis acerbissimus fuit in eo. Nã & matri suæ charis. ineffabil'r cõdolebat, cæterisq; electis & deuotis psonis dolorose astantibus. Hinc sup secundũ sniaꝝ ait Bonauẽtura: Quãuis magna fuit causa dolẽdi in sensitiua parte in Chr̃o propter separationẽ aĩæ suæ à corpore. Magna q̃q; in eo fuerit dispositio ad cõpatiendũ propter optimã cõplexionẽ, in dolore tñ cõpassionis amplior erat ratio dolẽdi, p̃pter ĩhonorationẽ dei & separationẽ ab eo in eis q pereunt. Maior etiã erat in eo dispositio ad cõdolendũ p̃pter vehemẽtiam charitatis, Nẽpe secũdũ q̃d maior extat dilectio, secundũ hoc maiores sunt plagæ, sicq; cõpassio Chr̃i multo plus excellebat alioꝝ cõpassiones, q̃ passio sua alioꝝ passiones. Deniq;, φ dolor cõpassiõis maior fuit in Chr̃o, ex duplici signo colligit̃. Primum est, φ

C maluit mori seu animã suã à suo corpore separari, q̃ φ nos maneremus à deo separati. Secũdũ signũ, qa (vt dicit S. Bernardus) fleuit pro nr̃is pc̃tis, sed nõ fleuit pro suis pœnis. Et istud bene exprimit Cancellarius Parrhisieñ. in psona Chr̃i ad hominem loquens: Vide q̃d pro te patior, ad te clamo q pro te morior. Vide pœnas q̃bus afficior, vide clauos q̃bus cõfodior, & cũ tantus sit dolor exterior, intus tñ planctus est grauior, dũ te tã ingratũ experior. Hoc itaq; diligẽtissime ponderemus, & nõ solũ cõsideremus q̃d Chrũs pro nobis tolerauit in corpore, sed etiam q̃d patiebat̃ in aĩa, nec solũ pẽsemus dolorẽ suæ amaræ passionis, sed itẽ dolorẽ suæ amarioris cõpassionis, & vniuersis istis afflictiõibus atq; doloribus Chr̃i intime ac fidel'r affectuosa, grataq; mẽte cõdoleamus, & insup Chr̃i exẽplo discamus ac studeamus cordial'r cõpati proximis nr̃is, tentatis, afflictis, lapsis & desolatis, imò & in purgatorio constitutis, q̃bus oĩbus pro posse subueniamus charitatiue & pie, multoq; vehemẽtius doleamus & cõpatiamur de malis culpabilibus proximoꝝ, q̃ de pœnalibus malis eoꝝ, eo φ peccata incomparabil'r plus noceant proximis, & deteriora sint, magisq; offensiua dei q̃ aduersitates & pœnæ.

¶Quòd non vno modo dicatur Christus à patre, à se, à Iuda, à Iudæis, & à Pilato traditus. Arti. XXIX.

Christum traditũ eẽ à patre, innotescit ex verbis apostoli asserentis: Proprio filio suo nõ pepercit, sed pro oĩbus nobis tradidit illũ. Quòd vero Chrũs seipm tradiderit, elucescit ex eo quod scriptũ est per Esaiã: Tradidit in mortẽ animã suam. Iudas quoq; tradidit eum Iudæis, vt patuit, & Iudæi Pilato, secũdum quod dixit ad Iesum: Gens tua & pontifices tui tradiderũt te mihi, q̃d fecisti? Pilatus demũ Iesum flagellis cæsum tradidit Ro. 8 Esa. 53

 volũtati

voluntati illorũ vt crucifigeret, sicut præhabitũ est. Itaq; prout in tertia parte summæ suæ q̃st. D
Esa 52 42. disseruit Thomas, tribus modis dicit deus pater Christũ tradidisse. Primo, quoniam ab æterno præordinauit Chri passionẽ ad hũani generis liberationẽ, queadmodũ in Esaia fert: Dñs posuit in eo iniquitatẽ omniũ nostrũ. Et rursus: Dñs voluit eum cõterere in infirmitate. Secũdo, quoniam inspirauit Christo voluntatẽ patiendi pro hoibus, infundendo ei tantã charitatẽ ad hoies, propter quod subdit ibi: Oblatus est, qa ipse voluit. Tertio, q a de manu persequutorũ & crucifigentiũ nõ eripuit eũ, sed potius potestati eorũ exposuit & reliquit, propterea pendens in cruce
Psalm. 21. clamauit: Deus meus deus meus, vt qd dereliquisti me? Deniq; Chrũs secundũ q deus, tradidit
Matt. 27 se in mortẽ eadẽ voluntate & actione, qua & pater tradidit eũ, sed inquantũ hõ, tradidit se voluntate inspirata à patre, ideo nõ est cõtrarietas in hoc q pater tradidit filiũ, & q filius tradidit semetipm, imò sicut pater tradidit filiũ ex charitate & pietate sua ad hoies, ita & filius. Porrò Iudas tradidit Christũ ex cupiditate, Iudæi ex inuidia, Pilatus ex mũdano timore quo timuit Cæsarẽ. Præterea de hac re scribit Petrus sup tertiũ, dist. 20. In passione Chri est q̃tuor cõsiderare. Primũ ex parte naturæ hũanæ passibilis, cuius passio fuit corruptiua. Secundũ ex parte voluntatis Christi passionẽ acceptantis. Tertiũ respectu finis. Quartũ respectu inferentis. Et secũdũ hæc quatuor pater dicit Christũ tradidisse diuersis modis. Nã quo ad primũ, tradidit Christũ mittendo ipm in carne passibili, quo ad secundũ, volũtatẽ patiendi inspirãdo volũtati suæ creatæ, quo ad tertiũ, passionẽ Chri ab æterno ad hũani generis salutẽ ordinãdo, quo ad quartũ, dando crucifixoribus potestatẽ occidẽdi Christũ, non inspirãdo voluntatẽ. Vnde Chrũs di-
Iohan. 19 xit Pilato: Nõ haberes potestatẽ aduersum me vllã, nisi datũ tibi desuper esset.

¶ An pro redẽptione & liberatiõe generis hũani fuerit necessariũ, verũ deũ incarnari, pati ac mori, & ita pro hoibus satisfacere. Arti. XXX. E

RIdiculum & absurdum visum est Iudæis & Sarracænis, multis quoq; hæreticis, q nos Christiani asserimus deũ verũ incarnatũ & crucifixũ ad redimendũ genus humanũ. Credunt tñ Sarracæni Iesum Nazarenũ fuisse summũ prophetã, sapiẽtissimũ virũ & Messiã in lege ac prophetis promissum, atq; Iudæos idcirco à deo vsq; in finẽ abiectos, quoniam noluerũt Iesum Nazarenũ suscipere pro rege Messia eis promisso, prout oia ista in Alchorano euidẽter habent. Sed obtenebrati sunt oẽs illi sapia sua carnali, mũdana prudentia, & propriæ rationis stultitia, qbus magis innitunt, q̃ authoritati scripturarũ sanctarũ. Itaq; secundũ doctores catholicos, q̃uis deus infinitæ potentiæ & sapientiæ prorsus immensæ, potuerit genus humanũ multis modis liberare, iste tñ modus quo redẽpti sumus p incarnationẽ, mortẽq; filij dei, q filius verus est deus, cõuenientissimus fuit, nec de cõdigno potuit fieri liberatio ista p hoiem purũ seu aliquã purã creaturã. Vnde sup tertiũ sniarũ dist. 20. Petrus scribit: Secundũ quantitatẽ culpæ oportet fieri q̃titatẽ emendæ. Culpa vero qua corrupta erat tota natura hũana, infinita erat tripliciter. Primo ex parte eius cui facta erat iniuria, vtpote dei, q infinitæ est dignitatis ac maiestatis, ideo eũ offendere & ei iniuriari ac esse rebellẽ, est grauitatis q̃dãmodo infinitæ, pensat nãq; q̃titas offensæ ex parte psonæ in quã peccat. Secũdo, culpa, q̃ corrupta erat natura hũana, fuit infinita ex parte boni, q̃d per pctm̃ fuit ablatũ, q̃d est deus seu gloria fruitionis æternæ. Tertio ex parte naturæ, q̃ per pctm̃ erat corrupta, q̃ quandã habet infinitatẽ inquantũ de se multiplicabilis est p infinita supposita. Cũ ergo iniuria fuerit quodãmodo infinita tribus (vt dictũ est) modis, nec pura creatura posset infinitã emẽdã exhibere aut soluere, nõ F
potuit p pctõ hũani generis satisfacere, ipsumve reparare. Præterea secundũ Alexandrũ & Bonauenturã sup tertiũ de duobus satisfactio solet fieri & requiri, videlicet de iniuria & de dãno. Si ergo deus requirit satisfactionẽ ab hũano gñe, aut reqrit pro vtroq;, aut pro horũ altero tantũ, si pro vtroq;, planũ est q impossibile sit aliquã purã creaturã satisfacere deo pro gñe hũano pro eo q tã grauis est iniuria q̃ deo infert ob eius excellentissimã dignitatẽ, q nulla pura creatura pt ei recõpensare aliqd æquale pro tanta iniuria. Si vero exigat satisfactionẽ de solo dãno recõpensando, nec sic pt pro toto gñe humano aliqua pura satisfacere creatura. Aut eñi creatura illa eẽt homo, aut nõ eẽt homo. Si hõ, cũ nullus homo purus possit æquiualere toti gñi humano, talis hõ offerẽdo seipm deo nunq̃ recte pensaret damnũ, q̃d intulit Adã corrũpẽdo totũ genus humanũ. Si aũt non eẽt hõ, nõ satisfaceret, qa ad illud genus spectat satisfactio, ad q̃d pertinet transgressio. Necessarius ergo fuit satisfactor, redẽptor & liberator dignitatis immensæ, q nõ potuit eẽ nisi deus. Sed deo in deitatis natura nõ cõpetit promereri, satisfacere aut liberare per modũ mediatoris, qa hoc penitus derogaret maiestati ipsius, Hinc decuit deũ assumere naturã humanã, q̃tenus ex assumpta natura sibi cõueniret pmereri, satisfacere & ptio sanguinis sui redimere, atq; ex vnita deitate eẽt infinita idoneitas, dignitas & efficacia ad pmerẽdũ ac redimẽdũ. ¶ Amplius de ista materia scribit etiã Durandus de S. Portiano sup tertiũ dicẽs: Satisfactio pt dici sufficiens duplr. Vno modo simpliciter, qa cõdigna per adæquationẽ & recõpensationẽ culpæ cõmissæ. Alio modo imperfecte, videlicet per acceptationẽ eius q cõtentus ẽ de huiuscemodi satisfactiõe. Loquẽdo ergo de satisfactiõe cõdigna, nulla creatura pura potuit satisfacere

A tisfacere pro peccato humanæ naturæ seu propriæ psonæ, cuius duplex est ratio. Vna de qualibet creatura, alia specialr̃ de descendẽtibus ab Adã. Prima talis, Nõ minus obligamur deo ratione delicti q̃ bñficij, sed nemo potest deo reddere aliqd cõdignũ pro bñficijs acceptis, ergo nullus pt deo exhibere satisfactionẽ cõdignã pro pctis cõmissis. Specialiter q̃q; probat istud de posteris Adæ, qa nec Adã, nec aliquis p viã naturæ ab eo descendens, potuit habere grãm ante suã reparationẽ. Si aũt loquamur de satisfactione secũdo modo accepta, q̃ vocat satisfactio de cõgruo, aut loquimur p̃suppoſita dei ordinatiõe, aut absolute: si primo modo, sic adhuc dicendũ est, q nulla pura creatura potuit satisfacere pro natura hũana, nec aliqua psona pro seipsa, nisi virtute satisfactionis p Christũ exhibitæ, qm̃ deus ipm solũ p̃ordinauit esse redemptorẽ & propitiatorẽ pro pctis nostris, vt dicit ad Rom. Iustificati p grãm. i. redemptionẽ, quæ est in Chro Iesu, quẽ deus posuit propitiatorẽ per fidẽ in sanguine ipsius. Si aũt absolute loquamur qd potuit fieri, sic probabilr̃ videt dicendũ, q pura creatura potuit satifacere hoc modo, q̃uis nõ ita sufficienter & cõgrue sicut Chrũs. Primũ patet sic, qñ duo actus ita se habẽt, q bonitas vnius æquat malitiæ alterius, bonus actus potest esse satisfactorius pro actu malo saltẽ de congruo, sed possibile est q actus puri hoĩs à deo creati æquaret in bonitate malitiæ pcti Adæ, vel eã excederet, q̃tũ ad habitũ, qm̃ bonus ille actus ex maiori pcederet charitate, q̃ fuit malitia ex qua processit pctm̃ Adæ, & q̃tũ ad obiectũ, qm̃ esset respectu eiusdem obiecti, ex quo obiecto vnus actus sortiret tantã finitatẽ & infinitatẽ in bonitate, quantã alius actus in prauitate, ergo actus talis puri hoĩs posset tantũ satisfactorius eẽ de cõgruo, q̃tũ pctm̃ Adæ fuit demeritorium pro psona & natura. Secũdo patet idẽ sic, Peccatũ Adæ redũdauit in totã naturã, q̃tũ ad cõdẽ- *Ro. 3*

B nationẽ, ergo eius pœnitẽtia potuit redũdare saltẽ de cõgruo in totã naturã, q̃tũ ad satisfactionẽ & reparationẽ, qa pctm̃ Adæ nõ redũdauit in totã naturã, nisi qa tota natura originalr̃ fuit in ipso, propter q̃d donũ originalis iustitiæ ei collatũ pro se & tota sua posteritate, amisit peccando pro se & pro posteris, sed eodẽ modo, qñ pœnituit, tota natura virtualr̃ erat in ipso, ergo qñ satisfecit pro se, potuit satisfacere pro tota posteritate, nisi deus aliter ordinasset. Et ponitur exẽplũ de milite, cui dat à rege castrũ pro se & sua posteritate, q se p peccatũ suũ meruit castro priuari in se & in posteris suis, nihilominus si mereat castrũ recuperare pro se, meret etiã recuperare illud pro sua posteritate. Istud ex Durando recitaui magis q̃ assertiue induco, q̊niã multa obijci possent positiõi ipsius, q̃ breuitati studens dimitto. Verũtamẽ sicut Thomas in tertia parte summæ suæ, & sup. 3. sñiaꝝ, atq; in summa cõtra gentiles. 3. lib. declarat, cõuenientissimus modus liberatiõis hũanæ fuit p incarnationẽ & passionẽ vnigeniti filij dei, Nã tanto modus aptior est ad finẽ obtinendũ, q̃to p ipm plura concurrũt expediẽtia ad finis cõsequutionẽ. Per hoc aũt q genus humanũ liberatũ est p incarnationẽ & passionẽ filij dei, multa cõcurrũt atq; collata sunt ad salutẽ hoĩs ptinentia, p̃ter liberationẽ à pctõ. Primo nãq; p hoc ipm cognoscitur q̃tũ deus diligat hoĩem, & p id prouocat homo ad deũ rediligendũ, in quo pfectio hũanæ salutis consistit. Secundo p hoc datur nobis exemplũ pfectius totius humilitatis, obediẽtiæ, cõstantiæ, iustitiæ & cæteraꝝ virtutũ in Chri passione ostensaꝝ, q̃ sunt necessariæ ad salutẽ. Tertio, qm̃ filius dei p suã passionẽ nõ solũ liberauit hoĩem à pctõ, sed etiã promeruit ei grãm iustificantẽ & gloriã æternalẽ. Quarto, quia p hoc indicit homini maior necessitas p̃seruandi se im- *1. Cor. 6*

C munẽ à vitijs, propter q̃d ait aplus: Empti estis p̃tio magno. Glorificate & portate deũ in cordibus vestris. Insup in Hierusalẽ voluit Chrũs pati, qa Hierusalẽ fuit locus sacrificioꝝ, & vrbs electa ad holocausta deo immolãda. Chrs aũt p modũ sacrificij obtulit se pro nobis, & pro nobis factus est hostia pro pctõ, atq; se totũ obtulit patri. Verũtamẽ crucifigi voluit extra portã, vt veritas respõderet figuræ. Nã hircus & vitulus pro pctõ & vacca rufa, q̃ erãt pcipua sacrificia pro pctis Israelitici populi expiãdis, extra castra cõburebant, quẽadmodũ in Leuitico legitur. Propter q̃d ad Hebræos scribit aplus: Quoniã animaliũ sanguis infert in sancta pro pctõ p pontificẽ, hoꝝ corpora cremant extra castra, propter q̃d & Iesus, vt sanctificaret pplm, extra portã passus est. Secũdo, vt p hoc daret nobis exemplũ exeundi à cõuersatiõe mundana. Vnde addit aplus: Exeamus ergo ad eũ extra castra, improperiũ eius portãtes, & itẽ, qa ad literam extra portã occidebant iniqui, p̃sertim q cruci appendebant, inter q̃s sanctus sanctoꝝ voluit reputari, vt nos peccatores inter dei filios computemur, & meritis patientiæ, humilitatis, passionisq; Christi, iusti efficiamur. *Nume. 19* *Heb. 13*

¶ An Iudæi Christum persequentes, & eius crucifixionem illi procurãtes, cognouerunt eum esse Christũ in lege promissum ac dei filiũ. Arti. XXXI.

QVæstio ista difficultatẽ habet ex verbis scripturæ canonicæ, q̃ de hac re videtur diuersimode loqui, & itẽ ex sanctoꝝ verbis doctoꝝ, sup re ista varijs modis loquentiũ Nã Chrs in parabola de vinea locata agricolis, ad q̃s paterfamilias misit primo ministros, deinde propriũ filiũ, quã parabolã Matthæus, Marcus, Lucas describũt ait, q agricolæ vidẽtes filiũ, dixerunt intra se: Hic est hæres, venite, occidamus eũ, & nostra erit hæreditas, vbi p vineã intelligit synagoga, p agricolas principes sacerdotũ & seniores ac scri-

bæ per filium Christus, quē occiderunt ne terrā & principatū amitterent, qa dixerunt: Quid
Johan. 12 facimus, quia hic homo multa signa facit? si dimittimus eū sic, oēs credent in eū, & veniēt Ro- D
mani, & tollent locum nostrū & gentem, ergo pontifices & superiores Iudæorum nouerunt Ie-
sum esse filium dei & Christū in lege promissum, verumꝙ regē & dominū synagogæ. Præte-
rea sup eadē verba scribit sanctus Hieronymus: Manifestissime dn̄s probat his verbis, Iudæo-
rum principes nō per ignorantiam, sed per inuidiam dei filiū crucifixisse. Præterea sicut p̄habi
tum est, sup illud: Pater ignosce illis, qa nesciunt qd faciunt, dicit Glosa, ꝙ inter Iudæos quidā
erant maiores, & pro illis Chr̄s nō orauit, qa sciuerunt Iesum esse Christū, alij erant minores
ac imperiti, qui nō cognouerunt hoc ipsum, & pro illis orauit. Idem dicūt Beda at Chrysosto-
mus. In libro quoqꝫ noui ac veteris testamenti asseritur, ꝙ principes Iudæorum & maiores no-
uerunt, sicut & dæmones, Iesum esse Christū, qa viderunt in eo oīa signa quæ prophetæ p̄dixe
runt de ipso. Sed huius oppositū probatur ex eo q̄d ait ap̄lus: Si cognouissent, nunq̄ dn̄m glo-
riæ crucifixissent. Petrus quoqꝫ princeps apostolorum in actibus: Scio, inquit, fratres q̄ per igno
rantiā fecistis, sicut & principes vestri. Ad istud aliqui responderūt, ꝙ maiores Iudæorum noue-
rūt ꝙ Iesus esset Chr̄s in lege ꝓmissus, sed nescierūt ꝙ vnigenitus dei filius existeret. Et hoc vi
detur sup Lucā sentire Ambrosius, dicēs: Nouerunt eū esse Christū, sed ignorauerunt diuinita
tis suæ mysteriū. Idem habet̃ in p̄allegato libro noui ac veteris testamenti. Sed cōtra hoc obijci
Esa. 9 potest, quia prophetæ euidēter docuerunt Christū esse filiū dei. Nā & Hieremias p̄dixit: Hoc
est nomē, quod vocabūt eū, dn̄s iustus noster. Et Esaias: Puer natus est nobis, & vocabitur no
men eius admirabilis, cōsiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Insup Hierony
Psalm. 2 mus protestat̃, ꝙ cognouerūt Iesum esse eū, cui pater dicit in psalmo: Postula à me, & dabo ti- E
bi gentes hæreditatē tuā, sed de illo in eodē psalmo p̄mittit̃ immediate: Dn̄s dixit ad me, filius
meus es tu, &c. ergo ita nouerūt Iesum esse filium dei, quēadmodū Chr̄stū. Adhuc aūt, non vi-
detur apparentiā vllā habere, ꝙ ausi fuissent Iesum occidere, si cognouissent eū esse regē Mes-
siā in lege & prophetis promissum. Hinc arbitror r̄ndendū, ꝙ nō cognouerūt eū esse Christum
certa & stabili agnitiōe, sed aliq̄n hoc putabāt ex testimonijs beatissimi Iohānis Bapt. & ex scri
pturis, atqꝫ ex p̄claris ac copiosis Christi miraculis, verum t̄pe procedēte dū Chr̄s cœpisset eorū
scelera acriter & publice increpare, paupertatē docere, & vitā inter eos humillimā ducere, cō-
ceperunt aduersus eū vehemētissimū odiū, & q̄tidie creuit in eis inuidia, sicꝙ propria excæcati
malitia, interpretari cœperūt omnia documēta & opera ac signa eius in peius, nec credere vo-
luerunt ꝙ esset filius dei aut Christus, imò excogitauerunt multa vana & friuola ad probandū
Johā. 9 oppositū, dicētes: Nō est hic homo à deo q sabbatū nō custodit, ac multa similia, vt ex Euange
lio cōstat, sicꝙ tandē inter se cōcluserunt, ꝙ nō esset Chr̄s nec filius dei, Nēpe vt patuit supra,
cū dixisset se Christū, dixerunt: Quid adhuc desideramus testimoniū? ipsi em̄ audiuimus de ore
eius. Veruntn̄ secundū Augustinū, cōcluserūt hoc cū aliquali formidine aut suspitione de op-
posito. Vnde & tradiderunt eū Pilato, vt ipsi viderent̃ quasi immunes de morte eius, prout de
ista positiōe Augustini dictū est plenius supra. Quod vero nō fuissent ausi occidere Iesum, si sci
uissent eū esse Christū, patet ex verbis Augustini, dicētis, ꝙ primū Christi aduentum oportuit
esse occultū, vt iudicaret̃ & occideret̃, quis em̄ ausus fuisset maiestatē occidere? Veruntn̄ igno- F
rantia ista Iudæorum maiorum nō eos excusauit, q̄m fuit ignorātia affectata, qa veritatē intelligere
noluerunt, ipsoꝙ facto dixerunt deo: Recede à nobis, scientiā viarum tuarum nolumus. Hinc pas-
Job. 21. sione instante, Chr̄s post cœnā dixit apostolis: Si nō venissem & loquutus eis fuissem pecca-
Johan. 15 tum nō haberēt, nunc aūt excusationē nō habēt de peccato suo. Itēꝙ: Si opera nō fecissem in
eis, q̄ nullus alius fecit, pct̄m nō haberēt, nunc aūt viderūt & oderūt me & patrē meum gratis.

¶ Q̄uo piū fuerit cōdolere Chr̄o, licet deus p̄r illū voluerit pati. Arti. XXXII.

CIrca finē primi sententiarum introducit magister, qualiter teneamur voluntatē nostrā
conformare voluntati diuinæ, & circa hoc mouent doctores, quomodo licuit virgi-
ni gloriosæ, alijsꝙ sanctis tēpore passionis de Christi passione dolere, tristari, flere,
Ro. 8 turbari, p̄sertim cū pater voluerit eū pati, & pro oībus nobis tradidit eū, imò & filius
semetipsum? sicꝙ voluntas illorum videt̃ fuisse cōtraria volūtati patris ac filij eius. Deniqꝫ, Petro
nolenti Matt. 16 peroptāti Christū pati, à Chr̄o responsum est: Vade retro me Satana, qa nō sapis ea q̄ dei sunt
Marci. 8 sed q̄ hominū. Itaqꝫ ad istud sup primū Bonauētura respōdet, ꝙ dupliciter cōtingit dolere de
aliquo. Primo sic, ꝙ dolēs velit contrariū absoluta voluntate & ex rōne deliberata, sicꝙ nō li-
cuit de Chr̄i passione dolere, & ita sanctus Petrus extitit reprehēsus. Secundo sic, ꝙ dolens ad
cōtrariū eius, de quo dolet, moueatur voluntate pietatis, quāuis absolute velit id de quo dolet,
& sic piū est de passiōe Christi dolere, eiꝙ cōdolere, & pie affici circa passionē ipsius, sicꝙ affi-
ciuntur deuoti, q magnas agunt gr̄as de Christi passione, & tn̄ pia cōpassione mouent̃ in con-
sideratione sui doloris, sicꝙ dulcissima virgo suo filio patienti, quantū sustinere potuit, cōpa-
tiebat̃, q̄uis nequaq̄ sit dubitandū, quin virilis animus eius voluit etiā filium suū pati pro mūdi
salute, vt ipsa mater cōformis esset per oīa deo patri. Deniqꝫ secundū Richardū de media villa,
circa

A circa finem sententiarum, de Christi passione doluit sacratissima virgo in appetitu sensitiuo, habendo respectũ ad ipsam afflictionẽ absolute scdm se. Veruntñ habẽdo respectũ ad generis humani redẽptionẽ procurãdam p Chri passionẽ, & ad diuinæ voluntatis ordinationẽ, & ad gloriã Christi patiẽtis accidẽtalẽ, quã meruit patiẽdo, voluit illã passionẽ voluntate deliberatiua. Oĩbus quoq; bonis & sanctis hoĩbus placere debuit, & nũc debet, q Chrus patiebat, puta intuitu nostræ redẽptiõis, nõ suæ afflictiõis, qa sic ei vt patienti pie est cõpatiendũ, cũ dicat Apls: Si cõpatimur, & cõregnabimus. De hac materia multa cõscribit Antisiodorẽsis in Sũma sua lib. tertio, de qbus prolixitatẽ deuitãs, ptrãseo. Breuiter aũt faciliterq; loquẽdo, possumus respõdere, q Chro vt patiẽti & eius passioni condolendũ fuit & est, etiã scdm rationem deliberatiuã & appetitũ intellectiuũ ac sensitiuũ, cõsiderãdo passionẽ ipsius scdm qd fuit afflictio innocẽtis, non autem secundum quod fuit humani generis saluatiua ex præordinatione diuina.

¶De multiplici effectu seu fructu dominicæ passionis. Arti. XXXIII.

SVpra tertium Sententiarum. Albertus, Alexander, ac alij diffuse loquuntur, de multiplicibus saluberrimisq; effectibus passionis dominicæ. Operatus est enim dominus & saluator nostram salutem per modum meriti, imò, quicquid in seculo isto fecit ac pertulit, meritorum nobis fuit. Item per modum sacrificij, quoniam obtulit se oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. Apostolus quoq;: Pascha (inquit) nostrũ immolatus est Christus. Et rursus per modum redemptionis, quoniam pretio sanguinis sui nos redemit de seruitute peccati, & de iure ac potestate diaboli, quemadmodum princeps ait Apostolorum: Nõ corruptibilibus auro vel argẽto redempti estis de vana vestra cõuersatiõe paternę traditionis, sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati. Et item p modum satisfactionis. Ille nãq; proprie dicit satisfacere pro offensa, qui exhibet ei qui offensus est id, quòd æque aut plus diligit, q̃ oderit, ipsam offensam. ¶Porro filius dei ex ardentissima charitate, & summa obedientia patiendo, plus deo patri exhibuit quàm exegit recompensatio offensæ aut culpæ humani generis. Primo propter magnitudinem charitatis, ex qua patiebat. Secundo, propter dignitatem vitę suæ, quã pro satisfactiõe & recompensatione ponebat, quæ fuit vita dei & hominis. Tertio, propter generalitatem suæ passionis & vehementiam assumpti doloris. Propterea passio Christi non solum sufficiens, sed & superabundans satisfactio fuit pro totius generis humani peccatis, imo qa ineffabiliter maior fuit charitas & virtuositas Christi quàm malitia occidentium eum, ideo potuit multo plus satisfacere sustinendo, quàm illi potuerunt offendere ipm crucigendo, intantũ, q passio eius supabundans fuit ad satisfaciẽdũ p peccatis crucifigẽtium ipm. Vnde sup Iohannẽ loquit Augustinus: Sanguis Chri in remissionẽ peccatorum sic fusus est, vt possit delere etiam ipm pctm quo fusus est. Itaq; p Christi passionem redẽpti sumus à iugo diaboli, à seruitute peccati, à dãnatione inferni, à pœnis originalis peccati, aptaq; est ianua regni cœlestis, & deo recõciliamur ac nostrę dãnatiõis chirographũ est deletũ, atq; charismata grarum cõsequimur, imo ab oĩ culpa in baptismo mundamur. Chrus sua passione spoliauit infernũ, reparauit ruinam angelorum, plenitudinem gratiæ & salutẽ nobis pmeruit, sibiipsi pmium accidentale pmeruit, reparauitq; pacem inter homines & angelos sanctos, & Iudæos ac Gentiles in vnam cõgregauit ecclesiam. ¶Insup passiõe sua nos instruit ad virtutes, cõfortat cõtra tentatiões, debilitat fomitem, supplet impfectum nostrum, charitate accẽdit nos & omni virtute nos armat. Hinc loquitur Augustinus: Inspice vulnera pendentis, sanguinẽ morientis, ptium redimentis cicaC trices resurgẽtis. Cor habet aptum ad diligẽdum, caput inclinatũ ad osculandum, extẽsa brachia ad amplexãdum, totũ corpus expositũ ad redimẽdum. Hæc quãta sint cogitate, hæc in statera cordis vestri appẽdite, vt totus vobis figatur in corde, q totus pro vobis fixus fuit in cruce. ¶Postremo, ab oĩ excessu verborum, ab oĩ immoderãtia morum ac vitiorum nos reprimat ac refrenet iugis memoria verborum quę Chrs in patibulo pendẽs locutus est, quę & nos spũalibus instruũt doctrinis. Primo etenĩ dixit: Pater, ignosce illis, qd fuit verbũ summæ patiẽtiæ, quo informamur in oĩ aduersitate patientiã custodire, irã refrenare, & pro iniuriatoribus exorare, eosq; excusare p posse, nec immoderate eorum culpam grauare. Scdm verbũ fuit quod dixit latroni: Hodie mecũ eris in paradiso, qd erat verbũ maximæ cõsolatiõis, pcipuæ liberalitatis, atq; potissimę indulgẽtiæ, quo docemur cõsolari afflictos, & indigẽtibus liberalr subuenire veniãq; poscẽtibus cito ignoscere. Tertium fuit verbum maximæ pietatis, ac solertissimæ prouisionis, quo dixit ad astantẽ desolatissimã suam matrẽ: Mulier, ecce filius tuus. Et ad Iohannẽ: Ecce mater tua, quo docuit nos curã habere parẽtum, & prouidos eẽ ad ipos. Quartũ fuit verbũ prudẽtiæ & sanctæ dilectiõis, cum dixit: Sitio, qa & nostram sitiuit salutẽ, & corpalis suæ sitis veritatẽ expressit, quo erudimur propriam proximorum ardenter affectare salutem, & indigentiam nostram prudenter exponere. Quintum fuit, Heli, Heli &c. quod fuit verbum piæ cuiusdam quærimoniæ ac confidentiæ certæ ad patrem, quo instruimur necessitates nostras deo pie conqueri & confidenter fateri, atq; in oĩ necessitate ad ipm confugere, ac orãdo clamare. Sextũ dixit Cõsummatũ est, q erat verbũ felicis triũphi, q̃ docemur in bonis actibus pseuerare vsq; ad finẽ.

Marginal references: Ephes. 5 · 1. Cor. 5 · 1. Petri. 1 · Joban. 19 · Joban. 19

Luc. 23 Septimum fuit: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum, quod fuit verbum sapientissimæ dispositionis, quo docuit nos, vt deo nosipsos finaliter committamus, tanquàm fidelissimo ac benignissimo patri, qui est super omnia deus sublimis & benedictus, Amen. D

¶SECVNDA FERIA PASCHAE.

¶Enarratio Epistolæ: Stans Petrus in medio plebis dixit: Viri fratres, vos scitis qnod factum est verbũ per vniuersam Iudæam. Acto. 10.

SAluator noster, sicut per seipsum ante testatus fuerat (quemadmodum Matthæus scribit) se non missum nisi ad oucs quæ perierunt domus Israel, ita & Apostoli, primo Iudaicæ genti Christum euangelizarunt, maxime autem Petrus qui missus fuit in circumcisionem. Veruntamen cum vocatus fuisset ad Cornelium, & illata ei esset visio de omni genere animalium occidendo & manducando, hoc est mundo & immundo, didicit nullum hominem immundum dici debere, idẽ, à via salutis excludendum, sed omnes ad Christum trahendos: ⌊Stans igitur Petrus in medio plebis⌋ Hoc est, coram Centurione & alijs gentibus q ipm vocauerant, prædicauit illis Iesum & ⌊dixit: Viri fratres, vos scitis ꝙ factum est verbum per vniuersam Iudæam⌋ Id est, prædicationẽ Iesu ibidẽ esse disseminatã. Miracula etenĩ Christi fecerunt eum in locis vicinis hincinde famosum. ⌊Incipiens enim⌋ Iesus prædicationem suam ⌊à Galilæa⌋ sicut in passione Iudæi dixerunt, commouit populum docens per vniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa vsq; huc, ⌊post baptismum quod prædicauit Iohannes Iesum à Nazareth⌋ Iohannes enim Baptista populum baptizando insinuauit eis Christum venisse, dicendo: Medius vestrum stetit, quem vos nescitis. Vel sic: Incipiens Iesus publice prædicare post baptismum quo fuit à Iohanne baptizatus. Scitis (inquam) quòd prædicauit Iohannes Iesum tanquàm eius præcursor. Prędicauit autem Iohannes Baptista, ⌊quomodo vnxit eum⌋ scilicet, Iesum secundum naturam assumptam, ⌊deus⌋ pater seu trinitas ⌊spiritu sancto & virtute⌋ hoc est, plenitudine gratiæ & sanctitatis, seu potestate in miraculis peragendis. Nam & spiritus sanctus Christum, vt hominem vnxit & misit, iuxta illud in Esaia: Et nunc dominus misit me & spiritus eius. Hinc de Christo ait Baptista: Non ad mẽsuram dat deus spiritum. scilicet homini Christo, nam gratia eius quodammodo infinita consistit. Hæc vnctio spiritualis & inuisibilis data est animæ Christi in ipso suæ creationis primordio, quo simul cum carne vnita est verbo totius gratiæ fonti ęterno ⌊qui pertransijt⌋ inter homines conuersando, ambulando & prędicando, ⌊benefaciendo,⌋ id est, multa beneficia dandodo hominibus, ⌊& sanando omnes oppressos à diabolo⌋ multos quippe obsessos curauit. Spiritualiter quoq; dæmonibus plenos conuertit ad deum, sicut de Maria Magdalena eiecit septem dæmonia, imo quantum in ipso fuit, sua benedicta passione vniuersos peccatores saluauit. Quicunq; autem in mortali iacet peccato à dæmonibus est oppressus prostratus, victus, & excæcatus. Verum quod ait, omnes oppressos, accipi potest de generibus singulorum potius quàm de singulis generum, ⌊quoniam deus erat cum illo,⌋ scilicet, pater cum filio. Quemadmodum in Euangelio Iohannis octauo capitulo loquitur Christus: Non sum solus, sed ego & qui misit me pater. Veruntamen coniunctionem hanc, quoniam bene pensando intelligendum est, quod deus erat cum Christo secundum naturam humanam, illam nanque habuit efficaciam sic agendi ex assistentia dei, sicq; intelligi etiam potest, quod deus scilicet, verbum æternum, erat cum illo, hoc est, cum Iesu, quo ad suam humanitatem, per hypostaticam vnionem, quàmuis expositio ista non sit propria secundum Bedam, ne Christi personam geminare videamur. ⌊Et nos sumus testes omnium⌋ mirabilium, ⌊quæ fecit in regione Iudęorum, & in Hierusalem, quem occiderunt suspendentes in ligno. Quem deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestum fieri,⌋ post gloriosam resurrectionem, ⌊non omni populo⌋ immediate, imo nec omnibus absolute, ⌊sed testibus præordinatis à deo, nobis qui manducauimus & bibimus cum illo, postquàm resurrexit à mortuis.⌋ Hoc enim opus, ordinatissimus æternæ sapientiæ dei processus, vt supernaturalia non omnibus immediate reuelentur, sed primo quibusdam electis atq; maioribus, & per illos cæteris. Quod & in hierarchijs obseruatur angelicis, in quibus illuminationes diuinæ à superioribus deueniunt ad inferiores per medios angelicos spiritu, vt diuinus Dionysius edocet.

Margin notes: Esaie. 48; Iohan. 5.; Luce. 6. 7; Marc. 16; Beda; Dionysi9. Right margin: E, F.

¶Præterea aduertendum, quod Petrus ait, nobis qui manducauimus & bibimus cum illo &c. Nam licet in Euangelio Lucæ decimoquarto capitulo legatur Christus post resurrectionem cum discipulis manducasse. Non tamen ibidem exprimitur cum eis bibisse, sed ex his verbis id scitur: ⌊Et præcepit nobis prædicare populo, & testificari, quia ipse est, q constitutus ẽ à deo⌋ patre secundum naturam humanam, ⌊Iudex viuorum & mortuorum,⌋ Hoc est, vniuersorum istorum qui vel ante finem mundi erunt defuncti, vel circa finem mundi inuenientur, & in igne conflagrationis morituri dicuntur. Vel, per viuos intelliguntur electi qui viuunt per gratiam. Per mortuos, reprobi, qui mortui sunt per culpam.

¶Porro in iudicio duo considerantur. Primum, est authoritas iudicandi, & illa tribus personis cómu

A communis & vna est. Secundum, est iudicij exequutio, seu prolatio sententiæ, quæ competit Christo secundum naturam humanam, quam ex sua humiliatione ac passione promeruit. Propter quod Iohānes quinto capitulo ait: Potestatem dedit ei, & iudicium facere, quia filius hominis est. Item q;: Neq; enim pater iudicat quemquàm, sed iudicium omne dedit filio. ⌊Huic⌋ scilicet Christo ⌊omnes prophetæ testimonium perhibent⌋ vt domino serui ⌊remissionem peccatorum per nomen eius⌋ hoc est, per inuocationem & fidem ipsius, ⌊omnes qui credunt in eum.⌋ qui scilicet fide & charitate Christo incorporātur, Prophetæ em̄ concorditer loquuntur de Christo, tanquàm de oīm saluatore, ita quod credentes per gratiā eius iustificātur.

¶Sermo primus circa Epistolam: Cuiusmodi mouere nos debeant ad orandum, & quàm vtilis sit oratio.

ORationes tuæ & eleemosynæ ascenderunt in memoriam, in conspectu domini. Actorum decimo capitulo. Legimus de Cornelio centurione viro iusto timente deum faciente quoq; eleemosynas & deprecante deum semper, quod angelus illum visitauerit, consolatus sit, & dixerit: Corneli orationes tuæ & eleemosynæ ascēderunt in memoriam in conspectu domini, à deo acceptæ sunt, & misericorditer ab eo consideratæ. Huius Cornelij occasione hodierna Epistola legitur. Pro informatione itaq; videndum, quid sit orare. Orare est diuinum auxilium implorare, & dona dei efflagitare. Idcirco quo amplius ac multiplicius indigemus auxilio dei, & donis suæ clementiæ, eo instantius atq; feruentius oportet orationibus vacare.

¶Insuper, quædam sunt mala culpæ, quædam mala pœnæ, quædam mala infernalis miseriæ. Rursus, quædam sunt mala prẹterita, quędam mala præsentia, quędam mala futura. Multa sunt quoq; quæ incitant & inclinant nos ad peccandum, videlicet, fomes peccati, concupiscentia carnis, consuetudo praua, societas mala. Quatuor vulnera animæ ex originali peccato inflicta & consecuta, quæ sunt habitualis consuetudo, quędam in concupiscibili, infirmitas in irascibili, ignorantia in ratione, malitia in voluntate, mundus & amabilitas quædam, pulchritudo, ac delectabilitas creaturarum atq; inuisibiles hostes. Primo itaq; diuinam misericordiam iugiter

B inuocare debemus propter peccata præterita, vt nobis indulgeātur quantum ad culpam & pœnam ita vt in præsenti vita pro eis satisfaciamus, ne vitæ futuræ reseruemur supplicijs. Hinc in Ecclesiastico vicesimoprimo capitulo: Fili, peccasti, ne adijcias iterum, sed de prẹteritis deprecare, vt tibi dimittantur. Nempe, vt alia ait scriptura: Deus peccata inulta abire non patitur. Id circo necesse est ea, vel in præsenti seculo, aut in futuro puniri. Pœna nanq; correspondet atq; debetur culpæ. Veruntamen magna pars punitionis, satisfactionis, & expiationis culparum, est cordialis contritio ac erubescentia de eisdem, ardor quoq; charitatis, vitiorum consumit reatum. ¶Præterea, quo deum gloriosum & summum enormius, frequentius, diutiusq; offendimus, eo incessabilius, dolorosius, humilius, & feruentius benignitatem dei & veniam postulare debemus, & dicere cū Manasse. Peccaui sup numerum arenæ maris, multiplicās offensiones, abominationesq; statuens, & non est respiratio mihi, & cum Psalmista, Psalmo .37. Quoniam iniquitates meę supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatę sunt super me. Itemq;: Ne memineris iniquitatum nr̄arum antiquarum, cito anticipent nos mīæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. Atq; cum Esdra: Deus meus confundor & erubesco faciem meam leuare ad te, quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, & peccata nostra creuerunt vsq; ad cœlum. Itaq; contritio ex qua pro remissione culparum dominum inuocamus, debet esse adæquata grauitati & multitudini trangressionum nostrarum. Secundo omnipotentem quotidie exorare debemus, propter peccata nostra quotidiana, quibus omittendo & cōmittendo offendimus eū quotidie, multoties valde, imo innūerabiliter potius & multo fre

C quentius quàm aduertimus, aut scire valemus cogitatu, affectu, loquutione, & actione, omniq; sensu exteriori & interiori, actiuis quoq; passiuisq; scandalis & alienis peccatis, atq; in cibo, potu, vestitu, incessu & somno ac negligentijs leuitatibus, & dissolutionibus multis, ita quòd intercedere indigemus. Ab occultis meis munda me domine. Et rursus Iacobus: In multis offendimus omnes. Et iterum: Non intres in iudicium cum seruo tuo domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuēs. Merito ergo dixit beatissimus Iob: Non iustificabitur homo compositus deo, & si voluerit iudicio cum eo contendere non poterit respondere vnum pro mille. Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me. Etiam si habuero quippiam iustum non respondebo ei, sed vt meum iudicem deprecabor. Ecce quàm humiliter & contritè, quàm frequenter ac feruide oportet nos dominum inuocare, pro quotidianorum nostrorum remissionibus peccatorum. Tertio, oportet nos deum iugiter exorare, vt à peccatis nos præseruare dignetur futuris, quæ nisi ab illo adiuti, protecti, & præseruati fuerimus, incidemus. Hinc affectuosissimo & deuotissimo corde dicamus illud Psalmi tricesimiseptimi: Ne derelinquas nos domine deus noster. Et denuo: Custodi nos domine vt pupillam oculi, sub vmbra alarum tuarum protege me, Gressus meos dirige secūdum eloquium tuum, & nō dominet mei oīmis iniustitia.

Deduc

Job.24
Psalm.78
1.Esdrę.9
Psalm.18.
Iaco.3
Job.9
Psalm.16.
Psalm.118

Psalm.85 Psalm.24 Deduc me domine in via, & ingrediar in veritate tua. Dirige me in veritate tua, & doce me. D
Quarto, indigemus sic deprecari propter pronitates & procliuitates peccandi quibus infecti & pleni sumus in corpore & in anima, deformatæ sunt etenim animæ vires, & ad peccandum pronissimæ, procliuis est intellectus ad ignorantias, falsitates, errores, deceptiones, obtusus & tardus ad capiendum salubria, prõptus ad curiosa, stulta, inania, in quibus facillime delectatur complacentiamq́ habet, memoria quoq; vaga instabilisq́ consistit, tenax inutilium & malorum, obliuiosa salutarium & bonorum, sic & voluntas ad malitias, nequitias, dolos, auersiones, inuidias inuenitur procliuis.

¶ Insuper appetitus sensitiuus, tam cõcupiscibilis quàm irascibilis, ad diuersarum passionum immoderantias & excessus totus pronissimus est, miserabiliter infectus & deformatus. Difficillimum quoque est interiores & exteriores sensus sic refrenare, & regere, vt circa sua non excedant obiecta, ita vt nec videndo, nec audiendo, nec tangendo, nec odorando, neq; gustando peccemus, nec vanis imagnatõibus, nec phantasijs, æstimationibus, aut suspitionibus occupemur, aut immoremur. Amplius, caro ipsa vehementer infecta est, grauis, libidinosa, & rationi rebellis, imò vt etiam Plato in Phedone testatur: Mille impedimenta virtutum, contemplationumq́ exhibens. Propter quod dixit Apostolus ad Romanos septimo capitulo, & vnusquisq; nostrum dicere habet: Scio quia non habitat in me (id est in carne mea) bonum, & video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Itemq́: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Cum ergo tam vehementer ac multipliciter, tam indesinenter ac lamentabiliter simus proni & celeres ad peccandum, imo ad carnalia ac spiritualia vitia ad omissiones, negligentias & torpores, ad innumerabiles culpas ex parte corporis & animæ, E vehementissime ac indesinenter indigemus diuinam implorare clementiam, vt ab omnibus his vitijs nos præseruet, virtutibus nos confortet, & incessanter gubernet, tueatur ac dirigat, vt cum Psalmista mente grata ei dicere valeamus in Psalmo septuagesimosecundo: Tenuisti manum dexteram meam & in voluntate tua deduxisti me. Et rursus ait: Protexisti me à couentu malignantium, à multitudine operantium iniquitatem. Quinto, indigemus sic dominum exorare, ne alliciamur, & decipiamur à mundo, à mundanis & prauis hominibus, à periculosis consortijs, à delectabilitate, decore, & desiderabilitate creaturarum, quæ factæ sunt in odi-
Sapię.14 um & in tentationem animæ hominum, atq; in muscipulam pedibus insipientiũ. Ideo deum feruentissime deprecemur, quatenus tanta gratia, virtute, & illuminatione nos impleat, ne ad res creatas afficiamur inordinate, neq; in eis culpabiliter delectemur, sed eis tantum vtamur in deo hoc est, secundum dei ptæceptum, atq; consilium, in quantum deseruiunt ad creatoris notitiam, cultum, amorem, timorem, ac seruitutem. Nempe vt Salomon testatur in Ecclesiaste tertio capitulo: Cuncta fecit deus vt timeatur, atq; vt scriptum est Sapientiæ decimotertio capitulo: A magnitudine speciei creaturæ potest creator cognosci, cuius excellentia, sapientia, & potestas in cũctis creaturis relucent, sicq́ quicquid amabilitatis, pulchritudinis, delectabilitatis, atq; dulcedinis in entibus reperimus creatis, ad superexcellentissimi creatoris honorem & gloriam, timorem, amorem, & cultum referamus, ac ordinemus, certi quòd ipse vniuersis & singulis in infinitum melior, amabilior, speciosior, delectabilior, dulcior, terribilior, honorabiliorq́ consistit. Non ergo in amore aut delectatione creaturæ sistat, quiescat aut contentetur cor nostrum, sed intra se dicat: Si tam amabilis, tam decora, amœna, suauis est res creata, caduca, terrena, sensibilis seu carnalis, quàm amabilis & superamabilis, speciosus, deliciosus, suauis est crea- F
Esaię.40 tor immensus, cuius respectu totus mundus est tanquàm puluis exiguus. Sicq́ ex intuitu & vsu creaturarum amore, timore, cultu, & admiratione incomparabilis, ac superhonorabilissimi creatoris accendamur, stimulemur, & illustremur. Sexto, oportet nos deum infatigabiliter inuocare, eo quòd tot inuisibilibus hostibus atrocissimis, callidissimis, inuidiosissimis circumuallemur & impugnemur, qui infatigabiliter nil aliud sciunt, quærunt, aut moliuntur, quam vt ęterna felicitate nos priuent, omni virtute, gratia, & amicitia dei nos spolient, spiritualiter perimant, ac secum damnationi inuoluant æternæ. Cum ergo tot & talibus inimicis proprijs viribus nullatenus præualere valeamus, necesse est, nos diuinum subsidium incessanter efflagitare. Si quis iret per campum latronibus plenum, à quibus sciret se impugnandum, spoliandum, & occidendum, nisi aliunde adiuuaretur, haberetq́ aliquem secum euntem, cuius auxilio posset iuuari, defendi, euadere, quàm non offenderet illum, & si aliquando eum offendisset, quàm instanter postularet sibi ignosci, quàm item humiliter & obnixe rogaret eundem, vt sibi assistere di-
Heb.11 gnaretur, & hoc totum ne temporalia damna, & corporalem mortem breuem incurreret. Cũ
Psalm.38 ergo in seculo isto peregrini simus & viatores, habeamusq́ deum vbiq; & semper præsentem
1.Para.19 quantũ vitare debemus eius offensam & implorare ipsius indulgentiã atq; subsidiũ, vt nos à pstatis hostibus dignet protegere, ne ab eis spũaliter occidamur, ne spũalia dãna patiamur, ne æterna beatissima vita priuemur, & ne perpetuis intrudamur supplicijs. Septimo, deum iugiter inuocemus propter mala pœnalia, quibus circũdamur, ne persecutionibus, ægritudinibus, dãnis, iniurijs,

A iniuriis, increpationibus, & castigationibus superemur. Sed in his omnibus patientiam chabeamus immobilem, & cuncta aduersa æquanimiter toleremus, imo per ea purgari in ha vita optemus. Octauo, quatenus spiritualiter locupletemur, quia orandi officium maxime est lucrosum, per quod omni hora possumus in virrutibus crescere, merita vitæ æternæ augere, copiosioremq́ꝫ beatitudinem promereri. Si videremus mercatorem otio, commessationi & substantiæ suæ dissipationi vacare, qui qualibet hora posset centum aureos nummos lucrari, insipientem ac miserum reputaremus hominem. Nonne ergo nosipsi incomparabiliter insipientius ac infelicius nos habemus, qui cum omni hora possimus cœlestibus charismatibus, meritorijs actibus, æternis, beatissimisq́ꝫ præmijs tā vehementer orando proficere & ditari, non solū à sancto orandi exercitio tepescimus & cessamus, sed etiam loquacitatibus varijsq́ꝫ peccatis vacamus? Resipiscamus ergo à tanta insania. Nono vt iugiter orando deum incessabiliter honoremus & eius assidue accendamur amore, atqꝫ celerius ad regnum petingamus cœleste. Decimo, quatenus indefinenter orando, pro nostris satisfaciamus peccatis. Oratione nanqꝫ, eleemosyna atqꝫ ieiunio præcipue satisfit pro omni peccato. Vndecimo, vt à futuris purgatorijs ac inferni eruamur supplicijs. Duodecimo, vt proximos ædificemus & eorum necessitati ac indigentiæ succurramus. Tertiodecimo, quia ad exorandum assidue sacra scriptura & omnes sanctorum patrum doctrina, exemplo & vita nos vberrime admonent & informant. Quartodecimo, vt aduersarios nostræ salutis inuisibiles hostes affligamus, fugemus, & prosternamus. Quemadmodum scriptum est in Psalmo decimoseptimo: Persequar inimicos meos & comprehendam illos &c. Orationum nanqꝫ instantia ac feruore potissimum affliguntur ac vincuntur.
B Quintodecimo, quoniam Christus, cuius omnis actio nostra est instructio. In Euangelio legitur sæpius orasse, cum tamen non posset peccare, nec decipi, & non solum inquantum deus omnia posset, sed etiam secundum assumptam humanitatem data ei esset omnis potestas in cœlo & in terra. Idcirco ad nostram instructionem hoc egit. Sextodecimo, quia incerti sumus, an simus in charitate, idcirco assidue nos oportet orare, vt charitas vera, nobis, si infusa non est, infundatur, aut iam infusa augeatur, atqꝫ perficiatur. Itaqꝫ cum tot & tanta habeamus incitamenta, tot causas & necessitates incessanter orandi, nequaquàm ab orationibus desistamus, imo cū tot & tantis sumus vallati laqueis, periculis & peccatis, iugiter exclamemus ad deum, præsertim cum tam fructuosissimum ac saluberrimum sit orare.

¶Enarratio Euangelij: Duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in castellum, quod erat spatio stadiorꝫ sexaginta ab Hierl'm, nomine Emaus, Lucæ secundo.

POst manifestationem dominicæ resurrectionis, mulieribus primum, deinde & Petro factam, tertio Lucas eam recenset, quę in eadem duobus discipulis in Emaus facta est. Quam mō describens ait: [Duo ex discipulis Iesu] Hoc est, non ex numero Apostolorum, sed septuaginta duorum discipulorum, vt dicitur: [ibant ipsa die] dominicæ resurrectionis [in castellum, quod erat in spacio stadiorum sexaginta ab Hierusalem, nomine Emaus] Sedecim stadia faciunt leucam, & ita sexaginta stadia faciunt quatuor leucas, quatuor stadijs deficientibus. ¶Præterea, stadium continet passus centum vigintiquinqꝫ. Passus vero est spacium quinqꝫ pedum, [& ipsi loquebantur ad inuicem de his omnibus quæ acciderāt] circa Christum & circa mulieres visitantes sepulchrum. Itaqꝫ de vtilibus conferebant, in quo iti-
C nerantes sequi debent eosdem, & vana vitare colloquia, atqꝫ sæpe orationibus meditationibusq́ꝫ vacare in ambulando. [Et factum est dum fabularentur] hoc est, conferrent sumendo verbum hoc fabulari, prout deriuatur à verbo for faris, non à fabula, [& secum quærerent] hoc est, inuicem interrogarent, qualiter gesta & narrata se possent habere, [& ipse Iesus appropinquans,] id est, per modum itinerantis & peregrinantis eis se applicans, [ibat cum illis.] Ipse etenim dixit: Vbi fuerunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum, & quia de Christi passione contulerunt, & ei pie compatiebantur, apti fuerunt visitari & consolari ab eo. Specialiter etenim complacet saluatori, & compassio & collatio de sua passione. [Oculi autem illorum tenebantur, ne eum agnoscerent] Quia (vt Marcus habet decimosexto capitulo) in illa effigie apparuit eis, & hoc propter dubitationem, & incredulitatem eorum, non tamen putandum, quod faciei Christi dispositio sit mutata, quia vero fuit glorificatus, nec alia illa effigies fuit subiectiue in facie Christi, vt probabilior tenet opinio, quàmuis aliqui dicant, quod Christus ad horam mutauit vultus sui effigiem, sicut in transfiguratione. Verisimilius ergo fertur, quod altera illa effigies fuit subiectiue solum in oculis discipulorum. Vel, vt aliqui opinantur in aere. Potuit equidem Christus visum discipulorum diuersimode immutare, per solam impresionem talium aut talium visualium specierum seu radiorum. Hinc aliqui dicunt, quod erant percussi specie cæcitatis quæ vocatur acrisia. Quemadmodum Syri videntes Helisæum, nec tamen eum recognoscentes, & Sodomitæ quærentes domum Loth, nec inuenientes. Est quippe acrisia quædam cæcatio, qua aliquid confuse & imperfecte videtur, nec tamen sub propria specie apprehenditur. Vnde secundum Gregorium: 4.Reg.6. Genes.19. Gregor.

Christus

Christus discipulis istis ipsum amantibus, & de ipso loquentibus, exhibuit se præsentem, & tamen de ipso dubitantibus suæ cognitionis abstrahit speciem. ⌊Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones quos confertis ad inuicem, ambulantes, & estis tristes?⌋ Non ex ignorātia hoc quæsiuit, sed vt ad eorũ responsionē eos congruēter instrueret. ⌊Et respondēs vnus, cui nomē Cleophas⌋ qui fuit de septuagintaduobus discipulis, alter secundũ Ambrosiũ fuit Amous. Gregorius vero in Prologo sup moralia Iob dicit, ꝙ credit fuisse Lucas iste Euāgelista, ita quòd ex humilitate suũ subticuit nomen, ⌊dixit: Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus?⌋ Hoc totũ non assertiue, sed interrogatiue protulit Cleophas, quasi diceret: Venisti tu solus in Hierusalē in hoc pascha, vt ignores, quæ in ea contigerũt vno horũ dierum, hoc est, in die parasceues, & etiā ante quādo in die palmarũ, & postea multa prodigia fecit in Hierusalē Christus. Nam ita te habes nos interrogando, quasi solus peregrinus hic fueris, & idcirco ab alijs peregrinis nihil audieris, cum tamē certum sit, quod his diebus innumerabiles fuerint in Hierl'm peregrini, à qbus merito pcepisses, quæ in ea sunt facta, qm̃ peregrini libēter inquirunt atq; pcipiunt noua. ⌊Quibus ille dixit: Quæ?⌋ .i. quænam sunt illa, quæ in Hierusalē his diebus sunt facta. ⌊Et dixerũt de Iesu Nazareno⌋ .i. Iesum Nazarenum facta ista concernũt, & de eo ac in eo facta sunt, ⌊qui fuit vir (sexu & omni pfectione virtutum) propheta summus⌋ oīm præscius futurorũ, ita ꝙ grā prophetię fuit in eo p modũ habitus fixè, imò semper in actu & æque pfectè, ⌊potens in opere⌋ .i. in omni actu virtuoso, pfecto & in signis, prodigijs atq; miraculis. Vnde & dixit: Opera quæ dedit mihi pater, testimonium phibent de me. Item'q;: Si opa non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, pctm̃ non haberēt, ⌊& sermone⌋ quia in verbis sapiētissimus ac eloquētissimus fuit, iuxta illud: Diffusa est gratia in labijs tuis. Et Lucas ait: Mirabant̃ omēs in verbis grǣ quæ procedebāt de ore eius. Aduersarij quoq; eius coacti sunt dicere: Nunq̃ sic locutus est homo sicut hic loquit̃: Et recte nunc dicit: Quod fuit potēs in ope & sermone, præmittēdo in ope. Cœpit em̃ facere & docere, ita ꝙ primo egit, q̃d postmodũ p̃dicauit. Sed iam multi sunt, q̃si potētes in sermone, debiles vero in ope. Qui de humilitate, patiētia, mansuetudine, temperātia, iustitia, charitate copiose sermocinant̃, et tñ faciliter à proprijs passionibus superant̃, inquinamētis carnis & animæ viliter infeliciter'q; succumbunt. Itaq; Iesus fuit potēs in ope & sermone ⌊coram deo⌋ .i. vere & infallibiliter, virtuose, & meritorie sibijpsi, quantũ ad præmiũ accidētale, & alijs absolute. ⌊& omni populo⌋ .i. scd̃m oīm præsertim vulgariũ, reputationē. Qui dixerunt: Nunq̃ apparuit sic in Israel. Et Propheta magnus surrexit in nobis. ¶Porrò quidā sunt potētes in ope & sermone, corā hoībus, sed non corā deo sicut hypocritæ, ⌊& quomodo⌋ .i. q̃ iniuste, ⌊tradiderunt eum summi sacerdotes & principes nostri⌋ videlicet pontifices & seniores ⌊in damnationē mortis⌋ .i. morte dignum eum iudicauerunt, dicētes: Nos legē habemus, & scd̃m legē debet mori, quia filium dei se fecit. Importune quoq; impetrauerunt à præside sñiam condēnatiōs ad mortem aduersus Chr̃m, ⌊& crucifixerunt eum⌋ quia eius crucifixionē procurauerunt. ⌊Nos aũt sperabamus⌋ ante passionē ipsius ⌊quia ip̃e esset redempturus Israel⌋ hoc est, liberaturus Israeliticũ populũ, tanq̃ verus Messias in lege & prophetis promissus, ab originali & omni pctō, & captiuitate diaboli, & seruitute peccati, quasi dicerēt: Hoc sperabamus, sed modo nō speramus. ⌊Et nunc sup hæc omnia⌋ .i. vltra ea quæ dixi, ⌊tertia dies est hodie, quo⌋ .i. à die parasceues in quo ⌊facta sunt ista⌋ quo .s. Iesus morti adiudicatus & crucifixus est. ⌊Sed & mulieres quædā ex nostris⌋ .i. ad societatem nostrā spectātes, quia nobiscũ dñm Iesum sequebant̃ deuote ⌊terruerũt nos, quæ ante lucē⌋ .i. valde diluculo ⌊fuerũt ad monumētum, & nō inuēto corpe eius (quia iam resurrexit) venerũt⌋ ad Apostolos dicētes se etiā visionē .i. visibilē formā ⌊angelorũ vidisse⌋ ita ꝙ angelos in assumptis corpibus corpaliter conspexerunt, ⌊qui (angeli) dicunt eum viuere⌋ .i. Chr̃m resurrexisse. Itaq; discipuli verbis mulierũ istarũ auditis tenebant̃, quia forsitā metuebāt, quòd Iudæi increduli imponerēt eis quod corpus sui abstulissent magistri, & propterea eos psequerent̃. ⌊Et abierunt quidā ex nostris ad monumētum⌋ vtpotè Petrus & Iohānes, vt dictũ est: ⌊& ita inuenerunt, sicut mulieres dixerũt⌋ vz lapidē reuolutũ, & lintheamina posita, ⌊ipsum vero⌋ .i. corpus Iesu ⌊non inuenerunt. Et ip̃e dixit eis: O stulti⌋ .i. scripturarũ notitiā non habētes, & veræ fidei luce carētes ⌊& tardi corde ad credēdũ in oībus (verbis & vaticinijs) q̃ locuti sunt pphetę⌋ de mea passione ac resurrectione, cum tñ habeatis sufficiētia inductiua ad credēdũ, ꝙ ego sum ille, de q̃ illa p̃dixerunt pphetæ, nā verbis & sufficiētib⁹ miraculis Chr̃m me eē probaui. ¶Quærit cur Chr̃us discipulos istos vocauerit stultos, cũ alibi dicat: Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehēnæ ignis. Et rñdendũ, ꝙ pctā verborũ pēsant̃ penes intētionē affectionem'q; cordiũ, qm̃ ea quæ sunt in voce sunt earũ quæ sunt in aīa passionũ, affectionũ, intētionum'q; notæ. Chr̃us ergo prohibuit dicere proximo fatue ex contēptu, derisione aut sili vitiosa radice, nō aũt ex charitate & zelo iustitiæ, rōnabili causa id exigēte. ⌊Nōnē hæc oportuit pati Chr̃m⌋ Propter æterni patris præordinationē & prophetarũ verificationē, atq; humani generis saluationē, sanctorum de limbo eductionem, cœlestis patriæ apertionem, cœlestis Hierusalem reædificationem. ⌊& ita⌋

Ambrosius.
Iohan. 5.
Iohan. 15
Psal. 44.
Luc. 4
Iohan. 7.
Acto. 1
Matth. 9
Luce. 7
Iohan. 19
Iohan. 20
Matt. 5.

A ⌊& ita,⌋ puta p passionē,⌊intrare in gloriã suam⌋.i.in cœlũ ascēdere,& corpore glorificari, gloriamq́ꝫ cœlestē plenarie possidere, Christus quippe sua humiliatione, passione & morte ꝓmeruit sibiipsi p̄mium accidentale, atqꝫ dominiũ omnis creaturæ, dicente aplo: Humiliauit se factus obediens vsqꝫ ad mortē, propter quod & deus exaltauit illum, &c. Et tamen hæc gloria debebatur Christo etiam aliunde, videlicet ratione hypostaticæ vnionis cũ verbo, & propter plenitudinē beatificæ visionis, seu essentialis felicitatis animæ eius, quæ redundasset indefinēter in corpus ipsius, & impassibile illud fecisset, nisi deo dispensante, redundantia illa fuisset vsqꝫ ad resurrectionē dilata, vt in epistola ad Dioscoꝝ loquit̃ Augustinus, & ita gloria illa fuit proprie gloria Christi, sed & vniuersa gloria curiæ cœlestis fuit & est gloria Christi, secundũ ꝙ deus est tanq̃ domini ac datoris. Si itaqꝫ Christum p passionem & multiplicē tribulationem oportebat propriã gloriam ingredi, nos q̃ sumus, q̃ absqꝫ tribulationibus & aduersitatibus, pœnitentialibusq́ꝫ opibus gloriam volumus ingredi alienã? Nunquid seruus maior est domino suo, aut membrum suo capite p̄stantius, aut redemptus redemptore sublimior, aut fragilis creatura, creatore suo dei vnico filio? Merito ergo dixit apostolus: Quia p multas tribulationes oportet nos intrare regnum cœloꝝ. Et item: Omnes qui volunt pie viuere in Christo, ꝑsequutionem patientur. ⌊Et incipiens à Mose & omnibus prophetis⌋.i.ex verbis Mosi sumpsit exordiũ, quia primus & principalis fuit inter eos, qui libros ad vetus testamentũ ꝑtinentes, scripserunt, deinde alioꝝ ꝓphetarum allegauit oracula, ⌊interpretabatur illis⌋.i.expositionem fecit istis duobus discipulis, ⌊in oĩbus scripturis q̃ de ip̄o erãt⌋ loquẽtes.i.prophetias de ip̄o p̄dictas eis declarauit & allegauit, vel in generali & multas in speciali, vel oẽs ad ꝓpositũ ꝑtinẽtes & sufficientes. ⌊Et appropinquauerũt castello Emaus q̃ ibãt. Et ipse se finxit lõgius ire.⌋ Secũdum Gregoriũ, fingere pro cõponere sumit̃ in hoc loco, vt sit sensus, ꝙ dñs Iesus cõposuit seu disposuit se ad ꝓcedẽdũ remotius. Potest etiã dici ꝙ finxit.i.simulauit se lõgius ire, q̃a simulatio sancta licita ẽ, & cõmẽdabilis, q̃n fit ex rõnabili causa & bono fine. Vnde & Iosue cũ filijs Israel simulauit fugã. Chrs aũt sic simulauit multiplici rõne. Primo mystice ad innuendum, ꝙ adhuc lõge fuit ab illoꝝ nondũ credentiũ mẽte. Secũdo, vt p hoc eis daret occasionẽ op̄is miæ, videlicet inuitandi & cogẽdi se ad hospitiũ. Tertio, vt p hoc ip̄m doceret nos vt & nos taliter faciamus. ⌊Et coegerũt,⌋ hoc est, multũ instanter & q̃dãmodo importune inuitauerũt ⌊illũ, dicẽtes: Mane nobiscũ⌋ cœnã & hospitiũ nobiscũ sumẽdo, ⌊q̃m aduesp̃ascit, & (pro.i.) inclinata ẽ iã dies,⌋ sole ad occasum tendẽte. Sic & nos q̃tidie Chr̃m rogemus ac inuitemus, vt in cordis nr̃i cubiculo manere digneṫ. Ipse etem̃ apud Iohannem loquiṫ. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructũ multũ. Atqꝫ vt in lib. Sapiæ legiṫ: Neminẽ diligit deus, nisi q̃ cũ sap̄ia inhabitat. Deniqꝫ sp̄ũalr̃ aduesperascit, q̃m vita nr̃a ad occasum q̃tidie tendit, & inclinata est dies, q̃n tempus ꝓmerẽdi deficere incipit. Specialr̃ q̃qꝫ aduesperascit in aĩa, dũ propinquat ad culpã, & inclinatˀ dies, q̃n elongatˀ à gr̃a, hoc est, q̃n disponiṫ ad pc̃tã. Præterea sicut p̄tactũ est ex hoc loco, atqꝫ exẽplo eliciṫ, q̃ charitatiue, instanter, imò & importune peregrini ac pauperes ad mẽsam, & hospitiũ sint vocandi. Hoc nãqꝫ est opus misericordiæ, opera aũt misericordiæ ad Christianos potissimũ ꝑtinẽt, cũ lex Chr̃i sit lex totius charitatis & pietatis. Magna q̃qꝫ est virtus hospitalitatis, de q̃ & in veteri test. Abrahã & Loth specialr̃ cõmẽdanṫ. Vnde & S. Iob: Foris, inquit, non mãsit peregrinus, ostiũ meum viatori patuit. Et Chrs in Euãg. perhibet se in die iudicij esse dictuꝝ ad electos: Hospes fui, & collegistis me. Ad reprobos vero: Hospes fui, & non collegistis me. Hinc princeps aploꝝ hortaṫ: Hospitales inuicẽ sine murmuratione. Et Paulus: Hospitalitatẽ nolite obliuisci, per hãc am̃ placuerunt quidã deo, angelis hospitio receptis, ⌊& intrauit cũ illis,⌋ in q̃ dedit exẽplũ obtẽperãdi rõnabili petitiõi, ne q̃s in ꝓprio sensu sit ꝑtinax ⌊Et factũ est dũ recũberet⌋.i.q̃esceret & mãducaret, ⌊cũ illis, accepit panẽ & bñdixit,⌋ non tñ in suũ corpus cõuertit, sicut in cœna, sed vt moris est benedicere cibum, in q̃ instruxit nos, vt ante refectionẽ benedicaṫ cibus & potus, ⌊ac fregit & porrigebat illis⌋ panẽ iã fractũ ad mãducandũ. ⌊Et aperti sunt oculi eoꝝ.⌋ Nõ ꝙ corporales eoꝝ oculi hucusqꝫ fuerũt clausi, sed q̃a nũc aliter viderũt Chr̃m q̃ ante. Nũc em̃ cœperũt eũ in propria & cognoscibili ac determinata effigie cernere, quẽ ante viderunt cõfuse. Sic oculi primoꝝ parentũ dicunṫ aperti post ꝑpetrationẽ peccati. Quantũ ad alium modũ videre, & in libris Regũ legiṫ Helisæus dixisse: Domine aperi oculos istoꝝ, puta Syroꝝ, idcirco subiungitur, ⌊& cognouerũt eũ in fractiõe panis,⌋ vt paulo post subditur. Habuit em̃ saluator consuetudinẽ sic accipiẽdi, bñdicẽdi, frãgẽdi, distribuendiq́ꝫ panẽ, vt ex Euãgelio cõprobatur, sicut dũ turbas refecit ex quinqꝫ panibus hordeaceis, & postmodũ ex panibus septẽ. Aliqui vero dicũt, ꝙ Christus manibus fregit panẽ, ac si cultello fuisset diuisus, & p hoc eũ nouerunt. Potest quoqꝫ intelligi de interioribus oculis, q̃ aperti sunt, id est, illuminati Christũ cognoscẽdo. ⌊Et ipse euanuit ex oculis eoꝝ⌋ hoc est, repẽte & quasi imperceptibiliter ac velocissime p dotẽ agilitatis ab eoꝝ aspectu disparuit, p quod monstrauit corpus se glorificatũ habere, non autẽ euanuit tanq̃ phantasma. ⌊Et dixerunt ad inuicẽ⌋ Duo isti discipuli. ⌊Nõne cor nostrũ (præsertim voluntas) ardens erat in nobis,⌋

Marginal references: Phil. 2; Iohan. 13; Act. 14; 2. Timo. 3; Grego.; Iosue. 8; Iohan. 15; Sap. 7; Gen. 18. 19; Iob. 31.; Matt. 25; 1. Petri. 4; Heb. 13; Gene. 3; 4. Reg. 6; Matt 14; Marci. 6; Luc. 9; Iohã. 6; Matt. 15; Marci. 8

bis⌋.i.inflãmatũ desiderio veritatis ac Christi,⌊dũ loqueretur in via⌋.i. quãdo Christus in-
crepauit ac informauit nos,ambulãdo nobiscũ,⌊& apiret(.i.exponeret) nobis scripturas.⌋
¶Posset hic quæri,an discipuli isti in via fuerũt vere charitatis feruore accensi? Et videtur ꝙ
imò,nã glosa ait:ꝙ cor eoꝝ fuit igne spiritus sancti accensum & charitatis ardore. Sed vide-
tur contrariũ,quia non erãt in fide, ergo nec in charitate? Ad hoc quidã respõdẽt,ꝙ nõ erant
in charitate,nec vere charitatis feruorẽ habebant,& quod ardor iste erat à spiritu sancto,sed
non cũ spiritu sancto,quẽadmodũ timor seruilis. Et si obijciatur, qa de istis duobus discipu-
lis dicit Gregorius,q̊d eẽ extranei à charitate nõ poterãt hi cum quibus veritas gradiebatur.
Grego. Respondẽt ꝙ hoc propterea dixit Gregorius, quia habebãt aliqd simile charitati & eius ef-
fectui. ¶Porrò,si istud quis teneat,cogetur cõcedere,q̊d & fœminę pergẽtes vngere corpus
Iesu,erãt extra charitatẽ atq; in statu dãnatiõis.⌊Et surgẽtes eadẽ hora(à mẽsa) regressi sunt
in Hierusalẽ⌋ quia præ charitatis ardore,quẽ nũc cũ fide vere habebãt, quiescere & differre
tam saluberrimũ nuntiũ nõ valebãt,nec senserunt viæ laborẽ, dilectionisq; ardor extinxit in
eis seruilẽ Iudæoꝝ timorẽ,⌊& inuenerũt cogregatos vndecim(apostolos in cõclaui) & eos
qui cũ ipsis erãt⌋ videlicet alios quosdã Christi discipulos ex septuaginta duobus, aut fœmi
nas aliquas Christi discipulas. Itaq; Thomas tũc aderat,vt paulo post exijt,nõ credẽs auditis
Iohan.20 sicq; defuit apparitioni quæ cõsequẽter describitur,prout in Iohãne legitur: ⌊Dicẽtes quod
surrexit dñs verẽ & apparuit Symoni⌋ Participiũ istud,dicẽtes,quidã referũt ad verbũ inue-
nerũt,vt sit nominatiui casus,eritq; sensus,ꝙ duo isti discipuli inueniẽtes vndecim cõgrega-
tos,dixerũt eis,ꝙ dñs vere surrexit,& Petro apparuit. Aptius tamẽ videtur,vt dictio ista,di-
centes,referatur ad vndecim cõgregatos,sitq; accusatiui casus,vt sit sensus, quod duo disci-
puli inuenerũt cõgregatos vndecim inter se recitantes,& etiã istis duobus dicẽtes, quod dñs
vere surrexit,& istud ex duobus probatur. Primo,qm̃ isti duo discipuli nondũ sciuisse vide-
tur quod Chrũs apparuerit Petro,sed Petrus hoc apl'is retulit. Secũdo,ex modo loquẽdi ip-
sius Euãgelistæ in loco præsenti,qa post verba prædicta mox subditur.⌊Et ipsi narrabant q̃
gesta erãt in via⌋ Ex quo apparet,quod participiũ illud,dicẽtes,& pronomẽ hoc,ipsi,refe-
rẽda sint ad diuersos,ita ꝙ isti duo cum audissent verba apostoloꝝ Christi resurrectionẽ &
apparitionẽ Petro factã eis narrantiũ,tũc & ipsi narrauerũt narrãtibus sibi,quæ gesta erãt in
via.s.qualiter Christus se eis in via associauit,eosq; interrogauit,increpauit,edocuit, & qũo
cognouerũt eũ in fractione panis.

¶Sermo secũdus circa Euãgeliũ:Qũo ad gustũ spũalis cõsolatiõis pueniatur:Itẽ de deuotione casta ac pfecta, & quid illam impediat.

NOnne cor nostrũ ardẽs erat in nobis dũ loqueretur in via,& aperiret nobis scriptu
ras. Luc.24. Magnã tristitiã cõceperãt apostoli & discipuli dñi ex morte pijssimi,
dilectissimi atq; benedicti sui magistri,adeo vt hæc tristitia eos nõ aliunde sinebat
cogitare aut loqui,nisi id q̊d amauerãt & amisisse putabãt. Accedẽs igitur dñs spi-
rituali eos gaudio refecit:ita eñ loquebaẗ,ita inspirabat,vt eoꝝ corda recalescerẽt,atq; diui-
no igne feruerẽt. Vnde eius colloquio nõ satiati,coegerũt etiã(quẽ peregrinũ suspicabãtur)
ad cõuescẽdũ. Cõsiderãdũ est hic,cũ actus actiuoꝝ(secundũ philosophũ) sint in patiente p̃-
dispofito,qũo præparari debeat homo vt gustũ spiritus,& gaudij interni pcipiat. Dicit eñ
apostolus: Animalis homo non pcipit ea quæ sunt spiritus dei. Et iterum : Non potui vobis
1.Cor.3 loqui quasi spiritualibus,sed quasi carnalib⁹. Et denuo: Quæ (ait) societas luci ad tenebras? Cũ
2.Cor.6. ergo cõsolatio illa diuina,interna atq; cœlestis seu gaudiũ spirituale , delectatioq; syncera in
deo sit angelica quædã perfectio,supnaturalis refectio ac futuræ beatitudinis prælibatio dul-
cis,non facile ad eam pertingitur à quocũq;,nec quilibet eam experiri inuenitur idoneus, se-
cundum quod docet sanctus Bernardus dicẽdo: Errat omino si quis illã cœlestẽ dulcedinem
Bernard. huic cineri,illud balsamũ diuinum,huic gaudio venenoso carnali,charisma hoc spũs sancti,
illecebris huius seculi arbitretur misceri. ¶Porrò,triplici instrumẽto medio,siue itinere ad
consolationẽ istam qua gustatur quam dulcis est dñs,puenitur: videlicet p depurationẽ ani-
mæ à passionibus & peccatis seu vitijs & cõcupiscẽtijs,quod fit p pœnitẽtiæ actus, p cõpun-
1.Petri.2. ctionẽ internã & lachrymas,p refrenationẽ delectationũ carnalium gustus & tactus,p sensuũ
exterioꝝ custodiam & linguæ coertionem,p inanium,inordinatarũq; affectionũ,vigilãtis-
simam depulsionẽ,p seculariũ consolationum aspernationẽ,omisq; vitiosæ affectionis circa
creata,caduca & vana omnimodã eradicationẽ. Hoc aũt certũ est ptinere ad viã purgatiuã
Psalm.36. & statũ incipiẽtiũ. Primo nãq; oportet declinare à malo & à pristinis sordibus,vitiorũq; ma-
culis emundari: quo facto restat iter scđm ad gustũ suauitatis p̃fatæ,q̊d est p spũalẽ & efficacẽ
in sanctis virtutibus exercitationẽ ac diuinoꝝ illuminatã cõsiderationẽ ,or̃oni,meditatõi ac
laudibus dei insistẽdo,sacræ scripturæ mysteria speculando,verba & opa Chr̃i sapiẽtialiter
perpẽdẽdo,noui ac veteris testamẽti cõsonãtiã admirãdo,q̊d vtiq; ptinet ad viã illuminati-
uam ac statũ proficiẽtiũ. Tertiũ vero iter est,p amorosam mẽtis in deũ eleuationẽ, q̃ trãscẽ-

A dens seipsam & cuncta creata, in creatorē suspenditur, in diuitias gloriæ rapit̄, in diuinæ maie- 1. Cor. 3
statis admiratiōe inæstimabil'r exhilarat̄. Sic'q; iuxta Pauli sn̄iam. Reuelata facie gloriā dn̄i spe
culans transformat̄, decorat̄ atq; progredit̄ à claritate in claritatē, in vniuersis spūs sancti cha-
rismatibus inclyte proficiēdo, q̄d totū ad viā pfectiuā seu vnitiuā, ac statū pfectoꝝ noscit̄ pti-
nere. Veruntn̄ in vnoq̄q; gradu ac statu p̄memorato solet aīæ religiosæ aliq̄d cōsolatiōis diuiæ
spūalis'q; gaudij diuinit⁹ ipartiri, atq; à spū sctō, natural'r, total'r atq; iterminabil'r clemēs, bon⁹
munificētissimus'q; cōsistit infundi, sed ordine quodā, Nēpe in primo gradu p̄fata suauitas odo
rat̄, in secūdo gustat̄, in tertio vsq; ad ebrietatē haurit̄ atq; potat̄. Vbi intromittit̄ aīa diuini a-
moris iaculo transfixa ac languida in cellā vinariā, vt bibat de vino cōdito supessentialis ac su- Can. 2
perbenedictis. trinitatis. O felix ebrietas, quā cōcomitat̄ aīæ & corporis tā casta & sancta sobri Esa. 35.
etas, vbi efficit̄ aīa instar ebrij plena, eructās lætabunda & gaudēs, p q̄d redditur in aduersis ro
busta, in periculis tuta, in prosperis q̄q; discreta, in remissione iniuriaꝝ promptissima, sic'q; tan
dem quieta, quiescens in deo atq; obdormiens ac recūbens in diuinis amplexibus. Deniq;, con
solatio ista præclarissimū deuotionis donū est, procedēs ex cōtemplatiōe ignita bonitatis, cha
ritatis, opulētiæ, beatitudinis'q; diuinæ, vel de spe veniæ ac felicitatis futuræ, & gustus boni bo
nificus, q̄uis venturæ dulcedinis cōparatiōe exiguus. Suauissima vtiq; delectatio, qua clemētis-
simus deus mœstā propter se recreat animā, per quā ad quærendū dn̄m gloriæ inuitat̄ atq; ad
amādū deū feruētius vehemēter accendit̄: O dilectissimi vtinā sæpe ista gustemus, experimen
B taliter'q; noscamus. Quidnā vtiq; est tā dulce, tā'q; suaue q̄d in recordatiōe dei sup oīa incōpa-
rabiliter p̄dilecti, aīas amorosas, deuotas ac mūdas, solet tāgere, & tā suauiter eas afficere, vt iā
à seipsis oīno alienari incipiāt, cōscia exhilaret̄, oīs dolor obliuioni tradat̄, animus ipse exultet,
intellectus resplēdeat, cor illuminet̄, affectus lætet̄. Iā nesciūt vbi se eē cōspiciūt, amplexibus'q;
sanctæ dilectiōis aliq̄d intra se tenēt, & pene ignorāt q̄d sit, nihilominus totis visceribus tene-
re id cōcupiscūt. Luctat̄ q̄dāmodo delectabil'r animus, ne q̄d gustat ab eo recedat, quasi in eo
desiderioꝝ suoꝝ finē inuenerit. Hinc ait Bernard. Nōnunq̄ dn̄e quasi oculis clausis ad te inhio. Bernard.
Nā mittis mihi in os cordis q̄d nō licet mihi scire q̄d sit. Saporē quidē dulcedinis sentio, adeo
cōfortātē, q̄ si pficeret̄ in me, vltra nil quærerem. Hoc inæstimabile donum humano nō potest
studio obtineri, humano vix merito poterit promereri, sed à deo largissimo humillimis preci-
bus, à digne dispositis ex diuinæ & pietatis condecentia potest vtiq; impetrari. Omne em̄ auꝝ Augustin.
in cōparatione illius est velut arena exigua, & argentū illi cōparatum, pro nihilo reputat̄. Vti- Psalm. 30
nam mihi omniū minimo deuotoꝝ congruat dicere illud cuiusdam deuoti in soliloquio suo.
Non accessit oculus meus, neq; appropinquauit cor meum vsq; ad multitudinem dulcedinis,
quā intrinsecus abscondisti filijs tuis. Solo eius odore vtcūq; sustentor, spiramentum suauitatis
tuæ de longinquo venit ad me, q̄ est mihi sup odorē balsami ac frangrantiā thuris & myrrhæ,
omnis'q; generis suauia, odoramēta. Cōcupiscentias mundas parit in me, quaꝝ est adustio dul
cis, vix tn̄ portabilis. O dn̄e si tā suauis ac nobilis est tuę bonitatis atq; dulcedinis odor, q̄ p̄clar⁹
ac suauissimus eius est sapor, si tantæ virtutis est modica degustatio viæ, quàm inæstimabilis iu
C cunditatis erit plena inebriatio patriæ. Postremo sicut doctor deuotus dn̄s Bonauentura, vir
vere illustrissimus atq; diuinus fatet̄. Vnctio ista delitiosa q̄ amātissimis dei p̄stat̄ à spū sancto in
via, est velut quidā roseus liquor, q̄ per totā animā se diffundēs eā cōfortat, disponens eā suaui-
ter ad veritatis luculentias suscipiēdas ac pariter cōtēplandas. Si ad hāc cœlicā vnctionē ac cœ
liformē in deo delectationem concupiscit cor nostrū ptingere, optet ab inferiori ac fundamē
to humil'r inchoare. Nō em̄ prius q̄d spūale, sed q̄d aīale, secūdū apl'm. Quantū em̄ ad primum 1. Cor. 15.
q̄ ad p̄fatā cōsolationē attingit, oportet nos q̄d docet saluator implere. Videte, inq̄t, ne grauē Luc. 21.
tur corda vestra crapula vel ebrietate aut curis huius seculi. Nam iteꝝ ait: Væ vobis q̄ saturati
estis, q̄a esurietis. Ideo ait apostolus: Curam carnis ne feceritis in desiderijs. Oportet q̄q; nos Lucę. 6
ponere custodiam ori nostro, & ostiū circūstantiæ labijs nostris. Ab omni autē vanitate risuū, Ro. 13
iocoꝝ, ludoꝝ, confabulationū quasi à facie colubri oportet nos fugere, sed & cor omni vigilā- Psal. 140
tia à cogitationibus vanis, ab affectionibus inordinatis, ab omni occupatiōe praua atq; inerti Eccl. 21
tēporis negligentia oportet p̄cipue p̄seruare. Agamus ergo viriliter, p̄liemur cōtra desidiā no- Psalm. 30
stri torporis instanter. Vincamus nosipsos, cogitemus q̄ superuētura sunt nobis, & pseuerem⁹
in ijs vsq; in finem, scientes q̄ bonoꝝ laboꝝ gloriosus est fructus, q̄ item non sunt condignæ Matt. 24
passiones huius tēporis ad gloriam fortibus dei militibus præparatam. Quibus deus sublimis, Sap. 3
& benedictus non aliud præparauit q̄ seipsum, vt sit ipse dator ac donum, præmiator ac præ- Ro. 8
mium, q̄m hoc ad liberalissimum pertinet amatorem, vt dando munera sua simul præstet seip
sum. Tanta ergo diuinæ dilectionis liberalitas circa nos mentē nostrā inflammet, Vigilantē,
gratā atq; in omni diuinitatis amoroso obseq̄o pseuerātē, pficiētē, feliciter'q; cōsummatē effi
ciat. Cū em̄ perfectio, nobilitas, beatitudo, summa'q; dignitas creaturæ, præsertim intellectua-
lis, scit suo (vt fas est) creatori assimilari, suam'q; voluntatem eius beneplacito conformare, atq;
mandatis siue consilijs eius se in omnibus subiugare, quid vilius, miserabilius, turpius atq; de-

eiuius eē valet, quā delectari in his, q̄ displicēt sancto atq; mūdissimo deo? ea amplecti & ap-
probare q̄ horret ac reprobat ille, ea eligere & amare q̄ prohibet? Deniq;, qd vituperabilius, D
dānabiliusq́; pōt qs mēte cōcipere, q̄ rationalē creaturā ad supsanctæ diuinitatis similitudinē
conditā, supbeatissimæ trinitatis imagine insignitā, summæ felicitatis capacē, cœlestiū spiri-
tuum in natura cōformē, relicto summo, immēso, supessentiali & incōmutabili bono, negle-
cto vero, viuo, adorādoq́; deo, cōtēpto creatore, saluatore & beatificatore suo, in his terrenis
& sensibilibus sordidari, carnalibus oblectari, trāsitorijs implicari, corpalibus voluptatib⁹ su-
perari & obsequi, ac p hoc deo inimicari, dęmonibus cōplacere & subijci, bestijs decies mili-
es deteriorē cōstitui? ¶Insup nōne prorsus infinita calamitas ē, negligētia, stultitiaq́; imēsa,
amore hax̄ breuissimax̄ mūdi, carnisq́; delitiax̄ ac vitiosissimax̄ delectationū atq; inanium
gloriationū, nō iā dūtaxat in vita pn̄ti, sctis, internis ac spūalib⁹ gaudijs, deificis cōsolatiōib⁹,
purissimis, cęlestibus, dignissimisq́; delectatōibus spoliari, sed sempiterna q̄q; beatitudine pa-
triæ, supdignissima diuinitatis fruitiōe & eius beatifica visione in ęternū priuari, & vltra hæc
oīa, sempiternā infernaliū supplicior̄ inexplicabilē acerbitatē mercari, innūerabilia beator̄
gaudia pdere, atq; innūera dānator̄ tormēta incidere? O infelicissimi huius seculi amatores,
voluptatū turpissimi sectatores, dēsissimis interioris cęcitatis tn̄bris obuoluti, palpabilib⁹ vi-
tior̄ erroribus obtn̄brati, cur vobismetipis crudelissimi estis? Cur non miseremini proprijs
aīabus? Cur incessanter augetis & thesaurizatis vobis amarissimas infernalis foueæ pœnas?
Esaiæ.46 1. Para.29 Redite pūaricatores ad cor, attēdite q̄d in seculo isto peregrini & exules estis, nec aliter q̄ per
Matth.7 vitā pęnitētialē, p viā arctā seu cōuersationē virtuosam saluari potestis. Ecce q̄tū seipm̄ vilifi-
cat hō peccādo, reddēs se deo difformē, ingratū, cōtrariū atq; odibilē, dęmonibus similē, cor- E
de turpissimū, brutis deteriorē. Præterea, q̄tū iniquus seipm̄ turpiter delectando vilificat, tm̄
se iustus ī solo creatore lætādo nobilitat. Nōne pclar̄ & optimū est sic propriū affectū diuinę
cōformare ac subdere volūtati, vt in his tm̄modo delectet, in qbus delectat & deus, ea vitare
quæ ille cēset vitāda, in diuinis & spūalibus potius q̄ in vilissimis huius seculi materijs delitia-
Psalm̄.76 ri, propter spūalia gaudia tā viæ q̄ patriæ inanissima mūdi solatia detestari? Erubesce ergo ō
aīa cōsolari in cœno, q̄ es de cœlo, erubesce in minimis delectari, q̄ nō potes nisi summis sa-
tiari. Natura cœlestis es, cœlestēq́; cōsolationē (si carnalis insania pmitteret) q̄reres. O quàm
dulce ac delectabile eēt secūdū naturā grā decoratā & bn̄ institutā viuere, in terris cœlestē vi-
tam ducere, ab exterioribus ad interiora redire, ab interioribus ad superiora ascēdere, cun-
ctaq́; facere secūdū nobilissimū q̄d pexcellit in hoīe, hoc est, secūdū intellectū. O aīa si teipsam
pfectę cognosceres, ex tua cognitiōe mūdū & ea q̄ mūdi sunt, sperneres. Si te cœlestis eē na-
turæ deiformis ac immortalis eēntiæ sapiēter perpēderes, terrenā cōsolationē & vilē in io-
cis ac risibus dissolutionē cōtēneres. Ecce mūdana delectatio quā inimici creatoris requirūt,
amplectūtur & diligūt. Primo vilitatē habet in obiecto, cū sit circa immūda & infima. Secū-
Iob.21. do, habet immūditiā in subiecto, q̄m habētē se maculat. Tertio, habet breuitatē in seipso, mo-
mētaneū siq̄dē hoc delectat. Quarto, habet męrorē in termino, dū impij in puncto in infer-
num descēdunt. Quinto, habet magnā miseriā in effectu, q̄m spūali gaudio priuat hominem
in præsenti seculo ac futuro. Contrario autē modo p oīa est de cōsolatione ac delectatiōe
Hierony. spirituali & virtuosa. Vere ergo, sicut Hieronymus loquitur, gaudere atq; ridere ī seculo isto F
Grego. non est hominis sensati, sed phrenetici: q̄m mundana gaudia excludūt homines à vita beata.
Philip.3 Hinc decimoquinto moraliū dicit Gregorius: Gaudia vitæ huius q̄ iniusti magna bona exi-
stimāt, iusti velut stercora deputāt, & ęternitatis intuitu tanq̄ nihil ac somnium paruipēdūt.
Iob.20 Vnde in Iob scriptū est: Laus impior̄ breuis est, & gaudiū hypocritę ad instar puncti. Et pri-
1. Mach.2 mo Machabæor̄: Gloria impij stercus & vermis, hodie extollit & cras nō inuenietur.

¶Sermo tertius: De multiplici & iucundissimo amicor̄ dei exultatione ac gau-
dio vitæ præsentis & futuræ.

VOX exultatiōis & salutis in tabernaculis iustor̄. Psal.117. Sicut doctores cōcordi-
ter astruūt, & S. Thomas in secūda scdæ, quęstione 28. declarat, q; ex eadē virtu-
te possunt procedere plures actus ad inuicē coordinati, & eiusdem rōnis, q̄r̄ vnus
oritur à virtute illa p aliū. Vn̄ & ipsa virtus ab illo actu denoīatur ac diffinitur, q̄
primo & pricipaliter ab ipsa progredit. ¶Porrò, amor ē prima affectio appetitiuæ potētiæ,
& ex amore desideriū, gaudiūq́; nascūtur. Hinc idē est habitus virtuosus, puta charitas, appe-
titū seu volūtatē inclinās ad diligēdū bonū & ad desiderādū illud, itēq́; ad gaudēdum in illo.
Et q̄m actuū hor̄ prior est dilectio, idcirco à dilectiōe nō à delectatiōe vel gaudio charitas
nomē ac rationē sortitur. Vnde gaudiū nō est habitus aut virtus à charitate distincta, sed ei⁹
effectus, potestq́; dici actus charitatis, si p actū intelligat qcūq; effectus habitus virtuosi. Nō
aūt, si actus proprie accipiat pro actu proprio, īmediato, directe elicito. Sic em̄ gaudium nō
est actus immediate à virtute elicitus, sed actū virtuosum cōseqtur, & ei annexū est tanq̄ cō-
plemētū & quietatio potētiæ operātis, q̄ in obiecto sibi cōueniēti gaudēdo q̄dāmō contētat,
quieta-

A quietatᷓ & cõquiescit. Quãuis aũt gaudiũ asseratur principaliter charitatis effectus, nihilominus quælibet virtus habet proprium gaudiũ. Sed quemadmodũ charitas, oẽs virtutes imperialiter mouet ad operandũ tanq̃ regina & forma ac finis virtutũ, sic eius est de omnium virtutũ actu gaudere, dicente de ea sancto apostolo: Non gaudet super iniquitate, cõgaudet autem veritati, hauddubium quin & æquitati, omniq́ꝫ virtuti. Deniq́ꝫ gaudium & tristitia ex charitate opposito modo procedũt, quoniam sicut ex boni amati præsentia vel prospero eius quam amamus successu, aut quia perfectio sua sibi iam inest, gaudemus, ita ex absentia vel aduersitate boni amati tristitia oritur. ¶ Insuper quæri potest, Quomodo gaudium nostrũ de deo esse possit vel dicatur plenũ, præsertim cũ de deo nulla mens creata tantum queat gaudere, quantũ de deo dignum est gaudere. Nam sicut per suã puram atq́ꝫ immẽsam bonitatem est infinitæ amabilitatis & desiderabilitatis, ita est vtiq́ꝫ per eandem infinitæ gaudiositatis seu delectabilitatis. Quod autem gaudium nostrum de deo valeat esse plenum, innotescit per id quod apud Iohãnem ait saluator: Petite & accipietis vt gaudiũ vestrum sit plenum. Et respondendum, ꝙ gaudium istud dicitur plenum dupliciter. Primo ex parte obiecti, videlicet eius, pe cuius bonitate quis gaudet. Sicq́ꝫ solius dei gaudium est plenum, tanq̃ vere ac intensiue immensum. Secundo ex parte subiecti, puta gaudentis, quando videlicet desiderium eius perfecte satiatur, contentatur & quietatur, ita ꝙ potentialitas eius ad suum actũ completum & vltimũ perfecte deducitur. Sicq́ꝫ gaudium nostrũ plenũ erit in patria, in qua quilibet beatoꝝ attingit terminũ sibi à diuina prædestinatione præstitutũ, atq́ꝫ ꝓfixum. Idcirco nil vltra expectat aut petit, neq́ꝫ appetere potest. Interim vero in via huius exilij q̃tidie crescere & proficere possumus & debemus. Præterea contemplandum, ꝙ gaudium spũale ex diuina procedens contemplatione ac dilectione, secundum quod bonitas dei in seipsa consideratur, & propter seipsam pure diligitur, non habet admixtam tristitiam sibi contrariam, sicut & bonitas dei non habet malum sibi admixtum, Gaudium vero ex contemplatione aut dilectione dei descendẽs, secundum quod bonitas dei seu deus consideratur siue diligitur per respectũ ad nos, secundũ quod participatur aut participari potest à nobis, habere potest tristitiam cõtrariam sibi annexã, propter ea quæ participationẽ aut fruitionẽ seu cætera dona dei à nobis, vel à proximis, charisq́ꝫ nostris excludunt. Quemadmodũ eñ de participatione & præsentia boni quis gaudet, ita de eius absentia aut impedimentis tristatur. Ideo sponsa ait in Canticis: Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie. Et Palmista: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est deus tuus? Itemq́ꝫ: Heu mihi, quia incolatus meus prolõgatus est. Apostolus quoq́ꝫ de se loquens: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Sic eñ & luctus ex charitate procedit. Et hoc sciendum, quod tristitia quę gaudio opponitur, & vitium est, oritur ex suijpsius inordinato amore, qui dicitur amor priuatus ac improbus, nec est vitium speciale, sed radix omnium vitiorum generalis. Veruntamen non obstantibus præinductis, Gulielmus Parrhisieñ. in tractatu suo de virtutibus, ponit quandã specialem gaudij & doloris acceptionem. Sunt, inquiens, dolor & gaudium quæ nomen habitus sortiuntur. Ponit itaq́ꝫ quoddã gaudiũ habituale, q̃d secundũ eũ est pene cõtinua serenitas cordis, ex ꝓsentia inhabitantis dei, quã nõ obnubilat neq́ꝫ obscurat aduersitas. Est q̃q́ꝫ (vt ait) gaudiũ spei, gaudiũ charitatis, gaudiũ patiẽtiæ. Nõ eñ est virtus q̃ gaudiũ propriũ nõ habet annexũ. Vnde dr̃ in ꝓuerb. Gaudiũ est iusto facere iudiciũ, ita & casto facere q̃d castitatis est: gaudiũ spei est de bonis futuris: gaudiũ charitatis, de honore dei & proximoꝝ salute: gaudium patientiæ de ipsa tribulatione. Simili modo dicit ipse: Datur dolor qui & donũ & luctus & gr̃a lachrymaꝝ vsitate vocatᷓ, q quantacunq́ꝫ vehemẽtia crescat, quãtacũq́ꝫ amaritudine mẽtẽ affligere videatᷓ, non sine dulcedine & gaudio vnq̃ est. Hinc generalr̃ viroꝝ sanctoꝝ vultus nunq̃ gratiosiori serenitate resplendẽt, q̃ cũ eoꝝ corda cõpunctiõis gr̃a amaricauit, lachrymisq́ꝫ eorũ ora ꝑfudit. Et hic dolor nõ opponitᷓ gaudio vero, imò secũ cõpatitᷓ, sed gaudio vano, carnali, mũdano. De hoc aũ dolore intelligitur illud Matth. Beati q lugent, qm̃ ipsi consolabuntur. Et illud Ecclesiastis: Qui addit scientiam, addit & dolorem. De qua scientia & dolore loquitur Augustinus in primo de doctrina Christiana. Scientia hæc facit hominem nõ foris se iactantẽ sed interius lamentantem. Insuper secundũ Gulielmũ. Vir sanctus gaudet ex præsentia dei ipsum inhabitantis, non quia sentit, præscit vel præsumit præsentiã dei in seipso, hoc nanq́ꝫ esset iam aliud gaudium, vtputa gaudij aut spei, sed sic de dei inhabitantis præsentia gaudet, quemadmodum prædicto dolore saluberrimo ac iucundo de eius absentia dolet. Deus quippe donat huiusmodi gaudiũ, sicut & gratiam cõpunctionis. Nec mirũ, si ex ꝓsentia lucis diuinæ serenitas ꝓmemorata in cordibus sanctoꝝ diffunditᷓ. Huic gaudio opponitᷓ tristitia seculi operans mortẽ, & specialr̃ ipsa acedia, q̃ est spũalis boni fastidiũ. Itaq́ꝫ secũdũ istũ doctorẽ, hæc est specialis gaudij acceptio, quod dicitᷓ habituale, estq́ꝫ speciale donũ dei, sicut & gr̃a cõpunctionis. De gaudio isto sponsa fatetur in Canticis: Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem. Rex enim est Christus, cella vinaria, ipsa ecclesia, in qua vinum spiritualis

(Margin notes: 1.Cor.13. — Iohan.16 — Cant 3 — Psal.41. — Psalm.119 — Ro.7 — B — C — Pro.21. — Matth.5 — Eccles.1. — Augustin. — 2.Cor.7. — Cant 2)

gaudij bibitur,q̊ om̄ia tp̱alia vilipēdūtur,quo℞ dilectio est impedimētum ordinis charitatis,&
ita per gaudium spirituale impedimentis remotis ,charitas ordinatur in sponsa. Hoc ergo D
gaudium,quod est causa ordinis charitatis,per hoc quod remouet impedimēta,videtur esse
donum dei,q̊d anima ex eius præsentia adipiscit̄. ¶Præterea alijs satis probabiliter,rōnabili
terq́ʒ videt̄,nō vtiqʒ oportere ponere tale gaudiū habituale distinctū à charitate considerata
in suo eē p̱fecto,q̊d cōpetit sibi in aīo,plene purgato seu viro diuino atqʒ heroico:nēpe cum
charitas habeat se vt propriū vexillū spūs sancti,p̱ q̊d ipse venit atqʒ in paternā hæreditatem
infeudat eos ad q̊s venit,ita q̊d ipsa charitas est signū potissimū regiæ p̄sentiæ spūs sancti,fluit
ab ea delitiosissima dilectio fruitiua,quā cōseq̱tur p̱fectū nō impugnatū imperturbatūq́ʒ gau
dium actuale. Istud q̊qʒ est de mēte venerabilis patris nr̄i dn̄i Bartholomæi sacræ theologiæ
professoris condigni,& in dictis scolasticoꝝ doctoꝝ multū exercitati & prompti,cui etiā in
hac parte potius q̄ positioni Guilhelmi Parisiēsis cōsentiēdū opinor. Si tn̄ Guilhelmus intē-
dat asserere,ꝙ gaudiū habituale sit q̱d fixū in aīa distinctū realiter à gaudio actuali, interme-
diansq́ʒ inter actualē dilectionē & gaudium actuale:quo em̄ charitas est in suo eē p̱fectior,eo
actus eius ē stabilior,cōtinuior atqʒ syncerior. Idcirco gaudiū consequēs eū,est fixius, purius
ac delitiosius,ita ꝙ nō cogimur ponere habitū mediū inter actualē dilectionē & gaudium a-
ctuale. Si vero scd̄m Guilhelmū,gaudiū spūale viri p̱fecti, q̱ est quasi in quadā cōtinua sere-
nitate mētis,ideo habituale vocet̄,qm̄ propter fixionē,p̱manētiā siue frequētiam suā habet se
per modū habitus seu habitualis p̱fectiōis,quēadmodū donū seu gr̄a prophetiæ in prophe-
tis eximijs,q̊d tamē nō dicit̄ proprie habitus,sed potius q̄dā p̱fectio actualis,sic arbitror po E
sitionē illam posse teneri. Essentiale autē gaudiū quod iusti in tabernaculis suis habēt in cœlo
tam copiosum est & multiplex,q̊d q̊cūqʒ se verterint causam & incitamēta gaudēdi inueniāt
Nam supra se primo & maxime gaudēt de bn̄dicta & adorāda trinitate. Deinde supra se gau
dent de om̄i beatitudine,p̱fectiōe,decore,& eminētia humanitatis filij dei. Tertio gaudent
supra se in cōspectu virginis gloriosæ Mariæ,de om̄i pulchritudine, excellētia, beatitudine
& honore ipsius. Quarto gaudēt supra se de om̄ibus angelis sanctis,& de aīabus seu homini-
bus sanctis,qui eis in gloria sunt superiores. Gaudēt q̊qʒ in se de vniuersa beatitudine,gr̄a &
excellētia eis collata. ¶Insup̱ gaudēt circa se de felicissima sanctoꝝ societate,& beata cōmu-
nione,qua vnusquisqʒ eoꝝ alteri beatitudinē suā cōmunicat. Gaudēt & infra se nō solū de his
qui inferiores sunt eis in gloria,sed & de tota machina mūdiali, quæ post diē iudicij erit pul-
cherrime decorata. Itaqʒ de humanitate filij dei multipliciter exultabunt,primo de om̄i pul-
chritudine eius,quā habet in donis gratiæ & gloriæ,tā in corp̱e q̄ in anima. Tota nāqʒ capa-
citas animæ Christi ac viriū eius ab exordio suæ creatiōis & vnionis cum deitate, fuit repleta
om̄i gratia & virtute,om̄i dono & fructu spūs sancti,imò & intellectus eius repletus fuit bea-
tifica deitatis visione. ¶Porrò,post passionē suā humanitas sua plenissime glorificata est in
sua resurrectione & ascēsione,quātum ad corpuus suū inferioresq́ʒ vires suas. Et quāto anima
Christi præ om̄ibus sanctis excellētius fruitur deo,& gloriosior,sanctiorq́ʒ cōsistit,tāto cor-
pus Christi mirabilius atqʒ splendidius est glorificatum quatuor dotibus corpoꝝ hominum
electorum,ita ꝙ claritas pulchritudinis eius,& pulchritudo suę claritatis,venustissimusq́ʒ as- F
pectus ,& pulcherrimus eius vultus ineffabiliter maior ac delectabilior est omni claritate &
decore solis,lunæ ac sydeꝝ,omniūq́ʒ corpoꝝ glorificādoꝝ. Cū igit̄ tota Christi humanitas
sit tā incōparabilr̄ speciosior,dulcior,gloriosior ac sublimior oīb⁹ creaturis, tā angelis q̄ cæ
teris sc̄tis,cōstat ꝙ oēs beati ī cōspectu hūanitatis Chr̄i vehemētissime delectētur, ita ꝙ ma-
ximū gaudiū, q̊d habēt post beatificā deitatis visionē, est gaudiū istud ex intuitu hūanitatis
1. Petri. 1. Chr̄i cōceptū cuius hūanitas,tāta gratiositate,venustate & gl̄ia est p̱fusa,ꝙ & angeli sc̄ti desi
derāt eā prospicere,& cū indicibili iucūditate eā īspiciūt oēs beati. Secūdo ciues cęlestes gau
dent de Chr̄i humanitate & de eius inspectiōe, inquātū p̱ ipsam sunt liberati vel reparati,&
multa ac maxima bn̄ficia cōsecuti. Itaqʒ aīæ sanctæ in cœlis inæstimabiliter gaudēt de hūana
natura filij dei,& de om̄i excellētia ac gloria eius,q̱a p̱ eā sunt ab æterna damnatione ereptæ
donis gr̄æ in via huius seculi adimpletæ,atqʒ ad felicitatē sempiternā p̱ductæ. Et q̊ maiora &
digniora sunt bn̄ficia ista,eo humanitatē Chr̄i iucūdius intuētur,ardētius diligūt,& p̄cordia
lius dn̄o Iesu Chr̄o saluatori suo regratiātur. Tāto certe p̄cordialius atqʒ deuotius,q̊ plura ac
maiora pro eoꝝ salute fecit ac p̱tulit. ¶Porrò,sancti angeli gaudent de Christi humanitate,
quia p̱ eam ipsoꝝ ruina est instaurata,societas aucta,& gloria multiplicata. Tertio, oēs san-
cti in cœlo gaudēt potissime de Christi humanitate,eo q̊d ipsa vnita est vnione p̱sonali vni-
genito dei filio,vero deo,q̊d est dignitas infinita ,& mai⁹ bonū ac eminētius donū,quā om̄e
bonum ac donū cæteris sanctis & reliquis om̄ibus creaturis collatū. Hinc de tāta humanitatis
Christi exaltatiōe amplius gaudēt sancti,quàm de om̄i beatitudine,pulchritudine, gratia &
gloria omniū cæteroꝝ sanctoꝝ,& quāto plus diligūt Christū secūdum vtrāqʒ suam naturā,

A tanto exuberantius gloriantur de omi pfectione, excellētia & gloria vtriusq; suæ naturæ, videlicet æternæ deitatis atq; assumptæ humanitatis. ¶ Præterea oēs sancti in cœlo de psentia & aspectu gloriosissimæ virginis matris filij dei mirabiliter, ineffabiliterq; lętātur, & tāto intensius, quāto eam amāt feruētius. Primo ergo lætātur in eius aspectu, qm̄ ipsa præ omi pura creatura in esse creato subsistēte, & inenarrabiliter speciosa, sancta, pfecta & gloriosa, bona, amabilis, pia & ad intuendum delectabilis ac iucunda, imò omino dulcissima. Si em̄ de Hester regina veraciter ait scriptura: Erat formosa valde, & icredibili pulchritudine, oīm oculis gratiosa & amabilis videbat̄, quā incōparabiliter excellētius dicēdum est illud de gloriosissima & glorificatissima virgine dei matre, q̄ fontē cōcepit ac peperit pulchritudinis infinitæ. Et si creator oīpotēs tātā pulchritudinē, amabilitatē & gratiositatē ponit in modica hūani corpis parte, puta in facie, q̄ incōprehēsibiliter ac infinite pulcher, amabilis & gratiosus est ipse i semetipso. Secūdo vniuersi beati gloriātur in virgine summa, qa p eā cēsecuti sunt gratiosa dona, & bñficia gloriosa à dño multa & magna. Ipsa nāq; genuit mūdo saluatorē, ipsa ē aduocata ecclesiæ militātis, pctōꝝ refugiū, mr̄ & cōsolatrix miseroꝝ. Ei cōmissum est misericordiæ regnū, & p eā innumerabiles pctōres veniā, gratiā & salutē adepti sunt. Et quicq̄d gr̄æ est in nobis, p ipsam datū est nobis. Tertio gaudēt psertim in ea & de ea, de eius excellētia ac honore, eo q̄d ipsa sit mater veri dei, cōpar ē talis deo patri, eundē filiū habēs cum illo, q̄d est dignitas q̄dāmodo infinita, propter quam tota curiæ cœlestis militia, singulari, pcipuoq; honore eam deuotissime honorat, venerat̄, tātoq; abundātius cōgratulat̄ excellētiæ eius, quāto feruētius diligit eā, & quāto qs beatoꝝ misericordiā maiorē ab ea & p eam à deo est cōsecutus, B tāto pcordialius diligit eā & honorat, ac ei in omibus istis cōgaudet. ¶ Insup vnusq̄sq; beatoꝝ gratulat̄ supra se de vniuersis angelis sanctis, ac cæteris q eo sunt maiores in gloria, qm̄ omibus illis toto corde fauet, cōgaudet: nec appetit eē aut habere q̄d illi sunt & habēt, sed plene contētātur de suo: & q̄d nō habet plene in se, gaudet se p charitatē & participationē habere in alio. O qs excogitare aut dicere queat, quātū inferiores sancti lætātur ex intuitu, psentia in cōsortio sanctoꝝ aplo̅ꝝ ac prophetaꝝ & virtuosoꝝ pastoꝝ ac alioꝝ q̄ꝝ doctrinis, subsidijs & detectiōibus, tātam beatitudinē sunt adepti, & psertim de illoꝝ aspectu, ad q̄s specialiorē & ampliorē habuerūt dilectionē atq; deuotionē. Certe omia gaudia huius mūdi simul collecta, cōparari nequeūt gaudio q̄d vnusq̄sq; beatoꝝ habet de beatissimæ virginis Mariæ præsentia & cōspectu, quod etiā quibusdā electis amatoribus eiusdē virginis sanctæ datum est in vita hac experiri, qbus ipsa virgo pijssima visibiliter apparere dignata est. Nec dubium quin multo plus delectētur in aspectu humanitatis filij dei, & tn̄ hæc omia gaudia ad accidētale pertinēt præmiū beatoꝝ, quod totū simul sumptū incōparabiliter minus est, gaudio pmij essentialis, videlicet beatæ fruitionis, qua excellētissima trinitate & eius vna simplicissima deitate fruuntur. At vero q̄liter sancti intra se gaudēt de propria felicitate, pfectione & gloria, & de vniuersis ac singulis suis cōciuibus, angelis sanctis, & animabus beatis tactū est alibi. Aspiremus ergo, festinemus & cursitemus ad ineffabilē gloriā electorum, ad quā currere est eam feruēter appetere, ad quā festinare, est tēpus indultum fructuose expēdere, & dei præcepta diligēter implere, ad quam aspirare, est eius desiderio ac amore flere & gemere in hac lachrymarum valle, exemplo prophetæ qui dixit: Hei mihi quia incolatus meus prolongatus C est. Atq; apostoli clamātis: Infelix ego homo, quis me liberabit de morte corpis huius? Certe si in regno cœlorum non eēt aliud gaudiū aut præmium, nisi videre speciosissimā, optimā, dulcissimamq; Mariam Christiferam, merito totis viribus conaremur illic pertingere, quāto magis cū in adorādi dei gloriosa & fruitiua visione cōstituta sit principaliter salus & merces nostra, quæ (vt sanctus fatetur Bernardus) tā grādis est, q nō potest metiri, tā multa, q nō valet numerari, tā copiosa ac diuturna, q nequit finiri. Vnde rursus loquutus est: Reuera illud est veꝝ solū gaudiū, quod nō de creatura, sed de creatore concipitur, cui cōparata omnis aliunde cōcepta iucūditas mœror est, omis suauitas dolor est, ome dulce amaꝝ, ome decorum fœdum, ome quod aliunde delectare possit, molestum

Hester.

Psalm. 119

Roman. 7

Bernard.

¶ AD RELIGIOSOS.

¶ Sermo quartus: De cōpēdiosissimo modo proficiēdi p extirpationē priuati amoris, & varijs alijs salutaribus documētis.

PRO omibus mortuus est Chrūs, vt q viuūt iā nō sibi viuāt, sed ei q pro ipsis mortuus est. 2. Coꝛ. 5 Hæc sunt verba Pauli apl̄i ad Chr̄i pro nobis crucifixi imitationē nos inuitātis. Nā vt idē ait apl̄us: Si Chr̄o cōpatimur, cōregnabimus ei. Non em̄ est seruus maior dn̄o suo Si ergo oportuit Christū pati & ita intrare gloriā suā, quomodo nos gloriā istā intrabimus, si Christū sequi negligimus? Eius humilitatē, patiētiā, mā suetudinem, obedientiam, charitatem, non curantes sectari, præsertim cum Petrus dicat Apostolus: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius. Quid autē est Christi vestigia sequi, nisi per præfatas virtutes suæ sanctissimæ cōuersatiōi ac passioni

passioni, nostram conuersationem (quantum possibile est) conformari? Quemadmodum docet Euãgelista Iohãnes: Qui se dicit in Chr̃o manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Igitur sicut vita Chr̃i in mũdo hoc tribulationibus & p̃secutiõibus extitit plena, sic electorũ Chr̃ianorũ vita in seculo isto diuersis tribulatiõibus & persecutiõibus exercet, probat & coronatiõe gl̃iæ sempiternę digna efficit. Propter q̃d dicit Apl̃us: Om̃es q volũt pie viuere in Chr̃o p̃secutionẽ patient. Et rursus: Per multas tribulatões oportet nos intrare in regnũ cęlorũ. Itẽq; Nõ coronabit nisi q legitime certauerit. Etem̃ cõtra tres hostes forte & incessabile p̃lium habet electi, vc3 cõtra diabolũ, mũdũ, & p̃priã carnẽ, imo & cõtra p̃priã voluntatẽ quã laboriosũ ac difficillimũ est in oĩbus abnegare, & vincere, rectificare, & diuinę volũtati subijcere. Q; tamẽ Chr̃us in Euãgelio multipl'r monet ac docet, vt abnegemus, relinquamus, & odiamus nosip̃os, vt oculũ, manũ, pedẽ scãdalizãtem eruamus, abscĩdamus, & proijciamus à nobis, vt aduersarios diligamus, odiẽtibus benefaciamus, & pro calũniatoribus ac p̃secutoribus dep̃cemur, omniaq; in nos peccãti indugleamus ex corde, & alia quædã similia, quę ad exequendũ forsitã vident difficilia. Veruntñ oĩm horũ documentorũ seu p̃ceptorũ, imò & oĩm moraliũ doctrinarũ ac iussionũ totius scripturæ, vis & summa atq; sn̄ia in paucis videt cõsistere, vt. s. priuatum amorẽ eradicemus oĩno ex nobis, q̃d faciẽdo, in om̃i proficiemus & p̃ficiemur virtute, etiã in diuino amore. Etem̃ Augustino testãte: Amor priuatus est oĩm vitiorũ origo. Amor aũt diuinus, seu charitas oĩm bonorũ est radix. Duo q̃ppe amores duas cõstituũt ciuitates. Nã amor sui crescẽs vsq; ad contẽptum dei, cõstituit ciuitatẽ Babylonis, quę est ecclesia malignãtiũ, & corpus ac regnũ diaboli. Sed amor dei crescẽs vsq; ad cõtemptũ sui, cõstituit ciuitatẽ dei, quę est ecclesia militãs, & corp⁹ & regnũ Chr̃i. Itaq; minoratio priuati amoris, est augmẽtatio seu p̃fectus amoris diuini seu charitatis. Plena aũt priuati amoris euulsio est p̃fectæ charitatis adeptio. Oportet igit scire, quid sit amor priuatus seu amor sui, q̃d item sit amor dei. Itaq; amor ẽ iordinata affectio, q̃ a homo amat se in se. Et amor iste vocat improbus, ad se reflexus, priuatus & vitiosus, q̃m nõ est ordinatus ad deũ, ac vltimũ finẽ, qui ẽ æterna felicitas. Cũ em̃ homo creatus sit ad dei honorem & gloriã, eiusq; beatificã visionem, ita q̃ deus seu beatifica visio est hominis finis, ideo debet homo semetip̃m & totã vitã suã, omniaq; quę habet, ad deum referre, & ad eius honorẽ ac gloriã, visionemq; beatificã ordinare, nec aliter se amare, nisi in deo, & per ordinationem sui ad vltimũ finem suum. Hinc amare se in se est inordinatum, peruersum, atq; dãnabile. ¶ Porrò amare se in se, est ea velle atq; affectare, quæ sunt homini delectabilia, vtilia, seu honesta, quo ad propriã inclinationem, & naturã in seipsa consideratã, sicq; ex amore isto priuato statim procedit sensualis concupiscentia, & omnia vitia carnis, inquãtum ex amore priuato appetit homo delectabilia sibi in se. Sic em̃ ex isto maledicto amore procedunt gula, luxuria, desideriũ delicati cibi & potus, oscula, & amplexus, lasciui aspectus, carnalis affectus, libidinosi cõtactus, applicatio corporalis, cõfabulatio vana, mollis & diuturna dormitio, horror pœnĩæ & laboris, ridere & iocari, & inordinate solatiari, hoc est in se & in rebus caducis, nõ in deo cõsolari & gl̃iari. ¶ Preterea inq̃tũ hõ ex amore priuato appetit vtilia sibi, in se & scd̃m se, sic ex pessimo isto amore p̃cedũt auaritia siue cupiditas, solicitudo sup̃flua, fraus, dolus, furtũ, rapina, adulatio, quæstus, thesaurizatio, occupatio, timor p̃dẽdi terrena, dolor sup̃fluus de amissione eorũ, curiosus, sup̃fluus vestitus. Amplius inq̃ntũ ex pestifero sui amore appetit honesta sibi in se, & scd̃m propriũ appetitũ, sic ex amore isto nascunt ambitio, desideriũ p̃latiõis, cupido p̃priæ libertatis, simoniaca pestis, blãda p̃missio, praua suspitio, p̃tialitas, simulatio, calliditas, ifidelitas, hypocrisis, singl'aritas, cõplacẽtia vana aliaq; diuersa ac grauia vitia, sicut iobediẽtia, cõtẽtio, rebellio induratio, p̃tinacia atq; siĩia. Pręterea, sicut ex priuato amore hõ appetit delectabilia & honesta sibi i se, sic ex eodẽ amore horret & fugit cõtraria illis, sicq; ex amore priuato procedit detestatio tristiũ, puta eorũ quæ pœnalia & molesta sunt corpori, vt sunt abstinentia, ieiunium, vigiliæ, disciplinæ, rigor pœnitentiæ, obedientia, labor, asperitas vestis, perpessio nuditatis, carentia fabulationum, iocorum, ac terrestriũ. Hinc sciamus & aduertamus, tãtum adhuc nobis inesse & animæ nostræ visceribus inhærere de priuato amore, quãtum de prætactis eius effectibus vitijsq; præfatis extat & inuenit in nobis. ¶ Porro amor dei seu charitas, est pura ac spiritualis dilectio, qua super oĩa diligimus deum, & nosip̃os in deo, hoc est scd̃m doctrinã, pręceptum & beneplacitũ dei. Itaq; amare se in deo, est oĩa illa appetere & amplecti, quæ sunt homini expediẽtia aut necessaria, ad complacẽdum deo, ad approximãdum ei, ad proficiẽdum in gr̃a & charitate eius, ad obtinendum æternã salutem, sicq; ex dei amore seu charitate procedit castitas, castigatio corporis, refrenatio desideriorũ carnalium, patiẽtia in aduersis, amor iniuriarũ, increpationũ & correctionũ obedire in omnibus, velle subesse, nolle pręesse, seipsum despicere, ab alijs despici velle operibus pęnĩæ insudare, & om̃e tempus fructuose deducere, bona pro malis rependere, in diuinis aelacriter laborare, sibipsi non p̃cere, nec blãdiri, iniuriãtibus, icrepãtibus, accusantibus, detrahentibus, nunquàm irasci, indignari, nec contristari, neq; se vindicare, paupertate, inopia deiectione gaudere, deum totis viribus, omniq; modo possibili honorare, & alios ad idem pro posse

A posse inducere, eorũq; scãdalizationē toto conatu vitare, in dei laudibus, orōnibus, meditationibus, delectari ac immorari. Ecce isti sunt effectus & signa diuini amoris, veræq; charitatis, & quãtũ ab istis actibus deficimus, tãtũ à pfecta charitate, & à diuini amoris pfectione & puritate deficimus. Si itaq; affectamus vniuersa vitia amputare, oēs passiones refrenare, ĩ omi virtute proficere, in charitate & grã pfici, nr̃æ satisfacere professioni, & iuxta nr̃æ vocatiōis exigẽtiã digne deo iugiter cõuersari, studeamus indesinẽter priuatũ amorē expellere, atq; in deo nos vere diligere, qa in hoc cõsistit, vt tactũ est, tota summa & vis ac sentẽtia oĩm moralium documẽtorũ ac pceptorũ totius scripturæ & ecclesiæ, omniũq; doctorũ fidei Chr̃ianæ. ¶Præterea si quærat, qualiter possit ac debeat hõ ista implere? Respõdet, ꝙ ad hoc sunt plurimæ viæ. Prima ē, vt hõ incessanter ac feruidè inuocet deũ pro virtute & grã sic agẽdi. Secũda vt etiã inuocet virginē gloriosam, & angelũ sanctũ suæ vitæ custodē, ac sanctos ad q̃s maiorem habet affectũ ac deuotionē, vt intercedãt pro eo ad dñm, istãq; gratiã sibi impetrare dignẽtur. Tertia ē, vt faciat etiã assidue, q̃d ĩ se ē, faciẽdo sibi forte propositũ reformãdi se taliter, & amandi se in deo dũtaxat, & dicẽdi freq̃ẽter in aĩo suo. Ecce in deo solo volo, intẽdo, propono me amare, & oĩa illa desiderare, & cũ gaudio tolerare, ac facere ea p quæ possum ei placere, approximari & vniri. Quarta est cõsiderare quã ineffabilē fructũ cõseq̃tur hõ sic faciẽdo, & quãtum damnũ incurrit hoc negligẽdo. Quinta est intueri Christũ & cæteros sanctos, q ita egerũt & eorũ sequi vestigia. Sexta est vt discat & assuescat quotidie se frangere in paruis, vt paulatim se frangat ac vincat in maioribus, & tãdē in maximis, seq; in cũctis ex toto corde humiliet, quia p specialissimam opem ac gratiam desup obtinebit.

B ¶Sermo quintus: Quòd religiosi omne quod agunt, ordinare debẽt ad profectũ, puritatē, feruorēq; diuini amoris.

COR nostrũ ardēs erat in nobis de Iesu. Luc. 24. Nihil nobis salubrius, nihil vtilius, nihil deniq; magis necessariũ ē charitate. Charitas eñ inter vniuersas virtutes tenet primatũ. Estq; pclarissima oĩm virtutũ regina, imperatrix, motrix vita & forma, ita ꝙ sine charitate nihil ē meritoriũ vitæ æternæ, nil deo acceptũ, & sicut aĩa est vita corpis, sic charitas vita ē aĩæ. Charitas nãq; maxime vnit nos deo. Ideo oĩm cæterarũ virtutũ actus & exercitia sunt q̃tidie ordinãda ad sanctæ ac diuinæ charitatis augmẽtũ & inflãmationē, & qcqd agimus boni, qcqd laudabiliter loqmur aut patimur, ad hoc ordinare debemus, vt p ea crescamus in dei amore. Deniq; ob hoc religiosæ psonæ mũdũ, parẽtes, propinq̃s, & oĩa q̃ sunt mũdi, relinquũt, q̃tenus ab oĩbus illis abstracti, corda sua cũ maiori charitatis feruore, cũ puriori & stabiliori amore vniãt deo, sicq; p sanctas affectões & cõtẽplatões ac meditatiões qescãt in ipso. Qm mẽs hũana tãto ĩtegrius atq; pfectius occupari & affici pt in vno, q̃to minus circa diuersa & multa distrahit, occupat & afficit. Hinc q̃q; religiosæ psonæ faciũt votũ ppetuæ castitatis, ne p carnales voluptates, & cõcupiscẽtias sensuales, impediant & auertant à puritate spũalis & diuini amoris. Ob hoc etiã pauptatē promittũt, ne p so licitudines, occupatões & cupiditates circa tpalia ac terrena ab ĩtegritate, stabilitate, synceritate & feruore diuĩ amoris retrahant ac dilabant. Ob eãdē cãm & obediẽtiã vouẽt, ne ppriã volũtate & libertate abutẽdo, agãt & incidãt ĩ ea, q̃ diuinæ charitati cõtrariãtur, atq; vt diuinæ volũtati se cõformãdo, & iuxta sui supioris ac ordinis imperiũ cõuersando, celerius, copiosiusq; proficiãt oĩni die in dei amore. Et breuiter ad diuinę charitatis pfectionē ptingere

C est finis ac rõ oĩm euãgelicorũ, q̃ Chr̃s dedit ac docuit, cõsiliorũ. Quẽadmodũ eñ pcepta dei iubẽt ea q̃ necessaria sunt ad charitatē & prohibẽt ea q̃ charitati cõtrariãtur directe, ita euãgelica Chr̃i cõsilia docẽt & psuadẽt ea vitari, q̃ solẽt à charitate dei & eius profectu ac pfectiõe impedire atq; retrahere, q̃uis nõ sint mala in se, sicut habere vxorem ac propria possidere. Ea q̃q; suadẽt arripere & amplecti, q̃ accõmoda sunt, & cõpẽdiosius ducũt ad profectũ & plenitudinē charitatis diuinæ, vt sub obediẽtia viuere, propria nõ habere, ppetuã castitatē seruare. ¶Præterea, charitas, virtus est à spũ sancto infusa & data, p quã deũ primo & principaliter sup oĩa & incõparabiliter diligimus propter purã & infinitã bonitatē ipsius, & qa prior dilexit nos, & propter vniuersa bñficia ac promissa ipsius, & maxime propter ea q̃ vnigenitus patris æterni pro nostra salute assumpsit, fecit ac ptulit. Qui aũt crediderit se eē in charitate & deũ vere diligere, pẽset an inueniat in se ea q̃ aplus de charitate affirmat: Charitas, inquiens patiẽs est, benigna est, charitas nõ æmulat, nõ agit perperã, nõ inflatur, nõ est ambitiosa, nõ quærit q̃ sua sunt, nõ irritat, nõ cogitat malũ, nõ gaudet sup iniqtate, & oĩa suffert. Amplius ad charitatē ptinet, volũtatē amãtis cõformare volũtati amati: etenĩ amantiũ se inuicē est eadē velle & nolle. Idcirco ad hoc, quod qs diligat deũ reqritur, vt pcepta dei adimpleat, & peccata quæ odit deus, detestet: Virtutes q̃q; ac opa sancta, quæ diligit deus, amet. Nec aliter blandiat qs sibi, q̃d diligat deũ. Rursus amãs cupit felicitatē & honorē eius, quē diligit, idcirco qui diligit deum, congaudet infinitæ beatitudini eius, & veneratur eũ pro posse, cupitq; eum ab oĩbus honorari, & proximos suos pro viribus suis auertit ab inhonoratiõibus dei, eos

1. Joh. 4.
1. Cor. 13

dei, eos q̄q; verbo & ope inducit, quātū valet, ad honoratione maiestatis diuinæ. ¶Præterea, pt D
quis sciscitari, qualiter possit ac debeat in charitate proficere? Ad q̄d rñdendū, q multis modis
Primo, vt dictū est: Omia quę agit ac patit, ꝓpter hoc agēdo ac patiēdo, vt p ea crescat in sancta deitatis dilectiōe. Sic nāq; assidue cogitando de profectu & inflāmatione diuini amoris in se & aspirādo ad talē charitatis profectum fouet in se charitatē & aptat se ad hoc quod spūs sanctus verā charitatē in ipo augmētet, accēdat atq; pficiat. Nā quāto plus homo disponit se ad aliquā dei grām ac virtutē, tāto plus pficit in eis à deo. Scđo, ꝓficit & pficit homo in charitate, deū fidelr & instāter orādo, vt suā diuinā dilectionē dignet in se augere, inflāmare, pficere. Tertio, frequēter aspirādo & gemēdo ad deū cū his & cōsilibus verbis. O deus dulcissime, qñ te toto corde amabo. O pulcherrime & incōparabilis deus q̄diu à tua sanctissima charitate tā frigidus remanebo. O bone & supoptime dñe, qñ tibi iugiter ac feruide adhærebo? Quarto, assiduè considerādo, q̄ admirabilis & supamabilis sit dñs deus oīpotens, q̄ infinite pulcherrimus, sanctissimus, pijssimus, pfectissimusq; cōsistat, & q̄d prior tam vehemēter dilexit nos. Cognitio enim est
1.Iohā.4 via ad amorē. Quinto, indesinēter pēsando vniuersa bñficia eius generalia ac specialia, corpalia & spūalia, naturalia & supnaturalia, & q̄d ad æternā beatitudinē nos creauit. Itemq;, q pr æternus vnigenitū filiū suū misit, & dedit pro nobis, & q spūs sanctus tam gloriosissime egit nobiscum, & q deus tā diu sustinuit nos in vitijs & excessibus nr̄is, & toties ad suā grām nos reduxit. Sexto, frequēter nos eleuādo ad actualem dei amorē. Ex multis etem actibus gignit habitus, & tandē cōsuetudo. Vnaq; actio bona disponit ad aliā sibi cōsimilē ac meliorē, sicut & vnū pctm̄ trahit ad aliud. Septimo, pctā vitādo intuitu & amore dei. i. propter deū, ne offendat, quēadmodū legit de sanctissima & admirabili illa Elisabeth de Thuringia, qñ q ad gerēdum alijs morem cogebat quodāmodo chorisare, statim cū semel circuierat, dixit. Alia volo dimittere propter deum. Et ita cōsueuit dicere, & facere in alijs ludis. Octauo, aīam ab omi carnali & sensuali amore purgando, quatenus possit amore repleri diuino & spūali: qa hi duo amores simul inesse & stare nō quæunt, imò cū ome mortale pctm̄ cōtrariet charitati, necesse est ab omi pctō mortali diligētissime abstinere, & qa venialia pctā charitatis feruorē, puritatē, & incremētum impediunt ipsamq; charitatē infrigidāt atq; debilitāt, necesse est à venialibus quoq; peccatis solicite præcauere, & cordis puritati studere, sicq; cū summa vigilātia deuitare, qcqd offensiuū est oculorum maiestatis diuinæ. Nono, qcqd amabilitatis, suauitatis & excellētiæ in creaturis cōspicit, & occurrit ac placet, statim referre ad pconiū creatoris, q largitus ē illud, ac talr cogitare debem⁹. O q̄ gloriosus atq; amabilis est deus creator vniuersorum, q rebus istis corporeis, tantā amabilitatem, virtutē, suauitatē, aut eminētiā indidit & cōcessit, qbus oībus ipe in seipo infinite est amabilior, virtuosior, dulcior, atq; pfectior. ¶Porrò, vt eā charitatē obtineamus, indigemus multis supnaturalibus donis, medijs atq; auxilijs, & primo grā gratū faciēte quę ipam intellectualis, ac rōnalis naturæ essentiā ornat ac pficit, atq; eē supnaturali diuino, & ad ꝓmerendā vitā æternā idoneo statuit. ¶Insup, charitas qua deus proximusq; amat supnaturalr, pure, gratuite nobis à spū scō infundit, sed & fides q̄; & spes. Hæc charitas in habēte p̄pōderat amore totius vniuersi, ita vt plus diligat deū, q̄ vniuersa creata, imò minimus gradus charitatis facit deū plus toto vniuerso amari. Aliter hō nō eēt in statu salutis, ꝓut Thomas pulchre deducit. ¶Præterea, secundū doctores, qcūq; habet charitatē, & grām iā pfatā. Habet etiā septē dona spūs sancti, saltē scđm aliquē gradū, cæterasq; virtutes infusas charitati, & græ cōnexas. Quo aūt in charitate, & F
grā magis ꝓfecerit, eo in donis & virtutibus sublimius crescit. ¶Deniq; tāta ē dignitas atq; excellētia horum supnaturaliū bonorum, vt nec comphēdi facile nec explicari possit. Nulla qppe naturalis pfectio, forma, decor, aut claritas eis pt æqri. Nō tm̄ neq; tā pulchre ornat lux cœlestis substātiā solis & lunę, quātum grā decorat essentiā animæ. Nec sol tantum venustat regionē cœlestem, quantum charitas dei venustat animæ voluntatem. Sed nec septem planetæ tantum ornāt orbes cœlestes, q̄tū septē dona spūs sancti ornāt atq; clarificāt aīæ vires. Neq; vniuersitas deniq; siderum tm̄ decorat ac pficit firmamētum seu sphærā octauā, quātum vniuersitas cæterarum virtutū dignificat, ornat, & pficit aīam. Quēadmodū iuxta philosophū beatitudo potius consistit in actu q̄ habitu, sic apud Theologos magis pfectio cōsistit in actibus virtuosis, q̄ in ipsis habitibus. Nobiliorum quoq; habituum nobiliores sunt actus. Cum ergo præhabita gratiæ bona ac dona sint habitus tam præstantes ac summi, nonné nobibilissima, deiformis atq; prælucida tibi videtur anima Christiana, quæ horum habituum actibus iugiter occupatur, quæ tam spiritualiter, supernaturaliter, ac deiformiter conuersatur, deum tam eminenter colit & veneratur, cuius vtiq; conuersatio est in cœlis? Hinc nimirum anima talis est dei filia, amica, & sponsa, secretorum cœlestiū conscia, deo familiaris, conformis in affectu, ac intima, hæres dei, cohæresq; Christi, quæ reuelata facie deum contemplans, in eandem transformatur imaginem à claritate in claritatem. Quia in fastidium versa sunt ei omnia ista mundana, caduca, carnalia, humana solacia, laudes, honores, & pompæ seculares, & quicquid displicet deo, quicquid vero nouerit deo placere, hoc toto affectu amplectitur.

¶Feria ter

¶FERIA TERTIA PASCHAE.

A ¶Enarratio Epistolæ: Surgēs Paulus & manu silentiū indicēs. Actoꝝ 13.

CVM apostolus Paulus cū Barnaba à Papho nauigasset atq; Pergem Pamphiliæ transeuntes venissent Pisidiæ Anthiochiam, Antiochiam Pisidiæ, ingressi sunt synagogā, & post lectionē legis & prophetaꝝ miserūt ad eos principes synagogæ, inuitātes illos ad aliquē sermonē faciēdū ad plebē. ⌊Surgēs « itaq; Paulus⌋ principibus & toti cōgregatiōi honorē impēdēs, ⌊& manu si« lentiū indicēs (vt attētius audiret) ait: Viri frēs, filij gñis⌋ .i. tribus, ⌊Abrahā, « & qui in vobis timēt deū⌋ q̄d referri pōt ad conuersos ad Iudaismū, ⌊vobis verbū (.i. p̄dica« tio) salutis huius missum est.⌋ huius missum est. Vel, verbū salutis huius .i. verbū dei incarna« tū, hūanæ author salutis missum primo specialiter ac principaliter, ita vt ipsemet Chr̄s testat⁹ sit, nō sum missus nisi ad oues domus Israel q̄ perierūt. Discipulis q̄q; p̄cepit: In viā gētium ne « abieritis, sed ad oues p̄ditas domus Israel. ⌊Qui eñ habitabāt Hier̄lm (puta vulgares) & prin« cipes eius, ignorātes hūc Iesum⌋ eē Messiā. Quod quō veꝝ sit tactū est 3. capitulo sup id, scio « frēs, q̄a p ignorātiā peccastis, sicut & principes vr̄i, ⌊& voces prophetaꝝ q̄ p oīne sabbatū le« gūtur⌋ in synagogis seu scholis eoꝝ, q̄a verba prophetaꝝ de Chr̄o nō intellexerūt, ⌊iudicā« tes⌋ q̄d morte eēt cōdignus, ⌊impleuerūt⌋ q̄ de Chr̄i passione prophetata fuerūt. ⌊Et nullā « cām mortis inueniētes ī eo (scd̄m veritatē) petierūt à Pilato vt inrerficerēt eū⌋ .i. ex eius sn̄ia Ioh.18.19
« per milites interfici facerēt, q̄d & fecerūt. ⌊Cūq; cōsummassent oīa q̄ de eo scripta erāt⌋ vc3 « de eius cōprehēsione, ligatiōe, cōsputione, passione, ⌊deponētes eū de ligno, posuerūt in mo Marc.15
« numēto⌋ nō vtiq; ijdē nūero interfecerūt & deposuerūt ac sepelierūt, sed illud impij, hoc iu- Luc.23
B sti, vc3 Ioseph ab Arimathia & Nicodemus. Veꝝ scriptura more solito loq̄tur de diuersis q̄si de eisdē, sicut in psal. Cū occideret eos q̄rebāt eū. Et iteꝝ: Et nō recessit retro cor nr̄m, & Psalm.77 Psalm.26
« declinasti semitas nr̄as à via tua. ⌊Deus vero suscitauit eū à mortuis tertia die q visus ē p dies « multos, his q simul ascēderāt cū eo de Galilæa in Hierusalē⌋ .s. viris ac fœminis, p̄sertim ap̄lis « prout dictū est primo capitulo. Post passionē suā p dies quadraginta apparēs eis ⌊q vsq; nūc « sunt testes resurrectiōis eius ad plebē⌋ q̄d ip̄e sit Chr̄s pro hoībus crucifixus & suscitatus, ⌊Et « nos vobis annūtiam⁹ eā q̄ ad p̄res nr̄os repromissio facta ē⌋ de Chr̄i aduētu & saluatiōe gñis « hūani p ip̄m, ⌊q̄m hāc deus adimpleuit filijs vr̄is⌋ .i. Iudæis q nūc sunt .s. ad eoꝝ salutē, qui si crediderint in Christū, immaculateq; vixerint, nō habebūt necesse ad limbū descēdere, vt pa« tres eoꝝ quātūlibet sancti, sed moriētes mox euolabūt, ⌊resuscitās Iesum Chr̄m dn̄m nr̄m⌋

¶Sermo primus: De p̄fectæ charitatis adoptione, p extinctionē priuati amoris, qui est omnis peccati origo.

DEus suscitauit Iesum die tertia. Acto.13. Ad hoc Chr̄m credimus mortuū, ad hoc credimus resurrexisse, vt & nos cū Chr̄o moriamur, & cū eo resurgamus. Moriamur p̄ctis & vitijs, resurgamus p nouitatē vitæ ī virtutib⁹. Moriamur amori priuato & resurgam⁹ amori diuino. Duos nāq; amores docet S. August. q duas cōstituūt ciuitates. Nā amor dei crescēs vsq; ad cōtēptū sui, cōstituit ciuitatē dei Hier̄lm, q̄ est ecclesia electoꝝ .i. dū electi in tm̄ crescūt atq; proficiūt ī diuino amore q̄d cōtēnūt seipsos, tunc vere sunt mēbra eccl̄iæ. ¶Porrò, amor sui crescēs vsq; ad cōtēptū dei, ciuitatē efficit Babylo- Galat.5 August. Heb.12
C nis, regnūq; mūdi, cuius prīceps vocaī diabolus, sicut Chr̄s disseruit: Venit ad me prīceps mūdi hui⁹, & ī me nō habet q̄cq̄ .i. dū p̄uersi sic crescūt ī sui ip̄si⁹ priuato amore, q̄d dei p̄cepta nō curāt, nec deū honorāt, nūc vere sunt mēbra diaboli, suntq; de nūero cōgregatiōis dānādoꝝ. Johan.14.
Cōstat ergo q̄d oīm vitioꝝ origo ē amor sui, seu amor priuatus. Vñ si ī dei amore, oīmq; virtutū decore, optamus proficere, oīno op̄tet vt istū amorē priuatū conemur funditus extirpare & ebannire: & q̄to in hoc magis proficimus, tāto ī dei amore & vniuersis virtutib⁹ sublimius promouemur & crescimus. Op̄tet itaq; scire q̄d sit amor iste priuatus ita nociu⁹, & q̄d sit amare se ī se, q̄d itē sit amare se ī deo. Cōsiderādū ē itaq;, q̄d amare se ī se, seu amor priuatus & amare se in deo, seu amor diuinus penitus cōtrariātur, & se mutuo expellūt seu destruunt. Cū eñ amare sit alicui bonū velle, amare se in se, est sibijpsi bonū velle p cōparationē, seu respectum ad seipsum, & propriā voluntatē seu cōcupiscētiā, nō p relationē atq; intuitum ad deū & vltimū finē, verāq; felicitatē, sicut dū aliquis amat & appetit delectabilia, vtilia vel honesta, quo ad statum & vitam præsentem, propriā carnē ac volūtatē peruersam, p quæ impeditur & elōgatur à deo. Deniq; se amare in deo, est ipsum deū gloriosum ac oīpotentē sup oīa diligere, & ea q̄ bona ac proficua sunt q̄ad deū, ad vltimū finē, seu vitā ęternā, ad beatitudinē cōsummatā, cordiali affectu appetere, oīa q̄q; semp, ac vbiq; principal̄r ad dei honorē referre. Patet ergo q̄d amor sui seu amor priuatus est amor inordinat⁹ vitiosus, ad seip̄m reflexus, quo bona terrena, vana, caduca, videlicet dū fama, & gloria huius mundi, diuitiæ & honores seculi huius, plus amātur quàm deus æternus, & bona cœlestia, sp̄ūalia ac diuina, quēadmodū faciūt ambitiosi, auari, sup̄bi, carnales & oēs vitiosi, q ea exquirunt, quæ propriæ volūtati Deuter.6 Matt.22. Marci.12 Luc.10.

voluntati & affectioni, atq; naturæ, quod seipsam dulcescunt & placent, carnaliterq; delectant D
eos quoq; qui talia sibi impendunt, carnaliter diligunt. Ea vero quæ propriæ affectioni contrariantur, quàmuis saluberrima sint, detestantur, videlicet, increpationem, disciplinam, carnis macerationem & humiliationem. Vnde & his qui talia eis inferunt, indignantur, aut irascunt. Itaq; ex isto priuato amore, innumerabilia vitia oriunt, puta supbia, ira, impatiẽtia, vana gloria, psumptio, inuidia, ambitio. Vitia quoq; carnalia, gula & auaritia. Ex hoc nẽpe q aliqs pdicto modo amat seipm statim orit desideriũ ppriẹ excellẽtiẹ, qd ẽ supbia. Deiñ affect⁹ vindictẹ cõtra eos q aliqd iniuriæ, vel paruipẽsionis irrogare vident, q affectus est ira. Vlterius tristitia cõtra eos q aduersa infligũt, q est impatiẽtia. Sicq; pterea ex isto amore sui ad se vniuersa scaturiũt vitia. Idcirco si cũcta pctã supare optamus, nõ amemus nos p reflexionẽ priuatã ad nos, sed solũ in deo, euellamusq; funditus priuatũ amorẽ oĩa detestãdo, p quæ elongamur aut separamur à deo. Per pctã quippe mortalia separamur à deo, p venialia vero qdãmodo elõgamur ab eo. Oĩa quoq; p quẹ promouemur, producimur seu iuuamur ad deũ, cordialiter diligamus & amplectamur. ¶ Insup ad vitã æternã optima & cõpediosissima via est p ignẽ & aquã trãsire, hoc ẽ, diuersas tribulatões ęqnimiter ferre, ignominiã pati, ab oĩbus vilipẽdi, vituperari, nesciri, corpus affligere, sacris vigilijs insudare, pijs laboribus fatigari, in oronibus & meditatiõibus sanctis pernoctare, in oĩ diuinitatis obseqo feruẽter ac indefinẽtissimẽ occupari. Oĩa ergo hęc amat q seipm in deũ efficaciter diligit, & sicut ista desiderat, sic hoꝝ opposita. s. aduersa nõ pati, ab oĩbus honorari, vane laudari, famari, delitiose nutriri, somno otioq; vacare, à dei cultu cessare, hęc inquã spernit, odit, & vitat. Cũ aũt qs aliqd vere desiderat, tũc in illius adeptione atq; pręsentia cordialiter delectat. Dum vero aliquid odit & fugit, tunc plane in illius euẽtu tristatur. Si ergo nosipos in deo vere diligimus, tunc summè ac intimè gloriamur, dum tribulatiõibus cõquassamur, dum ignominias patimur, & ab vniuersis cõtẽnimur, deridemur, arguimur, reprobamur, amamus nesciri, cupimus subesse & obedire, affectamus in oĩbus nosipos relinquere, in carnis afflictiõe, & in sanctis vigilijs, cõtinuis pcibus, meditatiõibus bonis, cæterisq; exercitijs virtuosis ac pijs laboribus vehemẽter lætamur, aduersarios nostros intime diligimus, vituperãtibus atq; spernẽtibus nos, pium ac charitatiuũ repẽdimus affectũ. Siquidẽ per istos purgamur à vitijs, grãm impetramus, Chro atq; martyribus assimilamur, & deo placemus. Hęc etem ad Christianam ptinẽt pfectionẽ. Nihil in hac vita cõsolatiõis requirere, nihil qetis, nec velle recipe bona in vita psenti, sed honores refugere, subiectiõe & abiectiõe gaudere, paupertatẽ studio quærere, nõ solũ facultates, sed etiã cupiditates à cordibus eradicare. Ecce in istis cõsistit profectus noster, atq; perfectio, q ad ista (deo auxiliãte) ptingit, pt dicere cũ Paulo: Chro cõfixus sum cruci. Viuo aũt iam nõ ego, viuit vero in me Chrus. Et iteꝝ: In oĩ fiducia magnificabit Christus in corpe meo, siue p vitã, siue p mortẽ. Mihi em viuere Chrus est, & mori lucrũ. Sic nãq; priuatum amorẽ extirpare, est vere seipm salubriter mortificare, tñ cũ vitijs & concupiscẽtijs crucifigere, mori mundo, & viuere deo, quod q facit, dicere cũ Aplo pt: Ego stigmata dñi Iesu in corpore meo porto. Itaq;, scdm qd Aggæus propheta hortat: Ponamus corda nostra sup vias nostras, cõsiderãdo diligẽter quotidie, imò frequẽter quolibet die, quid nobis quoad deũ, bonum & vtile sit, idq; iugiter diligamus. Quid item nos à deo auertat, impediat, aut elonget, idq; infatigabiliter euitemus. Verũ, qm ista difficilia sunt, nec cito adipiscunt, virtus em est circa difficilia, & quo pfectio altior est, tãto opus est maiorẽ adhibere conatum, idcirco totam spem nostrã cõstituamus in deo, eius opem & grãm incessabiliter implorãdo, fideliter quoq; qd in nobis est faciẽdo. Inchoemus fiducialiter, prosequamur viriliter, vt obtineamus feliciter cõsiderãtes quod ait Apostolus: Stabiles estote & immobiles, abundantes in opere dñi semper, scientes quòd labor vester non est inanis in domino. Itemq; Psalmista: Expecta dñm viriliter age & cõfortetur cor tuum & sustine dominum.

Marginal notes: Psalm.65 (at "ctamur"); Galat.2 (at "noster, atq; perfectio"); Phil.1 (at "ci. Viuo"); Gala.6, Aggæi.1 (at "gere, mori mundo"); E (right margin at "Si ergo"); F (right margin at "lia, & quo pfectio"); 1.Cor.15, Psalm.26 (at "bis est faciẽdo").

¶ Enarratio Euangelij: Stetit Iesus in medio discipuloꝝ suoꝝ, Lucæ.24.

Lucæ.24 DEscribit Lucas apparitionẽ illam saluatoris post resurrectionẽ suã, qua discipulis suis collectis in cœnaculo apparuit, videlicet: Cũ discipuli duo q iuerãt in Emaus, reuersi narrarẽt Aplis, qũo in via se dñs associasset illis, & qũo cognouissent illum in fractione panis. Hęc itaq; dum loquerent: ⌊Stetit Iesus in medio discipuloꝝ suorum⌋ »
Matt.18. Hoc ẽ, repẽte ianuis clausis intrauit, atq; in medio stetit, sicut promisit. Vbi fuerint duo vel tres cõgregati in noĩe meo, ibi sum in medio eoꝝ. Stetit aũt in medio ad lrãm, vt ab oĩbus melius videret & audiret, seq; monstraret esse eundẽ, q ante passionẽ in medio eoꝝ cõsistere solitus erat.
Luc.22 Spũaliter vero vt humilitatem commendare, & virtutũ magistrum se eẽ oñderet. Nã virtus cõsistit in medio, & ipe ante passionẽ disseruit. Ego in medio vestrũ sum, sicut qui ministrat. Per » hoc quoq; oñdit dilectionẽ suã ad discipulos suos, ⌊& dixit eis: Pax vobis⌋ hoc est, pacẽ pectoris, quæ est trãquillitas seu quies mentis in deo, habete modo p grãm, & pacẽ æternitatis habe-
Lucæ.10. te, nunc p spem, & aliquã prægustationẽ. Itaq; sicut saluator ante passionẽ pcepit discipulis: In quãcũq; domũ itraueritis, primũ dicite: Pax huic domui, sic ipemet post resurrectionẽ visitãdo

eos, pri

A eos, primũ loquutus est: Pax vobis, q̃ cõstat q̃ magnũ bonũ sit pax vera, spũalis & interna. Ego sum vere magister & dñs vester, paulo añ crucifixus, & nũc vere resuscitatus, q secũdũ deitatẽ sum æternal'r & pfecte, cuius esse est plenũ, infinitũ, simplicissimũ, omiformitaterq́ꝫ pfectũ. Qui dixit ad Mosen: Ego sum q sum, nolite timere inordinato timore, q̃si velim vos fallere aut nocere. Cõturbati vero p admiratione, & conterriti, sicut naturale est fragilitati hũanæ, defunctoꝝ apparitionẽ horrore, & insolitas ex pauescerere visiones, sed & propter periculũ, existimabãt se spm̃ videre, videlicet animã Chri, aut aliũ spm̃ forte fallacẽ in corpo reassumpto. Sed miꝝ, quõ hoc putabant, cũ iam paulo añ dixissent: Quòd surrexit dñs vere. Quod audierunt à sanctis mulieribus, & à Petro, à duobus q̃qꝫ discipulis, atqꝫ (vt reor) à Iacobo minore, cui añ hanc horã apparuit Chrs: Et rñdendũ, ꝙ ideo forsitan putabãt se spm̃ videre, nõ veꝝ corpus, qm̃ clausis introĳt ianuis, quod adhuc impossibile forsitan æstimabant vero humanoq́ꝫ corpori. Verũtamẽ Petrus & duo pdicti discipuli, & Iacobus minor de resurrectione Chri nõ dubitabant, q̃uis virtutẽ & dotes corporis glorificati nondũ cognoscerẽt. Et dixit eis: Quid turbati estis? hoc est, immoderãter inquietati, formidolosi, & stupidi, & cogitationes (erroneæ) ascendũt in corda vestra, ex proprĳ intellectus imbecillitate, qa suspicamini spm̃ vos videre. Videte manus meas & pedes, in qbus manẽt vulneꝝ cicatrices, ad insinuandũ, ꝙ vere in proprio corpore resurrexi, qa ego ipse sum, q fui mortuus, & nũc corporaliter viuo atqꝫ appareo, palpate, vt certificemini etiã tactu, & videte exteriori, interiorìq́ꝫ oculo me veraciter surrexisse & apparere, qa spũs carnẽ & ossa nõ habet, sicut me vi
B detis habere, spũs em̃ in sua natura est simplex. Et cũ hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes, & cicatrices in eis, forsan etiã latus, eiusq́ꝫ cicatricẽ. Voluit aũt cicatrices in suo corpore reseruare. Primo, vt tactũ est, ad probandũ veritatẽ suæ resurrectiõis. Secũdo, in signũ victoriæ. Tertio, vt p hoc electos & sanctos in patria in suo magis accendat amore. Quarto, vt eas patri pro nobis psentet. Quinto, ad maiorẽ impioꝝ & ingratoꝝ cõfusionem. Adhuc aũt illis nõ credẽtibus, quod veꝝ cõspicerent corpus Chri, ob causam ptactã, nec oẽs erãt æque increduli, imò quidã oĩno credebant, & quidã nondũ cõplete, ideo subdit, & miratibus p gaudio, qa vt apud Iohan. legit: Gauisi sunt discipuli viso dño. Ergo aliquo modo credebãt, sed mirabãtur de tã noua & insperata cõsolatione & apparitione, de qua vehemẽter gaudebant, atqꝫ p gaudio mirabant, quod & qual'r tã bene & optime eis cõtigerit, q paulo ante tam desolatissimi erant, qa (vt asserit Augu.) q̃ multũ læta sunt, vix credunt. Occulte etem̃ metuit animꝰ ne forsan cõtingat oppositũ, & tũc duplex mœror nascat. Sic Iacob patriarcha audito à filĳs, Ioseph viuit, quasi de graui somno euigilãs, nõ tñ credebat eis, dixit, nõ ex ignorãtia quærens, sed solitũ loquendi modũ obseruãs, vt magis agnosceret. Habetis aliqd hic q̃d manducetur? Quatenus nõ tantũ p visum, tactũ, auditũ, sed etiã per gustũ meã vobis resurrectionẽ demostrẽ. At illi obtulerũt ei partẽ piscis assi, cuius forsitan partẽ iã comederũt, & fauum mellis. Et cũ manducasset corã illis, sumẽs reliquias dedit eis, vt secũ comederẽt, nec dubium quin & potauit cũ eis, Secundũ q̃d princeps aploꝝ dixit: Manducauimus & bibimus cum illo
POEnitemini & cōuertimini vt deleātur pctā vestra. Actor. tertio. Pctm̄ mortale est læsio animæ, imò & mors eius, qa p mortale pctm̄ perdit anima vitā grǽ, charitatem dei, & omnes virtutes, ac merita pcedentia. Vnde quàmdiu est homo in mortali peccato, corā deo spiritualiter mortuus est. ¶ Insuper, sicut p charitatem & grām spiritus sancti fit anima sponsa Christi, amica & filia dei, ac hęres regni cœlestis, ita p mortale peccatum fit adultera diaboli, filia pditionis pda inferni. Pctm̄ ergo maxīe nocet hoi. Cōfessio aūt post baptismū, est pcipuum remedium cōtra pctm̄, quoniā in cōfessione vulnera aniæ curant, oīa eius pctā tollūtur, virtutes reddunt, & homo reconciliat dño deo suo. Hinc saluberrimū est frequenter & syceriter confiteri, præsertim qa in confessione sunt multa quæ ad remissionem pctōrum cooperātur & prosunt, videlicet ptās clauium ecclesiæ, oratio & absolutio confessoris, pudor, & dolor, atq; humilitas confitentis, & frequenter contingit vt confitens qui sine vera contritione, ac sufficienti dolore ad confitendum accessit, in sua confessione veram contritionem, & sufficientem dolorem de suis ac deo acquirat peccatis. ¶ Insuper ex hoc quod homo raro confitetur, obliuiscitur pro magna parte sua pctā, nec ponderat ea, sed induratur, ita quod dum confiteri vult, vix vnum de centum attendat ac memoretur. Expedit ergo valde, multoties confiteri, videlicet in Aduentu, & in profestis quatuor festorum, aut circiter. In principio quoq; ieiuñ, & in bona hebdomada, atq; in festis præcipuis diuæ virginis gloriosæ. ¶ Præterea antequàm homo ad confitēdum accedat. Primo se pparet pctā sua diligēter ad memoriā reuocādo, & grauitatem multitudinemq; eor prudenter pensando, deumq; orādo, vt dignetur sibi grām vere contritionis, integrę confessionis, & efficacis emendationis tribuere. E Deinde ad confitēdum accedat corde humili & contrito, & confessori quasi deo loquatur, vniuersaq; vitia sua distincte & plene confiteatur, cum cordiali dolore & pudore interno, quod. s. deum infinitæ dignitatis ac sanctitatis, tā frequenter, tā grauiter, turpiterq; offendit. Tunc etiā exprimat ea quæ aggrauāt culpā, videlicet tempus, & loca, & psonas, cum quibus peccauit, tñ in generali, non nominādo eas, nec aliquid dicendo, p quod possint à confessore cognosci, quātum id potest vitari. Exprimere etiā debet pro posse, quā sæpe peccauit, & vtrum peccauit ex ignorātia, aut fragilitate humana, an ex certa scientia, & ex proposito, ac vsu puerso & an post pctm̄ de eo pœnituit, vel an se de pctō suo iactauit. Coniugati autem specialiter confiteri debent, an in actu matrimoniali excesserunt, cognoscendo se ex concupiscentia prædominante, quia tunc esset graue pctm̄, & an circa proles suas atq; familiam bene ac iuste, an iniuste & negligenter se habuerunt. Item an pœnitentiā iniunctam bene persoluerunt, non in mortali peccato existentes. ¶ Postremo, quoniā peccatum ē incomparabiliter peius ac vilius & fugibilius omni damno & corporali incommodo, ideo de peccatis suis debet homo summe dolere, & magis vtiq; quàm de aliqua aduersitate aut afflictione temporali ac corporali. Et quanto peccata fuerint plura ac grauiora, tanto oportet contritionem esse maiorem. Maxime nāq; debet homo dolere quod deum creatorem ac saluatorem suum tam infinite bonum, sanctum & gloriosum (quem summe amare & honorare tenetur) toties impudenter ac grauiter offendit, eiusq; beneficiis ingratissimus fuit.

¶ Quia ergo corpus & animam, membra corporis, viresq; animæ, à deo accepimus, vt deum per hæc omnia honoremus, qualiter per ea deum offendimus succinctum tangere volumus. F Dicat ergo confitens hoc vel simili modo. In primis reddo me culpabilem, quod deum offendi per sensus exteriores. Visu nempe libenter vana & inutilia aspexi, vt choreas, spectacula, hastiludia, ludos diuersos & alia. (Talibus delectando efficitur homo particeps peccatorum illorum & sæpe mortaliter peccat.) Item hincinde vage & incaute circumspexi, viros & fœminas libidinose intuendo (quod est graue pctm̄) ac tēpore missæ & diuini officñ ista feci, diebusq; sacris & festiuis. Cordis q; superbiā, iram, concupiscentiā, vanitatem, & dissolutionem, frequenter ostendi per visum, & sic alios scādalizaui, interiora vitia mea foris monstrādo, & aliis variis modis peccaui per visum. Peccaui etiā per auditum, verba vana, scurrilia, mendosa, detractoria, contentiosa, pungitiua, cantus lasciuos, inanes, amatorios, symphonias, & similia, libenter cum delectatione audiendo, ac verba salubria, & sermones, correptiones & informationes bonas inuite audiui. Peccaui quoq; per gustum, cibos & potus delicatos auide cum carnali delectatione sumendo. Et per odoratum in suauitatibus odorum carnaliter delectādo. Item per tactū propria membra aut membra & corpora aliarum personarum impudice & libidinose tāgendo & per hoc meipm̄ aliasq; personas ad pctā varia & grauia prouocādo. Amplius peccaui per sensus interiores, variis phātasiis, turpibus imaginatōibus, illicitis cogitationibus immorādo, vitiosis affectionibus non resistendo, passiones animæ meæ videlicet motus sensuales non frangēdo. Peccaui quoq; multipliciter, & innumerabiliter nimis per linguā, mentiēdo, obloquēdo iurādo & piurādo, aliis cōuiciādo, maledicēdo, verba vana, lasciua, friuola proferēdo. Itē cum vana delectatione cantādo & cantus seculares, inanes, amatorios canendo aut præcinendo.

A ¶Præterea, grauiter nimis peccaui contra decem præcepta. Primo, quod dominũ deum creatorẽ meũ toto corde nõ dilexi nec timui pro posse, nõ honoraui, nec colui, sed contẽpsi, eius pcepta nõ aduertẽdo, nec implendo. Sed multa vana atq; vilissima carnalia ac caduca ei iniustissime & insipiẽtissimè præferẽdo, sic creaturis & rebus carnalibus magis q̃ deo adhæsi, & propter horũ amorẽ deum reliqui, contẽpsi, & oblitus sum. Itẽ inaniter sæpe iuraui, & absq; reuerentia nomen dei assumpsi, ac piuraui sciẽter ac sponte, propter aliquod cõmodũ tpale. Dies quoq; festiuos nõ debitè celebraui, nec diuinũ officiũ p posse audiui, imò tunc magis peccaui q̃ cæteris diebus, ludẽdo, chorizãdo, potãdo, gyrouagãdo, inania intuẽdo, ac alia diuersa vitia cõmittẽdo ¶Insup, parentes & superiores meos debitè non honoraui, eis frequenter inobediẽs fui, quãdo fecerunt, aut dixerunt quod mihi nõ placuit, faciliter & frequẽter indignationẽ & irã cõtra eos cõcipi, dure, & irreuerenter eos aspexi, & affatus sum, & si feci quod mihi iniunxerũt, non tñ cum debita promptitudine ac reuerẽtia mentis, sed cum murmuratione, impatiẽtia, aut tædio id feci. Bona, labores, & sudores eorũ, gulose, vane, turpiterq́; cõsumpsi. Senioribus, sapiẽtioribus, virtuosioribus, religiosis, & sacerdotibus reuerentiã decentẽ nõ impẽdi. ¶Pręterea, alios læsi in corpe, vel in fama, aut quocũq; modo pcussi eos, cõsilio, vel auxilio, aut læsioni eorũ pro posse meo non restiti, vel aliquorũ mortem seu læsionẽ optaui, vel inde gauisus sum. Item aliorũ bona furatus sum aut retinui, & debita male psolui, ita quod alij inde dãnũ incurrerunt, & parẽtibus meis aliqua occulte subtraxi. Peccaui quoq; p vitia carnis, & p testimonium falsum, atque per hoc damnum alijs intuli. Desideraui etiã aliquorum vxores, aut opes, & vitiosæ concupiscẽtiæ non restiti debito modo. Sed & præceptis ecclesiæ non obediui, ieiunãdo certis temporibus vt præceptum est.

B ¶Præterea, peccaui in septem peccatis mortalibus. Primo, p superbiam, magnum me reputãdo, laudẽ & gloriã temporalem optãdo, de donis & beneficijs dei inaniter gloriãdo, quasi illa à meipso non à deo haberem. Vanã complacentiã habui in meipso, alios spreui ac temere iudicaui. Et quãdo me laudari audiui aut noui, inaniter delectabar, q̃uis falsè laudabar. Item supbiui, & alijs me prętuli, ac iactaui me de nobilitate, de opulentia, pulchritudine, ingenio, prudentia, eloquentia, multitudine amicorũ ac propinquorũ, atq; potẽtia secularí, aut fortitudine corporali, seu dignitate officij. Fui quoq; supbus in verbis, meipsum laudando psumptuose & iactãter, propria vitia excusando, alios inordinate, inuidiose, aut mẽdaciter accusando, de alijs despectorie loquendo. Fui item superbus in factis & operibus meis, superbe eundo, & curiose me vestiendo, increpãtibus & informãtibus me fui ingratus, molestus, & durus, atq; alijs modis diuersis magis quàm possum exprimere per supbiam deum offendi.

¶Pręterea, p inuidiã deum offendi, alijs mala optãdo, de eorum prosperitate tristãdo, & de eorum aduersis gaudẽdo, ipsisq́; detrahẽdo, & alios de eorum odium inducẽdo, seu ipsos cum auersione & nausea inspiciẽdo, atq; de ipsis cum praua affectione cogitãdo. ¶Insup peccaui per irã, irrationabiliter irascẽdo, p praua iniuria magnã vindictã inferendo, aut inferri optando, siue procurãdo, vt nimis excessiue fui sæpe commotus, ita quòd ratio mea totaliter excæcabatur, & velut brutum ac stultum me exhibui, pturbationisq́; signa foris ostẽdi, & alios p hoc scãdalizaui & pturbaui. Sed & contra irrationalia & inaïata ac cõtra superiores meos per irã com motus furore & impatientia sæpissime plenus fui. Ex ira quoq; in diuersa vitia lapsus sum, scilicet in læsionem & contumeliã, in diffamationem ac detractionem, maledictionemq́; aliorum in reuelationem secretorum, imò in manifestationem eorum quæ in fide suscepi cælãda, (quod est mortale peccatum) nisi propter bonum commune talia operteret manifestare. Item in murmurationes iuramẽta atq; periuria. ¶Amplius peccaui p auaritiã bona terrena supflue appetendo, congregãdo, ac retinẽdo, videlicet plus quàm mihi aut meos necesse aut vtile est quo ad deum & verã salutẽ. Filijs quoq; ac filiabus meis tpalia concupiui, collegi, ac reseruaui, plusquã eorũ cõditiõi ac statui cõgruit. Ex auaritia q̃q; in diuersa lapsus sum vitia. s. in dolos, furta, mẽdacia, piuria, violẽtias, & rapinas. Et in emẽdo ac vendẽdo alios defraudaui, male & tarde psolui indigẽtibus, mutuum dare nolui, aut sub vsura concessi, aliorũ bona optaui, ludos illicitos & lucrosos exercui, & ad idem alios induxi, ex affectu lucrãdi, alijs ablata, & male acq̃sita, nõ restitui, nec in pios vsus conuerti. ¶Præterea, peccaui p accidiã, quia ad dei obsequium fui piger & negligens, opusq́; dei cum tædio & irreuerentia feci. Pœnitentias mihi iniunctas omisi, aut imperfecte & absq; contritione solui. Missas, sermones, & alia diuina officia cum satis vacarem non audiui, præsertim in festis iuxta præceptum ecclesiæ, imo tunc intentus fui, ludis, potationibus, trufis, alijsq́; diuersis peccatis. Valde diu mansi in lecto, sicq́; diuina neglexi, & tempus mihi concessum infructuose & vitiose consumpsi. ¶Insup, peccaui grauiter ac sæpissime imo quotidie pene p gulã, cibũ & potũ supflue capiẽdo, horã comedẽdi, ac potãdi pueniẽdo, nimis diu in mẽsa sedẽdo, ptiosa & delicata cibaria sumẽdo, delectationẽ in cibis & potibus & nõ solã naturę necessitatẽ q̃rẽdo. Post prãdiũ & cęnã imoderate potaui, vana illicita & detractoria verba tpe comestionis & potatiõis locutus sum. Per inanem lætitiã animũ relaxaui. Per crapulã ad opa bona ineptũ me feci, Somnolẽtiã incidi in diuinis, & tempus diuini officij obdormiui

miui, ad vitia carnis me prouocaui, tempus damnabiliter expendi, & ante refectionem, cibo,
& potui nō benedixi, nec post refectionē grãs egi. Amplius peccaui p̄ luxuriã, cogitatiōibus im
mūdis, affectōibus lasciuis, verbis scurrilibus, p̄uocatorijs, libidinosis, fallacibus, osculis, tactibus
amplexibus ac alijs blādimētis carnalibus, ac meretricijs gestibus. Opere q̊q; in hoc pc̄tō excessi
p̄ simplicē fornicationē, p̄ meretriciū, p̄ adulteriū, p̄ stuprū (q̊d est violatio virginū) p̄ sacrilegiū
(q̊d est cōcubitus p̄sonę religiosę aut in sacris ordībus cōstiturę vel cū p̄sonis hmōi) Per incęstū
(q̄ est cōcubitus cū p̄sona cōsanguinea, aut affini, aut legali cognatōe propinqua) aut cū propria
cōiuge, modo prohibito me miscēdo, vt dictū est. Vel p̄ pc̄tm̄ cōtra naturã, q̊d fit pluribus mo
dis. Itē nō solum in ip̄am vitiosam carnis copulam, sed in ip̄am quoq; venereã delectationem
cōsensi, quoꝝ vtrūq; est pc̄tm̄ mortale. ¶Insuper, cogitãdo, aspiciēdo, tangēdo, loquendo,
osculando, & amplectēdo in meip̄o, & in alijs p̄sonis, stimulationē, inflãmationemq́; carnis cō
cupiscētiam sensualitatis aut pollutionē vitiose & lamētabiliter prouocaui. Et dum aliquid tale
in corp̄e meo sensi, nō statim à taliū causis, videlicet osculis, tactibus, amplexibus, imaginationi-
bus, aspectibus, cōfabulationibus me retraxi, sed morose, periculose, insipiēter, ac turpiter im-
moratus sum talibus. Alias quoq; p̄sonas ad p̄tacta pc̄tã induxi, imò inducere plures, ac plures
optaui q̄ potui. Nec solum peccaui ex vehemētia passionis atq; humanæ fragilitatis, verūetiam
ex proposito & vsu ac habitu vitioso. Et substantiã meã taliter deuoraui, sicq́; leuis fui ac pro-
cax in verbis, petulans & lasciuus in oculis, inquietus in mēbris, inconstãs in mēte. Præfata etiã
vitia commisi tp̄ibus sacris & festis, vt in quadragesima, in aduentu, feria sexta, die dn̄ica, quãdo
specialiter à talibus est cauendū, & cito post q̄ cōicaui, & anteq̄ pœnĩam mihi iniunctã cōpleui.
Itē de p̄petratis peccatis nō statim pœnitui, sed me de ipsis iactaui, atq; sub missa ac diuino offi-
cio in ecclĩa fœĩas libidinose aspexi, & cōcupiui etiã maritatas ac virgines, & eaꝝ aspectibus me
obieci, vt ab eis appeterer & cōplacerē. Ibi eis arrisi, & si attēdi me ab eis aspici, gl̃iabar, sicq́; ani-
mam meã alioꝝq́; aĩas interfeci, & infinitis fœditatibus ac peccatis ego vilissimus sum pollutus
Hæc in speciali de modo cōfitēdi tacta sufficiãt, de q̄bus q̄libet quãtum sua eum conscia redar-
guit, se reddere debet culpabilem. Cum vero quis dubitat, an in hoc vel illo peccato culpabilis
sit, quàmuis non debeat affirmare se esse culpabilem, sed sub dubio confiteri. De hoc tamen ita
se debet ad emendationē & satisfactionē offerre, quasi certissimè sit reus. Et hoc securius est.

¶Enarratio Euangelij: Manifestauit se Iesus ad mare Tyberiadis. Iohã. 21.

DEscribit Euãgelista in hoc euãgelio apparitionem factã in Galilæa certis Apostolis
dicens: ⌞Manifestauit se iteꝝ Iesus ad mare Tyberiadis⌟ Hoc est, prope littus ma-
ris situati, iuxta vrbē cui nomen Tyberias quæ in honorē Tyberij Cæsaris sic voca-
Lucæ. 5. ta est, quod mare alio noĩe appellat̃ stagnū Genezareth, & mare Galilææ, q̄a in pro-
Matt. 28 uincia Galilææ habet̃. Patet ergo quod ista apparitio facta sit in Galilæa. Vt em̄ in Matthæo le-
gitur: Iesus in die resurrectiōis dixit mulieribus: Nuntiate fratribus meis, vt eant in Galilæã, ibi
Luc. 24. me videbunt, Discipuli igit̃ ex præcedētibus apparitiōibus cōfortati, in fide & animati, exierūt
in publicū & Galilæã ingressi sunt. Vbi cū paucis diebus demorarent̃, cōtigit q̊d nunc attestatur
Iohãnes. Primo aūt refert rem gestã summatim. Deinde refert ordinē quo fiebat. Dicit ergo:
⌞Manifestauit aūt sic⌟ .i. modo q̄ seq̄tur. Chr̄us nempè dum volebat, repēte disparuit, & dum
volebat, subito rursus apparuit, nec erat cōtinuo cum discipulis, sed certis locis atq; tp̄ibus secū-
dum p̄ordinationē diuinã, prout vtile, vel necesse fuit ad informationē & consolationē primi-
Matt. 4. tiuæ ecclesiæ. ⌞Erãt aūt simul Symon Petrus⌟ qui à natiuitate, vel circumcisione dictus est Sy
Marci. 3. mon, & à Chr̄o noĩatus est Petrus, ⌞& Thomas qui (cognomēto) dicitur Dydimus⌟ .i. dubius
Iohan. 1 vt dictum est alibi: ⌞& Nathanael⌟ legis doctor frater Philippi Apl̃i, ⌞qui (Nathanael) erat⌟
Iohan. 20 oriundus ⌞à Chana (villa) Galilææ⌟ vbi Chr̄us cōuertit aquã in vinū. Huic Naathaeli p̄hibue-
Iohan. 2. rat Chr̄us testimonium hoc: Ecce vēre Israelita, in quo dolus non est, ⌞& filij Zebedæi⌟ Iohã
Iohã. 1 nes & Iacobus, ⌞& alij ex discipulis eius duo⌟ quoꝝ noĩa reticent̃. Om̄es ergo simul septē fue
runt. ⌞Dicit eis Symon Petrus⌟ q̄ in oĩbus operosior atq; feruentior cōprobat̃. ⌞Vado pisca-
ri. Dicunt ei: Venimus & nos tecum⌟ Licuit aūt discipulis ad tale officium reuerti, propter vi-
ctus necessitatem, q̄a in se licitum erat. Matthæus vero ad Theloneū nō redijt, q̄a hmōi opus
Gregori⁹ raro vel nunq̄ exercet̃ sine pc̄tō, scd̄m Gregorium. Hi ergo discipuli q̄m pauperes erãt, & Iesus
prouisor eoꝝ recesserat ab eis, ad piscãdum profecti sunt. In quo patet Nathanaelis magna hu-
Matt. 4. militas, q̄a vir tãtus ad humile opus accessit. ⌞Et ascēderunt in nauim⌟ forsitã accommodatã,
Marci. 1 locatam, cōem, siue vacãtem. Proprias em̄ naues & cætera oĩa reliquerunt, ⌞& illa nocte nihil
Luc. 5 prendiderunt⌟ hoc est, nullū piscem cœperunt. Quod licet ex naturali causa accidisse potuerit
tn̄ diuina factum est dispensatiōe, vt mox futura captio miraculosior appareret, atq; ad Chr̄m
declarãdum efficacior. ⌞Mane aūt facto stètit Iesus in littore.⌟ Tota igit̃ nocte permisit disci-
pulos infructuose laborare & fatigari, vt postea viso Iesu & piscibus copiose cōprehēsis, synce-
Iob. 14 rius exultarēt. ¶Permittit aūt dn̄s electos suos in nocte seculi huius .i. in tp̄e præsentis vitæ,
(quæ tribulatiōibus, culpis, atq; miserijs plena est) multipl̃r laborare, affligi, sudare, vt tandem
quietem

A quietem sortiti, plenius iucundent, iuxta illud: Lętati sumus pro diebus qbus nos humiliasti, an nis qbus vidimus mala. Porrò mane facto apparet Iesus taliter laborantibus. i. consummatio cursu temporis huius tenebrosi, traducit eos de hoc mari magno, turbulentoq; seculo ad portum securitatis æternæ, seu patriam electorum, vbi sol intelligentiæ incessabiliter oritur, nec di es tendit vnq̃ ad occasum. Potest quoq; per mane istud intelligi finis tentationis & persequutionis cuiuscunq;, in quo splendor gratiæ menti infunditur, spũalis consolatio datur, & omnia interiora animæ renouantur. Tunc Iesus apparet his quibus tale mane conceditur, statq; in littore, hoc ẽ in loco trãquillo vbi flagellũ nõ appropinquat tabernaculo suo, videlicet extra & supra hunc mundum inquietudinibus plenum, inuitans suos ministros vt festinent venire ad ipsum, aspirando indesinenter ad patriam. Deniq; ad literam stetit Christus in littore maris, nõ supra aquæ fluenta, quia volebat discipulos suos paulatim ad suam cognitionem perducere. Si autem stetisset super aquam, obstupefacti fuissent & territi, arbitrantes phantasma esse vel spiritum, quemadmodum ante passionem quando ambulauit super mare. Tunc eñ præ timoris magnitudine clamauerunt. ¶ Mystice vero stetit in littore, ad insinuandum quod amplius cũ eis non erat in aquis tribulationum, & fluctibus vitæ mortalis, sed ad impassibilem, tranquillissimamq; vitam resuscitans consisteret. Vnde ad innuendum quod hoc modo cum illis non esset, quibus tamen præsens loquebatur, ait apud Lucam: Hæc sunt verba quæ loquutus sum vobiscum adhuc essem vobiscum, Non tamen cognouerunt discipuli quia Iesus est. In alia nãq; effigie apparuit eis, quemadmodũ etiam Magdalenæ, vt dictum est alio loco. Apparuit autẽ discipulis suis, secundum Chrysostomum, in specie viri volentis emere pisces. Quod conuincitur ex eo, quod subditur. ⌊Dixit ergo Iesus: Pueri.⌋ Pueros vocat discipulos, non ætate vel indiscretione, sed simplicitate, puritate, & innocentia. Per quem modũ Christus ait de seipso: Ne auertas faciem tuam à puero tuo. De ipso dicit primitiua ecclesia: Conuenerunt aduersus sanctũ puerꝫ tuũ Iesum, Pontius Pilatus & Herodes. De prædictis pueris suis atq; discipulis, ait Christus per Esaiã: Ecce ego & pueri mei q̃s dedit mihi dñs. ⌊Nunq̃d pulmentariũ⌋. i. aliq̃d cibi q̃d decoctũ apponat ac mãducet cũ pane vt sapidus sit, ⌊habetis?⌋ quasi dicat, Habetis aliquos pisces? Quærit vt ex illorꝫ responsione conueniẽter cõsulat atq; subinferat. ⌊Responderunt ei: Non. Dixit eis: Mittite in dexteram partẽ nauigij rete⌋. i. rete vestrũ proijcite in aquã ad dexteram partẽ nauiculæ, ⌊& inuenietis⌋ q̃d quæritis, scilicet pisces in copia. Prædicit esse ẽtũ futurꝫ in se penitus contingentẽ, vt cum factũ viderent quod p̃dixit, scirent eum esse Christum. ⌊Miserũt ergo rete in aquam & iam nõ valebãt illud trahere præ multitudine pisciũ.⌋ Ex quo elici potest quod diuino nutu pisces subito illuc adducti atq; collecti sunt, vel fortassis diuina virtute producti. Non eñ paulo ante ibi fuerũt, q̃a discipuli tota nocte circa locũ illum erant piscati. ⌊Dicit ergo discipulus ille quẽ diligebat Iesus Petro: Dñs est.⌋ Queadmodũ discipuli ante passionẽ vocabãt Iesum nũc magistum, nũc dñm, iuxta illud: Vos vocatis me magister & dñe, ita & post passionem. ¶ Deniq; Iesus est ille dominus, de quo ait Psalmista: Tu dominaris potestati maris, qui in exordio mundi quinto die fecit pisces maris. Loquitur autẽ Iohannes specialiter Petro tanquã familiariori & principaliori. Iohãnes vero cognouit Iesum p̃ C miraculosam piscium captionem, & quia vidit verbum eius tam copiose impletum. Vel Iesus primo ostendit ei speciem sui cognoscibilem. ⌊Symon Petrus vt audiuit quia dominus est, tunica succinxit se, Erat eñ nudus.⌋ Quòd Petrus dicitur tunica se succinxisse, quia nudus erat, intelligi potest dupliciter. Primo quod super simplicem vestẽ qua erat indutus, succinxit se, quia discinctus fuit. Erat eñ nudus, hoc est parũ vestitus, ita q̃ comparatiõe solitæ vestitionis dicitur nudus, quemadmodũ ei qui parum vestitus est, dicimus: Cur vadis nudus? Secũdo, quia erat simpliciter nudus, saltem vsq; ad lineas vestes, & ergo tunica se succinxit, illam induendo atq; cingendo, eratq; nudus secũdum consuetudinem piscatorꝫ, vt expeditior esset ad opus. Porrò succinxit se propter reuerẽtiam Christi, vt ad eum honeste veniret. Dicitq; Beda, q̃ venit nõ ambulando sup̃ vndas maris, vt ante Christi passionẽ, sed natãdo vel peditando, quod improbat Lyra, quia si voluisset natare, non succinxisset se tunica, nec poterat peditare propter profunditatem aquæ. Distabat nanq; à littore quasi ducẽtis cubitis, & potuit ibi currere nauis. Videtur autẽ quòd Lyra sufficienter probet, quod Petrus nõ accessit natãdo, nihilominus puto cũ Beda dicẽdum, q̃ nõ ambulauit super aquas, sed peditauit. Primo, q̃a hoc videtur euãgelicæ veritati amplius cõcordare, sequitur eñ in textu, ⌊& misit se in mare.⌋ Ex hoc apparet q̃ aquam intrauit vsq; ad magnã corporis partẽ. Secũdo, quia nõ est verisimile q̃ Euãgelista tantũ miraculũ tacuisset. Pro eo eñ quod ait: Misit se in mare, poterat dicere: Ambulauit sup̃ mare. Quod vero arguit de aquæ profunditate, nõ cogit. Quãuis eñ Euãgelista appellet hãc aquã mare, nõ tñ proprie fuit mare, sed stagnũ. Loquit̃ quippe secũdũ cõsuetudinẽ sermonis hebraici, q̃ quãlibet cõgregationẽ aquarꝫ notabiliter magnã nominat mare, iuxta illud. Cõgregatiões aquarꝫ deus appellauit maria. Nõ ergo oportet asserere aquã tã profundã fuisse. Misit se ergo Petrus in mare, ex feruore & gaudio, cupiẽs celerrime venire ad sup̃charissimũ suũ

Marginalia: Psalm. 86; Psalm. 103; Matt. 14; Marci. 6; Luc. 24; Matt. 27; Iohan. 20; Chrysost.; Iohan. 13; Psalm. 88; Gene. 1.; Matt. 14; Gene. 1.

magistrũ ac dñm, quẽ nũc toties vidit, nec dubiũ quin multa ab eo audiuit q̃ nõ sunt cõscripta. D
⌊Alij aũt discipuli nauigio venerũt,⌋ qa nõ adeo feruidi erãt vt Petrus, nec indigebãt sei aquã
mittere. ⌊Nõ eñ lõge erat à terra⌋.i. littore in q̊ stetit Iesus, vel de prope, ideo poterãt qualitã
cito venire ad Iesum, vt Petrus, ⌊trahẽtes rete pisciũ⌋ p aquã vt moris est piscatoribus. ⌊Vt
ergo descenderũt in terrã.⌋ de aqua vel naui, ⌊viderũt prunas positas⌋.s. ignẽ carbonũ, ⌊&
Chrysost. piscẽ suppositũ⌋ prunis q assabat vt esset esui aptus, ⌊& panẽ⌋ iuxta prunas. Viderũt ergo ne
cessaria victui. Chrysostomus ait, ꝙ Chr̃s hæc tria creauit ibidẽ de nouo, videlicet piscẽ, panẽ,
& prunas. Alij, ꝙ de nouo formati sunt ex p̃iacenti materia. Voluit aũt Chr̃s suæ resurrectiõis
veritatẽ rursus ostẽdere p mãducationẽ. Ideo hæc tria p̃parauit. Sciens etiam discipulos fame
cõfectos, vtpote q tota nocte laborauerũt. ⌊Dicit eis Iesus: Afferte de piscibus q̊s prendidistis
nũc.⌋ Quãuis eñ Chr̃s petiuit oẽs satiare de pisce supposito prunis, voluit tñ vt de piscibus ca
ptis afferrẽt, qa dũ aliunde habemus, nõ debemus ad miracula ppetranda cõfugere, nec super-
naturalia efflagitare p̃fidia, dũ natural̃r habemus q̊d opus est. Hoc eñ esset deũ tentare. ⌊Ascẽ-
dit Symon Petrus⌋ præ alijs semp promptior atq; ardẽtior, ⌊& traxit rete in terrã, plenũ ma
gnis piscibus centũ quinquagintatribus.⌋ Magnitudinẽ & multitudinẽ pisciũ exprimit Euan
gelista, ad ostẽdendũ excellentiã tãti miraculi, propter q̊d subdit. ⌊Et cũ tanti essent, non est
scissum rete,⌋ q̊d natural̃r vix triginta pisces poterat sustinere, vt putatur. ¶ Multa mirabilia
in ista apparitione pacta sunt. Primo, ꝙ Iesus ostendit se in alia forma qua cognosci non pote
rat. Secundo, ꝙ tot pisces repente collecti & capti sunt. Tertio, ꝙ prunæ ac piscis & panis de E
nouo formata sunt. Quarto, ꝙ rete tot piscibus repletum manserit integrum. ⌊Dicit eis Iesus
Luc 22 Venite prandete.⌋ Comedit autem Chr̃us cũ eis de pisce asso nunc, quemadmodum ante in
conclaui, quamuis Iohannes non exprimat. ⌊Et nemo audebat interrogare eũ discumbẽtiũ:
Tu quis es? scientes quia dominus est.⌋ Quoniã ergo id nouerant, nõ audebãt inaniter inter-
rogare. Frustra eñ petissent q̊d certo cognoscebant. ⌊Et venit Iesus,⌋ non à longinquo, sed
iuit ad panem, ⌊& accepit panẽ & dabat eis & piscẽ similiter,⌋.i. cibos illos distribuit eis, vel
anteposuit & forte diuisit, quemadmodũ duobus discipulis qui cognouerunt eũ in fractiõe pa
Lucæ. 24 nis. ⌊Hoc⌋ tempore, ⌊iam tertio⌋.i. tertia vice ⌊manifestatus est Iesus discipulis cum resur-
rexisset à mortuis,⌋ loquendo de apparitionibus in hoc libro descriptis & vere exhibitis. Sæ-
pius tamen apparuit discipulis suis ante hoc tempus q̃ ter. Iohannes quoq; alibi descripsit tres
Iohan. 20 manifestationes Christi post resurrectionẽ p̃ter istã, sed prima illarũ exhibita est non ipsis dis-
cipulis, sed Mariæ Magdalenæ.

¶ Sermo. II. Qũo tria p̃cepta primæ tabulæ ad deum obseruanda sint.

SI vis ad vitã ingredi, serua mãdata. Matth. 19. Quicũq; ad annos discretiõis puenerit, si
Chr̃i incarnatiõe, passiõe & resurrectiõe cupit saluari, necesse est vt mãdata eius solicite
1. Iohan. 2 studeat implere, iuxta illud: Qui dicit se nosse deũ, & mãdata eius nõ custodit, mendax
est. Qũo ergo illa obseruãda sint auribus & mẽtibus nr̃is sæpius iterũ atq; iterũ inculca-
Deut. 5 re debem⁹. ¶ Itaq; primũ mãdatũ ẽ, Credere vnũ deũ, hoc ẽ, vt fide charitate ornata ac bonis
opibus decorata, credam⁹, amem⁹, colam⁹, adorem⁹, timeam⁹ ac veneremur vnũ solũ verum,
æternũ, oĩpotẽtẽ deũ, vnũ ac trinũ, q solus nos p̃t saluare, cui ppter suã infinitã maiestatẽ & ex F
1. Timo. 1. cellẽtiã summ⁹ honor debet, q est infinita reuerẽtia, cui à nulla creatura p̃t tãta reuerẽtia exhibe
ri, qn dignus sit reuerẽtia in infinitũ maiori. Idcirco tã incõparabilis eminẽtiæ deũ regẽ ac pri
cipẽ vniuersorũ inhonorare, nõ timere, eiq; nõ obedire iniustissimũ est, p̃sertim cũ pctm̃ tãto
sit grauius q̃to maior ẽ dignitas eius in quẽ peccat. Quã enorme ergo ẽ deũ immẽsæ dignitatis
offendere, & tã viliter cõtẽnere. Cõtra hoc p̃ceptũ agũt nõ solũ increduli, idololatræ, infideles
& hæretici, sed etiã oẽs iniq & intimorati Chr̃iani, mortali pctõ fœdati, qm̃ reb⁹ creatis magis
inherẽt q̃ deo, & ista carnalia atq; caduca plus amãt, colũt, q̃runt, cogitant ac venerant q̃ sum-
mũ & incõmutabile bonũ creatorẽ dignissimũ. Tales sunt oẽs ĩpij Chr̃iani, q nõ attẽdũt se in p
sentia summi ac metuẽdissimi iudicis oĩa intuẽtis agere vniuersa q̃ agunt, atq; de cunctis suis co
gitationibus, affectionibus, verbis, operibus & omissionibus & de oĩbus bonis à deo acceptis se
rõnem daturos, imò tã turpiter & intimorate agunt & viuunt, & tã innumerabil̃r peccãt quasi
nõ esset deus nec prouidẽtia, nec futurũ iudicium. De quibus Salomon ait: Quia nõ cito pfert
Eccl. 8 cõtra malos iudiciũ absq; vllo timore filij hoĩm ppetrãt mala. Hi sunt q lætant cũ malefecerint
Pro. 2 & exultãt in rebus pessimis. Nõ eñ est timor dei añ oculos eorũ. Insup cõtra p̃ceptũ istud gra
Psalm. 13. uissime peccant q vana & vitiosa opera sua in tantum amant, ꝙ mallent deum non esse, quàm
illa relinquere, & qui vellent deum non esse om̃ia cognoscẽtẽ nec hominũ vitia vlciscentẽ, qua
tenus possent libere & impune peccare. Agunt etiam contra hoc præceptũ q sortilegos consu
lunt vel diuinos, & q vtunt pomis ĩscriptis aut schedulis collo suspẽsis aut characteribus seu alijs
credulitatib⁹ vanis, q̃si nõ esset deus satis bon⁹, potẽs ac sapiens ad subueniẽdũ eis q̃tũ expedit
saluti eorũ. Aduersitates eñ, infirmitates, damna & cæteræ afflictiones freq̃ẽter permaxima
expediunt

A expediũt homini, suntq́; signa amoris dei ad hoĩes, queadmodũ ipse ait: Ego q̃s amo, arguo & castigo. Ideo nihil illicitũ facere debet hõ vt liberet aut p̃seruet ab illis, imò patiēter cũ gratiarũ actiõe sustineat castigatiões pijssimi patris. Nã p̃cipuũ signũ q̃d hõ à deo sit electus est si habeat multa aduersa, patiēter sustineat ea. Hinc ait scriptura: Multę tribulationes iustorum. Et rursus: Oẽs q placuerũt deo p multas tribulationes & tẽtationes transierũt fideles. Et per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ cœlorum. ¶Postremo contra hoc p̃ceptũ agunt q opus dei negligẽter persoluũt, q cũ tædio & torpore seruiũt deo, q tẽporalibus domi nis magis studẽt placere, diligẽtiusq́; obsequũtur quã deo, & q illis propter tpalia commoda blandiũtur. Itẽ q filios aut filias aut vxores aut amicos volũt ditare & exaltare, & q illos aut aliquã creaturã plus amãt q̃ deũ, intm̃ q̃d propterea agũt cõtra dei p̃cepta. Ecce pẽsemus quã gratũ & delectabile sit eẽ, viuere, sentire, intelligere, sanũ existere satis habere. Quam inuite hæc pderemus, quã dolẽter vno sensu vel mẽbro priuaremur. Cur ergo nõ diligimus illum à quo oĩa hæc habemus, sine cuius cõseruatione nec ad momẽtũ ea tenere valemus? Cur tã oĩpotẽti atq; pijssimo creatori, cõseruatori ac prouisori sumus ingrati, eũq́; q̃tidie toties inhonoramus, ac mẽbris & viribus nr̃is q̃ ipse nobis largitus ẽ, vt ei fideliter seruiremus abutẽtes, oĩa accepta dona in obsequiũ vertimus aduersariorum eius, vcʒ diaboli & pctõrum, in cõtumeliam om̃ipotẽtis dei creatoris nostri, velut infideles milites ab optimo dño nostro in partem hostis sui turpiter deficiẽtes? Quid igitur restat, nisi vt vere nos emẽdemus, resipiscẽtes à diaboli laqueis à quo tenemur captiui, & dei obsequio & honori nos & oĩa q̃ ab eo accepimus, B repẽdamus? ¶Secundũ præceptũ est: Nõ vane iurare per deũ, id est, ea quæ falsa sunt cũ iuramento non affirmare, nec etiã vera absq; rationabili causa iurare. Hoc præcepto prohibetur iuratio falsa & irrõnalibis p euãgeliũ, p sc̃tõs, p sc̃tõrum reliqas, & alias creaturas, p q̃s interdũ licet iurare, non inquantũ sunt creaturę, sʒ inq̃tũ in eis relucet ac representat virtus & veritas dei. Vnde qui falsum scienter iurãt, peccãt mortaliter, quia assumunt deũ in testẽ suæ falsitatis. Quãuis aũt ex lapsu linguæ aut inaduertẽtia iurare interdũ quod verum est sine rationabili causa sit veniale peccatũ, consuetudo tamen ita iurandi mortalis est culpa. Est nãq; contrariũ reuerentiæ deo altissimo debitę, ipsum frustra in testẽ assumere. Itẽ qui iurat contra consciẽtiam quãuis sit verum quod iurat, transgreditur hoc præceptũ. ¶Insuper qui iurãt per intestina dei, per mẽbra, vulnera aut sanguinẽ Christi, enormiter peccãt, & cõtra tales iuratores sunt positæ leges punitiuę, per prælatos & principes, & valde dolẽdũ est q̃d nõ obseruãtur. Istud quoq; præceptum damnabiliter frangunt qui causa lucri faciliter iurant & sæpe periurãt, vt aliqui mercatores, venditores atq; lusores. Et qui promissa non implent, & qui fidem coniugalem non seruant. Qui promittunt aut iurant illicita aut spiritualis profectus impeditiua, quoniã eoipso quo talia iurãt siue promittunt crimẽ periurij aut fractionis voti incurrũt, quia quãdocũq; votũ aut iuramentum contrariatur veritati aut iustitię vel discretioni vitiosum est & non obseruãdum. Amplius quam periculosa sit inanis vel falsa iuratio, patet ex verbis Christi qui ait: Ego dico vobis nõ iurare om̃ino, neq; per cœlũ neq; per terrã. Sit sermo vester est est, non nõ, quod his abundantius est à malo est. Iacobus quoq; Apostolus ait: An-C te oĩa fratres nolite iurare. Hinc rursus scriptum est: Iurationi non assuescat os tuum, multiem casus sunt in ea. Nam vir multum iurans, replebitur iniquitate, & non recedet de domo illius plaga. ¶Præterea Augustinus affirmat: Qui prouocat hominem ad iurationẽ, & scit eũ falsum iuraturum, peior est homicida, qm̃ homicida corpus occidit ille animã, imò duas animas. s. suam & eius quẽ iurare cõpellit. Ideo magis tenetur homo rẽ suam amittere & dãnũ sustinere, quã aliquẽ ad falsum iurãdũ cõpellere, qa tenet plꝰ diligere aĩam p̃ximi q̃ tpalia cũcta. Iterum dicit Aug. Qui exigit iuramẽtũ valde itereſt, si nescit illũ falsum iuraturum, aut scit. Si em̃ nescit & ideo dicit: Iura mihi vt ei fides fiat, nõ audeo dicere nõ eẽ pctm̃, tñ hũana tẽtatio ẽ. Si autẽ scit & cõpellit eũ homicida est. Dicũt etiã sancti doctores: Quacũq; arte verborum quis iuret, deus qui conscientiæ testis est ita hoc accipit, sicut ille cui iuratur intelligit. Postremo quod Christus dicit: Non iurare omnino intelligendũ est de iuramento vano & falso. Et ideo sic loquitur dominus, vt ostẽdat quam periculosum sit iurare, sine sufficienti & cogenti causa, quoniã consuetudo verũ iurandi ducit in consuetudinẽ periurãdi. Prauissimã ergo cõsuetudinẽ iurãdi abijciãt Chr̃iani, & qm̃ lõge est à pctõ vani aut falsi iuramẽti q oĩno nõ curat, nisi coactus, studeat vnusq́sq; penitus nõ iurare, & hoc maxime necessariũ est his q cõsuetudine iurãdi polluti sunt. ¶Porrò, si q̃s ex rõnabili cã, cũ debita reuerẽtia, cõgruo loco & tpe iurat, hoc licitũ est, & actus virtutis. Ideo scriptũ est: Dñm deũ tuũ timebus, & per nomen eius iurabis. ¶Tertiũ præceptũ est, vt dies festiuos celebremus. Nã & ratio dictat, vt aliquo die hebdomadę homo specialiter vacet deo, & aliorum dierum negligẽtias & pctã reparet, defleat & emẽdet. Sunt igit dies dñici & festiui celebriter obseruãdi, qm̃ & si q̃tidie, tunc tamen specialiter à vitijs est cessandum, & grauius est tũc peccare. Oportet ergo illis diebus ab operibus mechanicis & seruilibus, s. agricultura, mercatura, placitis & cęteris vacationem ad

Apocal. 3.
Psalm. 33.
Judith. 8.
Actorum. 14
1. Timo. 2
Exodi. 20.
Deuter. 5
Matth. 5
Jacobi. 5.
Eccle. 23
August.
Deuter. 6
Exodi. 20

deum impedientibus desistere, deo vacare, propriam conscíam examinare, mentem purgare, A
verbum dei libenter audire, diuinum officium frequentare, beneficia dei recolere, & de eis D
deo gratias agere, orationibus deuote insistere, propria peccata ad memoriam reuocare,
deflere, cõfessionem & emẽdationem ꝓponere. Et præsertim tenenť fideles tũc missam audi-
re, nisi ĩpedimẽto excusenť legitimo. Tũc pcipue sunt vitãdæ scurrilitates ac supfluitates verbo
rũ, salutatiões & cãtus lasciui & vani, comessatiões, potatiões, ludi indecẽtes, imoderatæ cõso-
latiões, voluptates carnales & cordis dissolutiões. Hinc S. Appollonius ait: Die dñica nihil aliud
Grego. est agẽdũ q̃ deo vacãdũ. Nulla opatio in illa sctã die agať, nisi tm̃ psalmis & hymnis & canticis
Origenes spũalibus dies illa transigať. Sanctus q̃q; Gregorius loquiť: Die dñico à labore terreno cessan-
dũ est & orõnibus insistẽdũ, vt si qd negligẽtiæ p dies sex agiť, die dñico pcibus expietur. Hinc
Origenes dicit: Si desinas ab oĩbus secularibus opibus, si spũalibus opibus vaces, si ad ecclesiam
cõuenias, diuinis sermonibus aurẽ pbeas, de cœlestibus cogites, de futura spe solicitudinẽ ge-
ras, futuꝝ iudiciũ p oculis habeas, nec respicias ad visibilia atq; psentia, hæc ẽ Chriano vera ob-
Augustinũ. seruatio diei dñicæ ac festoꝝ. Et qa dei vacatiõi nihil plus contrariať q̃ pctm̃, Ideo asserit sctus
August. Melius faceret colonus aliquid vtile in agro suo die dñico, q̃ in theatro seditiosus exi-
steret. Et melius fœminę lanã nerent q̃ in festis saltarent. Sed heu oĩa nunc subuersa sunt. Nam
diebus dñicis ac festiuis Christiani vanitatibus, carnalitatibus, cõfabulationibus vitiosis, variis-
q; pctis vacant plus q̃ cæteris diebus, nõ attendentes ꝙ toties peccẽt mortalr̃, q̃ties pceptũ dei
aut ecclesiæ transgrediunť. Hinc vitiosum est ꝙ quidã diebus festiuis barbã radunt, aut equos E
subuerrãt, nisi necessitas magna excusaret. Nec talia faciẽtes impudẽter se excusent. Nõ enim
iustus est aut deũ veraciter diligit, q amore lucri aut timore dãni vel hũanæ offensæ dei aut ec-
clesiæ pceptũ transgrediť. Interdũ etiã mercatores, sartores & aliꝫ mechanici in hoc sunt multũ
rei & negligẽtes. Iudicet quisquis seipm & postponat propriũ cõmodũ diuino honori, vt me-
reatur inter fideles seruos cõprobari in die dñi nostri Iesu Christi.

¶ Sermo. III. De septẽ secundæ tabulæ mãdatis erga proximũ seruandis.

Exodi.20 Deut.5 SI diligitis me, mãdata mea seruate. Iohan. 14. In tribus pceptis supradictis doceť, qua-
liter se habere debet quilibet erga deũ. In aliꝫs septẽ præceptis sequẽtibus doceť, quõ se
habere debeat erga proximũ, quoꝝ primũ est, honorare parẽtes. Hoc primo intelligiť
de carnalibus parẽtibus. Deinde de platis & spũalibus patribus, ac oĩbus supioribus, at-
q; de his q ætate, sapiã aut virtute pr̃es vocari merenť. Carnales ergo parẽtes filiꝫ honorare te-
nentur, qa ab illis habennt esse, & educationẽ ac informationẽ. Varios q̃q; dolores, labores ac
curas parentes sustinẽt propter sobolẽ suã. Ideo sufficienter & digne à filiꝫs & filiabus suis hono
Eph. 6 rari vix possunt. Propterea Aristo. aït, ꝙ deo & parẽtibus nõ pt reddi æquiualẽs. Itaq; filiꝫ & fi-
liæ obligant parẽtes suos cordialr̃ valde diligere, verbis & factis honorare, eisq; necessaria vitę
ministrare si indigẽt, & obedire eisdẽ, sicut ait aplus: Filiꝫ obedite parẽtibus vestris p oĩa, hoc
est in oĩbus ad q̃ se extendit authoritas parentũ sup sobolem suã, videlicet in bonis moribus
& in his quæ ad dispẽsationẽ rei familiares, gubernationẽq; domus spectant. Vnde cõtra pce-
ptũ hoc grauiter & mortalr̃ peccant, q parẽtibus aut platis & superioribus suis facile indignan F
tur, irascunť, obloquunť aut maledicũt, & q præcepta sanctæ matris ecclesiæ paruipendũt, aut
excõmunicationẽ non curãt, & qui oblationes & decimas debitas ministris ecclesiæ renuunt,
aut tardant psoluere. Præterea hoc pcepto iubenť subditi suis secularibus principibus obedire
in his q̃ ad illoꝝ spectant officiũ, quoꝝ ordinationes & iussa nõ debent insipiẽter arguere neq;
cõtemnere, nisi euidẽter essent cõtra iustitiã, cõtra deũ, cõtra fraternã charitatẽ, aut ecclesiæ li-
bertatẽ. Honorandi q̃q; sunt aui & auiæ & cæteri seniores, cognati. Queadmodũ aũt parentes
viuos filiꝫ ac filiæ honorare tenenť, ita pro eisdem defunctis orare & aliꝫs aptis modis illoꝝ ani-
Ecci. 3 mabus succurrere obligant. Hinc ait scriptura: Qui timet dñm, honorat parentes, & quasi do-
minis seruiet eis in opere & sermone cũ omni patiẽtia. Gloria hoĩs ex honore patris sui, & de-
decus filiꝫ pater sine honore. Fili suscipe senectã patris tui, & ne cõtristes eũ in vita illius, & si de
Tobię. 4 fecerit sensu veniã da & ne spernas eũ. Quàm malæ famæ est q relinquit patrẽ, & est maledict9
à deo q exasperat matrẽ. Hinc S. Tobias pcepit filio suo: Honore semp habebis matrẽ tuam,
Exodi. 21. Deu. 21 Memor esse debes q̃ & q̃ta pericula passa sit propter te in vtero suo. Hinc rursus ait scriptura:
Gemitus matris tuæ ne obliuiscaris. Insup deus p Mosen iussit: Qui maledixerit patri aut ma-
matri, occidať. Et iteꝝ: Filium cõtumacẽ, comessationibus, ebrietatibusq; vacantẽ lapidari p-
cepit. Idcirco contra hoc pceptũ enormiter peccant filiꝫ ad studiũ missi, q non curant profice
re, sed bona parentũ gulose, turpiterq; cõsumunt. Postremo vt pceptum hoc meritorie imple
atur, oportet vt parentes honorẽtur non solũ aut principaliter quia parentes sunt, aut ex natu
rali amore, sed principalr̃ qm̃ deus hoc iussit ex diuino ac spũali amore ad gloriam dei, nõ pro
pter laudẽ humanã aut cõmodũ propriũ, aut ad placendũ hoibus. ¶ Quintũ pceptũ est: Nõ oc
cides. Hic primo & maxĩe prohibeť corporalis occisio hoĩs, nõ secundũ ordinẽ iuris facta. Et
qa pctã in proximũ tanto sunt grauiora q̃to proximũ amplius lædunt, ideo inter pctã in pro-
ximum

A ximū, homicidiū est maximū. Præterea hoc pcepto prohibet implicite omnis ira, inuidia inordinata pcussio, læsio, depilatio, cōtumelia, psequutio, violētia, oppressio atq; detractio. Agūt itaq; cōtra pceptū istud, q cōsilio, auxilio, cōsensu aut simili mō ad homicidiū cooperant, & q illud nō impediūt si cōgrue possint, & q necessaria vitæ nō dant cōstitutis in extrema necessitate, & q alios scandalizant ad mortale peccatum illos trahendo aut inducēdo. Itē qui peccatorē à peccatis suis nō retrahunt per correptionē fraternā aut correctionē paternā seu p exhortationē aut instructionē cū possint & debeāt tpe & loco opportunis. Insup vt S. Clemēs testat, beatissimus Petrus aplus dixit triplex homicidiū esse, vnū corporale, q̄ vita naturalis aufertur, aliud spūale, q̄ quis ad mortē aīæ, hoc est ad mortale pctm̄ inducit, vel q̄ corporalis aut spūalis mors alicuius optat, sicut & Iohānes aplus loquit: Oīs qui odit fratrē suum, homicida est. Deus nāq; affectū cōputat pro effectu. Tertiū homicidiū est, q̄ quis in corde alioꝝ vilescit, & esse bonæ famæ amittit, sicq; detractio homicidiū appellat. Ideo Salomon ait: Si mordeat serpēs in silentio, nihil minus eo habet q detrahit. Detractio nāq; mortale peccatū est, & grauius furto vt dicūt doctores, qm̄ maius bonū aufert detractor q̄ fur. Fur em̄ aufert substantiā, detractor bonā famā, quæ pponēda est opibus, sicut ait scriptura: Curā habe de bono noīe, hoc em̄ plus pderit tibi q̄ mille thesauri. Et Salomon ait: Melius est nomē bonū, q̄ prætiosa vnguēta. Porrò Christianus hō appetere debet famā bonā, nō inquantū fama bona est pro suo honore, sed inquantū est ad gloriā dei, ædificationēq; proximi. ¶ Amplius cōtra pceptū hoc agūt q inter fratres discordiā semināt, q̄d est mortale & valde enorme pctm̄, qa charitatem corrūpit & multa pctā inducit. Ideo Salomon dixit: Detestat aīa mea eū q seminat inter fratres discordiā. Et iterū ait scriptura: Susurro & bilinguis maledictus, multos em̄ turbauit pacē habētes. Detractoribus aūt & discordiæ seminatoribus nō solū cōsentire nō debemus, sed faciē q̄q; ab eis auertere, & tristē vultū eis ostēdere, ne cōicemus pctīs illoꝝ, qa vt Salomon ait: Per tristitiam vultus corrigit animus delinquētis. Et Sapiēs ait: Sepi aures tuas spinis & noli audire linguā nequam. Postremo homicidæ grauissime peccāt nō solū qm̄ corpus interimūt, sed etiā qa animā æternæ dānationis periculo opponūt. Frequēter nāq; q occidūt, ad mortē sunt imparati, q̄d homicida attendere debuit. Faciūt etiā cōtra istud pceptū qui propter iniuriā sibi aut proximis illatā aliquē quærūt propria authoritate occidere, dānificare aut lædere, cū nō sint iudices illius, nec publica authoritate fungant, imò si iudex reū occidat nō amore iustitiæ, sed appetitu vindictæ aut ex liuore, etiā peccat cōtra hoc pceptū. ¶ Sextū pceptū est, nō furari: Vbi nō solū prohibet reale furtū, sed etiā furandi affectus, imò oīs illicita appetitio, cōtrectatio, ablatio, retētio ac defraudatio rei alienæ, videlicet rapina, latrociniū, iniusta mercatio, mala mēsuratio, infidelis labor, symonia, vsura, patrocinatio falsa. Itaq; cōtra pceptū hoc agūt, quoꝝ pctō seu adulterio accidit, q̄d nō verus hæres in hæreditatē succedit. Silr ecclesiastici viri, q bona ecclesiæ supflue carnaliterq; cōsumunt, ideo ad restitutionē tenent. Item q scienter & ex carnali affectu indignos ad ecclesiastica promouēt bona, q̄ nō nisi dignis, videlicet deū timētibus ac deuotis debētur. Hi q̄q; q parentibus suis aliqua furtiue auferūt, & q debita nō persoluūt pro posse dū repetunt, q̄d est periculosum, qa si hi qbus tenent ex dilatione psolutionis dānū patiunt, debitores tenent eis recōpensare hoc damnū, iuxta doctrinā viri discreti ac sapiētis. ¶ Septimū pceptum

C est, nō mœchari seu fornicari. Quo pcepto, vt loquit August. prohibet omnis illicitus cōcubitus atq; mēbroꝝ generationi deseruientiū illegitimus vsus, oīs q̄q; libidinosus cōtactus etiā in cōiugatis quo nō seruat naturalis ordo inditus à natura, imò oīs copula siue cōmixtio viri & fœminæ extra limites legis ac vinculi matrimonialis. Nec solū prohibet isto pcepto oīs illegitimus coitus, sed etiā eius appetitus. Quoniā oīs consensus deliberatus in illicitū coitū, aut in delectationē venereā, est mortale pctm̄. In libidinosis q̄q; osculis & amplexibus mortalis ē culpa. Oportet ergo vitare occasiones cōcupiscētiæ vitiosæ & cōmixtionis illicitæ. s. incautū fœminaꝝ aspectū, colloquia secreta, immoderata & impudica, cōtactus, amplexus & oscula, cōuiuia, arrisus, munuscula, & se corā deo timorate habere. Quod si tentatio venerit, statim immūdā cogitationē oportet abijcere, passionē Chrī aspicere, de stricto ac metuendissimo dei iudicio cogitare, pœnas inferni pēsare, dei auxiliū inuocare, seq; ab aspectu, cogitatu & cōsideratiōe eorū quæ cōcupiscentiā causant auertere, cōuertēdo se ad cogitatiōes & occupatiōes bonas.

¶ Octauū pceptū est, nō falsum testimoniū dices. Hoc nāq; est valde graue pctm̄, & q falso testimonio est alicui causa dāni ad restitutionē tenet. Si aūt famā eius corrūpit, eā pro posse restituere obligat. Si vero p falsum testimoniū est causa mortis alicuius, homicida est corā deo. Ideo Salomon ait: Testis falsus nō erit īpunitus. Hoc etiā pcepto prohibet mēdaciū pnitiosum q̄d. s. alicui nocet, de q̄ ait scriptura: Os q̄d mētit, occidit animā. Et de q̄ propheta loquit deo: Perdes oēs q loquunt mēdaciū. Porrò omne mēdaciū siue sit officiosum q̄d alicui prodest, siue iocosum q̄d delectat, ad minus est veniale pctm̄, & potest esse mortale p assiduitatē & nimiam delectationē in eo. Queadmodū aūt pceptū est falsum testimoniū nō pferre, ita mādato isto pcipit, veritatē nō silere tpe necessitatis, nisi causa digna excuset. ¶ Nonū pceptū ē, nō cōcupisces vxo

Marginal references: 1. Johan. 3; Ecci. 10; Ecci. 41; Eccles. 7.; Pro. 6; Ecci. 7.; Ecci. 38; Exodi. 20.; Deuter. 5; Exodi. 20; Matth. 5; Exodi. 20; Deuter. 5; Pro. 19; Sap. 1.; Psalm. 5; Exodi. 20

ces vxorē proximi tui. Vbi specialr̄ prohibet̄ appetitus adulterij, ille. s. appetitus cui rōnon re nitit̄, sed cōsensit. Et sicut viro p̄cipit, nō cōcupiscere alicuius vxorē, ita mulieribus ac puellis p̄cipit nō concupiscere alicuius maritū. Insup hoc p̄cepto prohibet̄ oīs motus ac gestus exterior inordinatus ad luxuriā prouocās, siue p internūtiū, siue p literas, vel p minas aut munera, p aspectū, incessum, verba, siue p vestimētorꝫ ornatū vanū, prouocatiuū ac indecētē. Hinc diligentissime pensandū est, q̄d sanctiss. ait Hieronymus: Si vir aut mulier se ornauerit, & vultus hominū ad se prouocauerit, etiā si nullū inde sequat̄ dānū, suppliciū tñ patiet̄ æternū, qa venenū attulit si fuisset q biberet. Tales ergo mortalr̄ peccāt. Hinc etiā cōstat q̄ vitiosa sit illa vestium fractilatio deridēda ac fatua. Grauissime q̄qꝫ peccāt fœminæ se ornātes & liniētes vt viris cōplaceant. Silr̄ viri & iuuenes si tale q̄d faciant. Hic posset declarari q̄ enorme peccatū sit adulteriū.

¶ Decimū p̄ceptū est, nō cōcupisces rē proximi tui. Vbi prohibet̄ desi deriū ex deliberata rōne procedēs, ita q̄ illicitū est desiderare quācunqꝫ rē alienā. Est em̄ cōtra iustitiā, & innumerabilia mala ex tali desiderio oriunt̄, videlicet auaritia, furtū, rapina, latrociniū, homicidiū, violētia, falsum testimoniū, dolus, mēdaciū, proditio, impatientia & murmuratio cōtra deū, q tā dissimiliter bona terrena distribuit. Tale q̄qꝫ desideriū mentē quiescere nō p̄mittit. Propter q̄d ait sanctus Greg. Nihil laboriosius in hac vita, q̄ terrenis desiderijs estuare, & nihil quietius q̄ nihil huius mūdi appetere. Certū est aūt q̄ qui rē suā carius vendūt aut vēdere optāt q̄ valēt, contra p̄ceptū hoc agūt, qa aliorꝫ bona desiderāt. Et quidā sunt valde intimorati ac oīno leues, q quicq̄d vidēt mox appetūt. Extirpāda ē ergo cōcupiscētia hæc maligna, & veræ diuitiæ mētis sem p̄ sunt appetēdæ, videlicet gr̄a dei, charitas, cæteræq́ꝫ virtutes ac dona sp̄us sancti, & opera virtuosa, q̄ sunt immortaliū nostrarꝫ aīarꝫ vestimēta, decor, robur, refectio, nobilitas, armatura, & salus. Hæc ergo decē p̄cepta Christiana semp̄ gerant in mēte, & satagāt adimplere, atqꝫ in eis velut in speculo cōsiderent semetipsos & vitā suā discutiant ac p̄pendant qūo obedierint deo, & an iam obediant deo, seq́ꝫ in cunctis emendent, & præcepta hæc iugiter obseruare conentur & de hoc q̄ ea non seruauerunt maxime contristentur.

AD RELIGIOSOS.

¶ Sermo. IIII. De multiplici tentationum vtilitate.

stolus dicit: Si cõpatimur, & conregnabimus: Vel, ut gaudiũ meũ in uobis sit, id est, ut ego de
uobis quasi de bonis filijs glorier, quia beneplacitũ est domino in populo suo, Et: Gaudiũ do- Phil. 4
mini est fortitudo uestra, quod non est sic intelligendũ, quasi gaudiũ dei aut Christi ex nobis Hier. 2
augeatur, sed q; deus uel Christus in se delectetur, propter seipsum approbans bonũ nostrũ,
& gaudendo in nobis, gaudiũ suũ infundens, ac tribuẽs nobis. ⌊Et gaudiũ uestrũ,⌋ Id est spi- Psalmo 16
ritualis consolatio, quam habetis in uia. ⌊Impleatur.⌋ In patria, iuxta illud: Satiabor cũ appa
ruerit gloria tua, & adimplebis me lætitia cũ uultu tuo. Nec enim aliud implet nostri intelle-
ctus capacitatẽ, & sciendi auiditatẽ, nisi ueritas primo incensa, per speciẽ cognita, aliud quoq;
non implet nostrę uoluntatis desyderiũ, nisi bonitas summa & infinita, per fruitionẽ possessa,
Patet ergo q; finis nostræ creationis est gaudiũ plenũ, tãq; exuberanans & perfectum, ut eo
adepto, maius non cupiatur.

Sermo secundus circa Euangeliũ: De ludorũ innumeris malis, & qui ludi liciti sint, honestiq;, quiq; illiciti & prohibiti.

EGO sum uitis uera, & pater meus agricola est. Iohannis xv. Nulli dubium esse de-
bet, eum hic uocari agricolã qui alibi paterfamilias dicitur, qui conduxit operarios Mat. 20
in uineã suã. Porro q̃uis hi qui in hac uinea laborãt, uerbo dei iuxta Apostolũ magno Thess. 5
B sint honore habendi, nihilominus tamen sunt uenerandi, etiam qui opere & passione
gloriosa constantes, testimoniũ fidei & ueritati etiam moriendo perhibuerũt. Hi fuerunt san
cti martyres, inter quos gloriosissimus & uictoriosissimus miles sanctus Georgius nobilis, se-
cundum sæculum, non parum in uinea domini laborauit. Tanto enim uineam domini plus
excoluit, quanto plures uites uineæ domini adiunxit. Fuit autẽ pijssimus miles sanctus Geor-
gius, non ut huius ætatis sunt nobiles, ludis, spectaculis, torneamentis, aliisq; huiusmodi ua-
nitatibus deditus, nec militia eius fuit ignaua, sed nimirum lucratiua, ut ex eius legenda ma-
nifestum est. Denique quomodo aut quando peccatum sit ludis uacare, sciendũ est, quòd
nunquàm ludere liceat ex cupiditate lucrandi, imò hoc diebus festis præcipue est illicitũ, &
ita lucrata, sunt iniuste adepta, ac restituenda, seu in pios usus uertenda. Deniq; in ludis po-
test esse excessus dupliciter, primo, si quis in ludẽdo utitur turpibus uerbis, aut factis nociuis,
gestibusq; lasciuis aut scandalosis, sicq; excessus ludi est mortale peccatum ex genere. Secũ-
do, quando in ludo debitæ circunstantiæ non seruantur, ut quando non conuenit loco, tem-
pori, negotio, aut personæ. Et hoc interdũ mortale peccatum est, aut propter prohibitionẽ,
aut propter uehementiam affectionis ad ludum, quando uidelicet illa affectio tanta est, quòd
propter eam ageret, aut agit contra dei charitatem, aut iussionem, alias esset ueniale peccatũ.
Proinde de hac materia plenissime describit frater Durãdus in Summa sua, sed breuitati stu-
dens, non nisi pauca, & huic proposito conuenientiora inde accipiam. Itaq; inter cætera scri-
C bit: Quidam est ludus probationis & experientiæ, sicut tyrones uires suas exercent, aut ap-
probant luctando, saltando, currendo, equitando, lapides iaciendo, atq; in torneamẽtis ac ha
stiludiis se uiriliter exercendo. Sed quia in torneamentis ac hastiludiis fiunt frequenter frau-
des, iniuriæ, uiolentiæ, ostentationes, pompæ, & expensæ notabiliter excessiuę, multaq; alia,
quæ ludum de se licitum inhonestant, iccirco sunt modo prohibita. De tali ludo dixit Ioab 2. Regũ 2
ad Abner: Surgant pueri & ludant coram nobis. Est item ludus insolentiæ, sicut sunt ludi cho Exodi 32
rearum, & monstra laruarũ. Vnde in Exodo legitur: Sedit populus manducare & bibere, & 1 Cor. 10
surrexerunt ludere. Sub hoc ludo continentur derisiones & illusiones, quæ irrogantur uiris
deuotis ac sanctis, quemadmodũ Philistæi illuserunt Sampsoni, quem eductum de carcere
fecerunt adduci, ut luderet coram eis, ut in libro Iudicum narratur. Alius est ludus uanitatis Iud. 16
& euagationis, ut in uenationibus atq; aucupiis, de quibus Baruch ait: Vbi sunt principes gen
tium, & qui dominantur super bestias, qui in auibus ludunt? De quibus subditur ibi: Exter- Baruch 3
minati sunt, & ad inferos descenderunt. Insuper alius est ludus confusionis, sicut est ludus ta- Eodem
xillorum & aleæ, qui merito dicitur ludus confusionis, quia in ipso bona omnia confundũt.
Videlicet bona naturæ, gratię, ac fortunę, redditq; hominem dignum confusione. De hoc lu-
do nunc specialiter est tractandum. De quo quæritur primo, quid sit ludus aleæ. Responde-
tur, ludus aleæ appellatur omnis ludus, qui uiribus fortunæ innititur. Ludus autem qui inni
titur uiribus naturę, fieri potest in pecunia, dũmodo fiat sine periculo, nam ludus noxius est
in culpa. Quis enim eos ludos appellet, ex qbus crimina oriuntur? Item si fiat sine dolo, Lu-
dus autem qui innititur uiribus fortunæ, non potest fieri in pecunia, nisi sex concurrant, pri
mum est congruitas personæ, Clericis nanq; in alea ludere non licet. Secundũ est congrui-

tās materiæ, ut scilicet fiat ꝑ esculento aut poculento. Tertiū est finis, ut scilicet fiat nō ꝓpter auaritiā seu lucrū, sed propter recreationē. Quartū est mensura, quia nō licet sic ludere, ultra solidū unū, quāuis lusor sit multū diues. Quintū est cōgruitas tēporis, ut nō fiat tēpore pœnitentiæ, aut luctus, uel cōmuionis. Sextū est congruitas modi, ita ut modus sit sine dolo, ita q̄d nec contra legem faciat ludi, nec ludentē prouocet. Quia uero ludus iste aliter illicitus est, ideo lex punit cooperantes & inspicientes, quia clericus inspiciens, arcetur à ministerio per tres annos. Punit quoq; ludentes, quoniā quod lucrantur retinere non possunt. Punit item ad ludum cogentes, quia mulctantur pecunia, uel incarcerantur, uel in uincula publica danſ. Insuper ait: Qui ludunt ad aleas uel taxillos, & qui ludo intersunt, participes quoq; & inspectores, peccant, & maxime si clerici sint, & q̄ grauiter peccant tales, patet ex nouem quæ in ludis huiusmodi cōmittuntur. Primum est, desiderium lucrandi, ecce cupiditas, quæ est radix omniū maloꝝ. Secundū, uoluntas spoliandi proximū, ecce rapina. Tertiū est usura maxima, scilicet undecim pro duodecim, non solū in anno uel mēse, sed in eodem die. Quartū est multitudo mendacioꝝ atq; otiosoꝝ inaniūq; uerboꝝ. Quintū est blasphemia. Sextum est multiplex corruptio proximoꝝ, qui ad uidendum ludū conueniunt. Septimū est scandalum etiā bonorum. Octauum est contemptus prohibitionis sanctę matris ecclesiæ, quę ludos hos specialiter uetuit. Nonū est amissio temporis, scilicet negligentia bonoꝝ operum quę tūc fieret. Hæc nouē mala ponunt Hostiensis & Raymūdus. Hostiensis uero addit septē alia uitia: Primū est furtum, quia lusores cogente inopia sæpe discunt furari. Secundū est, uiolentia, qua quis quasi uiolenter tenetur ad ludum. Tertiū est crimen falsi, quod cōmittitur in faciēdis falsis taxillis & ex certa causa cōmendandis aut locandis. Quartū est homicidiū, quia de ludo ueniunt ad uerbera, deinde ad uulnera, & tandem ad homicidium. Quintū est fraus, quia qui melius scit decipere, credit se melius ludere. Sextum est adulatio, nam dicitur: Ecce quā bonus & pulcher lusor est iste. Septimū est uita turpis, & inhonesta. Hæc Durandus. Quæ etiā in summa confessoꝝ habentur pro maxima parte, & partim habentur in summa uirtutū, ubi his additur: Lusor uult spoliare proximū suum rebus ipsius, & etiam proditionem cōmittit, quia illum uult spoliare, cum quo pauloante comedit & bibit. Est quoq; in ludo immisericordia, q̄a unusuult aliū spoliare camisia & braccis, quod non faceret latro, spolians peregrinos in nemore. Insuper lusor affligit patrē suum cœlestem, blasphemando eundē dū perdit pecuniā. Sæpe quoq; iurat, & interdū periurat lusor uterq;. Irascitur item & comminatur, & uiolat festa. Postremo, in hoc hoꝝ lusorum & taxillatorum apparet insipientia, & mens prorsus intimorata, quod uolunt ita ludendo acquirere temporalia, ad quæ restituenda, aut in usus pios conuertenda tenentur, ita quod ea quæ perdunt, perdita manent, quæ autem lucrantur, tenere non possunt, si unquā uelint saluari. Qui uero aliū allicit ad ludendū, aut ludendo dolum committit, aut ante ludum simulat se ludum nescire, tenetur quod lucratur reddere ei, quē sic allicit aut defraudat. Et præsertim restituendum est eis, qui rem suam alienare non possunt, quales sunt furiosi, prodigi, iuniores uiginti quinq; annis, præsertim pupilli, item mente capti, surdi, muti, cæci, & qui perpetuo morbo laborant. Hæc & alia materiam istam concernentia, in præalligatis summis plenius continentur.

1. Tim. 6

Gregorius.
Iohan. 14

¶ Sermo Tertius. De obseruatione Sabbathi, id est, diei dominicæ ac festoꝝ nouæ legis, & quid in eis potissimum agendum sit Christifidelibus.

Exod. 34
Mat. 5

SI præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Iohannis decimoquinto. Si probatio dilectionis exhibitio est operis, nec amor dei ociosus est. Et iuxta sententiā saluatoris: Si quis diligit deum, mandata eius seruat, magna est uigilātia intendendū, ut præcepta dei ex amore (id est, ut honor deo exhibeatur) impleamus. Sunt aūt decē mandata dei, q̄ sunt de naturalis dictamine rationis, & ꝑ Moysen renouata dicuntur, ac approbata per Christū, de quoꝝ explanatione & obseruantia nunc aliquid scriberē, nisi in opusculis aliis, præsertim in libro de regiminr Curatoꝝ, in libello quoq; de laudabili uita coniugatoꝝ, inde scripsissem. Veruntamen de obseruatione sabbathi, id est, q̄ opera sint diebus festiuis illicita, & quæ licita, nunc aliqua sunt addenda, præsertim quoniā uir religiosus, cuius intuitu & amore ista scribuntur, instanter rogauit de hoc plenius aliqua introduci. Itaq; in decreto de Consecratiōe, distinctiōe tertia, dicitur ex concilio Lugdunensi: Omnē diē dominicā à uespera usq; ad uesperā, omnes sciant esse feriandā, id est, celebrandā. Porrò quod ex isto cōtinetur cōcilio: à uespera usq; ad uesperā, intelligendū est (ut infra tangetur) quantū ad diuinū officiū. Nam sabbatho licitū est operari etiā post uesperā, non tamen post mediā noctē, q̄a ab illa incipit dies sequens, qui totus est celebris. Deinde dicitur in decreto ex concilio Toletano: Irreligiosa consuetudo est, quam uulgus per sanctoꝝ solennitates agere consueuit: quia dū diuina officia deberent attendere, turpibus saltationibus inuigilant, non solū cantica mala canentes, sed & religiosoꝝ, id est deuotorum seu clericorum, officiis perstrepentes. Ait quoq; sanctus Gregorius, & in præallegata decreti distinctione habetur: Peruenit ad me, quosdam peru erſi

Gregorius.

peruersi spiritus homines inter uos seminasse praua aliqua & fidei sanctæ contraria, ita ut in
A die sabbathi aliquid operari illicitum perhiberent. Quos quid aliud nisi Antichristi prædica
tores dixerim? qui ueniens, diē sabbathi atq; dominicū faciet ab omni opere custodiri, id est,
celebrari. Nam quia similabit se mori ac resurgere, diē dominicū celebrari iubebit, & quia po
pulū Iudaizare cōpellet, ut exteriorē legis ritū reuocet, & perfidos sibi Iudęos subdat, sabba
thū coli præcipiet. Aliud quoq; ad me perlatum est, uidelicet, à peruersis hominibus uobis es
se prædicatū, ut dñico die nullus debeat lauari. Et quid si pro luxuria & pro uoluptate appe
tit quis lauari? hoc fieri reliquo quolibet die concedimus. Si autē pro necessitate est hoc, nec
die dominico fieri prohibemus. Insuper Origenes: Hæc est, inquit, obseruatio sabbathi Chri-
stiano, si desinas ab omnibus secularibus operibus, & nihil huiusmodi geras, sed spiritualibus
operibus uaces, ad ecclesiā conuenias, lectionibus diuinis aurem præbeas, de cœlestibus co-
gites, de futura spe solicitudinē geras, uenturū iudiciū præ oculis habeas, nec respicias ad ui Origenes.
sibilia & præsentia. Ecce hæc agere, est diē dñicum &, festiuū ueraciter celebrare. His concor
dat qđ ait S. Gregorius: dominico die à labore terreno cessandū est, ut quicquid negligentiæ Hieronym⁹
per sex dies incurritur, die dñico precibus expietur. At uero contra eos qui in festiuitatibus Augustinus.
sanctorū uiuunt gulosius, ait S. Hieronymus: ualde absurdū est, nimia saturitate uelle marty-
rem honorare, quē scimus deo per ieiunia placuisse. Ideo Augustinus testatur: Toties dies san
ctorū natalitios celebramus, quoties uirtutes eorū recolimus quibus claruerunt in terris, ita
ut totū ad illius gloriā referamus, à quo sancti habuerunt quicquid uirtuose egerunt. Qui er
B go sanctorū uirtutes in eorū festis non recolunt nec sequuntur, eorum festa nō celebrare mō
strantur. Præterea de ista materia scribit Thomas in Secunda secundæ quęstione 122. In ob-
seruantia sabbathi, id est, diei festiui, duo considerantur, quorū unum est finale & principale,
uidelicet deo uacare, quod insinuatur cū dominus ait per Moysen in Exodo: Memēto ut diē Exod. 20
sabbathi sanctifices, id est in sanctis & uirtuosis operibus expendas. Illa nanq; sanctificari di-
cuntur, quæ diuino cultui applicantur aut deputantur. Aliud est cessatio operū non quorum
cunq;, sed seruiliū. Nam in Leuitico præceptum istud quasi exponitur, quo habetur: Omne Leui. 23
opus seruile non facietis in eo. Opera autem seruilia sunt triplicia, secundū qđ triplex est ser-
uitus: prima quippe est seruitus culpę, quæ seruitus opponitur libertati uirtutis & gratię. Vn
de hæc seruitus non est aliud, quam conuersatio praua, seu actio uitiosa, qua homo male agē Iohan. 8
do, aut negligenter se habendo, seruit peccato aut subditur culpæ. Hinc ait saluator: Qui facit
peccatū, seruus est peccati. Sic; omnia opera praua sunt opera seruilia, & ista potissime sunt
illicita diebus festiuis, quia directe impediunt actus quibus deo uacatur. Secunda est seruit⁹
qua homo homini seruit, quæ seruitus est quantū ad corpus, non quantum ad mentem: quia
(ut Seneca loquitur) corpora seruituti obnoxia sunt, mens libera manet, sicq; opera corpora Seneca.
lia dicuntur seruilia, quorū quædā diebus festiuis nō licent. Operū nanq; hoc modo seruiliū q̄
dam cōueniunt solis seruis, sicut arare & texere, & cōmuniter opera mechanica, & ista secū-
dum legē cōmunē prohibentur in festis. Alia uero, sunt cōmunia seruis ac liberis, utpote sibi
de necessarijs puidere, damna & mortis pi̇cula deuitare, uitā corporalē ptegere. Hinc quoq;
C in ueteri testamento licuit sabbathis manducare & bibere, pecora à præsepio soluere & aqua
ri, cōtra impugnantes pugnare, sicut Machabæi fecisse leguntur. Similiter Helyas nō pecca- Num. 28
uit fugiendo à facie Iezabel, in qua fuga ambulauit etiā sabbatho plus quā lex admisit, sed p̄- 1. Mach. 2
fata necessitas eū excusat. Hinc & Christus excusauit suos discipulos de hoc quod spicas sab 3. Reg. 19
batho colligebant, quia ex famis necessitate hoc faciebāt. Cōformiter opus corporale neces- Mat. 12
sariū p corporis sanatiōe aut cōseruāda sanitate, licet festis diebus, ut infirmis mederi. Tertia Marc. 2
est uirtutis ac latriæ seruitus, q̄ deo seruitur, & seruitus ista non est in festis phibita, sed iussa & Luc. 6
frequentanda. Hinc & in ueteri testamēto licuit in sabbatho circūcidere hominē, & ministeria
dei in tēplo dei explere, ac circūducere archā p circuitū Iericho. In nouo q̄q; testamento act⁹ Leui. 12
docēdi uerbo aut scripto, est licitus. Hæc sentētialiter Thomas, q iterū ait loco pallegato: dies Iosu. 6
dñica in euāgelica lege succedit sabbatho Iudęorū, nō ex dei p̄cepto, sed ex institutiōe ecclesię
& cōsuetudine populi Chriani, iccirco opatio corporal' in sabbatho seu in festis, non est tam
districte phibita in noua lege sicut in ueteri, sed qđā nūc licet, q̄ tūc erant phibita, ut præpa-
ratio cibi, ambulatio, & cōsimilia. Facilius demum nūc dispēsat cū obseruātia sabbathi q̄ tūc,
qñiā obseruantia sabbathi, nō est iam tam figuralis, sicut tunc fuit. Ex præinductis cōcludit,
q detestabilius uiolant dies festos, q in eis intēti sunt commessationibus, potationibus, scur-
rilitatibus, ludis ac iocis prohibitis, loquacitatibus criminosis, choreis & consimilibus uanita Augustinus.
tibus aut spectaculis uetitis, aut consimilibus uitijs, q̄ si opera mechanica exercerēt. Propter
quod asserit Augustinus: Melius id est, minus malum, esset die sabbathi aut festiuo agrum co
lere, q̄ saltare: & nere, quàm chorisare, aut seditioni insistere. Ideo grauiter peccant q in festis
ocijs & uerbositatibus & immoderatis potationibus uacant, præsertim qui nunc rixantur, iu
rant aut puhnant, item qui nunc desyderio lucri ludunt, aut ludēdo fraudē committunt, aut

instrumenta ludorum tunc uendunt, illi quoque qui tunc immoderate se ocupant circa delicata & crapulosa conuiuia, circa pomposum aut curiosum uestitum, circa exteriorem ornatū superfluum, & qui pergunt ad loca dedicationum non ex deuotione, sed uanitate, ad intuendum aut exercendum ibi inania, noua aut curiosa, & qui nunc emunt aut uendunt monilia. D
Bernardus. Hinc sanctus Bernhardus in Christi loquens persona, inquit: Quid tanta ambitione ciborum delicias paras in mea natiuitate? damno ego carnis delectamenta, non approbo. Cur tam immoderate uestium gloriam quæris? damno ego superbiam, non amplector. ¶ Quæritur ergo à quibus operibus sit cessandum diebus dominicis atque solennibus. Deinde inter cætera dicit: in mandato sabbathi erat duo considerare, uidelicet cessationem ab opere seruili, ut homo libere deo intenderet & uacaret. Aliud erat ibi considerare, uidelicet determinationem diei & operum exteriorum, à quibus erat cessandum, quantum ad primum mandatum de sabbatho erat mortale. Hoc namque deus semper exegit ab homine, ut homo sibi cordis habitaculum præpararet, atque interdum uacaret, & per dilectionem adhæreret eidem, & quo ad hoc, præceptum aliud fuit non solum morale, sed & quodammodo contulit ad omnium aliorum moralium præceptorum integram obseruationem, quia dum homo uacat deo, melius cognoscit quid sit agendum, quid non. Iccirco huic præcepto præmittitur, meměto, quia in eius memoratione alia quodāmodo memorantur. Sed quantū ad aliud, scilicet diei certam designationē ac operis determinationem, fuit ceremoniale ac figurale, designans à quo esset cessandū, utpote ab opere seruili, & quid credendum ac expectandū, quia signabat quietem Christi in monumento, & beatorum quietem in patria. Iccirco istud mandatum cæteris frequentius in lege repetitur. Vnde aliquando nominatur inter moralia, interdum inter ceremonialia, & inquantū fuit ceremoniale, est euacuatū: inquantū uero morale, manet in noua lege. Porro obseruantia diei dominicæ & aliarum solennitatum alia de causa est introducta in euangelica lege, utpote in memoriam beneficij redemptionis humanæ, & in præfigurationem resurrectionis futuræ, atque in remediū erroris gentiliū, qui diem illum in reuerentiam solis uenerabantur. Propter quod ordinauit ecclesia, ut in dei honorem sit celebris, quatenus populus Christianus tunc specialiter uacet cultui dei, & illa prætermittat negotia, quæ animam distrahunt ne deo intendat. Ideo opera talia tunc specialiter ab ecclesia prohibentur, & talia dicuntur opera seruilia: maxime illa, in quibus homo inhiat lucris terrenis, & quæ sunt præter necessaria, per quæ homo præcipue occupatur circa hæc inferiora, nec tantum huiusmodi opera prohibētur, imo magis ac diligentius opera carnalia, ut ebrietas, lites, iurgia. Et hoc est quod dicit Augustinus in libro de decem chordis: Dicitur tibi ut specialiter obserues sabbathū, non sicut obseruant Iudæi, carnali otio. Vacare etenim uolūt ad nugas & luxurias suas. Melius quippe faceret Iudæus in agro suo aliquid utile, quàm in theatris seditioni insisteret, & melius fœminæ eorum in die sabbathi lanam filarent tractarentque, quàm tota die impudice saltarent. Hoc autē dicit Augustinus, non quod diebus festiuis cessandum non sit à negotijs actuum exteriorū, sed quoniam sacerdotes & prælati, quorum est huiusmodi festa indicere & determinare, qualiter ab exteriori opere sit cessandum, magis debent populum reuocare ab ijs, quæ maiorem præbent peccandi occasionem, aut magis culpabilia sunt. Vnde propter uitandū otiū & ineptum solatium asserit Augustinus, quod potius exercere se debeant in operibus pietatis & misericordiæ, quā negotijs inordinatis ac lasciuis intendere.

Exod. 20

Leuit. 23

E

Augustinus.

F

¶ Sermo Quartus. Quàm detestabile sit peccatum ac enorme auaritia, & cur idololatria & uitiorum maximum appelletur.

IN hoc clarificatus est pater meus, ut fructum plurimum afferatis & efficiamini mei discipuli. Iohannis decimoquinto. Christus ac saluator noster, magister ac legifer, cuius nos sumus discipuli, in mundū ueniens, uerbo & exemplo mundi docuit contemptum. Ideo quotquot illū imitati sunt, mundo abrenunciantes, maluerunt paupertatē & improperium Christi imitari, quàm Aegyptiorum prosperitatibus atque seculi diuitijs locupletari. Siquidē attendentes beatos pauperes esse spiritu, quorum est regnū cœlorum, iuxta cōsiliū Christi omnia uendentes dederunt pauperibus, Christum mundū nudi sequentes. In hoc namque clarificat deus, ut fructū plurimum afferamus, qui fructus utique nō est ut diuitias aut mundi honores, sed ut paupertatē, mundi contemptū, laborē atque aduersitates dei amore humiliter toleremus. Et hæc est paupertas spiritus qua Christi efficimur discipuli. ¶ Huiusmodi pauper Christi fuit inclytus miles & martyr S. Georgius, qui ætatis florē, qui stēmata & nobilitatē sobolis, diuitias ac omnia quæ cūque mundus amat contempsit, ut Christū lucrifaceret. Itaque huius exemplo, si bona tēporalia sunt contemnenda, quantomagis auaricia atque ipsa cupiditas de corde est eradicanda? Ad quod cum multa, præcipue tamen mouere nos debet, cum homo ex corpore cōstet & anima, & corpus ad animam tanquā ad dominā ordinetur, ipsaque anima ad beatificam dei fruitionem sit condita, hinc perfectus atque perfectio hominis consistunt in hoc, ut ab amore & occupatione terrenorum ac sensibilium se quantum sibi possibile est, abstrahat & elon-

Mat. 5
Luc. 5

A elonget, spiritalibus quoq; artibus uacet, ac creatori suo per syncerum amorē, purasq; medi
tationes propinquet assidue ac uniatur quotidie magis perfecte. Cum ergo terrenæ diuitiæ
sint infima hominis bona & fortunæ subiecta, ac maxime corporalia, uilissimū est & prorsus
detestabile uitium, atq; præcipue ignobilitans hominem, quòd eis tam inordinate inhæret
& per affectum se subijcit ipsis. Denique istud primo dissuadet ac uituperat nobis naturalis
entium ordo. Terra namq; est infimum elementum, ac infima creatura, quæ & omnium pe-
dibus conculcatur, per quod edocemur, quòd author naturæ, institutor ordinis uniuersi,
uult ista terrena pedibus animæ nostræ, puta affectibus eius, calcari ac subdi, & eis nullate-
nus dominari. Nonne ergo peruersum omnino, uile ac fatuum est, infima ista terrena, non
solum spiritalibus ac nobilissimis animarum diuitijs, sed & omniū creatori superdignissimo,
ac immenso, præponere per amorem cogitationum ac occupationum, quod agit omnis aua
rus. Præterea cum anima rationalis, summæ trinitatis imago sit, iunctis corporalibus crea-
turis, etiam cœlis ac stellis præstantior, magis indignum est, innaturalius'que uidetur, quòd
ipsa tam uitiose se unit, inhæret, & subdit istis terrenis, quàm si cœlum hæreret terræ. Insu-
per super illud Ecclesiastici: Auaro nihil est scelestius, dicit Glossa: Nullum scelus est maius
auaritia, & si dicatur scelus Iudæ, qui tradidit Christum, esse maius, quia pro triginta dena- Ecclesiast. 10
rijs uendidit deum ac hominem, Respondetur quòd auarus frequenter dat ac deserit deum
pro uno denario, & interdum pro nihilo, dum non abhorret peierare, mentiri, decipere pro Mat. 26
uno denario, quem tamen aliquādo non lucratur per talia. Et certe peccatum Iudæ fuit aua-
ritia, uel ex ea. Amplius, statęra reputationis siue iudicij hominis auari, est nequissima, quia
in ea plus ponderat obolus, quàm deus, & anima propria, seu regnum cœleste. Caret quoq;
B auarus communicatiua proprietate tam creatoris quàm creaturarum. Creator nanq; bonita
tem suam, diuitias gloriæ suæ incessanter liberaliterq; communicat: sic & creaturæ bona eis
collata communicant alijs, sicut sol splendorē suum, & ignis suum calorem, terra & arbores
suos fructus. Auarus autē sua communicare nō uult, sed recludit: sic & creatura una defectū
alterius cupit supplere, unde natura non patitur uacuū: auarus uero defectus proximi sui nō
cupit supplere, etiā si rogetur, nec uacuitatē indigētiū replet. Amplius, auarus est iniquus in
deum, quoniā sibi à deo cōmendata ad dispensandū, perditorie facit sua. Diuites nāq; dispen
satores sunt seu esse debent diuitiarū suarū, non domini: auarus autē eas non erogat iuxta dei
imperium, sed reseruat contra iustitiā, & inde inimicus dei efficitur, propter quæ eum magis
diligere obligat, uidelicet propter tēporalia sibi à deo collata, quę deo præponit, propter q̄d Col. 3
ait Apostolus, ꝙ auaritia est idolorū seruitus, circa quod asserit Glossa, ꝙ nummus est deus
auari. Vnde & super illud Matthæi: Non potestis deo seruire & Mammonæ, Glossa affirmat: Mat. 5
Diuitijs seruire est deum negare. Duobus etenim modis potest quis negare dominiū princi
pis: Primo, dicendo: Ego nō recognosco te esse dominū meum, libēter tibi seruirē censumq;
soluerem, si mihi cōstaret te dominū meum esse. Secundo dicendo: scio ꝙ sis dominus meus,
& censum teneor tibi, attamen tibi nihil soluā. Primo modo infideles negant Christum do-
minum, quia ei libenter seruirent, si scirēt ꝙ ipse eorū & uniuersorū sit dominus. Secundo mo
do mali Christiani negant dominium Christi: Nam q̄uis agnoscant ꝙ ipse eorū sit dominus,
C nolunt tamen ei soluere censum sui obsequii: ideo maiorē faciunt contumeliā Christo q̄ infi-
deles. Deniq; deus iubet auaro, ne peieret, ne mentiatur, ne fallat. Nummus uero quem cupit
lucrari, instigat eum ad oppositū, & infelix auarus magis acquiescit & obedit nummo q̄ deo,
per quod ostendit se esse seruum nummi magis q̄ dei. Rursus, auaritia recte idololatria nuncu
patur, quia auarus creaturam adorat. Nam aliquid adorare, est ei summā reuerentiam exhi-
bere, aut diuinam maiestatem ei ascribere, quorum utrunq; facit auarus: quia si ei duo occur-
rant, unus diues, quem scit esse pecuniosum, alius pauper, quem credit esse deuotum, magis
exhibebit diuitiis honorem in diuite, q̄ deo in paupere. Maiestatem quoq; diuinam creaturę
ascribit. Diuina quippe maiestas significatur per istud complexū: summe bonus, summe po-
tens. Iccirco auarus eo ipso quo diuitias summe & magis desyderat, ipso facto ostendit, ꝙ di
uitias arbitratur maximū donū, & super deū eas extollit: imò si transit ante fertilem agrum,
aut uberem uineam, aut pulchrā domum, magis inclinat se, atq; afficitur circa illa, q̄ si pergat
ante ecclesiam. Adhuc autem secundum Augustinum in libro de doctrina Christiana, deus
potissimum colitur fide, spe, & charitate. Auarus autē magis credit pecuniæ suę q̄ deo, & ma Augu.
gis cōfidit in ea, q̄ in dei prouidentia, magis quoq; diligit eā q̄ deitatē, ideo amplius colit eā, q̄
deum. Hinc ad Rusticum monachum scribit Hieronymus: Aestimat aliquis malo pondere ui
tiorum pressus, & lenius ei uidetur peccare auarus q̄ idolatra, sed non mediocriter errat: nō Hierony.
enim grauius peccat, qui duo grana proiicit super aram Mercurii, q̄ qui pecuniam auare cu-
pit, & inutiliter cōgregat. Ridiculūq; apparet, ut aliq̄s iudicet idololatra, q duo grana offert
creaturę, q̄ debuit deo offerre, & ille nō iudicet idololatra, q tā diuturnū totius uitæ suæ obse
quiū q̄d debuit deo offerre, offert diuitiis. Postremo inter sp̄uales infirmitates auaritia ponit

pessima, de qua in Ecclesiaste habetur: Et infirmitas pessima quã uidi sub sole, uidelicet diuitię
Eccls.6 congregatæ in malum domini sui, pereunt enim in afflictione pessima. Quidã assignant has D
auaritiæ species, quarum prima sit furtum. Ad quod tria concurrunt ac pertinẽt: Primum quòd ibi sit usurpatio rei alienæ, quod cõtrariatur iustitiæ, iccirco furtũ ex suo genere est mortale, interdum tamen est ueniale propter paruitatem rei, quæ aufertur, præsertim quando usurpans probabiliter putat, quòd talis ablatio parum aut nil sit cõtra uoluntatem domini paruę rei. Porro si parua i re sit furãdi intentio, & probabiliter ęstimetur, quòd eius ablatio sit contra possessoris uoluntatem, mortale peccatum est. Secundo ad rationem furti cõcurrit, quod cõmittatur circa possessionem, præsertim circa mobilia bona & corporalia, quæ potuerunt contrectari, & per hoc differt furtum ab adulterio & homicidio. Tertium, quòd fiat occulte, per quod differt à rapina. Hæc omnia in Secũda secũdæ quæstione lxvi. atque in Summis Durandi, Raymundi, Iohannis, & Bartholomæi, multo diffusius continentur. Secunda auaritiæ species fertur esse rapina, quæ est manifesta & uiolenta ablatio rei alienæ, siue mobilis, siue immobilis: & est rapina grauius peccatum quàm furtum, quia in eo irrogatur maior iniuria & cõtemptus ei cui sua tolluntur. Vtrunque enim non solum iustitiæ, sed fraternæ charitati contrariatur. Si uero auferatur per furtum aut rapinã res diuino cultui consecrata, non solum est simplex furtum aut rapina, sed sacrilegiũ quoque, id est abusus rei sacræ. Tertia species auaritiæ, est usura, quæ secundum Raymundũ est lucrum ex mutuo pacto debitum uel exactum, scilicet ultra sortẽ, seu ut alij clarius dicunt: Vsura est mutuare aut tradere alicui pecuniã, aut aliquid, cuius usus est sua consumptio, ut aliquid ei detur ultra sortem. De qua usura primo Politicorum ait Philosophus, quòd sit maxime contra naturam. Denique usura est duplex, una manifesta, alia palliata, & hæc palliata usura habet species quinque: Prima fit circa pignora & obsides, quod etiã quinque modis contingit. Verum hæc prosequi est nimis prolixum, & breuitati intentæ contrarium, E iccirco in Summa uirtutũ & uitiorum hæc requirantur. Quarta auaritię species, est simonia, quę est studiosa uolũtas emendi ac uendendi aliquid spũale, aut spũali annexũ, quę species habet sub se plurimos modos, secundũ quod in diuersis rebus, puta beneficijs dignitatibus, sacramentis, &c. accidere potest, quæ omnia in Decreto & Summa præfata aliorumque summis, & in scriptis doctorum super quartum Sententiarum, in Secunda quoque secundæ quæstione centesima plenissime continentur. Quinta auaritiæ species, est iniusta exactio seu talio, quæ ualde iniqua est, & qui utitur ea, ad restitutionem tenetur. Sunt autem & aliæ uariæ differentiæ, modi, seu species auaritiæ, scilicet negotiatorum & aduocatorum, & etiam Ecclesiasticorum in pluralitate beneficiorum & religiosorum, qui proprietarij esse non metuunt, item eorum qui munera libenter accipiunt ac mercenariorum. Insuper præter prætactas auaritiæ species, ponunt in Profectu religiosorum tres species eius. Prima est anxia cupido habendi aut acquirendi tẽporalia, siue sequatur acquisitio, siue non, sicque pauper qui parum aut nihil habet, potest esse auarus. Secunda species est tenacitas conseruandi iam habita, non permittens ea in causas pias, aut necessarios seu utiles usus expendi, nisi forte cum cordis dolore. Tertia est insatiabiliter augere diuitias, siue hoc fiat quæstu iusto ex suo genere, siue iniusto. Quidam infecti sunt prima specierum istarum, quidã secunda, alij tertia, nõnulli prima atque secunda, cęteri omni-
Cassianus bus tribus. Postremo Cassianus libro de Institutis patrum, ponit tres modos seu species auaritiæ, quæ religiosos quosdam concernunt: Prima species est, ea in claustro post professionẽ F appetere atque colligere, quæ nec in seculo habuit ipse religiosus. Tales religiosi proprietarij designantur per Giezi ministrum Helizæi, qui ab Naaman principe militiæ regis Syrorum,
4 Reg. 5 accepit pecuniã pro sanitate supernaturaliter ipsi Naaman concessa, propter quod percussus est lepra grauissima. Secunda species est, ea denuo affectare & obtinere, quæ semel in principio abrenuntiationis propter deum dimissa sunt, & religiosa hac auaritia corrupti, designan-
Ioh. 12 tur per Iudam, qui post Apostolatum assumptum, rursus optauit & congregauit, quæ in Apostolatus assumptione reliquerat propter Christum, atque ex auaritia illa ad tantum impietatis corruit barathrum, quod non solum uendidit Christum, sed demum suspendit seipsum. Ter-
Mat. 27 tia species est, ipsam monasticam seu religiosam uitam male incipiẽdo, aliqua propria sibi seruare, ab exordio religiosæ uitæ assumptæ. Et religiosi auaritia ista obtenebrati, designati sunt per Ananiam & Saphiram, qui aliquid sibi reseruauerunt secrete de pretio agri uenditi,
Actu. 5. propter quod beatissimo principe Apostolorum eos diiudicante, subitanea percussi sunt morte, ut legitur in Actis Apostolorum.

¶AD RELIGIOSOS.

Sermo Quintus: De innumerabilibus tentationibus, fallaciis, occultissimisque insidiis dæmonum, & quo pacto militi spiritualis palestræ sit iidsem resistendum.

Militia

A Militia est uita hominis super terram, Iob vij. Vbi Hieronymus transtulit: Tentatio est uita hominis, &c. Antiqua translatio habet: Militia est. Dicit autẽ uita hominis militia super terrã, quoniã homo bonus deo placere desyderans, uirtutibusq; insistens, assiduas habet & sustinet impugnatiões ab aduersarijs suæ salutis, p quas nisi uiriliter, tanq̃ fidelis miles altissimi reluctetur, à deo creatore ac rege suo abstrahitur, peccat & perire meretur. Sunt autẽ hi hostes, maligni spiritus & acies uitiorũ, carnalia desyderia uanitatesq; seculi, & propriæ uoluntatis ac mentis pronitas ad peccandũ, seu dæmones, mundus, caro & fomes peccati, ex quo quatuor uulnera inflicta sunt animæ, quæ sunt ignorantia in intellectu, malitia in uoluntate, concupiscentia in ui appetitiua, sensitiua, concupiscibili, infirmitas in irascibili, ex quibus multipliciter impugnamur ac labimur. Itaq; tentatio dici potest, omnis motus seu actus uel affectus, hominẽ ad peccandum inclinans, ut sunt stimuli carnis, diabolicæ suggestiones, aduersitates, persecutiones, tribulationes, adulationes, prosperitates, & omnes instigationes seu impulsiones ad illicita seu peccata. Deniq; quanto quis studiosius in uirtutibus crescere & deo placere conatur, tanto solet ab his impugnari. Propter quod teste scriptura, multę tribulatiões iustorũ, Et omnes pie uiuere cupientes, psecutionib⁹ infestant. Itaq; prædicator uerbi cœlestis diligentissime instruat sup hoc hoĩes, auisando eosdem de huiusmodi pugnis & tentationibus, & qualiter resistere pręualereq; debeãt, imò hortetur & animet eos, ut tãto uirilius uirtuosis insudent opibus, quãto se sentiunt acrius impugnari. Præterea multi sunt modi resistendi tentationibus illis, & diuersa contra eas remedia sunt, ac multiplex armatura. Generalia aũt remedia, arma, & modi resistẽdi quibuscũq; tẽtationibus & pctĩs sunt hęc: Primũ est diligẽs & attenta cõsyderatio dñicę passionis, quã q frequenter cordialiterq; ppendit, nec prosperis, nec aduersis, nec blandis & oblectamentis, nec asperis & afflictiuis deijciet, sed in oĩbus illis cõstans manebit. Secundũ, est fiducialis inuocatio diuini auxilii assidua atq; indesinẽs, seq; in oĩb⁹ humiliare, atq; in sola diuina pietate ac ope cõfidere, cũ dicat scriptura: Quis sperauit in dño, & cõfusus est? aut quis inuocauit eũ, & despexit illum? Vnde & ipse dñs testat: Inuoca me in die tribulationis, eruã te, & honorificabis me. Tertiũ, est fiduciale refugiũ ad gloriosam uirginẽ Mariã & cæteros sanctos, ad quos quis habet maiorẽ deuotionẽ, fiduciã, & amorẽ, ad propriũ quoq; angelum, & horũ subsidiũ serui de inuocare. Quartũ, prudens cõsyderatio nouissimorũ, quẽadmodum scriptũ est: Memorare nouissima tua, & in æternũ non peccabis. Vnde remediũ istud diuidi potest in quatuor, q̃rum unũquodq; ualde existit idoneũ ad resistendũ omni tentationi, uidelicet frequenter attẽdere propriã mortẽ indesinenter appropinquantẽ, diuini rigorẽ iudicij, tormenta inferni, beatitudinẽ regni æteerni. Quintũ, est diligenter attendere, q̃ gloriosum & fructuosum sit tentationes uictoriose sufferre. Sextũ, quod impossibile est, uitã hãc sine aduersis transigere: quia si una desit aduersitas, cito aderit alia. Iccirco quęcunq; euenerit, patienter est sustinenda. Septimum, est perpendere q̃ uile, nociuũ atq; damnabile sit, tentationibus superari, seq; per hoc dæmonibus subdere, & eorũ irrisioni exponere, quia (ut ait Psalmista) Qui tribulant nos, exultabunt si moti fuerimus. Octauũ, est sanctorũ exempla, patiẽtiã, fortitudinem, triumphũ, & pręmia contemplari, ex quibus erudimur & inflammamur ad imitationem eorũ. Nonum, C est consyderatio sanctarũ scripturarum, quæ docent nos qualiter resistere debeamus ac præualere. Decimũ, est occasiones & causas tentationũ prudenter uitare. Itaq; dum quis quacũque tentatione pulsari se sentit, mox se ad ista conuertat remedia, dei auxilium implorando, Christi passionẽ cordialiter ponderando, & cætera nunc prætacta sapienter stabiliterq; pensando, exteriores quoq; interioresq; oculos auertendo ab his obiectis, de quibus tentatur, & alias occupationes assumẽdo salubres, sicq; laboret & prælief tanq̃ fidelis minister ac miles dei quia nõ coronat nisi qui legitime certauerit. Sunt aũt innumerabiles fallaciæ, occultissimæ quoq; insidiæ dæmonũ. Prima, est hominem diuturna & assidua tentatione fatigare, ac tędio quodã obruere, quatenus paulatim ducatur nõ solũ in tentatione, sed etiã in desperationem aut diffidentiam, ita ut putat se non pertinere ad deũ, nec curari ab eo, quem toties inuocat ut se à tali tentatiõe dignetur eripere, nec tamen exauditur ad uotũ, sicq; suspicatur deũ de suo non curare periculo, uel de adiutorio omnipotentis diffidit, quorũ utrũq; perniciosissimũ est. Isti non pensant fidelitatẽ ac prouidentiã dei ad hoĩes, nec utilitates quę eis ex diuturna tẽtatione proueniunt, qua indigẽt, ut eorũ supbia penitus eradicetur. Secunda uersutia diaboli, est ipsa extraneitas tentatiõis, dũ quosdã electos inconsuetis, fœdis, & inabominabilibus tentamentis impugnat, ut tãto plus arbitrent se à deo relictos, quãto plus opinant alios ita non fuisse tentatos, ut sunt tentatiões blasphemię, & cõtra fidẽ, & de iniectione manus uiolentę in seipsum, ac de uitijs ignominiæ contra naturam. Isti non aduertunt quòd uisibiles hostes ex sua malignitate frequenter proijciũt in castra obsessa quasdã materias fœtidissimas, impurissimas, ac penitus uenenatas, sic inuisibiles inimici ex inuidẽtia sua immittũt cordib⁹ aliquorũ cogitationes prorsus abominabiles, insolitas, & nefandas, & omnibus quibus possunt ac permittuntur

Psal. 33
2. Tim. 3
Eccl. 2
Psal. 49
Eccl. 7
Psalmo 12
2 Tim. 2

B (margin, at "quenter cordialiterq;")

mittuntur modis ipſos impugnant. Illi tamen inde non maculantur, q̃diu talia deteſtantur D
nec delectantur in eis, imò tanto glorioſius coronari merentur, quanto moleſtiora ac abominabiliora ſunt illa ad tolerandũ. Tertia dæmonũ aſtutia eſt, qua hoc ſolum intendunt ut hominem trahant ad mutandũ ſtatum, ſeu locũ ſuum, in quo ſe bene habet, ut intret locum aſſumatq; ſtatũ in quo capi poſſit ab ipſis, quemadmodũ piſces atq; cuniculi ſtrepitu quodã terrentur, ut egrediantur receptacula ſua, in quibus à captione ſecuri ſunt, & ſic cadant in retia. Hinc in Eccleſiaſte ſcriptum eſt: Si ſpiritus habentis poteſtatẽ aſcenderit ſuper te, tu locũ tuũ non deſeras. Et Paulus: Non deſeramus (inquit) collectionem noſtram ſicut cõſuetudinis eſt quibuſdã, ueruntamen bonum eſt chariſmata meliora ſectari, & periculoſa uitare conſortia. Quarta aſtutia eius eſt, qua conatur quoſdã per ſanctoꝝ exempla incitare ad inchoandũ aliqua magna bona, in quibus coniicit eos non perſeueraturos, aut inquiete & ſcandaloſe uicturos, ut dum inconſtantes, inquietos, indiſciplinabiles inducit ad religionis ingreſſum, ut inde apoſtatando plurimos ſcandalizent, & grauius peccent, aut perſeuerando in religione multos inquietent ac turbent. Per talem calliditatem ſimiæ capiuntur, dum uenatores in earum præſentia ſe calceant calceis magnis & ponderoſis, eosq; fortiter pedibus ſuis aſtringũt, quo facto, exuunt eos ac ibi relinquunt, & abeunt, tunc uenientes ſimiæ ſimiliter induunt & aſtringunt pedibus ſuis calceos illos, quo uiſo, uenatores irruunt ſuper eas, fugere, imò nec progredi ualentes, & capiunt eas. Quinta uerſutia eſt, dum ſub ſpecie boni ſuadent periculum, quẽadmodum quoſdam inducit ad immoderatam diuitiaꝝ adeptionem, ut opera miſericordiæ magis exerceant, interim uero inficit eos cupiditatis affectu, uariiſq; peccatis, quę diuitiis & earum acquiſitioni annexa ſunt. Sexta dum ſub colore & prætextu uirtutum uicia perſuadet E
ut crudelitatem ſub ſpecie æquitatis, ſolicitudinemq; ſuperfluam ſub colore prudentiæ, ac nimiam remiſſionẽ ſub pietatis prætextu. Septima & periculoſiſſima uerſutia eſt, ceſſatio ab omni tentatione, quam ceſſationem aliqui cupiunt imperiti, à quoꝝ impugnatione deſiſtit, ut eos ad periculoſam inducat ſecuritatem, per quam timor dei amittitur, deinde ex tali ſecuritate naſcuntur negligentia atq; acedia, elatio quoq;, ſi ſe putant ſanctos quoniam non tentantur: deinde contemptus & diiudicatio fratrum, præſertim eorum qui impugnantur, & de miſericordia circa eos.

Heb. 10
1 Cor. 12

¶ Sermo ſextus: De adiutoriis miſericordiſſimi dei, quibus nunq̃ deerit militibus ſuis ſpiritualibus, legitime certantibus.

SI putas in robore exercitus bella conſiſtere, ſuperari te faciet dominus ab hoſtibus: Dei quippe eſt adiuuare & in fugam uertere. Certum eſt, ꝙ ad meritorie agendũ non ſolum indigeamus ſupernaturalibus & infuſis habitibus gratiæ gratũ facientis & uirtutum atq; donoꝝ, ſed etiam actuali motione, ſeu excitatione ſpiritus ſancti. Et quæri poſſet, an ultra hæc indigeamus adhuc aliis auxiliis creatoris cõtra tentationes, & uidetur ꝙ non, quia ad Palum dicit: Sufficit tibi gratia mea. Virtutes quoq; fortiores ſunt uiciis, ſed penſandum, quod ultra prædicta contulit nobis benigniſſimus ac prouidiſſimus conditor alia multa ſubſidia contra tentationũ certamina. Primum eſt, totius militantis Eccleſiæ communicatio atq; ſubuentio mutua, iuxta illud pſalmi: Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientiũ mandata tua. Vniuerſi nanq; fideles iuxta charitatẽ connexi, ſunt unũ myſticum corpus, & ſibiinuicem cõmunicant merita ſua ac ſuffragantur. Vnde ſuper Lucã dicit Ambroſius: Oret pro te mater Eccleſia, quæ pro ſuis filiis quaſi unica mater interpellat. Secundum eſt adiutoriũ prælatoꝝ, qui ſubditis ſuis, orando, inſtruendo, corripiendo ſuccurrunt, cũ ſint mediatores inter Chriſtum & gregem ipſius. Hinc Moyſes filiis Iſrael loquens: Ego (inquit) ſequeſter & medius eram inter deũ & uos. Ad Ezechielem quoq; dominus ait: Speculatorem te dedi domui Iſrael. Hinc paſtoꝝ eſt ſubditos contra tentationes præauiſere, ac præmunire, modũq; & practicam reſiſtendi docere. Tertiũ eſt charitatiua ſubuentio, conſultio, conſolatio ſeu conformatio proximi uniuſcuiuſq;, quemadmodũ in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt: Vnicuiq; mandauit deus de proximo ſuo. Vnde Paulus hortatur: Alter alterius onera portate. Et denuo: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui ſpirituales eſtis huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis. Ad quod beatiſſimus princeps Apoſtolici chori hortatur, dicendo: Vnuſquiſq; ſicut accepit gratiam, in alterutrũ adminiſtrans. Quartũ eſt angelorum ſanctoꝝ cuſtodia, de quibus Helizeus locutus eſt: Plures nobiſcũ ſunt, &c. Hinc cum abbas Moyſes poſt ſuæ conuerſationis exordiũ, ſtimulo carnis acerrrime tentaretur, & pro conſolatione ueniſſet ad abbatẽ ſanctum Iſidorũ, ille fecit abbatẽ Moyſen ad orientẽ aſpicere uiditq; innumerabilem multitudinem ad ſubueniendum paratam. Quintum & præcipuum auxiliũ, eſt meritũ Chriſti mediatoris, & interpellatio eius pro nobis, iuxta quod in prima ſua canonica Iohannes ait: Si quis peccauerit, aduocatũ habemus apud patrẽ Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, qui, ut ad Hebræos ſcribit Apoſtolus, introiit in ipſum cœlũ, ut appareat nũc uultui deo pro nobis: ipſe etenim, ut electus ait Bernhardus

1 Para. 25
2. Cor. 12
Pſalmo 118
Ambroſius
Deut. 5
Ezech. 3
Eccl. 17
Gal. 6
Eodem
1. Petri 4
4 Regũ 6
1. Ioh. 2
Heb 2
Bernhardus.

hardus: Ostendit patri latus & uulnera, atque ut ad Romanos scribitur, interpellat pro nobis. Rom. 8
D Sextum, est aduocatio & oratio, meritum & subuentio gloriosissimæ uirginis, deo patri comparentalis, quæ est aduocata Ecclesiæ, miseratrix, adiutrix, & mater omnium ad se confugientium, conculcatrix capitis dæmonũ, atque in omni necessitate, subuentrix. Septimum, est subsidium totius triumphantis Ecclesiæ matris nostræ, & specialiter sanctorum illorum, ad quos quisque maiorem habet deuotionem, confidentiã & recursum. Michael quoque princeps magnus commissæ sibi Ecclesiæ specialis ac fidelissimus est patronus. Octauũ, refrenatio inuisibilium hostium, ne nos tentent quantum uellent ac possent, quæ refrenatio ministerio fieri solet specialis chori angelici. Vnde in Apocalypsi legitur Satanas religatus. Et in Tobia legitur, Raphael Apo. 20
angelus relegasse dæmoniũ in desertũ superioris Aegypti. Christus demũ potestatẽ dæmonũ Tob. 4
præcipue refrænauit ac minuit, sicut in Euangelio protestat: Cũ fortis armatus custodit atriũ Lucæ 11
suum, in pace sunt ea quæ possidet: si autẽ fortior illo superueniens uicerit eũ, uasa eius diripiet, &c. Nonũ, est effugatio hostium, qui diuina ope frequenter, saltẽ ad tempus fugant à seruis dei, nec impugnare eos sinuntur. Vnde & in Luca asseritur: Consummata omni tentatione Lucæ 4
diabolus recessit à Chro usque ad tẽpus. In cuius rei figura dixerunt Aegyptij: Fugiamus Israelem, dominus enim pugnat pro eis contra nos. Decimũ, est profectus spiritualis & gratiæ incrementum, quod tentatus tentatori resistendo diuina ope consequit, iuxta illud Apost. Deus faciet 1. Cor. 10
cum tentatione prouentũ. Vndecimũ, est actualis illuminatio, seu gratia discretiõis spirituũ, qua quis tentat, intelligit in suo cõflictu uersutiã inimici, & qualiter sit resistendũ, per quã beatissimi uiri, Anthonius & Martinus diabolum in specie Christi apparentem adorare nolebant, Abraham uero & Iosue ac alij quidam angelos eis apparentes, mox cultu Duliæ adorauerunt, Gen. 18
quoniam ex dono discretionis spirituũ, cognouerunt quod uere erãt angeli sancti. Duodecimũ, Iosue 5
est timor diuina inspiratione conceptus ex ipsa tentationis impugnatione, quo tẽtatus timet succumbere, & ex hoc cauet & solicitatur ad reluctandum, quemadmodum in certaminibus cæsi prouocantur ad repercutiendũ. Tertiumdecimũ, est forma in qua tentatus cogitur apparere, ut ex ea fraus callidissimi deprehendatur facilius, sicque scd'm magistrũ sententiarum, & alios multos, aggressus est Euam in forma serpentis, & glorioso patri Anthonio apparuit spiritus Gen. 3
fornicationis in specie pueri turpis nigerrimi. Quartumdecimũ est releuamen quoddam, cõsolatio, seu refrigerium desuper datũ in ipso tentationis ardore, iuxta illud in Psalmo: Secundum multitudinẽ dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animã meã. Psalmo 93
E Vnde & Paulus fatetur: Benedictus deus qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Quintumdecimũ, est repausatio qua interdum concedit suos à tentationũ labore ad tẽpus quiescere, ut interim uires resumant, & ad futurum præparent se conflictum, sicut in exteriori uidemus luctamine. Vnde in Tobia dicitur deo: Non delectaris in perditionibus nostris, quia post tẽpestatem tranquillũ facis, & post fletũ exultationẽ infundis. In Matthæo quoque iuxta mysticũ fertur sensum: Imperauit mari & uentis, id est, inquietudini impugnationũ atque dæmonibus, & facta est tranquillitas magna, id est, pax cordis. Sextumdecimũ, est confortatio siue erectio cordis in deũ, aut corroboratio spei uisibiliter aut inuisibiliter facta, in cuius rei signum angelus apparuit Christo prolixius oranti. Septimumdecimũ, est suppositio manus dei, qui suscipit, & à collisione præseruat suos, ne tẽtatione penitus conterant, iuxta illud psalmi: Impulsus euersus sum ut caderẽ, & dominus suscepit me. Itemque iustus cum reciderit non collidetur, quia dominus supponit manũ suã. Permittit quippe deus electos suos interdũ impelli, & pene usque ad ruinã deuenire peccati, ut suas recognoscant infirmitates, nõ permittit autẽ eos in foueam corruere culpæ, aut lapsos pijssime erigit. Octauũdecimum, est susceptio confugientium ad se, iuxta quod psallimus: Domine refugium factus es nobis. In Prouerbijs quoque legitur: Turris fortissima nomen domini, ad ipsum currit iustus, & saluabitur. Nonumdecimum, est corporalis labor, paupertas, infirmitas, siue aduersitas, per quas tentationes uinci solent, aut minui. Vnde in Osea dominus loquitur: Ecce sepiam uiam tuam spinis. Hinc recitat Cassianus, quod dum in congregatione quadam, quidam adolescens stimulo carnis acerrime tentaretur, ordinauit monasterij pater, ut unus seniorum uir seriosus iuuenem illum quotidie exerceret aduersis, & proclamaret, ac coram abbate multipliciter accusaret, atque ut fratres in testimoniũ adducti testarentur præsente. Qua exercitatione per annum exhibita, dixit ad iuuenem abbas: Quid est fili? Adhuc te stimulat caro? Respondit: Pape uiuere non licet, fornicari liberet? Ecce quot, quanta, & qualia prouidit & contulit nobis clementissimus pater cœlestis auxilia aduersus mundi & carnis ac dæmonũ tentamenta. Iccirco non diffidamus, sed confortati in domino agamus uiriliter, ac bonum fidei agamus certamen, & carnem ac sensualitatem rebellem sic rationabiliter, disciplinis, uigiliis, ieiuniis, abstinentiis, asperitate uestitus ac laboribus castigemus, ut in spiritus seruitutem salubriter redigat. Sunt denique uitia quædã in seipsis amara & afflictiua, aut afflictiões & difficulates ac resistẽtias graues annexas habẽtia: ira nãque inuidia, ĩdignatio, rãcor, odiũ, timor tristitia, ĩpatiẽtia, amaritudo, cõtẽtio

Exodi 14 · Lucæ 22 · Psalmo 117 · Psalmo 36 · Psalmo 89 · Prou. 18 · Osee 2 · Psalmo. 26 · 1. Cor. 9 · 2. Cor. 1 · Tob. 3 · Mat 8 · tentatur.

in seipsis sunt afflictiua, superbia uero, ambitio, auaritia & consimilia quaedam, habent annexas difficultates, labores, resistentias, afflictiones. Nẽpe q in montẽ dñationis conaĩ ascẽdere, multos patitur resistentes ex aduerso ascendere cupiẽtes, cõtra q̃s mordetur, suspitione inuidia & odio. Itaq; tẽtationibus istis efficatius resistiĩ cõsiderãdo eas, ac uitia de qbus ipugnãtur, quo eñi diligentius cõsideraĩ, eo plus abhorrẽtur ꝑpter pęnalitates adiũctas. Porro alia sunt peccata in seip̃s delectabilia, ut p̃serti uitia carnis, q̃ q̃nto plus cõsideraĩ, q̃uis sint in seipsis bestialia, fœda &c. tamẽ tãto plus titillãt & mouẽt appetitũ, ꝑpter annexã & innatã delectationẽ, ideo talibus uitiis melius resistiĩ cogitationẽ & aspectũ mox ab eis totaliter auertẽdo, cũ asp̃natiõe salubri, & interiectiõe istius tñi. Nã hac ꝓlatiõe tñi, sup̃atur diabolus, & stimulatio carnis. Quaeritur aũt q̃liter possit se homo inde auertere. Respondẽdũ, ꝙ oĩs affectio ex p̃uia q̃dã app̃hẽsione seu cognitiõe ꝓcedit, qa obiectũ appetitus ẽ bonũ cognitũ: iccirco q cupit inordinatã affectionẽ uitare, studeat à se ꝓtinus remouere app̃hensionẽ obiecti carnalis delectabilis ve rei, ad quã inordinate ac sensualiter afficitur. Et q̃liter se à tali inspectione possit auertere? Dicendũ, quod cõuertendo se ad cõsiderationẽ reꝝ salubriũ, scilicet, dñicae passionis, ꝓpriae mortis, diuini q̊q; iudicii & infernal' supplicii, p̃teritaꝝ culpaꝝ. aduersitatũ, tribulationũ ꝓximoꝝ fideliũ, q̃d q̊tidie tot tãtaq; fiũt in mũdo flagitia, q̃d innũerabiles peũt ac dãnãtur hoĩes. Cupiẽs itaq; tẽtationũ euadere laqueos, faciat sibi cõsuetudinẽ cõsiderãdi assidue passionẽ dñi, ac nouissima sua & peccata p̃terita, p̃icula quoq; qbus undiq; circũuallatur, sicq; q̊ciescũq; se senserit carnali tentatione pulsari, mox ad dñicae passionis, ad sua nouissima &c. cõsiderationẽ recurrat. Secundũ remediũ est, immoderatã uitare potionẽ, & refectionẽ sup̃fluã, & calida alimenta, uinũq;, ex quibus uicioꝝ generantur incitamenta. Vnde Paulus: Nolite inebriari uino, in quo est luxuria. Et Hieronymus: Venter mero aestuans, cito spumat libidinẽ.
Ephe. 5 Tertiũ, uitare lubricoꝝ cõsortia. Vnde in Ecclesiast. dicitur: Qui se iũgit fornicariis erit neq.
Ecci. 18 Et Salomõ: Amicus stultoꝝ, id ẽ, carnaliũ & prauoꝝ, efficietur simil' eis. Quartũ ẽ diligẽter attendere, & celeriter, sine immoratiõe, enormitatẽ & uilitatẽ huius peccati, & brutalitatẽ, inhonestatẽ ipsius, mala ei annexa, & qm̃ multa & grauia mala ex ipso sequuntur, & p̃ uitiũ istud fit homo bestialis, accediosus, leuis, depressus, intimoratus, maxĩa q̊q; turpitudo in eo apparet, derogat dignitati, nobilitati, naturae humanae, fœtet p̃ caeteris uitiis corã deo & angelis eius.
Prou. 13 Quintũ est bene pensare, q̃lis erit caro post mortẽ, q̃ fœda & putrida. ¶ Hinc fertur in uitas patrum, ꝙ dũ quidã frater in haeremo uehementissime tentaretur de q̃dã muliere formosa, & audisset aã eẽ defunctã, nocte aꝑuit eius sepulchꝝ, & sumẽs partẽ de putredine eius posuit in cellã suã, cũq; illius intuitu ac fœtore affligeretur, dixit cogitationi suae: Ecce habes carnẽ q̃ appetebas, saciare eius amplexu, sicq; cessauit tentatio. Sextũ est, incautos & morosos mulieꝝ aspectus, amplexus, oscula, familiaria colloquia, loca secreta, uisitationes, laterales cõsessus, attact', munuscula deuitare. Ecce Dauid incaute respexit & cõcupiscentia sup̃atus est. Sãpson p̃ mulieris blandimenta. Ideo Iob ait: Pepigi fœdus cũ oculis meis, ut ne cogitarẽ quidẽ de uirgine. E

Iudic. 26
Iob. 31
Psalm. 72 Septimũ ẽ ocia fugere, sed iugiter se honeste occupare, quia ut dicit scriptura: Multa mala docuit ociositas, atq; in cõcupiscẽtiis est otiosus & piger. Vnde propheta: In labore hominũ nõ sunt, & cũ hominibus nõ flagellabuntur, ideo tenuit eos sup̃bia &c. Octauũ ẽ, omnẽ uitare sup̃biã, qm̃ ꝑpter eã multi sinũtur in uitia ruere carnis. Nonũ est, corpus propriũ egregie disciplinare, uigiliis, ieiuniis, asp̃itateq; strati, ac uestibus discrete domare, & in seruitutẽ redigere rationis. Decimũ ẽ, studio sacrae scripturę insistere, seq; spiritualibus exercitiis sic tẽnue occupare: ideo ait Hieronymus: Ama studia scripturaꝝ, & carnis uitia nõ amabis. Si his specialibus tentationũ carnaliũ remediis addãtur generalia tentationũ remedia, poterit deo auxiliãte homo in omĩ tentatiõe huiusmodi p̃ualere, ad q̃d etiã cõfert potissime adimpletio euangelici cõsilii Christi ꝑpetuam cõtinentiã cõsulentis, ad habendã aureolã cũ praemio aeterno.

1. Cor. 9
Hieronym.

¶ AD RELIGIOSOS.

¶ Sermo de uirtutibus S. Ambrosii, contra ambitionem, de fraterna cõpassiõe, de patientia, compunctione & eiusmodi uirtutibus.

ATtẽde lectiõi, exhortatiõi, doctrinę. P̃tima ad Thimo. 4. Sanctus pater Ambrosius plenus fuit uirtutibus, cuius exẽplo docemur in primis cõsideratiõe diuini iudicii, proprie quoq; fragilitatis & insufficientiae, ducatũ fratꝝ uereri, p̃lationẽ metuere, F ambitionẽ omnẽ uitare. Nostis eñ ò fratres, q̃ opportune & importune nitebatur promotionẽ sui ap presulatũ euadere, nõ obstante q̃d multũ miraculose designatus fuisset eẽ debere episcopus; utpote uoce infantuli, ac aliis modis. Quid ergo insipientiae atq; insaniae in corporibus regnat religiosoꝝ q̊rũdãq; professiõis suę ac diuini timoris obliti, humilitate priuati, uanitate seducti, nec uocati à deo ut Aarõ, optant praeesse, atq; ut p̃iculose obtineant q̃d inaniter optant, humiliant nequiter semetipsos, q̃si manũ dei se putent posse effugere, aut q̃si humanoꝝ nõ sit inspector cordiũ deus? Nõ q̃ramus libertatẽ cui propter deũ abrenũtiauimus in hac uita resumere, nec mũdo quem reliquimus cõplacere, cõmunicare, misceri. Quid tritico &

Heb. 5

A tritico & paleis? Quę cõuentio luci ad tenebras? Quid religioso & seculo, qd ,pprie mortificationi & ambitioni, quid monasticę subiectioni & proprię libertati? Ecce uir adhuc catechuminus, adhuc secularis & iudex terrenus, tãtę fuit humilitatis, tã timoratus & sapiẽs, & nos postq̃ tãdiu fuimus religiosi adhuc uani inuenimur, intimorati & ambitiosi. Confundat qui talis est in semetipso, cõfundet & increpet, reprobet & castiget se corã deo; discat mortificare seipsum & penset id Psal. Qm̃ deus dissipauit ossa eorum qui hoĩbus placent; cõfusi sunt, qm̃ deus spreuit eos. Qui seipsum nõ sufficit regere, & propriã uanitatẽ, ambitionẽ, suarũq; impetus passionum extinguere, quid miser & miserabilis, paup, cęcus, & nudus cogitat aliis pręsidere, nõ formidans qđ ait scriptura? Iudiciũ durissimũ in his qui pręsunt fiet? Perpendat ergo & dicat qđ fertur in Esaia: Non sum medicus; & nõ est in domo mea panis. Nolite me cõstituere principẽ populi. Cũ itaq; ignoremus diẽ & horã exitus nr̃i, simus sp soliciti, nec pristini sermõis obliuiscamur; imò quotidie feruentiores; atq; in omniũ mundanorum & exteriorum cõtemptu pfectiores efficiamur. Nullus simpliciũ fratrũ officialibus sit molestus, nec de exterioribus & impertinentibus sibi se insipientialiter intromittat; quia hoc malũ est, & speciẽ habet mali, & sæpeq; accidit q qui talia agunt; ad exteriora mente obtenebrata aspirant. Verum nr̃a conuersatio sit in cœlis, & desyderio beatificę uisionis glorię dei crucifixus sit nobis hic mundus; nec propriũ quispiã quærat honorẽ, cũ oporteat nos abiectione & subiectione gaudere, nec quicq̃ cõsolationis aut prosperitatis in seculo isto requirere. Secundo, sctũs pr̃ Ambrosius nobis in abstinentiæ ac sobrietatis exemplũ proponit, qm̃ ieiunauit quotidie, demptis sabbatho & die dominico, atq; pręcipuis festis; cũ tñ in medio hominũ uersaretur, ac tantos quotidie haberet labores. Nõ eũ delectabat inuitari & inuitare; aut uentris repletiõi, seu gustus uoluptati uacare. Insuper quantũ in dei ac proximorum feruebat dilectione, q̃ cõpassiuus fuerat lapsis, hinc eluB cescit, q dũ aliquis suũ lapsum sibi cõfitebatur, tã amarissime fleuit; q illũ similiter ad planctũ induxit. In hoc itaq; proponit nobis tertio in exemplũ. Iccirco dũ aliquẽ uidemus peccantẽ, aut lapsum, aut nobis iniuriatũ, cõdoleamus eidẽ ex intimo cordis; nõ dedignemur, aut irrideamus, seu exprobemus, cũ scriptũ sit; Qui stat; uideat ne cadat. Et itẽ; Fratres, si pręoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos q spũales estis, instruite huiusmodi in spũ lenitatis; considerans teipsum, ne & tu tenteris. Qui impfectos, infirmos, & malos patienter nõ suffert; ipse sibi p impatientiã suã testis est, q nec pfectus, nec solidus, nec uirtuosus cõsistat. Nonne Abel esse renuit, qui à malitia Cain exerceri refutat? Et qũo uolumus in nr̃is defectuositatib[9] & peccatis à summo iudice tolerari, qui nolumus nos mutuo tolerare? Nonne unusquisq; est incõparabiliter defectuosior corã deo, q̃ proximus eius quicunq; corã ipso? Nonne eadẽ mensura qua mensi fuerimus, remetief nobis? Quarto proponit nobis sctũs pr̃ Ambrosius in exemplũ patiẽtiæ, atq; constantię in aduersis. Innumeras nãq; & grauissimas psecutiones tulit à Iustina imperatrice, ac aliis Arrianis; in quibus omnipotens gratiose ac miraculose eũ protexit. Quinto proponitur nobis in exemplũ iustitiæ ac fortitudinis; qa impleuit qđ scriptũ est; Vsq; ad mortẽ certa pro iustitia. Et; Nolite timere eos qui corpus occidunt. Hinc imperatoris ac principum strenuissime reprehendit excessus; & imperatorẽ Theodosiũ de choro egredi fecit, nec mortis timore reliquit iustitiam. Cunq; tot occuparetur laboribus, tot psecutionibus impugnaretur, & tã ualide in prædicando, dictando, ac aliis exterioribus laboraret, nihilominus

C cõpunctioni & lachrymarum effusioni, deuotioni, & cõtemplationi abundãter ac prompte q̃si ad libitũ insistebat ac dixit; Arma mea sunt orationes & lachrymæ. Quid ad istud facturi sumus, qui cũ ab oĩbus simus abstracti, soliq; deo habeamus uacare, atq; ad hoc media possideamus, aptissima, nihilominus dissoluti sumus & corde duri, distracti, & indeuoti, ita ut cũ labore uix accendamur, aut ad pietatis lachrymas resoluamur, sicq; abutimur mediis nobis prouisis & beneficiis nobis collatis, totũq; malum hoc ex negligentia prauaq; cõsuetudine nostra accidit nobis, quia non exercemus nos omni die certis horis in cõpunctione interna, in examinatione & expurgatione conscientiæ nr̃ę in memoria passionis dominicę, in meditatione ptinentiũ ad salutẽ, in cõtemplatione præsentiæ & excellentiæ dei, imò negligentes nosipsos occupamus nos uane & stolide, alios obseruando, iudicãdo, spernendo, & accusando. Sed resipiscamus ab istis amentiis, & deo (ut monastica requirit professio) ac propriæ conscientiæ synceritati uacemus, omniq; hora occupemus nos fructuose, internæ quoq; exercitationi insistere assuescamus; atq; cũ deo in latitudine cordis nr̃i deambulemus. Sexto proponit nobis beatus pater Ambrosius in exemplũ præcipue deuotionis in celebrãdo; qa in celebratiõe deuotissimus fuit. Eius ergo exẽplo ad celebrationẽ nos pręparemus quotidie cũ diligẽtia grãdi, & in ipsa celebratione simus ad deũ cũ ingenti reuerentia, feruore, ac stabilitate erecti, ea quoq; quæ in omni sacrificio sunt pensanda ante celebrationẽ uiuaciter ponderemus; v3 qd cui, quis, & quare. Intueamur qd deo offerimus, utpote quãtę dignitatis sit Eucharistiæ sacramentũ, corpus & sanguis saluatoris, imò totus Chr̃s; q in hostia altaris uerissime immolatur. Cõsyderemus q̃q; cui sacrificemus, hoc est q̃ infinitę sit dignitatis deus pr̃; cui unicũ filiũ suũ

hh immola-

Psalm. 52
Apo. 3
Sap. 6
Esaiæ 3
Mat. 5
Mich. 6
Phil. 3
1 Pet. 2
1 Cor. 10
Gal. 6
Greg.
Mat. 7
Ambrosius

immolamus. Itē quis. i. quales simus ipsi; qui tm̄ cōficimus, tractamus, offerimus, ac sumimus sacramentū: & quare. i. p quibus causis offertur. Ex quorum oīm inspectiōe profunda, uidebimus cū quāta cordis corporisq; munditia, cū quāta humilitate, cōpunctione, & reuerētia, cū quāta pparatione, custodia, & feruore, oportet tam superdignissi. cōsecrari, offerri, ac suscipi sacramentū. Septimo nobis proponit sapientiss. pr. doctor & psul Ambro. in exemplū firmissime fidei; q̄ etiā aduersus dæmonia singularē potitus est potestatē, & eos potenter eiecit, timuerūtq; eū uehemēter. Si ergo & nos cupimus dęmonibus pualere, & ab eis timeri, studeamus uitia supplantare; cunctisq; animi passionibus dominari. Octauo proponit nobis in magnæ humilitatis exēplū; qa cū talis ac tātus esset carnis nobilitate, seculari prudētia, theorica eloquētia, fama, scientia, potestate, plation, summorumq; principū reputatiōe, nihilominus mansit humillimus. Cur igit nos pusilli tā leui occasiōe, applausu, honoratiōe, laude extolimur atq; deijcimur? Postremo qui diligētius scire desyderat, q̄ modestus, discretus, uirtuosus fuerit pater Ambrosius in uerbis & factis, in apparatu, incessu, ac moribus, & qualiter rexit sibi cōmissos; librū eius de officijs legat, ubi de oībus istis tractat, qm̄ indubitāter sicut docuit, ita uixit. ¶ Sermo de uirtutib⁹, laudibus, & excellētiis beatę Marię Aegyptiacę. Ad seculares.

Dvcam eā in solitudinē, & loquar ad cor eius, Oseę 2. Verba hæc ex psona benignissimi, & superdulciss. dei ad beatissimā Mariā Aegyptiacā dicta cōuenientissime suscipiuntur. Hæc beatiss. fœmina admirabile uas infinitæ misericordię creatoris altissimi, tantæ fuit excellētiæ, tātæ sanctitatis, tātæ pfectionis & grę, ut ab eius admiratione, oīs mens uiatorum deficiat, atq; ab eius laude oīs lingua eorum succūbat, in qua electissima muliere, pfecte impletū est qd̄ ait Apl's: Vbi abūdauit delictū, superabundauit & gr̄a. Quē admodū em̄ hæc mulier benedicta, añ suā cōuersionē uitā duxit prorsus carnalissimā, bestialissimā, atq; turpissimā, ita post suā cōuersionē duxit spūalissimā, diuinissimā, & uere purissimā uitā. Sed nunc ad laudē & gloriā immēsæ pietatis dei æterni seriatim tangēdæ sunt uirtutes, laudes, & excellentię huius gloriosiss. dei sponsæ. Prima laus eius est cōuersio eius gloriosissima & mirāda. Cū em̄ in Alexandria urbe Aegypti, p x. & vij. annos omni gulę atq; luxurię in prostibulo deseruisset, deo disponēte cū Christianis ad Hierosolymā nauigauit. Nā circa tps dn̄icæ passiōis Christiani illuc cōsueuerunt cōfluere. Ipsa tn̄ nō ex deuotiōe, sed ex curiositate & libidine ut nouos acquireret amatores illuc processit, & in naui procacissime habuit se, in tm̄ q nō solū lubricos, sed uiros q̄q; honestos traxit ad uitia, & nautis pro naulo corpus suū exposuit. Cūq; uenisset Hierusalē, per oēs eius discurrebat plateas meretriciis gestibus plena. Tandē cū uellet cū aliis intrare ecclesiā, & uenisset ad ianuā eius, inuisibiliter fuit reiecta. Deinde sup hoc ipsa admirās, scd̄o tentauit intrare, & rursus plusq̄ añ remote reiecta est: sed ipsa manū oīpotentis sup se nō aduertens, tertio tentauit ingressum, & iterum horribiliter est repulsa. Tunc deo miserāte ac inspirāte ex uexatiōe intelligentiā sumpsit, & cōpuncta est uehementer, ppendēs q ob scelera sua toties esset reiecta, cœpitq; amarissime flere pęnitēs ualde. Et uisa imagine uirginis gloriosæ eā affectuosissime inuocauit ut oraret pro se, emendationē ei pmittens si pmitteret eccl'iam intrare: & sumpta fiducia quarto tentauit introitū, tāq; facillime est ingressa, q̄si ab aliis esset uecta. Cūq; orasset, egrediēs audiuit uocē in aere sibi dicentē: Si Iordanē transieris, salua eris. Moxq; quęsiuit q̄ porta duceret ad Iordanē. Quidā uero obuiās cōtulit ei tres numos, pro qbus ipsa emit tres panes, quorum unū comedit in uia, alios duos tulit in heremū. In eccl'ia q̄q; sancti Iohā. Bap. prope Iordanē cōmunicauit. Ecce hæc est gratiosissima & misericordiss. eius cōuersio. Scd̄a laus eius est, cōdigna pœnitētia eius, qa certissime cōdignos pœnitētiæ fecit fructus. Nā quantū glorificauit se, & in delicijs fuit, tm̄ in heremo afflixit seipsam in pœnitētiali dolore, in luctu assiduo, in nuditate, ęstu & frigore, fame & siti. Deniq; cū xij. esset annorum meretricibus se cōiunxit, tāq; libidinosa fuit, q ptiū ab amatorib⁹ suis nō sumpsit, q̄tenus plures acquireret amatores, & ualde delectabat in uino, quo se inebriauit frequēter, & totas noctes duxit insomnes in suis spurcitiis, in quibus poterat fatigari, nō satiari. Cū uero intrasset desertū, abstinētissime uixit, & ultra modū humanū fame & siti cruciauit seipsam, atq; post paucos annos uestibus eius cōsumptis, nuda pmansit, & tpe hyemali tā horrida sustinuit frigora, tpe etiā æstiuali tā graues ardores, q frequēter præ pœna cadebat in terrā deficiēs à seipsa, seipsam nō capiēs neq; intelligens præ tormēto. Cū oribus uero feruētiss. atq; humillimis, & abundantiss. lachrymis die ac nocte postulauit sibi sua indulgeri peccata. Tertia laus eius est, admiranda patientia, & inuictissima fortitudo ipsius. Quemadmodū em̄ x. & vii annis in meretricio sedit, sic desertū ingressa, per x. & vii annos grauissimas sustinuit tentatiōes à diabolo de uitiis carnis, de poculo uini, & de pristinis suis carminibus aliisq; diuersis, q̄ tentatiōes incredibiliter ei erāt molestæ, in quibus deo auxiliāte patientiam habuit magnā, ac diuturnā, & fortiter reluctabat dæmonibus, orādo, pectus suū pcutiēdo, Chr̄i passionē inspiciēdo, terrā lachrymis irrigādo. Cūq; p x. & vii. annos sic tribulata & præliata fuisset superatis dæmonibus, de cætero in tranquillitate & gaudio fuit præ solito. O fortissimā

Rom. 5

Abbas Zozimas historiographus huius beatæ Mariæ

Esaiæ 28

Apo. 18

A O fortissimã fœminarum, ò preclarissimã mulierum, ò quale spectaculũ prebuit in deserto angelis dei & uniuersę curiæ cœlesti, imò & deo oĩpotenti, dũ sola in eremo, & oĩni humano destituta solatio, manu ad manũ cõtra inuisibiles hostes, cõtra crudeliss. spũs, cõtra callidiss. tentatores tã multos pugnauit tã diu, tã acriter, tã inuicte, imo tã uictoriose. Quis in his nõ aduertat oĩpotentiã, pietatẽ, & assistentiã Chri, q tã mirabiliter operabat p suã prẹliatricẽ? Nonne tota uita il la fuit penit⁹ inhumana, supnaturalis, & miraculosa? Quõ eñ fœmina una posset talia sine dei adiutorio operari & pati, tã repente cõuerti, tã extreme & subito immutari, taliter prẹualere? Nec dubiũ quin profunda & illuminata cõsyderatio, certissimũ fuit argumentũ ueritatis fidei Christianę. Quarta laus eius, est contẽplationũ eius sublimitas, & diuini ardor amoris quo fuit succensa, raptus quoq; & extasis eius in deũ. Siquidẽ oĩa ista sibi cõnexa sunt & cõ dependent, qbus etiã delectatio sancta cõiuncta est. Fuit itaq; sacratiss. ista Maria contẽplatrix altissima, pſertim expletis annis præfatis, qbus in magno fuit cõflictu cõtra dẹmones, passiones, & uitia, quibus deuictis, ipsa iã facta psona heroica, quãto ab oĩni humano tumultu, seculariq; cura & occupatione externa fuit abstractior, atq; liberior, tãto ad illuminatiões diuinas, ad cõtemplationes cœlestes, ad eleuationes extaticas, ad raptus deificos fuit habilior, dignior. Ideo Oseæ 2 deus copiosissime loquebat ad cor eius, & suę increatę suauitatis sapores ei liberalissime cõtulit experiri. O q̃ innumerabilib⁹ uicib⁹ die ac nocte eleuabat ad deũ, accendebat in deo, & in diuitias glię eius rapiebat, ac suauissime in ipso quieuit, & uitã prorsus angelicã duxit in terris, eratq; amantissima ac familiariss. deo. Quinta laus eius, est admirabilis manifestatio eius. Nam quidã uir sanctus noĩe Zozimas, monachus & claustralis, quodã tpe intrans desertũ, ut in eo uacaret liberius deo cogitauit interiora eremi pambulare, si forte aliquẽ hominẽ sanctũ reperet ibidẽ. Cumq; p dies ambulasset xx. circunspiciens undiq;, tandẽ xx. die uidit psonã

B nudã, & corpore nigrã ex solis ardore exustã: q̃ uisa gauisus est ualde, timuit tñ ne forte spũs esset. Illa q̃q; eo uiso exultauit nõ parum. Ille ergo sumpta in deo fiducia cœpit ire ad eã, sed ipsa iniit fugam. Cucurrit ergo uir sanctus post eã. Cumq; propinquaret ad ipsam, illa stans uultu ab eo auerso dixit: Adiuro te abba Zozime, ne me amplius insequaris, qm̃ fœmina sum: si uero me uidere & alloqui cupis, proijci mihi partẽ de uestibus tuis, ut q̃ uerecundiora sunt, tegam. Quo facto cõuertit se ad uirum illũ, qui multũ mirabat q ipsa nomen suũ cognouit. Statim ergo abbas Zozimas flexis genibus eã adorauit, & bñdici ab ea rogauit. Ipsa uero se in terrã p sternens respondit: Ad te pr̃ benedictio ptinet magis, qa sacerdos es. Et audiens ipse q se esse sacerdotẽ cognouit, amplius mirabat, petijtq; benedici ab ea, eo q ipsa sanctior esset. Tũc ipsa dixit: Benedictus deus redẽptor animarum nrarum. Cumq; surrexisset de terra Zozimas eã rogauit, ut pro dei oraret ecclia. Illa mox faciẽ uertens ad orientẽ, cũ cœpisset orare, statim corpe eleuabat in aere. Tunc Zozimas iterum timuit ne forte spũs esset. Illa ergo protinus dixit ad eũ Ignoscat tibi deus abba Zozima, q me esse spm̃ putas, nõ tibi dixi q mulier sim? Tunc ille obstupuit, q cogitationẽ suã illa tã cito cognouit. Rogauit ergo adiurauitq; eã, ut sibi exponeret, q̃liter solitudinẽ illã intrasset, qd manducasset in ea, q̃les habuerit ibi tentatiões, & q̃ diu fuisset in ea. Et illa, si tibi ò abba uitã meã quã in seculo habui cœpero recitare, fugies à me, & aẽr cõtaminabit. Cũq; uir ille cũ lachrymis exoraret eã, ut oĩa sibi exponeret, ipa retulit ei q̃liter

C in adolescentia sua ĩmunditię deseruiuit, & q̃ũo in Hierusalẽ fuisset cõuersa, & cętera q̃ de eius tentationibus & afflictionibus dicta sunt, q etiã de duobus illis panibus, q̃s detulit secũ, cibũ sumpsisset. Itẽ q xlvii. annis habitasset in eremo. Quib⁹ auditis, sctũs uir ille p̃ gaudio lachrymans, seq; in terrã prosternens, deũ & infinitã misericordiã eius laudauit in famula sua. Cui illa Obsecro abba, ut anno futuro in die cœnæ uenias sup Iordanẽ cũ corpore Chri, ego tibi occurram ibi, & corpus Chri de manu tua accipiã, qd ex quo huc ueni nõ sumpsi. Sicq; Zozimas se ei cõmendans, ad claustrũ suũ regressus est. Sexta laus eius est, gloriosus & miraculosus finis ipsius. Cũ eñ die p̃fixo Zozimas sup Iordanẽ redisset, & ipsa ex altera parte staret, crucẽ sup fluuiũ fecit, & ambulans sup aquas peruenit ad senẽ, atq; de manu eius corpus Chri accipiẽs Rogo inquit ò abba, ut uenias anno sequenti ubi me primo inuenisti, & illic uidebis me scdm quod deus uoluerit. Ipsa uero rursus ædito signo crucis sup aquas Iordanis deambulans, ad eremũ rediit. Zozimas uero ad claustrũ suũ reuertens cœpit tristari, q nomẽ sanctiss. mulieris illius nõ interrogauit ab ea, sed cõsolabatur seipsum, qa futuro anno esset eã uisurus & interogaturus. Cumq; sequenti anno uenisset ad locũ prẹfixũ, nec eã inuenisset, cõtristatus est ualde. Tandẽ uidit lucẽ magnã de terra cõsurgere, q̃ uisa, illuc perrexit, & inuenit sanctã illã defunctã, ac decentissime manus ac pedes cõiunctos habentẽ, & uultu tã pulchrã q̃si uixisset. Tunc lachrymas fudit, eius tñ sanctiss. corpus tangere nõ audebat. Cumq; multa reuolueret mẽte, uidit iuxta caput defunctæ uerba hæc scripta: Sepeli Zozima Marię corpusculũ, & ora p me ad dñs, ad cui⁹ prẹceptũ 2. die April reliqui hoc seculũ. Cognouit itaq; senex q anno p̃terito eodẽ die quo ab eo corpus Chri aceepit tradidit spũm, & spaciũ illud quod ipse infra xx. dies uix ambulauit, illa infra duas horas pertransiit. Porro cũ Zozimas instrumẽtũ, quo

foderet terram nõ haberet, uidit uenientem magnũ leonẽ, qui pedibus suis foueã fecit aptissimam, & mansuete recessit. Sepeliuit ergo Zozimas sacratissimũ Christi corpusculũ, atq; ad D suũ rediens claustrũ, omnia ista fratribus recitauit per ordinẽ, & gauisi ac ędificati sunt oẽs ualde. De hac gloriosa ac sacrosancta Maria dicit dñs Guilielmus Antisiodoreñ. in Sũma sua, ꝙ quotidie loquebat̃ in deserto cũ angelis. Ecce ex ista historia multipliciter & saluberrime informamur, Et primo q̃ incõprehensibilis & immensa sit misericordia dei in suis electis. Secundo, ꝙ nullus quantũcunq; iniquus debeat desperare, cũ uideat fœminã istã añ tã uitiosissimam, ad uitã peruenisse tã sanctissimã ac diuinã. Tertio, ut dignos pœnitentiæ fructus facere studeamus iuxta exigentiã multitudinis ac magnitudinis uitioꝝ nostroꝝ. Quarto, ut tentationibus uiriliter resistamus, aduersitates & afflictiones ęquanimiter patiamur. Quinto, ut feruenter perseueremus in bonis. Diligamus ergo, ueneremur, & inuocemus Mariã istã sanctissimam, quæ uere altera Maria Magda. uocari potest, & ei in regno cœlesti propinquissima esse non dubitatur. Cuius meritis & precibus gratiã ueræ & finalis pœnitentiæ Christus cõcedere nobis dignetur, qui cũ patre & spiritu sancto æternaliter uiuit & regnat.

¶ In festo S. Marci Euangelistæ.

Enarratio Epistolæ: Qui timent deũ, &c. cum suo Sermone quære de S. Iohan. folio 71. Enarrationẽ autẽ Euangelij: Ego sum uitis, &c. in festo S. Georgij.

¶ Sermo I. De gratiis & pręrogatiuis beati Marci.

QVI cũ sapientibus graditur, sapiens erit, Prou. 13. B. Marcũ Euangelistam deus multiplici gratia decorauit: Prima est, ꝙ beatiss. principis Apl'oꝝ Petri prędilectus ac familiariss. fuit discipul⁹, & in baptismate filius. Nõ utiq; paruũ extitit donũ illius summi Apl'i esse tã specialẽ discipulũ, prędilectũq; filiũ, habere tantum prælatũ, tã sapientiss. illuminatissimũq; mgr̃m, tã sacratiss. patrẽ. Deniq; in Ecclesiast. scriptum est de Helya propheta: Beati qui te audierũt, & in amicitia tua decorati sunt. Quãto ma E
Ecci. 48 gis B. Marcus, qui Petrũ Archiapl'm, summũ, plenũ, ac gñalem Iesu Chr̃i uicariũ sup totã uniuersalem eccl'iam audiuit quotidie, & amantiss. eius erat discipulus. Nã & cũ beatiss. Petro profectus est Rhomã, & familiater ei adhæsit. Et qa cũ sapientiss. Petro Apl'o gradiebat̃, uere sapiens est effectus. Scd̃a gr̃a eius est, ꝙ unus q̃tuor Euangelistaꝝ esse à deo electus est, sicq; totius eccl'ię lumẽ est & magister, specialis q̃q; testis saluatoris. Tertia gr̃a eius est, copiosus atq; pcipuus fructus, quẽ fecit in mũdo plurimos cõuertendo ad fidẽ. Cũ em̃ B. Petrus S. Marcũ uidisset in fide cõstantẽ, atq; in euãgelicę legis pfectione ac sapiẽtia eminentẽ, ipsum Aquilegiã destinauit, in q̃ Marcus innumeras gentiliũ multitudines cõuertit ad Chr̃m. Post hęc Rhomã reuersus, ad Alexandriã urbẽ Aegypti à S. Petro est missus, in q̃ primus euãgeliũ Chr̃i pdicauit, & multos cõgregauit discipulos, q ibi sub eius regimine apostolicã uitã duxerũt, oĩa habẽtes cõmunia, & sp contẽplantes cœlestis, atq; orĩbus assiduos insistentes, q tã sanctę & districtę cõuersationis fuerũt, ꝙ Chr̃ianos undiq; ad suę pfectionis imitationẽ traxerũt. Hinc in li
Hierony. bro de uiris illustribus scribit Hierony. Assumpto B. Marcus euãgelio suo prexit Aegyptũ, & primus Alexãdriæ Chr̃m annũtians, cõstituit ibi eccl'iam. i. Christianoꝝ congregationẽ, tãta doctrinæ ac uitæ cõtinentia, seu districtiõe, ut oẽs sectatores Chr̃i, ad sui exẽplũ induceret.
Hierony. Insup teste Hiero. Philo disertissimus Iudæoꝝ ędidit libꝝ de laude cõuersationis eccl'ię, quã in Alexãdria uidit sub Marco, quẽ libꝝ de uita cõtẽplatiua intitulauit, eo ꝙ talis fuerit uita discipuloꝝ Marci in Alexãdria, eoꝝq; habitacula appellauit monasteria. Quarta gr̃a eius est fortitudo & patiẽtia sua in psecutiõe sua atq; martyrio, Mortẽ nãq; terribilẽ intuler̃t ei Alexãdrini gẽtiles. siquidẽ fune misso in collo ipsius, traxerũt eũ p ciuitatẽ dicẽtes: Trahamus bubalũ ad F loca buculi, & tã uiolẽter ac atrociter ipsum traxerũt, ꝙ ptes corpis sui fluebãt in terrã, & lapides eius sanguine rigabãt. Quo facto recluserũt eũ ĩ carcere. Cũq; sequẽti die similit̃ traherẽt eũ hinc iñ dicẽtes: trahite bubalũ ad loca buculi, ip̃e gr̃as egit deo dicẽs: In manus tuas cõmẽ do spũm meũ, inter q̃ uerba spũm tradẽs, migrauit ad dñm. Quinta gr̃a eius, ẽ uirtus miracu
Psalmo 30
Luc. 23 loꝝ, nã ĩ Aqlegia legit̃ innũerabilia fecisse miracula, & dũ in Alexãdria fuit in carcere clausus post primã tractionẽ p ciuitatẽ, apparuit Chr̃s in carcere dicẽs: Pax tibi Marce Euãgelista me⁹ noli timere qm̃ ego tecũ sum ut eruã te, angelus q̃q; eũ cõfortauit ibidẽ. Cũq; corpus eius extinctũ uellẽt pagani cõburere, aẽr repẽte turbabat̃, grãdo cecidit, tonitrua sonuerũt, fulgura coruscarunt, ita ꝙ impii euadere nitebant̃, & sctm̃ corpus reliq̃runt intactũ, qd̃ Chr̃iani cũ decẽti sepelier̃t honore. Insup cũ post tpa lõga mercatores Venetiani corpus S. Marci à tumulo suo ĩ Alexãdria leuarẽt ut illud trãsferrẽt Venetias, odor tã suauiss. emanauit, ꝙ Alexãdriã totã pfudit, ita ꝙ oẽs vñ prodiret ammirabãt̃. Postremo ut legit̃ tantæ humilitatis S. extitit Marcus, ꝙ pollicẽ suũ abscidit, ne ad sacerdotiũ pmoueret̃. Veruntñ dispositio dei, & autoritas S. Petri præualuit, qui eũ Alexandrinũ fecit episcopũ. Itaq; huius tã sancti Euangelistę ac martyris instruamur doctrinis, prouocemur exẽplis, fortes simus in domino in omni euentu. Patientes quoq; ac hilares in aduersis. Discamus & assuescamus patiẽtes esse in aduersitatibus paruis,

A paruis quatenus proficiendo quotidie, patientes efficiamur in aduersitatibus, infirmitatib⁹, tribulationibus, irrisionibus, & damnis quantũlibet magnis, quemadmodũ Iacobus hortat Apost. Omne gaudiũ existimate frẽs cũ in diuersas tentationes incideritis. Patientia quippe sapientiæ signũ est, prout Salomon loquitur: Qui patiens est, multa gubernatur prudentia. Impatiens uero operatur stultitiam. Sic ergo agamus ad gl'iam dei. ¶ Ad religiosos. Iacobi 1 Pro.14

Sermo II. In quibus humana consistat perfectio, & quomodo obtineatur.

Opus fac Euangelistæ, 2. Timoth. 4. In Actibus Apost. Philippus unus de septẽ primis diaconis Euangelista uocatur ab actu euãgelizandi. Marcus uero nõ solum ab actu hoc, sed à cõscriptione q̃q; Euangelii uocatur Euangelista, sicut & alij tres. Huius beatissimi Euangelistę Marci magna fuit pfectio, magna fructificatio, excellentia magna in sanctitate. Vñ & princeps Apl'or̃ eũ in fide & uita pfectũ esse cõspiciens, ad loca eũ destinauit diuersa, in qbus gloriose fructificauit plurimos cõuertendo pdicatione atq; miraculis. Deniq; in Alexandrina eccl'ia tã perfectã uitã in suis fundauit discipulis, q̄ ex eis sumpsit initium oĩs illa Aegyptior̃ monachor̃ cõuersatio admiranda. Vnde & Philo disertissimus Iudæor̃ de pfectione discipulor̃ sancti Marci ædidit librũ, in quo protestatur, eos orationi & contẽplationi assidue fuisse intentos, in cibo q̃q; & potu parcissimos. Hor̃ ergo & mgr̃i eor̃ beatiss. Marci perfectionẽ nos sequi oportet. Quocirca põt inuestigari quæ sit perfectio nr̃a, & in quo cõsistit, qualiter etiã ad eã cõpendiosius ire ac puenire possimus. Legit in Vita prm de miro & saluberrimo fine abbatis Sisoys, queãdmodũ in extremis agẽti aduenerit & apparuerit primo S. Anthonius, deiñ Apl'i ac prophetæ, & tandẽ Chr̃s. Cunq; Sisoys exoraret, ut pmitteretur modicũ pœnitere añ egressum suũ de corpore, atq; hocipsum prĩbus & frĩbus indicasset astantibus, dixerunt ad eũ: Nõ indiges pœnitẽtia pr̃. Quibus ipse respondit: Vere nescio me uel initiũ fecisse pœnitẽtiæ. Et subdit ibi, q̄ oẽs qui aderant prẽs & frẽs cognouerũt q̄ a pfectus est. Ergo in summa ipsius humilitate cognouerunt eũ esse pfectũ. Quãuis eñ pfectio nr̃a essentialiter sit cõsistens in actu charitatis, seu doni sapientiæ, seu in diligẽdo aut contẽplando, nihilominus in humilitate & patientia posita perhibet tanq̃ in uirtutibus ad pfecti-

B onem pcipue dispositiuis, & sicut in signis, in quibus uelut in speculo cõsideratur ac cernitur interna mentis pfectio. Interea quærit q̃liter abbas Sisoys, qui tã diu in eremo rigorosissimã, abstinentiss. atq; sanctiss. duxit uitã, ueraciter dicere potuit: Nescio me fecisse initiũ pœnitẽtię & q̃liter intelligẽdũ sit hod, q̃d fert rogasse, ut pmitteret modicũ pœnitere, cũ qdã tã religiosi q̃ seculares de hoc reprehensi legantur, q̄ in fine uitæ suæ ad pœnitendũ inducias petierũt. Ver̃ har̃ quæstionũ duar̃ est pene una solutio, ita q̄ unius solutio ex solutione pendet alterius. Itaq; sanctus ille abbas asseruit se nescire initiũ pœnitentiæ fecisse, nõ q̄ ignorauit oblitusve fuit uitã pœnitentialẽ in solitudine se egisse, & de suis culpis quotidianis se uicissim esse confessum, sed quia ex profundissima humilitate atq; altissima cõtemplatione oẽm pœnitentiam suã preteritã reputauit pro nihilo, & quasi nullius esse momenti respectu infinitæ dignitatis, sanctitatis, & iustitiæ dei, cuius dignitatẽ, sanctitatẽ, & iustitiã saltẽ per uenialia uicissim offendit, & aliquo modo inhonorauit, q̄ ipse recuperauit tam graue, ut se fateretur nondum quippiã condigne pœnitentiæ peregisse. Nempe quo aliquis diuinæ maiestatis immensitatẽ sanctitatẽ, & iustitiam sublimius ac splẽdidius contẽplat, eo q̃ detestabile ac uitandũ sit oẽ peccatum quantũlibet paruũ syncerius, affectuosiusq; intelligit. Hinc sua peccata quotidianasq; culpas & omissiones exaggerat uehementer, & ponderat grauiter, nec se satisfecisse, aut condigne pœnituisse, imò nec condigne pœnitere & satisfacere posse arbitratur, etiam si mille uiuat & lugeat annis, totusq; mundus secũ ploret, tot quoq; lachrymas fundat, q̃t sunt guttæ aquar̃ in magno mari. Et certe secundũ sanctũ Hieronymum, ita est, si deus omnipotens & immensus secundũ iustitiæ suæ rigorẽ uellet nobiscũ procedere, & nostra ponderare

C peccata penes grauitatẽ quã sortiuntur per comparationẽ eor̃ ad immensitatẽ diuinæ iustitiæ, dignitatisq; dei & sanctitatis suæ immensæ. Ver̃ misericors ac supersapientissimus deus ad suã respiciens pietatem interminatã, atq; ad nostram fragilitatẽ, ignorantiam, defectuositatem, ac pronitatẽ ad mala, pœnitenti cito ignoscit. Hinc & abbas Agathon dixit: Si deus uellet nobis imputare negligentias, quas orando incurrimus, propter eas solas nõ possemus saluari. Hinc sanctus Iob fassus est: Non iustificatur homo cõpositus deo. Et si uoluerit cum eo contendere, nõ poterit respondere unũ pro mille. Etiã si habuero quippiã iustum, nõ respondebo ei, sed ut meum iudicẽ deprecabor. Si iustificare me uoluero, os meũ cõdemnabit me. Etiã si simplex fuero, hocipsum ignorabit anima mea. Eodẽ sensu ac spiritu, quo sanctus Iob protulit uerba ista, protulit & abbas Sisoys uerba præmemorata. Dauid quoq; in psalmo orauit: Non intres in iudicium cum seruo tuo dñe, quia non iustificatur in conspectu tuo omnis uiuens. Ex his patet alterius solutio quæstionis. Quod etenim Sisoys, uir sanctissimus supplicauit, ut permitteretur modicũ pœnitere, uenit (ut tactum est) ex profundissima humilitate: non ex remorsu conscientiæ malæ, sicut in his, qui de indiciar̃ postulatione repre- Iob.9 Psalmo.143

Phil.3 henduntur. Denique præinducta Apostolicis consonant documentis. Nã & diuinissimus Paulus Apostolus loquitur: Fratres ego nõ arbitror me cõprehendisse. Vnũ autẽ, quæ quidẽ retro sunt oblitus, ad ea uero quæ priora sunt extendens meipsum, ad destinatũ persequor, ad D
Eodem brauiũ uocationis supernæ. Quibus prolatis adiecit: Quicunque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus. Perfectorum ergo est ita sentire, atque in hoc relucet nostra perfectio, si totis uiribus seruierimus deo, & tamen nihil condignũ nos egisse fatemur, præsertim cũ deus adorandus & benedictus sit in infinitũ maiori cultu ac honorificentia maiori dignus, quàm ei à nobis, imò à toto possit mundo impendi. Hinc admonuit & Psalmista: Laudate eũ secundũ multitudinẽ magnitudinis eius. Quid est deũ laudare secundũ multitudinẽ magnitudinis eius, cũ in Eccle.
Psalmo 150 Ecci. 43 Eodem si. scriptũ sit: Quis magnificabit eũ sicuti est à principio? Itẽque: Bñdicẽtes dñm exaltate illũ quantum potestis, maior est omni laude. Itaque laudare deũ secundũ multitudinẽ magnitudinis eius est eũ totis uiribus, mente, ore, & ope collaudare, & tamẽ fateri nil condigni se diuinæ maiestatis infinitę honorabilitati ac laudabilitati exhibuisse. Hinc etiã dixit Saluator: Cũ feceritis
Lucæ 17 oĩa quæcunque pręcepta sunt uobis, dicite: Serui inutiles sumus. Itaque perfectio nr̃a cõsistit essentialiter quidẽ in hoc, ut deũ puro uirtuosoque corde synceriter per fidẽ & donũ sapientię contemplemur, ac feruide diligamus. In humiliatione autẽ plenaria, & patientia inconcussa consistit, tanquam in dispositiuis atque pręambulis, & sicut in signis ac speculis. Postremo ad istã perfectionem itur ac peruenitur cõpendiosius per priuati amoris omnimodã extirpationẽ, ut homo discat & assuescat nõ amare seipsum, nisi in deo: oĩa, scilicet appetendo, amplectẽdo, uiriliterque agendo, & æquanimiter sustinendo quę sibi necessaria, siue accõmoda sunt ad cõplacendum altissimo, ad proficiendũ in charitate & gratia eius, ad beatitudinẽ obtinendam, omnia quoque abhorrendo ac fugiendo cũ toto conatu ac diligentia incessanti, quæ sunt impeditiua, aut elongatiua à deo, à spiritali profectu, ab incremento diuini amoris, ab adeptione ueræ & copiosioris salutis. Porro ad hoc quod istud adimpleamus, necesse est ut ea quæ ordinis sunt, & præsertim ad quæ ex præcepto aut uoto tenemur diligentissime obseruemus, uitemusque modica, ne paulatim euacuemur, & discretionẽ seruemus in cunctis, ordinate in omnibus procedendo. Istud est uere abnegare, relinquere, uincere, mortificare seipsum, passiones cõpescere proprio animo dominari, uitijs reluctari, oculos interiores semper ad deũ erigere, orando ac meditando ad ipsum assidue aspirare, nullũ tempus infructuose transigere, & semper requi-
Heb.6 rere meliora ac uiciniora saluti, atque in securissimo ac saluberrimo humilitatis ac patiẽtię fundo semper stabilire seipsum, in diuinæ quoque maiestatis præsentia intus & foris persistere custoditum. Quæ oĩa ut ualeamus implere beatiss. Marci inuocemus suffragia, imitemur exempla, ueneremur uirtutes, eiusque meritis ac precibus exaudiri rogemus à domino.

¶ Sermo Tertius: Quomodo prælatus sibi cauere debeat & gregi, & quomodo rursus subditi debeant obedire.

CLamauit leo, super speculam dñi ego sum stans iugiter per diem, & super custodiã meã ego sum stans totis noctibus, Esaię 21. In uisione prophetica Ezechieli ostensa in qua apparuerunt quatuor animalia, sanctus Marcus euangelista designatus est per leonẽ, quoniã euangeliũ suũ à clamore beatissimi præcursoris in deserto, incepit, & circa Chr̃i resurrectionẽ intentus est. In themate igitur tacto, per leonẽ intelligit Marcus, qui uerissime dicere potuit, imò uerbis & factis dixit: Super speculã dñi ego sum stans iugiter per diẽ, intelligendo per speculã, uel pastoralẽ speculationẽ, ac diligentẽ considerationẽ sibi super subditos suos à deo cõmissam, uel arcẽ seu locũ huiusmodi speculationis. Sciuit nãque se à deo constitutũ, ac datũ speculatorẽ domui Israel. i. plebi Christianæ sibi cõmissæ deũ spiritualiter contemplanti. Iccirco ut creditũ sibi officiũ fidelissime adimpleret, uigilantissimũ habuit respectũ, ac curã peruigilem circa gregẽ dominicũ, & ad eos ad quos cõuertendos fuit à beatissimo Apostolorum principe missus. Et primo super Aquilegiensis ecclesiæ speculã stetit, quo peracto Alexandrinæ ciuitatis plebi fuit intentus, quos oẽs, multosque alios uerbis & scriptis, exẽplis & signis, pro posse conuertit, enutriuit, custodiuit, ac rexit. Sed quia nõ debet quis aliorum saluti ita intendere, ut negligat saluti propriæ prouidere, recte in persona sancti Marci in themate subditur: Super custodiã meã ego sum stans totis noctibus. Prælatus nãque quo maior ac latior est eius prælatio, eo plus indiget proprii cordis custodia, spiritali profectu, exercitatione interna, experientia & sapore uitæ spiritalis ac sanctæ, ut à deo obtineat & colligat in secreto, quod effundat & communicet subditis in aperto. Cur autẽ pastor & custos aliorũ dicit se stare super custodiã subditorum semper per diẽ, & super custodiã propriã noctibus totis nisi forte quia prælati diurnis tẽporibus magis circa subditos indigent occupari, prædicando,
Psalmo 76 Abac. 2 celebrando, confessiones audiendo, causas atque negotia expediendo, à quibus oĩbus magis cessant horis nocturnis, iccirco tunc deo, & sibi ipsis magis uacare debent, iuxta illud Psalmistę, Deũ exquisiui manibus meis nocte cõtra eũ. His itaque modis unusquisque prælatus stet supra custodiã duplicẽ, utpote sui gregis ac proprii cordis, imò inprimis intueatur, examinet, purget perficiat,

A perficiat, custodiatq́ seipsum, ne alijs prædicans, ipse reprobus efficiatur, sed cū dño Iesu in- Pro.4
cipiat facere & docere, ne opere destruat, quod uerbo ædificat, ne subditos scandalizet, ne 1 Cor.9
oues Christi dispergat, uulneret, necet, quas colligere, sanare, uiuificare tenetur, ne ei dicat: Act.1
Medice cura te ipsum. Et ne illud Hieremiæ impleatur in eo: Quia stulte egerunt pastores, oīs Ioan.x
grex eorū dissipatus est. Etenim secūdū iudicē populi, sic & ministri eius: & qualis est rector Luc.4
ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Sed & Saluatore testante: Cæcus si cæco ducatū exhibe- Hier.x
at, ambo pariter ruunt in foueā. Consequēter credito sibi gregi intendat cū diligentia sum- Eccl.x
ma, utpote eis, pro quorū salute rex regū, dñs uniuersorū dignatus est proprium fundere san- Mat.15
guinem, & mortē subire turpissimā. Vnde certissimū est, q̄ pro eis districtissimā exiget ratio
nem. Præsidens ergo quicq̄d negligentiæ, uel peccati deprehenderit in subiectis, charitatiue 1 Tim.5
corripiat, iuste castiget, & publice excedentes corā oībus reprehendat, ut cæteri expauescāt.
Porro qui corripiuntur & corriguntur nequaq̄ accipiant ægre, nō indignentur, irascāt, aut de
trahant præsidenti, sed grās agant ei ac deo, q̄ emendantur in seculo isto, ne pereant in futu-
ro, scientes q̄ impossibile sit manū omnipotētis effugere, nec posse peccata inulta manere. Et
maximā esse misericordiā dei, corrigi in præsenti, metuendissimā q̄q; irā ipsius, in præsenti ui-
ta castigari, sed futuri iudicii districtioni importabili reseruari. Pensantes itē q̄ præsidēs agat
id q̄d deus ab ipso requirit, q̄d nisi efficeret, cū delinquentibus simul periret, q̄d etiā summæ
sit charitatis ac maximæ pietatis mederi uulneribus animarū. Nec iudicet subditus temerarie
præsidentē, quasi acceptor sit personarū, aut psonaliter reus, uel illū seu illū nō arguens. Hoc
quippe puersæ ac rebellis sunt mentis, uulnera sua nō sentientis, imò medici manū instar fu-
riosi impudenter mordentis. Attendat ergo prælatus q̄d Tito scribit Apl's: In oībus teipsum Titum 2
præbe exemplum bonorū operū, in doctrina, in integritate, in grauitate. Quod itē scribit ad
Timot. Solicite cura teipsum probabilē exhibere deo, operariū inconfusibilē, recte tractantē 2 Tim.2
uerbū ueritatis. Insuper unusquisq; etiā subditus per rationis considerationē speculetur se-
ipsum, custodiens cor suū, & animā suā, ne à lege declinet, ne uiolet regulā, ne superiorū su-
orum transgrediat statuta, ne remissus fiat aut tepidus. Custodiat igitur oēs exteriores inte-
B rioresq́; sensus potissime in diuinis, nec per corporis membra aget quicq̄ iniustū, imò uerbū
dei, doctrina scripturæ, informatio præsidentis sit lucerna pedibus suis, & lumen semitis suis,
ut cōseruetur in omnibus secundū loca scripturarū, quemadmodū Salomon cohortat: Serua Psal.118
mandata & legē quasi pupillā oculi tui. Liga eā in digitis tuis, & in tabulis cordis tui scribe eā.
Qui rursus testatur: Mandatū lucerna est, & lex lux, & uia uitæ, increpatio disciplinæ. Subdi Pro.7
tus quoq; perpēdat q̄d in Ecclesiast. legit: Quàm bonū est correptū ostēdere pœnitentiam. Pro.6
Quod itē in Prouer. fertur: Egestas & ignominia ei, qui deserit disciplinā: qui autē acquiescit Eccl.20
arguenti, glorificabitur. Quod etiā Samuel dixit: Quoniā quasi peccatū ariolandi est repu- Pro.13
gnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. Præterea q̄ diligentissimus suiipsius cu- 1 Regum 15
stos, q̄ humilis propriæ conditionis recognitor, q̄ profundus diuinorū contēplator mysterio
rum fuerat Marcus sanctissimus, cōstat ex eo, q̄ pollicē sibi legitur abscidisse, ne ad sacerdo-
tium pmoueret. O quantū uerebat ac reuerebatur maiestatē atq; iustitiā dei, q̄ profunde pe
netrauit uerba Apl'i: Qui manducat & bibit indigne, iudiciū sibi māducat & bibit. Quod an 1 Cor.11
teq̄ scriberetur agnouit, intuensq́; expauit. Quid ergo est, q̄ nos miseri pauperes & pusilli sa
cra mysteria tā irreuerenter tractamus, tā imparati accedimus, tā inconsiderate cōuersamur,
& post celebrationē tā incustoditi sumus, atq; ingrati, mox ad pristinas leuitates, fabulatio-
nes, dissolutiones, gulositates, & insipientias redeuntes. Cur nō intuemur præallegata uerba
Apl'i, & quod denuo terribiliter intonat: Quicunq; manducauerit panē hunc, & biberit calicē
dñi indigne, reus erit corporis & sanguinis dñi. Emendemus ergo nos ualde, & ante celebra- Eodem
tionem nos efficaciter præparemus, in celebratione pura, eleuata, ac feruida mente stemus,
C post celebrationē custoditi, deuoti, amorosi, suaues, & grati perseueremus, imo tota conuer-
satio nr̄a sit una ad celebrandū præparatio continua. Videmus q̄ laici eo quo cōmunicāt die
morigerati sunt & deuoti præ solito, quāto magis nos q̄ quasi quotidie celebramus, quotidie
maturi, faceti, deuoti esse debemus, imò q̄tidie deuotiores, custoditiores, ac feruentiores, q̄a
q̄ sæpius celebramus, eo perfectiori id mente facere nos oportet. Alioquin ubi fructus quo-
tidianæ celebrationis, ubi quotidianus profectus? Nonne nō proficiēs deficit? Postremo bea
tiss. Marcus nō solū prætactā ob causam rite leo uocat, sed itē propter fortitudinē sui animi in
aduersis, & q̄a terribile genus martis, p fide & deo patiētissime tulit, atq; in omni euētu in deo
cōstans pmansit, implēs q̄d ait scriptura: Iustus q̄si leo cōfidens absq; terrore erit. Instar q̄q; Pro.28
leonis oculis dormiuit aptis, q̄a corporaliter sic dormiuit, q̄ sobriissima ac feruētiss. mens sua
freqūeter fuit deo intenta, iuxta q̄d scriptū est: Ego dormio, & cor meū uigilat. Eius ergo for
titudinē imitemur, eius patientiā in cunctis aduersitatibus amplectamur, eius cōstantiā in oī Cant.5
sectari euētu conemur, ne inordinate cōtristet nos q̄cq̄d acciderit nobis, ne ppria animosita-
te uincamur, ne corruamus sub uitiis, sed utiliter sp stemus in dño. Cui glīa & honor in æternū.

¶ In festo Philippi & Iacobi Apostolorum.

Enarratio lectionis loco epistolæ: Stabunt iusti in magna constantia. Sap.V. D

LEctio ista in hoꝝ festiuitate Apostoloꝝ rationabiliter legitur, qa in ea docetur quid A
in iudicii die intererit inter bonos & malos, inter electos & reprobos. Itaq; Sapiens
asserit. ⌊Stabunt iusti in magna constantia.⌋ i. fortitudine & securitate in die iudicij
generalis. ⌊Aduersus eos, qui se angustiauerunt.⌋ i. terrores, minas, oppressiones, "
& morrẽ eis intulerunt. ⌊Et qui abstulerunt labores eoꝝ.⌋ i. possessiones eoꝝ uiolenter diri "
puerunt, uel qui abstulerunt labores eoꝝ. i. opa eoꝝ uirtuosa laboriose pacta dixerunt esse "
inania, aut nõ ueraciter bona ⌊Vidẽtes (iudicẽ Chr̃m, & iustos cũ eo iudicaturos) turbabun- "
tur timore horribili.⌋ i. uehementissimus timor eos cõcutiet, penetrabit cõfundet. ⌊Et mira "
buntur in subitatione insperatæ salutis.⌋ i. in accelerata euẽtione felicitatis iustoꝝ, quã futu "
ram esse nõ crediderunt, nec sperauerunt. ⌊Dicẽtes intra se (ꝑ cogitationẽ) pœnitentiã agẽ- "
tes⌋ i. de suis peccatis dolentes pœnitentia infructuosa & sera, quia nõ ueniet ex charitate & "
zelo iustitiæ, nec erũt in statu merendi ac demerẽdi, sed orietur pœnitẽtia illa ex seruili timo "
re, & ex afflictione quã patientur. ⌊Et præ angustia spũs⌋ i. ex pœnali oppressiõe & pterri-
tione cordis sui. ⌊Gemẽtes⌋ ꝙ ad tantã deuenerũt miseriã. ⌊Hi sunt q̊s aliqñ habuimus.⌋ sc; "
Iob.12 in seculo isto & uita pñti. ⌊In derisum.⌋ Iuxta illud Iob: Deridet iusti simplicitas. Sic in die "
Act.2 Pentecostes ꝑdicantibus Apl̃is, infideles Iudæi irridẽdo dixerunt: quia musto pleni sunt isti. "
⌊Et in similitudinẽ improperij⌋ i. in exemplũ uituperatiõis, ita ꝙ improperantes alicui di- "
cebant: Sis ut ille, aut eueniat tibi ut illi. Vñ s. Iob ait: Posuit me in prouerbiũ uulgi. Et Iudæi
Iob.30 obstinati dixerunt cæco à natiuitate, quẽ Chr̃s fecit uidentẽ: Tu discipulus illius sis, scilicet
Iohan.9 Christi. Quod animo maledicendi locuti sunt. ⌊Nos insensati (salutari sapientia destituti) ui "
tam illoꝝ æstimabamus insaniã.⌋ i. fatuitatẽ, quia præsentia atq; carnalia despexerunt, in
Luc.16 quibus peruersi suã constituunt felicitatẽ. Vnde in Euang. legit, quẽadmodũ Christo contra
Ioh.10 auaritiã prædicante, pharisæi qui auari erant, irridebant eũ dicentes: Insanit, quid eũ auditis? E
Impij nãq; & carnales habent rationẽ uitijs & erroribus obtenebratã, icc irco iudicant stulte B
⌊Et finẽ illoꝝ (puta iustoꝝ æstimabamus esse) sine honore.⌋ i. absq; retributione gloriosa
Psal.115 à deo, quo circa ait Psalmista: Pretiosa in conspectu dñi mors sanctoꝝ eius. ⌊Qũo ergo cõ- "
Ioh.38 putati sunt inter filios dei.⌋ i. angelos sanctos, de quibus ad Iob loquitur dñs: Vbi eras cũ me "
laudarent astra matutina, & iubilarent oẽs filij dei. ⌊Et inter sanctos (pars, seu felix merces) "
illoꝝ est?⌋ Ac si dicant: Miramur de isto, ꝙ tã inopinate accidit ita, uidelicet nobis tã male, & il
lis tam bene.

¶ Sermo Primus circa epistolam: De differentia retributionis iustoꝝ & impioꝝ, & quomodo hic iusti premuntur ab impijs.

VOS qui secuti estis me sedebitis sup sedes xij. iudicantes xij. tribus Israel, Mat. xix
In his uerbis Chr̃s promisit sanctis Apl̃is, & in eoꝝ persona oĩbus Apostolicã uitã
ducentibus, puta religiosis, oĩbusq; perfectis, ꝙ in die iudicij sessuri sint secũ, & iu-
dicaturi genus humanũ. Iudicabunt quippe per assessoriã dignitatẽ, & oẽs electi
iudicabunt ꝑ sententiæ iudicis approbationẽ. Et de his iustis atq; ꝑfectis in electione hac di-
Sap.7 citur, ꝙ in die iudicij stabunt cũ Christo in magna cõstantia cõtra suos ꝑsecutores, qa de sua C
saluatione erunt securi, præsertim q añ horã illius iudicii ad beatificã dei fruitionẽ pertingũt. F
Tunc utiq; erunt in gaudio magno, qa damnationẽ euaserunt æternã, nec reprobis suis ad
uersariis cõdolebunt, sed zelo iustitiæ cõtra eos mouebunt. Propter q̃d prædixit Propheta
Psal.57 Lætabit iustus cũ uiderit uindictã, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. In Iob q̊q; asse
Iob 22 ritur: Videbunt iusti, & lætabuntur, & innocens subsannabit eos. Tunc beati & iusti erũt di-
uinæ iustitiæ plenariæ cõformati, & cõgratulabunt eidẽ in iusta punitione prauoꝝ, qa tunc
tps erit rigoris iustitiæ, nõ dulcoris misericordiæ circa iniquos. Deniq; in lectione hodierna
ualde cõpendiose cõtinent multa saluberrima documẽta: Primũ est de differẽtia retributio-
nis iustoꝝ & iniustoꝝ, qm̃ sancti erunt in grandi constantia, in æterna iustitia, in beatitudine
plena. Impii autẽ in timore horribili, in admiratione pœnali, in pœnitentia sterili, in gemitu
atq; angustia æternali, in incendio infernali. Hinc in Malach. scriptũ est: Conuertimini, & ui
Mala.3 debitis quid sit inter iustum & impium, & inter seruientẽ deo, & non seruientem ei. Ecce enim
dies ueniet succensa quasi caminus, & erunt superbi, & omnes facientes impietatẽ stipula, &
inflammabit eos dies ueniens. Et orietur uobis timentibus deum sol iustitiæ, & salietis quasi "
uituli de armento. Hinc ait Gregorius: In extremo iudicii die, cum apertis cęlis, ministranti "
bus angelis, consedentibus Apostolis. Christus in sede maiestatis suæ apparuerit, omnes ele
cti & reprobi pariter eum uidebunt, ut iusti de munere retributionis sine fine gaudeant, & in
Hierony. iusti de ultione supplicii in perpetuũ gemant. Hieronymus quoq;: Iudicaturo quoq; (inquit)
domino lugubre mundus immugiet, & tribus ad tribum pectora ferient, potentissimi quon
dam reges nudo latere palpitabunt. O quantus horror corda iniquorum tunc penetrabit, cũ
uiderint iudicem summũ, contra se tam iratum, seq; protinus in sempiterna & acerbissima rui
turos

A rors tormēta. Tūc nāq;, ut ait Anselmus, à dextris erūt peccata accusantia, à sinistris infinita demonia ad accusandū ꝓnissima, subtus horrendū chaos inferni, superius iudex iratus, intus cōsciētia urēs, foris mūdꝰ ardēs. Ibi iustus uix saluabit. Heu miser peccator sic deꝑhēsus quo fugiet? Impossibile erit latere, intolerabile apparere. Secūdo in lectiōe ista docet, qd̄ sit pœnitētia qdā infructuosa, illa uidelicet, q̄ quis dolet de suis peccatis, nō inquātū sunt inhonorati ua offensiuaq; dei, & in se turpia & iniqua, hoc ē, nō ex dei amore & zelo iustitiæ, sed inquantū sunt sibiꝑ̄ nociua, dānatiōisq; causa, utpote ex solo seruili timore, seu improbo & priuato suiꝑ̄sius amore. Ex hoc nāq; qd̄ homo amat se in se, sequitur ꝙ horret suiꝑ̄sius punitionē, & dolet de causa suæ punitiōis, sc; de peccato inquātū ē causa suæ afflictionis. Deniq; de isto legit exēplū horribile in libro Machab. de Antiocho rege iniquo, qui cū in graui esset cōstitutus lāguore, ex propria uexatiōe ad suiꝑ̄sius cognitionē ꝑductus, dixit: Iustū ē subditū esse deo, & mortalē nō paria deo sentire. Orabat aūt scelestus, id ē, uitiosus iste Antiochus dn̄m, à quo nō erat misericordiā cōsecuturus. Promisit etiā se tēplū dei in Hierusalē qd̄ prius exspoliauerat, donis optimis ornaturū, & sancta uasa multiplicaturū, & ꝑtinētes ad sacrificia sumptus, de suis redditibus ꝓstituꝝ. Sup hæc & iudæū se futuꝝ, & omnē locū terræ sanctę ꝑambulaturum, & prædicaturū dei potestatē. Et tn̄ hæc oīa ei nil profuerūt, sed in æternū dānatus est. Simili modo dicit Apl's ad Hebręos de Esau, ꝙ nō inuenit pœnitentiæ locū, quāq̄ cū lachrymis inquisisset eū. Verūtamē nulli debet dari desperatiōis occasio, quia quā diu durat hæc uita, est homo in statu merēdi ac demerēdi, ideo poteſt salubriter pœnitere: sed ex p̄habitis patet q̄ periculosissimū sit pœnitentiā diu differre, præsertī usq; ad grauē infirmitatem aut senectutē, quia tunc rara est pœnitentia uera. Et q̄uis qdā in extremis uideant plurimū pœnitere, nō tamē saluant, qm̄ ex seruili timore, hoc ē, ex formidine cōdēnationis æternę, nō ex charitate & zelo iustitiæ pœnitent. Cuius signū est, qd̄ si diutius uiuere possent, nec mortē timerent aut sanarent, mox ad solita redirent peccata. Pœniteat ergo unusquisq; tēpestiue & ex odio

2. Mach. 9

Hebr. 12

B culpæ, atq; ex dei amore, maxime dolens, qd̄ tā benignissimū patrē offendit, tā altissimū, sanctissimū, & supdignissimū deū inhonorauit. Tertio ex lectione hac informamur, qd̄ electi dei & iusti in uita p̄senti ꝗb infidelibus & iniquis deridēt, spernūtur ac fatui reputāt. Vnde & Christus ait in Psal. Oīes uidentes me deriserūt me. Atq; ex euangelio patet, quātas subsannationes, blasphemias, detractiōes, iniurias, à iudæis ptulerit ante suā passionē, in ea, & post eā. Sic & S. Iob dixit: Nūc aūt deridēt me iuniores tēpore. Vnde & 4. Regū habet, quēadmodū principes dixerūt ad Iehu de filio prophetaꝝ quē Heliseus misit ad Iehu: Quid uenit insanus iste ad te? Nā q̄lis quisq; est, taliter iudicat. Impij ergo peccatis corrupti, uitijs excæcati, & in rationis iudicio prorsus infecti, qm̄ iniquitatē amant, terrena & carnalia sapiūt, q̄ spūalibus & diuinis ꝑferūt bonis, bonū iudicant malū, & ecōtra, sicq; uitā iustoꝝ putant insaniā, sicut uidemus ꝙ quidā parentes & propinqui carnales, reputant filios & cognatos suos religionē intrātes uelut insanos & insipienter agentes, & mūdani, pōposi, lascini, deridēt q̄sdā deuotos & simplices abiecte humiliterq; uestitos. Ideo in Ecclesiastico legit: Abominatio est supbo hūilitas, sic & execratio diuiti paup. Itaq; si optamus esse de numero electoꝝ filioꝝq; dei, nō dedignemur pferre psecutiōes, irrisiōes, & odia mundi, sed gaudeamus & regratiemur deo in talibus, cōfidentes qd̄ in die iudicij inter dei filios inueniemur. Nā & saluator loqt sanctis apl'is, & in eoꝝ psona cunctis electis: Si mūdus uos odit, scitote qa me priorē uobis odio habuit. Si de mūdo essetis, mūdus qd̄ suū erat diligeret. Quia uero de mundo nō estis, sed ego elegi uos de mūdo, propterea odit uos mūdus. Postremo, sic & beatiss. isti apl'i Philippus & Iacobus, diuersas cū Chr̄o & pro Chr̄o ꝑpessi sunt tribulatiōes, irrisiones & psecutiōes ante ipsius passionē, & in ea, ac postea. Propter qd̄ Chr̄s dixit ad eos in cœna nouissima: Vos estis qui permansistis mecū in tentationibus meis. Et rursus: Venit hora, ut oīs qui interficit uos, arbitretur se obsequiū præstare deo. Itemq;: Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meū. Quæ oīa generaliter apl'is est loquutus. In sequentibus uero sermonibus, mētio erit de specialibus horum feliciū apostoloꝝ psequutionibus atq; martyrijs. Ad laudem omnipotentis. Amen.

Psalm 21
Mat. 2
Iohan. 10
Iob. 30
4. Reg. 9

C

Ecclesiast. 13

Iohan. 15

Luc 22
Iohan. 16
Mat. 10

¶Enarratio euangelij: Non turbetur cor uestrum. Iohannis quarto decimo.

Evangeliū festi præsentis ex sermone Christi post cœnam apostolis facto est sumptū, quod in solennitate hac legitur, quia in eo speciale quid de beatissimo Philippo apostolo cōtinetur. Itaq; Iohannes scribit: ⌊Dixit Iesus discipulis suis⌋ puta apostolis. ⌊Non turbetur cor uestrum.⌋ Ante ait Saluator: Nunc anima mea turbata est. Et rursus: Cum hæc dixisset Iesus turbatus est spiritu. Quomodo ergo nunc ait apostolis, non turbetur cor uestrum, præsertim cum eius actio sit nostra instructio, ipse' que cœperit facere & docere? Respondendum quod uerba illa de Christi turbatione, intelligenda sunt de turbatione inferioris partis animæ sponte assumpta, iudicium rationis sequente, nec eam impediente, quæ turbatio fuit propassio magis quam passio (secundum Hieronymum.) Ad quod innuendū scriptum est: I E S V S infremuit spiritu & turbauit seipsum. Porro quod Christus

Iohan. 14
Iohan. 13
Gregorius

Hieronym9
Iohan. 11

Christus nunc ait, nō turbetur cor uestrū, intelligendū est de turbatione immoderata ratio-
nē pueniente & obfuscante, q̄ paci ac tranquillitati opponitur. Quę turbatio orit ex imodera
Mat. 26 Mar. 14 tis passiōibus animæ, utpote ira, dolore, tristitia & timore. Quoniā ergo apl̄i fuerunt in cœna
uehementer cōtristati ac territi, quia audierunt à Chr̄o qđ unus eorꝝ eum esset traditurus, &
omēs in eo scandalū essent passuri, hinc eos admonuit, ne ex immoderatis tristitia & timore p
turbarentur, sed ad tranquillitatē mentis in deo se darent. Ideo subditur: ⌊Creditis in deū⌋
unū, uerū & uiuum ⌊& in me credite, ⌋ quia & ego uerus sum deus, ideo cōsequens est, ut si in
deū creditis, in me quoq; credatis. Per qđ Christus se deū esse insinuat, quia nō est credendū
nisi in uerū deū, cū fides sit theologica uirtus, cuius obiectū est deus seu ueritas prima. Itaq;
per hæc uerba testatur se Christus cū suis discipulis semper esse diuina maiestate mansurꝝ, &
p consequens se posse eos conseruare ac consolari. Deinde cōsolatur eos cōmemoratione ac
pollicitatiōe felicitatis futuræ, dicēdo: ⌊In domo patris mei⌋ id est, in paradiso cœlesti, in cœ-
lo empyreo, in triūphante ecclesia, in patria beatorꝝ, ⌊mansiones multæ sunt.⌋ id est, diuer
si gradus præmiorꝝ, iuxta diuersitates & gradus meritorꝝ, quoniā quo electi in uita hac in di
uino amore perfectiores fuerunt, eo clarius uident deū, atq; iucundius eo fruuntur. Nā chari
tatis feruori seu pfectioni essentiale præmiū, qđ est uisio seu fruitio dei est correspondēs. De
Mat. 20 niq; beatitudo sanctorꝝ, seu beatifica uisio una est ex parte obiecti, qđ est simplicissimus deus.
Vnde omnibus in uinea laborantibus, id est, in ecclesia militante uirtuose uiuentibus, idē diur
nus dicitur dari denarius, per quē uita designatur æterna, sed ex parte subiecti diuersificatur
atq; distinguitur felicitas ista, iuxta merita mentiū deo fruētiū. ⌊Si quo minus⌋ id est si aliter,
aut minus esset q̄ uobis nunc dixi, uidelicet si in domo patris mei mansiones multæ nō essent
⌊dixissem uobis, (quod subditur) quia, id est, quod, uado parare uobis locū⌋ id est, mansio-
nē in domo patris cœlestis, sed hoc nō debui dicere, quoniā iā paratę sunt mansiones istę quā
tū est ex parte dei, qui ex sua liberalissima bonitate, paratus est dare mansionē cœlestē omni
Mat. 25 bus ad eam sufficienter dispositis. Vnde in die iudicij dicturus est Christus electis: Venite be-
nedicti patris mei, possidete paratū uobis regnū à cōstitutione mundi. Veruntamen māsiōes
istas Chr̄s p suā passionē pparauit fidelibus, q̄niā uirtute & merito Christi eas acquirūt. Ipse
equidē sua passiōe apuit aditū regni cœlestis, & gratiā nobis pmeruit ac largitur. Ideo sub-
ditur: ⌊Et si abiero⌋ id est, p passionē & ascensionē meā corporaliter à uobis recessero, ⌊& p-
parauero uobis locū, ⌋ id ē, felicitatē æternā pmeruero uobis p mei sanguinis effusionē, ascē-
dendo quoq; dedero uobis spē ascendēdi, qa capitis pcessio spes extat mēbrorꝝ. Propter qđ
fertur in hymno: Est eleuatus nubibus, & spē fecit credentibus &c. ⌊Iterꝝ uenio, ⌋ id ē, in mor
te cuiuslibet uestrū redibo ad uos saltē inuisibiliter & p effectū, p angelos q̄s q̄s mittā ut ani
mas uestras ad meū pducāt tribunal, ⌊& accipiā uos ad meipsum⌋ id ē, in cœlesti gl̄ia collo-
cabo, ⌊ut ubi sum ego, & uos sitis⌋ uidelicet in cœlo empyreo, & in beatifica diuinitatis frui-
tiōe. Hinc in Apocaly. ait unigenitus dei: Qui uicerit, dabo ei sedere mecū in throno meo. Et
Apoc. 5 Iohan. 17 alibi: Pater q̄s dedisti mihi, uolo ut ubi sum ego, & illi sint mecū, ut uideāt claritatē meam. Vel
Act. 1 sic: Iterꝝ uenio. i. in fine seculi ad iudicādū uisibiliter redeā (put angeli sunt locuti: quēadmo
dū uidistis eū ascendentē in cœlū, ita ueniet.) & accipiā uos ad meipsum. i. in anima & corpo-
re glorificatos uos trāsferā ad cęlestis palatij aulā. ⌊Et q̄ ego uado scitis⌋. i. p fidē aliq̄modo
cognoscitis, qđ p passionē & ascensionē uado ad patrē cœlestē ac patriam beatorꝝ, put sępius
retuli uobis, ⌊& uiā (q̄ ad patrē uado) scitis⌋ utpote passionē meā iā iminentē, quā frequēter
uobis pnūciaui. Vel, uiā. i. meipsum, ut infra habet & exponetur, scitis. i. cognoscitis. ⌊Dicit ei
Thomas, ⌋ loquēs in psona sui & cōdiscipulorꝝ saltē q̄rundā: ⌊Dn̄e nescimus q̄ uadis. Et q̄mo
do possumus uiā scire?⌋ Quasi dicat, nō possumus eā agnoscere. Videt S. Thomas apl̄us uer-
bis sui magistri directe cōtradixisse. Nā Chr̄s dixit, q̄ ego uado scitis & uiā scitis. Thomas ue-
ro, dn̄e inquit, nescimus q̄ uadis &c. Verūtamē nō putauit Chr̄m aliqđ falsum dixisse, nec itē
debat uerba ipsius repbare, sed æstimauit dictū Chr̄i & suū posse simul uerificari, q̄m Chr̄us
frequēter loq̄bat figuraliter & obscure. Deniq; utriusq; uerba fuerūt uera, qa apl̄i aliquo mō
sciebāt quo Chr̄s iret, & uiā p quā, & aliquo modo hæc nesciebāt. Sciebant nāq; uiā & terminū
itineris Chr̄i cōfuse & incōplete, nō determinate & pfecte. Rursus sciebāt illa materialiter, nō
formaliter. Sciebāt eqdē ea p fidē quo ad id qđ sunt, nō aūt sub ppria & formali ratiōe q̄ huius
modi sunt. Nā nouerāt patrē aliquomodo p fidē, audierāt nāq; quotidie qđ Chr̄s uocauit deū
altissimū suū patrē. Similiter Christū aliquo mō nouerūt, nō tamē nouerūt qđ ipse esset uia, &
pater terminꝰ uię huius q̄ Christus ē. Hinc subdit: ⌊Dicit ei Iesus⌋ probās q; materialiter noue
rāt uiā, q̄m nouerāt ipm Iesum Christū q uia ē: ⌊Ego sum uia⌋ q̄ it ad patrē spūali accessu p mē
tis cōuersionē ad ipm, hoc ē, p fidē, spē, charitatē, cæterasq; uirtutes. Hoc cōpetit Chr̄o scd̄m
qđ homo ē, dei ac hominū mediator, aduocatus ac pontifex hominū, & reconciliator eorꝝ cū
deo. Ego quoq; sum ⌊& ueritas & uita. ⌋ Hoc competit Christo scd̄m naturam diuinam, qua
ipse & pater ac spiritussanctus sunt una ueritas, prima & exemplaris, unaq; uita actualissima
simpli

A simplicissima, supessentialis, fontalis, omnē uiuendi plenitudinē ac beatitudinē cū infinita perfectione in se habēs. Itaq; Chrs est uia p quā, ueritas in qua, uita ad quā imus. Consequenter ostendit se esse uiā. ⌞Nemo uenit ad patrē.⌟ In pñti p gratiā, nec in futuro per gloriā. ⌞Nisi p
" me.⌟ Mediatorē saluatorēq; mundi. i. nisi habeat fidē de me, meq; sequat, ut merito passionis meæ gratiā cōsequatur, imò nunq̄ adultus aliquis est saluatus, nisi habendo fidē de Chro ad minus implicitā, tpe uero euangelicæ legis nemo cōiungitur deo pri, nisi p sacramēta à Chro instituta, quæ à Christi passione efficaciā sortiuntur, & gratiā, quę sacramēta oportet accipere realiter, si assit facultas tpe opportuno. Si uero desit facultas, sufficit ea accipere uoto seu
" desyderio. ⌞Si cognouissetis me, & patrē meū utiq; cognouissetis.⌟ Iā dixit saluator: Et quò ego uado scitis, & uiā scitis, uidelicet quia patrē & filiū cognoscebant, quō ergo nūc ait: Si cognouissetis me, & patrē meū utiq; cognouissetis, quasi nec filiū, nec patrē cognouerint. Dicēdum q quodāmodo nouerunt, & quodāmodo nō nouerunt, ut sit sensus: Si cognouissetis me fide perfecta scdm deitatē meā, & patrē meū utiq; cognouissetis eodē mō, & tā clare ut me: Primo propter pris & filii substantialē identitatē ac unitatē. scdo qm pr & filius sunt correlatiua, quorū proprietas est, ut uno cognito cognoscitur reliquū. Tertio, qm pr & filius tā simēs sunt, ut uno cognito alius cognoscatur. Quarto, quoniā filius dei est perfecta & naturalis imago patris, in qua quicquid patris est plenissime lucet & repræsentatur. ⌞Et amodo.⌟ Id est ex hoc tempore, seu post illud, uidelicet post missionem spiritus sancti. ⌞Cognoscetis
" eum.⌟ Magis perfecte q̄ modo, uidelicet per donū sapientiæ, per fidē clarissimā, per purifica-
" tæ mentis intelligentiā, atq; in patria facie ad faciē, hoc est, clare per speciē, sicut est in seipso.
" ⌞Et uidistis eum.⌟ Visione interiori, confusa & imperfecta, eo modo quo uidistis me secundū
" naturam diuinā. Crediderunt nanq; Apostoli omnia uerba Christi esse uera, & quoniā Chrs dixit se patri consubstantialē asserendo: Ego & pater unū sumus, ac multa similia, iccirco Apostoli cognouerunt aliquo modo Christū secundū diuinitatē, q̄uis illa cognitio fuerat multū
B imperfecta. ⌞Dicit ei Philippus: Domine ostende nobis patrē.⌟ Id est, ad pfectā dei pris noti- Iohan. x
" tiam perduc nos, ⌞Et sufficit nobis.⌟ Id est nil amplius requiremus, quoniā in clara dei notitia consistit felicitas, qua adepta, mens conuertatur in deo, nec pater seorsum cognoscitur,
" sed una diuina persona per speciem nota, tota superbenedicta cognoscitur trinitas. ⌞Dicit ei
" Iesus: Tanto tempore uobiscū sum.⌟ Id est, tam diu conuersatus sum inter uos, & multa de deo uos docui. ⌞Et nō cognouistis me?⌟ Distincte, uidelicet q sim deus dei unigenitus, & homo in una persona, quod toties uobis insinuaui, in quo patet magna simplicitas, imò & ruditas uestra. Sed cum Philippus dixerit: Ostende nobis patrē, cur Christus increpat eū, ac alios de hoc ipso, quod ipsum filiū nondū nouerunt? Dicendū q ideo, quoniā causa ignorandi pa
" trem fuit ignorantia filij, & quia per idem est ignorare filiū & patrē, propter quod subditur. ⌞Philippe qui uidet me,⌟ Id est intellectualiter me cognoscit secundū quod deus sum, ⌞Videt & patrem.⌟ Oculo mentis, eo modo quo uidet me. Qui enim uidet me per fidem, uidet & patrē per fidē: & qui uidet me per speciem, uidet & patrē per speciem. Hoc est quod paulo ante disseruit: Si cognouissetis me, & patrē meū utiq; cognouissetis, cuius assignatæ sunt qua- Ioh. 14
tuor rationes, quarū unam tangit Augustinus dicendo, q Christus hoc dixit propter omnimodam similitudinē sui cū patre, quemadmodū de duobus ualde similibus dicimus. Vidistis Aug.
C istum, illū uidistis. ⌞Quomodo tu dicis: Ostende nobis patrē.⌟ Quasi nullo modo uideritis eum, & quasi seorsum cognosceretur pater sine me, & quasi cognitio patris dignior esset q̄ cognitio mei. Hæc quippe uidetur Philippus in suis uerbis sensisse, iccirco increpatur à Christo
" cor eius inspiciente. ⌞Nō credis, quia ego (secundū diuinitatē sum) in pre, & pater in me est?⌟ Quælibet eñi diuina persona est in alia per identitatē essentię, quæ in tribus numero unò est & quæ cū unaquaq; persona realiter idē est, ideo ubi diuina essentia, ibi quælibet diuina persona. Hunc modū ponit sanctus Hilarius. Porro secundū Damascenū, quælibet diuina perso- Hilarius.
na est in alia per circūincessionē, quoniā cōimmensę sunt. Insuper pater est in filio, sicut in naturali imagine ipsum pfecte representātē: filius q̄q; in patre tanq̄ in proprio sempiternoq; fonte, à quo immanenter egredit, & inegressibiliter oritur. Rursus filius est in patre, sicut uerbū internū ac immanens in proferēte, & sicut cōceptus in cōcipiente. Postremo unaquęq; diuina persona est in alia, sicut cognitum & amatū in cognoscēte & amāte cōprehēsiue simpliciter, atq; oino plenarie, ita q quælibet diuina psona cognoscit & diligit aliā quantū cognoscibilis amabilisq; cōsistit, utpote notitia claritatis immēsę, & infinito prorsus amore. ⌞Verba q̄ loquor uobis (p corpus meū) à meipso nō loqr.⌟ Qm quicqd sum & habeo, à pre accepi, à q̄ sapientiā potentiāq; suscepi. Deniq; Chrs scdm qd homo loquebat in oibus ex inspiratiōe & regulatione æternæ & increatæ sapientiæ, cuius instrumentū animatū cōiunctū fuit eius humanitas. ⌞Pater aūt in me manēs, ipse facit opa.⌟ Pater māsit in Chro scdm naturā assumptā quia per maximā gratiā habitauit in eo, sicut in tēplo. Mansit quoq; pater in Christo, secundum quod deus est, quia per essentiæ unitatem & circūincessionem, ac aliis modis iam tactis Damasce.

æternaliter est in eo. Pater itaq; fecit opa & miracula Chri dupliciter. Primo qm operabat per eius humanitatē, sicut per instrumentū, atq; p Chrm ut hominē tanq̄ per ministrū. Scdo, D A
Ioh.1 qm přis & filij opa sunt indiuisa, cū eorū sit una essentia & una potētia, specialiter etiā dicit pr oīa fecisse p filiū, sicut per uerbū æternū, iuxta illud Iohā. 1. Oīa per ipsum facta sunt. Deī alloquitur discipulos in cōmuni. ⌊ Non creditis qa ego in pře, & př in me est? ⌋ Iuxta sensum expositū, q̄si dicat, imò credere hoc debetis. ⌊ Alioquin propter ipsa opa credite. ⌋ .i. si propter uerba mea nō creditis hoc, propter miracula mea quæ uidistis hoc credite, qm multa feci miracula, q̄ fieri nequeunt nisi à deo oīpotente, p quæ př cōfirmauit meā doctrinā, ut alibi loquitur Chrs: Opa quæ dedit mihi pater, testimoniū phibent de me. ⌊ Amē amē, i. uere
Ioh.10 re uere, dico uobis, qui credit in me (per fidē perfectā) opa .i. miracula, quæ ego facio, ipse faciet. ⌋ I d est similia eis, nō sua sed mea uirtute. Hinc apud Marcū ait: Signa eos qui crediderint
Mar. 10 hæc sequenť. In noīe meo dæmonia eijcient, linguis loquenť nouis, &c. ⌊ Et maiora horū faciet (.i. maiora signa q̄ ego) quia ad patrē uado ⌋ .i. quia ad patrē ascēdēdo plenarie glorificabor in meipso atq; in oīni pplo, cui ubiq; terrarū prædicabiť lex mea, ideo dabo uobis uirtutē faciendi maiora miracula q̄ egomet feci, scdm q̄d ad conuersionē oīm gentiū hoc erit necessarium. Vel, qa ad patrē uado .i. p hoc q ad patrē ascendo, fiet q mittā uobis spūm scm̄, q̄ suscepto facietis maiora prodigia q̄ egomet feci, nō q uirtus & grā spūs sancti erit maior in uobis q̄ fuit in me, sed qm decens est, ut impassibilis factus, atq; ad dexterā dei přis residēs, p maiora signa glorificer p meos ministros, q̄ antea per meipsum. Sed circa hoc oriť quæstio, qa uideť ex his q nullus uere credat in Christū, nisi operetur miracula Chri, imò & maiora q̄ ipse. Respondetur q Christus ad literā loquiť de pfectis & certis fidelib⁹, ad hoc à deo electis, ut fide B Chri tanta operētur miracula, pſertim Aplis & Apostolicis uiris tpe primitiuæ ecclesiæ, & uicissim postea tpe opportuno. Deniq; beatiss. Petrus Aplus uidetur fecisse miracula maiora q̄
Act.5 Chrs, qm per corporis sui umbrā curauit infirmos, & quidā Aplorū suscitauerunt plures defunctos q̄ Chrs. ⌊ Et q̄dcunq; petieritis patrē in noīe meo ⌋ .i. per uirtutes & merita mea. Vel in noīe meo .i. salubriter, qm nomē meū est Iesus, q̄d interpretatur saluator, uel salutaris, ideirco in noīe meo petit, qui salutaria depcatur. ⌊ Hoc faciā. ⌋ .i. exaudiā uos. Per q̄d Chrs innuit se exaudire cū přē, & p cōsequens se esse pri ęqualē ac uerū deū, qm grās & uirtutes dare, salutem cōferre, in omnibus exaudire, nō potest cōpetere, nisi uero omnipotentiq; deo.

Sermo 2. circa euangeliū: Quibus est laudādus B. Philippus, & quę sunt in eo imitanda.

INuenit Iesus Philippū, & dicit ei: Sequere me. Iohānis 1. Gloriosus & sanctus dei Aplus Philippus ex euāgelio probať multipliciter esse laudabilis: Primo, qa ut aliqui dicūt, inter oēs Aplos primo à Chro uocatus est ad sm̄ū discipulatū. Quāuis em̄ ante Philippi uo
Ioh.5 cationē dixerit Chrs Andreæ & socio eius: Venite & uidete, uidelicet ubi habitē, nō tamē fuerunt tunc à Chro ad suū discipulatū uocati, nec ipse primo uocauit eos, sed ipsi auditis uerbis magistri sui Iohā. Bapt. dicentis de Christo: Ecce agnus dei, secuti sunt Iesum. Dixerūtq;
Eodē ei: Rabbi ubi habitas? Qui respondit: Venite & uidete. Statim post hoc rediens Iesus à loco prope Iordanē in Galilæā, inuenit Philippū, & uocās eū ad suū discipulatū, locutus est ei: Se
Eodem quere me. Post hæc uocauit Chrs Petrū & Andreā ad sequendū se. Fuit ergo beatus iste Philippus multū à Chro electus, q tam cito & primo uocauit eū, ut sequeretur se. Secundo lau
Eodem dabilis est à sua docilitate & obedientia. Statim nāq; acquieuit uocationi Christi, & secutus est
Ioh. 2 eū mente & corpore, cū tn̄ nondū uiderit eum miracula facientē, siquidē conuersio aquę in uinum facta in nuptiis, fuit post istā uocationē. Nec mirū q Philippus statim secutus est domi
Lucæ 13 num saluatorē, quoniā ipse erat uocās, loquens, & docens sicut potestatē habens, & sicut exterius uocauit uerbo uocali, sic intus uocauit, & inclinauit mentis auditū instinctu atq; uirtute spirituali. Et quoniā deus fuit, potuit immediate in uoluntatē hominū agere & imprimere & eam pio suo libitu immutare, afficere, hinc indeq; uertere. Itaq; & nos exemplo sanctissimi Philippi Apostoli, dociles simus, non pertinaces in proprio sensu, quia docilitas est pars primæ prudentiæ, mentē ad eius susceptionē disponens ac reserans. Qui ergo indocilis est, prudentiæ non est capax, sed immāsiuus in proprio sensu, ideo in diuersa ruit pericula, in grauia
Pro.1 quoq; peccata, uariosq; errores. Hinc loquitur Salomon: Audi fili mi disciplinā patris tui, ut addatur gratia capiti tuo. Obediamus etiā prompte superioribus nostris, & inspirationi di
Psalmo 84 uinæ, cū propheta dicentes: Audiā quid loquatur in me dominus deus. Nam Samuele propheta testante: Melior est obedientia q̄ uictimæ, quoniā tanquam scelus idololatriæ est nolle
1Reg.15 acquiescere. Tertio ex euangelio cōmendatur Philippus Apls à feruore charitatis fraternæ, zeloq; animarū. Mox enim cū fuisset à Christo uocatus, solicitus fuit pro fratre suo carnali, & eius salute. Accessit nanq; fratrē suū Nathanael, dixitq; ei: Quem scripsit Moyses in lege, &
Iohā.1 prophetę inuenimus Iesum à Nazareth, ueni & uide. Fuit autē beatus iste Nathanael frater
Eodem Philippi doctus in lege, & tantæ innocentiæ ac uirtutis, q Christus uidens eum uenientem ad se, testimonium ei perhibuit dicens: Ecce uere Israelita, in quo dolus non est. Fuit etenim uir

A vir syncerus & rectus, simulatione, hypocrisi, fraude falsitateq́ carens. propterea syncerissimo rectissimo ac simplicissimo deo fuit amabilis, cuius beati Nathanaelis synceritatē, rectitudinēq́ sequmur. Nā vt Malachias ait, ꝓpheta, Maledictus dolosus. Et sanctus Dauid: Viꝝ, inqt, sanguinū & dolosum abominabit dn̄s. Insup in pacto fraternæ charitatis feruore imitemur felicē Philippū apl'm & proximoꝝ nroꝝ cōuersionē & salutē feruide affectemus, grām q̄q; nobis cōcessam eis charitatiue cōmunicemus, queadmodū princeps aploꝝ hortat. Vnusq́sq; sicut accepit grām, in alterutrū illā administrātes. Itaq; frēs & ꝓximos nr̄os studeamus Chr̄o adducere, eos hortādo, iformādo, corripiēdo, cōuertēdo, & ꝓ posse i charitate & discretiōe, nā sacrificiū acceptissimū deo zelus est animaꝝ. Huius oppositū agunt hoīes negligētes, carnali amore cæcati, q proximoꝝ suoꝝ vident ruinā, iniquitatē, atq; pericula, nec tñ pro posse apponūt charitatis ac pietatis remedia. Quod in platis & superioribus maxime prorsus dānabile est. ¶ Quarto cōmendat sanctus Philippus à sapīa sua, nā anteq̄ fuit à Christo vocatus, sciuit Mosen & ꝓphetas p̄dixisse de Chr̄o. Vnde à Christo vocatus, statim dixit Nathanaeli: Quē scripsit Moses & prophetæ, inuenimus Iesum. Et dicūt nōnulli, q̄ anteq̄ vocabat à Chr̄o, fuit discipulus sancti Iohānis Bapt. sicut Andreas. Porrò Moses scripsit in lege de Chr̄o dupl'r. Primo alioꝝ verba de Chr̄o dicta narrādo, vt cū ait. Nō auferet sceptrū de Iuda, donec veniat q mittendus est. Et rursus: Salutare tuū expectabo dn̄e. Quæ sunt verba Iacob patriarchæ. Alibi q̄q; scribit in Genesi deū dixisse ad Abrahā, & itē ad Isaac, ac postea ad Iacob: In semine tuo benedicent oēs gentes. Secundo scribit de Christo prophetando de ipso, vt cū ait: Prophetam suscitabit vobis dominus de fratribus vestris, tanq̄ me. ¶ Quinto laudatur sanctus Philippus à priuilegio suæ vocationis ad apostolatū. Nam q̄uis frater eius Nathanael fuit doctor in lege, & vir sanctus Chrūs tamen p̄posuit ei Philippū, eū eligendo in apl'm. ¶ Sexto ex Euangelio probatur laudabilis à sua humilitate. Cū etem̄ (sicut Iohānes ait) quidā gentiles in die palmaꝝ dixissent Philippo: Dn̄e volumus Iesum videre, Philippus ex humilitate & reuerentia sua ad Christū, nō p seipm̄ p̄sumpsit stati ei annūtiare, sed primo dixit Andreæ, deīde ipse & Andreas sil' retulerūt hoc saluatori. In hac ergo hūilitatis virtute sectemur hūc sanctū apl'm. Nō sim' audaces, nobis ipsis placentes, præsumptuosi, sed humiles, timorati, circūspecti in oīmibus, & superiores suos habeat in reuerētia debita vnusquisq;, qm̄ Christus ait præsidentibus alioꝝ: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. ¶ Insup beatissimus iste aplus ex sua legenda probat multipliciter cōmendandus. Primo, à sua fructuosa & cōstantissima prædicatione. Nā annis viginti in regione Scythiæ prædicauit euangelicā legē, multos valde conuertens. Cumq́ ibidē innumerabiles conuertisset, presbyteros ac diaconos ordinauit, p̄fecitq́ eis. Quo facto, in vrbem Asiæ Hierapolim nomine est profectus, & ibi hæresim Ebionitaꝝ destruxit, plurimosq́ cōuertit. Habuit quoq; tres filias sacratissimas virgines, per quas spūs sanctus multos conuertit ad fidem. Secūdo laudatur ab excellentia & virtute miraculoꝝ suoꝝ. Cum em̄ viginti annis prædicasset in Scythia, tenuerunt eū pagani volentes vt Marti sacrificaret. Tunc repente draco magnus de sub base egrediens, filium pontificis idoloꝝ, & duos tribunos quoꝝ ministri tenuerūt sanctū Philippum, occidit, cæteros aūt paganos suo flatu vehemēter inficiens reddidit egros. C Quibus dixit apostolus: Credite mihi, & hanc statuam Martis confringite, atq; in loco ipsius Christū crucifixum adorate & colite, quatenus infirmi vestri curentur, ac mortui suscitentur. Hi ergo qui cruciabant, clamabant: Fac vt sanemur, & quæ præcipis faciemus. Tunc Philippus iussit draconi recedere, neminiq́ nocere. Qui protinus obediuit apostolo, nec vltra comparuit. Mox igitur sanctus Philippus prece ad dn̄m fusa, omnes illos infirmos curauit, atq; tres mortuos suscitauit. Quibus peractis, conuersi sunt vniuersi. Tertio cōmendatur à venerando ac sancto senio suo, & à glorioso suo martyrio. Cum em̄ octogintaocto esset annoꝝ, ab infidelibus captus, cruci affixus est, in quo patet inuictissima & victoriosa fortitudo animi eius, quod in tā grandæua ætate suppliciū tam præacerbū ita alacriter atq; promptissime pertulit. Sepultæ sunt iuxta eū deuotissimæ filiæ eius duæ, vna à dextris, alia à sinistris ipsius, tertia vero alibi ē sepulta. Itaq; hūc sanctū imitemur apl'm in omni patiētia, fortitudine, & p̄seuerantia, & in aduersis sicq́ in oīmibus diuitijs gloriemur atq; incōparabil'r plus optemus in vita p̄senti pro nostris castigari peccatis, q̄ futuræ vitæ reseruari tormētis, præsertim cū per pœnas vitæ p̄sentis nō solū à nostris peccatis purgemur, verūetiam in gratia & virtutibus perficiamur, ac Christo propter nos passo cōformemur, sicq́ æternæ beatitudinis promereamur gloriosum augmentum, & vitæ futuræ supplicia felici redimamus cōpendio, ad cœlestem quoq; felicitatem & gloriam sempiternā celerius perducamur. Ad laudē & gloriā omnipotentis.

Malac. 1. Psalm. 5 1 Petri. 4 Gene. 49 Genes. 22 Genes. 26 Genes. 32 Deu. 18 Iohan. 12 Luc. 10 Psalm. 118

¶ Sermo, III. De excellentijs sancti Iacobi apostoli.

ERat vir simplex & rectus ac timēs deū, & recedēs à malo. Iob. 1. Verba hæc de sancto Iob propheta ac patriarcha ad literā scripta, de sanctissimo apostolo Iacobo verissime exponunt. Hic p̄clarus aplus multis excellētijs est ornatus. Prima excellētia eius est sancta genealogia & propagatio eius, qm̄ cōsanguineus extitit Christi, videlicet filius

sororis virginis gloriosæ,& ita de stirpe fuit Dauidica,& erat cognatio eius sanctissima, erãtq; cõsobrini ipsius Iohãnes Euãg.& Iacobus frater eius. Porrò frẽs Iacobi huius fuerũt sc̃ti apo-
Acto.1. stoli Symon & Iudas,& Ioseph iustus,q cũ Matthia fuit statutus,vt vnus eoꝝ sup quẽ sors veniret,esset apl'us. Secũda excellẽtia eius ẽ,ꝙ ab infantia fuit sanctissimæ vitæ,atq; vt multi testãtur,in vtero matris sanctificatus & ab omi mortali culpa immunis. Vnde de eius sanctitate sic
Egesipp' scribit Egesippus apl'oꝝ vicinus tẽporibus,in quinto cõmẽtarioꝝ volumine: Suscepit Hierosolymoꝝ ecclesiã gubernãdã frater dñi Iacobus q ab oĩbus cognoĩatus est iustus,ab ipsis Christi tẽporibus pdurãs vsq; ad nos. Hic ex matris vtero sanctus fuit,vinũ & sicerã nõ bibit, carnes nõ comedit,nunq̃ attonsus est,oleo nõ est vnctus,nec balneis vsus, syndone.i.linea veste, fuit indutus,toties in oratione flexerat genua,vt callos in genibus sicut in calcaneis videret habere,& in modũ cameloꝝ eius genua duruerũt. Pro hac summa iustitia appellatus est iustus,& populi munimẽtũ,qm̃ & pro populo deprecabat̃ assidue. Hic solus inter apl'os ob nimiã suam sanctitatẽ pmittebat̃ à Iudæis ingredi sancta sanctoꝝ,nõ causa immolatiõis,sed orationis. Di-
Hierony. cit q̃q; Hieronymus ꝙ tantæ sanctitatis ac reputationis fuit in ppl'o,ꝙ fimbriam vestimẽti eius
Iosephus certatim tangere cupiebant. Sed & Iosephus vir doctissimus & Iudæoꝝ historiographus summus testat̃,ꝙ tantæ celebritatis seu reuerẽtiæ ac sanctitatis fuit in plebe,ꝙ propter eius occisio
Luc. 19 nẽ crediderũt subuersam esse Hierusalẽ,& Iudæoꝝ factã dispersionẽ. Verũtamen ꝑpter Christi occisionẽ factũ est hoc,quẽadmodũ ipsemet Chrũs legit̃ p̃dixisse. Deniq; Iacobus iste dicit̃ Iacobus minor,nõ q̃a Iacobo fratre Iohãnis apostoli(q dicit̃ Iacobus maior)sanctitate aut dignitate inferior,sed q̃a vocatione posterior. Nã illũ Chrũs vocauit ad se ante istũ. Tertia excellentia eius est,priuilegiata honoratio sibi ab apostolis sanctis exhibita,q̃a vt ait Hieronymus in libro de viris illustribus,post passionẽ dñi ab ipsis apostolis est Hierosolymoꝝ episcopus ordinatus.i. Christianoꝝ illoꝝ primitiuæ ecclesiæ in Hierusalẽ congregatæ post Chr̃i passionẽ & spũs sancti missionẽ. Nã quãuis beatissimus Petrus fuit generalis & summus omniũ Christianoꝝ prælatus ac p̃sul,ipse tñ voluit Iacobũ istũ esse specialẽ episcopũ illoꝝ fideliũ,atq; vt Anacletus papa affirmat,vt in Decreto habet̃,Petrus,Iacobus & Iohãnes eũ ordinauerũt & consecrauerunt episcopũ. Dicit̃ quoq; ꝙ apostoli ei hũc exhibuerũt honorẽ,ꝙ primus inter eos missam celebrauit,& q̃a primus fuit Hierosolymitanus epũs,sancti apostoli sibi in pluribus deferebant & magnũ ei impẽdebãt honorẽ,vt patet ex libro actuũ apostoloꝝ. Vnde cũ Petrus libe-
Act. 12 ratus fuisset de carcere sub Herode,dixit fidelibus: Nuntiate Iacobo & fratribus hæc. Et dum
Gala. 2 Paulus apl'us venisset Hierl'm die sequente,introiuit ad Iacobũ. Iste est Iacobus,de q̃ ad Galatas scribit apl'us,ꝙ Petrus & Iacobus & Iohãnes videbant̃ columnæ esse. Quarta excellẽtia eius est p̃clara sapientia & doctrina ipsius,quæ in cõpendiosissima eius patet epistola. Est nãq; epistola illa mirabil'r sententiosa. Vnde ex ea probat̃ quantæ sapientiæ fuerit auctor ipsius. Erat etiã valde studiosus & humilis,nã sicut in itinerario suo recitat sanctus Clemẽs,felicissimus Iacobus iste rogauit sanctũ Clemẽtẽ,vt oĩa gesta,dicta & instituta sancti Petri sibi describeret, q̃d etiã sanctus Clemẽs peregit,& sicut in Decreto cõtinet̃,sanctus Clemẽs multa scripsit Iacobo Huic apl'o. Quinta excellentia eius est gloriosum martyriũ eius,& patientia magna quã habuit in aduersis,& ꝙ tẽpore sui martyrij pro interfectoribus suis crudelissimis flexis genibus exorauit. ¶ Legit̃ quippe,ꝙ septimo sui episcopatus anno cõuenientibus sanctis apostolis in Hierusalem in festo paschæ,interrogauit eos Iacobus corã populo quanta ꝑ eos deus fecisset in locis vbi p̃dicauerũt,retulerũtq; ei corã plebe. Cũq; ꝑ septẽ dies Iacobus,alijq; apostoli corã Caipha ac multitudine Iudæoꝝ p̃dicassent,& prope esset vt credere,baptizariq; vellent,quidã Iudæus templũ ingrediens cœpit clamare: O viri Israelitæ,cur vos à Magis istis falli pmittitis? Atq; in tantũ cõcitauit ille diabolicus homo Iudæos cõtra apl'os,ꝙ eos lapidare volebãt. Ascendit q̃q; sup gradũ vbi apl'us Iacobus p̃dicauit & p̃cipitauit eũ deorsum,ita ꝙ extunc plurimum claudicauit. Anno aũt(vt legit̃)tricesimo sui episcopatus quærerũt Iudæi occasionẽ,vt eũ occiderent,dixerũtq; ei: Precamur vt reuoces ppl'm,qm̃ errat putans ꝙ Iesus Nazarenus sit Chrs. Deinde posuerũt eũ sup pinnaculũ tẽpli,& exclamãtes dixerũt: Viroꝝ iustissime qm̃ ppl's errat in Iesu,æstimãs ꝙ sit Chrũs,dic nobis,quid tibi videt̃? Tunc Iacobus cũ ingẽti & hilari voce respondit: Quid me interrogatis de filio hoĩs? Ecce ipse sedet in cœlis à dextris summæ virtutis,venturus iudicare viuos ac mortuos. Tunc scribæ & pharisæi dixerũt: Male fecimus tale testimoniũ p̃stari Iesu,& cõclamãtes dicebãt. O,ò,ò,iustus errauit. Ascendẽtes ergo p̃cipitauerunt eũ,atq; lapidibus obruerũt. Inter hæc ipse sup genua sua recũbens,manibus in cœlũ eleua-
Luc. 23 tis,orauit: Dñe ignosce illis,q̃a quod faciũt nesciũt. Tunc vnus ex eis particã fullonis arripiens, caput eius tã valide vulnerauit,ꝙ cerebrũ eius excussit. Et tali martyrio migrauit ad dñm.
Hierony. Insup de sanctissimo Iacobo isto refert Hieronymus,ꝙ Christo capto,iurauit non manducare,quousq; filius hominis surrexisset à mortuis. Cumq; vsq; ad diem tertium mansisset ieiunãs in ipso resurrectiõis die,Chrũs Iacobo,existentibusq; cũ eo,apparuit dicẽs: Ponite mẽsam & panẽ. Deinde panẽ benedicẽs,dedit Iacobo iusto,dicẽs: Surge frater mi & comede,qm̃ filius hominis

A hominis à mortuis resurrexit. Præterea Iacobus iste dictus est frater dñi.i. Chri, qm̃ in vultus dispositione, lineamẽtisq́ꝫ corporis ac modo cõuersationis extitit ei simillimus. Hinc gloriosus martyr Ignatius in epl'a ad Iohannẽ Euangelistã, à quo fuit cõuersus, sic ait: Si licitum mihi est apud te, Hierosolymã volo ascẽdere, vt videã illũ venerabilẽ Iacobũ, quẽ referũt Iesu Chr̃o simillimũ facie, vita, & modo cõuersationis, ac si eiusdẽ frater esset gemellus. Quẽ dicũt si videro videã & ipm Iesum secũdũ oĩa corporis lineamẽta. Ex qbus etiã verbis elicit, ꝙ multi viri pcipui ad fidẽ cõuersi ex diuersis locis perrexerunt Hierl'm videre Iacobũ istũ sanctissimũ. Ecce q̃ multa proponunt nobis virtutũ exẽpla. Studeamus igit sanctoꝝ aplorꝝ seq vestigia, ne ad grauiorẽ nostrã dãnationẽ, eorꝝ audiamus virtutes. Scienti etem̃ bonũ & nõ faciẽti, peccatũ est illi, vt in epl'a sua scribit sanctus iste apl'us. Nec prodest nobis sanctoꝝ celebrare solẽnia, nisi eorũ sequamur opa virtuosa, & tũc eos pcipue ac saluberrime veneramur, qñ eorꝝ exẽpla efficaciter imitamur. Ecce ex pinductis videmus qũo electissimi viri dei in seculo isto nequã grauissimas psequtiones & crudelissimas mortes ppessi sunt. Quid ergo fiet de nobis q q̃tidie deũ in multis offendimus, & tñ nec pro deo, nec pro vitijs nr̃is pati aliqd volumus, imò pro vno verbo indignamur, vlciscimur, detrahimus, & vsqꝫ ad proximi rancorẽ dilabimur. Multi q̃qꝫ diebus festiuis multo plura cõmittũt pctã q̃ alijs. Sed reuertamur ad cor, & cõsideremus ad qd instituta sint festa sanctoꝝ, qa ad hoc instituta sunt vtiqꝫ, vt sanctos & deũ in suis sanctis honoremus, atqꝫ sanctoꝝ vitã audiẽdo ac recolẽdo, eorꝝ sectemur virtutes, ac patrocinia inuocemus. Propterea cũ beatiss. Iacobo isto apl'o discamus deũ q̃tidie sæpissime inuocare, pro oĩbus tam B amicis q̃ inimicis cordial'r exorare, in om̃i tribulatiõe patiẽtiã fixã habere, in vera deuotiõe firmiter pmanere, & deo altissimo reuerẽter in oĩbus obedire ac deseruire. Ad laudẽ & glo. eius Ignatius. Iaco. 4

AD RELIGIOSOS.

¶Sermo. IIII. Quàm delitiosum, quàm'qꝫ præclarꝝ sit deum videre.

Philippe, q videt me, videt & patrẽ. Iohã. 14. Cũ filius dei post cœnã suã nouissimã in sermone illo altissimo quẽ tunc fecit apl'is, inter cætera disseruisset, Ego sum via, veritas & vita, nemo venit ad patrẽ nisi p me. Et rursus, Si cognouissetis me, & patrẽ meũ vtiqꝫ cognouissetis, intelligẽs sanctus & gloriosus Philippus apl'us, ꝙ Chr̃s cognitionẽ dei patris in tm̃ cõmẽdaret atqꝫ extolleret, vt in ea beatitudinẽ cõstitueret mẽtis humanæ, loquutus est saluatori: Dñe, ostẽde nobis patrẽ, & sufficit nobis. Beatitudo nãqꝫ habentẽ cõtentat, & eius quietat affectũ. Cui rñdit Chr̃s: Philippe, q videt me, videt & patrẽ, quasi dicat, Noli appetere dei patris beatificã visionẽ, quasi pr̃ sit maior me secũdũ naturã meã superiorẽ, cum sic pr̃ & ego vnũ sumus. Idcirco q videt me, secundũ hanc increatã meã naturam, & diuinitatis meæ essentiã, videt & patrẽ, Imò tota trinitas supbenedicta sicut est vna essentia, ita est vnũ beatificæ visionis obiectũ. Hanc beatissimã supgloriosissimæ trinitatis visionẽ, præclari apostoli Philippus & Iacobus affectuosissime desiderauerũt, præsertim post missionẽ & receptionem spũs sancti in signo visibili, pro ea & sibi & alijs obtinẽda infatigabil'r laborauerũt, oĩa reliquerũt, sanctissime cõuersati sunt, innumerabiles hoĩes docuerũt & cõuerterunt, suamq́ꝫ fidẽ p efficacissima probauerũt miracula, qa sanctus Philippus simul suscitauit tres mortuos, plurimosq́ꝫ C incurabil'r infectos repente curauit. Sed & p prophetarꝝ oracula, p legis scripturas, p omnium mundanoꝝ contemptũ & irreprehensibilissimã vitã, fidẽ corroborauerũt catholicã, & pro eius defensione martyriũ inuictissime sunt ppessi. Conemur igit viribus totis sectari patronos, doctores & principes nostros & sancte viuẽdo, exẽplariter cõuersando, patientiã semp seruãdo, ostẽdamus nos verã, viuã ac sanctã fidẽ ac legẽ habere, vt in oĩbus iustificationibus euãgelicæ legis, vniuersisq́ꝫ obseruãtijs ordinis nostri incedamus vsqꝫ in finẽ sine querela, nemini dãtes vllam offensionẽ, vt nõ vituperetur ministeriũ nostrũ, & ne deus inhonoret in nobis & per nos, imò sic luceat lux nostra. i. virtuosa ac lucida conuersatio nostra corã intraneis atqꝫ extraneis, vt vidẽtes bona facta nostra, ædificent & glorificent patrẽ. Insup cũ benedictis & venerãdissimis istis apl'is, diuini vultus intuitionẽ feruẽtissime peroptemus. Tanta quippe est felicitas deũ essential'r pulchrũ & infinite perfectũ in seipso clare p speciẽ contueri, vt ab inexpertis nequeat cõprehendi. Quod tñ q̃ magnũ, q̃ appetibile, q̃ supdelitiosum, suauissimũq́ꝫ cõsistat, q̃tuor modis agnoscimus. Primo p fidẽ seu testimonia scripturaꝝ, qa vt Esaias ac Paulus testãtur: Oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoĩs ascenderũt, q̃ præparauit deus diligentibus se. Et q̃ sunt illa, nisi supñsius beatifica visio, plena fruitio, secura ac sempiterna possessio? Vnde rursus loquit Paulus: Nõ sunt condignæ passiones huius tpis ad gloriã illã. Psalmista q̃qꝫ: Inebriabunt, inqt, ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos, qm̃ apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumẽ. Sed & Chrũs in Euãg. Hæc est, ait, vita æterna, vt cognoscant verꝝ deũ. Secũdo cognoscimus istud authoritate sanctoꝝ patrũ & catholicoꝝ doctoꝝ, qui oẽs concorditer protestant, quod tã delectabile, tã beatũ & dulce, tã desiderabile, præclarꝝ ac nobile sit diuinitatis essentiam, increatã pulchritudinem, lumen illud superpurissimũ in seipso per speciem cernere, & q̃tum ad quid est clare cognoscere, quod q̃uis non nisi

Johan. 14 Luc. 1. 2. Cor. 6. Matth. 5 Esa. 64 1. Cor. 2 Ro 8 Psalm. 35 Johan. 17

per vnã horã posset qs illã visionẽ attingere, merito tamẽ eius desiderio deberet pro ea mille annis totis viribus laborare, aduersaq́ꝫ oĩa pati, & tãdẽ mortẽ subire. Tertio, scimus istud per D
rõnẽ, q̃uis eñ naturali rõne nõ innotescat, q̊d deũ ꝑ speciẽ simus visuri, rõ tñ fide illuminata, idq́ꝫ futuꝝ eẽ ex scripturis cognoscẽs multipliciter probat q̃ gloriosum & iucũdissimũ istud existat. Nẽpe si delectabile ẽ pulchrã inspicere creaturã, magnũ & ornatũ exercitũ, solẽ & luminaria cœli, principes terræ, prælatos ecclesiæ, viros famosos, sanctos, sapientes eximios miracula faciẽtes, nõne incõparabiliter iucũdius & gloriosius extat creatorẽ, substantialiter & incircũscriptibiliter speciosum oĩs decoris fontẽ, lumẽ luminũ, regẽ regũ, dñm vniuersoꝝ totã mũdi machinã gubernãtẽ, magna & mirabilia & imꝑscrutabilia absq́ꝫ nũero operãtẽ q infinitæ est sanctitatis, & sapiẽtiæ ac oñipotẽtiæ, cũctisq́ꝫ sine oñi cõparatiõe sublimior, clare & immediate in seipso cõspicere. ¶Insuꝑ rõ docet, q̊d cũ visio pulchri, gustusq́ꝫ dulcis rei, & adeptio boni cõueniẽtis naturaliter delectãt, q̊d vtiq́ꝫ lympidissima visio suppulcherrima dei & immediata fruitio eius, cuius natura ẽ suauitas infinita, eius q̊q́ꝫ optata adeptio, tuta ac sempiterna possessio, q est cõueniẽtissimus oñi mẽti creatæ bñ dispositæ, in q̊ est oĩm bonoꝝ atq́ꝫ pulchroꝝ ac desiderabiliũ, supplena & illimitata possessio, lætificẽt & oblectẽt ciues cœlestes inæstimabiliter nimis replẽdo, cõtẽtando & quietando in summo bono oẽm appetitũ
Esaię.66. & capacitatẽ eoꝝ, de qbus dñs ait ꝑ Esaiã: Ecce ego declino in eos vt flumẽ pacis, & vt torrẽs
1. Petri. 1. inũdãs gloriæ gẽtiũ. Propter q̊d princeps ait apl̃oꝝ: Vidẽtes exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata reportãtes finẽ fidei vr̃æ salutẽ aĩaꝝ vr̃aꝝ. ¶Deniq́ꝫ philosophi de naturali beatitudine intelligẽtiaꝝ loquẽtes & eã in cõtẽplatiõe primæ causæ cõstituẽtes, nõ certe in ea cõ E
tẽplatiõe in q̃ nos scd̃m fidei veritatẽ & scripturaꝝ doctrinã ponimus eã, vtpote in cõtẽplatione primæ causæ ꝑ speciẽ, q̃ cõtẽplatio est suꝑnaturalis, quam & philosophi illi reputabant oñi creato intellectui prorsus impossibilẽ eẽ, sed in cõtẽplatiõe ad quam naturali sua virtute intelligẽtiæ queunt ꝑtingere, q̃ est ꝑ creatã intelligibilẽ formã, de qua cognitiõe in libro de causis habet. Hi ergo philosophi asseruerũt magnã vehemẽter eẽ delectationẽ, felicitatem & gloriã intelligẽtiaꝝ, de qbus & Aristotiles dixit, ꝙ sunt entia simplicia, optimã vitã ducẽtia, & de suis sufficiẽtia. Auicenna q̊q́ꝫ disseruit, primã intelligẽtiã ex cõtẽplatiõe primæ causæ tãta iucũditate ꝑfundi, q̊d ex vehemẽtia gaudij illius circũuolueret primũ mobile rapidissimo ac velocissimo motu. Si ergo viri illi subtiles testati sunt tãtã eẽ iucũditatẽ in cõtẽplatiõe primæ causæ ꝑ speciẽ creatã, cõstat ꝙ incõparabil'r maior, intẽsior, plenior cõsistat lætitia in cõtẽplatiõe eius clara ꝑ speciẽ increatã, in q̃ diuina eẽntia cernit in seipsa, & q̊d sit ipsa, in ipsa & per ipsam clare cõspicit. Quarto, cognoscimus istud ꝑ experiẽtiã. Etenĩ tã bonus & pius, tã liberalis & amorosus est dñs deus, q̊d nõ vult nos ĩ sola fide relinquere, & in sola spei expectatiõe manere, sed etiã in ꝓ̃senti dat qbusdã ad hoc ab æterno ꝓ̃electis, suꝑnaturales, admirabiles, copiosas ac delitiosas, imò reuera indicibiliter gaudiosas futuræ beatitudinis ꝓ̃libatiões, degustatiões, participationes, ita ꝙ in deo inæstimabiliter delectant, in suæ dulcedinis gustu vehemẽtissime exhilarant, ineffabili ꝑfundunt lætitia. Sicq́ꝫ replent & afficiunt ex vnctione superna, ex inspectiõe veritatis æternæ, & feruẽtissima dilectiõe bonitatis immẽsæ, q̊d in diuitias gloriæ rapiũtur, & subito à seipsis alienãtur ac defluũt, corꝑe obrigescũt, & ab oñi sensuũ vsu deficiũt, aut etiã in aere subleuant & manẽt suspẽsi, q̃ nequaq̃ naturaliter fieri valẽt. Si F
itaq́ꝫ futuræ illius felicitatis tantilla prægustatio atq́ꝫ tã modica participatio sic vincit naturam, sic oblectat & vincit, rapit, immutat & afficit mẽtẽ, quis queat vel modice excogitare, quæ qualis & quanta sit beatitudo ac gloria illa cœlestis plena ac æternalis?

¶Insuper experiẽtia multoties docuit, q̃ delitiosissimũ fuit qbusdã fidelibus in hac vita virginem gloriosam ad momẽtũ inspicere, aut angelũ vnũ, qbus talis apparitio misericorditer facta est. Quanta est ergo beatitudo deũ infinitæ pulcherrimũ, incomparabiliter suauissimum, conueniẽtissimũ, perfectissimũq́ꝫ in seipso clarè conspicere? Idcirco ad hãc beatitudinẽ feruide aspiremus, pro ea infatigabiliter laboremus, eius desiderio cordis puritati incessabiliter studeamus, atq́ꝫ per charitatis profectũ, virtuosorũq́ꝫ opeꝝ quotidianam accumulationẽ festi-
Matth. 5 nemus & approximemus oñi hora ad ipsam. Siquidẽ, beati mundo corde, quoniam ipsi deũ videbunt, cui honor & imperiũ sempiternum.

¶Sermo quintus: De refrenatiõe linguæ, de confessione, & remedijs venialiũ.

DIxit angelus ad Iacob: Quod tibi est nomẽ? Respõdit: Iacob. Dixitq́ꝫ angelus: Nequaq̃ vltra Iacob vocaberis, sed Israel erit nomẽ tuũ. Geñ. 35. Verba ista ad literam de Iacob patriarcha cõscripta sunt, q̃ de beatissimo apl̃o Iacobo cõgrue exponũtur. Si eñ Iacob ille patriarcha propterea dictus est Israel, qm̃ angelũ dñi in forma assumpta cõspexit, q̃to magis iste appellãdus est Israel, q dñm angeloꝝ vnigenitũ patris veꝝ deũ veraciter incarnatũ tot diebus fidelibus oculis cõspexit in terris, conuersans, loquẽs manducans & bibẽs, intrans & exiens, & familiariter viuẽs cum ipso. Qui etiã suscepto spiritu sancto, oculis interioribus multo splendidius contẽplabatur quotidie maiestatẽ altissimi.

¶Porro,

A ¶Porrò cum Iacobus interpretetur, supplantans, felicissimus Iacobus iste sic vitia supplantauit
quod ea nō incidit. Nam creditur nunq̄ peccasse mortaliter, nisi forte quis dicat ap̄los peccasse
mortaliter fugiendo à Christo tempore passionis, tunc quoq; corruendo à fide, à qua tamē iste
apostolus non penitus corruisse videtur, quia (vt legitur) vouit se nō manducaturum, quousq;
filium hominis videret resurrexisse à mortuis. Veruntamen de excellentia vitæ & sanctitate cō- Hierony.
uersationis Iacobi huius sanctus Hieronymus & Egesippus tempori apostolorum vicinius, ma-
gna & mira scripserunt, vt ꝙ ex matris suæ vtero fuit sanctus & dn̄o consecratus, vereq; Na-
zaræus, orationibus semper intentus, ac tantæ reputationis in populo, ꝙ vestem eius certatim
tangere cupiebāt, & sancta sanctorum ingredi à Iudæis ꝑmittebāt, ac alia q̄dā quæ nostis. Præter
ea q̄ vere & excellenter erat spū sapientiæ adimpletus, omni patientia & virtute firmatus, om̄i
morali plenus doctrina ac suauitate redundans iterna, ex cōpendiosissima sua inotescit episto-
la, in qua qua quicquid ad monasticam spectat vitam inuenimus descriptum. In qua licet om-
ni virtute nos imbuat, specialiter tamen ad linguę refrenationem, ad obseruationem silētij nos Iaco.1.
hortatur: Si quis, inquiens, putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens
cor suum, huius vana est religio. Et quāta prauitas sit ipsa loquacitas, docet ibidē dicēdo. Lin-
gua inquietum est malum, plenum veneno mortifero. Ex qua quanta sequantur peccata, pan- Iaco.3
dit cum ait: Vniuersitas iniquitatis lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum
corpus nostrum inflammata à gehenna. Audiuit nanq; à Christo, Ex verbis tuis iustificaberis Matt.12
& ex verbis tuis condemnaberis. Insuper docet ꝙ vera & sancta religio sit, immaculatū se cu-
stodire à seculo. i. non conformari mundanis, carnalibusq; hominibus, quia amicitia huius mū- Iaco.1.
di inimica est deo, ita quod quicunq; voluerit amicus huius mūdi esse, inimicus dei constitue- Iaco.4
B tur. Exhortans quoq; nos ad plurimarum victoriam passionum, ad amaritudinis & contenti- Iaco.3
onis extirpationem, fatetur: Si zelum amarū habetis & contentiones sunt inter vos, nolite glo-
riari & mendaces esse aduersus veritatem. Nō est sapientia ista de cœlo descendens, sed terre- Gala.5
na, animalis & diabolica. Vbi em̄ zelus & contentio, ibi icōstantia & omne opus prauū. Aduer- Pro.20
tant hoc contentiosi, impatientes, pungitiui, & murmuratores, & sciant ꝙ Paulus apostolus
contentiones & æmulationes inter mortalia numerat vitia. Nec solum offensiuū est dei, sed & 2.Timo.2
aspernabile coram hominibus. Propter quod Salomon ait: Honor est homini, cū separat se à
lite, imò & scandalizatiuū & nociuum est alijs valde. Propter quod admonet Paulus: Noli ver-
bis contendere. Ad nihil em̄ vtile est nisi ad subuersionē audientiū. Ad patientiam demum no- Iaco.5
bis summe necessariam, & ad longanimitatē nos admonens. Exemplum, inquit, accipite lon-
ganimitatis, laboris & patientiæ prophetas. Itemq; Beatus vir qui suffert tentationē, quoniā Iaco 1.
cū probatus fuerit, accipiet coronā vitæ. Et denuo: Omne gaudiū existimate fratres, cū in ten-
tationes varias incideritis. His igitur atq; consimilibus documētis bene imbuti, exercitati, &
reformati aspiremus ad patriam, ad omnipotētis delitiosissimā visionē, cum sancto Philippo
apostolo Christū rogantes: Dn̄e, ostende nobis patrē. Patrē vtiq; luminū, patrē potentis gra- Iohan.14
tiæ, perennisq; gloriæ. Verum cū visio fiat per assimilationē, nec discordantiū apta sit vnio Chri- Matth.5
stus nobis in scripturis seu etiā inspiratione interna nobis protinus respondebit. Estote ergo
perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Vnde per Mosen dixit: Perfectus & absq; Deu.18
macula eris cū dn̄o deo tuo. Non em̄ intrabit aliquid coinquinatū ad intuendū faciem patris, Sap.7 Apo.21
cuius intuitio omniū angelicorum extat spirituū summa glorificatio. Mūdemus nos ergo ab om- 2.Cor.7
F ni inquinamento carnis & spūs, perficientes sanctificationē in timore dei. Nō colligamus li- 1.Cor.3.
gnū, fœnū & stipulā, sed venialia quæ quotidie ex fragilitate humana incidimus, per quotidia-
nā confessionē, cordialem contritionē, satisfactionē idoneam abluamus. Omnia em̄ in con-
fessione lauantur, si confessio nō ex arida consuetudine aut superficiali obseruātia quotidie ite-
retur, sed ex pœnitētiali dolore, ex zelo iustitiæ, ex propriæ cōscientiæ peruigili examinatiōe,
cuius rei indiciū erit, si post confessionē perseueret cōpunctio, atq; cōdigna adhibeatur diligen-
tia ad vitandū omne pc̄m̄. Hinc sancti viri qui perfectiōis studiū habuerunt, & deo in sanctita-
te ac iustitia deseruire iugiter optauerūt, in continua fuerunt proprij cordis custodia, in labore
interno indefinenti, nec animū relaxabant, nec minuerunt feruorē, imò in arrepto proposito
fiebant quotidie seriosiores, & vbi erat maior peccandi excitatio siue occasio, ibi se diligentius
custodiebāt. Horum ergo sequamur vestigia, & negligentias defleamus præteritorum dierum in q̄bus
velut cancri nūc parum forsan processimus, nūc mox retrocessimus, & erat cor nostrū quasi sac-
cus pertusus, ex quo vna hora dilabebatur, quod ante infundebatur.

¶Pręterea ꝑter ꝑtacta sunt & alia multa exercitia sc̄ā, q̄bus venialia auferunt, vtpote feruor di-
uinæ dilectionis, cuius flāma tollit peccata, sicut ex igne consumitur stipula. Item frequēs aspi-
ratio mentis ad deū, qua impletur illud Psal. Oculi mei semp ad dn̄m. Pudor quoq; seu erubes- Psal.24
centia de peccatis & fatuitatibus, vanitatibusq; præteritis. Talis nāq; confusio grām adducit &
gloriā. Insistere etiā orationibus ac laudibus dei, alijs condolere, iniurianti ignoscere, errantem Eccl.4
cōuertere, cunctaq; opera supererogationis. Nec putandū ꝙ spūalia misericordiæ opa minus

hoc faciant, q̃ opera misericordiæ corporalia, imò magis id agunt, cũ tamẽ de vno genere corporalium operũ misericordiæ dixerit Christus: Date eleemosynã, & oĩa munda sunt vobis
Luc.11. Rursusq́ scriptũ sit: Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatũ. O quantũ
Eccl.29 in breui sentiret profectũ, quantã animi libertatẽ, q̃ dulcẽ pectoris pacẽ, q̃ copiosam illuminationẽ, q̃ benignissimũ spũs sancti cõsolationẽ, qui ad tẽpus viriliter continuaret ac strenue prosequeretur præfatũ studiũ perfectionis, assiduũq́ exercitationis internæ laborẽ, ac seriosissimã cordis sui custodiã, cor suũ quantũ possibile est ad deũ continue aut saltẽ sæpissime eleuãs, quẽadmodũ dixit propheta. Prouidebã dñm in conspectu meo semp. Conemur ad istud ò fratres
Psalm.15 & omni die renouemus in nobis tale propositũ, quod & quotidie cũ recenti diligẽtia prosequamur, & quotiescũq; nos distrahi experimur, protinus reducamus cor nostrũ ad diuinæ pñtiæ recordationẽ, & reprehendamus ac castigemus negligentiã, euagationemq́ nostrã, nec fatigemur in istis. Nunc quoq; inuocemus sanctos aplos istos, quatenus grãm tãtã nobis desuper impetrare dignentur. Ad laudẽ & gloriam omnipotentis.

¶ Sermo. VI. Quòd contemplari volenti, necessaria est passionum refrenatio, & purgatio affectuum.

ANnuntiauerunt opera dei, & facta eius intellexerũt. Psal.63. Dñs & saluator in sermone post cœnã inter cætera dixit gloriosis & præelectis apostolis totius mundi rectoribus & magistris: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed nõ potestis portare mõ.
Johan.16 Cũ aũt venerit ille spũs veritatis, docebit vos omnẽ veritatẽ. Et iterũ: Paraclet⁹ spũs
Johan.14 sanctus, quẽ mittet pater in noĩe meo, ille docebit vos oĩa, & suggeret vobis oĩa q̃cũq; dixero vobis. Illuminati itaq; & edocti à spũ sancto apostoli benedicti, annuntiauerũt toti mũdo opa dei, mysteria Christi, mirabilia documẽta ipsius, & miraculosa opera eius, quemadmodũ fuerat
Psal.18 prophetatũ in psal. In omnẽ terrã exiuit sonus eorũ. Per Esaiã quoq;: Mittã ex eis q saluati fue
Esa.66 rint ad insulas longe ad eos qui nõ audierunt de me, in Aphricã & Lydiã, in Græciã & Italiã.
Acto.1. Quibus & post resurrectionẽ suã prædixit saluator: Eritis mihi testes in omni Iudæa & Samaria, & vsq; ad vltimũ terræ. Verũtamen anteq̃ opera ista Christi (q teste Iohã. aplo in prima ca
1.Johan.1. nonica sua, est verus deus & vita æterna) alijs pdicauerũt, intellexerunt hæc ipsa opera seu facta
Matt.13. ipsius, qbus & dixit: Vobis datũ est nosse mysteriũ regni dei. Intellexerũt ergo & intelligendo
Marci.4 profundissime penetrauerũt facta & opa saluatoris, oĩa. s. quæ pro nostra salute fecit ac ptulit,
Luce.8 & assumpsit, q̃ & nos considerare debemus, vt grãs referamus, & accendamur ad virtuose viuẽdũ. Vere em̃ mirabilia sunt testimonia aplorũ de Christo, ad quorũ speculationẽ indigemus illuminatione diuina. Ideo cũ Psalmista oret quilibet nostrũ: Reuela oculos meos, & considera
Psalm.118 bo mirabilia de lege tua. Vnde & Paulus pro suis orauit discipulis: Pater gloriæ det vobis spm̃
Eph.1. sapiæ in agnitione eius illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis q̃ sit spes vocationis vestræ. Deniq; cũ passiones & vitia interiorẽ visum aut obtenebrent aut debilitent à contemplatione eorũ quæ fidei sunt, & à formata ac salutari cõsideratione mysteriorũ ac operũ dei, rectus ac necessarius ordo cõtemplandi requirit, vt volẽtes contemplari salubria ac diuina, & ea meritorie intueri, & absq; periculo exerceri in mirabilibus dei, in primis affectus suos emũdent, passiones refrenẽt, sensitiuũ appetitũ subijciant rationi, ordinatã quoq; in se habeant charitatẽ, quod totũ ad viã pertinet purgatiuã. Porrò affectus emũdare, est omniũ inordinatarũ affectionũ obliquitatẽ abijcere, & nihil nisi in deo appetere. Hoc est, oĩa opera ac desideria sua sub ordine ponere diuini amoris, ita q nihil charitati contrarium aut impeditiuũ ab ea agatur aut appetatur, imò nihil agamus aut affectemus, nisi sit ordinabile, necessariũ, siue accommodũ ad dei amorẽ, atq; honorẽ, vt sit in oĩbus moderata & ad rectũ finẽ relata vniuersa affectio & operatio no
1.Cor.10. stra, quatenus iuxta aplm, siue manducamus, siue bibimus, siue aliud aliquid faciamus, oĩa ad dei gloriã operemur, nec in aliquo tali aliud quæramus aut intendamus, nisi per ipsum in summi boni amore, & in diuinæ maiestatis veneratione excrescere, hoc est, non excedere in cibo, potu, somno, vestitu, habitaculo, vtensilibus, instrumẽtis, seu qbuslibet cõsimilibus rebus, imò solis necessarijs cõtentari, vt tota in deo aduneť ac stabiliať affectio, curiosa atq; supflua deuitare, ne in eis animus distrahať, affectio diuidať, mensq́ vanitati & immoderatæ occupationi in se tribuat locũ ac nociua percutiať inertia, & resoluať à recollectione & quiete sua in deo, cũ certũ sit mentem humanã tanto firmius ac feruẽtius posse simplificari ac stabiliri in vno, quãto minus per plura diuidiť, & quãto minus p varia ac potissimũ per curiosa ac superflua occupatur. Istud ergo est emũdare affectus. At vero passiones refrenare, est vniuersos motus sensitiuæ ptis rõni rectæ subijcere, hoc est omnẽ iram atq; tristitiã, omnẽ timorẽ & delectationem, & cæteras passiones, quæ in appetitu concupiscibili, irascibiliq́ nascunť, per rectæ rõnis iudiciũ regulare, cõpescere, moderari, vt de nulla prosperitate aut aduersitate, imò de nulla re sensibili occurrente moueamur inordinate, per iracundiæ motũ, impatientiæ ventũ, tristitiæ aggrauationem, seu delectationis resolutionem, neq; per immoderatũ timorem siue dolorem, neq; p cõcupiscentiæ impetũ aut abominationis impulsum, sed in oĩbus istis perseueret mens nostra in deo

A deo stabilis ac tranquilla, vt nec prosperis extollat, aut inani lætitia resoluat, nec deijciatur aduersis, aut inordinate tristet in illis, nec cõcupiscat, quicq̃ nisi scd̃m deũ. Et nisi hoc mõ passiões animæ reforment, abducũt hoĩem semp à medio rõnis, in quo virtus cõsistit, & incidit homo quotidie innumerabiles culpas, nunc irrõnabiliter irascẽdo, & suam quasi iniuriã vlciscẽdo, aut animũ suum inquietãdo, etiã ex leuibus causis & repẽtinis ac improuisis euẽtibus, ita vt sępissime cõtra inanimata & irrõnabilia brutaliter cõmoueat, ac praua proferat verba, seu maledicat aut q̃d peius est, in diuino quoq; officio ex facili occasione iracundijs agitet, & pturbet seipm, ac alios, scãdalizetq; plurimos. Impellente quoq; ira ac ĩpatiẽtia insipiẽter impetuose, ac deridibil'r se habeat ĩ visu, apparatu & moribus, in cãtu, aut alijs, queãdmodũ Salomõ ait: Impatiẽs operat stultitiã. Nec tñ passionũ suarũ obfuscatus fumo aduertat, qm̃ ira in finu stulti quiescit. Nunc vero nec irã per zelum habẽdo, cum tñ de malo culpæ, de propria iniq̃tate, de dei iniuria, debeat homo ex iustitiæ zelo, ex præuia rõnis censura irasci, vt pctm̃ scd̃m iustitiæ ordinẽ puniat. Nunc aũt inaniter delectãdo, aut gloriãdo, nunc seculariter carnaliterve tristãdo, nunc pusillanimitatẽ metuẽdo, nũc incaute præsumẽdo, & immoderatã securitatẽ audaciamve habẽdo. Nunc aliqua sensual'r cõcupiscẽdo, nũc aliqua imprudẽter abominãdo. Quæ oĩa sunt imperfectiõis, defectuositatis, & calamitatis humanæ, atq; instabilẽ reddũt mentẽ, idcirco necesse est hoĩem cõtra has passionũ immoderãtias & impetuositates, p virtutes morales armari, per discretiõis lumẽ muniri, p rectæ rõnis iudiciũ roborari, vt in cũctis sapiẽter & virtuose se habeat. In aduersis hñdo patiẽtiã cõtra tristitiã, in iniurijs mãsuetudinẽ cõtra irã, in periculis fortitudinẽ cõtra timorẽ, in delectabilibus gustus & tactus sobrietatẽ, & cõtinentiã cõtra gulam & car-
B nalitatẽ. In prosperis et bonis honestis humilitatẽ contra sperbiã, imò in cunctis dei timorem vt deũ vbiq; & semp præ oculis habẽs, oĩa agat ac patiat scd̃m scripturæ doctrinã & euãgelicã legem, in tantum, vt nec eos veraciter, q corpus occidunt, nec odiat aduersantes, nec vindicet semetipsum. Istud ergo est passiones animæ refrenare, sensitiuumq; appetitũ rõni subijcere.

Proue.14 Eccle.7. Matt.10

¶Porrò charitatẽ hr̃e ordinatã in volũtate, est deũ sup oĩa incõparabil'r, ppter suñpsius p̃cipue bonitatẽ diligere, deinde seipm in deo, tertio proximos, quarto propriũ corpus, q̃d loco & tpe opportuno exponẽdũ ẽ morti p salute & gr̃a pximi, p̃serti p deo, p fide, p defensiõe iustitiæ.

¶Postremo, hoĩe taliter in suis affectibus ac passiõibus reformato & expurgato, voluntate q̃q; p charitatẽ sic ordinata, iam deus dono sapĩæ intellectũ copiose implebit, rõnem illuminabit, fidei argumẽtis, & sciam salutarẽ multiplicabit in aĩa. Quibus in nobis pactis, erimus cũ beatissimis istis apl'is Philippo & Iacobo apti, ad vitã sublimiter cõtẽplatiuã, ad annũtiãdũ, seu recolẽdũ opa dei & ĩtelligem' ac syncere speculabimur mysteria Chr̃i, sacra sapĩæ Chr̃ianę, dogmata scripturarũ, qual'r deus ab initio cõdidit hoĩem ad beatitudinẽ supnaturalẽ, vc; suĩpsius beatificã visionẽ, plenã fruitionẽ, ppetuã possessionẽ, & qual'r hõ protoplastus sua trãsgressiõe seipm ac suã posteritatẽ paradiso priuauit, calamitatib' mł'tis iuoluit, ac dãnatõi fecit obnoxios. Deinde qual'r supadorãda ac supbtissima trinitas suo supsapiẽtiali cõsilio, misericordissimoq; decreto disposuit gñi subuenire hũano, & illud p verbi ęterni ĩcarnatiõnẽ ac passionẽ redimere & saluare. Et qual'r ĩcarnat' & ex virgĩe nat' circũcisus, adorat' à Magis ac pastorib', pñtat' in tẽplo
C demorat' in Aegypto, baptizat' in hęremo cõuersat', à spũ maligno tẽtat' est. Deĩceps qũo filius dei hõ factus cõuersatus est, p̃dicauit & ĩfinita miracl'a opatus ẽ ĩter hoĩes, q̃ & q̃ta ab eis sustinuit, qũo crucifixus tertia die surrexit, discipulis suis apparuit, corã eis ascẽdit in celũ, & paulo post misit eis spm̃ scm̃, sicq; p eos totũ cõuertit mũdũ, idololatriã dissipauit, atq; ad tã incomp̃hensibilẽ fidẽ, tã arduã legẽ cõuertit orbẽ terrarũ fine armorũ violentia, absq; humana potẽtia, absq; philosophica subtilitate, & fine omi magica arte, quę Chr̃ianis maxime phibet. Hæc & cõsil'a in scri pturis cõtẽta cõtẽplari, intelligere, rememorare, & tpe opportuno alijs feruenter nũtiare debemus, vt cõsiderãdo q̃ magnifice, q̃ pie ac mirabil'r deus egit nobiscũ, quę, q̃ta & q̃lia vnigenitus dei assumpsit, opatus ẽ, & tulit p nobis, simus altissimo grati, & p nr̃a salute semp soliciti, agiles, ac feruẽtes, alios quoq; hortemur ad idem, sicq; de salubribus rebus, nõ de vanis, & inutilibus sint nostra colloquia. Ad laudem & gloriam omnipotentis dei.

¶In festo Iuentionis sanctæ crucis.

¶Enarratio Epistolæ: Confido in vobis in domino. Ad Gala.6.

IN præsenti epl'a de gloria crucis Chr̃i fit mentio, ideo legitur in præsentis festi missali officio. Itaq; Galatis ait Apl'us: ⌊Confido in vobis⌋ .i. de vobis o Galatæ ⌊in dño⌋ scd̃m voluntatẽ dei, & ex cõsideratiõe pietatis & gr̃æ suæ ⌊q̃d nihil aliud sapietis⌋ de obseruatiõe & cessatiõe legaliũ, nisi q̃d docui vos. Erãt aũt Galatæ primo ab Apl'o bene instructi, postmodũ eo absente à pseudoapl'is seducti, ita q́ æstimabãt circũcisionẽ esse in lege euãgelica obseruãdã, & huius erroris falsitatẽ oñdit Apl'us in pñti epl'a, asserẽs se sperare q́ Galatę isti suæ acquiescerẽt informatiõi, queãdmodũ & fecerũt. ⌊Qui ãt cõturbat vos⌋ q̃etẽ cordis vr̃i quã in recta fide & lege euãgelica habuistis ĩpediẽdo, vosq; ad errores p̃dicatõi meę cõtrarios ĩducẽdo ⌊portabit iudiciũ⌋

reprobationis, hoc est, pœnam sustinebit condignam, quoniã deus tantum flagitium non re-
Job.24 linquet inultũ, ⌊quicũq; sit ille⌋ qm̃ nullius malum deus deserit impunitũ, iuxta illud Iob: De-
us inultum abire nõ patit. ⌊Ego aũt frẽs si circumcisionẽ adhuc p̃dico⌋ obseruandã, vt mihi à
pseudo imponit. Qui vt facilius deciperẽt Galatas dixerunt eis, ꝙ Paulus apud alios doceret
circũcisionẽ eẽ seruandã, ⌊qd adhuc ꝑsecutionẽ patior⌋.i. cur à Iudæis infestationẽ sustineo?
Quasi dicat: Si circumcisionẽ adhuc prædicarẽ, cessarẽt Iudæi ꝑsequi, qui idcirco me ꝑsequun
tur, quoniam doceo circumcisionẽ cessare debere Euangelio diuulgato. ⌊Ergo⌋.i. si p̃dico cir
cumcisionẽ esse seruãdam, ⌊euacuatũ est scãdalum crucis⌋.i. ablata est passiua scãdalizatio Iu-
dæoꝝ, q offendunt, & scãdalizant in hoc quod doceo hoĩes p fidẽ & baptismũ Chr̃i posse sal-
uari. ⌊Vtinã & abscidant⌋.i. à vobis cæterisq; fidelibus remoueant, imo & esse desistãt, quãtũ
ad culpã, ⌊qui vos conturbant⌋.i. Pseudoapostoli q mẽdose vos instruunt: ⌊Quicũq; eñ vo-
lunt placere in carne⌋.i. qui in circumcisione carnis præputij vestri, & carnalibus obseruantijs
legis Mosi cupiunt sibijpsis & alijs Iudæis incredulis inaniter complacere, ⌊hi cogunt⌋.i. im-
portune ꝑsuadẽt, ⌊vos circumcidi tm̃, vt ꝑsequutionẽ crucis Chr̃i non patiant⌋.i. præsertim
ob hoc vt ab induratis Iudæis non sustineãt persequutionem pro recta fide, passionis crucisq;
Chr̃i, ꝑ cuius passionẽ saluamur absq; obseruãtia circumcisionis. Obstinati nãq; Iudæi ꝑseque
bantur eos, qui circumcisionis atq; legalium cessationẽ docebãt. ⌊Neq; eñ qui circucidunt,⌋
carnaliter ⌊legem (Mosi) custodiunt⌋ spũaliter, sed in alijs multis violant eam, & contra intẽ-
tionẽ dei ac Mosi agunt, quia intẽtio dei ac Mosi fuit in Chr̃i Euãgelio diuulgato ac chorus cã-
te, & lege Chr̃i propalata cessarẽt circumcisio cæteraq; legalia, ⌊sed volunt vos circumcidi, vt
in carne vr̃a⌋.i. de vr̃a carnali circũcisione ⌊glorientur.⌋ inaniter, quasi voluntatis suæ effe-
ctum consequuti in vobis. ⌊Mihi aũt absit gl̃iari nisi in cruce dñi mei Iesu Chr̃i⌋.i. in contẽpla
tione filij dei propter me crucifixi, & in consideratione beneficioꝝ ipsius, vc; passionis suæ, &
omninium quæ pro mea assumpsit, fecit, ꝑtulitq; salute. Veruntñ per hoc nõ excludit gloriatio
in contẽplatione diuinitatis patris & filij ac spũs sancti, quoniã gloriatio crucis seu Chr̃i vt cru
cifixi & beneficioꝝ eius, ordinat ad contẽplationẽ & gloriationẽ diuinitatis supergloriosissi-
mæ trinitatis, tanq̃ ad finẽ, sicq; vna intelligi datur in alia. ⌊Per quem⌋.i. ꝑ cuius charitatem &
grãm, passionẽ & imitationẽ, ⌊mihi mundus crucifixus est⌋ hoc est, ea quæ mundi sunt, vtpo-
te carnales delitiæ, mundanæ diuitiæ, seculares honores, homines quoq; mundani & vani (secũ
dum quod tales sunt) me non delectant, nec sapiunt mihi, sed molesta sunt mihi ac mortua,
⌊& ego mundo⌋ crucifixus ac mortuus sum, ita ꝙ mundanis hoĩbus non cõplaceo, sed grauis
& tædiosus sum. Nec huic seculo viuo, neq; cõico, eo ꝙ in Chr̃o sit tota affectio, occupatio, ac
gloriatio mea, ꝙ mundanis carnalibusq; hominibus pœnale est & amarum.

¶Sermo primus circa Epl̃am: quomodo gaudendum dolendumve sit de Christi
passione, & qũo eadem liber exemplarq; sit ꝑfectiõis atq; oĩm virtutum.

MIhi absit gloriari, nisi in cruce domini mei Iesu Christi. Ad Galatas vltimo capitulo
In his verbis docet Apostolus, in quo debeat esse gloriatio Chr̃iani; quia in cruce
Christi. Sed mirum videtur, quòd in cruce Christi debeamus gloriari; cum ad pi-
um ꝑtineat Christianum, Christo propter se passo intimè compati, & ex cõpassio
ne, in fletum resolui; quẽadmodum legitur de sancto Francisco; quod frequẽter eundo p viam,
ex meditatione passionis Christi tanta afficiebatur compassione, & tanto affligebatur pio do-
lore; quod erupit in fletum, cum eiulatu & quodam clamore. Dicendum quod de Chr̃i passio-
ne & in ea debemus gloriari, & compassionẽ habere, ac fletum; secundum considerationes di-
uersas. Debemus ergo in Christi passione & cruce gaudere multiplici consideratione. Primo,
Phil.2 inquantum Chr̃us ꝑ suam acerbissimam passionẽ deum patrẽ maxime honorauit, obediẽdo ei
vsq; ad mortẽ; & mortẽ tam amarissimam atq; turpissimam. Propter q̊d ait Apl̃s: Humiliauit se
metipsum factus obediens vsq; ad mortem; mortem autem crucis. Secundo, inquantũ Chr̃us
per suam passionẽ maxime auxit honorẽ, cultũ, & gloria dei, & hoc dupliciter: Primo, qa ꝑ su
am passionẽ promeruit generi humano grãm conuersionis atq; salutis; ita ꝙ propter meritũ
passionis Chr̃i data est & datur vbiq; innumerabilibus hoĩbus gr̃a magna ac multa; per quam
Johan.12 seruiunt deo eum colẽtes ac adorantes. Vnde ait saluator: Si exaltatus fuero à terra, omnia tra
Esa.c.53. ham ad meipsum. Et apud Esaiam de ipso prædictum est: Si posuerit pro peccato animam su-
am, videbit semẽ longæuum; & voluntas domini in manu eius diriget. Vbi ꝑ semẽ lõgæuũ in-
telliguntur, fideles regenerati in Christo virtute & merito suæ salutificæ passionis. De quibus
iterum loquitur Esaias sexagesimoprimo capitulo: Isti sunt semen cui benedixit dominus. Se
cundo, quia fideles per passionem filij dei se esse saluatos intelligentes, summe regratiãtur deo
patri; qui pro eorum salute, vnigenitũ filiũ suũ tanta voluit operari ac tolerare, ac ipsum hono
Roman.8 rant, colunt, adorant. Hinc loquitur Paulus: Proprio filio suo non pepercit, sed pro omnibus
nobis tradidit illum. Et Esaias. 53. capitulo ait: Dominus posuit in eo iniquitatem omnium no
strum, & ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.

Tertio,

A Tertio, in Christi passione & cruce gloriari debemus, inquantum ipse per suam passionem, genus redemit humanũ; prout deus pr̃ decreuit illud esse saluãdum. Nam (vt princeps apostolorũ testat̃, nõ corruptibilibus auro vel argẽto redempti sumus, sed p̃tioso sanguine agni imaculati Iesu Chr̃i; q loquit: Animã meã pono pro ouib⁹ meis. Vnde in Apocalypsi habet: Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Hinc sanctissimi illi primi Chr̃ifideles dixisse scribunt: Dñe cõuenerũt aduersus sanctũ puerũ tuũ Iesum, quẽ vnxisti. Pontius Pilatus & Herodes, cum Gentibus & populis Israel; facere quæ manus tua & consilium tuum decreuerunt fieri. Quarto, inquãtum per Chr̃i passionẽ angelica ruina est reparata. Non eñ poterant sancti antiqui cœlestis patriæ ianuã ingredi; quousq; per Chr̃i passionem fuerunt ab originalis peccati reatu absoluti. Quinto, inquãtum Chr̃us p passionẽ promeruit sibimetipsi accidentale præmium; videlicet, iudiciariã potestatẽ, corporis glorificationẽ, sup cœlos exaltationẽ. Hinc cum dixisset Apostolus: Factus est obediẽs vsq; ad mortẽ; mox addidit: Propter quod & deus exaltauit illum, & dedit illi nomẽ, quod est sup om̃e nomẽ; vt in noĩe Iesu om̃e genu flectat̃, cœlestium, terrestrium, & infernorũ. ¶ Præterea, Chr̃o propter nos passo condolere debemus; & in suæ passiõis meditatiõe pijs doloribus affici, & in fletũ resolui, primo inquãtũ passio illa fuit Chr̃i tenerrimè ac nobilissimè cõplexionati vehemẽtissime afflictiua. Vnde & ip̃e passiõe instãte eã imaginãdo ineffabil̃r expauit, & tristabat̃ ac tæduit; ita q̃ sudor eius factus est sicut guttæ sanguinis decurrẽtis in terrã. Illum tñ pauorẽ atq; mœrorẽ sponte ac potestatiue ex rõnabilibus causis assumpsit. Scd̃o, sic cõdolere & affligi debemus, inquãtũ Chr̃us innocẽtissimus fuit; & absq; sua culpa, imò pro nostris peccatis tãta sustinuit, sicut ait in Psalmo: Quæ nõ rapui tunc exoluebã. Tertio, inquãtũ passio & occisio Chr̃i ex p̃te accidẽtiũ fuit summũ & incomparabile
B scelus, dei pr̃is maximè offensiuũ; in tantũ, q̃ Chr̃o in cruce pendẽte tota mũdi machina turbabatur, & quasi in antiquum chaos reditura, mox om̃ia videbant̃. Nã obscuratus est sol, mota est terra, scissæ sunt petræ, monumẽta apta sunt; & mortui multi sunt suscitati. Itaq; propter quinq; rõnes p̃fatas in meditatione passiõis, & crucis Chr̃i gloriemur in dño; & grãs maximas referamus Chr̃o ac pr̃i æterno. Ob tres etiã rõnes p̃dictas in Chr̃i passiõe cõpassionẽ, & piam habeamus afflictionẽ; q̃d tã innocẽtissimus atq; dulcissimus agnus, à tã crudelissimis ac sceleratissimis canibus p̃ nobis p̃c̃toribus vilissimis, tã ignominiosissimã ac amarissimã sustinuit mortem. ¶ Præterea id sciẽdum; q̃ passio Chr̃i liber est, exẽplar, & documẽtum cũctarũ virtutũ atq; totius p̃fectiõis. In passiõe etem̃ Chr̃i p̃pẽdere possumus p̃fundissimã eius humilitatẽ; eo quòd ipse vnigenitus dei, rex regum, & altissimus oĩm tãtas irrisiones, conculcationes, blasphemias, aspernationes, sponte pati dignatus est; quod inter latrones suspẽdi, & cum sceleratis dignatus est reputari; & tanquàm ouis ad occisionẽ deductus est, & velut agnus coram tondẽte, obmutuit; quod corã principibus sacerdotum, corã Pilato & Herode tam silẽter & humillime stetit. ¶ Porrò, qm̃ oĩa ista & alia multa patiẽtissime tulit absq; inordinata tristitia, absq; indignatione & murmuratiõe, imò promptissimo ac trãquillissimo corde; idcirco in Chr̃i passione addiscimus summã patiẽtiã & mãsuetudinem maximã, in q̃bus eũ imitari tenemur, nec aliter digne Chr̃iani vocamur. Hinc sacratissimus ait princeps Apostolorum: Chr̃us passus est pro nobis vobis relinquẽs exẽplum, vt sequamini vestigia eius. Qui cum malediceret̃ non maledicebat, cum pateret̃, nõ cõminabat̃. ¶ Insup in Chr̃i passione addiscimus fortitudinẽ ani-
C mi constãtissimã. Fortitudo nãq; est virtus p̃ quã homo circa pericula mortis se strẽnue habet. Quoniã ergo Chr̃us innocẽtissimã ac acerbissimã illã mortẽ tã constãtissimo, promptissimo, & penitus imp̃territo p̃tulit animo, constat q̃d summa animi fortitudo t̃pe passiõis fuit in ip̃o. Nam quàmuis ad modicam horæ partẽ tristis fuit ac timẽs, hoc tñ nõ fuit ex animi infirmitate aut imperfectione, sed ex potestate & pijssima dispensatione. ¶ Amplius in Christi passione perpẽdemus p̃fectissimam charitatẽ dei & proximi, qm̃ ex charitate sua ad deum patrẽ cuius desiderauit honorẽ, & ex charitate sua ad nos, quorũ concupiuit salutẽ, oĩa illa sustinuit. Propter quod dixit: Maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet, vt aĩam suã ponat q̃s pro amicis suis. Itaq; totam Chr̃i passionẽ quotidie tam intente, tam affectuose & compassiue recogitemus, ac si præsentialĩr Chr̃m pati intueremur. Inspiciamus quomodo cœpit contristari, pauere, tædere, dicẽs: Tristis est anima mea vsq; ad mortẽ. Et quomodo factus in agonia orauit prolixius, factusq; est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrẽtis in terram. Qualiter demum propter nos captus est, ligatus, distractus, alapis cæsus, consputus, flagellatus, spinis coronatus, arundine cæsus, ad mortem crucem baiulans, ductus, clauis confixus, inter latrones suspensus, cum impijs reputatus, aceto & felle potatus, suæ dilectissimæ matri cõpassus, diuturna atq; dirissima morte peremptus. ¶ Præterea cogitemus quis, qualis, & quantus est Christus, qui ista tolerauit pro nobis & ex q̃ feruida charitate, & propter quam causam, videlicet vt ab æterna nos damnatiõe erueret, atq; ad sempiternã reduceret felicitatẽ, & in p̃senti vita nos dei efficeret filios. Si ergo Chr̃i passionẽ quotidie taliter cõtẽplemur, certissime sentiemus, & vere experiemur q̃d nõ ẽ aliud tã aptũ mediũ, tã efficax exercitiũ ad p̃ficiẽdũ, in om̃i virtute, ad præualendũ in om̃i tentatione,

Margin: 1. Petri. 1. Iohan. 10. Apocal. 1 Actorũ. 4 — Phil. 2 — Matt. 14 Luc. 22 — Psalm. 68 — Matt. 17 Marc. 15 Galat. 6. — Lucæ. 22 Esaie. 53. Iohã. 18 — 1. Petri. — Iohan. 15. — Marc. 14 Matt. 26 Lucæ. 22. Iohan. 18 Matt. 26 Iohan. 19 Marc. 15 Lucæ. 23 Sapię. 5.

tatione, ad expellēdum fantasias molestas, apprehēsiones fantasticas, timores nocturnos, atq; ad extirpādum om̄e pctm̄, vt est meditatio talis dn̄icę passiōes, idcirco eā sic inspiciētes om̄i seculari affectiōi, om̄i carnali desiderio moriamur, om̄i vanitati & prauitati negemus cōsensum, & Christo grati esse conemur, eius accēdamur amore, in eius feruеamus obsequio, ipsum quotidie Chr̄iformiter imitemur, Hinc gloriosus & illūinatissimus Augustinus deuotissime loquit & affectuosissime exhortat̄. Inspice vulnera pendētis, sanguinē moriētis, preciū redimētis, cicatrices resurgētis. Caput habet inclinatū ad osculandū, cor apertū ad diligendū, brachia extensa ad amplexandū, totū corpus expositū ad redimendū. Hæc quāta sint cogitate, hæc in statera cordis vestri appendite, vt totus vobis figatur in corde, q totus pro vobis fuit fixus in cruce, qui cum patre & spiritu sancto viuit &c.

Augusti.

¶ Enarratio Euangelij: Nunc iudicium est mundi. Iohan. 12.

QVoniā euāgeliū istud de chr̄i passiōe efficit mētionē, merito in festo inuētōis sanctę crucis in qua passus ē dn̄s legit̄. ¶ Porro euāgeliū istud sumptū est ex verbis q̄ Chr̄s in die Palmarꝝ dixit ad turbas, q̄ ip̄m ꝓcessionalr̄ ac honorifice susceperūt & introduxerūt Hierl̄m. Itaq; Iohānes ait: ⌊Dixit Iesus ad turbas & ad discipulos suos: Nūc iudicū est mūdi⌋ Istud intelligēdū est de iudicio discretiōis. i. de ip̄a discretiōe seu diuisione inter electos ac reprobos, vt sit sensus: Nūc vc; tp̄e euāgelicę legis, atq; ex tp̄e q̄ hæc loq̄r, iudiciū. i. iudicialis discretio ē mūdi. i. inter hoīes fit, ita q̄ q̄dā vbiq; misericorditer vocant ad fidē, & finalr̄ ꝑducunt̄ ad salutē, puta p̄destinati alij iuste deserunt̄ ac pereūt, vt p̄sciti seu reprobi. Hæc inter hoīes discretio specialr̄ fieri cœpit Chr̄o inter eos cōuersante ac p̄dicāte, deinde post eius ascēsionē & sc̄ti sp̄us missionē, p̄dicātibus sc̄tis Apostolis, qn̄ multi Iudæi, deinde innumerabilia milia Gētiū vbiq; terrarꝝ cōuersa sunt, multa q̄q; relicta, p quod innotescit q̄ mirabilr̄ deus oīpotēs sc̄tūs ac sapiēs inter electos reprobosq; discernat. ⌊Nunc princeps huius mundi⌋. i. diabolus q dr̄ princeps mūdi. i. hoīm mūdanorꝝ sibi deseruiētiū, q eius mēbra & serui sunt, qa vt dicit Petrus, à quo qs superatus est, huius & seruus est. Ipsi aūt à dęmonibus & peccatis sunt victi, & opprimunt̄ iugo diaboli ac seruitute peccati, q̄uis mēte cōtenebrati, nō cernant, nec sentiāt hoc, ⌊Eijciet̄ foras⌋. i. de electorꝝ cordib⁹ expellet̄, q ad deū conuersi facti sunt tēplum sp̄us sancti, q pauloante fuerūt habitaculū diaboli. Quod factū est p prędicationē Apostolorꝝ & aliorꝝ Chr̄i discipulorꝝ, virtute & merito passiōis Chr̄i, p illustrationē & operationē pijssimā sp̄us sancti, qn̄ cœpit impleri q̄d de Chr̄o fuit p̄dictū in Psalmo: Reminiscent̄ & cōuertent̄ ad dn̄m vniuersi fines terræ. Atq; in Genesi: In semine tuo benedicent̄ oēs familiæ terræ. ¶ Porrò q̄d ait saluator: Nūc princeps huius mūdi eijciet̄ foras, nō est sic accipiendū, quasi ante à principio mūdi eiectus nō fuerit à pęnitentiū cordibus, sed q̄d an̄ factū ē in paucis, post Chr̄i aduentū, factū est innumerabilibus milibus. Propter q̄d tp̄s Chr̄i & euāgelicæ legis, dr̄ tp̄s gr̄æ ⌊Et ego si exaltatus fuero à terra⌋ (. i. in cruce leuatus) oīa trahā ad meip̄m⌋. i. pro toto genere humano satisfaciā per meā passionē, & vniuersos quantū in me est, liberabo, atq; de om̄i genere hoīm quosdā per fidē & gr̄am mihi charitatiue nō violēter adiungā, vt impleat̄ q̄d Psalmista p̄dixit de me: Benedicent̄ in ipso oēs tribus terræ. Et quod Daniel ait: Om̄es populi tribus & linguę, seruiēt ei. ¶ Porro q̄d ait: Si exaltatus nō dubitatiue, sed assertiue prolatū est, sicut & illud Iob: Si putaui aurum robur meum. ¶ Insup, Euāgelista exponit verbum inductum ⌊Hoc aūt (vc; si exaltatus fuero) dicebat significās qua morte esset moriturus,⌋ vtpote quod suspēdendus esset in ligno, iuxta illud Hieremiæ: Super me cogitauerūt cōsilia, dicētes: Venite mittamus lignū in panē eius, & eradamus eū de terra viuentium. ⌊Rn̄dit ei turba: Nos audiuimus ex lege⌋. i. ex scripturis veteris testamēti, sumitur em̄ lex mō pro libris Mosi ac prophetarꝝ, ⌊qa Chr̄s manet in æternū⌋. i. immortalr̄ subsistit, atq; ꝑpetuo perseuerat, sicq; Iudæi isti aliq̄d cognouerūt de Chr̄i æternitate, qa de ea in Daniele scriptū est: Potestas eius p̄tās æterna quę nō auferet̄, & regnū eius q̄d nō corrumpet̄. Et in Psalmo: Tu es sacerdos in æternū. Itemq; Ante solē ꝑmanet nomē eius. Esaias quoq;: Multiplicabitur eius imperiū, & pacis nō erit finis. ⌊Et qūo tu dicis oportet exaltari filiū hoīs⌋. i. me Chr̄m in cruce leuari ac mori. ⌊Quis est iste filius hoīs⌋ ac si dicat: Si tu es Chr̄s, nō erigeris in ligno, sed in ęternū manebis. Quis ergo ē iste filius hoīs, quē asseris exaltandū, per quē tn̄ vt apparet teipsum designas, sicq; verba tua sibi inuicē cōtraria sunt. Ecce quāta horꝝ extitit cæcitas Iudæorꝝ, q probare volebāt, ideo Iesum nō esse Chr̄m, qm̄ dixit se occidendum, cum tn̄ de ipso à Daniele prędictum sit: Post hebdomadas sexagintas duas occidetur Christus. Apud Esaiam quoq;: Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus propter scelera nostra. ¶ Præterea mors Christi & eius æternitas simul stant. Primo, quia æternitas competit ei ex deitate, mors ex humanitate. Secundo, quoniam licet ad horam occisus sit, protinus tamen ad immortalem surrexit vitam. ⌊Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modicum lumen in vobis est⌋ Hoc est, aliquantulam de Christo habetis notitiam, quàmuis perminimam. ⌊Ambulate⌋ hoc est, de imperfecta ista notitia ad perfectiorē Christi cognitionē ꝓcedite, & totū intelligite. s. Chr̄m passurꝝ & in æternū victurꝝ ⌊dū lucē habetis⌋ Hoc est

2. Petri. 2
1. Cor. 3.
Psalm. 21.
Genes. 22
Psalm. 71.
Daniel. 7
Job. 31.
Hier. 11
Daniel. 7
Psal. 109.
Psalm. 71
Esaię. 9
Daniel. 9
Esaiæ. 53

A Hoc est, quando me splendorem lucis æternæ, sapiam dei præsentē conspicitis, qui vos instruere sum paratus ⌊vt nō tenebræ vos comphēdāt⌋.i.ne in vr̃a pfidia, culpa & ignorātia pereatis
« ⌊Et q ambulat in tenebris⌋.i.in peccatis & ignorātijs viuit ⌊nescit q̃ vadat⌋.i.excæcatus est
mēte, nec picula sua attēdit, nec iudicat bene, sed falsa & mala pfert bonis & veris. Hinc in Prouerbijs dr̃: Via stulti recta in oculis eius. Et iterū: Via impiorū tenebrosa, nesciūt vbi corruūt. Prouer. 12 Prouer. 4
« ⌊Dum lucem (.i.me Christū) habetis⌋ præsentem, ⌊credite in lucē⌋.i.in me vnigenitum dei
« ⌊vt filij lucis⌋ hoc est, filij mei adoptiui, ac filij gratiæ ⌊sitis.⌋

¶Sermo secundus circa Euangelium: De causa, fructu, efficacia, & merito passionis Christi, & quomodo debeamus ei conformari.

TVnc apparebit signū filij hoīs in cœlo. Hæc sunt verba Chr̃i Matth. 24. quæ exponunt ad l̃ram de apparitiōe signi filij hoīs.i.crucis Chr̃i in aere in die extremi iudicij in quo teste Chrysostomo crux Chr̃i sole erit splendidior. Nihilominus verba hæc cōuenientissimè exponunt de sanctæ crucis inuētiōe tpe Cōstantini imperatoris, quo tpe crux ipa in cœlo apparuit.i.in militāti eccl̃ia, q̃ in euāgelio frequēter regnū cœlorū vocat. Chrysost.

¶Circa hoc festū primo est notādum, qualiter inuēta fuit crux sc̃tā, & q̃uis de hoc diuersa hincinde legunt, tñ quod referā nūc, probabilius puto. Itaq; sicut in legēda B. Syluestri papæ narratur, dum papa ille sanctissimus Cōstantinū cōuertisset imperatorē, mater imperatoris eiusdem cū centū quadraginta vno doctissimis Iudæorū ab eodē B. Syluestro ad fidē cōuersa est Chr̃ianam, & valde virtuosa ac feruēs effecta est, Chr̃ianam religionē toto posse extollēs & augēs, ecclesias vndiq; cōstruens, & beatorū martyrū colligēs ac honorās reliquias. ¶Insup Chr̃i ardens amore lignū crucis suæ cū maxima diligētia requisiuit, atq; vt legit, à Iudæis extorsit, vt
B locū sibi ōnderēt quo esset crux Chr̃i defossa. Fodiētes aūt, inuenerunt tres cruces, vnā Christi alias duas latronū, qui cū eo fuerūt crucifixi, quas portauerūt ad sanctā Helenā reginā, præfati Imperatoris matrē, posuerūtq; cruces has in medio ciuitatis Hierl'm dñm exorātes vt demonstraret quæ fuisset crux saluatoris. Cumq; circa horā nonā quidā iuuenis defunctus efferret, posuerūt primā & secundā crucē sup corpus defuncti, sed ille nequaq̃ surrexit, sed tertia cruce super eum posita, surrexit cōtinue. Quo viso cognouerūt quod illa esset Christi. ¶Præterea, in Ecclesiasticis historijs legit, quod quadam muliere primaria ciuitatis Hierl'm semiuiua iacēte, Macharius Hierosolymitanus ep̃us crucem Chr̃i super eam cum posuisset, illa protinus est curata. Eodē quoq; tpe inuēti sunt claui Chr̃i. Helena aūt partē crucis Christi in Hierusalem dereliquit, partem filio suo Imperatori portauit. ¶Circa hāc sacrā solennitatē multa considerare debemus. Primo, cur filius dei pro mundi salute sustinuit crucis patibulū. Secundo, qūo p Chr̃i passionē liberatū est genus humanū. Tertio, qualiter Chr̃m cruciformiter debeamus sectari. Quarto, de efficacia passiōis Chr̃i, & magnitudīe meriti eius. De prīo sciēdū q deus oīpotens, iustus & sapiēs cōdidit primū hoīem in originali iustitia, q̃ fuit virtus infusa, p quā in Adā corpus fuit subiectū animæ eius, sensualitas rōni, & rō deo. Hæc autē iustitia sic fuit primo nr̃o parēti collata, q̃d si ipe dei præceptū nō violasset, trāsfusa fuisset ista iustitia in posteros eius. Sed qm̃ dei præceptū trāsgressus est, tam ipse q̃ posteri eius iusto dei iudicio priuati sunt pdicta originali iustitia. Et sicut ea priuati fuerūt, ita ob eius carentiā cœlesti beatitudine fuerāt destituti nec eā poterāt ingredi, q̃usq; pro reatu originalis peccati extitit satisfactū p dñm Iesum Christū. Siqdem p originalē culpā genus humanū fuit cuidā iugo diaboli & seruituti peccati subie-
F ctum, qa diabolus primū hoīem superādo, hoc est, ad diuini transgressionē præcepti trahēdo, tā illud q̃ posteros eius cuidā suo subiugauit dominio, atq; tyrānicū quoddā ius sibi vendicauit in eis, idcirco genus humanū liberatore indiguit, q illud à iugo diaboli, à seruitute peccati, à dānatōe īferni eriperet. Hic āt liberator, saluator ac mediator dei & hoīm ē dñs nr̃ Iesus Chr̃s filius dei, de cui⁹ aduētu sc̃ti pr̃iarchæ & ,pphetæ à principio mūdi sunt ,plocuti, queadmodū Zacharias testatus est Lucæ. 1. Bñdictus dñs deus Israel, qa visitauit & fecit redēptionē plebis suæ, sicut loquutus est p os sc̃tōrū, q à seculo sunt ,pphetarū eius. ¶Porrò iste est error Iudæorū Christum nondum venisse credētium, q̃d putāt regem Messiā, vz Chr̃m idcirco venturū, vt liberet eos de captiuitate ista tpali humana, qua sub Romano imperio à tpe Vespasiani & Titi fuerunt captiui, cum tñ sancti prophetæ aptissime prædixisse legant, q in Chr̃i aduentu Iudæi essent excæcādi, & relinquendi, Gentiles vero illuminādi atq; saluādi. ¶Circa sc̃dm est agnoscendum, quòd quàmuis passio Christi ex parte inferentium eā, vz Iudæorū occidentiū Chr̃m fuerit crudelissima, & dei patris vehemētissime offensiua, qa ex summo rancore, iniustitia, & ferocitate processit, & Christus omnino innocentissimus fuit, imo & præstantissimus, & inquātum deus incōparabilis dignitatis. Propter q̃d ipm vtpote dei vnigenitū deū verū & hoīem ita tractare, taliterq; occidere, fuit enormissimū scelus, nihilominus passio Chr̃i ex parte patiētis, videlicet Christi, fuit pijssima, virtuosissima, & dei patris ineffabiliter placatiua ac honoratiua, inquantum Christus ex pfectissima charitate & plenissima obediētia, misericordissima quoq; pietate eā acceptauit ac patiētissime ptulit, eāq; ad dei pr̃is honorē, & hoīm ordinauit salutem.

Et ita passio Chri satisfactoria fuit pro reatu originalis peccati, imò omnis culpæ, quantum est ex parte ipsius, & meritoria fuit hominibus grãe in præsenti, & gloriæ in futuro. Sed necesse est, vt meritũ Chri applicet hoĩbus tpe noui testamẽti p sacra ecclĩæ in re, aut saltẽ in voto, si
Esaię.53. desit facultas ea realiter obtinẽdi. Hinc de Chro Esaias pdixit: Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nros ipe portauit. Disciplina pacis nostrę sup eũ. i. correctio pro peccatis gñis hu
Roman.8 mani, p quã deo recõciliati sumus Chro inflicta est. Vnde Chrus in Psalmo loquit pri: Quẽ tu
Psalm.68 pcussisti psecuti sunt. s. me. Et p Esaiã loquit pater de Chro: Propter scelus populi mei pcussi
Esaię.53. eum. Sed & princeps Aplo in prima sua epla protestat de Chro: Qui pctã nostra pertulit in
1. Petri. 2 corpe suo sup lignũ, cuius liuore sanati sumus. ¶Circa tertiũ aduertendũ q ipsemet Chrus in
Lucæ.9. Euãgelio loquit: Qui vult venire post me, abneget semetipm, & tollat crucẽ suã quotidie, & sequat me. Istud em scdm vnã expositionẽ ad oẽm ptinet Chrianũ, q a & Iohãnes ait Aplus: Qui
1. Johan.2 se dicit in Chro manere, debet sicut ille ambulauit, & ipe ambulare. Paulus quoq; Aplus hoc ipm clarius exprimẽs dicit: Qui aũt sunt Chri, carnẽ suã crucifixerunt cũ vitijs & cõcupiscẽtijs.
Galat. 5. Omnis itaq; Chrifidelis tenet abnegare seipm. i. propriã voluntatẽ diuinæ subijcere volunta-
Matt.16 ti, obediẽdo præceptis dei, & vicario eius, vc; prælato, & crucẽ suã portare. i. per arctã viã salutis incedere, pœnitentialẽ vitã ducere, cõcupiscẽtias refrenare, sicq; sibiipsi violẽtiam infer
Matt.7. re salubrẽ. Nam (Chro testãte) regnũ cœlo vim patit, & violenti rapiũt illud, atq; Chrm sic
Gala.5 sequi in humilitate, pietate, iustitia, charitate, cæterisq; virtutibus. Propter qd ait Aplus: Am-
Matth.11 bulate in dilectione, sicut & Chrus dilexit nos. Itaq; his modis Christum sequamur quoni-
Ephes.5. am ipe testat: Si quis mihi ministrat me sequat. Et rursus: Discite (inqt) à me, q mitis sum & hu-
Johan.12. milis corde. Et ite ait: Arcta est via quæ ducit ad vitã. Itemq;: Si vis ad vitã intrare serua mã-
Matth.11 data. Omnẽ ergo supbiã mẽtis, oẽm supbiã in verbis & factis ac vestibus, in incessu & appara-
Matth.7 tu abijciamus. Silr oẽm irã, impatiẽtiã, pigritiã, incõtinẽtiã, auaritiã, & rancorẽ penitus repella
Matt.19 mus, atq; in vera humilitate, in filiali timore, in mãsuetudine, & feruore, castitate, misericordia & spũali amore Chrm sectemur. ¶Circa quartũ sciẽdum qd Chro scdm diuinã naturã nõ cõpetebat aliqd promereri aut satisfacere, sed inquãtũ extitit homo, & aliquo modo viator atq; passibiis ac mortalis. Veruntñ idoneitas promerẽdi ac satisfaciẽdi competebat ei ex diuinitate suæ humanitati vnita, ex qua deitate fuit quodãmodo infinitę idoneitatis, & efficacię ad promerẽdum ac satisfaciẽdum, & etiã qm̃ charitate, obediẽtia, pietate, cæterisq; virtutibus anima eius pfectissime fuit impleta. Hinc meritũ Chri efficacia suæ passiõis seu satisfactiõis sunt quodãmodo infinita. Vnde merito Chri dant hoĩbus charismata grã à deo & indulgẽtia in baptismo, multiplex quoq; gratiosum subsidiũ in alijs sacramẽtis. Hinc itaq; incessabiles ac pcordialissimas gratias deo patri & vnico filio eius, ac spiritui sancto dicamus ac immolemus, reuerenter deseruiamus, & vsq; in finem subditi perseueremus.

¶Sermo tertius: Quot gradus sint innocentię, qualis necessaria sit ad salutem, vnde etiam constet innocentia salutaris, cum exhortatione admodum pia.

ECce agnus dei, ecce q tollit pctã mũdi. Iohã. 1. In his verbis B. Chri pcursor sanctus Iohãnes Baptista dñm nrm Iesum cõmendat, prima in sua innocẽtia, cũ ait: Ecce agnus dei. Scdo, à suæ subuẽtiõis efficacia dum subiũgit: Ecce q tollit pctã mũdi. Chrs itaq; vere & summe innocẽs fuit, qm̃ nulli vnq̃ pctõ erat obnoxius, necq; sibi nec alijs nocuit per pctm̃. Innocẽtia nãq; est mẽtis integritas absq; pctõ, & certũ qd Chrus inquãtum deus peccare nõ potuit. Humanitas quoq; ipsius ab incarnatiõis exordio fuit cõfirmata in bono, & hypostatice iũcta in verbo æterno, imo & aĩa eius deo beatifice fruebat à primo momẽto suę creationis, idcirco Chrs nequaq̃ quiuit peccare. ¶Insup multi sunt gradus innocẽtiæ, imò nullus pt
Psalm.23 saluari, nisi aliq̃ modo sit innocẽs, cũ dicat Propheta: Quis ascẽdet in montẽ dñi, aut qs stabit
Hierony. in loco sctõ eius? Et rursus: Innocẽs manibus & mũdo corde. S. quoq; Hieronymus ait: Sicut paruulus nõ pseuerat in iracũdia, læsus nõ meminit, vidẽs pulchrã mulierẽ nõ delectat, nõ aliud cogitat, & aliud loquit, sic & vos nisi talẽ habueritis innocẽtiam & puritatẽ, regnũ cœlo non poteritis introire. Itaq; primus ĩnocẽtię gradus ẽ integritas cordis siue ĩmunitas ab omĩ culpa tã originali q̃ psonali, tã veniali q̃ mortali, & sic innocẽs extitit Chrus. Secũdus innocẽtię gradus, est integritas & immunitas ab omĩ pctõ actuali seu psonali, tã mortali q̃ veniali, quẽ gradũ asscripserũt magni & sancti doctores virgini gloriosæ. Tertius gradus est immunitas ab omni culpa mortali, q gradus cõpetit sanctificatis in vtero mrĩs, quẽadmodũ Iohãni Baptistæ ac Hieremię, pphetę, q tñ venialr peccasse noscunt. Quartus gradus, est integritas siue immunitas ab omĩ culpa mortali ac veniali ad aliquantulũ tps, sicq; baptizati, atq; vt credit in religione professi, statim post baptismũ & professionẽ innocẽtes cõsistũt, q a in ipo baptismo ac pfessiõe purgant, ab omĩ mortali ac veniali. Quintus gradus est immunitas ab omĩ pctõ mortali pterito & psenti, & iste innocẽtiæ gradus seu innocentia ista ad minus requirit ad salutẽ, vt. s. hõ de pctõ mortali pterito vere pœniteat, nec actualr in mortali culpa existat. Nos ergo pctõres vilissimi sæpissime enormiterq; offendimus deũ, nec ad supiores illos innocẽtiæ gradus ptingere possumus, stu

A mus, studeamus saltem ad hūc vltimum ac infimum innocentiæ gradū contingere, vt sine mortali viuentes peccato, stemus in charitate & gratia dei. Ad quod aliqua requiruntur. Primū est, vt de omni peccato mortali præterito cordialiter pœniteamus seu doleamus, sicq; dolor iste interior culpā adæquet seu culpis proportionatus consistat, quatenus secundū multitudinē, magnitudinemq; culparū nostrarū sit magnitudo doloris interni seu pœnitentiæ vel cōtritionis. De tali etem̄ dolore seu gemitu oportet intelligi quod per Ezechielem prophetā loquitur deus: In quacunq; hora ingemuerit peccator pro peccatis suis, omnium iniquitatū eius non amplius recordabor. Secundū est, vt doleamus de culpis, non solum inquantum per eas meruimus pœnas, sed potius inquantū sunt offensiuæ & inhonoratiuæ domini dei, & contra iustitiā, qa nō sufficit ex solo seruili pœnitere timore. Tertiū est, vt statim cū nobis de aliquo mortali peccato conscij sumus confiteamur, vel tempore opportuno confiteri proponamus, quia nō sufficit contritio sine voto atq; proposito confitendi. Quartū est, vt etiam cū diligentia vitemus venialia & quotidiana peccata, quæ qui diligenter non vitat, cito mortalia incidet, eo quod venialia præparent ad mortale, ipsaq; venialium consuetudo mortalis sit. Idcirco in Ecclesiastico scriptū est: Si non in timore domini tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua. i. cor tuum, in quo deus, si bonus es, per gratiam habitat, & in quo tuipse per cogitationes, affectionesq; habitas. Hinc ait & Salomon: In timore domini esto tota die, & omni custodia custodi cor tuum. Timor etem̄ retrahit à peccato & diligentem efficit hominē ad ea quæ extant salutis. Hinc affectuosissime cū ingeminatione hortatur aplūs: Cū metu, timore & tremore vestrā salutem operamini. Hoc fecit beatus Iob, dicens: Semper quasi tumentes super me fluctus timui deū. Oportet itaq; gustū & ventrem refrenare ab immoderātia cibi & potus, mentē à cogitationibus & affectionibus prauis, linguam ab inutilibus, vitiosisq; verbis, exteriora membra & totū corpus à malis operibus, animā quoq; ab omissionibus & negligentijs cunctis. Praeterea circa exordiū Euangelij huius quæstio posset moueri, qualiter dicat Christus, Nunc iudicium est mundi, cū ipsemet alibi cōtestetur, Non misit deus filiū suū vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Et alibi: Ego, inquit, nō iudico quemq̄. Et respondendū, q̄ authoritates illæ ac similes intelligendæ sunt de iudicio discussionis & reprobationis seu finalis remunerationis, q̄d est opus iustitiæ. Chrūs aūt in primo suo aduētu venit dulcorē pietatis, nō rigorē iustitiæ exercere. Veruntamē vnusquisq; Christi fidelis debet cor suū quotidie diligenter examinare, peccata sua in seipso rationabiliter castigare, & ita seipsum salubriter dijudicare, vt diuini euadat districtionē. Insuper quoniā Christus in Euangelio asserit hodierno: Si exaltatus fuero, oīa traham ad meipsum, clamemus ad ipsum cum spūali sponsa, dicentes: Trahe me post te, hoc est à carnalibus & tēporalibus rebus affectū cordis mei auertere, atq; ad diuinorū & æternorū cōsiderationem ac dilectionē erige, vt omnis auaritia & carnalis concupiscentia repellantur à me, & deum super omnia diligam, in virtutibus semper crescere studeam, ad æternam beatitudinem feruenter aspirem. Præterea quoniā Christus quantem in ipso est sua passione traxit nos ad seipm̄ non retrahamus nos ab ipso appetendo illicita aut faciendo diuinis præceptis contraria, aut omittēdo bona à deo iussa, sed impleamus quod Salomon exhortat: Quicquid potest manus tua, instanter operare, quia nec opes, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos quo tu properas. ¶ Amplius aduertamus exhortationē Christi in euāgelio hodierno dicentis: Ambulate dum lucem habetis, vt non tenebræ vos comprehendant. Hoc etem̄ est quod Esaias propheta hortatur: Quærite dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est. Paulus quoq; apostolus: Exhortamur, inquit, ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Omnes em̄ quàmdiu in via huius exilij viuimus, lucem gratiæ dei habemus in actu vel in potentia, hoc est in re, vel in potentia perueniendi ad eam, sed dum finitur hæc vita quæ via est ad aliam vitam, finitur status merendi ac demerendi, & per consequens, possibilitas pertingendi ad gratiam, his qui extra gratiam, id est, in mortali peccato decedunt. Idcirco periculum nostrum est irremediabile, irrecuperabile, & immensum, si negligenter vixerimus. Sim⁹ ergo soliciti, feruentes, timorati ac agiles, & ambulemus in via virtutū de bono in melius, de peregrinatione præsenti. ad patriam felicitatis æternæ. Nullus indulta pœnitentiæ tempora perdat, nullus emendationem vitæ procrastinet, cum ignoremus diem & horam. Et qui pœnitenti promisit veniam, non ei promisit diem sequentem. Postremo Christi passionem cordibus nostris indelebiliter imprimamus, illam iugiter meditemur, & eius intuitu ac amore omnem aduersitatem, aspernationem, contumeliam æquanimiter toleremus. Hinc quidam in psona Christi satis deuote loquut⁹ est: O homo, vide quæ pro te patior, non est dolor sicut quo crucior. Ad te clamo, qui pro te morior, vide pœnas quibus afficior, vide clauos quibus confodior, & cum tantus sit dolor exterior, intus tamen planctus est grauior, dum te tam ingratum experior.

Ezech. 18
Ecci. 27
Pro. 4
Ecci. 1.
Phil. 2
Job. 31.
Johan. 12
Johā. 3
Johā. 8
Cant. 1.
Eccles. 9
Johan. 12
Esa. 55
2. Cor. 6.

¶ Sermo de vita & excellentijs sancti Seruatij Episcopi.

¶ Porrò, in iudicio duo considerantur. Primum est authoritas iudicandi, & illa tribus personis communis & vna est. Secundum est, iudicij exequutio, seu prolatio sententiæ, quæ competit Christo secundum naturam humanam, quam & sua humiliatione ac passione promeruit. Propter quod ait Iohannes quinto capitulo: Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Item'q; dicit: Neq; enim pater iudicat quemquàm, sed iudicium omne dedit filio suo. ⌊Huic⌋ scilicet Christo ⌊om͂es prophetę testimonium perhibent⌋ vt domino serui ⌊remissionem peccatoꝝ accipere per nomen eius⌋ id est, per inuocationem & fidem ipsius, ⌊omnes qui credunt in eum⌋ qui scilicet, fide & charitate Christo incorporantur. Prophetæ enim concorditer loquu͂tur de Christo, tanquàm de omnium saluatore, ita quòd credentes per gratiam eius iustificantur. ⌊Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit⌋ hoc est subito venit, seu repente descedit ⌊spiritus sanctus⌋ non per suam incircumscripta͂, incommutabilem'q; substantia͂, sed per pietatis suæ effectus & gratiæ dona ⌊super om͂es qui audiebant verbum⌋ videlicet, super

Ioh͂a.5

Cornelium & ſuos, quibus prædicatio iſta fiebat. Deſcẽdit autem ſpũs ſanctus in ſigno viſibili, ſiue ſenſibile, ſed an in igneis linguis, an in alia ſpecie, incertum eſt, vt ſcholaſtica ait hiſtoria. ⌊Et obſtupuerunt ex circũciſione fideles⌋ Hoc eſt, ex Iudaiſmo conuerſi, ⌊qui venerant cum Petro, quia & in natiões⌋ .i. in Gẽtiles ⌊gratia ſpiritus ſancti effuſa eſt⌋ cum abundãtia tãta, ludæiq̃ quos dẽ cõſueuerãt gẽtiles pro nihilo reputare, nec ſiĺe huic rei vnq̃ fuerat factũ, ideo de effe-
Actoꝝ .2. ctu tam magno atq; inſolito, ꝑ admiratõis magnitudine velut ſtupidi reddebãtur. Fuit enĩ reuera grãde miraculum, & maxima pietas dei. ⌊Audiebãt enĩ illos loquẽtes linguis⌋ diuerſis ſicut Apoſtoli loquebãtur in die Pẽtecoſtes ⌊& magnificãtes deum⌋ grãs deuotiſſime referẽdo, eiusq́; bonitatẽ & beneficia totis præcordijs attollẽdo. ⌊Tũc reſpõdit Petrus: Nunquid aquã
Romanõ.8 prohibere quis poteſt, vt nõ baptizẽtur hi q̃ ſpm̃ ſctm̃ acceperũt, ſicut & nos?⌋ Apoſtoli ſcilicet cum ſigno ſenſibili, & dono linguaꝝ, q̃uis nõ in tãta plenitudine ſicut Apoſtoli, qui primitias ſpũs acceperũt. ⌊Et iuſſit eos baptizari in noĩe dñi noſtri Ieſu Chri⌋ Apl'i enĩ cõſueuerũt
1. Coꝛ .1 ꝑ diſcipulos ſuos baptizare cõuerſos, & ipſi verbo prędicatiõis inſiſtebãt, ſcd̃m q̃ Paulus teſtatur: Non miſit me Chriſtus baptizare, ſed prædicare.

¶Sermo primus circa Epiſtolam: Quid ſit peccatum, & de effectibus eiuſdem ac nocumentis.

VIrtus tua dñe iuſtitiæ initium eſt. Sapĩæ .12. Quẽadmodum iuxta doctrinã philoſophi in om̃i gñe ac ordine reꝝ primũ eſt mẽſura ac regula quędã inferioꝝ ac ſecũdorum, ſic iuxta theologos deus glorioſus & benedictus eſt om̃is bonitatis & equitatis, om̃is virtutis & ꝑfectiõis oĩs rectitudinis, ſapĩæ & btĩtudĩs, inuariabilis & infallibilis regula, ſapiẽtiſſima, inobliquabilisq́; mẽſura, itaq; eo ipõ q̃ mẽs diuina & ĩcreata dictat & iudicat aliquid eſſe bonum & rectum, virtuoſum, ꝑfectum aut iuſtum, ſapiẽtiale aut ſanctum, infallibiliter tale eſt. Et quãto quid magis cõcordat, cõformatur, ſeu cõſonat legi æternæ ſeu dictamini mẽtis diuĩæ, & ĩcreatæ iuſtitiæ ac ſapĩæ dei, eo melius, virtuoſius, rectius, ſapiẽtialiusq́; cõſiſtit. Itaq; quicq̃d à lege æterna, quicq̃d ab increata iuſtitia, quicquid à ſapĩa creatoris diſcordat, ſtultum, obliquum, atq; iniquum eſt, & tãto ſtolidius vitioſiusq́; cenſetur, quanto plus inde recedit, diſcordat, auertitur. Quid igitur eſt peccatum, niſi auerſio & receſſus mẽtis creatę à lege æterna, à ſapĩa creatoris, à dictamine ſeu recto iudicio primi ac ſummi legiſlatoris? Qui ſapĩæ ſuæ dictamẽ, & voluntatis ſuæ decretum, itemq́; ſuæ cẽſuram iuſtitiæ nobis in ſanctis patefecit ſcripturis, dando præcepta rectiſſima, ſaluberrima documẽta, ſapiẽtiſſima quoq; cõſilia, quæ om̃ia ſunt quædam expreſſiones ac ſplendidi radij & ſigna præclara legis æternæ, increa-
Ambroſi⁹ tæ iuſtitiæ, infinitæq́; ſapĩæ om̃ipotẽtis. Ideo recte dixit Ambroſius: Peccatum eſt præuaricatio legis diuinæ, & cœleſtium inobediẽtia mãdatoꝝ. ¶Præterea, cõſtat ex introductis, quòd om̃e peccatum ſit quædam fatuitas, & quòd om̃is peccator in mortali iacẽs peccato, ſit ſtultus.
Eccl's.1. Cumq́; innumerabiles ſint huiuſmodi peccatores, recte Salomon proteſtatur: Stultorum infinitus eſt numerus ¶Porro cum deus ſublimis ſit vniuerſorum vltimus finis, ad quem cuncta
Auguſti. ſunt referẽda ac ordinãda, ſummumq́; bonum, quo ſolo fruẽdum eſt, ſed propter ſe inhærendum, recte Auguſtinus diſſeruit: Peccatum eſt ſpreto ſeu relicto ſummo & incommutabili bono, rebus caducis ac mutabilibus inhærere. Et denuo: Peccare (inquit) nõ eſt aliud, niſi vtendis
Auguſti. frui, fruẽdisq́; vti. ¶Inſuper peccatum eſt, quicquid legi cõtrariatur diuinæ, ideo rurſus Auguſtinus affirmat: Peccatũ ẽ dictum vel factum aut cõcupitum cõtra legem dei. In qua deſcriptione peccati, per dictum & factum nõ ſolum intelligẽda eſt praua locutio & operatio mala, ſed etiam bonæ locutionis virtuoſiq́; actus omiſſio. Per cõcupitum quoq; nõ ſolum inordinata affectio, ſed & cogitatio illicita, imo & virtuoſę appetitiõis ac bonę cogitationis omiſſio, rite intelligũtur, ideo dici poteſt, q̃ peccatum nõ ſit niſi omittẽda committere, & committẽda
Dionyſi⁹ omittere. ¶Amplius prout diuinus Dionyſius cõteſtatur: Peccatum eſt receſſus ab ordine, hoc eſt, à recta ordinatiõe atq; ab habitudine cõueniẽti ac debita, qua rationabilis creatura cohærere & ſubdi debet proprio creatori. Hoc nempe rectus & cõdecẽs ordo requirit, vt inferius ſubdatur ſuo ſuperiori, vt ad cauſam cõuertatur effectus, vt media reducãtur in finem, intellectualisq́; creatura ſuo innitatur atq; adhæreat cõditori, tanquã effectiuo principio ac beatifico fini, ſicut in libro de quator coæqueuis, tractatu de angelis, pãdit Albertus: Verum hoc totum per peccatum ſubuertitur, imo ordinationis tam iuſte ſubuerſio eſt formaliter ipſum pecca-
Ioh.13.19 tum. Propter quod diſcipulus quem diligebat Ieſus, in prima ſua fatetur Canonica: Omnis qui
1. Iohã.3. facit peccatum, iniquitatem facit, & peccatum iniquitas eſt. Etenim per peccatum mens creata ſuo efficitur creatori rebellis, eiusq́; voluntati digniſſimæ propriam præfert voluntatem vi-
Hierem.2 liſſimam, & quaſi dorſum ſuũ vertit ei in faciem. Propter quod dominus per Hieremiam: Ver-
Zachar.7 terunt ad me dorſum & nõ faciem. Itemq́; per Zachariam: Noluerunt attẽdere, & auerterunt ſcapulas recedentes. ¶Præterea aduertendum, q̃ prætactæ deſcriptiones peccati dantur de peccato mortali. Cumq́; peccatum dicitur eſſe præuaricatio legis diuinæ atq; cęleſtium inobediẽtia mãdatorum, ꝑ legẽ diuinã & mãdata cœleſtia nõ tm̃ intelligunt lex & mãdata à deo immediate collata, ſed etiam lex poſitiua humana, Eccleſiaſtica quoq; præcepta, quibus deus vult obediri

A obediri tanquàm legi ac iussioni diuinæ, quoniam ipse ait suis vicarijs: Qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit, imò & rectæ rationi obedire necesse est. Nam recta ratio est legis æternæ participatio, signaculumq́ lucis vultus diuini, iuxta quod scriptum est: Signatũ est sup nos lumen vultus tui domine. At vero, quemadmodum secundum Auicennam & Algazelem in metaphysicis suis, res creata dicitur vera veritate rei seu entis, in quantum habet naturam secundum institutionẽ, conceptum exemplaremq́ formam altissimi creatoris, hoc est, in quantũ cõformat̃ ideæ quã habet in mẽte diuina, prout Anselmus in libro de veritate plenius docet, & Thomas in Summa de veritate diffusius tractat, sic rõnalis creatura dicitur virtuosa ac sancta, inquantum cõuersatio seu actio eius concordat & assimilat̃ dictamini seu iudicio legis æternæ quæ vniuersę iustitiæ, sanctitatis, ac virtutis fons, causa, institutrix, mensura, ac regula perhibetur. Propter quod dñs ait: An non licet mihi quod volo facere? Enimuero ex ipo & p ipm & in ipo sunt oĩa, qui ait ad sanctum Iob: Nunquid cõdemnabitis me, vt iustificeris? Hinc octauo de ciuitate dei ait Augustinus: Celebriores Platonici disseruerũt, ꝙ in deo inuenit̃ causa subsistendi, ratio intelligẽdi, & ordo viuẽdi, quoꝝ primũ ad naturalẽ, secundum ad rationalẽ, tertium ad moralẽ philosophiæ ptinet partem. ¶ Postremo, cum deus sit primũ, summũ, purum incomparabile, & incircumscriptibile bonum, cõstat ꝙ ipe sit primũ amabile, summũ honorabile, plenariè contẽtatiuum, oĩs appetitionis obiectum, idcirco pctm̃ quo creatura propriam voluntatẽ præfert diuinæ, & bonum creatum, caducum, ac vile, imò & ipe iniquitatẽ delectationẽq́ prauam, sup dignissimo creatori, est grauissimus dei cõtẽptus, vilipẽsio altissimę bonitatis, diuinę maiestatis iniuria, diuinę iussiõis incuria, diuinę sanctitatis offensio, omnipotẽtis creatoris relictio, insipiẽtia mẽtis se à dei sapĩa auertẽtis, interemptrix gratiæ ac virtutũ, summi boni priuatio, ęternę felicitatis amissio, obscuratio intellectus, subuersio voluntatis, venenũ

B diaboli, viscus inferni, via damnatiõis ppetuæ, causa totius miseriæ, mors peccãtis, germẽ dæmonioꝝ, ianua tartaroꝝ, infatuatio hoĩm, rete ac laqueus tẽtatoꝝ, gloriatio ac imitatio malignoꝝ spirituũ, detestatio angeloꝝ, horrẽda caligo, maxima turpitudo, grauissimus fœtor, vilitasq́ extrema, ferocissima belua, prauissima fera, vehemẽtissimũ dãnum, vitandissimũ nocumẽtum, ac maximũ malum. Sunt aũt & multi alij effectus ac damna peccati. Et breuiter ex hoc solo potest ppẽdi inæstimabilis grauitas peccati mortalis, ꝙ quàmuis homo cẽtum annis deo in oĩ sanctitate seruisset, imo & beatissimo Iohãni Baptistæ in sanctitate par esset, tamẽ si vel vnam mortalem incideret culpam, protinus efficeretur deo odibilis, diaboli seruus, & si absq́ contritione discederet, æternaliter esset damnandus secundum diuinam iustitiam. ¶ Insup, si vnũ mortale pctm̃ ita deturpat, condẽnat, subuertit, ignobilitat hoĩem, q̃ turpes & cõdemnabiles, q̃ peruersi atq́ ignobiles sunt q peccatis pctã quotidie addunt, q sine timore ppetrãt mala quoꝝ corda implent̃ malitia? Ideo in libris Regũ ait altissimus: Qui cõtemnũt me erũt ignobiles. Et item p Hieremiã: Quàm vilis facta es nimis nimis iterãs vias tuas, ideo quasi à facie colubri, quasi à veneno ac morsu diaboli, quasi à morte infernali & incẽdio fugiamus peccata, resiliamus à vitijs, abhorreamus dei offensam.

¶ Enarratio Euangelij: Sic deus dilexit munduum, vt filium suum vnigenitum daret &c. Iohannis tertio.

C Ante saluator noster se exaltãdum dixerat, vt serpẽtem Mosi in deserto, vt omnis qui credit in illum nõ pereat, sed habeat vitã æternã. Ne aũt hoc meritis nostris putemus ascribẽdum. Vnde ad tantum beneficiũ moneamur causam adiungit: ⌊ Sic eñ deus dilexit mũdum ⌋ .i. tã ardẽter deus pater dilexit genus humanũ, ꝑsertim hoĩes ꝑdestinatos, ⌊ vt filiũ suũ vnigenitũ ⌋ nõ adoptiuũ, sed naturalẽ, cõsubstãtialẽ, & vnicũ ⌊ daret ⌋ hoĩbus in filij sui incarnatiõe ac passiõe. Dedit eñ eũ nobis, quẽadmodũ cecinit Esaias: Puer natus est nobis, filius datus est nobis. Et Aplus: Proprio (inqt) filio suo nõ pepercit, sed p oĩbus nobis tradidit illũ. Dedit ergo eũ nobis, in incarnatiõe faciẽs eũ filiũ nr̃æ sororis, vz sacratissimæ virginis, fratrẽ nr̃m mediatorẽ ac sociũ nr̃m. Qui eñ ante incarnationẽ erat deus & dñs noster, p incarnationẽ factus est frater & socius noster. Dedit quoq́ eũ nobis in tota cõuersatiõe eius in seculo isto. Nam qcqd Chrus fecit, ꝑdicauit, & ptulit, ordinauit pater, & etiã filius ad nostrã salutẽ, & nobis meritoriũ fuit, nõ ipsi Chro, quãtum ad prẽmiũ essentiale, qa hoc habuit anĩa Chri à primo suæ creatiõis instãti. Dedit etiã eum nobis in sacro altaris, quẽadmodũ infra testat̃: Pater meus dat vobis panẽ veꝝ. ¶ Postremo, dedit eũ nobis in passiõe, exponẽs filiũ suum dilectũ tãtis tormẽtis pro nr̃a salute, quẽadmodũ Esaias ꝓnuntiauit: Propter scelus populi mei pcussi eũ. Et filius tpe passiõis. Calicẽ (inqt) quẽ dedit mihi pr̃, nõ bibã illũ? In passione eñ creator noster, factus est saluator noster, iudex nr̃, factus ẽ recõciliator nr̃, aduocatus ac mediator. Sed qd retribuemus deo pr̃i pro oĩbus quę retribuit nobis? Benedic anĩa mea dño, & noli obliuisci oẽs retributiones eius. Quid eñ quale vel quãtum bonũ dedit nobis. Nonnẽ filium suum charissimũ sibi coæqualem & coimmensum, quem ex proprio corde æternaliter genuit, quem ex sua substantia peperit, quem non minus diligit, quàm seipsum.

¶ Porro

Marginal references: Luc. 10. Psalm. 4 Matt. 20 Col. 3 Job. 40 Eccl. 3 Eccl's 8 1. Regũ. 2. Hierem. 2 Eccl. 21 Esaię. 9. Romañ. 8 Johan. 6. Esaię. 53. Johan 18. Psalm. 115 Psal. 102.

Roman.8 ¶Porrò secundum Philosophum: Diligere ẽ alicui bonum velle. Vehementer ergo nos amat pater, quibus dedit hoc bonum immensum. Quomodo etiam non omnia nobis cum illo donauit? Quid negabit petentibus, qui non petentibus dedit vnigenitum filium suum? Hinc ait
1.Johã.4. Iohannes in sua epistola: In hoc apparuit charitas dei in nobis, quoniam filium suum vnigenitum misit in mũdum, vt viuamus per eum. Et ne putemus nos propter merita nostra à deo dilectos, adiecit: In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus deum, sed qm̃ ipse prior dilexit nos.
Ibidẽ
Ephe.2 Hinc & Paulus ipse ad Ephesios disseruit: Deus qui diues in misericordia, propter nimiã charitatem suam, qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos Christo, cuius gratia estis saluati. Non ergo contemnamus neq; negligamus nosipos, nõ vilificemus aĩas nostras summæ trinitatis imagine insignitas, rebus terrenis, caducis aut carnabus inhærẽdo, sed intensissima mente pensemus, quanti æstimati sumus à deo nostro, quãta pro nobis fecit, & passus est filius dei, quãta nunc dedit, quãta se daturum nobis promisit, & dicamus deo corde feruẽti
Esaie.26. cum illustrissimo Esaia: Nomẽ tuum memoriale tuũ dñe in desiderio animæ. Anima mea desiderauit te in nocte, sed & spũs meus in prçcordijs meis. De mane vigilabo ad te. Et cum Psalmista: Diligã te dñe fortitudo mea. Adhoc eñ deus suã nobis dilectionẽ manifestauit, vt eum reamare, eiusq; amore succẽsi, ampliora beneficia perciperemus. ¶Quadruplex est causa nobis amãdi deum. Prima, qm̃ in se natural'r bonus est. Secunda, qm̃ prior dilexit nos. Tertia
Psalm.17.
1.Johã.4. quoniam multa nobis bona largitus est, videlicet bona naturæ & gratiæ. Quarta, quia maiora promisit, præparauit & dare paratus est. Nobilis anima, quç suum diligit creatorẽ, & tãto nobilior, quãto in eius amore feruẽtior. Illustrissima creatura quç igne diuini amoris flãmescẽs in
1.Cor.6. dilectum, sup omnia in deum trãsformat, & vnus cum illo spiritus efficit. Conuenietissime demum ait Euãgelista: Sic deus dilexit mundũ, vt filiũ suũ vnigenitũ daret, ad insinuãdum, quod dilectio dei est causa fontana omnium beneficiorum nobis diuinitus pstitorum. Amor nãq; secũdum Theologos est primũ donũ, in quo oĩa dona gratuita donant gratis. Propter qd donum appropriat spũi sancto, q est amor pris & filij. ¶Quçrit, si deus pater sic diligit mundum cur
1.Johan.3 scriptum est in Iohãne: Nolite diligere mũdum, neq; ea quç in mũdo sunt, qa si qs diligit mun-
Jacob.4 dum, nõ est charitas pris in eo. Et Iacobus in sua fatet Canonica: Si quis voluerit amicus huius mũdi fieri, inimicus dei constituet? Dicẽdum est, quod scripturis sacris mũdus accipit pro ho-
Galat.1. minibus in terra degẽtibus, & hoc tripliciter: Primo, pro mũdanis & vitiosis hoĩbus, de quibus Paulus ad Galatas testat: Si hoĩbus placerẽ, Christi seruus non essem. De hoc mũdo scribit Io-
1.Johã.4. hãnes in sua Ca. dicẽs: Ipsi de mũdo sunt & de mũdo loquunt & mũdus eos audit. Iste ẽ mũdus ptinẽs ad massam pditionis. Secũdo accipit mũdus pro hoĩbus pdestinatis, in mũdo isto sensibili peregrinãtibus. Huius mũdi dicitur Christus esse saluator, quẽadmodum loquit Paulus ad
1.Cor.5 Corinthios: Deus erat in Christo mũdum reconciliãs sibi. De quo mundo promissum & Abra-
Genes.22 hæ: Benedicentur in te omnes tribus terræ. Vnde secundum Apostolum ad Romanos: Abra-
Roma.4. ham factus est hæres mundi. Tertio, sumit mũdus indifferẽtur, pro qbuscũq; hoĩbus in terra viuentibus, electis & reprobis. Sic quoq; accipi pt nunc, & in verbis immediate sequẽtibus dicit:
Johã.3 Non misit deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluet mundus per ipsum.
Sapie.11. Deus enim (vt dicitur in Sapientia) diligit omnia quæ fecit, quanto magis rationalem creatu-
1.Timo.2 ram. Vult eñ omnes homines saluos fieri, voluntate antecedẽte, & secundum hoc diligit cẽs, & quãtum in ipso est, neminem vult perire. Sicq; pro vniuersorum salute misit pater filium su-
1.Petri.2 um, & omnes conuertant, & pro omnibus passus est Christus, quãtum ad sufficiẽtiam, sed quã-
Johan.17 tum ad efficaciam, pro solis electis oĩa sustinuit. Ideo Chrs passione instãte dixit ad patrẽ: Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi de mũdo, quia tui erant. Hæc diuersa acceptio mundi memoriter est tenẽda, quoniam ad intelligẽtiam dicẽdorum necessaria est. ¶Insup,
Gala.5 ad hunc finẽ dedit pater omnipotẽs filium, ⌊vt omis qui credit in eum⌋ Fide p dilectionem
Jaco.2 operãte. Nam fides sine opibus mortua est, ⌊nõ pereat⌋ hoc ẽ, non dominet, ⌊sed habeat vi-
Marci.16 tam æternã⌋ quæ est visio summæ trinitatis p speciẽ. Vnde apud Marcum dicit saluator: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Et in Actibus Apostolorum Paulus ait Iudæis: Per
Actorum.13 hũc vobis remissio peccatorum annũtiat ab omibus à qbus nõ potuistis in lege Mosi iustificari. Hinc legitur, Christus in Euãgelio dixisse: Fides tua te saluum fecit. Per fidẽ enim primo ani-
Matt.5. ma cõiungit Christo, & incorporatur ad cognoscendum, & rectẽ sentiẽdum de ipso, vt sit par-
Marc.5. et.10 ticeps meriti, & gratiæ Christi. Primo siquidẽ vnitur homo deo p intellectum illuminatum lu-
Lucæ.7.8 et.18 mine fidei. Deinde p voluntatẽ siue affectum diuina charitate formatum. Propter quod Aba-
Apocal.2. cuc dicit: Qui incredulus est, non erit anima recta in semetipso: Iustus in sua fide viuet. Credi-
Heb.10 mus autem in Christum secundum quod deus est, quia obiectum fidei est veritas prima & increata. ¶Præterea declarat Euangelista, quod missio filij dei sit effectus paternæ atq; diuinæ dilectiõis ad nos. ⌊Nõ eñ misit (p incarnationẽ) deus (pater) filiũ snũ in mũdum⌋ hoc ẽ, in terra Iudææ seu inter homines. Deus in Euãgelio frequẽter accipit psonaliter, s. pro certa persona diuina, quandoque vero essentialiter, vt cum dicitur: Spiritus est deus. Nunc vero sumi-
Johan.4. tur pro

A tur psonaliter, ⌊ vt (filius) iudicet mūdū ⌋ hoc est, hoīes iudicio cōdēnatiōis, iustitiā exercēdo
" & pœnā infligēdo, ⌊ sed vt saluet mūdus p ipm ⌋ vc3 merito cōuersatiōis, & passionis Chri-
" sti, cuius virtute & merito purgamur à culpa, & gratia adimplemur. Propter quod Petrus in
actibus apostolo℞ ait: Nō est (inquit) aliud nomē datū hominibus, in quo oportet eos saluos Acto℞. 4.
fieri. ¶ Præterea cū Iacobus & Iohānes, cuius est hoc Euāgeliū, zelantes pro Christo, contra
quosdam qui eum non receperunt, dixissent: Vis dicimus vt descendat ignis de cœlo & cōsu
mat eos. Christus respōdit: Nescitis cuius spūs estis. Filius eñ hominis nō venit animas per- Iohan. 12.
dere, sed saluare. Videtur aūt huic obuiare, quod infra ait saluator: Nūc iudicium est mūdi, & Iohan. 9.
alibi: In iudiciū ego in hunc mūdum veni. Esaias quoq3 ait: Non secūdum visionē oculo℞ iu Esa. 11.
dicabit, sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro māsuetis terræ. Et sicut a- Matt. 23.
lij Euāgelistæ testātur: Chrūs in primo suo aduētu durè & efficaciter redarguebat sacerdo-
tes, scribas ac pharisæos. Talis autē redargutio nō fit sine iudicio, psertim cum sæpe dixerit:
Væ vobis. Et denuo: Publicani & meretrices pcedēt vos in regno cœlo℞. Dicēdū q̄d duplex
est Chri aduētus, videlicet. Primus, q̄ venit occultè, & in humilitate, vt iudicaret & liberaret
Secūdus erit manifestus & ī maiestate, vt iudicet atq3 remuneret. De q̄ fertur in psal. Deꝰ ma Psal. 49.
manifeste veniet, deus noster & nō silebit. Ignis in cōspectu eius exardescet. Iudiciū q̄q3 ē du
plex. Est eñ iudiciū discretiōis, q̄ boni à malis secernunt, maliq3 vituperant, & ptiosum à vili Hiere. 15.
separat voto aut merito. De q̄ Iob ait: Nūquid q nō amat iudiciū sanari pōt? In hoc iudicio Iob. 34.
impij nō resurgūt, qa nō surgunt à ruina peccati ad gratiā, iudicādo hoc modo seipsos. Istud Psalm. 1.
iudiciū fuit & fecit Chrūs in primo suo aduētu. Multipliciter eñ discernit inter electos & re
probos, quosdā misericorditer vocando ad suum discipulatū & gratiā, quosdam iuste dese-
rendo, qui nō erant ex ouibus suis, de quibus & dixit: Sinite illos, cæci sunt, & duces cæco℞. Iohan. 10.
B Aliud est iudicium remuneratiōis & cōdemnatiōis per pœnæ illationē. Hoc Christus nō fe- Matt. 15.
cit in primo suo aduētu, sed in die iudicij faciet id communiter, & in morte singulo℞ facit ip-
sum particulariter. Per has distinctiones facile concordantur authoritates quæ repugnare vi
" dentur. ⌊ Qui credit in eum ⌋ perseueranter vsq3 in finē, fide & opere manēs fidelis, ⌊ nō iudi Matt. 24
" catur ⌋ iudicio reprobatiōis sed approbatiōis, de quo dicit apostolus: Qui iudicat me, dñs ē. Apocal. 2.
" Vnde in Apocalypsi legitur: Esto fidelis vsq3 ad mortē, & dabo tibi coronā vitæ. ⌊ Qui autē 1. Co℞. 4
" non credit, iam iudicatus est ⌋ hoc est, diuinitus reprobatus, de quo reprobatiōis iudicio Pau Apocal. 2.
lus testatur: Eos qui foris sunt, dñs iudicabit. ¶ Quæritur, quomodo infidelis iā iudicatus, di- 1. Co℞. 5.
catur, cū adhuc viator existat, necdūq3 oblatus sit tribunali iudicis Christi? Et respondēdū ꝙ
dicitur iam iudicatus tripliciter. Primo, quoniā pro iudicato & reprobato habetur. Secundo
quoniā habet in se causam damnationis adeo euidentē, vt non sit dignum discussionē de ipso
peragere. Cū eñ careat fide, certū est q̄d nil meritoriū habeat, sed mortali subiaceat culpæ,
dummodo sit adultus, præsertim cū dicat apostolus: Quicq̄d nō est ex fide, peccatum est. Iu- Roma. 14
xta hunc modum loquēdi dicimus de homine agonizante vel veneno infecto quod sit mor
tuus homo. Tertio, quia futura sunt deo, quasi præsentia, qui oīa conspicit, atq3 præsentia-
liter cernit in ipso æternitatis momēto. Verūtamē in hora mortis iudicabit, quātū ad remu-
C nerationē, seu pœnæ illationē, quātū ad animā, & in die nouissimo quātū ad corpus & animā
quādo erit vnus eo℞ q̄bus dicet: Ite maledicti in ignē æternū. Iudicātur insup infideles post Matt. 25
hāc vitā quoad hoc quod nō oēs æqualē sortiūtur miseriā, sed vnusquisq3 iuxta mēsurā suā
delicti, pœnis maioribus vel minoribus deputetur. Causa autē cur iudicatus iam sit infidelis,
" subiungitur, ⌊ qa nō credit in noīe vnigeniti filij dei ⌋ hoc est, in ipso filio dei naturali & vni-
co, & per consequēs mendacem facit deū patrē secundū quod Iohānes habet: Qui nō credit 1. Iohan. 5
in filium, mendacem facit deum, quia nō credit in testimoniū quod testificatus est deus de fi-
lio suo. Istud si vniuersaliter atq3 simpliciter intelligat, ꝯsequēs eēt, quod nemo vnquàm sal-
uatus est sine explicita fide Christi futuri, præsentis vel missi, cuius cōtrarium tenēt doctores
adserētes quòd ante Christi aduentum simplicibus sufficiebat implicita fides de Christo, cū
obseruantia legis naturalis quoad Gentiles, vel scriptæ quoad Iudæos, qui secundum quosdā
tenebantur ad explicitam fidem de Christo in generali, ita ꝙ sufficiebat credere eē vitā post
hanc vitam, & quod deus haberet prouidentiam atque iudicium actuum humano℞, & salu-
ti hominum prouideret, secundum modum sibi placentem, & ab ipso præordinatum. Vnde
Cornelius Centurio tali fide placuit deo: Erat eñ vir religiosus & bonus, cuius orationes & Acto℞. 10.
eleemosynæ commemoratæ fuerunt coram deo, & tamen nondum sciuit determinate ali-
quid loqui de Christo. Et respondendū, quòd si verba Euangelistæ intelligātur de explicita
fide filij dei, non erunt de oībus hominibus intelligenda, sed de maioribus, puta prophetis
& patriarchis, & eruditis, ab illis pro tempore legis scriptæ. Tempore autem euangelicæ le-
" gis oēs tenētur ad explicitam fidem de Christo & trinitate. Idcirco iam nemo valet saluari
" nisi explicita fide de vnigenito filio dei. ⌊ Hoc est autem iudicium ⌋ hoc est, istud quod subdi
tur, est causa meritorij iudicij reprobationis infideliū, omniūq3 peruersorum, ⌊ quia lux ⌋ .i.

Christus

Iohã.1 Miche.7 Christus lux vera illuminãs omnem hominem qui illuminatur. De quo dicit Micheas prophe-
Heb.1. ta: Cum sedero in tenebris, dñs lux mea est. Et Apostolus dicit: Quum sit splẽdor gloriæ, imo
1. Cor.1 pater, & filius, & spiritus sanctus, sunt vna lux. Lux ergo videlicet verbum & sapientia patris
Baruch.3 ⌊venit in mundum⌋ p mysterium incarnatiõis, & in terris visa, atq; cum hoibus conuersata
Matth.5 est lux ista, adsumpta humanitate velata. Christus quoq; secundum naturã assumptam, est lux
ineffabiliter clarior Apostolis, quibus dictum est: Vos estis lux mundi, ⌊& dilexerunt ho-
mines⌋ pro maiori parte, non tamen omnes simpliciter, ⌊magis tenebras,⌋ hoc est, passiones
Iob.24 & vitia rationem obtenebrantia, atq; infernales tenebras perducentia, ⌊quã lucem⌋.i. Chri-
stum seu eius doctrinam, ac virtutum splendorẽ, de qualibus scriptum est in Iob: Ipsi fuerunt
rebelles lumini. Quicũq; præfert concupiscentiam rationi, carnalẽ voluptatẽ spũali consola-
tioni, bonum creatum caducum & variabile bono diuino, æterno & infinito, iste diligit tene-
bras magis quàm lucẽ. Et q peccata commissa potius vult occultare & prosequi quàm humili-
Prouer.18 ter præfert confiteri asconsionem tenebrarũ suarũ manifestationi lucifluæ confessionis. Ideo
Salomon in Prouerbiis testatur: Qui abscondit scelera sua, non dirigetur, qui autem cõfessus
Iob.13 fuerit, & reliquerit ea, misericordiã cõsequetur. Et S. Iob: Vias (inqt) meas in cõspectu eius ar-
guam, & ipe erit saluator meus. ⌊Erãt em eorũ mala opa.i. vitiosa, siq; ex electiõe mali, & habi-
tu vitioso paccabant gloriãtes in malis, suisq; iniquitatibus firmiter adhærẽtes. Sed cum dicat
Dionys. Dionysius: Nemo respiciẽs ad malum operatur, & nihil appetitur nisi bonum, quõ potest quis
plus diligere tenebras q̃ lucẽ, seu vitium q̃ virtutẽ? Et respondẽdum, ꝙ nemo respiciẽs ad ma-
lum, operaṫ illud.i. nõ perpetrat, nec appetit malum, nisi sub rõne alicuius apparẽtis, vt pote de-
Prouer.12 lectabilis vel vtilis. Propter quã Salomon ait: Via stulti recta in oculis eius. ⌊Omis em qui ma-
le agit⌋ nõ solum ex infirmitate, vel ex ignorãtia, sed ex certa malitia, seu habitu prauo, ⌊odit
lucem⌋.i. iustitiã veramq; doctrinã, & etiã Chrm aliquãdo quẽ vellet nõ esse, vt possit pœnas
futuras euadere, ⌊& nõ venit ad lucẽ⌋.i. ad pctõrũ suorum salutarẽ ac lucidã confessionẽ. Vel
nõ venit in publicum ex verecũdia, & timore pęnarũ, ⌊vt nõ arguãtur⌋.i. reprehẽdanṫ seu cor-
rigant à prælatis, & iustis hoibus ⌊opera eius⌋ tenebrosa. Sed his contrariari videṫ, ꝙ adserit
Esaie.3 Esaias: Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt nec absconderunt. Et obstinato popu-
Hierem.3 Prouer.2 lo loquitur Hieremias: Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescrre. Tales vtiq;
Eccl's.8 testante Salomone: Lætantur cum male fecerint, & sine timore perpetrant mala. Veniunt er-
go ad publicum, & in præsentia hominum peccare non erubescunt. Et respondendum, quòd
verba præinducta vniuersalr vera sunt, sed de diuersis gñibus male agẽtium, diuersimode ve-
Amos.5 rificãtur. Aliqui em adeò mali sunt, vt respuãt increpari iuxta illud Amos: Odio habuerũt cor-
ripientẽ. Isti publicè peccãt, & sæpe peccasse se iactãt. Alij sunt hypocritæ, simulatores & calli-
di, humana vituperia magis q̃ diuinum iudicium formidãtes, isti peccãt in abditis, dicẽte Apo-
Ephes.5. stolo: Quæ in occultis fiunt ab ipsis, turpe est dicere: Alij sunt famuli dei, sed impfecti nõ ambu-
Miche.6 lantes timorate & satis solicite corã deo, sed cum obseruãtia debitorũ seu præceptorũ contenti
isti multa venialia faciunt in secreto, quæ nequaq̃ facerẽt prȩsentibus aliis, & interdum nõ veni-
unt ad lucẽ ex verecundia ne cõfundãtur. Vnde quicũq; peccat aliquo modo odit lucẽ, & refu-
git eam, loquẽdo de peccatis à qbus homo merito denominaṫ pctõr. Nihilominus sunt aliqui
viri virtuosi tam feruẽtes & humiles, q̃d semp parati sunt ĩcrepari, & cupiũt sua pctã manifesta-
re, correctionẽq; pati, pmissimi sunt. ⌊Qui aũt facit veritatẽ⌋ doctrinæ & vitæ atq; iustitiæ.i.
qui vera loquiṫ, & eadẽ operaṫ, iustitiamq; sectaṫ. Triplex em est veritas. s. doctrinæ, vitæ & iu-
stitię, & quęlibet harũ est suo modo faciẽda, ⌊venit ad lucẽ⌋.i. apparere nõ erubescit, lucẽ sapiẽ
sequiṫ, & corã aliis exemplarẽ se exhibet, ⌊vt manifestenṫ opa eius⌋ ad gloriã ędificationemq;
proximi, ⌊qa in deo sunt facta⌋.i. scdm voluntatẽ dei, quę nobis in scripturis declaraṫ. Istud p-
cipuè verũ est de opibus bonis, ad quę aliqs obligaṫ, quę nullã singularitatẽ prętẽdũt, & sine no-
Matt.5 ta vanitatis possunt manifestari. De his em ait saluator: Sic luceat lux vestra corã hoibus, vt vi-
deant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. Sed si omnis qui facit
veritatẽ, venit ad lucem, vt manifestenṫ opa eius, quid est quod aliqui de bonis actibus verecũ-
danṫ. Sunt em nõnulli, qui si à suis consortibus inueniãtur orare, cõfiteri, vel aliqd de notionis
peragere, erubescũt, cupiẽtes latere, nõ tã ex humilitate q̃ ex humano rubore. ¶ Porrò, sunt tales
q solitarij & ĩclusi, optimę vitę, q nunq̃ in publicũ veniũt & multi ex vera hũilitate, abscõdũt bo-
Matth 6 na quę operanṫ. Vnde & Chrus iubet in cubiculo.i. in loco absconso orare. Et rursus: Videte
Ibidẽ. (ait) ne iustitiã vestrã faciatis corã hoibus, vt videamini ab illis. Dicẽdum ꝙ verba hæc euãgeli-
ca verissima sunt atq; pulcherrima, sed de diuersis iustorũ gñibus verificanṫ variis modis. Pri-
Iohan..8 mo em vniuersalr verũ est, ꝙ qcũq; facit, veritatẽ.i. meritorie opaṫ, venit ad lucẽ q Chrs est, vt
manifestenṫ à Chro opa eius in die iudicij, qñ laus erit vnicuiq; à deo, & vt Chrus cõfiteaṫ eum
1. Cor..4. corã pr̃e suo cœlesti. Rursus, quicũq; sic agit, venit ad lucẽ.i. ad rectæ rõnis iudiciũ, vt manife-
Luc.12. stenṫ opa eius pro loco, causa, & tpe. s. qñ rõ dictat, & charitas exigit. Qui vero de actibus bo-
nis nõ excedẽtibus cõem deuotionẽ verecũdanṫ, sunt hoĩes pusilli & impfecti, q apprehendũt
bonũ

bonum honestum sub ratione rei turpis, inquantũ formidant propter bona opera derideri.
A Solitarii autem ueniunt ad lucem interiorem, q̃uis non ueniunt ad humanos aspectus. Porro uerba saluatoris intelligenda sunt, quantũ ad intentionẽ, uidelicet, ut non oremus, nec bona agamus ad hunc finem, quatenus uideamur & cõmendemur à proximis, sed ad gloriam dei, propriãq; salutẽ, & proximorum ædificationẽ. Elucescit ex his, q iustitia est res audax, secura, fiducialis, iucunda, & uictoriosa. Iniustitia uero contrario modo se habet, Propter quod scriptum est: Cum sit timida nequitia, dat testimonium condemnata, semper enim præsumit sæua, perturbata conscientia. Hinc etiam Iob ait: Sonitus terroris semper in auribus impij, & cũ pax sit, ille insidias suspicatur. Nec dissonat quod Salomon astruit: Fugit impius nemine persequente, iustus autem quasi leo confidens absq; terrore erit. Ideo dicit Apostolus: Vis non timere potestatẽ, fac bene, & habebis laudem ex ea. Propterea quoq; ait Philosophus, quòd qui bene se habent in diuinis, sunt melioris fiduciæ. Audiamus uocem iusti uenientis ad lucem, & sciemus quanta sit securę mentis fiducia. Ecce apud Esaiam ait uir iustus: Iuxta est qui iustificat me, quis contradicit mihi? Stemus simul. Quis est aduersarius meus, accedat ad me, Ecce dominus deus auxiliator meus. Quis est qui condemnet me? Tales fuerũt martyres sancti, qui facientes ueritatẽ legis & fidei Christianæ, uenerunt ad lucem, quoniam non erubuerunt Christum eiusq; sermones, sed confessi sunt eum coram hominibus, ideo Christus confitetur eos coram patre suo, sicq; manifestat eorum opera bona.

Sap. 17 / Iob 15 / Pro. 28 / Rom. 13 / Esa. 50 / Lu. 12 / Mat. 8

¶ Sermo secundus circa Euangeliũ: Quàm sit desiderabilis amabilisq; pulchritudo atq; bonitas dei, & q̃ sint stulti ac impij, qui eius amori quippiam ex creaturis anteponunt.

Refectorio.

SIC deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat uitam æternam, Iohãnis 3. Cum nihil magis sit homini naturale, quàm amantem reamare, maxime diligendus est deus, qui nos immenso ac infinito amore prior dilexit, intantum etiam; ut filium suum daret unigenitum, ut omnis
B qui credit in illum non pereat, sed habeat uitam æternam. Multa sunt quæ nos exitare debent ad amandũ deum super omnia. Nam quum unumquodq; tanto amabilius desiderabiliusq; consistat, quanto fuerit melius, uirtuosius, sanctius, siue perfectius, itemq; spirituali decore ornatius, nonne dominus deus noster omnipotens, deus gloriosus & adorandus, deus sublimis & benedictus, qui est bonitas pura, uirtus immensa, sanctitas infinita, superessentialis & absoluta perfectio, fontana, idealis, simplicissima, atq; mundissima pulchritudo, qui est toto uniuerso in infinitum præstantior, speciosior, potentior, dulcior cuius beatitudo & gloria, est omnifarie interminata, cuius opulentia, sapientia, excellentia, liberalitas ac libertas, pietas ac potestas, nullum prorsus limitem, nullum penitus finẽ suscipiunt, sortiuntur ac habẽt, nonne utiq; deus iste est superdignissimus, est toto mundo, & cunctis, & singulis in eo contẽtis, diligibilior, appetibilior, atq; suauior? Cumq; sic esse nemo fidelium ambigat, cõsideret homo, q̃ inexplicabilem irreuerentiam iniuriamq; exhibeat deo rationalis creatura, dum rebus istis terrenis, carnalibus, uanis, corporalibus, sensibilibus & caducis, imò & comparatione diuinorum bonorum uilissimis, magis afficitur & adhæret, magis unitur & intendit, q̃ deo altissimo, bono tam infinito, præstantissimo & præclaro, cuius respectu totus mundus est quasi
C puluis exiguus. Nonne quodammodo infinitam irreuerentiam exhibet deo, dum ei ista præfert uanissima? dum propriæ potius q̃ diuinæ assentit & parit uoluntati? dum carnalem concupiscentiam, amplius q̃ diuinam sequitur legem? Etenim quanto ille qui præcipit maior est; tanto culpabilius est ei non obedire. Rursus, quanto aliquis benefactor plura aliquibus beneficia contulit; tanto iniquius est ei ingratum existere: impijssimum uero est, ei etiam mala pro bonis repẽdere. Si itaq; scire optamus, q̃ enormia sint nostra peccata, q̃ inexcusabilia atq; grauissima, profunde sagaciterq; pensemus; quæ, quanta, & qualia, beneficia liberalissime pręstiterit nobis dominus deus noster dulcissimus. Nonne ipse creauit nos? Ipse utiq; dedit nobis corpus & animam rationalem, quam sua imagine insigniuit, nosq; ad suam similitudinẽ condidit, omnia subiecit sub pedibus nostris, oues & boues uniuersas, insuper & pecora campi; uolucres cœli & pisces maris, & uniuersa bona, tam dona naturæ, q̃ munera gratiæ de eius liberalitate sumus sortiti. Quoties peccantibus nobis pepercit, q̃ frequenter ac diu nos peccãtes sustinuit, à quantis peccatis, damnis atq; periculis nos præseruauit, quot, & q̃ innumerbiles nunc æternaliter condemnauit, qui multo minus q̃ nos miserrimi peccauerunt? Sed & specialia beneficia, quæ singulis est largitus, quilibet uigilanter perpendat, cernetq; q̃ impius sit & q̃ impiissime egerit, tam superbonum, incomparabilem, ac liberalissimum benefactorẽ inhonorando ac offendendo. Præterea si pensemus, q̃ incomparabilia atq; immensa bona promiserit & præparauerit nobis, intelligemus lucidius, ingratitudinis nostræ ineffabilem enormitatem, uitiorumq; nostrorum intolerabilem peruersitatem, cęcitatem quoq; nostram; & inconsiderationem nimiã deplangemus. Denique quo quis alium amplius præuenerit in amore, eo

Esa. 4 / Gen. 1 / Psal. 8

mm per-

peruersius est eum non reamare. Peruersissimum est etiã eum odire, abijcere spernere, seq; ab
ipso animo auertere. Vt ergo peccatorum nostroꝝ detestandas ac maledictas malitias efficacius intueamur, diligentissime perpendamus, quantum, & q̃ incomprehensibiliter deus naturaliter bonus ac sanctus, præuenerit nos in amore. Ipse equidem prior dilexit nos, & dum
nondũ creati essemus, ex suo ad nos præueniente gratuito ac æternali amore, plasmauit nos,
Ioh. 4 nostram assumpsit naturam, nobiscũ cõuersari dignatus est, suo nos pretiosissimo sanguine à
morte æterna, & ab omni peccato redemit, seipsum nobis cotidie in supermirabili ac superdignissimo sacramento largitur, intime nobis unitur, à nobis consecrari, tractari, sumi nõ dedignatur, imò inexcogitabili charitate, pietate, ac dignatione, ut eius corpus sanguinem'que
Ioh. 6 sumamus, requirit & præcipit, non plane ob suam indigentiam, aut profectum, sed ob nostram salutem, quotidianumq; in spiritualibus commodum. Adhuc, quo quis alium plus honorat, eo grauius est honoranti uicem non reddere, indecẽtissimum est eum etiam inhonorare. Cum ergo deus noster tam multipliciter honorauerit humanum genus, pærsertim in
supernaturalibus, de quibus dictum est donis atque promissis, potissime uero, per nostræ
naturæ hypostaticam assumptionem, excellentissimam glorificationem, eiusdemque super omnes angelicorum ordines agminum eleuationem innotescit, quàm impijssime egimus
deum inhonorando, diuinæ maiestatis altitudinem superexcelsam non reuerendo, eius præceptis non obediendo. Præterea id quoq; in omnibus his rite pensandum est, quòd quanto
is qui benefacit, diligit, aut honorat, maior ac melior est, tanto beneficia eius, dilectio & honoratio, sunt amplius magnipendenda. Imò & tanto ubiq; amplius, quanto & beneficiatus
dilectus ac honoratus fuerit minor & uilior. Cum igitur tam immensa sit dei benefactoris
amatoris, honoratorisq; nostri maiestas, tam uehemens quoq; nostra decliuitas, elucescit omnino quòd nostra peccata ex cõsiderationibus præinductis causisq; præfatis, ex omni parte reddantur enormia, imo gruissima. Quàm superinfinita ergo est misericordia dei super genus humanum, & sup nos singulos. Et reuera q̃ mirabile pijssimumq; existit, ꝙ unq̃ dignatur
illum ad suã recipere charitatem & gratiã, à quo uel semel mortali peccato offensus est. Et
ecce tam incõprehensibilis est, ꝙ sepius eos à quibus pene innumerabilibus grauissimisq; piaculis est offensus, nõ solũ dignatur redeuntes ac pœnitentes ad ueniã gratiãq; suscipere, sed
& misericordissime præuenit eos, cõpungit, immutat, & sibi familiariss. amãtissimosq; constituit, & quasi secretarios suos facit, in quibus impletur illud Apostoli: Vbi abundauit delictũ
Rom. 5 abundauit & gratia. O q̃ magna & supermagna est misericordia dei super electos. Reprobos
quoq; citra condignũ deserit in præsenti, & citra condignũ punit eosdẽ in supplicio infernali
Præterea cũ iuxta præhabita, tam incõparabiliter ac infinite maior, amœnior, dulcior amabilior sit pulchritudo supersanctiq; supermũdissimi dei, q̃ totius uniuersi, q̃ insensata sunt corda hominũ mũdanoꝝ, qui rerum creaturã magis, q̃ creatoris pulchritudinẽ diligunt, qui miseræ mortalis peccatricisq; carnis mox perituꝝ decorẽ, potius q̃ diuini uultus inuariabilẽ speciositatẽ desiderant, q in mundi specie amplius q̃ in creatoris uenustate exultant. Viles omnino obtenebratiq; sunt, q corpori sui morituri ornatui, magis q̃ immortalis suę animæ decorationi magis intendunt: qui amplius student aut cupiunt se ex trinsecus corã hominibus adornare, q̃ intus corã deo à uitijs se purgare, q carnẽ suã immundã ac fœtidã satagũt delicate nutrire & expolire, animã autẽ rationalem ac nobilem nõ cessant quotidie male uiuẽdo deturpare, lædere & necare, omniq; spirali alimento priuare. Tales sunt oẽs qui in peccato originali existunt, qui eñ mortaliter peccat, à summo & incõmutabili bono se auertit, atq; ad caduca & uana mentẽ suã conuertit, sicq; rei creatę inhæret finaliter, scilicet plus q̃ deo, & frui ea,
quod totũ est contra ordinẽ æquitatis, eo ꝙ solo deo, in quo dũtaxat salus creaturæ cõsistit,
fruendũ sit: cæteris autem utendum tanq̃ medijs ad finẽ illũ saluificũ, deũ sublimẽ & benedictum. Res ergo creata, terrena, corporea, tantũ amet, quæratur, in usumq; ueniat, quantũ utilis seu necessaria est ad increati ac summi boni adoptionẽ salutarẽ, nõ amplius neq; minus. De
hoc, primo de Doctrina Christiana loquit Augusti. Res aliæ sunt, qbus fruendũ, aliæ quibus
Augustinus. utendũ. Illæ quibus fruendũ est, beatos nos faciũt: istis qbus utendũ est, tenendo ad beatitudinem, adiuuamur, & quasi adminiculámur, ut ad illas quæ beatos nos faciunt, peruenire,
eisq; inhærere possimus. Nos uero si ea quibus utendũ est, frui uoluerimus, impedit cursus nr̃
& uia ad deũ inferioꝝ reꝝ amore. Frui est eñ amori inhęrere alicui rei ꝓpter seipsam: uti aũt
est qđ in usum uenerit, ad id qđ amat obtinendũ, referre, si tñ amãdũ est. Nã usus illicitus, ab
usus potius nominandus est. Si igitur in huius mortalitatis uita peregrinãtes, ad patriã beatitudinis redire uolumus, utendũ est hoc mũdo nõ fruendũ, & de corporalib' ac tẽporalib' rebus, ęterna & spiritualia capiam'. Res ergo qb' fruẽdũ est, pr̃ & filius & spũs sctũs, trinitas ipsa
una quędã summa res, cõmunis oĩbus ea fruẽtib'. Hinc rursus libro pręallegato, cap. 14. Augusti. hortat: Qm̃ illa ueritate fruendũ est, quæ incõmutabiliter uiuit, purgãdus est animus,
ut perspicere illam lucem ualeat, & inhærere perspectæ, quam purgationem, quasi ambulationẽ

A tionem quandam, & peregrinationem ad patriam arbitramur. Verum, sicut secundo de Doctrina Christiana Augustinus testatur: Deus uidetur ab his, qui huic seculo moriuntur. Nam in tantum uident, inquantum moriuntur seculo huic. Inquantum uero seculo uiuunt, non uident. Tales sunt omnes mundani, de quibus Augustinus disseruit: Quoniam cupiditate fruendi creatura pro creatore, homines configurantur huic mundo, mundi nomine congruentissime appellantur. De quibus ait saluator ad patrem: Non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi de mundo. Itemq; Pater, iuste mundus te non cognouit. Iohannes quoq; in prima sua Canonica: Ipsi de mundo sunt, & de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Postremo, ne taliter de hoc mundo simus, terrena ac temporalia paruipẽdamus, cœlestibus ac diuinis iugiter intendere enitamur, atq; ad increatæ, æternæ ac adorandę pulchritudinis felicem iucundissimumq; aspectum, infatigabiliter festinemus, ad cuius desideratissimã uisionem, post huius finem exilij, nos mox dignetur perducere creator omnipotẽs, cui cantamus: Educ de custodia animam meam, ad cõfitendũ nomini tuo. Et denuo: Sitiuit in te anima mea, q̃ multipliciter tibi caro mea.

Idem
Idem.
Ioh. 17
Ibidem
1. Ioh. 5
Psalmo 141.
Psalmo 62

¶ Sermo Tertius: De emanatione diuina, qua spiritum sanctum, uerũ deum, catholica fides à patre filioq; credit procedere.

CVM uenerit paracletus, quem ego mittam uobis à patre spiritum ueritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, Iohãnis xv. In quacunq; natura est intellectus, in ea est & uoluntas. Obiectum namq; uoluntatis, est bonum intellectum. Nam sicut in re naturali formam consequitur inclinatio quædã ad proprium bonũ, finem ac perfectionem, quæ naturalis appetitus dicitus, sic in natura intellectuali ex apprehensione formæ intelligibilis oritur inclinatio ad id quod intelligitur, secundũ
B quod ipsum concipitur ut bonum & conueniens. Hæc autem inclinatio dicitur appetitus intellectualis ad uoluntatem spectans. Sicut igitur deus est in seipso, sicut intellectum in intelligente, eo quòd diuina essentia, seu ueritas quæ deus est, sit diuini intellectus obiectum, sic prorsus necesse est, ut deus sit in seipso, ut amatum in amante, eo quòd diuina bonitas, quę est ipse deus, sit proprium obiectum diuinæ uoluntatis. Deniq; ut intellectum ut in intelligente existens, intentio quædam est, uerbum ac ratio intelligentis. Non enim aliter intellectum est in intelligente, nisi prout concipitur ab intellctu: concipitur autẽ inquantum intellectus aliquià intra se dicit de re intellecta: hoc autem quod de intellecto dicit & concipit, est uerbum intelligentis, sed intellectum ut in intelligente acceptũ, seu uerbum tale, de intellecto conceptum, in humano intellectu non habet esse naturale, sed intellectione duntaxat, quod est species ac similitudo intellecti stans in lumine intellectus. Non est itaq; intellectũ ut in mente hominis conceptũ, & ut in seipso subsistens, habens esse eiusdem rationis & naturæ. Verbum autem diuini intellectus habet uerum esse naturale, & substantialiter identificatum cum esse paterni intellectus. Constat igitur, quòd uerbũ humani intellectus dicat quid actualiter, superadditum rei intellectæ. Verbum uero diuinæ mentis, nil superaddit accidentale ei, cuius est uerbum, & de quo profertur. Ratio autem hoꝝ est, quia diuinus intellectus est purus, & supsimplex actus, in quo uniformiter unum sunt, esse & intelligere. Hoc uero creatis intellectibus non cõuenit. Sicut proinde intellectum, ut ĩ intelligente conceptũ, est uerbum intellectus, sic amatũ ut in amante existens, est sicut amor quo in amatum tendit amans. Amatum nempe est in uoluntate, sicut terminus motus in principio motiuo: perficitur enim uoluntas
C per hoc quòd copulatur amato in quod tendit, non autem tendit in amatum, nisi propter proportionem quandã & conuenientiam in amato consistentem alliciatur ab amato. Amatũ ergo ut in amante consideratum, inclinat & mouet amantem, ut in amatum se trãsferat. Hoc autem quod mouet, & intrinsecus impellit amantem in amatum, est amor. Datur igitur, quòd esse amati in amante, est amor qui intrinsecus mouet amantẽ in amatũ, sicut esse intellecti in intelligente, est intentio ac uerbũ intellectus. Amor deniq; à uolũtate procedit, inquantũ illa mota est, & quasi attracta ab amabili, quod est bonum intellectum. Bonum porro intellectũ, inquantũ intellectum, est uerbum intellectus. Procedit igitur amor, tam ex uoluntate, quàm ex uerbo, quoniam nihil amamus, nisi uerbo cordis concipiamus illud esse amabile. Relinquitur ergo quòd amor, qui in deo est, quem spiritum sanctum dicimus, non tantum à patre, sed etiam à filio procedit. Filius etenim patris, est uerbum illud quod pater de seipso concipit. De se autem concipit, quòd sit summa & supereminens bonitas. Illa ergo interna dictio, qua pater de se intra se profert se esse, puram bonitatem, est uerbũ eius. Ex hoc uero q̃d deus talem se agnoscit, procedit amor eius, quo seipsum, & propriã bonitatem primo & pricipaliter amat. Diuina enim bonitas est, proprium diuinæ uoluntatis obiectum. Hinc elucescit, quod eo ipso necesse est spiritũ sanctum à filio procedere, quo procedit à patre. Spiritus sanctus ergo per uoluntatem procedit ab utroq;: sicut & à solo patre procedit filius per intellectum. Enimuero sicut dei intelligere, est eius esse, sic & diuinum uelle, est dei esse. Amatũ autẽ est in amante

inquantum actu amatur, actu autem amatur, secundum ꝙ eius amor est in amãte. Sed in deo, D
amare est uelle quoddam. Velle quoq; dei, est suum esse. Esse ergo dei, quo est in sua uolunta
te, quod per amorem explicamus, non esse accidentale, sed est uerum & naturale, sicut & esse
uerbi. deus ergo ut in sua uoluntate existens, est uere & substantialiter deus. Amor ergo seu
spiritus sanctus est subsistens deus: quippe amor hic diuinus, quo deus se & cuncta diligit, spi
ritus apte appellatur. Amor quippe est uis quædam motiua & impulsiua amantis in amatũ,
ut dictum est. In uiuentibus autem impulsus talis intrinsecus ad spiritũ pertinet, ideo amor
diuinus spiritus dicitur. Rursus spiritus dictus est, qui ab homine procedit, & sine quo homo
uiuere omnino non potest. In eo igitur, ꝙ hic amor dei spiritus nominatur, æterna ipsius ab
eis, quibus coæternus est personis, processio designatur. Insuper spiritus sanctus iste dictus
est, quoniam ipse est quo sanctissima deitas amatur. Constat equidem ꝙ uerbum ab intelle-
ctu, amor uero à uoluntate emanet: in deo autẽ identificatur intellectus & uoluntas. Etenim
in personis non multiplicatur, sed est in eis una natura, uirtus, & ęqualis perfectio. Deus quip
pe est in se sicut intellectum in intelligene, inquãtum seipsum intelligit, & hoc quod de se in-
telligit, est uerbum eius. Nõ autem intelligit de se uel minus, uel aliud q̃ est: neq; ergo uerbũ
eius est aliud, q̃ deus, neq; deo minus. Neq; ergo plura uerba possunt in deo esse, cum uno
uerbo plene dicat quicquid in se concipit. Perfectio porro intellectus cõstit in assimilatione
intelligentis ad intelligibile, quæ est per hoc, ꝙ similitudo intellecti inest intelligenti Opor
tet igitur ut similitudo diuini intelligibilis, quod est essentia diuina, insit diuino intellectui.
Verbum ergo diuini intellectus procedit secundum rationem similitudinis. Et dictum est ꝙ
in identitate naturæ prodeat. Quod uero in uiuentibus ex substantia alterius egreditur, se-
cundum similitudinem naturæ uocatur filius, & gigni dicitur. Amatum autem est in amante
non secundum similitudinem speciei, sed sicut terminus in prĩcipio motiuo. Amotio itaq; per
ficitur, non in similitudine amantis cum amato, sed potius in attractione quadam amantis ab E
amato, & motione unius in aliud ac mutua coniunctione. Spiritus ergo sanctus, qui ut amor
procedit, filius non est, licet ex substantia spirantis effluat: nam filius non est nisi quod gigni-
tur. Quod autem gigni dicitur, procedit secundum similitudinem speciei, & non secundum
rationem tendentiæ in alterum, seu attractionis ab alio, quomodo iam pauloante claruit pro
cedere spiritum sanctũ, qui per modũ amoris emanat. Adhuc maior similitudo patris expri-
mitur in uerbo, q̃ in spiritu sancto: datur nempe uerbo, ut cum patre spiritũ sanctum à se pro-
cedentem habeat. Vnde etiam potius q̃ spiritus sanctus, tam filius q̃ imago patris congruen-
ter dictus est. Deniq; ꝙ in diuinis non dũtaxat patrem filiumq; oporteat confiteri, sed etiã spi
Mat. 28 ritum sanctũ tanq̃ personam tertiam, ex eo ꝙ in Matthæo dixit saluator elucescit. Dicit enim
Euntes docete omnes gentes, baptizãtes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Et alibi
dictum est: Cum uenerit paracletus, quem ego mittam uobis à patre, spiritum ueritatis, qui à
Ioh. 14. patre procedit. Vnde palam est, scripturam sanctam loqui de spiritu sancto, sicut de persona
aliqua uere subsistenti. Quod autem spiritus sanctus sit uerus deus ostendi potest ex euiden-
tibus scripturæ testimonijs. Comprehendere enim omnia profunda dei, soli deo propriũ est,
sicut sæpe ostensum est. Sed iuxta Apostolum: Sicut nullus nouit quæ sunt hominis nisi spiri-
Rom. 11 tus hominis qui in homine est, ita & quæ sunt dei, nemo cognouit, nisi spiritus dei. Ex his autẽ
1 Cor. 2 uerbis Apostoli adhuc alia ratio formari potest. Nam secundũ comparationem Ap̃li, spiritus
dei se habet ad ad deũ, sicut spũs hominis se habet ad hominem. Spũs autẽ hominis est homi-
mini intrinsecus, & aliquid eius: neq; est naturę extraneæ ab homine. Spiritus ergo sanctus
non est naturæ extraneæ à deo, non igitur est creatura. Præterea creationem rerũ non con- F
sueuit scriptura alicui attribuere nisi deo. Creare autem proprium est deo, cuius solius uirtus
Psalmo 103. prorsus illiminata est. Sed spiritui sancto attribuit scriptura rerũ creationem, quemadmodũ
Ioh. 27
Act. 5 in psalmo dictum est: Emitte spiritum tuum & creabuntur. Et Iob ait: Spiritus dei misit me.
Amplius in Actibus dicit Petrus: Anania, cur tentauit Sathanas mentiri te spiritui sancto. De
inceps subdit: Non es inquit mentitus hominibus, sed deo. Aperte ergo spiritus sanctus appel
Hier. 23 latur deus. Adhuc omnis essentia creata, finita est: replere autẽ omnia, soli deo competit dicẽ
te propheta in persona dei: Cœlum & terram ego impleo. Spiritui autem sancto hoc ipsum
Psalmo 138 inuenitur in scripturis attribui. In psalmo enim dictum est: Quò ibo à spiritu tuo, & quo à fa
Sap. 1 cie tua fugiam? Si ascendero, &c. Rursus in libro Sapiẽtiæ scribitur: Spiritus domini repleuit
1 Cor. 12 orbem terrarum. At uero ꝙ spiritus sanctus non sit ministerialiter operãs, uel ut patre minor
ac filio, ex dicto Apostoli quod ad Corinthios scribens ait palam erit. Illic enim cõnumera-
tis diuersis differentiis donorũ dei, de quibus paulo ante dixit: Idem autem deus, qui opera-
tur omnia in omnibus, subdit: Hæc omnia operatur unus atq; idem spiritus, diuidens singu-
lis prout uult. In hoc ergo ꝙ eadem opera asscribit deo & spiritui sancto, & ꝙ spiritum san-
ctum contestatur operari sicut uult, patenter manifestat spiritum sanctum deum esse, & non
ministerialiter agere. Enimuero quod spiritus sanctus sit subsistẽs persona, à patre filioq; sup
positaliter

D positialiter distinctus, hinc innotescit, quòd spiritus sanctus perhibetur à patre procedere,
A & accipere de eo quod est filij. Etiā in prima epistola Iohānis dicitur: Tres sunt qui testimo nium dant in cœlo, pater, & uerbum, & spiritus sanctus. In quo satis claret spiritum sanctum eiusdem esse naturæ cum patre & filio, & tamen personaliter distingui ab eis. Et si quis calumniator obuiet, & dicat non esse idem spiritum sanctum, hic conuinci potest ex eo, quod in Matthæo Saluator dixit: Non estis uos qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. In Marco autem loco horum scriptum est: Non estis uos loquentes, sed spiritus sanctus.

1 Ioh. 5
Mat. x
Marci 13

¶ Ad religiosos.

Sermo Quartus: De excellentia ac præconio charitatis, & eadem quomodo erga deum proximumq; exhibenda sit.

HOC mandatum habemus à deo, ut qui diligit deum, diligat & fratrem suum, Iohannis Quarto. Inter omes uirtutes & habitus animæ, charitas summa atq; dignissima est, omniumq; uirtutum uita, regina, mater imperatrix, forma, & finis. Cum'que præcepta dentur de uitijs euitandis, & uirtutibus exercendis, constat quòd exercitatio charitatis, sit finis & consummatio cæterarum cunctarum uirtutum, & actionum seu exercitiorum earum, imò & omnium præceptorum, ita quòd omnium aliarum uirtutum actus & opera ad hoc ordinare debemus, ut per ea in dei actuali amore crescamus, ac fortius accendamur, & in ipsa quoq; habituali charitate roboremur ac stabiliamur. Hinc ad Timo. ait Apostolus: Finis præcepti est charitas de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta. Finis quippe præcepti, id est, finalis perfectio & consummatio ultimata legis diuinæ, & omnium præceptorum utriusq; testamenti, est charitas, hoc est actualis dilectio dei, procedens de corde puro, & appetitu intellectiuo, seu uolūtate à passionibus uitijsq; purgata, & cōscientia bona, id est, cognitione intellectus syncera, & fide non ficta, quia ex actu ueræ fidei procedit dilectio. Hinc in Euangelio Christus testatur: quod primum maximumq; mandatum est, deum ex toto corde diligere. Vnde & princeps Apostolorum hortatur: Ante omnia charitatē continuam in uobismetipsis habentes. Et Paulus: Plenitudo (inquit) legis est dilectio. Deniq; charitas sic solet diffiniri: Charitas est dilectio qua diligitur deus propter se, & proximus propter deum. Veruntamen per charitatem non solum deum & proximos diligimus, sed item nosipsos, imo & omnes, tā beatos, q̄ beatitudinis susceptiuos, uidelicet angelos sanctos & uniuersos ciues cœlestes, cunctos quoq; uiatores, & eos qui in purgatorio detinentur. Potest ergo charitas sic diffiniri: Charitas est uirtus infusa ac summa, uoluntatem directe perficiens, per quam deus propter suam propriam bonitatem diligitur super omnia, & cætera diligēda spiritaliter diliguntur. Circa hoc quæri potest, quid sit uere diligere deum. Et respondendū quod cum (teste Philosopho) diligere sit alicui bonū uelle, & ipse deus sit in seipso naturaliter, imcomparabiliter, infiniteq; bonus, ideo primus & potissimus actus charitatis diuinæ est ex intimo corde uelle & fauere omnem infinitam bonitatem, beatitudinem & perfectionem ipsius, & congratulari ei, complacentiamq; habere de omni infinita excellentia, maiestate, ac gloria eius. Deinde quoniam charitas est uirtus unitiua, iccirco deum diligere & secundarius actus charitatis est desiderare eius pręsentiam gloriosam, clarum intuitum, dulcem fruitionē eius quoq; gloriosam præsentiam, quæ nunc haberi potest, & intra affectuose amplecti. Insuper quoniam deo debetur omnis honor & gloria, ideo tertius actus diuinæ charitatis est, deū totis uiribus honorare & glorificare, atq; optare & conari ad hoc, ut ipse ab oībus honoreť & glorificetur. Propter quod asserit Augusti. quòd ille est maior in charitate, qui plures ad dei amorem ac cultum inducit. Iterum, quoniam amicorū est eadem uelle ac nolle, ideo quartus dei charitatis effectus est, uniuersa quæ deo sunt placita, præsertim quæ iubet, uelle & adimplere: & quæ prohibet, nolle ac deuitare. Ex quibus elici potest, quis uere diligat deum, & quæ sint ueræ charitatis certiora indicia, aut probabilia signa. Postremo quanta sit excellentia charitatis, clarius ac subtilius edoceri non ualet, quàm ex uerbis sanctissimi Pauli, qui ad Corinthios loquitur: Si linguis angelorum loquar & hominum, charitatem autem non habeam, factus sum uelut ęs sonans, & cymbalum tinniens. Deinde illo in loco fatetur, q̄ quantumcunq; multa & magna spiritus sancti charismata quis habeat, & quantumlibet multa & magna ac mira operetur, aut etiam patiatur, nil penitus profit ei, nisi habuerit charitatem, intantum, quòd & si omnia bona sua pauperibus dederit, atq; pro fidei defensione se comburi permittat, tanta quoq; fidei certitudine polleat, ut orando aut imperando auferat montes de locis suis, attamen totum hoc ei nil proficit ad salutem, nec meritorium ei consistat, nisi haberet charitatem, imo si eam non habens moreretur, cum omnibus illis prætactis charismatibus atq; operibus descenderet in infernum. Propterea Alexander de Hales, & Antisiodorensis in Summis suis conscribunt, quod si quis ex fide informi & timore seruili sustineret mortis supplicium propter fidem, nihilominus damnaretur. Hinc charitas dicitur spiritalis uita animæ

1 Tim. 1
E 1 Tim. 1
Mat. 22
B 1 Petri 4
Rom. 13
C Deut. 6
Aug.
1 Cor. 13
1 Cor. 13

mæ, & forma, atque uiuificatrix uirtutum, sine qua homo spiritaliter mortuus est, & uile coram deo cadauer, nec aliqua uirtus formata censetur. Ex quibus perpendi potest, quàm summe solicitus ac studiosus esse debeat quilibet Christianus, ut sit semper in charitate, ne & cætera opera ex genere bona, quæ facit, sint ei fructuosa, & item, quoniam præmium essentiale in cœlo correspondet, charitatis perfectioni, ita quod unusquisq; tãto plus apud altissimum promeretur, & tanto maior erit in fœlicitate & gloria, quanto plus feruet, perfectiorq; consistit in dei amore. Propter quod disseruit Augustinus: Non numerositas operum, non diurnitas temporum, sed maior charitas meritum auget ac præmium. Charitas in quadam communione supernaturali felicitatis fundatur. Ideo quicquid beatum est, aut beatitudinis capax, ex charitate est diligendum. Nam & charitas est spiritalis dilectio, qua quis sibi aut alteri uult ueram salutem. Cum'que solus deus sit essentialiter felix, & ipsa beatitudo immensa, ipse solus primo & maxime est amandus. Cætera autem quæ beatitudinis eius sunt susceptiua, sunt ex charitate amanda, inquantum spectant ad eum, per intellectualis naturæ participationem, & ueræ felicitatis capacitatem aut communionem, uel inexistentiam. Hinc Augustinus primo libro de Christiana doctrina dicit, quòd quatuor sint ex charitate amanda: Vnum quod supra nos est, quod est deus trinitas. Aliud quod iuxta nos est, quod est proximus, imò & omnis creatura intellectualis. Quamuis etenim angeli sancti sint supra nos dignitate naturæ, loco, & gloria, atq; multiplici perfectione, tamen iuxta nos sunt per conuenientiam in genere, & finis identitate. Ad eandem namque supernaturalem salutem homines & angeli sunt creati, iuxta quem modum loquendi asserit AVGVSTINVS quòd nihil sit supra hominem nisi deus. Nam & si angelus sit supra hominem dignitate formæ, non tamen dignitate finis. Tertium ex charitate amandum, est ipsemet homo amans. Quartum est proprium corpus, quod quamuis sit hominis pars, ponit tamen in numerum in catalogo diligendorum: quoniam aliter est amandum quàm ipse homo. Homo quippe est diligendus, quia directę est beatitudinis capax aut particeps: corpus uero quia per redundantiam quandam ab anima, susceptiuum est glorificationis. Denique inter diligenda est ordo seruandus, ita quod homo tenetur primo, & super omnia incomparabiliter diligere deum. Incomparabiliter inquam, loquendo appreciatiue, non intensiue. Tenemur enim deum cum tanta suæ bonitatis appretiatione amare, quod pro nulla re creata, imò nec pro toto uniuerso, nec pro innumerabilibus mundis, si essent, uellemus eum offendere, postponere, siue relinquere, quoniam ipse uere in seipso bonus, perfectus, felix, & amabilis est infinite. Deinde post deum debet homo potissime se diligere. Propter quod ait saluator: Quid proficit homo si lucretur uniuersum mundum, seipsum autem perdat, & detrimentum sui faciat? Tertio, proximum. Quarto, proprium corpus. Magis quippe desyderare, uelle, & appretiare, imò & in certo casu conseruare, ac tueri spiritalem uitam, salutemque proximi debemus, quàm corporis proprij uitam naturalem ac corporalem. Insuper in dilectione proximorum ordo seruandus est, quia (ut ait AMBROSIVS) post deum & seipsum, debet homo præsertim amare suos parentes, deinde propriam prolem, deinceps domesticos, consequenter extraneos, qui sibi fuerint boni, malis filijs & domesticis sunt præponendi. Vltimo, inimicos. Itaque omnes Christi fideles tenentur diligere omnem hominem, fidelem & infidelem, bonum & malum, amicum & inimicum, inquantum ad dei imaginem & similitudinem est creatus: & rursus inquantum capax est felicitatis, & quoniam CHRISTI sanguine est redemptus. Hinc pro omnibus, saltem in generali orandum est, atque in certo casu, præsertim in necessitatis articulo, impendenda sunt etiam inimicis beneficia charitatis, tam spiritualia quàm corporalia, signa quoque charitatis aut amicitiæ. Et quantum ad hoc, dilectio inimicorum & beneficentia, sed & charitatis ostensio circa eos, sunt in præcepto, & de necessitate salutis. Verum extra huiuscemodi casum, in speciali impendere eis charitatis affectum, effectum, ac signum, dicitur esse supererogationis atque consilij: & quanto plus agit quis hoc propter deum, tanto in charitate perfectior ac melior esse censetur. Innotescit ergo ex ijs, quòd quantumcunque quis forefacit alteri, pertinentibusque ad eum, tamen præcepto diuino tenetur illum spiritualiter diligere, ipsius conuersionem & salutem optando, sicque obligatur iniuriam, quantum ad culpam dimittere: satisfactionem uero, seu debitam ultionem, potest sine peccato, imo & uirtuose exigere, & inferre ex charitate ac zelo iustitiæ, non propria aut priuata authoritate, uiolentaque manu, sed secundum processum, ac ordinem iuris. Laudabilius tamen asseritur, etiam satisfactionem, ac ultionem huiusmodi, propter DEVM dimittere, præsertim, si alter ex infirmitate aut ignorantia forefecit, ac pœnitet, ueniamque precatur.

Augustinus

August.

Mat. 16
Luc. 9

Ambro.

Gen. 1

D E F

Porro

Porro si ex remissione huiusmodi pœnæ derogetur communis reipublicæ bono, & iustitia
D A patiatur iacturam, aut iniuriator fiat ad iniuriandum procacior, melius est optato modo praefacto
optare, exigere, & inferre debitam pœnam, quatenus qui peccauit, in præsenti sic castigetur, ne pereat in æternum. Postremo, constat ex præinductis, quàm periculosa, uitiosa ac deploranda sit consuetudo, imò abusio atque temeritas, quæ in aliquibus territorijs uiget, ut aliquo læso aut interfecto, consanguinei eius se congregent, & propria authoritate pergant ad ulciscendum illatam iniuriam ex ira ac odio, quod totum est mortale, & sibi inuicem communicant in peccatis, ac pessima uoluntate peccant sæpissime. Interdum quoque occidunt innocentes, quibus iniuria illa multum displicuit: imò nonnunquam & ipsi, qui ad alios occidendos aut uulnerandos proficiscuntur, subito in suis sceleribus perimuntur. Ideo dn̄s terræ debet huiusmodi consuetudinem prorsus eradicare à territorio suo: alioqui timendum quod prætacta subditorum facinora in ipsum redundent, siquidem impietati cui non resistitur, consentitur. Quod si ex cupiditate commodi temporalis negligeret tantam extirpare abusionem, enormiter nimis inexcusabiliterque peccaret, & aliorum crimina redundarent in ipsum.

¶ Sermo Quintus. De gradibus charitatis, ac causis & rationibus amandi deum.

CHARITAS uestra magis ac magis abundat, ut probetis potiora. Ad Philippenses primo. Præceptum diligendi DEVM à diuersis diuersimode adimple- Mat.22
E tur. Quod enim præcipimur toto corde, tota mente, tota anima, totisque uiribus Luc.10
B deum diligere, tripliciter potest intelligi, & tribus modis impleri. Primus ac infimus modus intelligendi præceptum hoc, est ut deum sic diligamus totis corde, mente, anima ac uiribus, ut nihil charitati contrarium appetamus, admittamus aut operemur, ea quoque quæ charitas exigit operemur, seruando præcepta, & hoc est necessarium ad salutem, atque in isto primus & infimus charitatis gradus consistit. Secundus modus intelligendi præfatum præceptum est, ut deum totis corde, mente, anima & uiribus sic amemus, ut non solum uitemus ea quæ charitati contrariantur, ut sunt peccata mortalia, sed ea quoque quæ ab eius profectu ac frequentatione impediunt, quæ sunt possessio temporalium rerum, præsentia propinquorum, coniugium, ac libertas uoluntatis non resignatæ: nec solum impleamus præcepta dei atque ecclesiæ, sed & operibus supererogationis & interioris profectus seu obseruantiæ regularis uiriliter insistamus. In ijs itaq; secundus ac medius gradus charitatis constitutus est, qui ad religiosos potissime pertinet. Potest tamen etiam ad seculares spectare, si Psalm.6
tam custodite se habeant, ut circa terrenas opes, & contoralem, seu consanguineos non afficiantur nec occupentur inordinate, iuxta quod ait Psalmista: Diuitiæ si affluant nolite cor apponere. Et Apostolus: Qui habent uxores tanquam non habentes sint, & qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur. Quod quamuis sit rarum & arduum, non tamen est impossibile apud omnipotentem, sed per specialem eius gratiam à quibusdam impletur. Tertius modus intelligendi præceptum illud est, sic totis corde, mente, anima, uiribusque deum amare, ut per omnia hæc homo sine interruptione actualiter feratur in deum, & uiuat secundum
C ipsum, sicque præceptum istud non potest plene ac indesinenter, seu continua ac nunquam Augustinus
interrupta actuatione impleri, nisi in patria, prout in libro de perfectione iustitiæ asserit AVGVSTINVS. Nempe sancti in patria stant indesinenter deo intenti, actualiterque in æternum uniti, secundum extremum & ultimum posse totius uoluntatis & intellectus, omnisque fortitudinis suæ, quia in eis omnis potentialitas est perfecte reducta ad actum, sicut in sacramentali suo, & in libro de uniuerso GVILIELMVS Parrhisiensis testatur. Veruntamen præceptum istud hoc tertio modo intellectum, potest in uia hac semiplene & ad tempus impleri, præsertim à uiris heroicis & perfectis. Vnde Antisiodorensis in tertia parte Summæ suæ, contra præallegata AVGVSTINI uerba sic obijcit: Aliquis contemplatiuus potest ad tempus tota mente, totoque corde & anima ferri, moueri, affici & delectari in deo, & omnes motus suos referre in ipsum: ergo implet istud præceptum, præsertim quia affirmatiuum est, nec obligat ad semper. Deinde soluit, dicendo: Respondemus quod uerum est hoc, sed non potest homo diu manere in tali eleuatione ad deum: quoniam corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Itaque tertius gradus charitatis consistit in ista huius præcepti impletione, ut scilicet tam frequenter ac feruide atque stabiliter uniamur deo per charitatem, sicut iam tactum est, & in præsenti exilio fieri potest. Primus igitur charitatis gradus ꝑtinet ad incipiētes, secūdus ad ꝑficientes, tertius ad ꝑfectos. Hinc Thomas Secūda secūdæ q̄stione 24. distinguēs hos gradus, ait: Sicut in motu corporali prio receditur à termino à quo, secundo acceditur ad terminum ad quem, tertio in termino ipso quiescitur, ita

1.Cor.7
Sap.9

ita distinctio graduũ charitatis ac statuũ incipientiũ, proficientiũ ac perfectorũ, attẽditur penes diuersos actus ac studia, ad quæ perducitur homo per charitatem & eius augmentum. D
Primo namq; incumbit homini, ut recedat à uitijs, concupiscentijsq; resistat, quod spectat ad primum gradum charitatis, ad quem status incipientium pertinet. Porro huic studio succedit secundum, quod homo principaliter occupatur circa spiritalem in omni uirtute profectum, quod ad secundum charitatis gradum & proficientium statum pertinet. Ex charitate enim elicitiue procedit, quod homo conatur in ipsa charitate proficere: imperatiue uero procedit ex ea, quod in cæteris quoq; proficere conatur uirtutibus, sicq; secundus charitatis gradus est, spiritali profectui istam charitatem impendere. Tertio studendum est homini, ut in ipso fine quiescat, seu deo inhæreat ac fruatur, prout in uita hac est possibile, quod ad tertium charitatis gradum perfectorumque statum certum est pertinere. Denique in Profectu
1. Cor. 7 religiosorum habetur: Primus gradus charitatis est concessa ita diligere & eis sic uti, ut non proponantur diuino amori, quemadmodum boni seculares sic utuntur rebus mundi, quod tamen in eorum usu uitant peccata mortalia. Secundus est, dum homo meliori affectu studet in se atque in alijs promouere ac implere omnia quæ sunt dei, ultra quàm obligatur. Tertius
Phil. 1 est, uehementi desiderio sic æstuare ad deum, ut eius diutius ferre absentiam nequeat, cupiatque dissolui & esse cum deo. Qui taliter amat, dicere potest: Amore langueo. Et: Vul-
Cant. 1
Cant. 2 neratus sum charitate. Itemque: Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Et: Si-
Psal. 119 tiuit anima mea ad deum fontem uiuum, quando ueniam & apparebo ante faciem dei?
Psal. 41
Augustinus. Denique, prænducta graduum charitatis distinctio fundatur in uerbis AVGVSTINI, super primam sancti Iohannis canonicam protestantis: Charitas perfecta est, esse paratum mori pro deo aut proximis. Sed nunquid statim ut nascitur siue infunditur, ita perfecta est? Non utiq;. Sed nascitur ut perficiatur. Nempe cum fuerit nata, nutritur: cum fuerit nutrita, roboratur: cum fuerit roborata, perficitur: cum ad perfectionem uenerit, dicit: Cupio dissol- E
Phil. 1 ui & esse cum Christo. Ad hanc charitatis perfectionem semper conemur, & quantumcunq; profecerimus, semper plus proficere enitamur, quia in hoc tertio gradu charitatis, est multiplex beatitudo, ac diuersa mensura, incessabilisque durante hac uita processus: quia non omnes perfecti & sancti, æque fuerunt perfecti & sancti. Postremo, qui ad hunc tertium gradum charitatis pertingunt, dono sapientiæ eatenus decorantur, quod per apicem mentis stant quasi in contactu solis iustitiæ ac sapientiæ sempiternæ, à quo & frequenter uberrime illustrantur, ualide inflammantur, misericordissime rapiuntur, atque in diuitias gloriæ dei immerguntur & absorbentur. Solus deus est causa efficiens, infundens & creans habitum charitatis. Multæ autem sunt causæ & rationes ex quarum consideratione incitari debemus ad actualem dei amorem, profectum & perfectionem. Prima & maxima est infinita bonitas dei. Si enim creaturæ amabiles sunt, quia bonæ & in quantum bonæ, quam summe & feruentissime est amandus is, qui naturaliter & essentialiter & prorsus incircunscriptibiliter bonus est? Secunda est, plena, uniuersalis & absoluta perfectio dei. Nempe si quosdam amamus quoniam pulchri sunt, & tanto plus, quanto sunt pulchriores: alios autem, quoniam nobiles sunt, & tanto plus, quo nobiliores: alios autem, quoniam ingeniosi & sapientes: alios, F
quoniam pij & dulces: alios quia fortes sunt & liberales: alios quoniam iusti sunt: alios quoniam facundi & agiles: alios, quoniam ualde uirtuosi & sancti fuerunt aut sunt: alios, quia præclara & mira opera quædam fecerunt, & tanto plus diligimus quoslibet horum, quanto amplius tales sunt. Nonne decentissimum iustissimumque censendum est, ut illum toto corde ardentissime & incomparabiliter diligamus, qui solus omnia ista cum infinita excellentia habet & est? Ipse etenim DEVS excelsus & gloriosus, superpulcherrimus est, & pulchritudo separata, in se subsistens, supermundissima, exemplaris, supersplendissima, ac penitus infinita, ipse quoque tam nobilis, perspicax ac sapiens, quod suæ nobilitatis nullus est finis, suæ perspicacitatis nulla mensura consistit, suæque sapientiæ nullus est numerus. Conformiter
Psal. 146 de eius pietate, dulcedine, fortitudine, liberalitate, iustitia, efficacia, uirtuositate & sanctitate sentire oportet. Ipse itidem totius eloquentiæ & loquelæ est institutor, cuius locutio tantæ est potestatis, quod eam mox concomitatur effectus, intantum, quod uere omnipotens perhibetur, quoniã eo loquente creata sunt omnia. Sed & intra se loquitur locutione æterna,
Psa. 32 immanente, productiua uerbi æterni, per quod facta sunt uniuersa. Ipse etiam est, qui facit mi-
Iohan. 1 rabilia magna solus, cuius opera incomparabiliter sunt præclara. Si ergo multi homines tan-
Psalm. 87 tum arserunt, laborauerunt, profecti sunt ad uidendũ aliquem uirum, in una prædictarum uirtutum aut eminentiarum præclarum, quàm fortiter & infatigabiliter æstuare, laborare, proficere nos debemus, ut deum, qui in omnibus uirtutibus & eminentijs istis prorsus perfe-
1. Iohan. 4 ctionaliterque immensus est, æternaliter ac beatifice uideamus? Tertia causa & ratio est, quoniam ipse deus prior dilexit nos, non propter merita nostra, sed ex bonitate & pietate

sua

A sua immensa, imò tam ineffabiliter nos dilexit, quod nec parentū, nec aliquorūlibet amicorum di lectio ad nos, comparari potest dilectioni dei, qua nos gratiosissime præuenit. Quarta ratio est, propter uniuersa beneficia dei, generalia & specialia, naturalia & supernaturalia, corporalia & spiritalia, potissime quoniam pater æternus proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: & quoniā unigenitus dei ita dilexit nos, & ex dilectione tradidit semetipsum pro nobis. Demum, & spiritus sanctus nō tantū charismata sua, sed & seipsum dedit & infudit cordibus nostris cum affluentia & dignatione misericordissima. O quantum diligeremus eum, qui manum aut pedem abscissum, aut erutos oculos restitueret nobis. Quantæ ergo peruersitatis & ingratitudinis est, nō diligere creatorē, à quo corpus & animā cū oībus suis membris uiribusque habemus, à quo esse, uiuere, intelligere, ac liberꝝ uelle sortiti sumus? Quinta ratio est, uniuersitas promissorꝝ cœlestiū, omnis beatitudo, ac gloria sempiterna, utpote bona, quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec manus cōprehendere ualet quæ deus oīpotens nobis promisit ac pparauit in cœlis. Si diligimus aliquē, qa ad cœnā delicatā aut nuptias nos inuitauit, quantæ amentiæ & improbitatis putandū est, si nō totis præcordijs illū diligimus qui ad tā beatiss. refectionē æternā nos inuitare, eāque nobis polliceri ac pparare dignatus est? Sexta est, qm̄ charitas dei est in seipsa tā nobilissima, primo ac summe necessaria, & maxīe meritoria, summe pornans, dignificans, ditans, atque deificans hominem. Sunt aūt & aliæ multæ rationes amandi deū. Nā & naturalis lex id requirit, naturalis hoc ratio dictat, oīs creatura instigat, scriptura copiosissime exhortat, fama decurrens accēdit. Vere nāque, ut ait Isaac Israelita philosophus in exordio libri diffinitionū: Fama dei sublimis est, imò & præclarissima. Etenī nihil de deo cognoscimus, legimus, uel audimus, nisi honestū, præclarꝝ, & amabile. Si ergo diligimus interdū aliquē, quē nunquā conspeximus, ex solo rumore, quo aliqd magni de ipso pcipimus, quā summe amandus est deus, de quo tot & tanta bona audiuimus. Postremo de causis amandi proximos, etiā inimicos aliqua sunt prætacta, quibus nūc breuiter addi potest ideo quoque proximos esse amandos, quia sine eorꝝ uera & spiritali dilectione deū diligere nō ualemus, & etiā propter dona grā & uirtutū, quæ insunt, aut eis inesse possunt. Si enī diligimus quosdā propter corporalē eorꝝ pulchritudinē naturalē, pietatē, aut ingeniositatē, quāto magis propter supernaturalia grę dona incōparabiliter præstantiora, diligendi sunt, sed & propter cōmunionē naturæ, atque ob fidei ac baptismi religionisque Christianæ unitatē ac conformitatē, specialiter amandi sunt Christiani. Occurrit præterea vij. ratio deū amandi, puta propinquitas quædā præcipua. Si enim cognatos, præsertim parentes ualde specialiter adamamus ex attinentia & propinquitate, quanto magis præamandus est pater spirituū deus uerus à quo secūdū animā immediate cōditi sumus, qui & pater noster appellari dignat, imò & iubet. Mala. 1 Mat. 6

Eph. 6 1Cor. 2

D

E

B

¶ Feria Tertia Pentecostes.

Enarratio epistolæ: Cum audissent Apostoli. Actuum VIII.

IN primitiua ecclesia in robur fidei, & nascentis Ecclesiæ, qui baptizabantur per impositionē manuū Apostolorꝝ recipiebant signo aliquo uisibili spiritū sanctum, nonnulli dona linguarꝝ, & uaria alia dona, quæ tamen postquā confirmata est ecclesia, non est modo necessariū, ut optent uel sperent omnes fideles. Igitur cum audissent Apostoli, qui erant Hierosolymis, quia Samaria recepisset uerbū dei. Hoc enim (ut dicitur) Philippus iste eis insinuauit, rogans ut quieā eorꝝ uenirent Samariā, ad imponendū manum baptizatis, quatenus in signo uisibili reciperent spiritū sanctum. Nam manus imponere baptizatis fuit officium Apostolorꝝ, sicut & episcoporꝝ, qui sunt successores illorꝝ. Ex quibus constat quod Philippus iste non fuit Apostolus. ⌊Miserunt ad eos Petrū & Iohannem.⌋ Si alij Apostoli miserunt hos duos principales Apostolos, cur Arrius finxit unigenitū dei filiū patre esse minorem, quia à patre est missus? ⌊Qui cū uenissent, orauerunt pro ipsis, ut acciperēt spiritum sanctum.⌋ Cum signo sensibili, ut cum dono linguarum. ⌊Nondum enim in quenquā illorum uenerat.⌋ Cum signo uisibili, inuisibiliter tamen uenit in eos, quia in baptismo receperunt runt remissionē & gratiā iustificantem, sicut nunc baptizati recipiunt. ⌊Sed baptizati tantū erant in nomine domini Iesu.⌋ Quod ait tantū, refertur ad nomē baptizati, ut sit sensus, quod sic erat baptizati, quod nondum cū signo sensibili spiritum erant sortiti, id est cum signo sensibili demonstrante spiritus sancti infusionem. Quare autē & quo sensu in primitiua ecclesia fiebat baptismus in nomine Iesu Christi, dixi super acta Apostolorū. ⌊Tunc imponebāt manus super illos, & accipiebant spiritum sanctum.⌋ Cum signo uisibili, sicut nunc dictum est, & cum plenitudine gratiæ amplioris, secundum quod maius aut minus, ad hoc per mētis deuotionem se disposuerunt. Act. 2 Act. 10

F

C

¶ Sermo Primus circa epistolam: Quomodo per baptismū originale tollatur peccatū, de fomite, de æqualitate animorꝝ, & an pueri nō baptizati sensibilem patiantur de uitæ æternæ amissione dolorem.

Orauerunt

ORAuerunt pro ipſis,ut acciperent ſpiritum ſanctum: nondum enim in quenquam D
illorum uenerat, ſed baptizati tantum erant in nomine domini Ieſu, Actuum
octauo. Cum in baptiſmo tollatur originale peccatum,de remiſſiõe huius propor
tionabiliter loqui oportet,ſicut de remiſſione actualis peccati. Actus uero peccati
duo inducit. Nam ratione auerſionis à deo,aufert gratiam:Ratione autẽ conuerſionis ad ca/
duca,fit diſpoſitio in peccante ad ſimile malum. Et quoniam ſponte gratia priuatur,iuſte re/
atum pœnæ incurrit. Dum uero gratia reſtituitur,tunc ſimul macula tollitur,quę in defectu
gratiæ eſt,& obligatio ad pœnam,quæ reatus uocatur. Sed diſpoſitio inducta non mox au/
fertur,ſed minuitur, quoniam gratia ad bonum inclinat. Poſtea quoq; per habitum uirtutis,
diſpoſitio praua corrumpitur. Conformiter in propagatione carnis,relinquitur in natura ge
nerati diſpoſitio inclinans & malum,quæ fomes uel concupiſcentia dicitur,quæ attingens
perſonam,reddit eã gratia dei indignam. Vnde relinquitur macula defectus gratię in anima
& reatus,ut ſcilicet præmio careat quod gratiæ debebatur. Porro gratia quę in baptiſmo da
natur, infectionem à natura in perſonam deuolutam tollit,ſcilicet maculam culpæ,& per cõ
ſequens reatum,non tamen diſpoſitionẽ ad malum,uidelicet fomitem ſed minuit eã,quia gra
tia ad oppoſitum inclinat. Deniq; in originali, iuſtitia erat aliquid ſicut formale,ſcilicet recti/
tudo uoluntatis,& ſecundũ hoc opponitur ei deformitas culpę,erat quoq; in ea aliquid quaſi
materiale, uidelicet ordo rectitudinis impreſſus inferioribus uiribus,& quo ad hoc opponit
ei fomes. Licet ergo non reddatur homini in baptiſmo originalis iuſtitia quo ad illud mate-
riale,tamen rectitudo uoluntatis per gratiam reparatur,& ſic id quod culpæ eſt, tollit:licet
aliquid pœnale permaneat. Sciendum autẽ,quod in actuali peccato materiale,ſcilicet actus,
eſt cauſa formalis quod in ipſo eſt, ſcilicet maculæ actualis. Licet uero in originali peccato fo
mes materialiter ſe habet ad originalem maculam,non eſt tamen cauſa eius in eodem ſubie-
cto. Ideoq; manente fomite, tranſeunt reatus & macula,ſed in peccato actuali, non poteſt tol
li macula actu manente. Præterea cũ originale ſit primo infectio naturæ,& deinde perſonæ, E
duplex ei pœna debetur. Vna inquantum eſt perſonæ,ſcilicet carentia uiſionis diuinę,actus
enim eſt ſuppoſiti,& hanc aufert baptiſma,cuius gratia ordinaẽ ad purgationem culpæ,pro/
ut perſonam reſpicit. Alia uero pœna debetur originali peccato,prout reſpicit naturam quã
inficit,uidelicet neceſſitas moriendi,rebellio carnis,& cætera,quę principia ſpeciei cõſequũ/
tur,& in omnibus ſunt,niſi per miraculum auferantur,& iſtam nõ aufert baptiſmatis gratia,
Gal.4 ſed aufert eam donũ gloriæ,quando uidelicet in futuro ſtatu,natura in perfectam libertatẽ,
ac integritatem redibit. Inſuper de intenſione & remiſſione fomitis intuendum,quod cũ fo-
mes immediate naturam reſpiciat,par oportet eſſe iudicium de intenſione fomitis atq; natu/
ræ. Natura autem dupliciter conſideratur,uidelicet ſecũdum eſſentialia, & ſpecifica ſua prin
cipia, ſeu ſecundum rationem ſpeciei, & ſic æqualiter omnibus indiuiduis ineſt,uel ſcdm qđ
perfectio naturæ redundat in indiuiduo,quoad ea ex quibus ſequuntur & cauſantur opera/
tiones indiuiduorum,& ſic ſecundũ diuerſitatem complexionũ,eſt unus homo potẽtior alio,&
in operando,& in intelligendo,&c. Si itaq; conſideretur fomes abſolute,prout naturam reſpi
cit,ſic omnibus æqualiter ineſt. Nam ſubtractio illius,quæ omnes animę uires ordinabat,ſub
ſeinuicem,& ſub deo omnibus uniformiter conuenit. Si autem conſideretur fomes,prout in
perſonam redundat,inquantũ potentiæ ſua rectitudine deſtitutę inordinate inclinãt ad dele
ctationes impuras,ſic eſt in uno corruptio fomitis maior q̃ in alio,ſecundũ quod unus eſt pro
cliuior alio ad aliq̃ uitia ex natura aut conſuetudine. Dictũ eſt autẽ ꝙ cã fomitis in prole,non
eſt delectatio concubitus parentum, ſed habitualis concupiſcentia, quæ ex uoluntate primi F
parentis rationem culpæ ſortitur. In originali uero infectione,eſt conſiderare aliquid culpa-
bile,inquantũ uidelicet defectus ille aliquo modo uolũtarius eſt,& ſic nõ eſt à deo. Eſt quoq;
in ea aliquid per modũ pœnæ,inquantũ eſt defectus à quadã perfectione,& ſic eſt à deo, qui
gratiã iuſte abſtraxit, & naturã ſibiipſi reliquit. Eſt aũt duplex pœna,quædam quæ conſiſtit
in inflictione contrarij agentis,ſicut pœna ſenſus, & huius eſt deus cauſa actiua. Alia uero
eſt in ſola ablatione & defectu quodã,quemadmodũ remotio gratiæ,& infectio iſta, & harũ
pœnarum eſt deus cauſa nõ actiua,ſed qa nõ influit qđ poteſt,& ſic eſt deus cauſa originalis in/
fectionis,inquantũ nobis nõ dat originalẽ iuſtitiã quã contulit Adæ. Si aũt qs inſtet (qa ſecũ-
dum magiſtrũ) ſi angelus in primo inſtanti creationis ſuę malus fuiſſet,ſequiẽ ꝙ deus eſſet au
thor eius malitiæ. Cũ ergo anima infundẽdo creetur, & maculeẽ in primo inſtanti ſui eſſe,eſt
mala,ergo à deo eſſet mala. Reſpõdendũ ꝙ nõ eſt ſimile,quoniã angelus ſimplex eſt,& nõ eſt
receptus à deo,p qđ maculã trahat:anima uero propter corruptionẽ carnis quã informat fit
peccato obnoxia. Deniq; licet infuſio & creatio animę ſimul ſint, differũt tñ. Nã creatio dicit
per reſpectũ principii à quo eſt anima. Infuſio aũt dicit reſpectũ tã principij à quo,q̃ termini,
ſcilicet materiæ quã pficit. Si ergo dicaẽ anima maculari creatione,falſum eſt,ſi ille ablatiuus
deſignet cauſam, ſi uero importat cõcomitantiã,ſic uera eſt,qa dũ creaẽ maculatur. Sic etiã
infuſione

D infusiōe maculať p cōcomitantiā, si infusio consideretur ratione principij à quo. Si aūt dicāt
A respectū ad id cui infunditur, tūc infusio est causa peccati. Præterea, cū ad diuinā sapientiam spe ctet magis bonū cōmune procurare quā bonū priuatū, nō debuit omittere hominū genꝰ multiplicare propter peccatū, sic enim ordini uniuersi multū derogaretur, & subtraherentur multa bona. Rursus prius nō aufertur propter posterius, & ergo nō debuit naturalis bonitas humanæ naturæ dimitti, ꝑpter amissionē gr̄ę & eoꝝ q̄ sequuta sunt. Vnde melius est hominē naturalē dei bonitatē participare, q̄ omino nō esse: ꝓserti cū ꝓuisum sit homini q̄modo redire possit ad ꝑditā gratiā. Insuꝑ aduertendū ꝙ pœna inferni est duplex: Vna q̄ aufert & impedit ea q̄ ad ꝑfectionē naturalē exigūť, & hæc debetur actuali pc̄tō. Alia uero ē pœna nil eoꝝ cor rūpēs q̄ homini scd̄m naturalia sua debentur, sed tollēs aliqd, ꝙ ꝓpriā naturā hominis excedit, scilicet dei uisionē, & hæc iuste debetur originali peccato. Porro magister dicit, ꝙ sicut ī angel' assignatur differētia, sic & in animabus humanis: sed hoc uideť fauere eis, q̄ dicūt animā & angelū ex materia & forma cōpositos, & esse plures angelos unius speciei, quę quia ante destructa sunt, dicendū est, ꝙ omnes animæ sunt unius speciei, & nō differūt essentiali differentia, sed scd̄m dispositionē materiæ, p quā indiuiduantur ac multiplicantur. Quo enim fuerit corpus melius cōplexionatū, eo nobiliorē animā sortiť. Vnde dicit Philosophus, molles carne, aptos mente. At uero, duplex est materiæ diuersitas, scilicet partiū specie differentium, ut manus, pedis, capitis, & hæc scd̄m Auerroim est à forma, quæ utiq; requirit sibi proporcionatā materiā. Alia est diuersitas materialis tantū, nō ad speciē, sed ad indiuiduū pertinens, & illa redūdat in animā. Deniq;, nullū defectū oportet à parentibus in ꝓlē traduci, ꝓsertim qui ex parte animæ sit, nisi qui ad naturā pertinet. Hunc aūt defectū originale peccatū induxit: Nā per ipsum discōtinuata & intercisa est adhæsio mentis cū deo, ex cuius interruptione facta ē inferioꝝ disturbatio uiriū. Ex alijs autē peccatis actualibus causatur defectus & corruptiōes ꝑsonā respicientes, inquantū peccator efficitur ad peccandū pronior. Ideoq; actualia proximorum parentū peccata, nullo modo in filios transeūt. Sciendū est insuꝑ, ꝙ filius cōsiderari
E
B potest dupliciter: Primo ut q̄dā persona. Secūdo ut res quædā patris, quia secundum Philosophū, ad felicitatē ciuilē inter alia bona fortunæ q̄ organica cōferūt, etiā felicius cōfert. Est aūt filius res patris secundū corpus q̄d ab ipso cōtraxit, & secundū res tēporales de quibus filius patrē iuuare tenetur: secundū animā uero est res dei. Vnde Ezechiel ait: Sicut anima patris mea est, sic & anima filij. Duplex quoq; pœna cōsequitur peccatum. Vna quo ad animam, scilicet amissio gratiæ, & turbatio conscientiæ in ꝓsenti, in futuro pœna inferni, & talē pœnā nū q̄ sustinet filius pro parēte. Alia pœna est peccati quasi p accidens, q̄ etiā non semper infligitur, sed secundū moderamen diuinæ prouidentiæ, ut corporales infirmitates, & aliæ pœnæ tēporales, & quo ad has, redundat quandoq; culpa parentū in filios, nisi forte filius sit peccato patris dissentiens, & bene uiuens: & de hac loquitur scriptura quæ ait: Ego dn̄s zelotes, uisitans iniquitates patꝝ in filios. Quia hoc dictū est de pœna tēporali, & filijs qui patrē saltē p consensum aut realiter imitantur. Et quidē in filio patrē in malo sequentē, duplex est ratio pęnæ: tum quia patrē sequiť, tū quia res patris est. Vnde quādoq; magis punitur quā pater: nec istud est mirū, q̄a secundū humanā iustitiā, quādoq; animalia occidūť, & domus effodiūť ꝑpter peccata dn̄oꝝ. Deniq;, & ꝑp'us cū sit res q̄dā regis, interdū pro pc̄tō regis puniť, quēadmo- dū de Dauid & Israele scriptū ē: tamē ut Gregorius asserit, tunc id potissime accidit, cū populꝰ mereť ut regē malū habeat, uel in peccatū cadere relinquať, & sic etiā pro propria culpa populus punitur. Verūtamē scd̄m legē humanā nō puniť filius pro p̄re in bonis q̄ iā à p̄re accepit, sed q̄ accepturus esset, siue quo ad corpus, siue in possessiōibus. Nō em̄ pro pc̄tō p̄ris filius natus trūcať, uel emācipatus exhęreditatur, sed accidētaliter pœna p̄ris redūdat in filiū, q̄a q̄d patri aufertur, filius haberet si pater non peccaret. Et quod membrum, quoniā ex trūcatis nascunť trūcati. Contēplandū ꝓterea, ꝙ cū originale peccatū sit priuatio primordial' iustitię, q̄ omes uires in deū reduxit, & sibijnuicē coordinauit, ideo originale peccatū est unū duntaxat, & respicit essentiā animæ, & p ipsum omes uires deordinatæ sunt. In pluribus aūt numero differt. Vnde Anselmus dicit, ꝙ originale peccatū est pronitas ad ome malū. Est tñ uirtualiter m'ta pc̄tā, inquātū ex eo actualia pc̄tā causanť. Propterea sancti q̄nq; ipm pl'r designāt. Et q̄a scd̄m se unū ē, ideo correspōdet ei directe una pęna, sc; carētia uisiōis diuię, cęterę pęnę q̄dā p accidēs cōsequūť ipm, q̄a auersa mēte à deo, iustū erat corpus & sensus nō obedire mēti. Erit aūt pœna correspōdēs culpę. Originale uero pc̄m non ē p subtractionē alicuius q̄d homini naturaliter debeť, sed ē carētia supnatural' doni, p q̄d ordinatus ē hō ad cōsequendā uitā ęternā. Original' em̄ iustitia erat naturā ad supnaturalē finē, sc; dei uisionē ꝑducēs. Ideo orig. pc̄tō nulla alia pœna debeť post hāc uitā, nisi pęna dāni, ut carētia uisiōis beatę. Pręterea acerbitas pœnę sensual', delectatiōi pc̄ti respōdet, in orig. aūt pc̄tō nō ē delectatio, q̄a nec opatio si ne q̄ ē nō ualet delectatio. Itē pęna sensual' ꝑtinet ad ipsā ꝑsonā. Orig. aūt pc̄m̄ ē directe culpa naturę. Vnde sicut pc̄m̄ nō ē p suā opationē, sic nec pęna eē d; p suā passionē, s; p subtractionē illꝰ ꝙ naturā
F

Ezech. 18
Exod. 20
2. Reg 24
Gregorius

naturam excedit, ad quod originalis culpa prouexit. In bonitatibus itaq; naturalibus, nullũ detrimentũ habebunt propter originale peccatũ. Nam & originale peccatũ sicut minimũ habet de uoluntario, sic minime participat rationem peccati. Porro corpora puerorum post resurrectionẽ impassibilia erunt, non simpliciter sicut corpora beatorum, neq; intrinsecam impoten- D
tiam patiendi, sed propter defectum exterioris agentis in ea. Omnis enim naturalis actio maxime corruptiua, cessabit post diem iudicij cessante motu cœli: sed aget unũ corpus in aliud, solũ secundũ ordinem diuinæ iustitiæ. Quod ergo ait Augustinus, pueros non baptizatos
Augustinus. æterno supplicio puniendos, de pœna damni intelligi par est. Præterea, quia secundum hæc dolor sensibilis correspondet delectationi, quæ in peccato originali nulla est, ideo oportet, quod nullus dolor insit pueris non baptizatis post hanc uitã, de priuatione ueræ felicitatis, nec exterior nec interior. Habebunt aũt perfectã cognitionẽ eorum quæ naturali agnitione scire possunt, unde cognoscent se uisione dei priuatos, causam quoq; dinoscent, non tamen dolebunt. Nullus enim recte rationis dolet se id non habere, ad quod proporcionatus non est: sicut non dolet homo quia uolare non potest, uel rusticus, quod imperator non est. Pueri uero sine baptismo defuncti, nullã unquam proportionẽ sortiti sunt acquirendi uitã æternã, quia naturaliter eis non conuenit, nec usum liberi arbitrij habuerũt, ut proprijs actibus mererentur: ideo quod de eius amissione nihil dolebunt. Deniq; in pueris illis est recta ratio, quia peccato non erit obliquata, nec onere carnis grauata. Sed recta ratio non sinit quẽpiam turbari de hoc, quod
Seneca. ipse uitare non potest, & ex hoc Seneca probat, quod in sapientem turbatio cadere nequit. Pueri uero pœnã hanc damni nullo modo uitare ualebunt, non ergo turbabuntur de ea, imo gaudebunt, quoniã de naturali dei bonitate multũ participabunt, & naturali amore diligent eũ: nec dolebunt quod per alios ad baptismũ non peruenerunt: sicut nec pueri baptizati de hoc, quod multa dona nõ pceperũt, q̃ alijs multis ipsis similibus cõcessa sunt. Hæc qppe ad excellentem gratiã nõ ptinent. Vellẽt tamẽ esse cũ deo si possibile foret p gratiã, à quo scdm naturã separati non sunt. Vnde nec uermem cõscientiæ habent, nec desperatio cadit in eos. E

¶ Enarratio euangelij. Amen amen dico uobis, q non intrat per ostium. Iohannis decimo.

SAluator in præsenti euangelio, per quandã parabolã pandit errorẽ & falsitatẽ pharisæorum qui se iactabant eruditos & dignos aliorum rectores, dicens: ⌊Amen amẽ dico uobis.⌋ O elati pharisæi, ⌊Qui non intrat per ostium in ouile, sed ascendit aliunde, ille fur ẽ & latro⌋ Hoc totũ in corporalibus rebus ita se habet. Sed ista exponenda sunt spiritualiter secundũ sensum à Christo intentũ. In locutiõe quippe parabolica, qualis est ista, sensus principalis ac literalis non est qui immediate per uerba significatur, sed qui per ipsas res uocibus designatas insinuatur. Est igitur intellectus: Qui non intrat spirituali seu corporali introitu per ostiũ, id est ordinate per Christũ, uidelicet, secundũ Christi uoluntatẽ, licite ac honeste, uel per fidẽ catholicã atq; indiuiduã charitatẽ, in ouile ouiũ, hoc est in ecclesiam,
Heb. 5 in congregationẽ fideliũ, ad præsidendũ gregi dominico, sed ascendit aliunde, id est, sibijpsi assumit honorẽ, non uocatus à deo tanq̃ Aaron, icccirco ascendere, dicitur superbe intrare, p ambitionẽ propriã, p aliorum intrusionẽ, per simoniacã prauitatẽ, per corruptã & non canonicã
Heb. 5 electionẽ, nõ sequens Christi uestigia, de quo ad Hebræos dicit Apostolus, quod nõ semetipsum
Psalmo. 109 clarificauit ut pontifex fieret. Sed qui locutus est ad eum: Tu es sacerdos in æternũ, ille fur est & latro, furem appellamus qui rapit aliena. Indignus est prælatus, qui per Christum non intrat ad præsidendũ fidelibus. Vel quicunq; deceptor fususq; doctor credentium est fur, q̊niã suo pestifero documento seu prauo exemplo, ac alijs modis auertit fideles à deo, & subiugat eos sibi, atq; in suũ cõmodũ redigit eos, bona eorum consumendo, eorum seruitute utendo, &
Mat. 23 ipsos tanq̃ mancipia possidendo, quẽadmodũ his pharisæis loquitur Christus: Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia comeditis bona uiduarum. Huiusmodi itaq; ascensor ouilis & o-
Eccl. 10 uium doctor, seu indignus prælatus & rector, gregem sibi conformat, & maximũ damnũ in- F
fert Christo, cuius prædilectã substantiam pro qua ipse sanguinẽ fudit taliter dissipat. Vnde
Hier. 10 in Ecclesiastico legitur: Secundum iudicem populi, sic & ministri eius, & qualis est rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Hieremias quoq;: Quoniam (inquit) stulte egerunt pastores, & dominũ non exquisierunt, propterea omnis grex eorum dissipatus est. Deniq; talis etiã dicitur latro, quoniã gregem fideliũ spiritualiter strangulat, uitam gratiæ suffocando in eis, atq; diaboli deuorationibus eos exponendo, imò ad mortẽ æternam ducendo. Inducit enim
1. Pet. 5 eos ad uitia quibus occiditur anima gratiã amittendo, & dæmonum dentes incurrendo. Aduersarius enim noster diabolus tanquã leo rugiens circuit quærens quem deuoret. ⌊Qui aũt intrat (præfatũ ouile) per ostiũ⌋ id est, per Christũ, uidelicet ordinate, charitatiue, humiliter, non quærẽs præesse uel dominari, sed pdesse & auxiliari, non quærens uti propria liber-
Hier. 3 tate, sed pro aliorum salute infatigabiliter laborare ⌊pastor est ouiũ⌋ hoc est fideliũ re & nomine, qm̃ uerbo & opere pascit, confortat & recreat eos. Tales pastores deus promisit apud Hieremiã: Dabo uobis pastores iuxta cor meũ, & pascent uos scientia & doctrina. Ad hanc uerã

pastoralem

A pastoralē perfectionē hortaꝛ princeps Apſt.in 1.ſua epiſt. dicens: Seniores obſecro paſcite q in uobis eſt gregem dei, prouidentes non coacte, ſed ſpontanee ſecundū deum, non turpis lucri gratia, neq; ut dominantes in cleris, ſed forma gregis facti & ex animo. ⌊Huic(tā fructuoſo paſtori)oſtiarus aperit.⌋ Id eſt ſpiritus ſanctus diuinas ueritates reuelat, modū regiminis manifeſtat, & de omnibus neceſſarijs inſtruit. Vnde de ipſo apud Iohan.habetur: Cū uenerit ille ſpiritus ueritatis, docebit uos omnē ueritatem. Igitur ſpiritus ſanctus admittit, uel potius introducit timoratū ac diligentem paſtorē in ſanctuarium prudentiæ ſempiternæ, ut diſcat & ſciat quomodo oporteat ſe conuerſari in domo dei, & illic dat ei guſtare multitudinē dulcedinis ſuę, ita ut rediens ad gregem dominicū ſibi cōmiſſum, eructet illis memoriā habūdantiæ ſuauitatis diuinæ, ſicq; de plenitudine ſibi collata illuminat & accendit corda ſuorū. Hac apertione ſpiritus ſancti maxime indiget omnis paſtor, & tanto amplius, quanto pluribus præeſt. Cū enim nemo ſuīpſius poſſit operari ſalutem, ſine ſpeciali atq; continuo auxilio ſpiritus ſancti, quomodo poterit ſuā & aliorꝫ operari ſalutem ſine ingenti, ſingulari, iugiq; ope paracleti. Propterea oportet paſtorem frequenter nimis ad deū recurrere, eiua auxiliū cum humili proſtratione requirere, ut in omnibus dirigatur, moneatur & reguletur ab ipſo, itemq; ut ſpiritus ſanctus corda ſubditorꝫ docibilia faciat, tangat, gubernet. Væ ergo diſſolutis & intimoratis prælatis, qui ſe ad exteriora impudenter effundunt, qui non ponderant, q̄ graue onus ipſis impoſitū ſit, neq; præcogitant quāChriſto pro ſe ſuiſq; ouibus tribuāt rationem. Iſti non penſant illud Sapientiæ: Iudicium in his duriſſimū qui præſunt fiet. Ideo bene ait Chryſoſtomus: Quis eſt qui deſiderat prælationē & curam animarꝫ, niſi qui non timet iudicium dei. ⌊Et oues uocem eius audiunt.⌋ Id eſt electi ſubditi qui ſunt oues, per prædeſtinationem æternam talis paſtoris doctrinā ſuſcipiunt, ac ſequuntur. Humiliter enim & deuote audiunt, & obſeruant uerbū ſui prælati tanq̄ uicarij Chriſti, queādmodū Apoſt.in ſuis epiſtolis ſæpius gloriatur in dn̄o de ſuis diſcipulis, ſeu populis à ſe conuerſis, q ſuā prędicationē cum omni attentione & reuerentia perceperunt, quod utiq; omnē ſubditū oportet diligēter adimplere. Quoniā prælatis loquitur Chriſtus apud Lucā: Qui uos audit, me audit: & q uos ſpernit, me ſpernit. ⌊Et proprias oues uocat nominatim.⌋ Id eſt ſingulos ſubditorꝫ ſuorꝫ determinate cognoſcit, ad meliora hortatur, ad felicitatē inuitat, omniū mores penſando, quid ſingulis expediat perpendendo, cunctis familiariter condeſcendendo, unicuiq; ſecundū propriam capacitatē ac indigentiā prouidendo, ſubueniendo, & influendo. Quemadmodū Salomon admonet in lib.Prouer. Diligenter agnoſce uultū pecoris tui, tuoſq; greges conſidera. Quemadmodū enim medicus corporꝫ diſpoſitiones, cōplexiones, atq; morborꝫ diuerſitates in languido penſat, quatenus unicuiq; medicamentū ſuæ diſpoſitioni ac morbo proporcionatum apponat (quod eñ uni prodeſſet, obeſſet alteri) ſic prælatus & paſtor cū ſit medicus animarꝫ, attendere debet inclinationes, motus, & ſtudia ſingulorꝫ, ſic unumquęq; à malo retrahere, & ad uirtutes prouehere per media aptiora, quod nō eſt parꝫ difficile, propter quod conuenienter ait Grego. Ars artiū eſt regimen animarꝫ, & magna ualde perfectio, exercitatio unxio, diſcretio erigitur ad bonū prælatū. Vnde in Deuterono.loquitur Moyſes: Date ex uobis ſapientes & gnaros, quorꝫ conuerſatio ſit probata in tribubus ueſtris, & ponā eos uobis principes. ⌊Et educit eas⌋. De uia ad patriā, de carne ad ſpiritū. Educit inſuper eas ad paſcua alimoniæ ſpiritualis, ad panē uitæ & intellectus, ad panē ſacramentalem, ad diuinorꝫ contemplationem. ⌊Et cū proprias oues emiſerit.⌋ i. prædicto modo eduxerit, atq; de tenebris ignorantiæ & peccati in lucē ueritatis ac ſplendorē uirtutū tranſtulerit. ⌊Ante eas uadit.⌋ Id eſt C in uia dei ipſas exemplariter præit, & in uirtuoſa conuerſatione excedit, faciendo quod docet, & non uerbo duntaxat, ſed opere quoq; uiam monſtrando, quemadmodū ad Timotheū Paulus ait: Eſto exemplū fideliū in uerbo, in conuerſatione, in charitate, profectus tuus manifeſtus ſit omnibus, hæc enim faciens, teipſum ſaluum facies, & eos qui te audiūt. Deniq; cū prælatus ſit quaſi ſignū ad quod omniū oculi ſubditorꝫ diriguntur, ideo nihil tantū ædificat ſubditos, uel tantū confert ad omnē uirtutū profectum, ut bona & irreprehenſibilis uita paſtoris. Frequens namq; occurſus & quotidianus aſpectus in habitum uertitur, atq; in cordibus ſubditorꝫ, ueram in uirtutibus conſtantiā operatur. Oportet ergo prælatum in uirtute & ſapientia ſtabilem eſſe, ne paſſionibus agitetur, ne perſonarꝫ acceptor ſit, ne unū præ alio palpet uel tribulet, ne priuato amore uel odio corrumpatur, ſed deum ſemper præ oculis habeat, igitur formidet, ne per ſuā imperfectionē aut iniuſtitiam aliquē ex ſibi commiſſis ſcandalizet. Prælatus quippe eſt iudex & caput ſiue principiū gregis ſui. Iudex aūt ſecundū Philoſophum, debet eſſe quaſi animata iuſtitia, uiuaq; lex, nuſq̄ ab æquitatis tramite deuians. Primum quoq; in omni ordine eſt menſura & regula poſteriorꝫ. Menſuram uero & regulā neceſſe eſt eſſe uniformem ac ſimplicē, aliter non poſſent alia per eam menſurari ac regulari. Sit igitur prælatus uniformis, fixus, & ſimplex, non ſimulator & callidus, ſed mitis, & humilis. ⌊Et oues illū ſequuntur.⌋ Tanq̄ ducem prædignum, i. operibus illius ſe conformant, eiuſq;

nn uerbis

1.Pet.5 Ioh.xv Pſalmo 30 Pſalmo 44 Lucæ xi Chryſoſt. B Rom.5 Phili.5 2Cor.9 2Cor.16 Phil.3 2Theſſ.1 Lucæ x Pro.27 Gregorius Deu.1 Pſalmo.40 Ecci.15 1Tim.5 Deut.16 Eſaiæ 42 Iacob.2 Prou.11

uerbis obtemperant, quemadmodum ad Heb. docet Apostolus: Obedite præpositis uestris D
Heb. xiij & subiacete illis. Ipsi enim peruigilant tanquã rationem pro animabus uestris reddituri. Bonus ergo pastor bonas efficit oues, ouiũq; uitia & defectus maxime accidunt ex negligentia atq; insufficientia præsidentis. Propter quod maximũ dei donum est, habere uirtuosum prælatum. Vnde uidemus, q in ueteri testamento, tempore iudicũ & regum, quando iudex uel rex bonus fuit, populus Israel domino ministrauit, sed rege uel iudice impie conuersante, populus quoq; cõmuniter uixit inique, insistendo frequenter idololatriæ. ⌞Quia sciunt uocẽ eius.⌟ i. doctrinam eius per approbationẽ cognoscunt. ⌞Alienũ aũt⌟, i. seductorẽ, pestife-
Psalmo 17 rumq; doctorẽ schismaticũ siue hæreticũ, uel impiũ Christianũ. ⌞Non sequũtur.⌟ i. eius do-
Eccl. 13 ctrinis non acquiescunt, nec opa sequunt. ⌞Sed fugiunt ab eo.⌟ i. animo illũ detestantur, uel
1. Cor. 6 etiã interdum corpore se elongant ab ipso, ne cũ peruerso peruertantur: qui eñ tetigerit pi-
Leui. xi cem inquinatur. Et Apost. Exite inquit de medio illorum, & immũdũ ne tetigeritis. ⌞Quia nõ nouerunt (per approbationẽ & imitationẽ) uocẽ alienorum.⌟ i. uerba fallacium. Totũ hoc intelligendũ est de ouibus, nõ solum scdm præsentẽ iustitiã, sed & secundũ prædestinationẽ diuinã, & de auditu seu fuga uel cognitione finali. Certũ est eñ, q multi electi ad tps errãt, & hæreticorum uel aliorum deceptorum doctrinas aduertunt, sed finaliter pœnitet, & in Christi sermone diem claudunt extremũ. Similiter multi præsciti, ad tempus uerba bonorum aduertunt pastorum, & alienorum uocem abhorrent, sed non perseuerant usq; in finẽ, nunc implẽt illud Apl'i:
Heb. 13 Doctrinis uarijs & peregrinis nolite abduci. Et: Optimũ est gratia stabiliri cor. Vel loquitur
Eodem. Christus de ouibus formaliter, hoc est, inquantũ sunt oues, nõ materialiter. Formaliter enim de eis loquendo, non errant: quẽadmodũ arbor bona non potest facere fructus malos. ⌞Hoc
Mat. 7 prouerbiũ (.i. similitudinẽ istã, uel sermonẽ hunc parabolicũ) dixit eis Iesus. Illi autẽ (pharisæi)
Marci 4 non cognouerunt quid loqueretur eis.⌟ quid per uerba prædicta significaret. Certi eñ fue- E
Lucæ 6 runt, q intentio eius finalis non erat de pecoribus. ⌞Dixit ergo eis iterum Iesus (qui nouit ignorantiam illorum. Exposuit ergo prouerbiũ istud ex parte: expositio nãq; intelligentibus nõ est necessaria) Amen amen dico uobis, quia ego sum ostiũ ouium.⌟ Hoc est porta secundum proprietatem quandã, per quã electi intrant societatẽ eccl'iæ militantis, & deinceps ad consortiũ ecclesiæ triumphantis. Christus quoq; est ostiũ, per quod intramus ad patrẽ, nunc p fidem &
Iohan. 14 gratiã, tunc uero per speciẽ, propter quod ait: Ego sum uia, ueritas, & uita. Nemo uenit ad pa-
Ephe. 2 trem, nisi per me. Itẽq; Apost. Per ipsum (inquit) accessum habemus ad patrẽ. Et rursus: Per
Heb. 13 ipsum offeramus hostiã laudis deo semper. Christus ergo est ostium, quia per eius auxiliũ incorporamur eccl'iæ, ad patriã deuenimus, deo immediate unimur. Propterea Petrus testatur:
Act. x Neq; eñ datũ est hominibus aliud nomen sub cœlo, in quo oporteat eos saluos fieri. Dicitur autẽ Christus ostiũ per similitudinẽ quandã, q̃uo dicitur agnus, leo, petra, lucerna. ⌞Omnes
Ioh. 1 quotquot uenerunt, fures sunt & latrones.⌟ Non absolute de omnibus loquitur Christus, qa
Apo. 5 superius laudauit Iohan. Baptistã & Mosen, sed de quibusdã pseudoprophetis, qui nõ longe
2 Cor. 10 ante Christi aduentũ uenerunt, Theodas & Iudas Galilæus, de quibus scribitur in Act. Apost.
Ioh. x Vel de omnibus, qui sine Christo, hoc est, sine dei uerbo uenerunt non missi à deo, sed pprio
Ioh. 5 sensu se ingerentes, de qualibus dñs ait per Hieremiã: Ipsi currebant, & ego non misi eos. ⌞Sed
Mat. 25 nõ audierũt eos oues.⌟ i. finaliter ipsis non consenserunt, q̃uis forte ad tẽpus deceptæ sunt.
Act. 5 ⌞Ego sum ostium.⌟ Sicut nunc dictũ est. ⌞Per me si quis introierit.⌟ i. qui scdm doctrinã & uitam meã conuersatus fuerit, qui per fidem & gratiã meam congregationi fideliũ se iunxe-
Hie. 22 rit, si quis intima mihi charitate inhæserit. ⌞Saluabitur.⌟ Hoc est, æternã beatitudinẽ consequetur, nuncq; à peccatis purgabitur, aliter Christus nõ esset saluator. Vnde in Actis Petrus F
Act. 15 disseruit: Per gratiã dñi nostri Iesu Christi credimus saluari. ⌞Et ingredietur & egredietur.⌟ Id est, in latitudine charitatis, & spiritus libertate uersabitur, quia lex Christi est lex amoris, & ubi spũs dñi, ibi libertas. Itaq; ingredietur, redeundo ad propriã conscientiã, examinando se ipsum, atq; interioribus uirtutũ theologicarum actibus insistendo, & egredietur de habitu uirtuoso in opus meritoriũ, de cognitione ad operationẽ, de uia ad patriã. Egredietur quoq; ad proximos, illis misericorditer condescendendo, consulendo, subueniendo, quemadmodũ di-
Gal. 6 dicit Apost. Alter alterius onera portate. Et: Non quæ sua sunt singuli considerantes, sed quæ
Phil. 2 aliorum. Egredietur demũ quotidie, leuando se super se, ut sit conuersatio sua in cœlis, oibusq;
Thre. 3 terrenis sensibilibusq; rebus transcensis, sola cœlestia, spiritualia, & æterna cõtemplet, amet,
Phil. 3 recogitet, omnia arbitrans ut stercora propter eminentẽ scientiam Christi. ⌞Et pascua (.i. spi-
Eodem ritualia alimenta copiose) inueniet.⌟ In præsenti & in futuro. Nunc enim quotidie reficitur corpore & sanguine saluatoris, incremento uirtutũ, consolatione interna, riuis sapientiæ, cæterisq; donis & charismatibus spiritus sancti. His bonis anima seipsam diligenter custodiens,
Esaiæ 64 ut sponso suo cœlesti incontaminatã se exhibeat, feliciter impinguatur & confortetur, ita ut
1 Cor. 2 cibum fastidiat corporalem, omnẽq; consolationẽ carnalẽ & secularẽ. Porro in patria inueniet pascua illa uberrima, quæ oculus nõ uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽderunt,

A runt, ubi deus est oĩa in omnibus, oẽsq; beati de eius fruitione contentant, & sup dulcissime sa tiantur. ⌊Fur nõ uenit.⌋.i. seductor, indignus ve pastor nõ accedit fideles. ⌊Nisi ut furet⌋.i. oues Christi subtrahat Christo, & officiũ sibi indebitũ p̃sumptuose usurpet: q̃uis em̃ dicat se hõ non intendere, tñ male agendo, & debita omittendo, hoc facit. ⌊Et mactet, & perdat.⌋.i. spiritualiter occidat, atq; ad sempiternũ p̃ducat interitũ. Tales sunt negligentes prælati, car nales, auari, & ambitiosi, quibus dñs ait per Ezechie. Vę pastoribus, qui pascebant semetipsos, lac comedebatis, & lana operiebamini, gregẽ autẽ meum nõ pascebatis. Ego dñs requirã gre gem meũ de manu eo℞. ⌊Ego ueni⌋ in mundũ p̃ incarnationẽ, & in publicũ per prædicatio nem. ⌊Vt (oues) uitã, gratiæ, habeant, in præsenti, & abundantius habeant.⌋ i. plenã felicita tem, seu uitam glorię sortiantur in patria, de qua abundantia, abundantiq; gloria cecinit Esai. Gaudiũ & lætitia inuenietur in ea, gratia℞ actio, & uox laudis. Itẽq;: Lętitia sempiterna supra capita eo℞, gaudiũ & lætitiã obtinebunt. Et: Fugiet dolor & gemitus. Ezech.34 Esai.51.35.61

¶ Sermo II. circa euangelium: De fide & rationibus credendorum.

EGO sum ostium, per me si quis introierit saluabitur, Iohan. Quẽadmodum in libro de fide & legibus Guielmus Parrisiensis declarat, deus requirit à nobis, ut intellectũ nostrũ offeramus ei in sacrificiũ, subdendo eũ authoritati diuinę in his q̃ rationẽ tran scendunt, cõsuetudo credendis hoc solo intuitu: qm̃ deus hoc exigit, & testis est ueri tatis, ita ut suspendamus propriæ rationis discussionẽ atq; iudiciũ. Propter quod scribit Apl's In captiuitatẽ redigentes omnẽ intellectũ in obsequiũ Chr̃i. Hic idẽ Apl's ad Hebrę. [illegible]dẽ subti liter, sed obscure definiens: Fides inquit, est substantia re℞ sperandarum, argumentũ nõ appa rentium. Quã diffinitionẽ doctores exquisite explanãt. Quod breuitati studẽs, dimitto: ue rum in Secunda sc̃dę quæstione 4. Thomas testat: diffinitio illa Apl'i põt in formã hanc redi gi ac clarius exprimi: Fides est habitus mentis, q̃ inchoat uita æterna in nobis p̃ ascensum sup naturalis ueritatis. Deniq; diffinitioni Apl'i cõsonat descriptio fidei, quã vij. de diuinis nomi nibus capitulo tradit diuus Dionysius, dicens: Fides est manens credentiũ fundamentũ, collo cans eos in ueritate, & fidẽ in seipsis. August. q̃q;: Fides ait, est uirtus, q̃ credũtur q̃ nõ uidẽtur. Et Damascenus: Fides est consensus nõ acquisitus. Potest itẽ fides sic clare diffiniri: Fides est uirtus supnaturalis infusa, intellectũ illuminans, & inclinans ad consentiendũ ueritatib' scri ptura℞ transcendentibus rationẽ intuitu summę & increatæ ueritatis, uidelicet ideo, qa reue latæ sunt à deo. Hinc octauo de diuinis noĩbus S. Diony. ait: Est aũt fides circa æternaliter sub sistentem ac simplicẽ ueritatẽ. Itaq; fides est radius primæ & increatæ ueritatis, inchoatio fu turæ beatificæ uisionis, oculus mentis, dirigens eã ut sciat, ad quid oĩa opa sua debeat ordi nare, & in quo suã debeat figere intentionẽ, quia de ultimo fine, & uera beatitudine erudit eã. Ideo asserit August. in lib. cõtra Iulianũ, q nulla est uera uirtus, nisi fide suppo sita, qm̃ fides ostendit omni ueritati debitũ finẽ. Hinc quoq; per se loquendo, fides dicit omniũ uirtutũ pri ma. Virtutes nãq; theologicę cęteris sunt priores ordine naturali ac dignitate, qa ea℞ obiectũ est ultimus finis. Finis autẽ in agibilibus, est sicut principiũ in speculabilibus, eo q finis primũ fit in intentione, mouetq; agentẽ ad operandũ. Sed necesse est ultimũ finẽ prius esse in intel lectu p̃ cognitionẽ, q̃ esse possit in uoluntate, in q̃ est per spẽ & charitatẽ. Intellectus etenim mouet & excitat uoluntatẽ, quę de cęca p̃hibet, & cuius obiectũ est bonũ intellectiuũ .i. intel lectualiter cognitũ, sc̃dm philosophũ. Cũ itaq; naturalis cognitio deum attingere nequeat, se cundum q̃d est uerę & supnaturalis felicitatis obiectũ, oportet ut hõ uniatur deo optimo per fidẽ. Ex quibus patet responsio ad quæstionẽ, q̃ aliqui curiose & anxie quærere solent, an in philosophis & alijs quibusdã gentilibus, q̃℞ quidã dicuntur fuisse q̃si uiri heroici, fuerũt ue ræ uirtutes, & uidet q imò, qa totis uiribus uidentur fuisse intenti uirtutibus. Oppositum tñ apparet, qm̃ nõ fuerunt fideles, sed infideles, & p̃ consequens uitiosi, atq; in statu dãnationis. Ad quod respondetur, q habuerunt uirtutes naturales & acquisitas, q̃ tñ nõ attingunt ad p̃ fectam rationẽ uirtutis, quia nõ faciunt suũ subiectũ simpliciter bonũ, deoq; gratũ, aut capax salutis, sed simul stant cũ pc̃tõ mortali, imò fides informis, quæ sc; non ornatur charitate, aut actibus bonis, nõ est p̃fecte ac proprie uirtus, sed mortua est in seipsa: Pręterea sicut in Secun da sc̃dæ, quæstione ix. Thomas declarat, quantũ ad prima credibilia, quæ sunt articuli fidei, omnes tempore legis Euangelicæ tenentur habere fidem explicitã. Iccirco de symbolo fidei ab Apostolis ædito, instruendus est populus, tamen sine curiosa subtilitatum, ac difficultatũ discussione. Veruntamen sicut rursus in Secunda secundæ, quæstione x. sanctus doctor ratio nabiliter docet, non expedit corã simplicibus & ideotis disputare de fide, aut infideliũ perfi dias recitare, nisi forte simplices essent male informati aut solicitati, uel quasi dubitantes de fidei ueritate. Simplices quippe communiter sunt tanto firmiores in fide, quanto minus au dierunt aliquid fidei suæ contrarium, & quo amplius putant omnes credere quod ipsi cre dunt. Insuper quamuis ea quæ fidei sunt, ratione demonstratiua nequeunt comprobari, eui denter tamen & insolubiliter potest probari, q uera sint, utpote à deo reuelata, attestata, &

2Cor.10 Heb.11 — B — Dionysius Augustinus Damasce. Augustinus — C

confirmata, ꝙ per miracula soli omnipotenti deo possibilia, quæ ad fidei Christianæ corroborationem copiosissime facta sunt, comprobatur. Nulla equidem secta aut lex habet huiusmodi argumenta, nisi lex Christiana. Fides quoqꝫ catholica à principio mundi habuit diuersa miracula: Primo in lege naturæ, in Abel, Enoch, Noe, Abraham, & consimilibus. Deinde in populo Israelitico tempore Moysi, & alioꝝ sanctorum ueteris testamenti aucta sunt uera miracula in Aegypto, in mari rubro, in deserto, in Iordane, in terra promissionis, & usqꝫ ad Christi aduentum habuit populus ille interdum miracula ac prophetas. Deinde Christus per seipsum innumerabilia præclarissima fecerit miracula, quæ & in eius passione mirabiliter aucta sunt, facta eclipsi tempore oppositionis, quo luna extitit plena. Christus quoqꝫ suis discipulis dedit uirtutem faciendi miracula, etiam multo plura atqꝫ maiora, q̃ ipsemet fecit. Cumqꝫ Iudæi animo obstinato repulissent Apostoloꝝ prædicationem, translata sunt omnia illa mirabilia à synagoga, per Apostolos aliosqꝫ primitiuos fideles ad ecclesiam Christi, ex Iudæis gentibusqꝫ collectã, & usqꝫ in præsens perseuerant, atqꝫ frequenter innouata sunt miracula illa incomparabiliter plus q̃ unq̃ in synagoga, in tantum ꝙ inter atrocissiams tyrannorũ persecutiones, fides Christiana maxime creuit, & miro modo prȩualuit, q̃uis interdum per infidelium uiolentias propter peccata Christianoꝝ permiserit deus ecclesiam Christi in plurimis locis uastari ac minorari. Amplius, finalis ista Iudæorum relictio, & item quod uniuersa quæ de Christo credimus, ostendimus in ueteri testamento à sanctis prophetis copiose ex diuina reuelatione prænuntiata, certissime probant sanctæ fidei ueritatem. Sed & alia multa, de quibus in aliis diuersis tractatibus multa conscripsi, de quibus & Guilielmus Parrhisiensis, & author summæ uirtutum ac uitiorum subtiliter scribunt. Sanctissima demum conuersatio Christianotum, qui à principio ecclesiæ usqꝫ nunc fecerunt miracula, à quibus luce clarius scimus omnem magicam artem fuisse penitus alienam, certum est argumẽtum ueritatis fidei Christianæ. Postremo circa hæc una oritur quæstio, an scilicet expediat ita diligenter attendere & narrare ea, quæ fidei roborant ueritatem. Et uidetur ꝙ non, cum dicat sanctus Gregorius: fides non habet meritum, cui ratio humana præbet experimentum. Quo sequi uidetur, quòd quanto fidei ueritas clarius comprobatur, eo plus credendi meritum amittatur. Ad hoc beatus Thomas in Secunda secundæ, quæstione secunda respondet, quòd humana ratio potest se habere ad fidei probationem dupliciter: Vno modo accedenter, & quasi causaliter, ita quòd homo nõ crederet, nisi ex ratione induceretur humana, sicqꝫ rationis discursus dirimit aut penitus tollit fidei meritum. Alio modo consequenter, ita ꝙ homo prompte crederet, huiusmodi ratione non audita, propter authoritatem diuinam: sed quoniam diligit fidei ueritatem, clarius eam cupit cognoscere. Ideoqꝫ libenter legit, audit & pensat ea, ex quibus in eius cognitione crescere, roborari, inflammariqꝫ potest, & hoc meritũ fidei auget. Vnde inducta Gregorii authoritas intelligenda est, quando homo non habet promptam uoluntatem credendi, nisi ex ui rationis humanæ. Hoc quoqꝫ scire oportet, ꝙ ea quæ fidem impugnant, siue sit interior consideratio, siue exterior persecutio, tanto plus meritum fidei augent, quanto plus in eorum resistentia ostenditur uoluntas ad credendum deo prõptior atqꝫ robustior. Hinc beatissimi martyres maximum habent fidei meritum, deinde uiri ingeniosi & eruditi, qui nec propter argumenta hæreticorum, nec propter doctrinas philosophorum nec ex propriis considerationibus recedunt à fide, proprium ingenium deo mactantes. Deniqꝫ & si articuli fidei singulatim, seorsum, & per se consideratę, uideantur quasi incredibiliter resonare, tamen dum omnia quæ fidei sunt, cum suis rationibus, fundamentis, ac declarationibus comportantur, nihil rationabilius, nihil subtilius, nihilqꝫ certius fide catholica inuenitur. Quemadmodum enim (secundum philosophum) in exercitu unus roboratur & fulcitur ex alio, ita eorum quæ fidei sunt, unum fulcitur, declaratur, & confirmatur ex alio.

D E F

Grego.

¶ Sermo III. De spe & eius proprietate ac operatione.

SPE salui facti sumus, Rom. viii. Super illud ad Roma. Spes uero probationẽ. Haymo ait: Spes est certa expectatio futurę gl'iæ. Hinc magister Sententiaꝝ lib. 3. spẽ ita definit Spes est certa expectatio futurę beatitudinis ex gr̃a dei & propriis proueniẽs meritis. Quocirca quęri põt, quõ spes dicat̃ ex meritis propriis prouenire, cũ infundat̃ à deo, nec añ eius infusionẽ possit qs promereri. Respondet̃ ꝙ definitio ista potius dat̃ de actu spei, uidelicet de ipsa sperat̃iõe, q̃ de uirtute seu habitu spei. Hinc uirtutẽ spei Thomas de Argẽtina, & alii qdã ita definiũt: Spes est audacia mẽtis de largitate dei cõcepta habẽdi uitã ęternã p merita bona: uerũ tñ ista definitio nõ plus uidet̃ cõpetere uirtuti spei q̃ prima: spes nãqꝫ habitual' q̃ est uirt⁹ infusa, nõ est audacia mẽtis cõcepta de largitate dei, sed p̃uenit talẽ mẽtis cõceptionẽ, & parit illã audaciã, q̃q̃ ꝑprie loquẽdo audacia sonet malũ. Põt spes habitual' ita definiri: Spes est uirt⁹ theologica infusa, p quã rational' creatura uiatrix præstolat̃ obtinere à deo ęternam salutẽ p adiutoriũ gr̃æ & meritorios actus. Et põt definitio ista cõuenire nõ solũ spei formatę, sed etiã spei informi. Fides qppe & spes possint esse informes, i. sine charitate & meritoriis

ctibus

A actibus, quoniam secundum essentias suas manent in peccatore charitate amissa, nisi in hęresim aut perfidiam cadat. Itaq; per spem informem præstolatur homo obtinere à deo æternã salutem per adiutorium gratię, & meritorios actus, quã gratiam, & quos actus non habet, sed acquirere & exercere proponit, cõfidit, uel habere se putat, quẽadmodum aliquis confidit se adeptu℞ necessaria uictui per pecuniã, quis nondũ habet ipsam pecuniã, sed laborando, aut alio mõ proponat eam acquirere. Porro per spem formatã præstolatur hõ salutẽ, per auxiliũ gratiæ & actus bonos quos habet. Prima autẽ diffinitio spei, non cõpetit nisi spei formatę, seu actui eius formato, uidelicet ex charitate procedenti. Insuper spes potest sic definiri: Spes est uirtus infusa, per quam uiatoris uoluntas fertur in deum, tanq̃ in beatificũ obiectum nondũ adeptum. Attamen sicut de fide præcedenti sermone tangebatur, ꝙ scilicet fides informis nõ perfectã rationẽ uirtutis, ita de spe informi tenendũ est. Potest tñ dici quodãmodo uirtus, p̃sertim qm̃ spes informis, spesq; formata realiter idẽ sunt, sicut & fides informis, & fides formata, nõ obstante ꝙ dñs Antisiodorẽsis in iij. suæ Summę asserat parte: Fides informis & fides formata nõ sunt eiusdẽ speciei, quia circunstantiæ sunt de esse uirtutis, cũ in definitiõe uirtutis ponatur, in medietate existens. Et idẽ doctor ille dicere habuit de spe, sed nõ concludit qđ ait, & est contra cõmunẽ theologico℞ doctrinã. Veruntamen ultima, quã posui de spe, definitio declarari põt ex dictis doctoris illius, nã ait in Summa sua: Deus est tripliciter finis & obiectum theologica℞ uirtutum. Est etẽm finis & obiectum fidei, ut prima lux & prima sapientia: spei autẽ, ut summe largus atq; omnipotens: charitatis uero, ut summa bonitas ac dulcedo. Nec solum ijs modis est finis theologica℞ uirtutũ, sed etiã principiũ & causa efficiens ea-

B rundẽ. Consideratio nãq; primę ueritatis generat fidẽ, i. fidei actum: consideratio primę largitatis & omnipotentiæ, parit spẽ: consideratio summę bonitatis ac suauitatis, generat charitatem. Cætera quoq; q̃ dicunť de deo, reducunť ad ista: ideo nõ sunt nisi tres uirtutes theologicæ. Ite℞ scribit: Nõ delectamur immediate in deo, nisi uirtutibus theologicis: iccirco nõ sunt nisi tres uirtutes theologicę, qa nõ sunt nisi tres mõi delectãdi in primo & summo delectabili scilicet ꝑ modũ ęstimationis, qđ fit ꝑ fidẽ: ꝑ modũ confidentiæ, qđ fit per spẽ: & ꝑ modũ coniunctionis, qđ fit ꝑ charitatẽ. Præterea q̃ritur circa p̃dicta, q̃liter spes dicať certa expectatio felicitatis futuræ, ex grã dei ac proprijs meritis ueniens, cũ absq; diuina reuelatione nemo sit certus se esse in grã gratũfaciente, aut meritorios actus habere, quos cõstat sine charitate haberi nõ posse. Respondeť scđm Thomã, Richardũ, & alios quosdã, ꝙ certitudo spei attenditur ex parte omnipotentis misericordię dei, de q̃ certũ est, ꝙ ex parte ipsius nõ erit defectus nr̃æ salutis. Veruntñ certitudo ista, nõ est certitudo demonstratiua naturalˀ scientię, sed fidei, q̃ habet certitudinẽ adhærẽtiæ, nõ euidẽtiæ: certitudinẽ quoq; ex parte infallibilis sui obiecti, qđ est incõmutabilis ueritas. Deniq; teste Aplo, spũs sanctus testimoniũ ꝑhibet spiritui nr̃o, ꝙ simus filij dei, atq; ut ait Bernard. de homine alacri ac feruido in diuino obsequio nõ est dubitandũ quin in charitate existat. Sicq; scđm Bonauent. in scripto tertij habetur certitudo probabilis, ꝙ nõ habeat merita, ex quibus cõfidere debeat. Nihilominus scđm Thomã de Argẽtina, certitudo ista quandã formidinẽ habet annexã, propter qđ deuoti inter timorẽ & spem fluctuare ac moli dicuntur. Siquidẽ timent ex cõsideratione propriæ defectuositatis & culpę atq; incerti status sui, & maxĩe qa ignorãt, q̃liter finient cursum suũ: sperant uero ex cõsidera- Rom. 8 Bernardus Bonauẽtura.

C tione pietatis diuinæ, sicq; timor spẽ deprimit, ne sit nimis secura & p̃sumptuosa reddať: spes uero timorẽ erigit, ne in pusillanimitatẽ aut desperationẽ labať. Hinc Antisiodo. dicit in tertia parte Sũmę suæ: Timor & spes sunt duę molę, inter q̃s moli (.i. ab oĩ prauitate frangi ac cõteri) debet quilibet Christianus, ut fiat & sit mũdus panis Chr̃i. Timor quippe tãq̃ mola inferior reprimit spẽ, ne luxuriet in pręsumptionẽ: spes aũt tanq̃ mola superior eleuat timorẽ, ne ruat in desperationẽ. Rursus oriť quæstio circa p̃habita, sancti eñ ac deuotissimi uiri frequenter professi sunt totã spem suã esse in misericordia dei, nec sic in ꝓprijs actibus aut uiribus aliquo mõ confidere. Vñ & sup illud in psalmo: saluabit eos, quia sperauerũt in eo, sic scribunt: Quibus actibus, quibus meritis eos saluabit? Et respõdent: quia sperauerunt in eo. Qũo ergo spes diciť certa expectatio gloriæ, nõ solũ ex gratia, sed ex meritis quoq; proueniẽs? Et respondẽdum, ꝙ sancti ac deuotiss. uiri ita locuti sunt, qm̃ principaliter in dei pietate & grã sunt cõfisi, nõq; sine proprijs meritis putauerunt se posse saluari, cũ dicat Grego. Spes sine meritis p̃sumptio est, sed quia & ipsa merita sua cognouerunt esse dei dona, eaq; deo totaliter asscripserunt. Hinc ait Bernar. sup illud: Tu es dñe spes mea: Quicqd agendũ, quicquid declinandũ, quicqd tolerãdũ, quicquid optandũ occurrit, tu es dñe spes mea. Hæc una mihi oĩm promissionũ est causa, hæc tota ratio expectationis meæ. Prætẽdit alter meritũ, sustinere iactet pondus diei & æstus, ieiunare se bis in sabbatho dicat, postremo nõ esse sicut cæteri hominũ glorieť, mihi autẽ adhærere deo bonũ est, ponere in dño deo spẽ meã. Amplius circa hæc quęrunt Alexãder de Hales & Antisiodoreñ. in Summis suis, an spes sit mercenaria. Videtur ꝙ imò, quia intuitu sui cõmodi, seu proprij præmii operatur, quod uidetur puritati charitatis contrariari. Psal. 36 Gregorius Bernardus. Mat. 20 Lucæ 18 Psalmo. 72.

Respondetur quod spes perfecta nequaquam contrariatur syncerissimæ charitati, quia non quærit praemium suum, nisi in deo, & propter deum, & secundum deum. Quærit enim beatitudinem ad dei honorem & gloriam, quoniam sine beatitudine non potest homo plene uniri deo, pro ut charitas cupit, & quoniam deus id iussit. Debemus ergo in deo confidere, & confidendo medium obseruare, ut nec ex consideratione propriæ defectuositatis, uitiositatis, & insufficientiæ desperemus, nec ex cõsideratione infinitæ misericordiæ dei inaniter præsumamus, aut in spe peccemus, sed quicquid boni potest manus nostra, instanter ac indeficienter exercere debemus. Nempe ut Climachus ait, peccantibus persuadet diabolus deum esse misericordem, & omnia posse peccata in fine deleri, ut sic eos in peccatis detineat. Pœnitere autem uolentibus, atque agonizantibus suggerit infinitum esse rigorem diuinæ iustitiæ, ut ad desperationem eos inducat. Porro quod fiducialiter debeat omnis homo in deo sperare, probatur ex multis: Primo, ex infinita bonitate, pietate, munificentia, & misericordia dei, quæ omnem nostram malitiam & offensam infinite excedunt. Secundo, quoniam deus in scripturis tam ubertime nos hortatur, ut cõfidamus in eo, nec fallaciter agit hoc. Tertio, quoniam uniuersis pœnitentibus & ipsum inuocantibus, misericordiam suam ueniamque promisit. Quarto, quoniam pater æternus unigenitum filium suum uoluit pro nobis incarnari, in mundo conuersari, ac mori. Quinto, quoniam filius dei pro nostra salute tot & tanta fecit, ac pertulit. Sexto, quoniam innumerabilia beneficia corporalia & spiritalia, generalia & specialia, naturalia ac supernaturalia iam cõtulit nobis. Septimo, quoniam multis grauissimis peccatoribus ineffabilem misericordiam fecit, & maximam gratiam condonauit, ut cõstat de multis sanctis utriusque testamenti. Octauo, quoniam multa & magna subsidia nobis parata sunt, scilicet uirginis gloriosæ, angelorum, sanctorum, & cæterorum ciuium supernorum. E

Ecci. 9

Bernardus

¶AD RELIGIOSOS.

¶Sermo IIII. Quo studio religiosi conatum adhibere debeant, ut in dei amore indies magis magisque proficiant.

ESTOTE imitatores dei filii charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, Ephe. v. Aristoteles ait in Ethicis: Quid est uirtus scrutamur, nõ ad hoc finaliter ut sciamus, sed ut boni reddamur: siquidem finis uirtutis est praxis, nõ speculatio, nisi quod ultimatus uniuersorum finis uirtutum est contemplatio summæ ueritatis syncera, præsertim beatifica uisio illa in patria. Ad hoc itaque præinductorum de charitate cognitio est ordinanda, ut proficiamus & exceamur, inflammemur, atque perficiamur in illa. Sunt itaque diuersæ uiæ ac modi pertingendi ad charitatis incrementum, feruorem, ac perfectionem: Primus modus est, cõsideratio eorum uiuax ac diligens, quæ ad intellectualem dei amorem inducunt ac incitant. Et posset hic modus in vii. modos speciesque subdiuidi, secundum quod sunt vii. rationes & causæ amandi deum, quorum omnium uigilans atque profunda pensatio sigillatim atque distincte pacta, uehementer charitatem inflammat. Ideo in charitate cupiens crescere & accendi, omnia illa intente cõsideret, & protinus fructum grandem experietur. Denique cõsiderationes trium primarum rationum amandi deum, magis excitant ac accendunt perfectos, uidelicet cõsideratio diuinæ bonitatis, cõsideratio quoque omnimodæ perfectionis ipsius, & quod ipse prior dilexit nos. Considerationes uero beneficiorum & promissorum dei magis mouent & excitant imperfectos, attamen quod deus prior dilexit nos, in promptu inflammat. Secundus modus est, cõsiderare imperfectiones, uanitates, fallacias, uilitates rerum terrenarum, atque carnalium, & præsertim infinitam earum distantiam, ab excellentia, bonitate, amabilitate, omnique perfectione superdigniss. creatoris, sicque ab inordinata ac superflua illarum affectione auerti, imò omnia illa respectu dei arbitrari ac aspernari ut stercora, & cum Salomone fateri: Vanitas uanitatum & omnia uanitas. Et cum Psalmista: Mihi adhærere deo bonum est. Quid enim sunt paruuli riui ac modici radii cõparatione fontis immensi, ac luminis prorsus incircumscripti? Tertia uia ac praxis est, circa carnalis ac priuati amoris extirpationem diligens studium, quia charitatis uenenum est cupiditas seu amor priuatus. Diminutio quoque priuati amoris, est augmentatio charitatis: mera uero priuati amoris euulsio, est charitatis perfectio. Quarta est diligens cordis custodia, nõ solum ab omni mortali, sed item ab omni ueniali peccato pro posse. Quemadmodum enim mortalia charitatem totaliter extinguunt ac tollunt, sic uenialia eius feruorem diminuunt, profectum retardant, synceritatem coinquinant. Cumque deus sit liberalitatis ac opulentiæ infinitæ, cõstat quod ipse (quantum in se est) promptissimus sit largiss. gratiarum impartiri charismata, dummodo ex parte nostri non inueniatur indignitas, incapacitas, & defectus propter culpas, auersiones, & negligentias nostras. Solæ etenim iniquitates nostræ diuidunt inter deum nostrum & nos, & dona gratiæ eius à nobis impediunt. Iccirco si à deo cupimus uisitari, amari, accendi, oportet nos omni diligentia ea uitare, quæ displicent deo, & inhonoratiua & offensiua sunt ei. Nempe in Deuteron. Moyses protestatur: Auersatur dominus omnem impietatem. Hinc per Esaiam loquitur deus: Ego dominus deus tuus, docens te utilia. Utinam attendisses mandata mea, facta fuisset quasi flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris. Ad Moysen demum ait dominus in Deuteron. Quis det talem eos habere mentem, ut timeant me, & custodiant uniuersa mandata mea, & bene sit eis in sempiternum? Quid sicut ad literam de filiis Israel dictum est, ita nunc dici potest de Christianis

Ioh. 4

Phil. 3
Ecci. 1
Psal. 72

Esaiæ 59

Esaiæ 48

Deu. 5

A nis,imò de cunctis hominibus. Ex quibus uerbis docemur, q̃ paratus sit deus communicare nobis largissime grãm suã,& quãtũ ipse optet nostrã salutẽ,qui(ut in prima ad Timot. asserit epist.) uult omnes homines saluari,& ad agnitionẽ ueritatis uenire. Quinta uia est,frequens & assidua ad deũ aspiratio per uerba affectuosa,mente aut etiã ore prolata,dicendo hoc modo aut simili: O deus dulcissime,quando te toto corde amabo? utinam tua sancta charitate totaliter implear. O benignissime domine,quando tuo amore purissimo perfecte accẽdar? Amabilissime & desideratissime deus,dignare me tua saluberrima dilectione iugiter inflammare. Sexta est quotidiana & frequens examinatio conscientiæ propriæ,& expurgatio eius,ac deploratio,confessio & emendatio quotidianarum culparũ. Nempe qui negligit modica,paulatim decidet:nam & ueniale ad mortale disponit. Septima est,deum assidue inuocare pro incremento dilectionis diuinæ. Octaua est,mundũ,& ea quæ mundi sunt relinquere,ac religionem,in qua regulariter uiuitur,introire. Nam quo mentis affectio circa plura dispergitur, tanto remissius in deo defigitur. Nona est,omnẽ creaturã considerare ut dei effectũ, sicq; ex omniũ creaturarum intuitu omnipotentis dei sapientiã,bonitatẽ,ac omnipotentiã cõsiderare,mirari,diligere,& quicqd bonitatis,dulcedinis,utilitatis,aut excellentiæ in rebus inueni creatis, mox ad creatoris laudẽ gratiarũq; actionẽ referre,& ita dicere cũ propheta: Quàm magnifica sunt opera tua domine,omnia in sapientia fecisti. Decima est,propriã defectuositatem,frigiditatẽ,euagationemq; cordis,etiam in diuinis sapienter pensare,abhorrere, deplangere,atq; ex hoc intensum proficiendi affectum concipere. Siquidem magnus charitatis profectus est grande desiderium proficiendi in ea. Vndecima est,considerare q̃ fructuosum ac B meritorium sit in charitate proficere,q̃ periculosum quoq; sit in ea non crescere,cum nõ procedere in uia uirtutum,sit retrocedere ac periclitari. Iccirco ijs modis exerceamus nos omni die in charitate: & qui exteriora siue mechanica faciunt opera,uitent in eis uerba illicita,cogitationes affectionesq; prauas, & corda sua cum oratione mentali aut uocali,& cum cogitationibus & affectionibus uirtuosis eleuent saltem interdũ,imò & sæpe ad deum. Postremo pectus tundere,in cœlũ aspicere, manus leuare ad deũ,& consimiles quidã gestus ac motus ad charitatis feruorem atq; deuotionẽ cooperantur,incitant,& deducunt.

1 Tim. 2

Eccl. 19

Psalmo. 90

¶ Sermo V. De amore dei castissimo ac feruenti,q̃ fructuosus sit,quid sit amare deũ, quæ ad dei amorem nos monere debeant, & quæ sint amoris indicia.

Deus charitas est,& qui manet in charitate in deo manet. Iohã. 4. Multę ac uarię sunt commendationes in sacra scriptura charitatis,sed est maior ea quam in his uerbis dicit B. Iohã. nominans deũ charitatẽ. Quapropter si de uero,puro,casto,feruenti sanctoq; amore, quo diligimus deum, qui utiq; charitas est,loquendum est, non aliter dicere possim,q̃ q̃ summa,propinquissima, atq; dignissima ad unitiuæ sapientiæ theologiæq; mysticæ usum,actum,seu contemplationẽ est diuini amoris ęstuans feruor,qui mentem aperit,patulã reddit,capacẽq; efficit dei sup oĩa concupiti ac munerũ eius incũbit nunc de ipso sancto diuinitatis puro & irreflexo amore,quantũ spũs ille superdulciss. cui amor atq; benignitas appropriantur cõtulerit,fari. Veruntñ sicut prætactũ est, ardor diuini amoris ex mysticę sophię contẽplatione theorica oriẽs ac procedẽs,ad mysticã theologiã amplius ptinet q̃ ille qui eã pcedit,ad eãq; pparat. Ardor nempe cõcomitans priore calidior est,quoniã C unitiuæ huius sophiæ contẽplatiua inspectio,pręclara ac sacra intuitio quo fuerit lympidior atq; intimior,eo utiq; magis accẽdit,rapit,suspendit,transformat,deificat. Porro amor iste diuinus nõ est naturalis affectus ad deũ,sed delectatio gratuita,supnaturalis,infusa,q̃ est aĩæ uigor & uita,uniuersarũ uirtutũ & actuũ imperatrix,motrix,& finis. Ipsa est q̃ cor amãtis dilatat,appetitũ expandit,mẽtis sinũ distẽdit,habitaculũ cordis nr̃i amplificat,ut capere queat immẽsum ac incircũscriptibilẽ teneat mansorẽ ac hospitẽ. Deniq; animã supra oĩa terrena,caduca,uana ac materialia eleuat,ultra cũcta creata cõsurgere facit, usq; ad dñm maiestatis uolat ac puenit,illi uiuit,in illũ trãsformat,illi indissolubiliter immediate ac intime colligat mẽtem illius quã pficit, incolit,& informat, tantãq; demũ inter uolũtatẽ increatã & creatã efficit conformitatẽ, ut earũ sit eadem uelle ac nolle ,ut iam spiritus amans cũ deo unũ dicatur. Hic amor dei amicos & filios facit. Cũq; acutus ac penetratiuus existat, usq; ad intima dilecti ingredi satagit,deo immediate uniri,eũ amplecti,& intra se stringere nititur,ipse ignis quo uitia consumuntur,dæmones propelluntur,passiones uincuntur,mensq; in deũ resoluit. Hæc præstantissima mentis perfectio, summæ creaturæ nobilitas, diuinissima animi uirtus. Præterea quid amor iste,quæ eius incitamenta,qualiter purus sit,& de actibus eius modicum est tangendum. Itaq; cum amare sit alicui bonum uelle,amor diuinus est diuinissimus. Ille animi habitus,seu præclarissima uoluntatis uirtus, qua deo,quod ipse est, eiq; conuenit,uel debetur,uolumus,fauemus,optamus. Cum ergo sit deus ens in omĩ bonitate,felicitate,& gloria infinite perfectũ,& perfecte infinitũ,omnisq; sapiẽtia, omnipotẽtia ,opulẽtia,uirtus,pax, uita,& gaudiũ ei cum immensa plenitudine insit & competat, omnis quoq; honor,adoratio,

gratiarum actio & gloria debeatur eidem, constat quòd ipsum amare sit ei hæc omnia uelle, D
fauere, appetere de ipso, & in ipso complacentiam cordialem habere, de eius immensa perfectione & incomparabili excellentia intime exultare, eius superinfinitæ beatitudini mẽtaliter congaudere, zelo honorandi eũ in oĩbus uehementer feruere, seipsum cultui eius totaliter mancipare, propriã uoluntatẽ diuino beneplacito conformare, eius amore libẽtissime agere & pati quicqd pro eius honore est, eiq́ placet, eius quoq́ amore diligentissime euitare ac impedire qđ ei nõ placet. Ecce isti sunt actus diuini amoris, quibus quo quis pfectius abũdantiusq́ fuerit occupatus, eo prorsus diuinior est, sanctior, atq́ sublimior. Sic uiuere, est cœlestem uitã in corpore ducere: taliter cõuersari, est deificari à deo, amplecti, amari, nec dubiũ quin deo cõplaceat cui cõplacet deus. Ad huiusmodi diuinitatis amorẽ primo atq́ potissime nos debet mouere, excitare, inducere ipsamet bonitas deitã cũ sit deo connaturalis, pura, perfecta, immensa, p̃ oĩbus, & super oĩa infinite ac ardentissime desideranda est & amanda, amplectenda, retinenda, stringenda, nec aliquid aspiciendum aut reputandũ, quo tantæ bonitatis
1.Ioh.4 amor ullatenus impeditur, minoratur, uel tollitur. Secundo ad idẽ nos prouocet & inducat, ꝙ ipsemet supergloriosus omnipotens deus, prior & gratis dilexit nos amore æterno, tã liberalissimo, puriss. & cõpleto, ut seipsum nobis dare paratus sit, itẽq́ ut ipsummet petamus ac requiramus, docet & præcipit, orandi fiduciã p̃bet, à nobis pater uocari dignatur: dare quicqd
Mat.11 digne petierimus, nobis se esse paratũ testaẽ, quicquid requirit uel iubet nobis, ad nostrã cõuertit salutẽ: Non enĩ ei, sed nobis nr̃a, quã ei exhibemus, seruitus prodest. Quàm dulcissimũ postremo affectũ habet ad nos, à quibus amari uult potius q̃ timeri? Indesinenter paratus est misereri, pœnitentẽ amplecti, conuersum saluare. Tertio ad idem nos excitet innumerabilis E
multitudo, munificentissima exhibitio, incõprehensibilis largitas beneficioꝝ eius, à quo esse, uiuere, sentire, intelligere, moueri, corpus & animã, uires & membra, sanitatẽ & robur, pacem gaudiumq́ habemus, cętera quoq́ dona naturæ, bona fortunæ, prouentus ecclesiæ, qui nos hucusq́ conseruauit in esse. Adhuc autẽ, qui tanta gratiaꝝ charismata, uirtutes, fructus & dona spiritus sancti toties nobis impendit: Primo in fonte baptismatis, deinde quoties post peccatum doluimus, qui ingratis, impijs, grauissimeq́ peccantibus toties atq́ tã diu pepercit, bona pro malis rependit, & durantibus malignitatibus nostris benefacere non cessauit. Insuper super omnia nos debet ad amorẽ ualenter accendere, ꝙ patre uolente ęterno, & spiritu sancto cooperante, unigenitus dei filius noster uere effectus est frater, ꝙ tanta pro nobis assumpsit, egit, & passus est, seq́ quotidie in sacramento tam superliberalissime donat. Nõne omni ferro & saxo durior, omniq́ cane ingratior comprobatur, qui tot charitatis indicijs non inflammatur? tot beneficijs nõ emollitur? talem ac tantum amatorẽ ac benefactorem non amplexatur, nec honorare molitur? Quid dicemus, ꝙ mentẽ nostrã ab ipso usq̃ auertimus? Nõne uniuersis pœnis inferni nr̃æ ingratitudinis peruersitate dignissimi sumus? Quarto ad idẽ
Ioh.14 nos prouocet ineffabilis beatitudo immensaq́ copia bonoꝝ gloriæ, quę nobis apud seipsum in patria præparauit, ubi & seipsum nobis in pręmiũ beatificũq́ consummatę felicitatis obiectum dare disposuit. Atuero amor iste diuinus tanto syncerior, efficatior, deo placentior, atq́ diuinior perhibeẽ, quo amãs ad seipsum minus reflectitur, puta dũ totus pure ad deũ cõuertitur, nec orando, psallendo, obsequẽdo, amando aliud intendit uel quęrit, nisi ipsum dilectũ eiusq́ honorẽ & gloriã, castissimã quoq́ unionem cum ipso propter ipsum. Quo autem ad F
propriam utilitatem, mercedem uel necessitatem plus respicit, eo plus ad se retorquetur, reflectitur, obliquatur, & seruilis quodammodo, non synceriter filialis monstratur. Itaq́ omni priuato amore funditus pulso, bonum increatum, incommutabile, infinitum his de causis feruidissime atq́ purissime deligamus: ad ipsum iugiter aspiremus, cordialiter afficiamur, æstuanter feramur: quibus adeptis, ad mysticam theologiam aptissimi erimus, & lumini increato profundissime immergemur, clarissime infigemur, intime uniemur. Porro si nondũ tantæ perfectionis apprehendimus arcem, ut deum amemus, quia hocipsum dignum, honestum, uirtuosum & bonum est, saltem diligamus eundem, & quicquid ab eo auertit uitemus, quia hoc utile nobis necessariumq́ consistit, tam ad euadendum tormenta inferni, q̃ ad obtinendum gloriam cœli. Porro ad mysticam theologiam spectat ac pręparat amor spiritalis extaticus. Dicitur aũt amor extaticus ab extasi, qui nõ finit mentẽ amãtẽ aliud cogitare, nisi quod diligit, nec finit amantem esse suiipsius, sed amati, in cuius profectum, obsequium, uel usum se totaliter transfert. Est autem amor extaticus duplex, scilicet spiritalis & carnalis, qui etiam amor hereos à medicis appellatur: estq́ ingens desyderium cum concupiscẽtia nimia, & cogitationum afflictione, ut autem spiritalem extaticum per alios cognoscamus, pensandũ quod primum signum amoris carnalis extatici est, ꝙ amorosi in absentia multa concipiunt, sed præsentes pauca loquuntur, defectiueq́ proferunt. Defectiuæ enim locutiones amantibus propriæ sunt, quando de re amata, uel cum ea loquuntur. Similiter amor spiritalis extaticus in uerbis truncatus & breuis est, quando deum secreto affatur, uel de ipso eloquitur.

Sic

A Sic nanque sponsa ait in Canticis: Dilectus meus mihi, & ego illi. Et rursus: Ego dilecto meo & ad me conuersio eius. Vehemens quippe occupatio amoris circa dilectum, in eius præsentia eorum quæ ante concepta fuerunt uel dici proponebantur tollit memoriam. Secundū signū amoris extatici, deficcatio est membrorum, quia ex uehementi occupatione circa dilectū spiritus multiplicantur, ex quo interiorē desiccationem & arefactionē membrorum amorosi incurrunt. Similiter anima ex uehementi dei amore ab omni carnalis uoluptatis arescit humore, per quod instar ligni sicci apta est diuino amore uehementius inflammari. Tertium huius amoris signū est concauitas oculorum, qui sequuntur spiritus se retrahentes, & ad locū æstimatiuæ concurrētes. Sic oculi animæ amorosæ profundantur in corde, ut uideat ne in corde quid fit quod deo displiceat, eiusque (scilicet dei) occultum anima accessum & recessum perpēdat. Quartum est siccitas oculorum, seu carentia lachrymarum. Sic animam amorosam nil contristat, nisi quo dilecti sui offensam occurrit, unde nec damna rerū nec aspera plangit. Quintum est pulsus inordinatus, omnis enim amorosus pulsum habet aut nimis tardum & rarum, aut nimis uelocem & frequentem, secundū diuersas apprehensiones de re amata conceptas. Dum enim de eius adeptione desperat, pulsum habet tardum: uelocem uero, quando sperat de ea uicē amoris reportare. Similiter pulsus animæ sunt eius affectiones, quæ ueloces sunt, & quasi celeriter tripudiare uidentur, quando de sui dilecti consecutione confidit: sed cum B ex periculorum suorum consideratione pauescit, & quasi lentescit, tardum pulsum sortitur. Sextum est profunda cogitatio & solicitudo uersa ad interiora, ita, quod amans eorum quæ dicuntur nihil aduertit, nisi de suo dilecto quid proferatur. Sic anima amorosa rumores & ea quæ mundi sunt, uana atque carnalia, non aduertit: Si autem de Christo sit sermo, statim euigilat, alludit, arridet.

Cant. 2
Cant. 7

¶ FERIA QVARTA PENTECOSTES.

¶ Enarratio epistolæ. Stans Petrus cum undecim. Actuum secundo.

INnotescit ex hac epistola quanta sit efficacia gratiæ spiritus sancti, & quantum inter fragilitatem humanam & diuinam distet uirtutem. Ecce qui paulo ante unius uilis muliérculæ uoce conterritus, Christum primam summamque uirtutem negauit, nunc inter tot milia, præ cæteris apostolis, imperterrito ac tubali eloquio, testimoniū perhibet ueritati. Itaque stans Petrus cum undecim eleuauit uocem suam, & locutus est, iam enim in eo perfectus amor, seruilem eiecit timorem. "Viri Iudæi, & qui habitatis in Hierusalem uniuersi, hoc uobis notū sit, & auribus percipite uerba mea." Ecce quā authoritatiue & secure effatur, qui paulo ante indoctus & rudis fuerat idiota. "Non enim sicut uos æstimatis hi ebrij sunt." Ebrij quidē sunt fateor, sed nō sicut uos æstimatis, qui tanquam carnales carnaliter iudicatis, & similes estis Heli cæcutienti, qui sanctā Annā perhibuit temulentā, "cum sit hora diei tertia." Vnde tā mane nō solēt hoīes uino impleri. Porro spūssanctus qui est tertia in superbeatissima trinitate persona, maiestatē & gloriam indiuiduæ adorandæque trinitatis, mūdo per apostolos prædicaturus, tertia hora conuenienter descendit. Et quia ut dictū est, discipuli erāt in oratiōe perseuerātes, recte spiritū sanctū in hora oratiōis percipiūt, ut mōstretur, quod spūs sancti gratia nō facile impetratur, nisi mens à carnalibus superiorum intentione leuet. Tria tēpora quibus Daniel genua flectere & adorare solebat, uidelicet, tertia, sexta, & nona, horæ ab ecclesia obseruāt. Nā & Chrs spm sanctū hora tertia mittēs, & crucē sexta hora ascendēs, nona spm tradēs, easdē C nobis horas intimare & sanctificare dignatus ē. "Sed hoc (quod cernitis) est quod dictū" id ē, prophetice pronunciatū "est per prophetā Iohel" cuius uerba subdūt: "Et erit in nouissimis diebus," id est, tēpore euāgelicæ legis, cui lex alia diuinitus nō succedet. De quo tēpore s. Iacob disseruit: cōgregamini, ut annūciē uobis quæ uētura sunt uobis in nouissimis diebus. Et Esaias: Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus dñi. Vnde hoc tēpus ultima ætas mūdi uocat, sicut ait Apls: Nos sumus in quos fines seculorum deuenerūt, "dicit dñs," scilicet deus pr, uel pr & filius, qui sunt unus dñs. Vnus quoque spirator & dator spūs sctūs, sicut & tres psonæ sunt unus creator, "effundā de spiritu meo super omnē carnē" id est, cunctis hominibus, scilicet Iudæis & gentibus, seu quibusdā de omni genere hominū, ut sit distributio pro generibus singulorum. Itaque omnibus his, de donis & gratijs spiritus sancti infundā, sicque nomine patris intelligitur totum, uidelicet homo per carnē, sicut cū ait Iohannes, uerbū caro factū est. Et Psalmista: Ad te omnis caro ueniet. Verūtamen s. Petrus hoc loco sensum, non formā uerborum inducit. Sic enim in Iohele scriptū est: Et erit, post hæc effundā spiritū meum super omnem carnem, "& prophetabūt (ô Iudæi) filij uestri, & filiæ uestræ" id est, discipuli & discipulæ Christi. Multi enim discipulorum & aliquæ sanctæ fœminæ cum apostolis spiritū sanctū receperunt, & gratiā prophetalem sortiti sunt. "Iuuenes uestri uisiōes uidebūt" id est, reuelationes diuinas atque propheticas uere intellgēt. Intelligētia enim ē opus ī uisiōe, "seniores uri somnia somniabūt" i. reuelatiōes desup tēpore somni suscipiēt, quoniam propter quietē uirtutis imaginatiuæ ac sensuū exteriorum aptior ē aīa ad illuminationes supernas. Propter quod in Iob legitur: Per somnū in uisiōe nocturna aperit deus aures

Mat. 26
Mar. 14.
1. Iohan. 4
Act. 4
1. Reg. 1
Act. 1
Luc. 24
Dañ. 6
Mat. 27
Iohan. 19
Iohel. 2
Geñ. 49
Esai. 2
1. Cor. 10
Iohan. 1
Psalmō. 49
Iohel. 2
Dañ. 10
Iob. 33

aures uirorum, & instruit disciplina. Quod autem apostolorum discipulorumque Christi, alij seni-
ores, alij fuerint iuniores, certum est cunctis. Porro, huiuscemodi somnia non sunt uana & so D
Ecci.34 lita omnibus, sicut illa de quibus Ecclesiasticus: Somnia extollunt imprudentes, & quasi qui
apprehendit umbram, & persequitur uentum, secundũ hoc uisio somniorum. ⌊Et quidẽ super
seruos meos, & ancillas meas in diebus illis (scilicet in exordio euangelicæ legis) effundam
Act.21 de spiritu meo, & prophetabunt.⌋ Quidam enim utriusque sexus in primitiua ecclesia prophe-
tarunt, sicut & infra scribitur Philippus diaconus habuisse quatuor filias uirgines prophetis-
sas. In nomine uero effusionis, ostẽditur gratiæ copia, seu munerum largitas. De qua effusio
Esai.44 ne scriptum Esaiæ: Effundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meã su-
per stirpem tuam. ⌊Et dabo prodigia in cœlo sursum, & signa in terra deorsum.⌋ Hoc & uer
ba sequentia quidam exponunt de signis præcessuris diem iudicij. Sed cum Petrus totam
istam scripturam pro tempore suo, quasi tunc impletam alleget, aptius ad præfatum tempus
Iob.35 refertur. Dedit ergo deus in primo Christi aduentu, & circiter, prodigia in cœlo, quando eo
Luc.2 nato multitudo militiæ cœlestis deũ laudans apparuit, stella in aere radiauit: & tempore pas
Mat.2 sionis, dum luna tempore oppositionis supernaturaliter redijt, & se soli supposuit, totque horis
Mat.27 sub ipso permansit, ita quod sol stetit immotus: Similiter in ascensione angeli apparuerunt.
Act.1 Insuper dedit dñs signa in terra, scissæ sunt petræ, aperta sunt monumenta, & multa corpora
resurrexerunt à mortuis, & uenientes in sanctam ciuitatem apparuerunt multis. Quod au-
Mat.27 tem ista conuenienter ad tempus primi aduentus Christi relata sunt, innotescit ex eo quod E
dominus ait per Aggeum: Adhuc unum modicum & ego mouebo cœlum & terram, & ma-
re & aridam, & ueniet desideratus cunctis gentibus, quod omnes de primo Christi aduentu
Agg.2 exponunt, de quo in Genesi loquitur Iacob: Et ipse erit expectatio gentium. Consequenter
quædam prodigiorum istorum specialiter exprimuntur, ⌊sanguinem & ignem, & uaporem
fumi.⌋ Per sanguinem intelligitur sanguis qui de latere Christi fluxit, in cuius emanatione
Gen.49 duo mirabilia contigerunt: Primum, quia de mortuo corpore sanguinem uiuaci riuo efflue-
re, contra nostrorum naturam est corporum. Secundum, quod simul cum sanguine aqua
profluxit. Potest quoque per sanguinem accipi sanguis quem pro Christo martyres cum mira
Iohan.19 effuderunt constãtia: per ignem spiritus sancti illustratio ac inflammatio designatur. In igne
enim sunt splendor & calor, per uaporem fumi, excæcatio Iudæorum, uel compunctio & la-
Zach.12 chrymatio conuersorũ, qui ad prædicationem Petri compuncti sunt corde, de quorum pijssi-
Mat.27 simo fletu Zacharias dicit: Plangent eum planctu, quasi super unigenitum. ⌊Sol conuertetur
Luc.23 in tenebras,⌋ Nam tempore passionis obscuratus est sol, ⌊& luna in sanguinem⌋ id est rubea
apparebit. Non tamen planetæ fuerunt in seipsis taliter se habentes, secundum apparentiam
fuit sic. Solet autem luna cum eclypsim patitur sanguinea apparere, sed quando directe op-
ponitur soli, nigra uidetur. Vnde si suppositione illa durante rubea apparebat, mirabiliter fa
Hieronymus ctum est, quod secundum Hieronymum credi potest, quamuis scriptum non sit. Nõ enim scri
pta sunt omnia. ⌊antequam ueniat dies domini magnus & manifestus.⌋ Per diem hunc Hie
Psalm.117 ronymus super Iohelem intelligit diem dominicæ resurrectionis, in quo magna operatus est
deus. Et quem omnibus manifestauit, de quo ait Psalmista: Hæc est dies quam fecit dominus.
Iohel.2 Qui dies per Iohelem appellatur horribilis, quia aerijs potestatibus impijsque Iudæis pauen- F
dus. Potest quoque per istum horribilem, magnum & manifestum, tempus illius grauissimæ ac
finalis captiuitatis Iudæorum per Romanos, intelligi. De istis hic transeo, quia super duode
Act.10 cim prophetas suo loco ea plenius exposui. ⌊Et omnis quicunque inuocauerit nomen domini⌋
Psal.144 id est, deum intimo cordis affectu cum fide syncera orauerit, ⌊saluus erit,⌋ non enim est per
Ecci.2 sonarum acceptor deus, sed prope est dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuo-
cantibus eum in ueritate, iuxta id Ecclesiastici: Quis inuocauit illum, & despexit eum?

¶ Sermo primus, circa epistolam elucidatio symboli fidei, à duodecim apostolis editi.

STans Petrus cum undecim, eleuauit uocem suam & locutus est. Actuũ secundo. Glo
riosissimi beatissimique duodecim apostoli, ante suã ab inuicẽ diuisionẽ, cõposuerũt sym
bolũ fidei, in quo doctrina euãgelicæ legis q̃si in speculo cõpendiosissime continetur,
atque ab uniuersis credentibus cõcorditer credit. Itaque gloriosus princeps apl'orum & ple
Petrus nus Chri uicarius Petrus, tãq̃ ipius uniuersal' eccl'iæ p̃latus, pastor & p̃sul exorsus ẽ: ⌊Credo in
deũ patrẽ oĩpotentẽ, creatorẽ cœli & terræ.⌋ Quãuis aũt q̃d ait, deũ p̃rẽm possit capi coniũcti,
q̃d sit sensus: Credo in deũ p̃rẽm, id ẽ, in p̃sonã p̃ris, cõmunius tñ & aptius diuisim accipit, ut
sit sensus: Credo in deũ. i. in unũ solũ uerũ summũq; deũ, ut in hoc q̃d ait, credo in deũ, desi-
gnet unitas deitatis seu diuinæ essentiæ. Iccirco in Symbolo patrũ Niceni cõcilij clarius dicit:
Credo in unum deum. Porro deus est summum ens, primum perfectum ac independens,
uniuersorum scientiam ac prudentiam habens. Et tleens, non est nec esse potest nisi unum. Itaque
credo in deum, absolute dictũ prædicatur de qualibet persona diuina, scilicet patre & filio, ac
spiritusancto, & de tribus simul personis seu de trinitate. Iccirco cum Petrus dixisset: Credo
in deũ

A in deum, mox addidit: Patrem omnipotentem, ad insinuandum quòd deus uerus & summus sit realiter pater æternus. Sic igitur credo in deũ patrem omnipotentẽ. Pater enim omnipotens est, quoniã sicut eius essentiæ, ita & eius potentiæ nullus est finis, nulla mensura, nullum obstaculum: imò eius essentia est eius potentia. Omnia sunt ipsi possibilia, cuncta facilia, imò uniuersa æque facilia. Infinitæ nãq; potẽtiæ nihil potest resistere, nihil difficultatem afferre. Ideo angelus ait uirgini sanctę: Non erit impossibile apud deũ omne uerbũ. Et Ieremias: Dñe nõ erit tibi impossibile omne uerbũ. In hoc quoq; est deus omnipotens, ꝙ potest omnia quæ uult, & sicut uult, & quæ uellet est perfectionis ac nobilitatis, nõ infirmitatis & imperfectiõis. Vnde & ob hoc ꝙ deus in natura diuina nõ potest proficere, ambulare, comedere, & peccare, non sequitur eũ nõ esse omnipotentẽ. Deniq; ꝗuis persona patris dicatur pater ratiõe creationis & gubernationis, ac aliis causis sicut & filius & spiritus sanctus, imò hoc modo tota trinitas benedicta & adoranda est unus pater, sicut & unus deus, cui quotidie dicimus: Pater noster qui es in cœlis, tamen hoc loco persona patris dicitur pater ratione generationis ęternę, qua æternaliter genuit filiũ sibi consubstantialẽ, coæqualem, & coæternũ, iuxta illud Esaiæ: Nunquid ego qui alios parere facio, ipse nõ pariã dicit dñs? Et in psalmo: Ex utero ante luciferum genui te. Atq; ut asserit Augusti. In hoc patet ꝙ pater sit omnipotẽs, quoniã filiũ sibi coæqualem, coimmensum ac omnipotentẽ gignere & uoluit, & potuit, & genuit. Sequit. Creatorem cæli & terræ. Per cœlũ & terrã quasi per duo extrema, intelligenda sunt uniuersa uisibilia & inuisibilia, corporalia & incorporalia, superiora & inferiora, quæ omnia à deo creata sunt, uel immediate quo ad se tota, ut angeli boni ac mali, & animæ rationales, corpora quoq; B cœlestia, & quatuor elemẽta: uel mediate, quantũ ad partẽ, uidelicet quo ad primam materiã materialium omniũ, quæ in principio mundi per creatorẽ producta sunt. Et sic homines dicuntur creati, cũ tamen primus homo dicatur factus de limo terrę, & uxor eius de latere eius. Sed animæ à deo immediate creatæ sunt, quoniã creare est actus infinitæ potentiæ, soliq; deo possibilis. Et ꝙ pater dicitur creator cœli & terræ, nõ est intelligendũ quasi filius nõ sit creator cœli & terrę, ac etiã spũs sanctus. Quælibet nãq; diuina persona est omniũ reꝝ creator. Hoc S. Thomas probat & asserit: Vnũ principiũ, unusq; finis uniuersoꝝ: queadmodũ triũ psonarum una est deitas, una essentia, una omniũ potentia, una potestas, & ita de cæteris, quæ deo absolute cõueniũt. Hinc triũ personaꝝ una & indistincta operatio est ad extra, unde opa trinitatis indiuisa dicuntur. Circa hoc duplex est quæstio: Prima cũ fides sit quę rationẽ trãscendant, qũo unũ esse deũ est articulus fidei, cũ philosophi hoc ipsum per naturalẽ probauerint & agnouerint rationẽ? Secundo, cũ credere deo, sit credere uera esse quæ deus dicit: credere deũ, sit credere deũ esse: credere in deũ, sit per fidem, per charitatẽ ordinatã in deũ tendere, an homo in mortali existens peccato, possit uere & absq; culpa dicere: Credo in deũ, cũ talis non habeat charitatẽ. Et respondendũ ad primũ, ꝙ licet per rationẽ probetur & seruet ꝙ unus sit deus uerus & summus, tamẽ unũ esse deũ ad modũ, quo fides ponit unũ deũ, ut puta habẽtẽ uniuersoꝝ & singuloꝝ perfectã prouidentiã, districtissimãq; notitiã, nõ innotescit p rationẽ tã sufficiẽter & clare, sicut p fidẽ. Nã & maiores, & meliores philosophi circa puidẽtiam atq; scientiã dei multipliciter errasse noscunt. Ad scdm dicendũ, ꝙ talis peccator, ꝗuis in propria psona nõ sine mendacio & pctõ diceret: credo in deũ, tñ in psona ecclĩæ (cuius p fidẽ C æqliter membrũ est) põt hoc dicere sine falsitate & culpa, sicut & illud in orẽ dñica: Dimitte nobis debita nr̃a, sicut & nos dimittimus debitoribus nr̃is, dato ꝙ suis debitorib⁹ nõ ignoscat. Hoc doctores scholastici cõcorditer asserunt. Sequit in symbolo. [Et in Iesum Chr̃m filiũ eius unicũ dñ; nr̃m.] Illud Iohã. Apl's legit addidisse, & est sensus: credo nõ solũ in deũ patrẽ, sed etiã in unigenitũ filiũ eius, cũ filius dei sit uerus deus, prout in 1. Iohã. Canonica legitur: Scimus qm̃ filius dei uenit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus ueꝝ deũ, & simus in uero filio eius Iesu Chr̃o. Hic est uerus deus, & uita æterna. Itaq; in filiũ, scdm q̃d est uerus deus, credendum est tanꝗ in fidei principale obiectũ, in cuius fruitione nr̃a cõsistit felicitas, propter quod ipse dei filius ait: Creditis in deũ, & in me credite. Vbi loquit August. Consequens est ut si credant in patrẽ, credant ꝗq; in filiũ, q̃d nõ esset cõsequens, nisi & filius esset deus. Porro in filium dei, secundum quod homo est, credendũ est, tanꝗ in uiã & ptingendi mediũ ad beatitudinẽ ueram, & tanꝗ in illud, in quo beatitudo nostra secundario sita est. Primo quippe principaliterq; consistit in uisiõe deitatis seu trinitatis: secundario in uisione humanitis Christi. Ad q̃d probandum Thomas allegat, quod apud Iohannẽ filius loquitur patri: Hæc est uita æterna ut cognoscant te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christũ. Et iuxta hunc modũ cætera Chr̃i mysteria, de qbus in symbolo sequit, cadunt sub fide. Christus aũt est unicus filius dei, loquendo de filiatione perfecta, & generatione naturali atq; æterna, quoniam solus filius habet à patre ueram deitatis naturam per generationem naturalem, & proprie dictam. Alij uero sunt filij dei per gratiam adoptionis, prædestinationis, seu glorificationis, iuxta illud Iohannis: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri.

Lucæ 1
Hier. 32
Mat. 6
Esa. 66
Psalmo 109
Augustinus.
Gen. 1
Gen. 2
Mat. 6
Iohannes
1 Ioh. 5
Iohan. 14
Ioh. 17
Ioh. 1

Et in

Et in pſalmo: Quis ſimilis erit domino in filijs dei? InſuperChriſtus erat dominus noſter D
per principalem authoritatem, ſecundum quod deus: & per poteſtatem in tempore ſibi da-
Mat. 28 tam, ſecundum quod homo. Vnde apud Matthæum proteſtatur: Data eſt mihi omnis pote-
ſtas in cœlo & in terra. Hæc nempe poteſtas, inquantũ cũ ſua eſſentia, data eſt Chr̃o in ſua
incarnatione. Eodẽ enĩ momento quo Chriſti humanitas unita eſt uerbo ęterno hypoſtatica
unione, prælata eſt ipſa eius humanitas omni creaturæ, ſed in reſurrectione Chriſti data eſt
ipſi poteſtas iſta quantũ ad manifeſtationẽ, qa ex tunc p Apoſtolorũ & aliorũ ſanctorũ prædi
Phil. 2 cationẽ atq; miracula, cæpit toti mundo inſinuari, quia Chriſtus ut homo omni eſſet creatu-
ræ prælatus. Iſta eſt Damaſceni & aliorũ doctrina. Vnde ait Apoſt. Chriſtus exinaniuit ſemet
Iacobus ipſum, formã ſerui accipiens, propter qđ deus exaltauit illũ, & dedit illi nomen quod eſt ſup
omne nomen. Sequitur. ⌊Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto, natus ex maria uirgine.⌋ Iſtud "
Ioh. 1 Iacobus maior appoſuiſſe dicitur, ubi tangitur incarnatio Chr̃i, & natiuitas eius ex uirgine
glorioſa. Etenim filius dei factus eſt homo, aſſumendo naturã humanã in utero uirginis, ex
cuius puriſſimis ſanguinibus ſpiritus ſanctus corpus in inſtanti formauit, atq; animã rationa
lem eidẽ p creationem infudit, & in eodẽ inſtanti utrunq; ita unitũ unigenito dei filio pſonali
unione coniunxit, ita q̃ in Chr̃o ſunt duæ naturę, uidelicet diuinitas & humanitas, ſed una tñ
perſona, quia humanitas eſt ad pſonale eſſe uerbi aſſumpta, & in eodẽ ineffabiliter ſuppoſita
prout ſuper tertiũ Sententiarũ ſcribunt doctores, & Damaſcenus in 3. lib. docet. Quãuis aũt
Chriſti incarnatio, conceptio, natiuitas ex uirgine, & à tota trinitate ſimpliciter factę ſint, cu-
ius indiuiſa ſunt opa, nihilominus ſpiritui ſctõ appropriate aſcribuntur, qm̃ in eis ſumme ap
paret bonitas, charitas, & miſericordia dei ad homines. Bonitas uero, pietas & charitas, ſpiri- E
Bernardus. tui ſancto approprianť. Natus uero demũ eſt Chriſtus ex uirgine, quæ fide concepit, & ſaluo
ac integro uirginitatis ſignaculo peperit, ac uirgo puriſſima permanſit. Sequitur. ⌊Paſſus ſub
Andreas Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus.⌋ Iſtud Andreas ſcribitur addidiſſe, Chriſtus "
uero diuinitate ſua impaſſibili & inuariabili permanente paſſus eſt ſecundũ naturã humanã
Eſa, 53 pro totius generis humani redemptione atq; ſalute, ſicut Eſaias prædixit: Vere languores no
Apo. 1 ſtros ipſe tulit, & liuore eius ſanati ſumus. Et in Apoca. fertur de Chriſto: Qui dilexit nos, &
lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. ⌊Deſcendit ad inferna.⌋ Hoc ſanctus Apoſt. Tho
Thomas mas (ut legitur) addidit. In Chriſti enĩ morte ſeparata ab inuicem ſunt corpus & anima, ſed "
utrunq; manſit uerbo externo unitũ, & quantũ ad corpus, fuit ſepultus: quantũ ad animã, de
ſcendit ad inferna. Totum nãq; à ſuis partibus quaſdã denominationes ſortitur. Deniq; infer
Pſalmo 6 nus capitur quatuor modis: Primo pro loco damnatorũ, qui eſt infernus inferior, in quo nul
la eſt redemptio, iuxta illud in Pſalmo: In inferno autẽ qs confitebitur tibi? Secundo, pro pur
gatorio, ſicut in Offertorio officij defunctorũ cantatur: Domine Ieſu Chriſte rex gloriæ libe-
ra animas omniũ fideliũ defunctorũ de manu inferni. Tertio, pro limbo puerorũ, qui propter
Gen. 35 originale peccatũ æterna felicitate priuantur. Nã meritũ paſſionis Chriſti eis applicatũ non
eſt, non tamen ſenſibilẽ habent pœnã. Quarto pro limbo ſanctorũ patrũ, de quo in Geneſi S.
Iacob fatetur: Deſcendã ad filiũ meum lugens in infernũ, & ita iam ſumitur. Ad hunc ergo
infernum Chriſtus in puncto ſuæ mortis deſcendit, quantũ ad animã ſuam, fuitq; ibi cum pa
tribus uſq; ad illud momentũ quo reſurrexit à mortuis. Eodem quoq; inſtanti quo Chriſtus F
limbũ illum intrauit, omnes ſanctos ibi detentos ſuæ diuinitatis beatifica uiſione illuſtrauit,
& uere beatificauit. Tunc enĩ ſatisfecit plenarie pro originali peccato, pro cuius reatu ſancti
ibi detinebantur, atq; à gloria differebantur, prout doctores ſup quartũ Sẽtentiarũ ſcribunt.
Oſeæ 13 Et tunc Chr̃s illud Oſeę adimpleuit: Ero mors tua ò mors, morſus tuus ero inferne. ⌊Tertia
Bartholo. die reſurrexit à mortuis.⌋ Hoc (ut legitur) S. Bartholo. adiecit. Et ſumitur hic dies pro die na "
turali, qui eſt ſpatiũ 24. horarũ nocte includens: ſicq; hebdomada dicitur duratio vij. dierũ.
Chriſtus enĩ ſurrexit uel media nocte, ut uidetur uelle Gregori. uel ualde mane, quod uerius
creditur, cũ euangeliſta Marcus affirmet: Surgens Ieſus mane prima ſabbathi. Tũc ergo Chri
Gregorius ſtus ſurrexit, quia tunc anima eius de limbo ad corpus eius regrediẽs, ſimul cum illo de clau-
Mat. 61 ſo exiuit ſepulchro, quemadmodũ de clauſo uirginis prodijt utero. ⌊Aſcendit ad cœlos, ſe- "
Lucæ 24 det ad dexterã dei patris omnipotentis⌋ Hoc beatus Philippus Apoſtolus ſcribitur addidiſ-
Philippus
Act. 1 ſe. Cum enim Chriſtus per dies quadraginta poſt ſuã reſurrectionẽ manſiſſet in terris, atq; p
uaria argumenta ſe uere reſurrexiſſe monſtraſſet, quadrageſimo die uidẽtibus diſcipulis aſcẽ
Zacha. 9 dit in cœlum, ſecũ ducens ſanctos quos de limbo eduxit. Sicut Zacharias propheta prædixit
Tu quoq; in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti uinctos de lacu, in quo nõ erat aqua. Et Michęas
Mich. 2 Aſcendit pandens iter ante eos. Atque Pſalmiſta: Aſcendiſti in altum, cepiſti captiuitatem.
Pſalmo 67 Item: A ſummo cœlo egreſſio eius, & occurſus eius uſque ad ſummum eius. Denique
Pſalmo 18 CHRISTVS ſecundum ſuam diuinitatem ſedet ad dexteram patris, id eſt, æqualis eſt
patri, & in ipſius æqualitate regnat ac reſidet: ſecundum uero aſſumptam humanita-
tem, ſedet à dexteris patris, id eſt, in potioribus locis patris, quia præ omnibus ſan-
ctis

A ćtis maiorē beatitudinē, diuinæq́ bonitatis pticipationē à prē suscepit. ⌊Inde venturus est iudicare viuos ac mortuos⌋ Hoc S. Euāgelista Matthæus apposuit. Chrs itaq́ in die nouissimo q̄ad suā humanitatē, corpaliter descēdet de cœlo empyreo, & residēs in aere iudicabit viuos & mortuos, tā illos q interim moriūtur, q̄ illos q tūc viui inueniētur, sed in igne cōflagrationis morietur, & protinus cū aliis suscitabūtur, queadmodū sup 4. Sniarꝝ scribūt doctores. Matthę9 Mat.24.

Seqtur: ⌊Credo in spm sanctū⌋ Hoc addidisse legit sanctus Iacobus minor. Est ergo credē dū in spm sanctū, sicut ī verꝝ deū, prī, filioq́ æqualē, cōsubstātialē, coæternalē, ab vtroq́ procedentē, q est tertia in supbeatissima trinitate psona suauissima, amor pris ac filij pax, nexus, osculūq́ amborꝝ. ⌊Sanctā ecclesiā catholicā⌋ Hoc Simon Thaddęus legit addidisse. Et ē sensus: Credo militātē ecclesiā eē sanctā & vniuersalē. Ipsa nāq́ ex oībus gētibus ē collecta, & à spū sctō spūaliter viuificat fide, charitate & spe, aliisq́ charismatibus grāꝝ, virtutū ac donoꝝ. Gubernat q̄q́ à spū sancto, qui eam nō pmittit errare, & semp sunt aliq boni ac virtuosi ī ea. Habet etiā sctā & sanctificata sacramenta. Est itaq́ vna vnitate fidei, spei & charitatis, vnitate etiā capitis sui principalis, q̄d est Chrs, deinde capitis secūdarij ac vicarialis, q̄d est pōtifex Romanus, q est gnalis, plenus & summus Chri vicarius sup vniuersalē Chri ecclesiā. ⌊Sanctoꝝ cōionē⌋ Hoc sanctus aplus Iudas legit adiecisse. Et ē sensus: Credo q virtutes & meritabonoꝝ sibi inuicē cōicant, sicut ait psal. Particeps ego sum oīm timētiū & custodiētiū mādata tua. Charitas nāq́ facit oīa eē cōia. Deniq́, sancti & vere fideles sunt vnū mysticū corpus. Ideo sicut in corpe naturali opatio vnius mēbri redūdat in vtilitatē alterius, imò omniū alioꝝ mēbroꝝ, ita & in mystico corpe ecclīæ opa virtuosa vnius, aliis p charitatē applicant & cōicant. Deniq́, quāto qs aliqꝝ spūali affectu profectui ac virtuosis opibus amplius ex vera charitate cōgratulat, atq́ pro illis cordialius depcat, eo eoꝝ merita ipsi abūdātius cōicant. Jacobus minor. Simon Thaddę9 Judas. Psal. 118.

B Rursus, q bono exēplo aut verbo salubri seu alio mō alios ad bn̄ agēdū inducit, illoꝝ ē particeps meritoꝝ, & hoc bonis p̄latis p̄cipue cōpetit. Nec incredibile hoc putet, cū cōsentiēdo, hortādo, exēplū p̄bendo fiat vnus alioꝝ particeps vitioꝝ, dicēte aplo: Nō solū morte digni sunt q faciunt ea, sed etiā q cōsentiūt faciētibus. Et iterꝝ: Nolite cōicare infructuosis opbus tenebraꝝ, magis aūt redarguite. Proportionabiliter fit in beatis, qꝝ in patria seu regno cœlesti est cōio beatitudinis p ardētissimā eoꝝ mutuā charitatē & cordialissimā cōgratulationē. Ideo dicit Gregorius: Quod vnus beatoꝝ nō habet plenarie in seipso, hoc p charitatē habet in alio. Addidit q̄q́ (vt legit) idem aplus: ⌊remissionē pctoꝝ⌋. i. pctā posse remitti in seculo isto, q̄diu durat hęc vita. Tota nēpe hæc vita, peregrinatio est & via ad aliā vitā, idcirco vsq́ ad terminū huius vitę ē locus & tps meritoꝝ. Vn̄ p Ezechielē dn̄s ait: In quacūq́ hora pctor cōuersus fuerit & pœnitētiā egerit, oīm iniqtatū eius nō recordabor. In fine aūt vitæ p̄sentis nō est tps merēdi ac demerendi, propter q̄d asserit Damascenus: Quod angelo est casus, hoc homini mors est, & Salomon protestat: Vbicūq́ ceciderit lignū, siue ad austrū siue ad aqlonē ibi erit. Queadmodū em̄ angeli sunt, vel inauertibiliter ad deū conuersi, vel incōuertibiliter ab eo auersi, ita & aīa inauertibiliter manet in illa dispositōe seu affectiōe, in q̄ recedit à corpe. Roman.1. Ephes.5 Grego. Ezech.18. Damascenus. Eccles.11.

Postremo subditur: ⌊Carnis resurrectionē & vitā æternā⌋ S. Matthias aplus apposuisse describitur, & est sensus: Credo q in fine seculi corpa hoīm suscitabunt, & aīabus propriis reunientur. Et q bona egerunt ait saluator, ibunt in vitā æternā: Qui vero mala, in ignē æternū. Mathias Johan.5.

C Ideo seqtur vitā æternā. i. credo q electi & virtuosi habebūt pro præmio beatitudinē æternalē, q̄ est visio dei clara p speciē, vt apud Ioh. loqtur Chrs patri. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solū verꝝ deū. Et rursus obediēti sibi promittit: Manifestabo ei meipm. Vnde & Paulus: Videmus nūc per speculū & in ænigmate, tunc autē facie ad faciē. Sic & Iohannes in prima sua fatetur canonica: Videbimus eū sicuti est. Ecce expositio symboli fidei ab aplis cōpilati, supficialis & breuis, q̄tum ad informationē sufficit laicoꝝ. ¶Postremo, qdam ponūt duodecim esse articulos fidei, scd̄m numerꝝ duodecim aploꝝ, q symbolū fidei composuerūt, id q̄d vnuqsq́ aploꝝ cōposuit, pro vno cōputātes articulo, sed illa positio & articuloꝝ fidei distinctio, supficialis ac rudis cēsetur, cū in clausula sancti Petri apli tres tāgunt articuli. Alij ergo subtilius dicūt, q cū fides sit de his q̄ fidē excedūt, vbi occurrit specialis ad credēdū difficultas, & impscrutabilitas ratiōis, ibi est specialis articulus fidei. Vn̄ credibiliū quædā ptinēt ad deitatē, q̄dam ad humanitatē. Circa deitatē primo proponit nobis credēda vnitas diuinitatis, & de hoc est primus articulus: secundo trinitas psonaꝝ, & de hoc sunt tres articuli. s. de psona qualibet vnus. Deinde proponunt nobis credēda opa deitatis: & primo opus creationis, de q̄ est quintus articulus: secūdo opus iustificatiōis, de q̄ est articulus sextus: tertio op9 glorificationis, de q̄ est articulus septimus. Similiter ponunt septē articuli circa Chri humanitatē: primus est de Chri incarnatiōe: secūdus de eius natiuitate: tertius de eius passione, morte & sepultura: quartus de eius descēsu ad inferna: quintus de eius resurrectione: sextus de eius ascēsione: septimus de eius aduētu ad iudiciū. Hāc distinctionē ponit Thomas ī scd̄a secūdæ quæst. 1. Quidā nihilominus ponūt duodecim articulos fidei, nō secundū numerꝝ duodecim 1.Cor.13. Johan.17. Johan.14 1.Cor.13. 1.Johan.3

apostoloꝝ, sed secūdū aliā cōsideratione, qm̄ tres articulos de fide triū ꝑsonaꝝ, cōphendūt sub vno articulo, qa eadē est triū cognitio personaꝝ. Articulū vero de opere glorificationis distinguunt in duos, videlicet in articulū de carnis resurrectione, atq; in articulum de glorificatione animæ. Articulū quoq; de Christi incarnatione & natiuitate sub vno concludunt. D

¶ Enarratio Euāg. Nemo pt venire ad me, nisi pr̄ q misit me traxerit eū. Iohā. 6

CVm Chrūs sit finis noster seu terminus supnaturalis, nō possumus ad ip̄m moueri siue ptingere, nisi aliunde trahamur, puta à patre cœlesti, imò à tota trinitate, cuius indiuisa sint opera, sicut nec terra potest ascendere, nisi ab alio eleuetur. Ait itaq; idem Christus. ⌊Nemo potest venire ad me⌋. i. nō solum nō venit, sed nec potest venire " ad me īteriori accessu p fidē & charitatē, ⌊nisi pr̄ meus q misit me traxerit eū⌋ hoc est, p suā cha " ritatē & pietatē inclinauerit atq; perduxerit mentem eius ad me, infundendo ei fidē & gratiā, quibus mihi spūaliter vniatur & incorporetur. Non est em̄ volentis neq; currentis, sed dei miserentis, cuius donum est omne bonum quod inest nobis. Tractus iste interior est, nō violentus neq; coactus, sed amorosus atq; spontaneus, ex diuina charitate procedēs. Deus nāq; mouet vnūquodq; secundū propriam suā naturā. Rationalē ergo creaturam conuertit & mouet ad Christum intellectualiter, sponte ac libere. Deniq; tractus iste, inter charitatem trahentis & vnionem tracti, cum ipso est medius, sine quo tractu nihil possumus. Præterea tractus iste ex diuina, vt dictū est, charitate procedēs, iuxta illud Hieremiæ: In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans, tripliciter fit. Quosdā etem̄ trahit deus flagellis, quæ tñ ex dilectione infliguntur, dño contestante. Ego quos amo, arguo & castigo. Propter q̄d ait Oseas: In funiculis Adā traham eos in vinculis charitatis. Isti funiculi sunt pœnalitates originale peccatū sequentes, quibus affligimur, & ad deum cōuerti monemur. Quosdā vero trahit deus beneficijs, vt eū qui dixit: Cantabo dño qui tribuit mihi bona. Et: Quid retribuam dño pro omnibus quæ retribuit mihi. Esaiā quoq; audi dicentē: Miserationū dñi recordabor. Laudem dñi super omnibus q̄ reddidit nobis dn̄s, & quæ largitus est nobis secundū indulgentiam suam. Quosdā vero trahit promissis, vt qui cōtemplatione præmioꝝ cœlestium cōuertuntur, quēadmodum de Mose dicit apostolus ad Hebræos, ꝙ aspexit in remunerationem. Et Psalmista: Inclinaui (inquit) cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternū, propter retributionem. Aliqui insuper trahuntur solo amore dilecti. A quibusdā additur quintus modus trahendi, qui est p occultam virtutē spūs sancti & inspirationē internam. Sed iste modus generalis est omnibus p̄in ductis, quoniam sine occulto influxu siue instinctu spūs sancti, nec flagellis, nec donis, neq; ꝓmissis, nec aliquo alio modo traheremur ad Christum. Illa autē tractio qua trahimur ad deum solo eius amore, præstātior est atq; diuinior, imò omnino deifica est, quia per eam ad deū conuertimur, eūq; diligimus, honoramus, exquirimus, qm̄ in seipso naturaliter atq; totaliter bon' sanctus est summus atq; perfectus. Vnde hoc ipsum ad filios spectat charissimos. ⌊Et ego re- " suscitabo eū in nouissimo die.⌋ Quid est hoc? Nōne & eos quos pater nō trahit suscitaturus ē " filius? Cur ergo quasi pro præmio spondet tracto, ꝙ suscitabit eū in nouissimo die? Et respondendū iuxta apostolū, ꝙ omnes vtiq; resurgemus, sed nō omnes immutabimur. Nunc ergo loquitur Chrūs de suscitatione beatæ immutatiōis, hoc est glorificationis in carne, qm̄ anima ꝓpter naturalē inclinationē ad corpus, nō est perfecte beata, donec corpori glorificādo reuniamur, vel potius glorificato fuerit copulata. Insup probat Chrs testimonio prophetaꝝ, ꝙ mul " ti sint patre trahēte cōuertēdi ad ip̄m. ⌊Est scriptū in ꝓphetis⌋. i. in libris eoꝝ. ⌊Erūt⌋ tēpo " re gratiæ ⌊omnes⌋ hoīes ⌊docibiles dei⌋. i. apti doceri, vel docti à deo. Sic tamen vt sit distributio pro generibus singuloꝝ, nō pro singulis geneꝝ, qūo alibi dicitur. Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ. Et itē in Daniele: Omnes gētes, tribus & linguæ seruient ei, cū tamen cōparatione alioꝝ pauci sint q Christo veraciter seruiūt, sicut sunt pauci electi. Vnde ad insinuandū, ꝙ post incarnationē filij dei, per p̄dicationē Euāgelij, essent incōparabilr plures diuinitus illustrandi, atq; ad Christū cōuertēdi, q̄ ante dicta sunt verba p̄allegata, & ꝙ nūc Chrūs allegat: Erunt oēs docibiles dei. Quocirca sciēdū, ꝙ Christus, apostoli & Euāgelistæ frequēter allegāt scripturas veteris test. potius q̄tū ad sensum, q̄ quo ad formā verboꝝ. Vnde q̄d dicit nūc, Erunt oēs docibiles dei, inuenit nō solū ī vno ꝓpheta, sed in multis q̄tū ad sensum, q̄uis in nullo inueniatur, quo ad formā sermonis. Scriptū est em̄ in Esaia: Repleta est terra scientia domini, quasi aquæ maris operientes. Et rursus: Ponā oēs filios tuos doctos à dño. In Hieremia q̄ " q; Oēs à maiore eoꝝ vsq; ad minorē cognoscent me. ⌊Omnis⌋ homo viator, ⌊qui audiuit " auribus cordis à patre⌋ intus loquēte. i. diuinū instinctū aduertit, ⌊& didicit⌋ per inspiratio- " nē internā. i. quem pater docuit de his quæ spectant ad fidē, qualis fuit qui ait: Audiā quid lo- " quatur in me dn̄s deus, ⌊venit ad me⌋ per fidem & operationē, per charitatem & obedientiam. Ideo dicit propheta: Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Non ergo ad conuersionem hominis sufficit vox prædicationis, nisi fuerit deus interius instruens. Deniq; Thomas in summa contra gentiles redarguit Origenem dicētem, ꝙ deus dicitur causa

Ro. 9
Hiere. 32
Apoc. 3
Osee. 11
Psal. 18
Psalm. 115
Esa. 63
E
Heb. 11.
Psalm. 118
Leui. 19
Esa. 11. 54
Hier. 31
F
Psal. 71
Dani. 9
Matt. 22
Esa. 11
Esaiæ. 54
Hiere. 31.
Psalm. 84
Psalm. 93

causa bonorum nostrorum solum, quia est causa habituũ infusorum, per quos meritorie operamur, videlicet gratiæ habitualis fidei, spei, & charitatis. Dicit itaq; Thomas, q etiã deus quandoq; est proxima causa actionũ nostrarum interiorum, Esaia testante q ait: Dñe dabis pacẽ nobis. Oĩa em̃ opera nostra operatus es in nobis. Et item apl'us: Deus est qui operat in vobis & velle & proficere pro bona voluntate. Hoc est ex sua pietate volũtaria, volũtateq; pia, nõ meritis vestris. Dicit insup Thomas, q semp acquiescimus actuali inspirationi, q̃ nobis à deo infundit. Et fundatur hoc verbũ Thomæ in authoritate Augustini dicẽtis: Gratia q̃ occulte humanis cordibus, diuina largitate tribuit, à nullo corde duro respuitur, qm̃ ideo datur, vt duritia cordis penitus auferatur. Ad propositũ igit, Omnis q audiuit, didicitq; à patre, hoc est actualẽ illustrationẽ immediate à deo percepit, venit p consensum ad Christum, qm̃ omnis talis veraciter acquiescit, nõ tamẽ oĩs talis saluat, sed q prædestinatus est final'r perseuerãs. Sed ne ex verbis inductis aliquis æstimaret deũ patrẽ esse oculo carnis visibilẽ, vel intellectu cõprehensibilẽ, addidit Chrs. "Nõ q̃a patrẽ æternũ vidit quisq̃ oculo corporali, vel etiã intellectuali, loquẽdo de visione cõprehensionis pfectæ, q̃a sic solus deus cõprehẽdit seipm, immẽsus immẽsum. Loquendo aũt de visione dei p spẽm quã hñt sancti in patria, sic nullus purus viator vidit deũ visione fixa ac cœliformi, q̃uis Moses & Paulus credant deum in hac vita vidisse p spẽm in raptu quodam nõ diu durãte. De hoc dictũ est plenius alibi sup illud, Deũ nemo vidit vnq̃. Sed qm̃ Chrs hæc proferẽs hõ fuit, ne Iudæi putarẽt eũ nõ vidisse patrẽ, subiecit, nisi is q est à deo, hoc ẽ, filius natus à pr̃e, vel missus à deo trinitate. Filius em̃ inquantũ hõ, missus ac originatus est à seipso secũdũ q deus, hic vidit patrẽ visione pfectæ cõprehẽsionis, inquãtũ est deus, & itẽ visiõe beatificæ fruitionis, secũdũ q hõ, ab incarnatiõis exordio. Ex hoc sequi videt, q Chrs nõ loquit de visione corporali, q̃a sic nec ipse videt patrẽ. Porrò p hoc q̃d ait, Nisi is q est à patre, nõ excluditur spũs sanctus quin & ipse cõprehẽdat patrẽ, cum dicat apl'us: q spũs scrutat profunda dei. "Et q̃ dei sunt, nemo nouit nisi spũs eius. Amen amẽ dico vobis, q credit in me fide, charitate ornata, habet (nũc) vitã æternã in spe, in merito, in radice, in dispositiõe propinqua. Habet em̃ causam meritoriã, spemq; idoneã ingrediẽdi, vitã æternã, seu obtinẽdi beatificã diuinæ essentiæ visionẽ. Vel habet vitã gr̃æ realiter in p̃senti: Qui em̃ credit in Christũ, habet Christũ. Et vtiq; Chrs est vita æterna, queãdmodũ cõtestat: Ego sum via, veritas & vita. Iohãnes q̃q; in prima sua ait canonica: Hic est verus deus & vita æterna. Ego sum panis vitę substãtialiter atq; causal'r. Panis sum, oĩa pascẽs, non tñ in queq̃ cõuertor, sed fidel'r mãducantẽ cõuerto in me. Sum etiã panis vitæ, q̃a sumẽtibus digne do vitã gratiæ in p̃senti, & vitã gloriæ in futuro. De hoc verbo alibi dicta sunt plura. Deinde inanẽ gloriationẽ Iudæorum de manna præsumentiũ Chrs euacuat. Patres vestri mãducauerũt manna in deserto, & mortui sunt. Palã est, q mortui sunt morte naturæ. Sed q̃a mox subditur. Hic est panis de cœlo descẽdens, vt si quis mãducauerit ex ipso, nõ moriat. Certũ est q loquit de morte culpæ. Hoc em̃ Chrs adiecit, distinguendo inter panẽ vitæ quẽ ipse dat, & manna, sed nunq̃d oẽs patres Iudæorum, q mãna edebant, mortui sunt morte culpæ? Nõ vtiq; Quia nec Moses, nec Aaron, nec Iosue, nec cęteri iusti, illius exercitus. Loquit ergo saluator de patribus Iudæorum, quorum vestigia isti sectabantur, puta incredulis seu peruersis, q dixerunt: Anima nostra nauseat sup cibo isto leuissimo. Illis quippe fuit panis ille insipidus. Iustis vero optime sapiebat, queãdmodũ in lib. Sapiæ scribitur: Panẽ de cœlo p̃stitisti eis, omne delectamentũ in se habentẽ, & oĩs saporis suauitatem, ad q̃d em̃ quisq; volebat, cõuertebat. De illis vero carnalibus tantũ, nõ carnalibus simul & spũalibus patribus loquit Chrs Iudæis alio loco: Murmuratores filij murmuratorum implete mẽsurã patrũ vestrorum. Subdit ergo de pane vero vitali, nõ figurali dũtaxat, q̃uis & panis vitæ quẽ dat Chrs aliquo modo figuratiuus illius panis cœlestis in patria, de q̃ in Luca habet: Beatus q manducabit panẽ in regno dei. Hic panis vitæ, de q̃ dictũ est, vtpote verbũ, vel corpus dñicum, est panis de cœlo descendens. Verbũ em̃ descendit p incarnationẽ, & noui effectus productionẽ. Corpus aũt descẽdit, q̃a virtute spũs sancti formatũ, nõ q̃a de cœlo allatũ. Descẽdẽs inquã ad hoc, vt si q̃s mãducauerit ex ipso mãducatione sacramẽtali & spũali, vel spũaliter dũtaxat, nõ moriat morte culpæ in p̃senti, vel morte dãnationis æternę in futuro, q̃ est mors secũda. Ego sum panis viuus q̃a secũdũ naturã diuinã essential'r vita sum, viuẽs in meipso, & vitã gr̃æ, vitãq; gloriæ causa in aliis, oẽs electos reficiẽs & cõfortãs. Porrò secũdũ naturã assumptã sum panis viuus, qm̃ propter vnionẽ cũ verbo habeo plenitudinẽ omniũ gr̃arum, & gloriam pfectissimæ fruitionis in deo, atq; p corpus & sanguinẽ meũ fideliũ animas alo ac poto, gr̃am illis p̃stando p modũ causæ instrumẽtalis ac meritoriæ. Humanitas etem̃ Christi est instrumẽtũ animatũ, cõiunctũ ac propriũ verbi, p q̃d & cuius virtute ac merito oĩa diuina nobis p̃stant gratiarum charismata, sicut & corpus nostrũ est instrumẽtũ animatũ, vnitũ & propriũ aĩæ rationalis, p quod aĩa agit & effluit, q de cœlo descẽdi p incarnatiõis mysteriũ, & noui effectus productionẽ, nõ per localẽ descẽsum, vt dictũ est sæpius. Si q̃s mãducauerit nõ sacramẽtal'r tm̃, sed sacramẽtal'r & spũal'r vel ad minus spũal'r, cũ proposito mãducãdi sacramẽtal'r, cũ fuerit

Esa. 26
Phil. 2
1. Cor. 13.
Exo. 33
2. Cor. 12
1. Cor. 2
Iohan. 14
1. Iohan. 5
Nume. 21.
Sapię. 16
Matt. 23
Lucæ. 14

oportunū, ⌊ex hoc pane viuet in æternū⌋ vita spūali, q̄ nūc in ipso inchoaf, & virtute sacramenti pficitur, atq; in patria cōsummaf. Nūc em̄ viuit bn̄ agēdo per gratiā, & in futuro viuet, deū videndo per gloriæ lumen, dūmodo finaliter perseueret, in huius māducationis effectu. Viuet itaq; in æternū, quātum est ex parte sacramenti, q̄d tātæ efficaciæ est, vt possit vitam æternam influere. Cū quilibet communicās recipiat panem istū totū ac integrū, nō partim duntaxat, cur ait, si quis manducauerit ex hoc pane, & non potius, si quis manducauerit hunc panem. Dicendum, quòd ad insinuandum quod panis iste inconsumptibilis est nunquàm deficiens. ¶ Præterea ad intelligendum omnia quæ de isto sacramento iam asseruntur, oportet scire, quòd in sacramento altaris sunt tria. Primum est sacramentum tantum, videlicet species panis & vini post consecrationē. Secūdum est res & sacramētum, videlicet corpus & sanguis Christi. Tertiū est res tantum, vtpote gratia sacramentalis, vel vnitas corporis mystici. Species itaq; panis & vini dicūtur sacramentum, quoniam rei sacrę sunt signū videlicet corporis & sanguinis Christi, corpus vero est sacramētum respectu sui effectus, q̄ est gratia, vel respectu sui signati, quod est corpus mysticum puta ecclesia. Cum igitur aliqs accipit corpus & sanguinē sub speciebus sacramentalibus, & non participat sacramēti huius effectum .s. gratiam, atq; ecclesiæ incorporationem, propter suam incapacitatem, indignitatem & prauitatem, qua ponit obicem gratiæ, dicitur manducare sacramentaliter tantū. Cū vero sumendo sacramentum, recipit eius salutarem effectum, manducat sacramentaliter & spiritualiter. Dum sortitur effectum præfatum, nec tamē suscipit sacramētum, māducat spūaliter solum. ⌊Et panis quem ego dabo⌋ per meipsum in cœna, hoc sacramētum instituēdo, discipulisq́; tradēdo, & in ara crucis patri panē hūc offerēdo, & deinceps p meos ministros, videlicet sacerdotes, quibus cōuenit sacramentum istud consecrare, atq; porrigere alijs, caro mea est quæ alit mentē fidelium. Tum, quia verbo vnita, tum, quoniā gratijs plena per redūdantiam & quia diuinitatis, gratiam creantis, est instrumentum, itēq́; merito suæ actionis ac passionis ⌊pro mūdi vita⌋ hoc est, pro spirituali viuificatione hominum viatorū in mūdo degentium. Ad hūc em̄ finē vt à morte culpæ ac miseriæ eriperemur, vitamq́; gratiæ & gloriæ consequeremur, dedit Christus corpus suum in cruce in pretium, & in sacramento edulium atq; remediū. Quotidie quoq; dat panē istum pro vita nostra, hoc est, ad hoc, vt in vita gratiæ roboremur ac perficiamur. Veruntamē non est sic intelligēdum quod ait, pro mūdi vita, q̄ per receptionē huius sacramenti, vita gratiæ in homine inchoetur, imò qui sine vita gratiæ ad hoc sacramentū accederet, amplius moreretur in anima, reusq́; fieret corporis domini. Cū em̄ sacramētū istud sit cibus spūalis, ideo sicut cibus corporalis nō datur nec prodest, nisi viuēti vita naturæ, sic cibus hic spūalis nō cōuenit, nec proficit, nisi viuēti vita gratiæ.

¶ Sermo secūdus circa euāgelium: De prædestinatione, reprobatione, electione diuina, Christi angelorū & hominum.

NEmo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum. Iohānis sexto. Cū peccans gratiæ impedimentū præstet, ideoq́; secūdum ordinis rerū exigentiā gratia priuādus sit, deus tamē qui ordinis institutor, actorq́; naturæ existit, peccātiū quosdam misericorditer præuenit, per gratiæ infusionem, eosdem à malis auertendo, & ad bonum dirigendo, & in hoc bonitatis suæ largitas ac maiestatis virtus relucent, quemadmodū in his quæ in natura supernaturaliter operatur, vt sunt mortui resuscitatio, & quies solis. Alios denuo peccātiū iuste derelinquit, quatenus in illis ordo diuinæ æquitatis seruetur, sicut etiā nō oēs mortuos suscitat, neq; languidos vniuersos curat, vt in his ordo naturæ resplendeat. Quia ergo diuina operatione, hominū hi quidē p gratiæ adiutoriū in finē vltimū dirigūtur, cæteri vero hoc gratiæ subsidio expertes atq; deserti derelīquūtur, & ab vltimo fine decidūt. Hinc necesse est huiuscemodi diuersitatē hominū, ab æterno in diuinæ mētis cōsilio eē ordinatā. Quicqd em̄ à deo agitur, in ipsius sapiētia ab æterno prouisum est & ordinatū: sicut aliquādo deductū est ad longū. Secūdum ergo q̄ quosdā ab æterno præordinauit, vt in vltimū finē dirigēdos, dicit eosdē prædestinasse, & q ita præordinati sunt, prędestinati appellantur. Vnde ad Ephesios primo ait aplus: Qui prædestinauit nos in adoptionē filiorū, secūdum propositum volūtatis suæ. ¶ Insup, hos qbus ab æterno disposuit se gratiam nō daturū, reprobasse & odio habuisse dicitur, iuxta illud Malachiæ: Iacob dilexi, Esau odio habui. Hinc quoq; ad Romanos scribēs ait apostolus: Volens deus ostēdere iram, & notā facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia, vasa irę, apta in interitū, vt ostēderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriā. ¶ Porrò, cum hominū in cōformibus culpis obnoxiorum, hos præueniēdo conuertat & dirigat, hos vero iuste deserat, secundum ordinē rerū procedēdo: nō est ratio, cur hos cōuertat & nō illos. Hoc nāq; ex sola simpliciq́; ipsius volūtate depēdet, sicut etiā ex simplici dei volūtate emanauit, q̄ cū oīa ex nihilo producerētur, quędā quibusdā digniora cōstituta sunt, nullo prorsus antecedēte merito aut demerito, quēadmodum etiam ex simplici artificis volūtate oritur, vt ex eadē materia vni-

Marginalia: D (beside "menti pficitur"); E (beside "liter solum"); F (beside "uetur, sicut etiā"); Romanū.8 (beside "stinati appellantur"); Malac.1. (beside "nō daturū"); Romanū.9 (beside "habui. Hinc"); Sapiæ.8 (beside "simpliciq́; ipsius").

A ria vniformiter disposita, quædã vasa ad nobiles, quædã aũt ad ignobiles vsus formẽt. Propterea nẽpe ap̃lus: An nõ habet, inquit, potestatẽ figulus, ex eadẽ massa facere, aliud quidẽ vas in honorẽ, aliud vero in cõtumeliã? Vnde constat p̃destinationẽ nõ ex meritis processisse, gratia aũt quæ est p̃destinationis effectus, nõ præuenitur meritis, sed p̃cedit merita hominũ vniuersa, alioqui gratia nõ esset gratia. Si eñ ex operibus, iã gratiæ rõnem amittit. Præterea cũ volũtas diuina sit prædestinationis causa, volũtas aũt diuina est prima causa, sed primæ causæ non est causa, aliter esset aliquid prius primo, quod implicat. Prouidẽtiæ etiã diuinæ res creatæ causa non sunt, æternę eñ p̃ordinationis, res tẽporalis causa nõ est. Per hoc aũt positio Origenis destruit. Dixit eñ hos cõuerti ad deũ & nõ illos, propter quædã op̃a ac merita, q̃ eorꝶ aĩæ priusq̃ corporibus imprimerent, fecissent, de qua quidẽ positiõe iã diligens inquisitio facta est. Porrò, rõne distinctiõis, secundũ quã quidã p̃destinant, quidã aũt reprobant, diuina electio dicit, de qua ait ap̃lus: Elegit nos in ipso ante mũdi cõstitutionẽ. Licet aũt electionis seu p̃destinatiõis nulla merita causa sint effectuũ, tamẽ p̃destinationis & electionis, vnus alteri causa potest esse. Dicit insuper p̃destinatio respectu saluandorꝶ, p̃scientia vero respectu reproborꝶ & electorũ dici inuenitur, & quidem p̃sciti ad mortem, reprobi appellant. Veruntamen cũ præsciti ad vitam singulare nomẽ, vtputa p̃destinationis sortiti sint, nomen p̃scientię respectu reproborum cõmunius accipi solet, vt reprobi existentes, p̃sciti nominent. Elucescit igit ex ijs, ꝙ p̃destinatio, reprobatio & electio, prouidentiæ diuinę partes quædã sunt, qm̃ respectu rationalis creaturæ dũtaxat dicuntur, prouidentia aũt omnia connectit. Hinc igitur ex eisdem considerationibus, quibus p̃inductum est prouidẽtiam rebus necessitatẽ non influere, etiam nunc deduci potest libertatẽ ac cõtingentiã non tolli ab entibus propter prædestinationẽ, reprobationẽ electionẽq́ꝫ diuinã. Est q̃ppe p̃destinatio, diuina quædã ac ęterna p̃ordinatio eorꝶ, quæ in tempore per dei grãm fienda, cõsummandaq́ꝫ existunt quod iam q̊qꝫ p̃tactum est. Est aũt in tempore vel potius in tẽporis præordinata plenitudine hoc factũ vt per vnionis grãm homo esset deus & deus homo: nec dubium quin æterna ratione idipsum à deo prædispositũ sit. Itaqꝫ naturarum duarꝶ in vna persona Christi vnio, sub æterna dei prædestinatione cadit & ob id dicitur Christus esse p̃destinatus, sed singulari modo. Cæteri eñ prędestinant, vt sint adoptiui filij dei iuxta illud apostoli. Prædestinauit nos in adoptionẽ filiorꝶ dei. Sed sicut Chr̃s singulari modo præ alijs filius dei est, sic speciał̃r prædestinatus est. Non eñ Christo cõpetit filium esse adoptiuũ, sed potius naturalem. Natura nãqꝫ humana ad personalitatem verbi assumpta est, vt sit idẽ filius in duabus naturis subsistens, sitq́ꝫ vnus filius dei patris & sacræ virginis. Per modũ igitur hunc, ratione naturæ assumptæ dicitur Chr̃s prædestinatus. Denuo contemplandũ est, ꝙ prædestinatio dupliciter cõsiderari potest. Vno modo secundũ ipsum actũ p̃destinantis, alio modo secundũ terminũ seu finẽ prædestinatõis, id videlicet, ad q̊d aliquis prædestinat. Respondendũ igitur, ꝙ prędestinatio Christi causa est atqꝫ exemplar p̃destinationis nostræ, quo ad secundã prædestinationis considerationẽ. Quod nẽpe sit causa, sic innotescit. Nã ab æterno ordinatum est, vt humana salus p̱ Iesum Christũ cõsummet. Quod insup̱ exemplar sit p̃destinationis nostræ, hoc modo sic elucescit. Iam eñ ostẽsum est Christũ singulari modo p̃destinatũ dici, ad hoc videlicet, vt sit naturalis & nõ adoptiuus dei filius. Q̃d tñ p̃destinatio cõpetit Christo propter naturã assumptã, lucidius iã inductũ est. Nos deniqꝫ in adoptiuã filiationẽ p̃destinamur. Hæc vero p̃destinatio, naturalis p̃destinationis participata q̃dã similitudo existit, contestante ap̃lo ad Rom̃. Quos, inquit, p̃sciuit, hos & prædestinauit cõformes fieri imaginis filij sui. Rursus, prędestinatio Christi, nostrę prędestinationis exemplar dicitur propter modũ cõsequendi bonũ, quod est prędestinationis terminus. In Chr̃o eñ natura humana nullis suis p̃euntibus meritis, eatenus per gratiã exaltata est, vt ad p̱sonalẽ subsistentiam verbi sublimata sit Nã & de plenitudine gr̃æ ipsius accepimus oẽs. Hæc equidẽ tã supeminens gr̃a in Christo, nõ incongruenter exemplar nominat susceptionis gratię nostrę. Si aũt accipiat prędestinatio secundũ primũ modũ, tũc prędestinatio Christi neqꝫ causa est, neqꝫ exẽplar p̃destinatiõis nostrę sicut beatus Thomas ait: Quòd nõ sit causa, ostẽdit. Sic eñ est æterna, ideoq́ꝫ causam nõ habet. Rursus, q̃a ex simplici dei voluntate dependet. Prẽterea, remota causa, remouetur effectus, sed remota prędestinatiõe Christi, nostrã prędestinationẽ tolli nõ oportet. Nã vt in lib. de trinit. scribit Aug. Si dei filius nõ incarnaret, erat adhuc alius modus nostræ salutis. Patet igit queadmodũ verbũ apostoli accipiendũ sit, quo ait: Adoptauit nos in adoptionẽ filiorꝶ p̱ Iesum Christũ. Porrò ꝙ nec sit exemplar p̃destinationis nostrę Christi p̃destinatio, si nomẽ prędestinationis primo modo sumat, inducit, Exẽplar eñ prẽexistit exẽplato, & in cognitionẽ illius deducit. Sed primo modo dicta p̃destinatio, est æterna, neqꝫ necesse est, vt in ipsius agnitionẽ ducerest deus ex aliquo alio. Veruntñ, ꝙ secũdũ modũ nũc præexplanatũ prędestinatio Christi prędestinatiõis nostrę exẽplar sit, ex eo ꝙ in libro de prędestinatiõe sanctorꝶ ait August. verbo innotescit. Est, inquit, prẽclarissimũ lumen prędestinationis & gratiæ, ipse saluator. Denuo, ex prẽinductis patescit in eiusdẽ veritatis, hauddubiũ quin primæ ac increatę, cõtemplatione hominum

Ro.9 Ro.11. Ephe.1 Ro.1. Ro.8 Ephe.1 Ro.8 Joha.1. Ephe.1

minũ, angelorũq́ plenã beatitudinẽ fore constitutã: & sicut diuina fides astruit, ad supplẽdũ angelorũ casum, hõ ipse creatus est. Angelica nãq; natura in his q̃ perierũt, liberata ẽ. Numerus aũt ciuiũ supnæ ciuitatis electorũ dei, pordinatus est vtiq; & determinatus prorsus ab æterno in diuinæ mẽtis sapiẽtia. D A
prædeceſſor ipſius Martinus: Et qm̃ ſancta mater eccleſia filios ſuos ſpũales nõ decipit, pie, firmiterq́; credẽdũ, ꝙ indulgẽtiæ iſtę tantũdẽ valẽt vt pronũtiat. Preterea hoc ſciẽdũ, ꝙ in hac ſolennitate merito ſic auctæ ſunt indulgẽtię iſtæ, qm̃ celeberrima iſta feſtiuitas ẽ de eo, à quo oẽs indulgẽtię efficaciã ſortiunt ac oriunt. Indulgẽtię nanq; ſunt remiſſiões pœnarũ, q̃ culpis debẽtur. Et fiũt indulgẽtię iſtę de ſpũali theſauro eccleſię, q theſaurus eſt infinitũ atq; indeficiẽs meritũ Chr̃i, Qui theſaurus ſummo põtifici tanq̃ gñali, pleno & ſummo Chr̃i vicario eſt à deo cõmiſſus, vt ſecũdũ exigẽtiã ſeu cõdecentiã cauſarũ ac tpm occurrẽtiũ eũ fidelibus gratioſe eroget ac diſpẽſet. Quocirca pẽſandũ, ꝙ ſecũdũ rigorẽ iuſtitiæ pro vno mortali pctõ iponẽda eẽt pœnitẽtia ſeptẽ annorũ in pane & aqua, nec tñ ſcdm merã iuſtitiæ rigorẽ pœnitẽtia illa ſufficeret, imò vt ſanctus ait Hieroñ. ſcdm merã iuſtitiã nõ ſufficeret totus mũdus ꝓ vna vnius hoĩs mortali ſatisfacere culpa, q̃uis mille annis abſtineret in pane & aqua, eo ꝙ mortale pctm̃ q̃ deus offẽdit, inhonorat ac ſpernit, ſit grauitatis q̃dãmodo infinitę. Propter q̃d æterna & infinita ei pœna in inferno infligit ac debet. Videmus nãq; in ſeculo iſto, ꝙ q̃to maioris dignitatis ac ſanctitatis eſt is in quẽ peccat, tãto pctm̃ in cõmiſſum eſt grauius, & grauiori dignũ ſupplicio. Cũ ergo deus altiſſimus, oĩpotẽs & æternus ſit dignitatis ac ſanctitatis penitus infinitę, certũ eſt, ꝙ omne pctm̃ mortale ſit q̃dãmodo immẽſæ enormitatis. Itaq; ſcdm tẽperatũ rigorẽ iuſtitię, ꝓ vno mortali pctõ imponẽda eſſet ſeptẽ annorũ pœnitẽtia, ſatisfactio ſeu abſtinẽtia in pane & aqua. Sed cũ hõ ſit fragilis creatura ꝓna ad malũ, vitaq́; ꝑſens ſit breuis, indigem⁹ magna & gratioſa dei clemẽtia, idcirco dñs nr̃ Ieſus Chr̃s vnigenitus dei miſericordiſſime nobis ꝓuidit atq; ſubuenit, theſaurũ meriti ſui cõmittẽdo ſũmo ſuo vicario Romano põtifici, vt merito Chriſti faciat indulgẽtias ꝑfatas fidelibus. Deniq; qm̃ indulgẽtię iſtæ nõ dant niſi vere pœnitẽtibus, & cõfeſſis, ſeu in charitate & grã dei exiſtẽtibus, exhibere ſe debet vnuſq́; fideliũ indulgẽtiarũ iſtarũ capacẽ ꝑ verã cõtritionẽ & cõfeſſionẽ ſe ꝑparãdo ad eas. Hinc ꝑfatus papa Vrban⁹ in ſua bulla ſiue epl̃a diſtricte ꝑcipit vniuerſis ꝓlatis, vt ꝑ ſeipſos & alios in dñica ꝑfatũ feſtũ ꝓcedẽte, videlicet in octauis pẽtecoſtes, hortent ſubditos ſuos, vt ꝑ verã & purã cõfeſſionẽ ꝑ eleemoſynarũ largitionẽ atq; aſſiduas oratiões, & ꝑ alia deuotiõis, pietatisq́; opa ſe diſponãt ad tãti celebrationẽ ac indulgẽtiã ſacri. Itaq; cũ tãta ſit excellẽtia ac indulgẽtia feſtiuitatis ꝑſentis, iuſtum ac decẽtiſſ. eſt, vt Chr̃iani in hoc feſto & ꝑ eius octauas ꝓ ſolito eccleſiã & diuina frequẽtẽt officia, q̃tũ eorũ ſtatui extat poſſibile, nec omittãt facere propter indulgẽtias tãtas, q̃d nõ omitterent ꝓpter pecunias modicas. Idcirco nõ nimis facile ſe excuſent. Preterea qm̃ Chr̃s ſacramentũ iſtud inſtituit in cõmemorationẽ ſuę ad nos ardẽtiſſimę dilectiõis, & ſuę pro nobis acerbiſſimę paſſiõis, propterea oĩs vere Chriſtifidelis nõ ſolũ die iſto ſactiſſ. & ꝑ eius octauas, ſed toto etiã anno ĩ officio miſſæ memor eẽ debet q̃tũ filius dei ipm̃ dilexit, q̃ta ꝓ ipſo ſuſtinuit & q̃r ac propter q̃d iſtud ſaluberrimũ inſtituit ſacr̃m. Quãuis ergo vbiq; & ſemp, ſpecialr̃ tñ in miſſa habere ſe debet timorate, reuerẽter, deuote & amoroſe, gratoq́; corde in ſacramẽti ꝑſentia ſtare ac deo ſe pręſentare. Ideo væ & æternũ væ inſenſatis, ingratis & ꝑuerſis hoĩbus, q tñ indigni ſunt hoĩes appellari cũ ſint diaboli mẽbra ac ſerui. Væ inquã eis, q ĩ eccleſia, ꝑſertim ĩ miſſa hinc inde laſciue aſpiciunt, libidinoſe cõcupiũt. Væ eis q tunc cõfabulatiõibus vacant, & intimorate ſe habẽt. Cõformiter væ viris ac fœĩs iuuenibus ac puellis, q ita ſe ornãt & veſtiunt, ꝙ intuẽtes prouocãt ad cõcupiſcentias prauas. Et grauiſſimũ væ eis, ſi ex propoſito agãt hoc, qa (vt ſanctus teſtat Hieroñ.) ſi vir aut mulier ſe ornauerit, & vultus hoĩm ad ſe prouocauerit, & ſi nullum inde ſequat dãnũ, ſuppliciũ tñ patietur æternũ, qa venenũ attulit, ſi fuiſſet q biberet. Nã (vt etiã loquit beatus Aug.) q in cõſpectu populi male egit, tantos q̃tũ in ipſo eſt ſpũaliter perimit. i. ad pctm̃ inducit, à q̃tis cõſpicit. O q̃ arcta ẽ via ſalutis, & q̃ deteſtabilis eſt cõſuetudo iſta infelix aperturę togarũ à latere vno ſup diploidẽ, ita vt corpus viri añ & retro circa pudititię loca aſpiciat. Quod q̃ prouocatiuũ ſit, nullus ſapiẽs neſcit. Idcirco iuxta doctrinã apoſtoli, cũ metu, timore & tremore noſtrã operemur ſalutẽ, & omni cuſtodia cuſtodiamus cor noſtrũ, potiſſimũ in diuino officio & in miſſa. Poſtremo qm̃ ſacramẽtũ iſtud in die cœnę à Chriſto eſt inſtitutũ idcirco die illa eſſet hęc ſolẽnitas celebrãda ſi fieri cõgrue potuiſſet, ſed qa eccleſia die illo circa alia occupat, vz circa pœnitẽtiũ recõciliationẽ, circa ſacri chriſmatis cõfectionẽ, & adimpletionẽ mãdati, lotionẽq́; pedũ, & circa dñicã paſſionẽ, idcirco Rom̃. põtifex rõnabilr̃ ſtatuit hoc agi feria quinta poſt octauas (vt dictũ eſt) pẽtecoſtes. Itaq; feſtũ tã glorioſum cũ omni deuotione ac reuerẽtia celebremus, & Chriſti accẽdamur amore, eiuſq́; bñficijs grati eſſe conemur, vitãdo q̃ diſplicẽt ei, & faciẽdo q̃ eius volũtati ſunt placita. Ad laudẽ & gloriam omnipotentis.

Margin: D (beside "lennitate merito…"); E (beside "& cõfeſſis…"); F (beside "ctus teſtat Hieroñ."); Matt. 26, Marc. 14 (beside "rent ꝓpter pecunias…"); Matth. 7 (beside "aperturę togarũ…"); Phil. 2, Pro. 4, Johã. 6, Matt. 26, Marc. 14 (beside "more & tremore…" to "alia occupat…").

¶ Sermo. III. De gratitudine exhibenda, & qũo ex bñficiorũ magnitudie colligit.

QVid retribuam dño pro oĩbus q̃ retribuit mihi. Pſal. 115. Ingratitudo grande & deteſtabile vitiũ eſt. Maxima aũt ingratitudinis pars eſt obliuio ſeu incõſideratio beneficij exhibiti. Alia ingratitudinis pars eſt, bñfactori nõ pro poſſe repẽdere vicem Sanctus ergo rex Dauid multitudinẽ ac magnitudinẽ bñficiorũ ſibi deſup collatorũ ꝑſpiciens dixit: Quid retribuã dño, pro oĩbus q̃ retribuit mihi? Quaſi dicat, Nihil condignum

Margin: Pſal. 115 (beside "Sanctus ergo rex Dauid…").

A dignũ ei retribuere queo. Deniq; ipse bonorum nostrorum nõ eget, & quicquid ei retribuere possumus, nõ nisi ab eo habemus, à quo omne profluit bonũ. Itaq; quilibet Christianus ne Chr̃o existat ingratus totis debet viribus cõsiderare vniuersa bñficia dei generalia & specialia, naturalia & supnaturalia, corporalia ac spũalia, temporalia & æterna, atq; pro oĩbus ĩjs totis præcordijs deo regratiari, & se ei humiliter subdere, prompteq; obedire, & quicqd à deo accepit, videlicet corpus & animã, & quicqd habet ad dei honorẽ expẽdere. Cũq; fecerit oĩa ista fateaẽ ex intimo corde, q nil cõdignũ retribuit deo, sicut & Chrũs in Euãg. loquiẽ: Cũ feceritis oĩa quæ pce pta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus. Quod debuimus facere, fecimus. Ideo deuotissima mente dicat: Quid retribuã dño pro oĩbus quæ retribuit mihi? Iteq;: Benedic anima mea domino & noli obliuisci oẽs ratributiones eius. Qui sic gratus esse studuerit deo, maiora plane beneficia sortietur ab eo, Christo protestante, q loquitur: Habẽti dabiẽ & abundabit. Nõ habentia ũt. i. ingrato, & q̃d videtur habere, auferetur ab eo. Præterea inter oĩa bñficia saluatoris est maximũ, quod ipse in sacramẽto tribuit vere seipsum. Sed vt excellentiã ac munificentiã bñficiorum vnigeniti filij dei q̃tum nobis possibile est profundius intueamur, magisq; grati esse nitamur, pensare oportet, q magnitudo beneficij ex tribus ppendiẽ. Primo ex parte benefaciẽtis, qm̃ quantũ ille est dignior atq; sublimior, tanto dona eius sunt magis appretianda, reuerẽtialius accipienda, diligẽtius custodiẽda. Quemadmodũ & videmus in mũdo hoc, q si Imperator, rex aut princeps pĩtiterit alicui aliq̃d munus, valde hoc ponderat, appretiaẽ, regratiaẽ, custodit. Secũdo attendiẽ magnitudo beneficij ex parte recipientis, q quanto minus promeruit illud, & q̃to inferioris est cõditionis ac indigẽtiæ, eo benignius, liberaliusq; cõsistit bñfacere ei, & bñficiũ ei collatũ, tanto amplius est magnificandũ. Tertio attẽdiẽ magnitudo bñficij ex propria eius natura ac specie, vt cũ danẽ supnaturalia grãe dona, & maxime dũ ipsemet oĩm fons bñficiorum datur, ita q idẽ est dator & donũ, bñfactor & bñficiũ. Ex oĩbus ĩjs ostenduntẽ bñficia Chr̃i esse incõparabilr̃ magna, qm̃ ipse Chrũs bñfactor & dator, est verus deus, ideoq; dignitatis, perfectionis & excellentiæ penitus infinitæ. Eius q̃q; humanitas p̃lata est omni creaturæ. Nos autẽ qbus bñficia sua largiẽ, sumus creaturæ mirabilr̃ defectuosæ, vitiosæ, fragiles, & ad omne malũ pronissimę, & p cõsequens maxime indigẽtes, & tñ indignissimi bñficijs dei. Nihilominus indesinẽter bñficia sua cõmunicat nobis, sed & pretiosissima charismata gratiarum nobis largitur & tandẽ corpus suũ ac sanguinẽ nobis largiri dignaẽ. Hinc ait papa Vrbanus quartus. Immẽsa diuinæ liberalitatis bñficia exhibita populo Christiano, inæstimabilẽ ei cõferũt dignitatẽ. Deniq; olim sanctus Moses legislator Iudæorum cõsiderans multitudinẽ ac magnitudinẽ beneficiorum Israelitico pp̃lo in veteri test. diuinitus cõcessorum, gloriando dixit: Non est alia natio tam grandis q̃ habeat deos appropinquãtes sibi, sicut adest dñs deus nr̃ nobis seu cũctis obsecrationibus nostris. Vnde & Psalmista loquutus est: Quãta audiuimus & cognouimus, ea & p̃res nostri narrauerũt nobis. Iteq;: Nõ fecit taliter omni nationi. Multo plus nos Christiani hoc dicere possumus tẽpore noui testamẽti & gratiæ, in q̃ præ cũctis ante actis tpibus deus oĩpotens & æternus liberalissime ac abundãtissime bñfecit, subuenit, donauit hoĩbus. Eis q̃q; in sacramẽto p̃sentialr̃ & vere psonalr̃ adest verus deus & integer homo, atq; seipm̃ eis inæstimabili charitate ac liberalitate largiẽ in viaticũ, in remediũ, in alimentũ, in subuentionẽ atq; salutem. Hinc ait Vrbanus papa: Vnigenitus dei filius suæ diuinitatis nos volens esse participes, naturã nostrã assumpsit vt hoĩes deos faceret factus homo. Et hoc insup q̃d de nostro assumpsit, totũ nobis cõtulit ad salutẽ. Corpus nãq; suũ pro nostra recõciliatione in ara crucis hostiã obtulit deo patri, sanguinẽ suũ fudit in p̃tium simul & lauacrũ, vt redempti à seruitute diaboli, à pct̃is omnibus mundaremur. Et vt tanti bñficij iugis in nobis remaneret memoria, corpus suũ in cibũ, & sanguinẽ suũ in potũ sub specie panis & vini sumendũ fidelibus dereliquit. Porrò de eminẽtia sacramẽti huius effaẽ. O p̃tiosum & admirabile cõuiuiũ salutiferum & omni suauitate repletum. Quid enim hoc cõuiuio p̃tiosius eẽ p̃t, in q̃ nobis sumẽdus proponiẽ Chr̃s verus deus? Nullũ vtiq; sacramẽtũ est isto salubrius, q̃ purganẽ pct̃ã, virtutes augenẽ, & mens omniũ spũaliũ charismatũ abundãtia adimpleẽ, in quo ad memoriã reuocaẽ excellẽtissima charitas Christi ad nos, ex qua p nostra salute obtulit semetipsum deo patri p oblationẽ & hostiã in odorẽ suauitatis. Offerturq; sacr̃m hoc in ecclesia pro viuis & mortuis, vt oĩbus prosit, q̃d est pro salute omniũ institutum. O diuini amoris immẽsitas, diuinæ pietatis supabundãtia, diuinę affluentia largitatis. Quã singularis & admirãda liberalitas, vbi donator venit in donũ, & datũ est idẽ penitus cum datore. Quãta largitas, cũ tribuit quis seipsum? Insup de cõgruẽtia huius festi ait Vrbanus papa: Cõuenit deuotiõi fideliũ solẽniter recolere institutionẽ tã salutiferi, tãq; mirabilis sacramẽti, vt ineffabilẽ modũ diuinæ p̃sentię in sacr̃o veneremur, & laudeẽ dei potentia q̃ in sacramento eodẽ tot mirabilia operaẽ, atq; de tanto bñficio psoluanẽ deo grãrum debitę actiões. Postremo q̃to maiora & gratiosiora sunt beneficia dñi nostri Iesu Christi in nobis, & potissimum quo maius est beneficium istud, videlicet sacramentum Eucharistię, eo vitiosior ac damabilior est ingratitudo nostra, si tantæ charitati, tantæ liberalitati ac pietati, tantisq; beneficijs eius inueniamur

Lucæ. 17
Psalm. 102
Matt. 25
B
Deut. 4
Psalm. 77
Psal. 147
C
Matt. 26
Eph. 5

ingrati, ei videlicet inobedientes, peruersi & negligentes atq; carnales. Ei itaq; grati, subiecti, vniti semp esse conemur, atq; in missæ officio vnusquisq; spũaliter sacramentum accipiat, fide & charitatis affectu illud cõplectendo & suscipiẽdo. Nec mirabilia dei in sacramẽto hoc discutere qs præsumat, sed sufficiat nobis authoritas sacræ scripturæ & sanctæ ecclesiæ, tanq̃ innumerabilium patrũ sanctissimorũ, & cætera oĩa per quæ probatur fides Christiana esse à deo. Sufficiant nobis ad cõfitendũ oĩa q̃ de hoc incõprehẽsibili sacramento sacrosancta docet ecclesia, quanq̃ ad demonstrandũ veritatẽ sacramenti istius deus oĩpotens innumerabilia egisse miracula valde p̃clara non ignoretur. Infinitæ aũt potentiæ dei adorandi & supexaltati nihil impossibile, nihil potest esse difficile, & eadẽ potestate qua vniuersum cõdidit mundũ, agit quæ in hoc sacramẽto credunt̃. Estq; facilius vnũ existens in aliud vertere & transsubstantiare, q̃ rerũ naturas ac ordinẽ de nihilo produxisse. Veruntñ & tanta mirabilia in sacro isto credunt̃, quod nec summi angelici spũs, nec Cherubin, nec Seraphin ea cõprehendere queunt. Quid ergo miser homo talia pscrutari conat̃ aut penetrare, nõ aduertens q̃d Salomon loquit̃: Sicut qui multũ comedit mel, non ei bonũ, sic q perscrutator est maiestatis, opprimet̃ à gloria. Ipsi dño nostro Iesu Christo cũ patre & spũ sancto honor & gloria in æternum.

Prouer. 25

AD RELIGIOSOS.

¶Sermo. IIII. De cõdigna, debitaq;, ad venerabilis sacramenti celebrationem aut sumptionem, præparatione.

QVi manducat & bibit indigne, reus erit corporis & sanguĩs dñi. 1. Corin. 11. Vniuersaliter videmus, q̃ q̃to quis in quacũq; virtute extat pfectior, tãto vehemẽtius vitiũ virtuti illi cõtrariũ abominat̃. Porrò deus in omni sapĩa & virtute infinite pfectus est. Hinc omnẽ iniquitatẽ, insipientiã, turpitudinẽq; pc̃ti mortalis ineffabiliter odit. Propter q̃d in lib. Spĩæ scriptũ est: Odio sunt deo impius & ĩpietas eius. Cui cõcinit Psalmista: Odisti oẽs q operant̃ iniquitatẽ. De q̃ Hieremias protestat̃ inquiẽs: Nõ poterat vos dñs vltra sustinere propter malitiã studiorũ vestrorũ. Ipse plane (vt Moses fassus est) auersat̃ omnẽ impietatẽ. Quid ergo est se ad sacrã p̃parare cõmunionẽ, ad celebrationem cõdignã, nisi mentem expurgare, custodire & p̃seruare ab omni labe peccati? Qui em̃ cũ cõscientia peccati mortalis cõmunicare aut celebrare præsumit, eo ipso peccat mortaliter. Nec sufficit si quis dicat, cõscius mihi non sum de peccato mortali, nisi diligentiã debitam fecerit ad cognoscendum an sit in tali peccato, pscrutando sufficiẽter pro posse cõscientiam suã, an in ea q̃d lateat culpæ mortalis. Hæc est ergo p̃paratio generalis ad omnẽ pertinens sacerdotẽ, vt taliter ante celebrationẽ conscientiam suã discutiat. Imò (vt sanctus asserit Aug.) in omni sacrificio quatuor sunt pẽsanda, videlicet quis, quid, cui, quare. Quæ etiam ab omni presbytero anteq̃ celebret sunt attendenda. Primo ergo tu Christi sacerdos cõsidera temetipsum, quis sis, hoc est q̃ defectuosus & fragilis in natura. Ad quã considerationẽ spectat quod beatus Iob ait: Homo natus de muliere, breui viuens tempore, replet̃ multis miserijs, Qui quasi flos egredit̃ & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunq̃ in eodem statu pmanet. Considera quoq; q̃ culpabilis sis in vita, q̃ innumerabilibus vicibus quotidie peccas saltem in venialibus p omissionẽ & cõmissionẽ, per interiorũ & exteriorũ incustodiam sensuũ, per irrefrenationem linguæ, p exemplaritatem & scandalũ, per cogitationes inutiles, per distractiones, leuitates, negligentias etiam in diuinis, p immoderantias cibi & potus, p inordinatas circa quæcunq; creata affectiones. In ijs & consimilibus multis aduerte te quotidie toties esse culpabilem ac peccantẽ, vt nequeas numerare, nec singula possis attẽdere, imò exorare indigeas & exclamare ad dominũ: Delicta quis intelligit? Ab occultis meis mũda me dñe. Porrò, si (quod absit) in nonnullis grossioribus excessisti, si in correptionibus & correctionibus seu admonitionibus extitisti impatiens, si aduersus præsidẽtem aliquo modo indignans, vel eidem minus prompte obtemperans, aut irreuerenter circa ipsum te habens, ac Christum in suo vicario colaphizans ac conspuens, si in factis tui confratris ac proximi, & in imperfectionibus ac omissionibus eius passionatus, amaricatus, iratus fuisti, & turbasti insipiens insipienter teipsum, videns hypocrita festucam in oculis fratris tui, trabem turbationis ac felleæ amaritudinis & pharisaicæ simulationis ac fictionis in proprio oculo non perpendens, aut subuerso ordine charitatis proprias iniquitates & culpas non ponderãs, aliorũ obseruasti, exaggerasti, reuoluisti defectus, stulta curiositate deceptus, seu turbulẽter, impetuose, inhoneste habendo te scãdalizasti pusillos. Super his dolosius ingemisce, vberius plora, cordialius te accusa, acrius puni, vehementius sperne, custoditior esto. Attende q̃ parũ profecisti in ordine, quanta omiseris bona, & efficaciter te emenda. Secundo perpende quid agas, quid offeras, seu quid in officio missæ acturus es, quid immolaturus. Intuere, q̃ tanq̃ officiatus ac minister ecclesiæ oblaturus sis deo patri vnigenitũ filiũ suũ, consecraturus, tractaturus atque sumpturus corpus & sanguinẽ saluatoris, & pro tota ecclesia & pro teipso, ac pro alijs, viuis ac mortuis oraturus. Cõsidera veritatẽ ac dignitatẽ sacramẽti ac sacrificij huius, prout in p̃cedẽti ser-

Sapie. 14
Psal. 5
Hiere. 21.
Iob. 13
Psal. 18
Luce. 6

A sermone expressum est. Sicque vehementissime erubesce ac expauesce manibus inquinatis, sanctum sanctorum tractare, præstantissimum ac illibatissimum Christi corpus attingere, pretiosissimum eius sanguinem polluto ore suscipere, regem gloriæ, dominumque virtutum in anima deturpata, fœda, & sordida hospitare. Attende quàm vehementer beatissimus Iohannes Baptista verebatur eum baptizando extrinsecus ac modice attrectare. Et quomodo audes tu eum iam glorificatum intus accipere, consecrare, ac edere, & sanguinem eius sacratissimum potare, nondum purgatus, nec debitè præparatus. Qualiter ita obsurduisti, vt non exuscitet, neque perterreat te vox illa terribilis, metuenda tuba Apostolicæ comminationis? Qui manducat & bibit indigne, reus erit corporis & sanguinis domini? Cum omni igitur diligentia & pauore, cum omni puritate, reuerentia, ac feruore, cum summa custodia & compunctione te præpara, discute, confitere, satisfac & accede in plenitudine fidei, deuotioneque alacri. Sic inchoa, ita prosequere, sic ora, sic offer, sic consecra, & vniuersa ac singula verba cum attentione ingenti distincte pronuntia. Deinde, expleto officio feruenti ac deuotissimo corde gratias age, gratus permane, atque in omni conuersatione tua esto solicitus, ne offendas, esto timoratus & custoditus, ne susceptam gratiam perdas, ne fructum amittas adeptum, & sic tota vita tua sit præparatio ad celebrandum continua. Tertio animaduerte, cui offeras sacrificium tantum, & vtique deo patri, regi maiestatis immensæ, omnium creatori, cui cum tremore astant vniuersi cælorum exercitus, quem Cherubin ac Seraphin vix audent aspicere, cuius cõparatiõe totus mundus est tanquàm puluis & arena exigua, imò tanquàm nihilum, & inane. Et quomodo tu audebis te illi imparatum, immundum, distractum repræsentare irreuerenter hostiam sacram offerre, negligenter & cum tepore assistere? Itaque iuxta prætacta te præpara, te repræsenta, ac totum tuum officium exple. Quarto intende, cur celebres, celebrareque debeas. Nempe propter easdem causas, ob quas Christus se obtulit in cruce deo patri, tu quoque offerre eum debes eidem in altari, hoc est, primo ac principaliter pro tota Ecclesia, pro infidelium conuersione, pro fidelium reformatione pro vniuersorum salute, pro occurrentibus causis, & necessitatibus quibuscunque, pro propinquis, commissis, & benefactoribus tuis, fidelibusque defunctis, & pro quibus ex speciali causa vis exorare, atque pro tui ipsius condigna emendatione in omnibus. Vt ergo vtcunque pro viribus tuis existas idoneus deprecari ac offerre pro tantis ac talibus causis, satage & indefesse conare teipsum deo placitum exhibere, ei familiariter adhærere, ipsum intra te amorose complecti, synceriter contemplari, omnique die magis feruenter diligere.

1. Cor. 11.

¶Considera altitudinem diuini consilij, dispositionem superbeatissimæ atque sanctissimæ Trinitatis, decretum æternæ ac infinitæ sapientiæ summi dei, super saluatione ac modo redemptionis generis humani, per recordationem & passionem vnigeniti filij patris æterni, tantam supergloriosissimæ ac sanctissimæ Trinitatis charitatem, clementiam, liberalitatẽ ad nos aspice, admirare, glorifica, venerare, collauda, & toto corde in deum redi, ingredere, resoluere, quiesce, obdormi. In his delectare & iubila, ac indefesse te occupa. Hæc indelebiliter imprime tuæ memoriæ iugiterque rememora.

¶Præterea, quanto religiosum oportet seculari homine esse spiritualiorem, perfectiorem, ac C custoditiorem in cunctis, tanto & te o religiose sacerdos oportet præ secularibus presbyteris excellentius te præparare ad celebrandum diuina mysteria. Illis magnum est seruare omnipotentis dei præcepta patrumque canones ac decreta, synodalia quoque statuta. Tu vltra hæc ad monastica vota, ad sacræ religionis mandata teneris, ad obseruantias etiam regulares astringeris, ad perfectionem tendere obligaris. Si ergo cupis te ad celebrationem disponere, hoc primo omnium stude, vt ea quæ ordinis tui sunt, & ad quæ ex professione teneris, diligenter, irreprehensibiliterque obserues, discretionem in omnibus teneas, cui in profunda humilitate, honestissima patientia, gloriosa mansuetudine, inuicte permaneas, & succrescas, horas canonicas attente persoluas, quo dulcissimam ac dilectissimam virginem, præstantissimam atque gloriosissimam Christi matrem cordialius diligis, eo & horas ipsius deuotius legas. Obedientiæ sanctæ nil præferas, quempiam scandalizare, exhorre. Hoc quoque solicite præcaue, ne vllum temporis huius incerti ac modici tibi pie indulti momentum infructuose pertranseas. Cum deo in cordis tui archano indesinenter stude miscere colloquia, quod est sine intermissione orare. Tempus tibi indultum reputa pretiosissimum donum. In eo negotiari, mercari, lucrari non cesses, quod est thesaurizare in cœlis. Cum magno illo Helia dic sæpe, cogita sæpius, contemplare sepissime. Viuit dominus deus, in cuius conspectu sto dodie. Sicque iudicem sempiternum tibi indesinenter præsentem, intentum, imminentem, semper aduertens, in eius præsentia te vbique & semper, pure & reuerenter, timorate & fructuose ac feruide habe.

¶Porro hoc fundamento posito & seruato, si supererogare quid poteris, & ad celebrationem te disponere quiueris, per exercitia altiora, per actus virtutum in termino excellentiæ, per heroicorum imitationes virorum, optimè res gesta est. Oportet quippe à via purgatiua incipere, &

re,& ab ea ad illuminatiuã viam ascendere, atq; per eam ad viam perfectiuã pertingere. Sunt D
nãq; in vnaquaq; virtutum trium, ad quas te voto obligasti solẽni, imo in cæteris quoq; tres
gradus (vt alibi in plurimis declaratum est locis) in quibus gradibus si strẽnuè proficere atque
ascẽdere cures & satagas, experieris, quemadmodum per obseruãtiam regularem, per adimpletionem monasticæ professionis fidelem, p solicitum quotidianum profectum perueniatur
ad arcem contemplationis, ad pfectionem diuini amoris, ad mysticã theologiã, quæ non est
aliud quàm donum sapientiæ suum secũdum gradum pfectum, p quem stat mens depurata &
feruida in contactu solis sapiæ increatæ, hoc est, in proxima dispositiõe ad actualem illuminationẽ supernã, ad vehemẽtem ac validã inflãmationem internã, ad continuã aut saltem assiduam visitationem, inundationem, ac locupletationem spiritus sancti, habens indesinẽter coram
se, quasi expãsam regionem immẽsam luminis increati, in quã ingredi intuitumq; defigere potest ad libitum, sicq; trãsformat tã valide in dilectum, in superdulcissimum deum, vt sine inflãmatione, alteratione, ac quadã defectiõe, vix cogitare, loqui, audire valeat de eodem, & ita eleuatur frequenter ad raptum & extasim, etiã sæpe inopinate & absq; sui ad hoc cooperatione,
quasi sopita spiritus libertare, ita vt resistere nequeat, neq; euadere, quod fiti pfundissima misericordia dei pueniẽte & præstringẽte gratia sponsi mẽtem huiusmodi, qui supgratiosissimus
& supersuauissimus sponsus cum mẽtem luminosam ac amorosam cœperit apphẽdere, deosculari, amplecti, & intra se trahere, mox immẽsitate magnitudinis excellentiæ suæ in omi perfe-
Apo.8 ctione, in omi amabilitate, pulchritudine, gratiositate, sapia & deliciositate sic vincit, & cõuenientissime opprimit mentem, vt tota defluat à se, & rapiatur in ipsum. Sic demum trãsfertur à tu-
Deute.33 multu distractionum ad iucunditatem, & quietem silentij, fitq; quasi dimidia hora silentium in E
cœlo, in throno huiuscemodi spiritus introducti in serenissimum diem, ex irradiatiõe solis inteelligẽtiæ causatum in thalamo mentis Tunc amantissimus domini habitat confidenter, & in
eo, quasi in thalamo tota die commoratur. Sic residet in pulchritudine pacis internæ, in degustatione pacis æternæ, quæ omnem sensum exuperat, atque in requie opulenta. Ita fit homo
per prætactam perfectionem quasi secretarius & consiliarius dei. Ad hanc perfectionem appetendam, insequendam, suoque modo obtinendam astringit te tua professio ò religiose sacerdos ac frater. ¶Noli esse contentus angustijs tuis, neq; dicas: Tam remotè salio cum
bacillo sicut cum baculo. Non diffidas, nec cesses. In via dei nõ progredi retrocedere perhibetur. Aptissima media habes pertingẽdi ad ista, vtere eis sicut oportet. Omia portes in eo qui te
Eccl.11 confortare paratus est, qui etiã te inuitat ad illa. Noli instar cãcri nunc proficisci in anteriora &
paulopost per negligentiã incustoditã, loquacitatem, distractionem, impatientiã retroire. Væ
dissolutis corde ac tepidis, qui in obseruãtijs sacris remissi, & consolatiunculis vilibus inclinati,
arida consuetudine trãseunt ad diuina, sic confitentur, sic celebrãt, & paulopost ita se habent,
quasi nec cõfessi essent, nec celebrassent. Miseri isti ac stulti contumeliã irrogãt sacramentis, ac
beneficijs Christi, qui quãto frequentius, tanto negligentius participãt sacris. Ideo non ditantur, nec impinguãtur, imo potius segnes redduntur leues ac garruli, in cibo & potu immoderati. Sed absint ista à nobis spiritualibus, & quàm diligenter boni seculares cauent peccata mortalia, tã diligenter caueamus venialia mala & quo frequentius eo plus timorate ac feruide, magis
compuncte, & pœnitenter confiteamur ac celebremus, & pro communi bono ecclesiæ ac defunctis incessabiliter exoremus.

Genes.3 ¶Sermo quintus: De gratijs, fructibus atq; effectibus sacramenti Eucharistię. F

Refect°

QVI manducat hunc panem, viuet in æternum. Iohannis sexto capitulo: Trãsgresso primo parente præceptum dei in paradiso & ob hoc originali iustitia denudato, infecta quoque ac perdita posteritate sua in ipso, decreuit iustus ac sapiens Deus non recuperare, neque saluare genus humanum, nec illud sibi reconciliare, nisi per mdiatorem, cuius meritum esset ipsi acceptius, quàm demeritum primorum parentum & omnium posterorum ipsorum displicens fuit & offensiuum, vel saltem tã placitum & acceptum, quatenus sic satisfieret diuinæ iustitiæ.

¶Porro talem mediatorem exhibere nequiuit ex se genus humanum, quod iã totum perierat
Abacuc.3 in sua radice, nec pura aliqua creatura potuit tanti meriti esse, tantæ acceptabilitatis ac gratiæ
Psal.76 coram deo, tantæve dignitatis & efficaciæ coram eo. Hinc deus gloriæ naturaliter pius, cuius natura est bonitas pura, ac penitus infinita. Qui cum iratus fuerit misericordiæ recordatur, nec in ira sua continet misericordias suas, vbi creatura omnino deficit, & humanum auxilium defuit, impendit diuinum, excogitans prouidensq; de remedio efficaci. imò efficacissimo, concedens, præbens, ac mittens hominibus mediatorem prorsus idoneum, & certe, infinite, magis potentem ac dignum ad reconciliandum, ad complacendum, ad redimendum, atque saluandum, quàm alter quicunque fuit ad offendendum & perdendum,

Cumque talis mediator esse nequiuerit pura creatura, statuit Trinitas adoranda vnam increatam psonam assumere naturã humanã ad hypostaticum, id est, personale, increatumq; suũ esse

& illam

A & illam suppositare seu substātificare in ipso, vt sic essent in vna persona increata & incarnata duæ naturæ perfectæ, & vna hypostasis seu vnum suppositum, cui rōne humanitatis assumptæ cōueniret promereri, atq; ex parte verbi assumētis seu deitatis vnitæ, infinita idoneitas, dignitas, seu efficacia ad merēdum. Siquidē persona illa incarnata secūdum naturā diuinam fuit deo patri simpliciter infinitē dilecta & accepta. Secūdum naturā quoq; humanā assumptā, & verbo æterno hypostatice iūctam, fuit & est charior & acceptior deo patri q̄ totum vniuersum. Nā & maius bonū cōicatum est ei q̄ toti residuę creaturæ, vcȝ increatū hypostaticū eē verbi, tāta q̄ȝ plenitudo grǣ ac glīæ & diuinorȝ charismatū quātā poterat capere natura creata. Hinc meritū Christi est indefectibiliter magnum, imò quodāmodo infinitum, quod plene ac integre cōtinet in sacro altaris, iuxta modum in præcedēti sermone expositū. In alijs vero sacramētis partialiter ac participatiue. Oīa nāq; ecclesiæ sacra à virtute ac merito passiōis Christi, imò & totius cōuersatiōis eius sanctissimę in hoc mūdo, oēm suā virtutem ac grām sortiūtur, præsertim à passione vtpote cōsummatiue. Vnde de latere Christi obdormiētis in cruce fluxisse dicūtur. Itaq; meritum Christi per ecclesiæ sacramēta diuersimode nobis communicatur, & per sacramētum Eucharistiæ tāquàm per modum cibi reficientis, ac poculi recreātis ac temperātis.

¶Porro, sicut de modo existētię grǣ in sacramētalis sunt duæ opinōes solēnes, vt tactum est, ita de entitate & distīctiōe grǣ sacrālis sunt duę opiniōes. Vna quod grā sacrālis à grā gratū faciēte realr̄ distinguat̄. Gratia quoq; sacramēti vnius à grā sacri alterius, quàm opinionem Thomas, Albertus, & alij sequuūtur. Alia quod sola differāt ratiōe, & quātum ad suos effectus.

B ¶Præterea, quoniā sacramētum hoc per modum cibi ac potus nobis proponitur ac confert̄. Hinc ea quæ corporeus cibus ac potus naturalis, ac solitus operant̄ in corpore, hæc sacramentum istud proportionaliter agit in anima. Queadmodum ergo cibi & potus corporis gustum delectāt, vires corporales reparāt & confortāt deperditaq; restaurāt, vitā conseruāt atq; continuāt, humidum radicabile à corruptione præseruāt, naturalis caloris materiā præbent, debiti incrementi calorem augēt interius, & bonum causant calorem exterius, sic corporis & sanguinis Christi sacramētum, cordis oblectat palatum, vires animæ auget, reparat & conseruat amissam deuotionē, recuperat vitā grǣ, cōseruat in suo vigore profluuium lachrymarȝ, rorem imbris superni, aquā sapientiæ salutaris tuetur, ne igne concupiscētiæ aut flamma cupiditatis, vel feruore priuati amoris lædātur, siccentur, aut extinguātur, incremētum parat virtutum, charitatem inflāmat, ac tātam confert trāquillitatem, exuberātiā & hilaritatem in corde, vt per redundātiā causet bonum ac hilarem apparatum in corpore De his posset grādis protrahi sermo verum hic reor sufficere, pauca ex pluribus tāgi. Nempe si plene credamus fontem totius grǣ in hoc sacramēto realiter contineri, ipsumq; dominum Iesum Christum verum deum & hominem ex incomparabili sua ad nos ardētissima charitate tam increata quàm infusa, atq; ex sua superefflūetissima liberalitate, ac gratiosissima pietate, seipsum in sacramēto hoc nobis offerre, largiter cōicare, tāta quoq; mirabilia in eo propter nos perpetrare, ambigere nō valemus, quin paratissimus sit grārum suarȝ charismata sumētibus sacrm̄ hoc copiose infundere, ac liberaliter valde conferre, quātum in ipso est, hoc est, dummodo communicātes obicem nō ponāt sed cum diligētia præparēt se cōdigna, potissimum cum dn̄s ac saluator tā seriose ac amorose, Iohā.6

C imo etiā cum horribili comminatiōe nos inuitet ad hāc sacratissimā cōionem: Nisi (inquit) mā ducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinē, nō habebitis vitā in vobis. Si igitur vis gratijs, fructibus, atq; effectibus tāti sacramenti repleri, refici, iucūdari, exuberare, ac impinguari, diligētissime pensa altitudinem tāti mysterij, omnem charitatem, misericordiā, munificentiā filij dei, imo totius superdignissimæ Trinitatis ad te. Ad quæ quāta & qualia filius patris ęterni fecit, assumpsit ac pertulit pro tua salute, & quod in hoc sacramento te visitare dignatur, sicq; ex horum consideratione accendatur cor tuum ad ipsum syncerissime redamādum, ad ipsum reuerenter ac feruide suscipiēdum, ad regratiādum ei totis præcordijs, ad honorādum eum totis viribus, vt incessanter sis solicitus, ne benignissimū eius aspectum in vllo offendas, ne maiestatem eius immensam in aliquo inhonores, ne gratiosam eius præsentiā à cordis tui hospitio vsquàm aut vnquàm repellas, & breuiter vt multa paucis concludam, cum nihil ab ipso elonget, separet, impediat, nisi peccatum, esto summe solicitus omnem vitare culpam, quantum humana sinit fragilitas. Etenim peccatum mortale effectus saluberrimos sacramenti istius totaliter impedit, ipsumq; sumentem grauissimo inuoluit facinori, ac diriori reatui. Venialia vero, præsertim grossiora, & quę per negligentiam, incustodiam, incuriamq; contingunt, multum valde impediunt, minuunt, intercipiunt fructus salubres ac dulces sacramenti cœlestis Si ergo ita solicitus fueris semper omnem culpam vitare, omnem obicem remouere, teq; mundum receptaculum exhibere, senties & experieris certissime p̄claros & gloriosos hui⁹ sacramenti effectus. Intrabit ad te, & introibit in animam tuam, intellectum atq; effectum, in viscera spiritus tui, Christus virtus & sapientia dei patris, cum effusione, & cōmunicatione opulentiæ suæ, ostendet oculis tuæ mētis diuitias gloriæ suæ, queādmodum anima sanctæ Agnetis, quę dixit: Osten

Ostendit mihi thesauros incomparabiles, quos se mihi daturum, si ei pseuerauero, repromisit. D
Psalm. 18 Veniet & ad te sol sapientiæ, cum emicatione largiflua, illustrationes supernæ, cum luminoso
Psalm. 72 fulgore illuminabit oculos cordis, vt cōsideres atq; intelligas mirabilia legis suæ, & habeas fidē cū rōnibus credēdorū, ac depurate intelligētia mētis. Sic illuminatus ac speciāl'r introductus in sanctuariū dei, in lucis incircūscriptæ abyssum, circūdatus lumine intueberis cōnexionē & ordinē, cōsonantiā, rōnes, fundamēta ac firmamēta fidei tuæ, apparebitq; tibi, & verè sic ē, q̄d nihil sit rōnabili⁹, nihil certius, nihil pfundi⁹ assertōibus fidei Chrianæ, dū oīa cōportant. O q̄ re pēte ab aduētu & choruscatiōe visitatiōis & illustratiōis ptactę, recedēt ac fugiēt ab interioribus tuis nebulæ passionum, caligines inordinatarū affectionum, inquietudines solicitudinum, tentationes circa mirabilia fidei, obscuritates errorū, & oīa erunt serena, trāquilla, & iucunda in te.
Cant. 5 Sic igit ingrediens Christus in te cœnabit tecum, etiā ante prandium, & seipm proponet tibi
Eccl. 15 in ferculū, dicēs: Comede amice, & bibe, & inebriare charissime. Comede panē hunc vitę & in-
Psalm. 35 tellectus. Degusta, & vide quàm dulcis sim ego. Nullus corruptibilis cibus ita delectat, & cōfortat, impinguat, extendit carnem mortalem, quemadmodum cōtemplatio, degustatio & interna ista refectio sapīæ quæ est Christus, fidelissimā animā immortalem. ¶ Porrò, ex ista tam lucida intuitione sapīæ æternalis, protinus vehementer accendet amore ipsius tuus affectus, & tunc vere deifice ac supernaturaliter in Christum mutaberis, secundum quod amor pręsertim supernaturalis infusus, prædominans, transformat amantem in amatum. Cumq; amatum hoc increatum sit verę amabilitatis penitus infinitæ, ac simul immensæ efficaciæ ad trahendum ac rapiendū in se, ad alterandum inflammandumq; apicē affectiue, trahit sæpissime mētem amātis tam valide, tā prædominātēr & gratiose in se, in diuitias gloriæ suæ, in oceanum deliciarum E beatitudinis suæ, quod apex mentis prorsus absorbet atq; demergit in ipsam deitatis abyssum præ cuius admiratione, intuitione, dilectione, degustatione, complacētia deficit prorsus à se, tamq; vehemēter mens tota deitati intēta est, quod omnes vires sensitiuæ inferiores à suis actibus suspenduntur, harmonia velut congelatione quadā constringitur, corpus sopitur, membra rigescunt, motiua vis deficit, iacetq; caro velut truncus immobilis, nec viuit homo tunc vita animali humana, sed intellectuali ac deiformi dumtaxat. De his multa legunt in libris de quibusdam sanctis personis, imo & nonnullis innocentibus pręelectis puellis, quæ ad huiuscemodi perfectiones prorsus mirabiles ac diuinas perductæ sunt, nō solum interdum aut raro aut duratione permodica, sed valde frequenter, & per spacia longa, & quædā septies, aut circiter omni die. in om̄i quoq; sacra communione & celebratione, præsertim sub eleuatione. Quod si quis ista nō credat, in prōptu est, etiā his diebus hoc demonstrare ad oculum. Iacent ac degunt hinc inde deuotissimæ puellæ ac fœminæ, in seculo & in cœnobijs, & forsitā aliqui viri, in q̄bus ista
Psalm. 50 & similia aguntur & cōspiciunt, quibus deus om̄ipotēs & æternus, incerta & occulta sapīæ suæ demonstrat. Quæ personæ per huiusmodi supernaturalia grārum charismata, sunt vtiq; euidens signū atq; sufficiens argumētū veritatis fidei Christianæ, eis potissimū quæ q experimētaliter aut aliter norunt, qualiter hæc contingāt. Nempe per supernaturales huiusmodi vnctiōes inflammationes, mysticas visiones, transformationes, illustrationes, degustationes & raptus, mens humana præcipue roboratur in fide, in catholica veritate, in ecclesiastica vnitate, in quibus per hæc immobiliter stabilitur, & superclarissime certificatur. ¶ Præterea, per ista sancti F doctores Ecclesię beatissimi patres Hieronymus, Augustinus, Gregorius, Ambrosius, & alij innumerabiles sancti & illuminatissimi viri, in fidei veritate, tam certi & immobiles sunt effecti, qui etiam in libris suis ad laudem & gloriam creatoris sibi hæc contigisse & concessa esse, seq; ista & his maiora expertos esse restati sunt, imò gloriosus ille Hieronymus in regula sua fassus est se frequenter in huiusmodi raptibus fuisse absorptum, alienatum, sopitum, per hebdomadas integras sine interruptione. Talibus splendidissimis stellis cœlum militantis ecclesiæ innumerabilibus fuit ornatum. Tales habemus fidei nostræ testes, & nunc nos qui credamus vix tot sumus, quot tam idoneos & omni fide dignissimos testes habemus, quorum vtique conuersatio fides, doctrina, per innumerabilia præclara, ac soli Deo possibilia miracula, copiosissime approbata est & confirmata. Hæc te latuerunt o reprobe & infelix Auerrois, & plane si prætactos effectus, & fructus gloriosissimi sacramenti vnquàm saltem semel gustasses, nunquàm tam blaspheme loquutus fuisses. Itaque ad obtinendum hos effectus, ad degustandum fructus præfatos sacramenti, nos strennue præparemus coram altissimo, indesinenter timorati, custoditi, ac feruidi persistamus, omnemq; simulationem, duplicitatem, vanitatem, carnalitatē, diabolicamq; ambitionem, (quā culpæ innumerabiles concomitantur) supremo detestemur horrore, & corā iudice summo in cunctis synceri simus ac iusti, in syncerissimū affectum totius boni & honesti integre trāsformati, ac zelo diuini honoris, ac boni communis inextinguibiliter inflammati. Ad laudem omnipotentis dei &c.

¶ In solennitate sancti Iohannis Baptistæ.

¶ Enarratio lectionis loco Epistolæ: Audite insulæ, & attendite &c. Esa. 49.

Lectio

A LEctio iſta ex Eſaia propheta eſt ſumpta, cuius oīa verba ibi ad literā de Chriſto ſunt ſcripta. Myſtice vero valde cōueniēter exponunt̄ de p̄clariſſimo Chriſti mēbro, ac milite beatiſſimo ac ſanctiſſimo Iohāne Baptiſta, q̄ in donis gr̄æ, efficacia p̄dicandi, ſanctitateq́ꝫ vitæ, magnā cū Chr̄o ſil̄itudinē habuit. Itaqꝫ ex pſona ſancti huius Iohānis nūc dr̄: ⌊Audite inſulæ⌋.i. hoīes in inſulis habitātes.

¶Porrò inſula dr̄ regio ſeu ꝓuincia in medio aquæ ſeu maris ſita, ſuntq́ꝫ inſulæ multæ ad fidē cōuerſæ, vt Cyprus, Anglia, Cręta, Rhodus, Hybernia &c. ⌊& attēdite ppl̄i de longe⌋.i. q̄ lōge & in extremis mūdi partibus habitatis, q̄ꝝ etiā multi Chr̄iani effecti ſunt, vt Indi, Hiſpani, Sueci. Quid aūt aduertere debeāt, ſubditur: ⌊Dn̄s ab vtero vocauit me⌋.i. deus oīpotēs p angelū Gabrielē nomē meū p̄nūtiauit, & mox cū ꝓceſſiſſem ex vtero inſtigauit patrē meū Zachariā ad inſinuādum nomē meū p verba ſcripta. Sil̄r matrē meā Eliſabeth excitauit, vt nomē mihi imponēdū ꝓferret. Ait em̄ Lucas, ꝙ Gabriel archāgelus Iohānis cōceptionē & natiuitatē Zacharię p̄dicēs, inter cętera ait: Vocabis nomē eius Iohānē. Die q̄qꝫ octauo poſt natiuitatē Iohānis cū veniſſent ꝓpinq̄ eius ad circūcidēdū Iohānē, vt vellēt eū appellare noīe patris, Eliſabeth dixit: Nequāq̄, ſed vocabit̄ Iohānes. Cumq́ꝫ p ſigna interrogarēt patrē eius, ſcripſit: Iohānes eſt nomē eius. ⌊De vētre mr̄is meæ, recordatus eſt noīs mei⌋.i. exprimēdo nomē meū mō p̄tacto, monſtrauit ſe memorē noīs mei. Vel: De vētre mr̄is meæ recordatus eſt noīs mei.i. gratioſe & miſericorditer affuit mihi in vtero mr̄is meę, in quo ſanctificauit me, & ſtatim ex vtero, qm̄ ſp cōſeruauit me in gr̄a. Dicit̄ em̄ deus recordari eoꝝ, q̄bus grām ſuā largit̄. Obliuiſci vero, q̄s gr̄a priuat, & iuſte finalr̄q́ꝫ relinq̄t. ⌊Et poſuit os meum quaſi gladiū acutū⌋.i. ſermonē iuſtæ increpationis & verba penetratiua vitioꝝq́ꝫ reſecatiua p̄ſtitit mihi. Hoc ex Euangelio ſatis patet. Vnde in Matthęo legimus, S. Iohānem dixiſſe Iudæis: Progenies viperaꝝ q̄s oñdit vobis fugere à vētura ira. Herodi em̄ dixit: Nō licet tibi habere vxorē fratris tui, ⌊in vmbra manus ſuæ⌋.i. in adiutorio potētiæ ſuæ, ⌊protexit me⌋ à ruina peccati, ita ꝙ impioꝝ pſequutio animæ meæ nō nocuit, imò ꝓfuit, qm̄ gr̄am patiētiæ tribuit mihi. Sic em̄ protegit deus ſuos electos, nō quod non pmittat eos in mūdo hoc tribulari atqꝫ ab impijs trucidari. Cum ſcriptum ſit: Multæ tribulatiōes iuſtoꝝ, ſed q̄a in tribulatiōe patiētiā, & p eam pro tpali tribulatōe coronā donat æternā, iuxta illud Iacobi: Beatus vir q̄ ſuffert tentationē, qm̄ cū probatus fuerit, accipiet coronā vitæ, quā repromiſit deus diligētibus ſe. ⌊Et poſuit me ſicut ſagittā electam⌋ itaꝙ ſicut electa ſagitta à ſagittāte emiſſa velociſſime mouetur, & recte pungit ad ſignum, ſic ego in oīnibus à ſpū ſancto promptiſſimè motus ſum, & audiētium corda directe tetigi. ⌊In pharetra ſua⌋.i. potentia ac ſapīa ſua, ⌊abſcondit me⌋.i. oculis hoīm me ſubtraxit, ita ꝙ in heremo latui, quouſqꝫ placuit ſuperſapiētiſſimo oīpotentiq́ꝫ deo, vt irem ad publicū gr̄a prędicandi ac baptizādi. ¶Præterea, ſapīa ac poteſtas dei rectè p pharetrā deſignat̄, quia ſicut ex pharetra ſagitta proijcit̄, ita ex potentia & ſapīa dei hoīes iuſti ad opa ſancta dirigunt̄ atqꝫ mouent̄. ⌊Et dixit mihi: Seruus meus es tu Iſrael⌋ Quia Iohānes fuit ſpecialiſſimus ſeruus Chriſti vtporè eius p̄curſor, preco, Baptiſta, propheta. Dicit̄ quoqꝫ Iſrael, vel, quia de ſemine Iacob, q̄ alio noīe dictus eſt Iſrael, natus eſt, vel, quia excellēs fuit contemplator diuinoꝝ, atqꝫ altiſſimā habuit reuelationē de ſumma trinitate in Chtiſti baptiſmate, quia tunc vidit ſpm̄ ſanctū in ſpecie columbæ ſuper Chriſtum deſcendētem ac quieſcētem, audiuitq́ꝫ vocē dei patris, dicētis de Chriſto: Hic eſt filius meus dilectus, & ipſum dei vnigenitum contrectauit ac batizauit. Iſrael aūt interp̄tat̄ vir vidēs deum, ⌊quia in te glorificabor⌋.i. per tuam prędicationē & ſanctitatē glorioſus apparebo, & poteſtas ac excellētia mea innoteſcēt hoībus. Hi quoqꝫ quos conuerteris ad me, maieſtatē meā venerabunt̄. ⌊Et nūc hæc dicit dn̄s, formās me ex vtero ſeruum ſibi⌋ hoc eſt, in vtero matris meæ ſpiritu ſancto me implens, vt ſim idoneus Chriſti præcurſor, iuxta illud Lucæ p̄rio: Spū ſancto replebitur ex vtero matris ſuæ. ⌊Dedi te in lucē gentium⌋.i. illuminatorē ac magiſtrum populoꝝ te feci, ⌊vt ſis ſalus mea⌋.i. ſalutaris miniſter & inſtrumētum quo alios ſaluabo, q̄a p tuā prędicationē eos cōuertā ⌊vſqꝫ ad extremū terræ⌋.i. fines mūdi. Poſſunt aūt p gētes, gētiles intelligi. Et q̄uis ſacratiſſimus Chr̄i Baptiſta in propria pſona nō p̄dicauit gētilibus, ſed Iudæis, tn̄ q̄a doctrina eius in Euāgelio ſcripta oībus gētibus mūdi eſt p̄dicata nūc dr̄: Dedi te in lucē gentium &c. ⌊Reges videbūt, & cōſurgēt principes⌋.i. reges & principes ad fidē cōuerſi, videbūt oculo interiori doctrinā & ſanctitatē Iohānis atqꝫ ad eius reuerētiā ſe mouebūt, imò ad dei obſequiū & honorē. Propter q̄d ſubdit̄, ⌊& adorabūt dn̄m deū tuū⌋ cui ſoli cultus latrię eſt exhibēdus, ⌊q̄a fidelis eſt⌋.i. fidelitatē cōſeruās, & implēs ꝓmiſſa, iuxta id Pſal. Fidelis dn̄s in oībus verbis ſuis. Apl̄s quoqꝫ: Fidelis (inq̄t) deus q̄ nō patiet̄ vos tentari ſupra id q̄d poteſtis, ⌊& ſanctum Iſrael⌋.i. deū ſanctifcatorē Iſraeliticæ plebis, ſeu S. Iacob p̄triarchæ, q̄ alio noīe dicit̄ Iſrael, ⌊qui elegit te.⌋ o beate Baptiſta, in tantum, quod dixit de te: Inter natos mulierum non ſurrexit maior Iohanne Baptiſta.

Marginal references: Lucę.1. — Ibidē — Matth.3 — Marci.6 — Pſalm.33 — Iaco.1 — Geneſ.32. et.35 — Iohan.1. — Matth.3 — Marci.1. — Lucę.3 — Lucę.1 — Pſal.144 — 1. Cor.10 — Matth.11

¶Sermo primus circa Epiſtolam: Quàm ſit iuſtorum ac reproborum ſermo diuerſus, & qui ſint digni fructus pœnitentiæ.

Iohānes

no conuictu, suauis, effectuosa ac hilaris. Fuit quoque & nobilis imo illustris, vtpote, ex regia stirpe descēdens, fuit etiā plurimū diues & domina castelli nomine magdalū, à quo & magdalena est appellata. Erat itē male libera, vtpote vtroque parente orbata, nec fuit qui eā cōpesceret, sed & libidinosorum cōsortia abundauit, & propter prædicta multi in eius cōcupiscentiā exarserūt. Vitiose demū cōsuetudini diu seruierat, & adolescentula fuit. Cū ergo tot haberet incitamēta peccādi, tot retinacula in peccatis, tot impedimēta salutis, quis vnquā putasset eam tam subito atque plenarie conuertendam? Verum vt ait saluator: Spiritus vbi vult spirat. Estque vnū gratiæ genus, quod non solū inclinat ad bonū, sed omne quoque boni obstaculū, oēm obicem tollit, & quos deus prædestinauit, hos & vocat, cōuertit & applicat sibi. Insuper perfectio cōuersionis sacratissimæ huius Mariæ pensatur ex termino ad quē, hoc est ex dispositiōe suæ mentis, ad quā per suā conuersionē deuenit. Nam sicut ante suā conuersionē fuit in septem peccatis mortalibus quasi extreme ea tam frequenter & affectuose seu feruide iterans & exercens, ita quod indesinenter toto cordis affectu vitijs & cōcupiscentijs seruiebat, sine mensura ac reseruatione transgrediens, ita post suā cōuersionē peruenit ad virtutes præfatis peccatis cōtrarias, secundū supremū gradū earum, incessabiliterque cum omni feruore insistens fuit excellentissimis actibus harum virtutū, ita quod sicut ante fuerat superbissima, valde gulosa, accidiosa, lasciua &c. Sic postmodū facta est humillima, sobrijssima, feruētissima, castissima, ac spūalissima. Secūda virtus & excellētia eius est admirāda satisfactio eius in primordio suæ cōuersiōis, de qua satisfactione iā in expositiōe aliqua tacta sunt. Mox etenim vt inspirāte superpijssimo deo pctā sua attēdit & mēte ad deū cōuersa est per cōtritionē pcordialē, feruidūque amorē, properauit ad eū quē peccādo offenderat dei vnigenitū deū incarnatū, & quantū cōtra eū se extulit per timorē superbiæ, tantum se ei humiliauit corā ipso se prosternēdo humillime. Et quantū male glorificauit se & in delicijs fuit, tantum corā Christo seipsam afflixit intime dolēdo atque tam copiose plorādo, quod lachrimis suis pedes rigauit illius. Denique tā ineffabiliter de suis doluit culpis, & tantum corā deo de suorum turpitudinibus vitiorum erubuit, quod non obstāte sui generis dignitate prænobili, nec adolescētia aut opulentia, non vocata corā tot discūbentibus introiuit, & in eorum præsentia tantum se humiliauit, tā copiosissime fleuit, & cętera quæ in euāgelio isto scripta sunt egit. Etenim mēs eius ita fuit absorpta diuino amore, cōtritione interna, cōpunctione amara, & sancto de suis peccatis pudore corā deo, quod de hūana cōfusiōe, irisione aspernatiōe, nō curauit, imo ne exteriora attendit. Interea in illo conuiuio impleuit felix hęc magdalena quod postmodū docuit Paulus apost. dicēdo: Sicut exhibuistis mēbra vestra seruire immūdicię & iniquitati ad iniquitatem ita nūc exhibete mēbra vestra seruire iustitiæ in sanctificationē. Queadmodū enim ante peccauerat per oculos suos hincinde vagissime ac lasciue aspiciēdo, ita nūc satisfecit per oculos suos tā vberrime lachrimādo. Et sicut caput suū vitiose ornauit per proprios crines, sic nunc suis capillis optime vsus est per eos tergendo pedes Christi, quos lachrimando rigauit, caputque suum humiliter deiecit in terram, ac deornauit per capillorum suorū dispersionē ac decolorationē, quod ante pompose erexit ac vane ornauit per crines. Rursus vnguēto quo ante fuit abusa pro sui corporis suaui odore, virtuose nūc vsa est pro pedū Christi refrigeratiōe & vnctiōe. Manibus quoque suis quibus abusa fuit per libidinosos cōtactus, nūc bene vsa est per eas tergēdo dñi pedes. Postremo queadmodū totū corpus suū exposuit vitijs, sic totū illud modo prostrauit pietati & excellētiæ saluatoris. Hinc dicit Gregorius: Quot an in se habuit carnis oblectamēta, tot postmodū de se inuenit holocausta. Nā per quæ ante offenderat deū, per ea honorauit nūc eū. Tertia laus & excellētia eius est quod vniuersi quatuor euangelistę tanta cōscribunt de ea, tamque solennē de ea efficiūt mētionē, Imo de nulla fœmina tāta conscribūt sicut de ea, excepta virgine gloriosa. Vnde in euāgelio hodierno sctūs euāg. Lucas verbis paucis expressit multa & magna nimis preconia de hac felici Maria, de qua in euāg. sancti Ioānis frequēs ac laudibus plena fit mētio. Quarta laus & excellentia eius est quod tam familiarissima fuit Christo, tamque fidelissime & inseparabiliter ei adhæsit à suæ conuersionis exordio. Vbique enim sequuta est saluatorem in Iudæa, in Galilęa atque Samaria, & vbique ad pedes eius sedere nitebatur dum potuit vt verba suæ sanctissimæ prædicationis audiret attentius. Ex dilectiōe quoque & familiaritate huius Mariæ Christus dñs domū suæ sororis, videlicet, Martę in hospitiū suū eligere est dignatus. Sed & frēm eius Lazarum suscitauit à mortuis. Denique eā vbique nō solū dulciter excusauit, sed & fauorabiliter valde laudauit, vtpote, primo in isto cōuiuio in domo pharisęi pacto, in quo obseqa sibi ab ea exhibita tā distincte enūerauit, & sibi acceptissima esse monstrauit, eāque pretulit pharisęo, & quod esset purgata à vitijs atque accēsa ardoribus diuini amoris est contestatus. Secūdo excusauit collaudauitque eā in domo Martę suę sororis negligētiā & desidiā huic Marię imponētis dicēdo: Dñe nō est tibi curæ, quod soror mea reliqt me solā ministrare, cui Christus respōdit: Maria optimā partē elegit &c. Tertio in cōuiuio facto in domo Simōis leprosi in Bethania sabbato ramispalmarum, vbi cū proditor & alij qdā indignarent Mariæ de vnguēti effusiōe super caput dñi Iesu Christi saluator ipse rñdit pro ea. Quid inqens molesti estis huiuc mulieri, opus enim bonū operata est in me. Insuper Christo in sua passione fidelissime affuit, & ei inęstimabiliter cōdolebat, cum lachrimis sequebatur eundē crucē suā proprijs humeris baiulantē, & vltimo recessit à cruce. Prima quoque redijt ad Christi sepulchrū, in quo eum vngere fuit parata. Ecce quanta erat huius

Margin notes (left): Iohan. 3 (beside "narie conuertendam … Spiritus vbi vult spirat"); Rom. 8 (beside "destinauit, hos & vocat"); Luc. 7 (beside "ita nūc exhibete mēbra"); Rom. 6. (beside "deiecit in terram"); Luc. 7 (beside "fuit per libidinosos cōtactus").

Margin letters (right): A, B, C.

ius beatissimę mulieris ad Chr̄m dilectio atq; fidelitas. Verū ne sermo hic nimiū ꝓtrahat̄, q̄ re- stāt dicēda sequēti reseruet̄ sermōi, atq; in ꝓinductis sacratissimā Mariā magdalenā sectemur.
D Primo vt audiēdo verba Chr̄i ꝑ os p̄dicatoꝝ aut vicarioꝝ seu deuotorū suorum cōpūgamur pœniteamus & inflāmemur, deinde ad Chr̄m in dextera patris residentē ꝑ fidē & charitatē ac cedamus veniā postulātes, & per viciorū nostroꝝ deplorationē pedes ipsius vngentes, vt gra tiā consequamur & gloriā adipiscamur æternā precibus ac meritis gloriosissimæ Marię magd. cuiꝰ hoc die patrocinia inuocemꝰ, eāq; pꝰ virginē Chr̄i matrē p̄cipue diligamꝰ ac veneremur.

¶ Sermo .ij. De commendatione Marię magdalenę à magnitudine sapien- tiæ & eminentia sanctitatis.

MAria optimā partē elegit, q̄ nō auferet̄ ab ea, Luc. x. In his verbis Chr̄s Mariā mag dalenā sanctissimā de duobꝰ cōmendat. Primo de magna sapiētia eiꝰ, eo ꝙ tā salu- berrime irrep̄hensibiliterq; elegit. Nā bn̄ eligere ē actus prudētię, ꝑ quā hō discer- nit inter bonū & malū, inter bonū q̊q; & melius. Excellētis ergo sapiētię fuit actus, ꝙ Maria hęc optimā partē elegit. Secūdo Chr̄s eā cōmendat de magnitudine sanctitatis, eo ꝙ optimę parti adhęsit. Sed q̄ri pōt q̄ sit optima pars quā elegit Maria? Et rn̄dendū, ꝙ hęc opti ma pars ē id de q̄ statim an̄ hęc verba ait saluator: Porro vnū ē necessariū. Hoc etr̄n vnū summe Luc. 10
necessariū ē de q̄ loquitur Hieremias: Pars mea dn̄s dixit aīa mea. Et Psalmista: Dominus pars hęreditatis meæ & calicis mei. Itaq; optima pars quā elegit Maria ē vnus ac simplicissimꝰ deus, Tren. 3
seu deo pura mente vacare, & ei iugiter adhęrere, iuxta id psalmi: Adhęsit aīa mea post te. Et: Psalm. 15
Mihi adhęrere deo bonū ē. Hāc elegit Maria vcȝ, deū summū & incōmutabile bonū contēpla riatq; diligere, & circa ip̄m iugiter occupari, q̊d fecit ꝑ suā cōuersionē vsq; ad Chr̄i passionem, Psal. 62
postmodū vero multo perfectius egit hoc ipsum, quēadmodū nūc ex eiꝰ virtutibꝰ atq; p̄conijs Psal. 72
oñdet̄. In p̄habito aūt sermōe de q̄tuor est laudata. Itaq; quinta laus eiꝰ est, ꝙ p̄ vniuersis Chr̄i
E discipulis tā apostolis q̄ cęteris, & p̄ oībꝰ fœminis sanctis q̄ eū fuerūt sequutę ipsum dn̄m Iesum Chr̄m sepultū tertio die à sua passiōe celerius q̊ potuit, vtpote, summo mane dū adhuc tenebræ Marc. 16
eēnt ardētius audētiusq; q̄siuit ac vngere cōcupiuit. Apostolis q̊q; Petro & Iohāne ac cæteris Ioha. 20
fœminis sanctis à sepulchro recedētibꝰ Chr̄i, ipsa māserat ibi, stetitq; iuxta illud plōrās ac me- rens, & q̄ ardētissime suū dilexit mgr̄m ante ipsius passionē post passionē eiꝰ taliter demōstra- uit. Sexta laus & excellētia eius ē, ꝙ Chr̄s in die suæ resurrectiōis ei primo apparuit, iuxta illud Marci: Surgēs Iesus prima sabbati apparuit primo Marię magd. Apostoloꝝ q̊q; suoꝝ eā fecit apostolā dicēs ad eā: Vade ad fratres meos, i. ap̄los, & dic eis: Ascēdo ad patrē meū. Venit er- go Maria nuntians discipulis q̄a vidi dn̄m. Hoc q̊q; ad eius spectat p̄conium, ꝙ cū staret plorās Marc. 16
ad monumentū & introspiceret illud, vidit duos angelos in albis sedentes, vnū ad caput & aliū ad pedes, vbi positum fuerat corpus Iesu. Septima laus, virtus & excellentia eius est sua vita san Ioha. 20
ctissima quam post Christi ascensionē & spiritus sancti missionē duxit in terra, vsq; ad tempus quo heremum est ingressas. Cum eñ in die Penthecostes cum apostolis alijsq; vtriusq; sexus p̄electis personis accepisset spiritū sanctū, oīa sua vendidit, & p̄ciū corā apostolis posuit, atq; Actu. 2
per tēpus permanēs in Iudæa sub apostoloꝝ regimine, in oñi cōuersata est sanctitate, tādem infideles obstinatissimiq; Iudęi eā cū sua sorore btā Martha & fratre suo Lazaro sanctoq; Ma ximino vno de septuaginta duobus Christi discipulis, cui princeps ap̄loꝝ beatissimus Petrus cōmendauit Mariā magd. ac alijs multis sanctis fidelibus naui imposuerūt, oēsq; illos sine gu- bernatore & remige ꝑ mare eiecerūt & nauigare fecerūt à se, vt scȝ, oēs submergerent, sed deo disponēte & eius angelo deducēte deuenerūt Massiliā, vbi cū nullus eos hospitio vellet accipe re, sub quadā porticu ꝑmanserūt in oñi paupertate & patiētia. Octaua laus eius est, eminētia mirabiliū q̄ patrauit. Cū eñ felicissima hæc Maria eēt Massiliæ, & ꝑp̄lo ad sacrificia idolorū cō
F fluenti p̄dicasset fidē & legē Christi, nec tñ ab infidelibus ipsa & alij qui secum erant Christifi- deles hospitarentur, ipsa bis per noctem in visione mirabili apparuit cōiugi principis illius ꝓ- uincię, increpans eā, quia sanctos illos Chr̄ianos non bene tractaret, p̄cipiens q̊q; vt suo persua deret marito necessaria vitę illis sanctis cōmunicare, quod dum mulier illa suo marito indicare negligeret, beata Maria magdalena tercia nocte rursus per visionē tam vxorē q̄ eius maritum horribiliter obiurgauit, tunc territi ambo Mariā magdalenā ac reliquos sanctos illos suscepe- runt hospitio ac refecerunt. Quadā vero vice dixit ad eum princeps prædictus. Ecce p̄dicatio nibus tuis ego & cōiunx mea obediemus si nobis filium à deo quē prædicas obtinueris. Orauit ergo pro eis. Cumq; coniunx principis esset impregnata, vir eius iuxta cōsiliū Mariæ magda. voluit nauigare Romā, vt Petrū videret ac audiret apostolū, & plenius instrueretur ab eo. Por ro cōiunx eiꝰ importunis ab eo p̄cibus impetrauit vt nauigaret cū ipso. Cumq; eēnt super ma- re, & grauissima oriret̄ tempestas, irruit in eam repente dolor parturientiū, & inter angustias parturiens filium expirauit. Tunc vir eius mestissimꝰ à nautis obtinuit, ꝙ corpus suæ vxoris cū īfantulo in colle quodā eminente in medio maris depositū est. Post hęc vir Romā veniēs à bea tissimo Petro in fide plenissime ē instructus atq; ab ipso ad Hierosolimę partes ductus, vbi oīa loca in quibꝰ Christus prædicauit, miracula fecit, passus est, & ascēdit, eidē viro oñdit. Qui ex-

pleto

pleto biẽnio p mare reuertẽs,& colli pfato propinquãs viso ibi puerulo illuc applicuit, puerulũq; amplectẽs loquutus ẽ: O Maria magdalena q̃ felix eẽm, si & mulier hęc respiraret, & ecce mulier illa q̃si à somno euigilãs dixit: Magni es meriti apud deũ o Maria magdalena, q̃ mihi in partu & cęteris necessitatibus astitisti. Deinde dixit marito: Queadmodũ sanctus Petrus tibi ostẽdit oĩa loca sacra, sic & Maria magdalena ad eadẽ me deduxit & cũcta mõstrauit. Tunc vir ineffabili gaudio plenus cũ vxore Massiliã rediit, & corã Maria magdalena tã ipse q̃ cõiunx se psternentes cuncta q̃ eis cõtigerant retulerũt, & à beato Maximino susceperũt baptisma, atq; in vrbe sua oĩa idolo℞ tẽpla destruẽtes, Christi ecclesiã cõstruxerũt ibidẽ, ac sanctũ Laza℞ Mariæ fratrẽ elegerunt concorditer atq; fecerunt loci illius episcopũ. Post hęc beatissima hæc Maria cũ sua societate ad ciuitatẽ peruenit Aquẽsem, cuius populũ ipsa cũ cæteris sanctis præfatis per multa cõuertit miracula, in q̃ sanctus Maximinus factus est pręsul. Postremo etiã post obitũ suũ multis fulsit miraculis. Nam & militẽ sibi deuotũ in pręlio sine cõfessione occisum suscitauit à mortuis, q facta cõfessione & corpore Christi sumpto ite℞ obdormiuit in dño. Nũc igitur huius beatissimę fœminę imitemur vestigia despiciẽdo ista terrena ac carnalia vitia vniuersa, q̃tenus deo sancto vero & immortali adhereamus & obsequamur iugiter mẽte pura. Deploremus cotidie vitia nostra, & de hoc q dñm deũ creatorẽ nostrũ toties tanq; enormiter inhonorauimus atq; offendimus vehementissime doleamus, & pro nostris excessibus, oĩa q̃ nobis occurrunt aduersa ęquanimiter patiamur, omniq; hora per oratiões deuotas & meditatiões salubres leuemus corda nostra ad deũ, vt ipse in omnibus nos tueri & gubernare dignetur ad laudem nominis sui.

¶ Sermo. III. De heremitica cõuersatiõe bea. Mariæ magdalenæ & quomõ sit imitanda.

SVb vmbra illius quẽ desiderabam sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Antico℞. ij. Cũ electissima Chri discipula sanctissima Maria magdalena per aliq̃t annos ex feruore charitatis fraternæ animarũq; zelo pro infideliũ cõuersiõe fortiter laborasset, pdicãdo, hortando, miracula faciẽdo, tandẽ cupiẽs sponso cęlesti libera ac quietissima mẽte vacare, & in solo deo quiescere, ac vni illi q̃d solũ necessariũ est iugiter sine interruptiõe quantũ possibile ẽ in hac vita per cõtemplationẽ purissimã feruidissimũq; amorẽ intendere, à cunctis recedẽs hoĩb⁹, vastissimã heremũ est ingressa. Itaq; de octo excellẽtiis eius in pinductis sermonib⁹ q̃d dñs dedit cõscripto, nũc de reliq̃s eius excellẽtiis aliq̃d est tangendũ. Nona ergo excellentia eius ẽ solitaria & heremitica vita quã per triginta annos ĩ aridissimo duxit deserto, priuato oĩ humano solatio, vbi tot annis cũctis hoĩbus fuit incognita. Idq; nõ modicũ auget eius pconiũ, q ipsa in nouo testamẽt. prima hoc arduissimũ atq; altissimũ vitę genus aggressa ẽ, cũ eẽt & fragilis sexu & tenera nobilisq; matrona. V ñ oĩm heremita℞ ac anachorita℞ magistra mater & exẽplar effecta ẽ. Deniq; in illo deserto nec aqua fuit, nec arbor, nec herba humano vsui apta, ex q̃ innotescit q nõ terrenis sed cęlestib⁹ alimoniis eã deus ibi nutrire decreuit. Decima excellẽtia eius ẽ excessus cõtemplationũ ipsius in vita pfata, in q̃ ad tã angelicã puritatẽ ad tã cęlestẽ perfectionẽ à spũ sancto perducta est, q q̃tidie septies secundũ horas canonicas ab angelis sanctis eleuabatur in aere, atq; cęlestiũ agminũ sanctissimos cantus etiã auribus audiuit corporis, sicq; per singulos dies cęlestib⁹ refecta cõsolatiõibus nequaq̃ corporalib⁹ eguit alimẽtis. O pelectissimã Chri discipulã, o amãtissimã dei spõsam, o beatissimã mulierẽ, q̃ in carne mortali & in hoc seculo neq̃ tam angelice, tã supernaturaliter, tã diuinissime vixit. Cui ciues cęlestes tã familiares fuerũt, q̃ in dei amore tã ineffabiliter arsit, & in charitatis sanctę feruore q̃tidie tã excellẽter profecit. Quæ luci inaccessibili tã ĩtime fuit cõiuncta, tã pfunde ĩmersa, tã splẽdissime stabiliter ac deliciose intẽta. Deniq; cũ charitatis feruori seu pfectiõi correspõdeat essentiale pmiũ sancto℞ in patria, qs possit excogitare aut fari quantũ beatissima hæc Maria creuerit seu incrementũ meruerit oĩ hic die in felicitate æterna, in dei beatifica visiõe in fruitiõe ei⁹ prorsus dulcissima? Quid eñ aliud egit die ac nocte p annos illos triginta, nisi deo vacare, laudare, orare, contẽplari, diligere q̃si cõtinue, oĩq; hora validius ipsum amare, intẽtius inflãmari, ita q tota resoluebat ac trãsformabat in deũ? Ecce hæc fuit nobilissima ac felicissima occupatio ei⁹ die ac nocte. Vndecia excellẽtia eius ẽ, gloriosa & miraculosa cõsummatio eius. Cũ eñ p triginta annos habitasset ĩ heremo, & sacerdos q̃dã nõ remote ab ea ĩ eadẽ heremo manẽs, deo eius oculos apiẽte q̃dã die vidisset q̃liter angeli descẽdẽtes eã q̃tidie eleuabãt ĩ aere se deo cõmẽdãs prexit ad speluncã sup quã angeli descẽderũt, atq; Mariã hãc reportauerũt. Cũq; ad iactũ lapidis ppinq̃sset spelũcę, nõ potuit vltra pcedere, sed stupida reddebãt crura ipsius. Adiurãs ergo dixit: Per deũ adiuro te, q in illa moraris spelũca, vt dicas mihi an rõnalis sis creatura. Rñdit bea. Mar. mag. Meministi de famosa illa peccatrice, q̃ pedes saluatoris lacrimis lauit? Et ille. Vtiq;, cui Maria: Ego inq̃t sum illa, & q̃m deo reuelãte scio me cito migraturã de seculo isto, vade & dic Maximino epis. vt pxĩo die resurrectiõis dñicæ hora q̃ ad matutinas surgere solet, oratoriũ solus ĩgrediat & me ibi ĩueniet. Cũq; Maxi. epis. iuxta sacerdotis relationẽ hora pfixa oratoriũ introisset, inuenit beatissimã Mariã magda. in choro in medio angelorum stantẽ & duo℞ cubitorũ spacio à terra leuatã, extẽsisq; brachiis exorantẽ, splendu

A splenduitq́ vultus eius vt sol. Cõuocato aũt p̃fato sacerdote omniq́ clero, beata Maria Mag. corpus & sanguinẽ Chr̃i cũ maxĩa lachrymarum inundatiõe suscepit, deinde añ altare deuotissime se prosternẽs ac orans tradidit sp̃m. Et protinus suauissimus odor ibi diffusus est, q per septẽ dies durauit. Præfatus demũ Ep̃us sacratissimũ Mariæ huius corpusculũ diuersis cõditum aromatibus cũ ingẽti sepeliuit honore, atq; post mortẽ suã se iuxta eã sepeliri p̃cepit. Ecce q̃tũ hanc suã charissimã Magdalenã Chr̃s honorauit altissimus. Ipsa plane est pœnitẽtiæ forma, pœnitẽtiũq́ exemplar, vas ineffabilis misericordiæ dei, honor & gloria populi Christiani, q̃ cũctis fidelibus post beatissimã Christi matrẽ est singulariter diligẽda, honorãda & inuocãda quã qui bene cõsiderat, desperare nõ potest. Sed imitemur virtutes ipsius, vilipendamus omnẽ prosperitatẽ terrenã & ad cœlestẽ beatitudinẽ toto properemus cordis affectu, q̃m teste ap̃lo mũdus trãsit & cõcupiscẽtia eius. Nec aliq̃d est tã stultũ, sicut propter huius breuissimæ vitæ diuitias, delitias & honores, summũ & incõmutabile bonũ, q̃d deus est, perdere, æterna felicitate priuari, & vltra hoc p̃petuã illã infernalẽ calamitatẽ ac pœnã mœreri ac adipisci. ¶ Fuit cleric⁹ noĩe Stephanus, q ad tantã vitiorum enormitatẽ deuenerat, q̃ nec verba exhortatiõis aut correptionis volebat audire. Veruntñ in beata hac Magdalena magnã habebat deuotionẽ, eius q̃q; vigiliã ieiunauit, festũq́ coluit. Cui semel in visione apparuit hæc Maria inter duos stans angelos, eũq́ increpans, q̃ tã impie cõuersaret, dixitq́: Surge & pœnitentiã age, q̃a nec ego te deseram donec deo fueris recõciliatus. Qui mox tantã sibi infundi grãm sensit, q̃ cœnobiũ intrauit, atq; in eo p̃fecte se emẽdauit, in cuius morte visa est beatissima hæc Maria iuxta feretrũ cũ angelis astitisse, eiusq́ animam quasi columbam cũ laudibus in cœlum tulisse. Ex quo probatur q̃ bonũ sit & salubre beatissimam Magdalenam in honore habere, ad laudem dei, &c. 1. Johan. 2

AD RELIGIOSOS.

B ¶ Ser. IIII. Quod variis ad se modis trahit deus aĩas, & q̃d sit in cellã vinariã introduci.

INtroduxit me rex in cellã vinariã, ordinauit in me charitatẽ. Cant. 2. Variis modis allicit & cõiungit sibi oĩpotens deus aĩas hoĩm in hac vita. Quosdã etẽm hoĩes post expurgatiõnẽ ab originali, p̃seruat à p̃ctis mortalibus, in innocẽtia eos custodiẽs, & faciens eos sibi seruire desiderio felicitatis æternæ, aut q̃d perfectius est, ex puro deitatis amore, eo q̃ deus in seipso sit summe honorabilis atq; amabilis, nõ intuitu p̃mii seu ex reflexione aliqua ad mercedẽ. Aliq̃s vero p̃mittit innocentiã p̃dere & ad tẽpus errare, & tñ q̃a electi sunt t̃pe desup̃ p̃stituto eos reducit, & q̃sdã p̃ tribulatiões & aduersa, q̃bus dat vexatio intellectũ, in q̃bus implentur q̃d p̃ Osee p̃dixit: Sepiã viã tuã spinis. Quosdã vero reducit timore dãnatiõis æternæ, in q̃bus timor seruilis fit initiũ sapiæ, q̃ dicere p̃nt deo: A verbis tuis formidauit cor meũ. Alios reducit & allicit sp̃ũali & occulta q̃dã dulcedine & cõsolatiõe interna, q̃rum corda suppñssime p̃uenit & cõpũgit ac miro feruore succẽdit. Illuminat nãq; corda eorum ad intuẽdũ q̃ scelerate vixerunt, q̃ grauiter dñm offenderũt, q̃ ingrati suo fuerũt creatori, ita q̃ p̃ctã eorum ipsis incipiũt displicere, inquãtũ fuerũt inhonoratiua, offensiuaq́ dei. Et p̃ sp̃uales suauitates q̃s eis infũdit retrahit eos à voluptatibus prauis. Et hic modus cõuersionis est altior. Sicq́ cõuertit beatiss. Mariã hanc Magd. q̃ cũ esset iuuẽcula, speciosa, nobilis, opulẽta, omni se dedit voluptati, sed aspirante ac radiante in ea sp̃ũ Chr̃i, subito est cõpuncta, dulciter affectata, vehemẽter cõtrita, ac deinceps ducta in cellã vinariã, in sanctuariũ dei, in torrentẽ voluptatis diuinæ. ¶ Quæ est ista cella vinaria? Certũ q̃ p̃ eã intelligi possit militãs & multo aptius triũphans ecclesia, in q̃bus vinum sp̃ũs sancti potat. i. diuinæ bonitatis affluentia degustat, summæ bonitatis amore cor inebriat, increatæ beatitudinis atq; dulcedinis participatiõe rõnales sp̃ũs copiose reficiunt. Rursus cella vinaria fuit cœnaculũ istud grande, in q̃ gloriosi ap̃li, aliiq́ discipuli vnà cũ sc̃tis mulieribus, q̃rũ vna fuit beatissima ista Maria, susceperũt sp̃m sanctũ in copia maxima in plenitudine inaudita, in participatiõe dulcissima. Vnde subito sp̃ũaliter ac feliciter inebriati, cũ tanto ĩpetu sunt egressi, cũ tanto cœperũt p̃dicare feruore, tantã ostenderũt cõstantiã, q̃ aduersarii fabulabant, q̃a musto pleni sunt isti. Item cella vinaria fuit illa deserti speluca, vbi triginta annis morata est Magdalena, nulli hoĩm interim visa, vitã agens cœlestẽ in terris, vbi q̃tidie dulcedine cõtẽplationis sup̃næ, feruore dilectiõis diuinæ, delectatiõe melodiæ angelicæ, aspectu, deportatiõe, cõsortio angelorum sanctorum tanq̃ suauissimis ac fortiss. vinis, eatenus est repleta q̃ alimẽta alia non q̃rebat. Adhuc aũt cella vinaria est bona cõscia, mẽsq́ deuota, in q̃bus sp̃ũales delitiæ cõtinẽtur & variæ refectiões, cõfortationesq́ aĩæ. Cella q̃q; vinaria est sapiæ donũ, in q̃ mystica theologia sicut actus in habitu cõtinet, & delectatio gustatur secreta, imò & cella vinaria est quæcunq; cõgregatio virtuosa, in qua multiplex vinũ est. i. diuersa charismata sp̃ũs sancti, q̃m vnusquisq; propriũ donũ tanq̃ speciale vinũ habet à deo, quo dono & aliũ potest potare. i. in aliquo modo ei prodesse. Itaq; in oẽs cellas istas vinarias introduxit rex cœlestis Chr̃s dñs hãc electissimã suã discipulã Mariã Magd. Introduxit quippe eã primo in militantẽ ac primitiuã ecclesiã, q̃a quæ antea fuerat membrũ synagogæ ac Satanæ, operante vnigenito dei facta est virtuosa p̃sona ecclesiæ primitiuæ ex Iudaismo conuersæ, ac vinũ & optimũ membrũ Christi. Primo nã q̃ magna peccatrix, facta est sancta, eximia, tamq́ excellens in sanctitate, quantũ ante abundauit in

Margin: Esa. 28; Osee. 2; Psal. 20; Psalm. 118; Cant. 2; Psalm. 72; Psalm. 35; C; Lucæ. 24; Acto. 2; 1. Cor. 7; Lucæ. 7

Acto. 2 uit in vitiositate. Deinceps in die sancto pẽticostes introducta est à rege Chr̃o in cellã secundã
vinariã, vtpote in grande illud cœnaculũ, in q̃ tũc tãto exuberãtius repleta est spũ sancto, q̃to D A
ad eius copiosam susceptionẽ fuit magis disposita, hoc est in fide, cõpũctiõe, deuotiõe p̃clarior
Si em̃ ante Chr̃i passionẽ tã familiarissima, cõpunctiss. & deuotiss. fuit saluatori, imò si in cõuer
Lucæ. 7. sionis suæ exordio tãta repleta est cõtritiõe, ꝙ corã cõuiuantibus nõ erubuit introire, seq̃ corã
Chr̃o prosternere, & sua deflere pct̃a, tanta q̃q; cõpunctiõe, ꝙ suis lachrymis lauit pedes salua
Ibidẽ. toris: Tanta itẽ dilectiõe, ꝙ dictũ est ei, Remissa sunt ei pct̃a multa, q̃a dilexit multũ, tanta de-
Luc. 10 mũ deuotõe, ꝙ sorore eius Martha circa frequẽs obsequiũ occupata ipsa ad pedes Chr̃i sederet
tota auiditate verbis eius intẽta, & optimã iã eligẽs vitã, q̃ta fuit eius cõpunctio, cõtritio, deuo
Marc. 16 tio & dilectio post Chr̃i resurrectionẽ, cũ surgẽs à morte ei prio apparuisset, & sæpi⁹ eũ vidisset
Iohan. 20
Act. 1. atq; in cœlũ cõspexisset ascẽdere: Cũ ergo tã speciali excellẽtia fuerit in die pẽtecostes ad abũ
dantissimã spũs sancti infusionẽ aptata, palã ꝙ exuberãtissima eius susceperit charismata, & ex
illo die & deinceps in om̃i feruore, deuotiõe, sapĩa, p̃fectiõe mirabil̃r valde p̃fulsit, ꝙ etiã ex ei⁹
probat̃ legẽda. Qm̃ dũ cũ q̃busdã magnis vtriusq; sexus sc̃tis deuenisset Massiliã, ipsa p̃ oĩbus il
lis prima exorsa est Christũ cõstantissime p̃dicare, & in visiõe principi terræ, eiusq̃ cõiugi mi-
ro mõ apparuit, cõminatiões, exhortatiõesq̃ fecit, & puer̃ impetrauit eis à dño, atq; cũ princi-
pissa illa cõuersa & in mari periclitata mirabilissima egit, ac suis miraculis & doctrinis multos
cõuertit ad Christũ. Post hæc introducta est à rege in cellã illã vinariã deserti speluncã, in qua
triginta annis mũdo incognita, cœlestibus cõsolatiõibus, refectiõibusq̃ diuinis tãto copiosius
refouebat̃, q̃to plus deerant ibi hũana solatia, q̃a neq; aquar̃ fluenta, nec herbæ, nec arbores e-
rant ibidẽ. Ipsa vero q̃tidie septẽ horis canonicis ferebat̃ in aera angelicis manibus, & cœlestiũ B
agminũ gloriosos, dulcissimosq̃ cõcentus audiuit, etiã corporalibus auribus, de quo sancto aut E
sancta legit̃ quid æquale: Quanq̃ magna legantur de beatissima Maria Aegyptiaca, sanctoq̃
Paulo primo hæremita. Insup introducta est in cellã vinariã .i. syncerae cõsciæ mansionẽ, mẽ
2. Corin. 1. tisq̃ deuotissimæ thalamũ. Nã rediit ad seipsam, discussit & expurgauit cõsciam suã, & gloria
eius fuit testimoniũ cõsciæ suæ, ꝙ de suis excessibus tã efficaciter & cõplete pœnituit, atq; post
suã cõuersionẽ tã p̃seueranter, fructuose & sancte se habuit. Studeamus ergo & nos cũ affectu-
osiss. hac Maria introduci in p̃fatas cellas vinarias, vt simus viua mẽbra ecclesiæ, & à spũ sc̃tõ re
gamur, moueamur & p̃ficiamur in oĩbus. In religiõe q̃q; q̃ vtiq; rite vocat̃ cella vinaria vere reli
giose iugiter cõuersemur, & in cellulis nr̃is tãq̃ i cellulis vinariis cœlesti cõsolatiõe, spũaliq̃ gau
Acto. 2 dio recreemur, ãgelico cõsortio delectemur, cõtẽplatiõis dulcedini ĩmoremur, supnor̃ inũda
Pro. 9 tiõe charismatũ tãq̃ vino cõdito & malor̃ granator̃ musto p̃fũdamur, potemur & inebriemur
bibẽtes vinũ q̃d sapĩa miscuit nobis, q̃d germinat virgines, cũ in vino materiali sit luxuria virgi-
nũ corruptiua. Postremo, vt hæc cõsequi mereamur, introeamus q̃tidie, imò omni die frequẽ
Esaiæ. 46 ter secretũ cõsciæ nostræ, & redeamus ad cor, ad habitaculũ nr̃æ mẽtis, viuaci p̃scrutatione in-
spicientes an q̃d dei offensiuũ in nostris resideat cordibus, an q̃d veræ religioni, sanctæ chari-
tati, spũali profectui cõtrariũ egimus, an negligẽtiæ & torpori dedimus locũ, an linguæ incõti-
nentes fuimus, an vagi corde ac sensibus, an in cibo, potu, somno supflui, an impetũ passionũ se
quẽdo lõge à recta discessimus rõne, an iuxta nr̃æ vocatiõis exigẽtiã, ac nr̃æ professiõis tenorẽ
spũali profectui cõdignã p̃stitimus operã, an scãdalizauimus seu inquietauimus quemq̃. Et in
quocũq; hor̃ aut cõsimiliũ inuenerimus nos esse culpabiles, protinus pœniteamus & castige- F
mus nosipsos, veniamq̃ poscamus & cõfiteamur plenarie, satisfaciamus pro posse. De cætero C
Pro. 4 talia omni cũ vigilãtia mẽtis cauẽtes, & corã altissimo in oĩbus timorate ac custodite feruẽter ac
syncerissime, incessabiliter ambulãtes, Ad laudem & gloriã eius, Amen.

¶ Sermo. V. Contra lapsum in peccata, & ꝙ delicta nostra nequaq̃ paruipendenda sunt, de iudicio item temerario cauendo.

Col. 3 EXui tunicã meã, q̃uõ induar illã: Laui pedes meos, q̃uõ inquinabo illos: Cant. 5. Hor-
Eph. 4 tatur nos Paulus aplũs ad Coloss. Expoliate vos veterẽ hominẽ cũ actibus suis, & in-
duite nouum q̃ renouatur in agnitionẽ dei. Hoc est q̃d etiam ad Ephesios monet: De-
ponite vos secundũ pristinã conuersationẽ veterẽ hominẽ, qui corrumpit̃ secundũ de
sideria erroris. Hoc est, Vosipsos secundum esse vetustæ infectionis ac prauitatis relinquite, &
corpus quantũ ad carnales eius cõcupiscentias, vitiosaq̃ opera amouete & mortificate, prout
Col. 3 rursus Paulus hortat̃: Mortificate, inquiens, mẽbra vestra sup terrã. Vnde p̃cipit & saluator, vt
Matth. 5 manũ, pedẽ, oculũ scãdalizantes abscindamus aut eruamus, nõ vtiq; substãtial̃r ipsa membra,
sed vsum eor̃ illicitũ. Itaq; iuxta hũc sensum ait in Cãticis sponsa: Exui tunicã meã .i. carnem
Cant. 5 mortalẽ, q̃ est aĩæ tegumentũ ac vestis, de qua in sua canonica loquit̃ sanctus aplũs Iudas: Odiẽ
Iudæ. 1. tes eã quę carnalis est maculatã tunicã, hoc est carnalia desideria, opaq̃ immũda deseruit, q̃uõ in
duar illã .i. qual̃r ad pristina illa pct̃a reuertar: Quasi dicat, Nõ licet, cũ vulnera repetita sint gra
Ezech. 18 uiora, & recidiuãtes p̃ ingratitudinẽ suã merent̃ vt pct̃a indulta eis secũdũ quẽdã modũ, Chr̃o
Petri. 2 testãte, denuo imputent̃, propter q̃d in secũda sua ep̃la princeps aplor̃ disseruit: Si refugiẽtes
coinquinatiões mũdi, iis rursus implicati sunt, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Me
lius em̃

A lius em̄ est eis, nō cognoscere viā iustitiæ, q̄ post agnitionē retrorsum reuerti. Cōtigit em̄ eis illud veri ꝓuerbij: Canis reuersus ad vomitū suū, & sus lota ī volutabro luti. Quib⁹ cōsonat illud Salomonis: Sicut canis q reuertit̄ ad vomitū suū, sic stultus q iterat stultitiā suā. Nēpe quemadmodū id q̄d vomēdo eijcit̄ rursus insumere valde ē abominabile, fœtēs ac turpe, sic pc̄tā p pœnitētiā expiata recidiuando reiterare. Hinc sponsa adiecit: Laui pedes meos. i. affectiōes meas purgaui, q̄mō inquinabo eos? Tanq̄ dicat, prorsus irrationabile, ī piū'q̄ consistit, vt rursus maculē eas. Isti sunt pedes, de qbus Petro asseruit Chr̄s: Qui lotus ē, nō indiget nisi vt pedes lauet. Affectionibus qppe purgatis vitant̄ pc̄tā, & opa fiūt bona. Præterea q̄uis hæc verba in ꝑsona cuiuslibet hoīs veraciter pænitētis atq; ī bono inchoato ꝑseuerātis possint ꝓferri, aptissime tn̄ in ꝑsona sacratiss. Mariæ Mag. q̄ post primā suā ad Chr̄m cōuersionē nequaq̄ recidiuauit, oēm'q̄ pristinā carnalitatē, carnalē affectionē, vitiosam opationē oīo vitauit, imò q̄ an̄ erat carnalior, mūdanior, supbior, curiosior, vanior, eo deinceps facta ē spūalior, diuinior, hūilior, simplicior, timoratior, ita q̄ vbi abūdauit malitia, abūdauit & gr̄a. Et istud nobis religiosis ē potissimū imitandū, q ex nr̄a ꝓfessiōe tenemur ad mor̄ cōuersionē, ne rursus priorib⁹ passiōib. vanitatib. ꝑuersitatibus inuoluamur, sed q̄ in seculo eramus magis gulosi, lasciui, rebelles, accidiosi, verbosi indomiti, eo nūc simus plus sobrij, casti, obediētes, feruidi, taciturni & fracti. Deniq; oīa q̄ de sctiss. Maria Mag. in Euāg. hodierno legunt̄, ad nostrā informationē ꝓficiūt eminēter. Q̄d em̄ de suis excessib. tā cordialr̄ pœnitebat, q̄ corā cōuiuātib⁹ ingredi, flere, se'q̄ ꝓsternere & pedes Chr̄i ꝓprijs lachrymis lauare & capillis suis eos extergere nō erubuit, instruit q̄tū de nr̄is debeamus vitijs verecūdari, dolere, ac lamētari: q̄ itē humilr̄ nos ea confiteri opteat, nō palliare aut excusare. Ver̄ tn̄ huius oppositū agūt multi, q licet passiōibus suis sordescāt ac agitent̄ & ī obseruātijs regularib⁹ defectuosi sint valde, æq̄nimiter tn̄ ferre nec valēt nec volūt q̄ publice proclament̄ aut accusent̄, imò nec ꝑsidētis correptionē & correctionē gratāter ac æq̄nimiter ferūt qa nō volūt cōtēptibiles apparere, q̄ ex defectu cōtingit hūilitatis. Ver̄ q̄ aliqs clarius inspicit fœditatē pc̄tī & honestatē virtutū, eo de suis dolet plus culpis, atq; humilius se accusat. Id q̄q; q̄d ipse de se sentit ac ꝓfert, ab alijs sibi dici nō dedignat̄. Stemus igit̄ cū Maria Mag. retro sec⁹ pedes Iesu, locū eligētes humiliorē, & indignos nos arbitrātes in dei apparere cōspectu cū tātis deformitatibus & criminib⁹, corā q̄ tā indecēter, tā inobediēter, tā turpiter habuimus nos frequēter, exēplo publicaui q prauitatū suar̄ multitudinē, magnitudinē'q̄ ppendēs, nō audebat oculos suos ad cælū attollere, sed pcutiebat pectus suū dicēdo q̄ scitis, hoc spū dixit & Esdras: Deus meus cōfundor & erubesco leuare faciē meā ad te, q̄m iniqtates nr̄æ multiplicatæ sunt sup caput nostrū, & delicta nr̄a creuerūt vsq; ad cœlū. Quid igit̄ pc̄tā nr̄a q̄tidiana sic paruipēdimus, dissimulamus & ptransimus? q̄d aliud pādit, nisi q̄ parua aut modica est illuminatio cordis nr̄i, pua cōtritio, pua aut nulla hūilitas? Si qs corā rege terreno stans, loquēs, ministrās irreuerēter, haberet se īpudēter, circūspiceret vndiq;, verba ꝓferret corrupte, & iattēte, nōne rex indicaret se magis offendi q̄ honorari, & oēs q assisterēt magnā censerēt talē offensam? Cur ergo paruipēdimus, q̄ in horis, psalmodijs, orōnibus, celebratiōibus tā distracti, intimorati'q̄ sum⁹, imò distractiōibus sæpe nō reluctamur, sed diutius immoramur, subinde q̄q; hinc inde aspiciendo aut libros inspiciēdo, aut manibus q̄d tractādo euagatiōes haurimus, & ingerimus mētibus nostris. Sed vitemus hæc mala, cū maledictus sit q opus dei efficit negligēter, imò vt Hieron. trāstulit, fraudulēter Quid aūt est opus dei facere fraudulēter, nisi aliq̄d debitæ diligētiæ in officio diuino habēdæ deo subtrahere? Idcirco cū oīi diligētia cū metu & reuerētia dn̄o ministremus.

Prouer.26 Can.5 Iohā.13 Ro.5 Luce.7 Luc.10 Luc.18 1.Esdre.9 Hiere.48

C Imo p prouoluti pedibus Chr̄i indulgētiā atq; in oīi tentatiōe subuētionē affectuosissime ac instātissime dep̄cemur, nec cū cogitatōibus vanis, prauis, lasciuis, sed protinus occurrētibus eis inde nos auertētes spūalia militiæ nr̄æ arma apphēdamus, orōnes & lachrymas ac dn̄icæ passionis memoriā, nouissimor̄ q̄q; p̄meditationē atq; diuinæ ꝑsentiæ cōsiderationē sapiētialē. Præterea summe vitemus ne Symonis pharisæi reph̄ēsibilitates ac vitia incidamus. Ipse en̄i mltiplr̄ fuit culpabilis. Primo temerarie, nō solū de Maria, sed etiā de Chr̄o iudicando. Mariā etenim hāc iudicauit adhuc esse peccatricē, cū tn̄ p cōtritionē iustificata iā esset. Chr̄m q̄q; iudicauit imprudēter & erronee se habere, qa pmisit se tangi ab hac muliere. Secūdo iniuste indignādo tā Chr̄o suscipiēti q̄ Mariæ tā humilr̄ accedēti, nec vera erant q̄ dixit. Temeraria ergo vitem⁹ iudicia, ꝑsertim de interioribus proximor̄, & dubiosa interp̄temur in melius. Cōstat q̄ q̄to quis ꝑnior, audacior, incautior & stolidior est iudicando de alijs, tāto fit excæcatior ad seipm̄ & in seipso, nec videt infelix miserias suas, iniqtates'q̄ ꝓprias. Qui autē supiores suos Chr̄i vicarios fatue iudicāt, Symonis pharisæi sequunt̄ vestigia, q optima Chr̄i gesta iudicauit illicita. Postremo isti iudicatores stolidi alior̄, q nec Chr̄i nec aplor̄ verba verent̄ aut reuerent̄. cū Chr̄s locutus sit, Nolite iudicare, & nō iudicabimi. In q̄ em̄ iudicio iudicaueritis, iudicabit̄ de vobis. Paulus q̄q;: Tu, inqt, qs es q iudicas alienū seruū? Et Iacobus: Qui iudicat fratrē suū, iudicat legē: si aūt iudicas legē, nō es factor legis, sed iudex. Hi ergo nō sunt veraciter, sed fallaciter ac simulatorie iusti. Cū em̄ (teste Grego.) vera iustitia habeat cōpassionē, falsa dedignationē, si iudices isti vsurpatorij essent veraciter iusti, cōpaterent̄ fratri in aliquo delicto p̄occupato, non [illegible]

Heb.12 Luce.7 Matth.7 Ro.14 Iaco.4

ad indignatiões ac stultas diiudicatiões prorūperēt, p̄sertim cū scriptū sit: In q̄ aliū Iudicas, te ip̄m cōdēnas. Veꝝ qdam melancholici, dū tristes, rancorosi, radice amaritudinis intus infecti
Ro. 2 & felle passionū suaꝝ obtenebrati, sub aliq̄ specie boni suas palliūt puersitates, nec valēt se refrenare. Sed fugiamus hæc mortis venena, & cū Maria hac bñdicta intime p̄spiciamus p̄pria mala, humiliemusq́ȝ aīas nr̄as, & q̄ maiorē pietatē nobis exhibuit deus, q̄to diutius distulit vltionē, q̄to gratiosius pro tot prauitatibus nr̄is retribuit nobis tot bona, tāto ardētius eū iugiter diligamus, faciamusq́ȝ semp aliq̄d boni, p̄sātes q̄ Chr̄s bona facta Mariæ huius tam diligenter enumerat, atq; cū ipsa in assidua cōpūctiōe, deuotiōe, custodia p̄sistamus, oē recidiuū cauētes.
Eccl. 7
Luce. 7

¶Ser. VI. De perfectione charitatis, qūo dei amor cum amore proprio pugnet, & item de. XIIII. operationibus charitatis.

FVlcite me floribus, stipate me malis, q̄a amore langueo. Can. 2. Diuersi effectus charitati in amoris cantico ascribunt̄, vtpote vnire, cōuertere, liq̄facere, languidū facere, vulnerare, &c. Ad laudē ergo deuotiss. & amorosiss. Mariæ Mag. ad summæ & increatæ charitatis honorē atq; ad nostrā ædificationē de hac materia nūc aliq̄ sunt dicenda. Cū em̄ tota vtriusq; testamēti scriptura ad charitatē nos copiosissime ac potissimū exhortet̄ & obliget, eāq́ȝ supra oēs virtutes extollat, & nostrā in ea cōstituat p̄fectionē, in tm̄ vt fine ea nihil sit
1. Cor. 13 validū, nil deo acceptū, nec homo sp̄ūal̄r viuat, aut aliq̄d reputet̄, debemus de charitate libētissime audire & loqui. Porrò p̄fectio cōsistit in actu, nō in habitu. Idcirco in actuali dei amore p̄fectio ponit̄, ita q̄ ille p̄fectus cēset̄, q̄ in charitate dei p̄fectus est. Veꝝ cū deus ex p̄pria bonitate infinite amabilis sit, nō p̄t pura creatura p̄fecte diligere deū, neq; in dei amore esse p̄fecta, cōsiderādo p̄fectionē dilectiōis diuinæ ex parte obiecti, vc3 bonitatis, amabilitatisq́ȝ dei, q̄ in infinitū amabilior est, q̄ à pura queat creatura amari. Sed dicit̄ hō p̄fectus in charitate seu actuali dei dilectiōe ex parte subiecti. s. eius q̄ diligit, q̄n in vita p̄senti tā syncere, plene & fixe diligit deū, q̄ nihil cupiditatis aut priuati amoris manet in eo, nec passionū immoderātia eū à deitatis retardat amore. Venenū quippe diuini amoris est amor priuatus seu improbus amor sui in se. Profectus vero amoris diuini est minoratio amoris priuati. Perfectio aūt diuini amoris ē extirpatio priuati amoris plenaria. Cūq́ȝ amor diuinus seu charitas fuerit p̄fecta in homie, varios ac diuinos, saluberrimosq́ȝ effectus habet in eo. Primus est mentē deo vnire. Et cū deus sit fons oīs vitæ charitas mentē deo vniendo, dicit̄ eam sp̄ūaliter viuificare, ita q̄ per charitatem sortit̄ homo vitā gr̄æ à fonte vitæ. Hinc secūdus charitatis effectus est sp̄ūalis viuificatio atque expulsio mortis culpæ seu peccati mortalis. Tertius est hominē facere deo acceptū, & ad pro-
Psal. 149 merendū vitā æternā idoneū, cū sit deo vnitus, & in eo sp̄ūaliter viuens. Hinc scriptū est: Quia
Pro. 8. beneplacitū ē dn̄o in pp̄l'o suo. Et: Delitiæ eius sunt, esse cū filijs hoīm. Quartus est, q̄a facit hominē esse dei amicū, conformando voluntatē humanā voluntati diuinæ in volendo omne bonū honestū, & in nolendo seu detestando quicquid est virtuti contrariū, facitq́ȝ hominē desiderare vt deus ab vniuersis ac singulis debite ac plenarie honoret̄. Amicoꝝ equidem est eadē vel-
Psalm. 138 le & nolle. Hinc scriptū est: Mihi nimis honorati sunt amici tui deus. Quintus, q̄m facit hominē esse dei filiū adoptiuū, assimilādo eū supnatural̄r diuinæ naturæ, q̄ est charitas increata, cui⁹ supnaturalis similitudo ac nobilissima participatio est charitas ista infusa. Filioꝝ nāq; est assimi-
Deu. 14 lari naturæ parētis. Hinc in Deut. loquutus est Moses: Filij estote dn̄i dei vestri. Et Christus in Euang. Sitis, inq̄t, filij patris vestri q̄ in cœlo est. Sextus, q̄ animā hoīs efficit dei sp̄osam p̄ sp̄ūa-
Matth. 5 lē amplexū, fidelē adhęsionē, & supnaturalē ac virtuosam fœcūdationē à deo. Hinc Cātica Cāticoꝝ de q̄cunq; aīa amorosa veraciter exponunt̄. Septimus, q̄ facit hoīem Chr̄i mēbrū, ita q̄ regit ac mouet̄ sp̄ū Chr̄i & Christo cōnectit̄. Octauus, q̄ efficit hominē esse templū ac habitaculū sp̄ūs sancti, q̄a q̄ manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Nonus, q̄a incorporat ho-
1. Johan. 4 minē mystico corpori Chr̄i siue ecclesiæ, ita q̄ mēbroꝝ Christi cōmembrum effcit̄, & proximis suis cōiungit̄, vnūq́ȝ cū eis asserit̄, q̄a p̄ charitatē, secundū ap̄lm̄, sumus inuicē mēbra. Chr̄s q̄q; orauit: Pater sancte serua eos in noīe tuo q̄s dedisti mihi, vt sint vnū sicut & nos. Decimus,
Eph. 4
Johan. 17 nā mentem amātis trāsformat in deū, cū sit virtus cōformatiua tendens atq; ingrediens in dilectū. Ponit nāq; cor amātis q̄dāmodo extra seip̄m, & alienat illud à se euehens & trāsponens ac mutās illud in eū quem diligit. Hinc diuino Dionysio cōtestāte, amor diuinus extasim facit q̄a nō sinit amātem esse sui ip̄sius, sed eius quem diligit, quemadmodū Paulus ap̄l's ait q̄busdā: Nō estis vestri, sed eius q̄ dilexit vos. Vndecimus est, amātem deo indissolubil̄r colligare, ita vt fi-
Ro. 8 ducial̄r dicat, Quis nos separabit à charitate dei? Charitas nāq; sp̄ūale est vinculū. Idcirco quo amplius crescit ac inualescit, eo amātem deo fortius, indissolubiliusq́ȝ cōstringit, atq; continuā quandam ipsius recordationem & affectionem parit in mente amātis, ita q̄ nec prospera nec
Job. 13 aduersa eā à diuinitatis possint separare amore, imò si occiderit deus amātē aut occidi p̄miserit nihilominus speraret in eo. Queādmodū inclytus q̄dam martyr in supplicijs cōstitutus disseruit: Nō est rex p̄ter Christū, pro q̄ si millies occidar, mihi de corde eū auferre nō poteris, imò queādmodū ignis fortius agit, dū suū sibi applicat̄ cōtrarium, sic charitas fortius feruet, dum q̄s amātem à deo conat̄ auertere. Duodecimus est, amātem p̄ magnitudine affectionis vulnerare amore

A amore dilecti, queadmodũ scriptũ est: Vulnerata charitate ego sum. Et denuo: Vulnerasti cor Can 8.
meũ soror mea spõsa. Nẽpe ipsa vis, aculeusq́ amoris affectiuã amãtis nõnunq̃ sic penetrat, tã Can.4
q̃ ipetuose accendit, trãsfigit atq; transuerberat, vt desideriorũ suorũ ebullitiones, gestus ac si-
gna reprimere nequeat, cælare aut dissimulare nõ valeat, sed intra se ferueat, æstuet. Et si sæpi-
us interrũpat, tñ paulo põst fortior, p̃dominãtiorq; reuertit. Tertiusdecimus ẽ amantẽ p̃ amo-
re languidũ reddere. Post vulnerationẽ qppe sequit languor, propter q̃d spõsa ait in Can. Ful Can.2
cite me floribus, stipate me malis, qa amore langueo. Hic lãguor ẽ mœror de carentia claræ ac
beatificæ ĩspectiõis dilecti ac plenę fruitiõis ipsius, desideriũq́ suspiriosũ & anxiũ ad p̃fectã p̃pe
tuã ac securã supdilectissimi dei possessionẽ, quẽ q̃to amãs nũc p̃ fidẽ ac sapiæ donũ lympidius
cõtẽplat, eo ad facialẽ ipsius intuitũ vehementius inflãmat, ita vt dicat: Infelix ego hõ, qs me
liberabit de corpore mortis huius? Et rursus: Educ de carcere animã meã ad cõfitendũ tibi. In Ro.7
terdũ q̃q; sponsus ille cœlestis gratiosam ac dulcem sui p̃sentiã, cõtemplationisq́ lucẽ & feruo
ris alacritatẽ subtrahit dispensatiue amãti, q tunc præ desiderio reditus ac p̃sentiæ pristinæ spõ Psal.141
si, languet, mœret, affligit, extra ip̃m renuens consolari, & orans: Vsquequo dñe obliuisceris me Psalm.12
in finẽ. Vsq; quo auertis faciẽ tuã à me? Quartusdecimus est, à seipso deficere atq; defluere præ
amore, sicq́ sibijpsi mori ĩ dilecto. Infirmitatẽ eñ mors cõcomitat. Intuẽs etẽm deus se tã fer
uidissime desiderari ab amatore syncero seipsum illi subinde tã gratiose ostendit, tã munificẽ
ter cõicat, tam familiariter applicat, vt amator ferre nõ valeat, sed præ admiratione ac dilectio
ne supamabilissimi dei defluat à seipso, totaq́ mẽte transeat & ferat, imò & absorbeat in dile-
ctũ, & in opulentiam maiestatis ac gloriæ eius demergat liquefacta, & resoluta à se, atq; in illo
obdormiens ac quiescens, supbeatissimã q̃q; trinitatẽ cõtemplans, & mutuã eius intuitionẽ, di-
B lectionẽ, cõplacentiam, fruitionẽ, cõsistentiam speculans. Ecce oẽs isti sanctæ dilectionis effe-
ctus in beatissima Maria Magd. excellenter fuerũt, q̃ in charitatis & pietatis affectũ tota fuit q̃
si conuersa, tota sp̃ualis, cœlestis, diuina effecta, cuius vita in isto exilio, p̃sertim in heremo fuit
angelis proxima & semibeata. Nam quasi incessanter fuit actualiter deo p̃ contemplationem,
dilectionem, laudem & orationem intenta. ¶ Postremo, cũ tã nobilissimos ac saluberrimos ha
beat in hoĩe charitas actus, studeamus fortissime in charitate indesinenter proficere, omnẽ car
nalẽ & secularem affectũ, omnem priuatũ amorem radicitus abdicando, omnem negligentiã
pigritiamq́ vitãdo, oẽs leuitates, dissolutiones, euagationes penitus fugiẽdo, & omne opus
dei explendo q̃tidie cũ reuerentia ac diligentia ampliori. Sanctissimã q̃q; Mariam Mag. & in
ter oẽs sanctos post Mariam Christiferam, vt credo altissimam, semper in speciali habeamus
honore, memoria & delectione, eamq́ quotidie inuocemus atq; salubriter imitemur, Ad lau-
dem & gloriam creatoris.

¶ In festo sancti Iacobi apostoli.

¶ Enarrationem Epistolæ, Iam non estis hospites, &c. cum suo sermone, require folio. CI. B. C

¶ Enarratio Euang. Accessit ad Iesum mater filiorũ Zebedæi. Matth.20

" EVangelium hoc hodie legitur, quia in eo de beato ap̃lo Iacobo aliqua recitãtur.
" Itaq; Matthæus dicit. ⌊Accessit ad Iesum mater filiorũ Zebedæi,⌋ videlicet vx
" or Zebedæi, noĩe Maria, soror virginis gloriosæ, ⌊cũ filijs suis,⌋ Iacobo & Io-
" hanne, ⌊adorans⌋ eũ adoratiõe latriæ, si credidit eũ esse deũ, vel adoratione du-
" liæ, vtpote magnã ei reuerentiã exhibens tanq̃ prophetæ potissimo & sapienti,
" sanctoq́ viro. Et forte in terrã p̃strauit se corã ipso, ⌊Et petẽs aliq̃d ab eo,⌋ q̃m
sua adoratiõe insinuauit se aliq̃d desiderare, q̃d tñ nõ statim exp̃ssit, sed sua humiliatiõe, bñuo-
lentiã Chri capere, eũq́ delinire optauit, vt sic magis exaudiret ab ipso. Veruntñ Marcus ait, Marc.10
q̃ ipsi filij accesserũt ad Iesum dicẽtes: Magister volumus vt q̃dcunq; petierimus facias nobis.
Quod ideo dictum est, q̃m instigãtibus filijs mater petitionẽ p̃posuit. Siquide matrẽ suã puta
" bant honorandã à Chr̃o, tanq̃ materterã eius. ⌊Dixit ei Iesus: Quid vis?⌋ Nõ ex ignorãtia hoc
" Chr̃us petiuit, sed vt ad verba mulieris congruum daret rñsum, vel vt se expediret de ea. ⌊Ait
" illi (.s. Christo) Dic⌋ .i. dicẽdo cõcede & fac, ⌊vt sedeãt hij duo filij mei vnus ad dexterã tuã &
" alius ad sinistrã⌋ .i. tibi collaterales, cæterisq́ maiores existant, ⌊in regno tuo⌋ .i. in regno cœ
lesti. Vnde & latro dixit in cruce: Dñe memẽto mei, cũ veneris in regnũ tuũ. Cognouerũt eñ
apostoli & fœiæ sanctę Christũ seq̃ntes ex q̃tidiana ipsius p̃dicatiõe, q̃ regnũ cœleste p̃misit fi Lucæ.23
delibus, nõ regnũ terrenũ. Idcirco nõ arbitror verũ q̃d aliqui dicũt fœminam istam, eiusq́ fili-
" os petisse regnare cũ Christo in seculo isto, ⌊Rñdens aũt Iesus dixit⌋ nõ matri, sed filijs, à q̃bus
" sciuit matrẽ esse inductam, ⌊Nescitis q̃d petatis⌋ .i. q̃ inordinate rogetis, nõ aduertitis. Nam
de carnali p̃pinquitate ad Christũ p̃sumebãt, atq; ex q̃dã elatiõe petisse vident, volẽtes coapo
stolis anteferri & volentes summi esse in p̃mio, q adhuc imp̃fecti & parui fuerũt in merito, &
" q̃tũ ad hoc tenebant typũ eorũ, q ad dignitates petũt ecclesiasticas promoueri propter cõsan-
" guinitatis propinquitatẽ. ⌊Potestis bibere calicẽ quẽ ego bibiturus sum?⌋ .i. sustinere passio-
nem quam sustinebo? ⌊Dicũt ei: Possumus⌋ .i. pro veritate fidei, pro deo, pro iustitia mortem

 pati pa

pati parati sumus. Hoc incaute dixisse vident de proprijs viribus præsumẽdo, sicut & Petrus in D
Luc.22 cœna: paratus sum tecũ in carcerẽ & in mortẽ ire. Nã passione instãte, oẽs fugerunt à Chro.
Matt 26 ⌊Ait illis: Calicẽ quidẽ meũ bibetis⌋.i. propter me patiemini, & tribulatiões multas habebitis,
Marc.14 aut etiã martyriũ tolerabitis, p effectũ vl affectũ. Nã Iacobus pro Chro occisus ẽ gladio. Iohãnes autẽ promptissimũ habuit animũ patiẽdi pro Chro, pro quo & in feruidissimi olei missus est
Actor.12 doliũ, deinde in exiliũ. ⌊Sedere ad dexterã meã & sinistrã⌋ iuxta sensum ptactũ, ⌊nõ est meum
dare vobis⌋.i. nõ pertinet ad me iudicẽ iustum, q sine psonarũ acceptione scdm merita reddo.
Apoc.1 Dare tm̃ præmiũ vobis talibus quales adhuc estis, vcʒ impfectis & defectuosis, ⌊sed qbus paratum est à pr̃e meo⌋.i. virtuosis & sanctis ad hoc à deo pr̃e electis & prędestinatis. Sed nomine
Deute.10. 2.Par.19. Iacobus & Iohãnes de illorum numero fuerunt, vtpote gloriosi Apostoli, ipsis quoq; prophe-
Roman.2 phetis maiores? Quomodo ergo nõ fuit Chri dare Iacobo & Iohãni hãc sessionem? Dicendum
Gala.2 quòd non fuit Christi dare eam illis eo modo quo eam petebant, videlicet ratione consangui-
Ephes.6 Coloss.3. nitatis, & secundum dispositionem, in qua tunc adhuc fuerunt, quia vt dictum est, imperfecti
Actor.10 erant & defectuosi, nec tanto adhuc præmio digni.
1.Pet.1

¶Sermo primus: Quòd nulla est virtus hominis sine deo, de laudibus quoq; & vita beati Iacobi Apostoli.

OCcidit Herodes Iacobũ frẽm Iohãnis gladio. Actuũ .12. Dñs noster Iesus Chrus consanguineum suũ btm̃ Apl'm Iacobũ multis gratijs priuilegijsq; ornauit. Prima est; qm̃ triũ Aplorũ Chro magis familiariũ fuit vnus, Petrus eqdem & Iohãnes ac Iacobus isti prę reliquis Apl'is Chro familiares fuerunt, vt ex Euãgelio comprobat, qa saluator ad
Matt.17. sua secreta eos magis vocauit, qa trãsfigurationi eius in monte Thabor, & suscitationi puellæ fi-
Marc.5. liæ Iayri, interfuerunt. Similiter passione instãte hos tres assumens, cœpit corã eis contristari,
Luce.8 Marc.14 atq; pauere, & ad eos ter redijt cum orasset: Magnum oĩno fuit tãti regis, tãti magistri, vtpote E
Luc.22 vnigeniti filij dei esse tã familiarẽ discipulum. Secuuda laus & gr̃a eius est, q inter Apostolos primus pro Chro sustinuit mortẽ. Tertia laus eius, est instãtia quã habuit in prædicãdo. Nam pri-
Acto.12 mo prædicauit in Iudæa atq; Samaria. Deinde iu Hispaniã est profectus, in qua dum se parum
Romañ.11 proficere cerneret, redijt in Iudæã. Et in isto possumus cõsiderare, q̃ mirabilia ac terribilia sint iudicia dei. Propter quod dixit Propheta: Venite & videte opera dei, terribilis in consilijs sup
Psalm.65 filios hoim. Ecce eñi gloriosus iste Apl'us Chro tã familiaris eiusq; cõsobrinus in Hispania prędicans, nõ nisi nouẽ hoĩes ibi cõuertit, imo vt ait Iohãnes Beleth: Vnum dũtaxat, cum tñ Apl'i alij in regnis Gentiliũ ad quæ profecti sunt, tot milia conuerterunt, & post mortẽ huius Apl'i p miracula circa eius corpus exanime facta, tã multi in Hispania sint conuersi. Deinde per eius discipulos innumerabiles ibi ad fidem perducti sunt salutarem. ¶Porro, aliquid simile huic legitur in Actibus Apostolorũ: Vetati sunt (inquit Lucas) Paulus & Sileas à spũ sancto loqui ver
Actor.16 bum dei in Asia, & non permisit eos spũs Iesu, & tñ postea, deo inspirãrãte, prædicauerunt in ea Ex qbus ostenditur, quàm nihil valeat homo sine gr̃a dei, & quòd infructuosa sit prædicatio exterius sonãs, nisi misericorditer assit spũs sanctus intus docẽs. Propterea prædicator deum debet affectuosissime deprecari vt audiẽtium corda illustrare, mouere, inflãmare dignet ad laudẽ & gloriam noĩs sui, nec debet prædicator de efficacia sua præsumere, neq; de fructu prędicationis suæ inaniter gloriari. Audiẽtes quoq; deum exorẽt, vt ipse eorum erudiat corda, detq; eis verbum prædicationis audire salubriter. Hinc filius dei fatetur: Nemo potest venire ad me,
Iohan.6. Ibidẽ. nisi pater meus traxerit eum. Itemq;: Omnis qui audiuit à patre, & didicit, venit ad me. Hinc
Psalm.63 quoq; Psalmista loquitur deo: Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris F
eum. Quarta laus & gr̃a eius est fructuosa victoria, qua Hermogenem maximum Magum deuicit. Cum eñi beatus Iacobus ab Hispania reuersus, prædicaret denuo in Iudæa, Hermogenes Magus præcipuus discipulum suum Philetum misit ad Iacobum, vt eum corã Iudæis, conuinceret ac deceptorem probaret, sed Iacobus superauit Philetum, q S. Apostoli prædicatione audita, & visis eius miraculis compũctus est corde, redijtq; ad Hermogenẽ asserẽs se velle fieri discipulum Iacobi. Indignatus Hermogenes Magus suis artibus fecit Philetum immobilẽ. Quo cognito, Apostolus misit ei sudariũ suũ, quo cum tactus fuisset, solutus est, & insultãs Hermogeni properauit ad Iacobum. Tunc Hermogenes dæmones adiurauit, ac misit, vt Iacobum cum Phileto sibi adducerẽt vinctum, q ad Apl'm veniẽtes vlulare cœperũt in aere, qbus pcepit Apl's, vt Hermogenẽ sibi vinctum adducerẽt, sed illęsum. Quo facto, Hermogenes stetit cõfusus. Sed Apl'us iussit Phileto vt eũ dissolueret. Visis tot mirabilibus, Hermogenes est cõuersus, oẽsq; libros suæ magicæ artis proiecit in mare, atq; ad Iacobũ rediẽs, corã ipo prostrauit se, & tenẽs pedes ipsius, dixit: Animarũ liberator accipe pœnitentẽ, quẽ inuidẽtẽ ac detrahẽtẽ diu sustinuisti. Cui libẽter indulsit Apostolus, pleniusq; instruxit. Cũq; baptizatus fuisset, cœpit in dei timore & oĩ virtute proficere, atq; in breui ad tãtã peruenit pfectionẽ, q etiã deus per ipsum multa fecit miracula. ¶Præterea, ex hoc facto certissimũ accipi potest Chrianæ fidei argumẽtũ. Tãta naq; est frequẽtia & excellẽtia mirabiliũ q̃ in euãgelica lege ad Chrianę fidei facta sunt robur ac pbationẽ, q subtiliores ac doctiores aduersarij nr̃æ sctiss. fidei Porphyri⁹, Celsus, ac alij quidam

A quidam aliam inue nire euasionem nõ potuerunt, nisi ꝙ asseruerunt facta esse huiusmodi signa arte, opeq; magica. Cum ergo expertissimi Magi visis mirabilibus discipulorum Christi, sint sæpe conuersi, vtpote certissime cognoscentes, talia facta nõ esse nec fieri posse magica arte, cõstat ꝙ falsum ac friuolum sit, quod dicunt præfati. Vnde & in actibus fertur de Symone Mago ꝙ visis miraculis Philippi diaconi, stupens admirabatur, adhæsitq; ei. Postmodũ videns quod per impositionem manuum apostoloꝝ dabatur spũs sanctus, obtulit copiosam pecuniam Petro & Iohanni apostolis, dicens: Date & mihi hanc potestatem, vt cuicũq; manũ imposuero, accipiat spm̃ sanctum. Cui syncerissimus, iustissimusq; Petrus apostolus dixit: Pecunia tua tecum sit in perditionẽ, quia donũ dei existimasti pecunia possideri. Vnde & postea duo fratres sancti Clementis discipuli Symonis Magi, Nicætus & Aquila, visis sancti Petri miraculis & cognitis Symonis Magi versutijs, ipso relicto, facti sunt sancti Petri discipuli. Quinta laus Iacobi apostoli est, gloriosum eius martyriũ. Videntes nanq; obstinati, peruersissimiq; Iudæi conuersionem Hermogenis, inuidia moti contra apostolũ, conuenerũt, & cur Iesum esse Christũ assereret, reprehẽderunt eundẽ. Quibus cũ sanctus apostolus ex scripturis prophetaꝝ probasset ꝙ Iesus sit Christus, multi eoꝝ conuersi sunt. Abiathar vero pontifex Iudæorũ, fune in collo sancti Iacobi misso, ad Herodem Agrippam fecit eum perduci, qui iussit apostolum decollari. Cũq; in via apostolus curasset paralyticum vnũ, Iosias scriba qui trahebat apostolũ credidit, & cum apostolo decollatus, coronam martyrij est adeptus. Sexta laus eius est excellentia

Acto.8

Act.12.

B miraculoꝝ, quibus deus eum post suum decorauit martyrium. Nam eius discipuli corpus ipsius posuerunt in naui & sine remige angelo duce deuenerunt in regnũ reginæ, nomine Lupæ, & hoc fuit vnũ miraculum. Deinde corpus de naui posuerunt supra lapidem grandem, q instar ceræ calefactæ corpori cessit, seq; in sarcophagum corpori sacro mirabiliter coaptauit, q̃d fuit secundum miraculum. Cumq; discipuli ingressi ad Lupam reginam, dixissent: Dominus Iesus Christus mittit ad te corpus apostoli sui, vt quem noluisti suscipere viuũ, suscipias vel defunctum. Et recitantes eidem, qualiter miraculose illuc venissent, petierunt congruum locum pro apostoli sepultura. Tunc Lupa misit eos ad principẽ quendã sæuissimũ, atq; (vt aliqui dicunt) ad regem Hispaniæ, vt super hoc eius obtinerent consensum. Quod tamen fecit dolose, vt scilicet ab illo principe occiderentur. Cũq; venissent ad eũ, eos incarcerauit. Angelus vero aperuit carcerem, & ipsos fecit abire, & hoc fuit miraculũ tertium. Porrò princeps ille misit milites qui caperent illos. Militibus vero super pontem transeuntibus, subito fractus est pons, & mersi sunt milites, quod fuit quartũ miraculum. Tunc princeps ille perterritus, sibiq; metuẽs reuocauit discipulos illos ad se, & quicquid petierunt, eis concessit. Qui reuersi ad principẽ, populum ciuitatis suæ conuerterunt ad Christũ. Cumq; cũ principis consensu redissent ad Lupam illa dolens dixit ad eos: Accipite boues quos habeo illo in monte, & iungite eos ad currũ, sicq; super currum corpus domini vestri afferte ac sepelite. Quod lupina cogitatione loquuta ẽ Lupa, Sciebat enĩ ꝙ boues illi erant thauri indomiti ac syluestres, à quibus sperauit discipulos trucidari. Discipulis ergo ascendẽtibus montẽ ostensum, occurrit draco, ignẽ exufflans, sup quẽ cum crucẽ fecissent, diruptus est, quod fuit quintũ miraculũ. Similiter signo crucis ędito super

C thauros, facti sunt mansueti vt agni, quod fuit sextũ miraculũ. Thauri autẽ currui iuncti sine humano ducatu, currũ cũ corpore sacro in Lupæ traxerunt palatiũ, quod fuit miraculũ septimũ. Lupa aũt regina tot visis miraculis, Christiana effecta est, atq; in bonis operibus vitã finiuit. Ecce quantis miraculis deus hunc beatũ mirificauit apostolũ, tam in vita sua q̃ in morte, & præsertim post mortẽ eius. Sequamur ergo virtutes huius gloriosi apostoli, & sicut ipse Hermogini Mago reddidit bona pro malis, nec eũ à dæmonibus lædi permisit, sic & nos discamus inimicos nostros diligere, eisq; pro malis bona rependere, vt simus filij patris æterni, qui solẽ suũ facit oriri super bonos & malos, & impios cõseruat in esse, ac prouidet eis de necessarijs vitæ, omniũq; transgressoꝝ emendationẽ præstolat̃ pijssime. Oportet quoq; vniuersa mortalia vitare peccata, & deo altissimo timorate seruire, perseueranterq; obedire, q̃d meritis ac precibus gloriosi apostoli huius nobis pstare dignet̃ dñs noster Iesus Chrũs, qui cum patre & spũ sancto vnus est deus super om̃ia benedictus & æternaliter regnans.

Psal.4

Matth.5

Miche.6

Psal.2

¶ Sermo. II. Quod vtiles sint tentationes & sanctis optandæ, & quàm cauenda ambitio.

POtestis bibere calicem quẽ ego bibiturus sum? Matth.20. Quemadmodũ sanctus Augustinus testatur: Omnes homines naturaliter beatitudinẽ appetũt, & miseriã fugiunt. Nã & si hoĩes virtuosi miseriã pœnæ, videlicet tribulatiões & aduersitates cupiũt i hac vita, hoc tamen non faciunt, inquantũ tribulationes & aduersitates sunt quædam miseriæ ac tormẽta, sed inquantũ sunt quędã peccati purgamẽta & satisfactio atq; remedia contra pctã, ac media impetrandi grãm ampliorem & facilius pertingendi ad gloriam æternalem, imò & obtinendi beatitudinem pleniorem.

Cũ ergo tã multipliciter vtiles & salubres sint tribulatiões & aduersitates vitæ psentis, q̃d miꝝ

ꝙ homines vere sapientes ac virtuosi appetant eas & gaudiose eas sustineant. Vitiosi vero & fatui sunt q eas abhorrent ac perpeti dedignant. Non solũ considerant eas vt tribulationes & D
Matt.20 pœnas ac quasdã miserias. Itaq; cũctis hominibus beatitudinẽ appetentibus, multisq; Chri-
Matth.7 stianis eam q̃tidie adipisci petentibus respondet dñs Iesus Chr̃us vniuersis & singulis, Potestis
Act.14 bibere calicem, quem ego bibiturus sum: hoc est, potestis sequi vestigia mea, patiendo liben-
2.Timo.3 ter aduersa, & arctã viam salutis strenue incedendo: Quasi dicat, Aliter nõ potestis saluari, cũ Paulus fateatur ap̃lus: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorũ. Itemq;
1.Pet.2 Omnes, inquit, q volunt pie viuere in Christo, persequutionẽ patient. Hoc est q̃d princeps ait apostolorũ: Chr̃us passus est pro nobis vobis relinquens exemplũ, vt sequamini vestigia eius.
Matt.11. Itaq; Chr̃us in Euangelio hodierno nos docet, ꝙ per laboriosa pœnitẽtiæ opera, per difficiles actus virtutũ, per aspera & aduersa oporteat nos ad beatitudinẽ proficisci. Nã regnum cœlorũ
Pro.4 vim patit, & violenti rapiũt illud, hoc est qui fortiter vincunt seipsos, & cõcupiscẽtias edomãt
Gala.5 carnis, ac praua in se desideria frangũt, corã deo quoq; corde ambulant custodito ac timorato
Psalm.65 Ideo dixit ap̃lus: Qui aũt sunt Chr̃i, carnẽ suã crucifixerunt cũ vitijs & cõcupiscentijs. Sed &
Zacha.13 Psalmista loquit deo: Transiuimus p ignẽ & aquã, & eduxisti nos in refrigeriũ. Hinc p Zacha riã loquit dñs de electis: Ducã eos p ignẽ, i. per grauem tribulationẽ, & vram eos sicut vritur ar
Sap.3 gentũ, & probabo eos sicut probat argentũ, & exaudiam eos & dicam eis: Populus meus es tu,
Matth.7 hoc est q̃d Sapiens ait: Tanq̃ aurũ in fornace probauit electos dñs, & quasi holocausti hostiam
Matt.22 accepit eos. Ecce q̃ arcta est via salutis, & q̃ pauci perambulãt eã. Idcirco in Euangelio asserit Chr̃us, ꝙ pauci eã inueniũt, & ꝙ pauci electi. Nã paucissimi inueniunt qui æquanimiter patian
Eph.4 tur aduersa, q in continuo stent timore, ne deũ offendant, q soliciti sint seruare vnitatem sp̃us in vinculo pacis, dominent motibus animi sui. Sed prohdolor omnes cito irascimur, indigna- E mur, turbamur, atq; ad varia peccata dilabimur. Si ergo æternã damnationẽ euadere, si cœle-
Luce.6 stem felicitatẽ obtinere appetimus, accingamus nos ad patientiã sanctã in oĩbus, præparemus nos ad perferendũ tentationes diuersas, vincamus propriã animositatem, iram auaritiã, omnem gulã atq; luxuriam, accidiã & rãcorẽ, simus humiles, misericordes, casti, sobrij, atq; ad dei obsequiũ prompti, tentationibus propriæ carnis & mundi ac dæmonum viriliter reluctemur, ac dei subsidiũ in oĩbus iugiter deprecemur. ¶Præterea in Euangelio hodierno docemur, q̃ iustus in omnibus erat Christus, qui nec precibus sororis suæ matris nec filiorum ipsius à tenore
Matt.20 iustitiæ flectebatur, sed strenue redarguit eos, dicẽdo, Nescitis quid petatis, &c. Sic ergo & nos Christi exemplo iusti & constantes esse discamus, nec amore cõsanguinitatis, nec adulantium linguis, nec propter munera aliquid contra dei p̃cepta agamus, neq; iustitiæ derogemus. Sed heu huius oppositũ agunt multi, q aliquo sibi propinquo offenso & læso, mox currũt ad arma & propria authoritate contra iuris ordinẽ ac processum volunt exercere vindictã, q̃d est mortale peccatũ, ex quo sæpe grauissima oriunt facinora, sicut inuidiæ, traditiones, homicidia &c. ¶Insup in Euangelio isto p̃cipue edocemur omnẽ superbiam ac ambitionẽ vitare, cuius contrarium agũt, qui vel in sp̃ualibus vel in secularibus aspirant ad prælationes, ad officia, ad supe-
Sap.6 rioritates & dignitates, nõ formidantes horrendũ ac districtissimum dei iudiciũ, de quo Sapiens asserit: Iudicium durissimum in ijs qui præ sunt fiet. Tales ambitiosi, superbi, vaniq; homines frequenter alios scandalizant ac contra se excitant, & in officijs constituti multoties iniuste
Matt.20 se habent, proprios honores & lucra terrena magis q̃ bonũ commune atq; iustitiam exquirentes. Vnde & Matth. describit, ꝙ decem apostoli audita petitione Iacobi ac Iohannis, indignati sunt contra eos, quibus omnibus ad se vocatis, dixit saluator: Scitis quia principes gentiũ dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercẽt in eos. Non ita erit inter vos, Sed q F
Ibidẽ. voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister, & qui voluerit inter vos primus fieri, erit vester seruus. Deinde Christus dominus proponit seipsum in humilitatis & dilectionis communis boni exemplum, dicendo: Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animã suam redemptionem pro multis. Itaq; quanto quis cupit plus exaltari à deo in p̃senti in donis gratiæ, & in futuro seculo in felicitate & gloria, tanto profundius humiliet seipsum, nec dignus est alijs præfici & præesse, qui dedignatur subijci ac subesse. Discamus ergo obedire
1.Cor.4 in oĩbus, & humiliter sentire de nobis, q a reuera innumerabilibus defectuositatibus, vilitatib᷒, vitijs & immũditijs pleni sumus, multis q̃q; circũdati laqueis inimici, atq; periculo æternæ dãnationis expositi, nec aliquid boni habemus à nobis, sed solũ deficere & peccare, æternaliterq; perire. ¶Postremo Chr̃us gloriosum apostolũ Iacobũ & sanctum eius sepulchrũ innumeris ac præclaris decorauit miraculis, quæ alibi satis legunt. Nã & quendã qui ad visitandũ sanctũ Iacobum gradiebat, & in via ex deceptione diaboli occidit seipsum, suscitauit à mortuis. Alium quoq; peregrinũ sancti Iacobi in via iniuste suspensum, beatus Iacobus p trigintasex dies conseruauit incolumẽ, q̃usq; à ciuibus depositus est, & q eũ mendaciter accusauit de furto, suspensus est. Sed & aliũ grauissime incarceratũ & vinctũ, sanctus Iacobus de ꝓfundo carceris ad summitatẽ eius p̃duxit, qui inde saltauit in terram, nec in aliquo læsit seipsum, cũ tamen turris plus q̃ quinquaginta cubitorum altitudinem possideret.

Ad Reli-

A ¶AD RELIGIOSOS.

¶Sermo.3. De familiaritatibus & gratia dei cōciliãda, quam fiducia, spes, delectatio, atq; desideria sancta erga deum sequuntur, & q̃ missæ sacrificium sit frequentandum.

IAcob dilexi, Mal.1. Dilectio dei æterna ad hoĩes ẽ cã oĩs boni q̃d ĩest hoĩbus, cũ diligere sit alicui bonũ velle, idcirco q̃ inuariabilis deus voluit, & ab æterno decreuit alicui dare plura maioraq; bona, eo plꝰ illũ dr̃ dilexisse. Deniq; q̃to aliquẽ ad altiorẽ gl̃æ gradũ in cęlo p̃ordinauit, tãto eminẽtiora gr̃æ gratũ faciẽtis dona ei in hoc mũdo largit̃. Q̃m itaq; S. Apl̃m Iacobũ nõ solũ elegit ĩ Apl̃m Chr̃s, sed & familiarẽ sibi cõstituit, sicut Petrũ & Iohannẽ cũ q̃bus transfigurationi Chr̃i, & suscitatiõi puellæ interfuit, quẽ & passiõe imminẽte Chr̃us cũ Petro & Iohãne assumpsit, cœpitq; corã eis cõtristari, & dixit: Vigilate mecũ & orate. Hinc de ipo Iacobo merito ait: Iacob dilexi. Studeamus ergo & nos ita hr̃e nos, tal'r ambulare, tam syncere ac regulariter cõuersari, vt efficiamur etiã deo in præsenti nõ solũ chari & amabiles, sed itẽ familiares, familiaritatẽ aũt amicitia facit nõ q̃cũq; sed special'r atq; p̃cipua. Et q̃uis debeat hõ amicitiã q̃tũ p̃t hr̃e cũ oĩbus, nõ tñ familiaritatẽ, sed cũ paucis dũtaxat & hoc ,p̃pter vitandũ periculũ, ne fallat. Familiares nãq; sua sibiĩnuicẽ reuelant secreta, & nisi mutuo sint fideles, cęlareq; sciãt, reuelatio hmõi eẽt periculosa. Pauci vero inueniunt̃ vere fideles, constãtes ac ,p̃bi, Salomone testãte: Virũ vnũ de mille inueni fidelẽ. ¶Porrò bonꝰ & ĩfallibilis deus, cuius sapĩæ non ẽ finis, nullum se ad hoc aptantẽ à sua familiaritate repellit, q̃m falli nõ p̃t, nec ẽ apud eũ p̃sonarũ acceptio Non ergo desperemus, sed humil'r cõfidamus, efficaciterq; conemur ad eius familiaritatẽ p̃tingere.

Matt.17. Marc 5. Matt.26 Luc.12 Malac.1. Prouer.20 Psal.144 Actor.10 Romañ.2

B Quod vt fieri queat, oportet nos laborare ad ,p̃fectũ charitatis condignũ, ad oĩpotẽtis amicitiã specialẽ, ad exercitationẽ deuotissimã ac ĩternã, vt ĩfinite sup̃gloriosiss. creatoris btĩtudini totis cõgratulelemur p̃cordĳs, cõicemurq; deo in actibꝰ sp̃ũalibꝰ ac diuinis. Nã amicitia in aliq̃ cõicatione fundat̃. ¶Præterea, ad familiares p̃tinere videmus seinuicẽ specialiter valde diligere de mutua charitate, fidelitate, assistẽtia multũ confidere, secreta sua sibiĩnuicẽ insinuare, libẽter simul loq̃ & eẽ, cõuesci, & coambulare, fidelitatẽ mutuo conseruare, atq; oẽ q̃d poterit bonũ sibiinuicem impartiri. Studeamus ergo, vt ista sint inter dominum deum nostrum, & nos eius paupculos imbecillesq; seruos. Et enitamur in primis in sancta deitatis dilectione crescere quotidie vehemẽter, quoniã q̃cq̃d de eo scimus, audimus, legimus, aut videmus, si rite cõsideremus, eiꝰ nos charitate p̃t accẽdere, q̃m oĩa illa sunt honesta, sc̃tã, sapiẽtialia. pia, & iusta, nec ẽ rep̃hẽsio vlla ĩ eis. Vniuersæ etiã creaturæ attestant̃ bonitati sapĩæ & excellẽtię creatoris. Si ergo vehemẽter diligimus hoĩem, de q̃ m̃lta bona p̃cepimus, nec ĩhonestũ q̃cq̃ audiuimus, q̃uis nũq̃ viderimus eum, nec quicq̃ contulerit nobis, & cupimus eum videre, atq; cum ingenti eum suscipimus gaudio, si diuerterit ad nos, quanto magis debemus creatorem nostrum deum perfectionis, bonitatis, sapientiæ, & eminentiæ penitus infinitæ, de quo nil nisi incomparabiliter bona sancta virtuosa & gloriosa agnoscimus, cuius beneficĳs vtimur ĩcessanter, & qui intantum dilexit nos prior, & tam ineffabilem plenissimamq; beatitudinẽ nobis promisit, ac præparauit totis amare præcordĳs? Bruta amant eos à quibus frustum accipiunt panis, pauperes quoq; diligunt eos valde, à quibus interdum bene reficiuntur. Et quæ ista ingratitudo, peruersitas, insania hominũ non diligentium deum, à quo sortiti sunt quicquid habẽt & sunt, cuius donis reficiunt̃ quotidie? Veruntamen ea quæ vnigenitus dei pro nostra assumpsit, fecit, sustinuitq; salute, sup̃ oĩa inflammare eos possunt & debẽt charitatis ardore, si efficaciter perpendãtur.

1.Iohã.4.

C Et item q̃ deus vnicuiq; nostrum tantum & tam diu in suis pepercit peccatis, tantam quoq; pietatem impendit ac gratiam, & ad hunc sanctum ordinem inrroduxit. Contemplemur demum bonitatem, sapientiã, suauitatem, perfectionem, beatitudinem dei in seipso quãtum valemus, sicq; eius accendamur amore, & ipsum omi hora rogemus, vt nos sua saluberrima dilectione inflammet, & quicquid charitati & eius profectui ac feruori contrariatur tollat à nobis. ¶Præterea, si ita dilexerimus deum valde confidenrer sperabimus, q̃ vtiq; amet nos, per prædestinationẽ æternã, & secundum præsentem iustitiam. Et quàmuis de hoc non habuerimus certitudinẽ absolutam, habebimus tñ certitudinẽ inde valde probabilẽ. De gratiosa quoq; dei assistẽtia, ope, fidelitate, & exauditiõe plenariè confidemus, dicẽtes dño: Susceptor meus es tu & refugiũ meũ, deus meus sperabo in eũ. Itemq;: In deo salutare meũ & gloria mea, deus auxilĳ mei, & spes mea in deo est. Et rursus: Si ambulauero in medio vmbræ mortis non timebo mala, q̃m tu mecum es. Longe igitur erit à nobis timor nocturnus, puerilis formido, pauor effœminatus, qui oritur sæpe ex stulta imaginatiõe & apprehensione phantasticã, imò frequenter propter vitia nostra permittit nos deus tam stolide occupari & timere, vbi non est timor. ¶Præterea, humano more loquendo de deo, si nosipsi fuerimus deo constanter fideles ac amorosi, incipiet & ipe quasi de nostra fidelitate & assistentia quadam confidere, cum inuenerit nos frequenter fideles, sicut confisus fuit de fidelitate Dauid, quod faceret omnes suas voluntates. De quo primo Regum.13. loquitur Samuel: Quæsiuit sibi dominus virum fidelem. Sunt autem nonnulli instabiles & nutantes, sil'es illis. De quibus Euangelista Iohannes fatet̃, q̃ credebant in Iesum, sed Iesus non credebat se illis, ideo in Apocaly, deus hortat̃: Esto fidelis vsq; ad mortẽ, & dabo tibi coronam vitæ.

Psalm.90 Psalm.61 Psam 22. Psalm.90 Psalm.3. Apoc.2

¶Ampli

¶Amplius secreta nostra deo insinuemus seu potius fateamur & offeramus, effundêtes coram D
Psalm. 31 ipo cor nr̃m, indigêtias, defectuositates, ĩfirmitatesq́ nr̃as, pericula nr̃a, delicta etiã nr̃a ei cogni ta faciamus, accusando, diiudicãdo, discutiêdo, & corrigêdo nosipsos in eius pñtia, in cõfessiõe quoq; sacramẽtali, & in caplo cõfiteamur plenariẽ, humilr & cõtrite nr̃a pctã. Si ita egerimus, pficiemus q̃tidie in cordis mũditia, in dono sapiæ, in charitate feruẽte, erimusq́ capaces illustra-
Psalm. 50 tiõis diuinæ, ita q deus manifestabit nobis icerta & occulta sapiæ suæ, sensus mysticos scripturarũ, mysteria fidei, cõnexionẽ & ordinẽ credẽdorũ. ¶Deinceps assuescamus libẽtissime eẽ, habitare, pficisci, & loq cũ deo, ambulare & iugiter occupari cũ ipso, orõnibus, meditationibus, cõtẽplatiõibus assiduè immorãdo, ĩ abscõdito cellæ, in sepulchro solitudinis, in loco abstracto
Genes. 28 quãtũ cõgrue fieri pt, libẽter manẽdo, discursus vitãdo, & aliqd boni semp agẽdo, etiã in eũdo
Apoc. 3 vt sit deus custos ac socius nr̃i itineris, q̃cũq; prexerimus. ¶Preterea, qm̃ Chr̃us stat ad ostiũ cordis nr̃i pulsans, q̃tenus si aperuerimus ei, intret & cęnet nobiscũ, aperiamus ei ianuã cordis nr̃i, atq; in mẽsa sapiæ cũ ipso cœnemus, contẽplatiõe, dilectiõe, ac delectatõe diuiorũ reficiẽdo animas nr̃as, qbus & Chr̃us reficit animã suã, sanctis q̃q; opibus ipm̃ reficiẽdo ac oblectãdo, qm̃
1. Thess 4 hæc est volũtatis suæ refectio, nr̃a sanctificatio & deliciæ eius sunt esse nobiscũ, si ita egerimus.
Prouer. 8 In mẽsa q̃q; altaris reficiamur cũ Chr̃o, imò ipsomet Chr̃o, q ibi est cibator & cibus, cõuiua atq; refectio, q se nascẽs dedit sociũ, cõuescẽs in eduliũ. Exhibeamus ergo nos quãtũ fragilitati nr̃æ est possibile idoneos, ad celebrãdũ q̃tidie, nec leui occasione postponamus tã saluberrimũ, fructuosissimũ, ac diuinissimũ opus. Absit vero vt ex pposito aut accidia postponat, qs opus tam B excellentissimũ, quo deus maxime honorat, Chr̃i mysteria ac beneficia recolunt, viuis ac mortuis & toti ecclesiæ subuenit, ipseq́ celebrãs grãm pmeret pręcipuã & gloriã pręminentẽ, quẽadmodũ S. Thomas in antiphona deuotissime ac cõpendiosissime loquit: O sacrũ cõuiuiũ, in E quo Chr̃us sumit, recolit memoria passiõis eius, mẽs implet gr̃a, & futuræ gloriæ pignus nobis dat. ¶Postremo, oĩ mõ nobis possibili pcuremus ac pmoueamus dei honorẽ ac cultũ, atq; ad eius honorificẽtiã & amorẽ alios inducamus. Si pręducta egerimus, erimus deo cũ S. Aplo Iacobo vere familiares: O q̃ta est ista nobilitas eẽ familiarẽ altissimo. Nonnè in magnũ reputat in seculo esse familiarem alicui principi, aut excellẽti prælato? Quid ergo est esse familiarem domino deo æterno? Ideo semper intus exerceamur & occupemur cum eo, nec negligamus dignitaaem hanc maximam.

¶Sermo. 4. Quòd diuinę prouidẽtiæ atq; eius dispositioni, omnia debemus committere, itẽ contra ambitionẽ, quã iniuidia cõmittat, eruditio monastica.

MOrtuũ prophetauit corpus eius, Ecci. 48. Verũ istud ad lr̃am scriptũ est de B. Heliseo ppheta, cuius corpus dr̃ idcirco etiã exanime pphetasse, qa suscitauit defunctũ. Legit equidẽ. 1. Regũ. 13. q dum latrũculi corpus occisi piecissent in tumulũ Helisei & tetigisset ossa corpis eius, reuixit vir ille, q̃ dues miraculo demõstrauit Heliseum fuisse verũ pphetã. Quãto magis verbũ istud dici põt de sacratissimo Aplo Iacobo, q post mortẽ suã tã multa & magna, tã pręclarissima soliq; oĩpotẽti possibilia fecit miracula, iter q̃ etiã plures suscitauit defunctos, & tãtis honorauit oĩpotẽs deus sepulchrũ S. Iacobi huius, pdigijs? Vt C
Esai. 11 illud Esaiæ de Chr̃o ad lr̃am dictũ, in ipso videat impletũ: Et erit sepulchrum eius gloriosum.
Romanũ. 11 ¶Deniq; in hac re cõsiderare est, q̃ vere mira & incõprehensibilia sint oĩpotẽtis iudicia. Nã ecce F Iacobus iste adhuc viuẽs, ĩgressus Hispaniã paucissimos ibi cõuertit, vtpote septẽ tm̃, vt aliq dicũt, aut vnũ dũtaxat scd̃m q̃sdã. Nec legit ibi tũc choruscasse miracul. Eo at ĩ Iudęa occisio, corpus ipsi⁹ illuc angelo duce miraculose delatum tãtis ibidẽ radiauit pdigijs, vt p hoc plurimi sunt cõuersi. ¶Porrò solẽt philosophi dicere, q actus secũdus vcz, opari, subuenire, curare, suscitare, atq; hmõi pręsupponit actũ primũ q est eẽ. Si ergo sancti tã gloriosa operant miracula iã occisi, nõ vtiq; penit⁹ mortui sunt, sed viuũt in aĩa & ver⁹ iustusq́ de⁹ talia operãdo ptestat fidẽ & cõuersationẽ ipsorũ sibi pcipue cõplacuisse. Ex his edocemur dispõne diuinorũ iudiciorũ stare cõtẽti, nec psumere illa imoderãter scrutari, sz nosipos deo fiducialr, humilrq́ cõmittere, nec ingerere nos ad imptinẽtia nobis, imo poti⁹ tota diligẽtia adimplere q̃d de⁹ reqrit à nobis, i. cõuersationẽ nr̃æ vocatiõi, pfessiõiq́ cõgruã. Hęc ideo tãgo, qm̃ solẽt iterdũ nõnulli religiosi fantasias hr̃e diuersas, q̃si infructuose q̃dãmõ sint in cœnobio, vtpote q in seclo maiorẽ possent facere fructũ, alios istruẽdo ac gubernãdo. Vtinã tales fantastici iterim bñ regãt seipos, nec de aliorũ directiõe se occupẽt, q̃usq; deo disponẽte ac dispẽsante vocent ad talia. Et ei teste scriptura:
Heb. 5 Nemo sibi assumit, i. assumere dz honorẽ, nisi q vocat à deo tãq Aarõ. Nã & Chr̃s nõ clarifica
Psal. 109. uit semetipm̃, vt põtifex fieret, sed q locutus ẽ ei: Tu es sacerdos in ęternũ &c. ¶Insup oĩs creatura cõparat ad creatorẽ, sicut istrumẽtũ ad artificẽ, ita q dei ẽ applicare suũ plasma ad hoc, vel illud: Nõ ergo se igerat hõ ad ea q̃ iptinẽtia sunt occupatiõi, ad quã exercẽdã de⁹ applicauit eũdẽ. Nã & scĩ pr̃es in hęremo, cũ oĩ fulgerẽt sapĩa atq; miracul, nõ pprio motu egredi voluerũt vt instruerẽt alios, aut pessent, imo vocati reddidert se satis difficiles. Multi in cœnobijs mirabilr & lamẽtabilr ipediũt à spũali pfectu, qa nõ fuvdãt se ĩ vero ac saluberrimo vitę monasticę fundamẽto, i. ĩ mortificatõe plenaria, in hũilitate oĩmoda, ĩ abdicatõe cõpleta, nec iteriora sua plene ex-

A ne expurgant à fatuitate existēdi ac apprehēdendi aliqd in hac vita, & ambitionis stultitia, ideo nunquàm decoratur vera ac perfecta iustitia, imò paulatim per foramen læsionis suæ ambitionis ingreditur cor eorum callidissimus hostis, cū copia iniqtatis, nec numerari possunt pctā. quæ incidunt ex radice tā praua. Expellat ergo radicitus mortiferum hoc venenum, & pēsemus q religiosus ē ciuilr mortuus, teneturq; seipm mūdo mortuū exhibere, ne qdpiā hui⁹ mūdi desideret, sed oēm suum affectū in deo simplificet & defigat. ¶ Insup S. iste Apłus Iacobus, cum consanguineus eēt saluatoris neqq est cōtristatus, aut motus de hoc q saluator nō se aut frēm suum Iohānem, sed Perum toti præfecit Ecclesiæ, sed iniūctum sibi à dño opus fidelissimè adimpleuit. Nemo ergo in religione tristet, si à superioribus suis in officijs nō ponat, sed potius gratulet quòd i sua humilitate relinquit, & solis spūalibus vacare pmittit. Teste qppe Gregorio: Oipotēs deus sępe eos quos tenerè diligit, ab exteriorum occupatione custodit. Quę est ista fatuitas q nō recordamur, cur venimus, qd deo pmisimus, qd à nobis exigit ipe, & q nescimus diē & horā? Veru sub habitu religioso cor gerimus seculare? Qui talis est, sciat se corā deo monstrū eē deforme. ¶ Porro dum quēpiā videmus ad officia poni, nō ei applaudamus vt prosperato, sed potius cōpatiamur vt periculis proximato, & oremus deum pro eo, vt fructuose se habeat. Qui aūt cupit à deo æternalr exaltari in cœlo, nō moleste ferat tpaliter humiliari in mūdo. Qui cupit magnus & admirabilis corā deo & sctis oībus apparere atq; in sempiternū laudabilis inueniri, studeat seipm plene relinqre, salubriter mortificare, priuatū amorē cū oī sua vanitate prsus euellere, seq in cūctis hūiliare sub vniuersis. Intueamur o frēs q desiderabile & salubre sit deo p-
B fecte seruire. Ecce qtū mirificat & honorat altissim⁹ sctōs suos vt puocet & iflāmet nos ad fidē certissimā, ad vitā purissimā, ad pfectū indesinētē. Cur ergo torpet cor nrm ignauia, cur iordinate reflectit ad ppria cōmoda? Quare amore ac desiderio summi & icōpabilr boni btitudisq ęternę ac cęlestis honoris nō aspnat honores, fugitiuos, caduco, sbreues. & hūanos? Ecce gliosi Apłi q fuerūt primi ac summi plati Ecclesiæ, qualr contēpserūt vniuersa terrena, & sola paupertate se diuites arbitrabant atq; totius hūilitatis se pbuerūt exēpla, sicq; verbis & opibus, patiētis quoq; qs in suis habebāt supplicijs p Chro eis illatis, ōnderunt eē vitā aliā post pñtē, vitā vtiq; sempiternā ac gloriosam, cuius intuitu & amore vilipēdēda eēnt cūcta pñtia, carnalia, & mūdana. In his ergo indefesse sectemur beatissimos prēs pricipes & doctores nros Apłos, nil glīæ tēporales, nil humanni honoris, nil sensualis delectatiōis aut mūdanæ prosperitatis in hac vita qrentes, sed subiectiōe, abiectiōe, obeditiōe, inopia, correptiōe, & correctione gaudētes, vt non solum mortuus, sed etiā & crucifixus nobis sit mundus & in solo deo sit semp tota spes & consolatio, tota intentio & affectio, omnis occupatio & operatio nostra.

Matt. 16

Matt. 25

Psal. 4

Gala. 6

¶ Sermo quintus: Quòd prospiciēdum sit, ne supplantet nos diabolus.

IVste vocatū est nomē eius Iacob, supplātauit eñ me en altera vice Ge. 27. Verba ista ad literā scripta sunt de Esau & Iacob filijs Isaac, in qbus verbis cōquerit Esau bis supplātatū se eē à fratre suo Iacob. Vnde in Genesi pallegatis verbis subiūgit: Primogenita mea añ tulit, & nūc scdo subripuit benedictionē meā. Hinc asserit eñ iuste Iacob vocatū. Nā Iacob supplātator interptat. In qbus p Esau intelligi pōt diabolus, p Iacob S. iste Apłus Iacobus, q in
C Hebræo Iacob vocat, q quasi primogenita tulit, qñ cęlestis btitudīs dignitatē pmeruit, quam diabolus peccādo amisit. Ad quā etiā aptitudinē habuit qndā rōne pfectiōis & sublimitatis suę specifice. Scdo qq; qsi bñdictionē subripuit illius iniq S. iste Apłus, qñ abundātiā infusiōis spūs sancti in die sortitus ē pētēcostes, quā si nō peccasset, exuberāter accepisset in cœlo ille malign⁹ Atq; in his duab⁹ vicib⁹ loquēho, in gñe supplātauit seu vicit Iacobus sctūs diabolū. Supplātauit quoque diabolū in vita sua pdicādo magicas artes Hermogenis detegēdo ac superādo pluri mos cōuertēdo ac Iudęorum confutādo pfidiā, vitā etiā ducēdo sctissimā Rursus superauit diabolum post mortē suā, post quā plura ac maiora fecit miracula, ac plures cōuertit q viuēs in carne Elaboremus ergo & nos his modis qtū possibile nobis ē supplātare diabolū, cū scriptū sit: Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Qd tñ nō nisi auxilio græ dei iplere valemus, atq; à deo pricipalr agit, Paulo cōtestāte q loquit: De⁹ cōteret satanā sub pedib⁹ vrīs velociter. ¶ Porro in baptismo supplātauim⁹ eū prīo, qñ de filijs irę facti sumsi⁹ lij grę. Veru ad rōis vsu; pducti, qñ mortalr peccādo innocētiā ac grām pdidimus baptismalē, supplātati sum⁹ ab ipio, sed qtiēs vere pœnitēdo recuperauim⁹ grām, supplātauim⁹ illū. Et qūis turpe atq; dānabile fuerat nobis in seculo supplātari à diabolo, tñ incōparabilr quasi turpius dānabiliusq cōsistit, si nūc post religionis igressum, post monasticę pfessiōis emissionē supplātemur ab ipo Religionē nāq; sumus ingressi, & regularē vitā professi, nō solū vt pristina vitia fugiamus ac dño obseqmur, verum etiā vt p pretetitis satisfaciamus peccatis, & tpa infructuose ac vitiose cōsumpta lucremur quicqd in illis neglectum est reparantes, deo quoq; seruiamus pfecte, sciētes q nō sit nostrū circa cōia, immorari, aut præceptorum obseruantijs contentari, sed euangelica quoq; implere cōsilia, puritati studere, spūali inuigilare profectui, pfectiōi quotidie propinquare, vt dominetur quilibet animo suo, nec passionibus superetur, imo inordinata desideria omnia frangat.

Iaco. 4

Roma. 16

Romañ. 8

¶ Porro

¶Porro, si hō ita se habet pōderemus o frēs, qd sit q̄ dānabile, derisibile, impiū'q; existat in cœnobio negligētijs & pigritijs locū dare, ꝓtiosissima tpa in qbus tā saluberrime negotiari & occupari possumus ac tenemur, fabulādo, dormitādo, aut irreligiose seu curiose nos occuppādo expēdere, & nō solū nō agere bona, nō adijcere ad virtutes, nō ꝓgredi in itinere dei, nō recupare ꝑterita mala, nec illa deflere, atq; cōdignos agere pœniæ fructus, sed īsup praua cōmittere, malū malo adijcere, regredi īstar cācri, & q̄ defleant augere. Memor sit vnusq́sq; qd vouerit deo, nec tardet illud īplere, qm̄ displicet deo stulta & īfidelis ꝓmissio solēnis & monasticę ꝓmissiōis trāsgressio magis q̄ violatio iuramēti. Conet igit q̄libet nr̄m vt iuste supplātator mereat vocari, superādo dęmonū tētamēta, mūdū & carnē, ꝓpriā volūtatē ac vitia vniuersa. Nēpe vt asserit Esaias: Hic ē oīs fruct⁹, vt auferat iniqtas, nō ꝙ vitijs carere seu malū nō agere sufficiat ad salutē. Alioqn īfantuli nō baptizati añ vsum rōnis decedētes saluarent, nec dictū esset: Oīs arbor q̄ nō facit fructū bonū, excidet, & in ignē mittet. Sed qa in ablatiōe pc̄ti dat ītelligi, īfusio grę, adimpletio ꝓceptoꝝ, vitatio oīs pigritię & omissiōis. Quo cōstat, ꝙ q̄to vigilātiores ac agiliores fuerim⁹ ad euitādū oē pc̄tm̄ q̄tūlibet paruū, tā cōmissiōis q̄ omissiōis, eo pl⁹ grę de⁹ ꝓtin⁹ nobis infundet, meliora ꝑstabit charismata, atq; virtutū īcremēta maiora, ꝑserti cū nihil ꝓhibeat bonū grę ac virtutū à nobis nisi pc̄tm̄, & solę nr̄æ iniqtates diuidāt īter deū & nos, imò cū de⁹ vnicuiq; influat scd̄m ipsi⁹ capacitatē ac dispositionē, certū ē, ꝙ q̄to grę ac virtutū spūaliū'q; ꝓfectuū īpedimēta .i. pc̄tā diligēti⁹ īcessabilius'q; vitam⁹, tāto ampli⁹ in oī grā ac virtute ꝓficiem⁹ ac ꝓficiemur. Quid igr̄ restat, qd nob̄ necesse ē, & qd agēdū īcūbit, nisi vt oī custodia custodia⁹ cor nr̄m & vt sint īteriores oculi nr̄i sp ad dn̄m, in om̄i q; obseruātia sanctę religiōis diligētes sim⁹ ac feruidi & q̄ maioris sūt pōderis āpli⁹ pōderem⁹ q̄ maioris sūt meriti & necessariora saluti prio ac feriosius īpleam⁹ cūq; cordiū īspector sit dn̄s, scruteturq; renes & mētes, & cogitationū discretor sit affectionū'q; iudex, ꝓuideam⁹ ī primis & sup oīa enitamur, vt corā dei cōspectu habeam⁹ iugiter cor synceꝝ, charitatiuū, iustū, simplex, ac piū, ab oī cogitatōe illicita, ab vniuersa actōe obliqua, à cūctis pigritijs, negligētijs, carnalitatib⁹ duplicitatib⁹'q; īmune. ¶Porro caueam⁹ ne supplātet nos ꝓpria lingua, ne ad diabolicę malitiositatis ꝓruat verba .i. ad detractionē, discordiæ seminationē, rixas, cōtumelias, cōtradictiōes, excusatiōes ꝓprię culpę, aut verba mēdosa ꝓuocatiua aut pūgitiua Nec solū hęc horribilia mala fugere nos opʒ, sed verba demū scurrilia & in risum mouētia, ab oīm pr̄e religiosoꝝ S. Bn̄dicto in oī loco anathematizata, imo & verba otiosa de qbus sūmo iudice cōmināte ē ī die iudicij rō reqrēda. Propterea ꝓ iugi lingę custodia dn̄m exorem⁹, cū viro sapiēte dicētes: Quis dabit ori meo custodiā, & sup labia mea signaculū certū vt nō cadā ab ipsis, & līgua mea me pdat? Hinc orauit vir sc̄tus: Pone dn̄e custodiā ori meo, & ostiū circūstātię labijs meis. O q̄ nociuus ē aīę suę, q̄ ꝑiculosus ē fratrib⁹ suis, q̄ iniuriosus ē deo, q incōsideratus ē ad loquēdū, q passionū suaꝝ vehemētias mox effundit, q auersionū suaꝝ dispgit venena, q mala sub specie boni nouit euomere, q duab⁹ loquit linguis, q detractoria aut odij & discordię seminaria ꝓfert. Talis nō solū necat seipm̄, sed instar pessimi basilisci īficit alios inexptos iuuenes'q; seducit, simplices fallit & animas Chr̄i sanguine liberatas tāquàm latro crudelissimus iugulat. Ecce quāta mala incurrit religiosus linguæ suæ incōtinēs, passiōes nō vincēs, deū nō metuēs. ¶Postremo ꝓspiciamus ne aliq̄ sensu peccemus, ne mēbro aliq̄ abutamur, ne ꝑ ea militemus dæmonibus & pęccatis, quæ desuper data sunt nobis, vt per eà obsequamur altissimo, ne ventris maculemur ingluuie, & crapula grauet cor nostrum, sed indesinēter orando, sapienter meditādo Chr̄i vitā ac passionē inspiciēdo, dei iudicia formidādo, æternæ veritatis contēplationi, increatæ'q; bonitatis feruēti amori assidue insistēdo, resistamus diabolo omniq; impietati, vanitati, & omissioni vt conteratur ille iniquus dei virtute sub pedibus nostris. Ad laudem & gloriam ompotentis dei.

Matth.3 · Eccl's.5 · Esaię.27. · Matth.3 · Esaiæ.59 · Prouer.4 · Psalm.24 · Prou.24. · Psalm.7. · Matt 12. · Ecci.22. · Psal.140 · Luc.21 · Iacob.4 · Roma.16

¶Sermo de B. Chr̄i hospita sancta Martha & de vita ꝑconijs'q; eius.

Dilligebat Iesus Marthā & sororē eius Mariā & Lazaꝝ, Iohā.11. Quod 1. Regū.2 asserit Chr̄s: Quicūq; glorificauerit me, glorificabo eū, ip̄e in ꝑelecta hospita S. Martha gratiosissime adimpleuit, qm̄ multis eā excellētijs decorauit, prima laus & excellētia eius est, ꝙ eā Chr̄us oīm dn̄s in hospitā ac nutricē suiꝑsius & B. matris suę ac sacratissimi collegij Aplōꝝ suoꝝ elegit, assumpsit, ac habuit, & ꝙ ipsa Chr̄o ac cęteris iā ꝑdictis, cū tā maxima prōptitudine, reuerētia, liberalitate, ac charitate obseq̄bat, summū reputās beneficiū ꝙ illis poterat ministrare. O B. fœminā, q̄ in domo sua tale meruit hr̄e, hospitare, bene tractare collegiū, quę ꝓpriū creatorē reficere tāq; familiarē in terris habere fuit electa. Fuit aūt ex regia stirpe, ꝓgenita valde'q; opulēta, prudēs, facunda, nec virū legit habuisse. Scd̄a virtus & laus eius est, ꝙ Chr̄o tā fidelr̄ ac cōstāter adhęsit, nec ꝓpter principes sacerdotū ac cęteros Chr̄i hostes omisit hoc. ¶Porro q̄tū de Chr̄i bonitate & charitate ꝑsumpsit hinc demōstrat, ꝙ fratre suo Lazaro infirmāte, misit ad ip̄m dicēs: Dn̄e ecce quē amas īfirmat, nec addidit ꝑcor vt venias eū'q; cures, sed insinuasse satis putauit, certa de charitate & fidelitate Chr̄i ad se, à quo nil putauit sibi negādum. Itaq; q̄ magnam & certam habuerit fidē de Chr̄o, cōstat ex eo q̄d dixit ad eū: Scio qa q̄cūq; poposceris à deo, dabit tibi deus, & in hoc cōfessa est Chr̄i

1. Regū.2. · Iohan.11. · Ibidē

A Chri humanitatē, eius q̄q; diuinitatē cōfessa ē, dicēs: Ego credidi, q̄a tu es Chrs fili⁹ dei q̄ in hūc mūdū venisti. Tertia eius laus ē, sua cōuersatio rigorosa & sctā, quā post Chri ascēsionē & spūs sancti missionē habuit vsq; ad felicissimū obitū suū, p annos amplius q̄ triginta. Nēpe vt supra in sermone de eius felici sorore Maria est dictū, oīa sua reliqt, & cū alijs multis sctis naui iposita deuenit Massiliā, deinde ad aquēse territoriū, ibi B. Martha de licētia sui magistri S. Maximini epi māsiōe sibi cōstituit, & magnū cōgregauit deuotissimarū cętū sororē atq; ī honore virginis gloriosę cōstruxit ecclesiā, ieiunijs & orōibus iugiter vacās, carnes, oua, caseū, vinū, & oēm pinguedinē vitās, ac semel tm̄ in die mādu cās. Centies omi die, totidēq; in nocte flectebat genua, orās. Quarta excellētia eius est magnitudo miraculorū q̄ egit, inter q̄ est, q iuuenē defunctū resuscitauit, & immanissimū ac crudelissimū mōstrū grossius boue, lōgius equo, q̄d multos valde occiderat, refrenauit, cingulo suo ligauit, occidiq; fecit à pplo. Quinta laus eius ē, ptiosa cōsummatio sua. Nā obitū suū sibi Chrs reuelauit p annū, in q̄ febribus laborauit, & per octo dies añ obitū suum vidit animā sacratissimæ suæ sororis Mariæ Magdalenæ, à sanctorū exercitu angelorū ferri in cœlum, quo viso cōsolata est valde, & ineffabili iucunditate repleta. Cūq; obitū suū sentiret iā imminere admonuit suos vt accēsis luminaribus circa se vigilarēt, q̄ cū à dęmonibus fuissent extincta, & S. Martha illos cōspiciēs, Chrm deuotissime inuocaret, repētè descendit ad eā soror sua Maria, accendēs luminaria, & alloquēs eā. Moxq; ipe dñs maiestatis Chrus saluator adueniēs, dixit: Veni dilecta hospita mea, vt mecū sis in æternū. Tu me in tuo suscepisti hospitio, ego suscipiā te in cœlo, & inuocātes te, pro tuo amore exaudiā. Instāte demū hora B exitus fecit se foras portari, atq; in terra sup cinerē poni, vt cœlum intueri valeret, crucē quoq; corā se fecit teneri, & passionē scdm Lucā sibi legi, & cum legeret: Pater, in manus tuas commendo spm̄ meum. Etiā ipa spm̄ tradidit, & regnum cœleste felix introijt. Sed & ipse Chrus & sanctus epus Fronto, in spū exequias celebrauerūt funeris sacri. Crebra item miracula ad eius fiebant sepulchrum. Ecce qualiter Christus altissimus suā charissimā hospitam honorauit in vita, in morte, & post mortem. Hanc itaq; sacratissimam Martham specialiter diligamus, veneremur, ac inuocemus, eius opera sancta sequamur, caste, sobrie, timorate viuendo, atq; quotidie in bonis proficiendo. Ad laudem & gloriam dei.

Ibide · Luc.23 · Psalm.30 · Miche.6

¶Sermo de vita & miraculis sancti Germani episcopi.

Dominus tecū virorū fortissime Iudicū.6. Verba hæc ad literā, ab angelo sancto dicta sunt sancto Gedeoni iudici Israelitici populi, quæ de pclarissimo viro, beatissimo Germano antistite verissimè exponunt. Huius magni pris post suā cōuersionem talis fuit vita, q nisi decorata fuisset miraculis incredibilis videret. Et rursus, tāta ac talia erāt ipsius miracula, q nisi merita tā pręclara eadē præcessissent, putarent phantastica. Primo igit, tāgenda est vita huius sanctissimi præsulis. Secūdo miracula eius. De vita ipsi⁹ vera refert historia, q fuit nobilissimus gñe in Antisiodoro natus, liberalibus artibus eruditus, & Romæ scientiā didicit iuris, atq; à senatu apicem ducatus Burgundiæ sumpsit. Cumq; in Antisiodoro moraret, & sanctus Amator eiusdē vrbis epus arborē præscidisset absente Germano, in qua Germanus pro ostētatione suspendere cōsueuit capita ferarū, quas venādo obtinuit, voluit præfatum perimere præsulem, qui ad tēpus cædēs illius furori paulopost C secretius retulit ei, quòd sibi in episcopatu succederet. Post modicum tēpus defuncto S. Amatore epo in præsulē ab oī plebe electus, substātiā suā erogauit paupibus, & vxore in sororē mutata, ita per annos triginta proprium corpus afflixit, vt nunquàm panem frumenti, non vinum neq; legumen, sed nec salem pro sapore accepit. Bis tātum in anno, videlicet in die natiuitatis Christi & resurrectionis eius vinum sumpsit permodicum, quod ita permiscuit aqua, vt vix vini haberet saporem. In æstate & hyeme nullā habuit vestem, præter cilicium & tunicā vel cucullā. Lectus suus cinere & sacco atq; cilicio ornabatur, puluinari non vtebatur, nunquàm exuit vestimenta, nisi nimia vetustate attrita. Vel vt darentur pauperibus. Calciamenta & cingulum raro deposuit. Supra hoīem fuit totum quod gessit. Nā & in refectionibus cinerem prælibauit, & hordeaceum panem comedit, & quasi semper in gemitu fuit. Iam tāgenda sunt eius miracula. Filium Volusiani nobilissimi viri suscitauit à mortuis. Manducante eo cum regina nomine Placida, asinus eius in stabulo obijt. Cumq; regina equum sibi parasset ad reuertendum, ipse stabulum ingressus, pede trudens, cadauer surge (inquit) & reuertamur, protinusq; asinus ille surrexit. Cum esset in naui, & grauissima orta esset, tempestas, aquis nauem intrātibus se obiecit, & crucem in aqua faciens, dixit: In nomine pris & filij & spiritus sancti. Subitoq; mira serenitas est sequuta. Serpentes enomis magnitudinis quodā loco repertas solo fugauit imperio Cum sibi in Britānia prædicāti rex terræ illius negasset hospitium, à regis Bubulco cum suis bene susceptus est. Bubulcus quoq; vnicum quem habuit vitulum existētibus cum S. Germano parauit. Facta cęna vir sanctissimus ossa vituli fecit sup pellē componi, & ipo orante, vitulus surrexit repente. Sequenti die in virtute spiritus sancti loquutus est regi: Cur nobis hospitium denegasti? Perterrito rege adiecit: Egredere, & regnum meliori dimitte. Sicq; deo iubente, Bubulcum illum constituit regem. Cum quædam gens ab ipso conuersa, contra aduersarios præ-

liatura eēt debilior, ipſe cũ ea exiſtẽs, pcepit vt ſecũ Alleluia clamaret. Quo facto hoſtes diuina D
virtute cõterriti, diffugerũt. Cũ ad S. Caſſiani epi veniſſet ſepulchrũ, dixit: Quid agis fr Caſ-
ſiane? Et ille de ſepulchro alte rñdit: dulci qete pfruor, & aduētũ pſtolor ſaluatoris. Et Ger-
manus: Quieſce (inqt) in Chro & ora pro nobis. Cũ vnus diſcipulorũ S. Germani obiſſet i via
Germanus ad eius reuerſus ſepulchrũ iuſſit tumulũ aperiri, & interrogauit diſcipulũ, quali-
ter haberet, & an vellet reuerti ad vitę huius militiã. Mox defunctus ille reſedit, & cũcta ſecli
ſuauia eẽ, ſeq́ nolle redire ad vitã iſtã, rñdit: Cui vir ſanctus: Quieſce (inqt) in dño. At ille ca-
put reclinãs rurſus obdormiuit ĩ Chro. Cũ in q̃dã hoſpitio iaceret infirmus, & ignis vndiq;
domus cõbureret, hoſpitiũ ſcti viri nõ tetigit. Alia multa & magna fuerũt ipſius miracula, &
cõuerſatio ei⁹ atq; miracula ſibi inuicẽ correſpõdebãt. Ecce q̃ vere mirabilis deus ĩ ſanctis ſu-
Pſalm. 67 is. O q̃ta fuit huius ſanctiſſ. pſulis hũilitas, q̃ta cõpunctio. Quàm inæſtimabilẽ familiaritatẽ,
cõfidẽtiã, amicitiã, q̃ intimã & q̃ſi continuã vnionẽ habuit mẽs eius cũ deo. O q̃ certa ẽ veri-
tas fidei Chrianę, q̃ tales efficit ſuos pfeſſores, talesq; poſſidet teſtes. Itaq; tãti pris prouoce-
mur exẽplis, roboremur ĩ fide, & diuino accẽdamur amore, gemamus ac ſuſpiremus ĩ valle
Johelis. 2 hac lachrymarũ, in omĩ humilitate, patiẽtia, pietate, miſericordia, puritate creſcamus q̃tidie,
& toto corde cõuertamur ad dñm, vanitatẽ & proſperitatẽ huius ſeculi aſpernantes, atq; ad
æternalẽ beatitudinẽ infatigabiliter p ſancta deſideria, virtuoſaq́ opa properantes.

¶ In feſto beati Petri ad Vincula.

¶ Enarrationẽ Epłæ & Euãg. cũ ſuis ſermonibus, require ſupra in feſto Petri & Pauli.

¶ Sermo I. De cauẽda vana gloria, & qualis ſuperioribus debeatur honor. E B

Ecciderũt cathenæ de manibus Petri. Actorũ. 12. Epiſtola & euãgeliũ feſti pſen-
tis ſunt, q̃ in ſolẽnitate beatiſſimorũ Petri & Pauli leguntur, & ſupra expoſita
ſunt, imò lectio illa, q̃ loco Epłæ legit ad hãc feſtiuitatẽ ptinet potius q̃ ad illã.
Nũc em̃ ſolẽnizat eccleſia de liberatiõe beati Petri à carcere, in quo Herodes
Agrippa eũ recluſit, atq; duriſſime vinxit, q̃d q̃liter factũ ſit ĩ lectiõe pfata nar-
Actorũ. 12 ratur, & ſupra reqratur, & nũc breuiſſime repeti pt. Cũ em̃ ĩpius ille Herodes
ad cõplacẽdũ Iudæis principẽ totius ecclíæ dire incarceraſſet, & eccleſia illa primitiua in Iu-
dæa inceſſabiliter pro digniſſimi principis aplorũ liberatione deprecaret, angelus dei carcerẽ
ingrediẽs Petrũ eduxit. Nec ſolũ deus hoc bñficiũ cõdonauit ecclíæ, ſed pfatũ quoq; tyrãnũ
Herodem Agrippam percuſſit per angelum ſuũ inuiſibili & incurabili plaga interius, ita q̃
vermes viſcera eius acriter corrodebãt, ſicq́ p quinq; dies cõſumptus à vermibus infeliciſſi-
Ibidẽ. me expirauit. Sicq́ primitiua eccleſia à crudeli fuit perſecutore erepta. Deniq; Lucas Euã-
geliſta breuiter tangit cauſam & modum prædictæ plagationis impij huius Herodis. Cũ em̃
die prædinato vellet ſanctum Petrũ occidere, & audiſſet eũ de carcere euaſiſſe, cõtriſtatus
eſt vale, & furens atq; indignans cõtra cuſtodes carceris, decreuit eos occidere, aut dire affli-
gere. Sed quia non decuit vt pia liberatio Petri, eſſet alijs impie tribulationis aut mortis oc-
caſio, de⁹ ſic ordinauit q̃ cuſtodes nil paſſi ſunt, qa Herodes iſte pro cauſa vrgẽte repẽte de-
ſcendit ad ciuitatẽ Cæſareã nomine. Cũq́ die præfixo indutus regia veſte ex auro & argẽto
mirè contexta concionaret ſeu ornate loqueret ad populum, & populus ei acclamaret voces
dei & nõ hominis, i. laudibus diuinis nõ humanis eũ extolleret dicẽs, vt Ioſephus refert, huc-
uſq; te vt hoĩem timuimus, formidauimus, ſed ex hoc iã te ſupra humanã eẽ naturã, fatemur. F C
Nã & ſuperbiſſimus iſte Herodes ex induſtria ſe poſuit ad ſedẽdum ex oppoſito ſolis mane.
Cũq́ ſurgẽte aurora lux ſolis ſup veſtẽ ipſius incideret, veſtis illa auro & argẽto ſplẽdide te-
cta duplicẽ emiſit fulgorẽ, ita q̃ eam vix intueri valebãt, & tũc fatuũ vulgus diuinis eũ lauda-
uit præconijs. Cũq́ ipſe ſtolidior vulgo diuinis gloriaret honoribus ſibi oblatis, nec deo da-
ret honorẽ, ab angelo eſt pcuſſus, & turpiſſima ac crudeliſſima morte peremptus. Sic etenim
decuit eius humiliari ſupbiam. Veruntamẽ hũc maledictũ Herodem ſequũtur omẽs ambi-
tioſi, præſumptuoſi, ſuperbi, præeſſe & dominari optãtes, q propriã fragilitatẽ, defectuoſita-
tem & innumerabilia ſua vitia nõ pẽſantes, propriũ quqrũt honorẽ & laudẽ & excellentiã, cũ
ſola eorũ ſupbia faciat eos omĩ cõfuſione atq; æterna dãnatiõe cõdignos, preſertim cũ & Pau-
1. Timo. 1. lus dicat apoſtolus: Soli deo honor & gloria. Hinc talibus loqtur Chrũs: Quomodo poteſtis
Johan. 5. vos credere, qui gloriam ab inuicẽ accipitis, & gloriã quæ à ſolo deo eſt nõ quæritis? Ex qbus
ſummi magiſtri verbis probat, q̃ qui ab inuicẽ gloriã quærũt, & propriã excellẽtiam inter
homines cupiunt, nõ habeant fidẽ formatã, i. charitate ornatã, idcirco ſunt ſpũaliter mortui
hoc eſt, in peccato mortali. Fugiamus ergo omnem elationẽ & gloriã vanã, & ſi aliquid bo-
ni in nobis eſt, nõ hoc nobis, ſed deo omĩs boni datori humiliter aſcribamus, atq; ab omĩbus
aſcribi optemus, gratiq́ ſimus ac ſubditi deo, nec hũanis erigamur honoribus, nec hoim paſ-
camur pconijs, imò triſtemur cũ nobis impẽdit quod deo debet. Veruntñ plati & ſuperiores
ſunt honorandi in dño, inquãtũ ſunt eius vicarij, poſſunt quoq; exigere debitã à ſubiectis ve-
nerationẽ ex zelo iuſtitię, inquãtum in eis honorat dominus deus, ita quod eorum veneratio
modera-

NOlite timere eos q corpus occidūt, animā aūt non possunt occidere, sed potius eū timete, q habet ptātē & corpus & animā pdere in gehennā ignis. Hæc sunt verba dñi nr̄i Iesu Chr̄i. Matt. 10. qbus suos hortat fideles, ne ex carnali & hūano timore relinquāt iustitiā, deserāt fidē, aut recedāt à deo. Nō ergo formidādi sunt psecutores tyrani ac pfidi, q inferre nō valēt, nisi tpalia mala, breuēq; mortē, p q̄ iusti ad æternæ beatitudinis gloriosissimā pducūtur coronā. Sed incōparabiliter metuēdus ē deus altissimus, q post mortē hāc tpalē infligere pōt supplicia dānatiōis ppetuæ, & ea infligere carni ac aīæ. Hoc beatissimi martyres feliciter īpleuerūt, potissimū victoriosus iste Laurētius, q multipliciter extat laudabilis eminēter. Primo à sua adolescētia sancta. Nā cū Salomon dicat: Adolescētia & voluptas vana sunt, iste pelectus Chr̄i pugil adolescētiā suā nequaq̄ in vanitate & voluptate, sed ī dei sctō timore, in omi morum venustate, in deuotissimo dei cultu expēdit. Vñ & S. pr̄ Sixtus papa vidēs Laurētiū adhuc adolescentē omi morum probitate cōspicuū, atq; in actibus virtuosis pclarum, sibi eū cōiūxit, & suū archidiaconū fecit, in q̄ officio S. Laurētius cū summa mētis reuerētia, cū ingēti cordis mūditia deseruiuit altissimo. Et circa dignissimū sacramētū timorato ac feruido se habuit corde. In his florē iuuētutis suę obtulit Chr̄o, tā deo q̄ cūctis cōplacēs Chr̄ianis. Itaq; in his seq̄mini hūc iuuenē sanctum, felicē Laurētiū ô iuuenes vniuersi. Nolite iuuētutis vr̄æ florē offerre diabolo, vanitatibus, voluptatibusq; vacādo, sed creatori omipotēti ī timore & cōtinētia ei deseruiēdo. Singulariter verò diaconis & clericis oībus proponit S. Laurētius ī exēplū, vt eius castitatē ac deuotionē sectētur. Scdo cōmēdādus est gloriosus & inclytus martyr Laurētius ab æstuāti prōptitudine animi sui ad martyriū in q̄ prōptitudine innotescit magnitudo fidei, certitudo spei, feruor dilectiōis, magnanimitas & summe īperterrita securitas S. Laurētij, cui verissime cōpetit q̄d Salomon loq̄tur: Iust⁹ quasi leo cōfidēs absq; terrore erit. ¶Legit de multis sctis, q pter rabiē psecutiōis & īmanissima supplicia, q̄ tyrāni intulerūt Chr̄ianis se abscōderūt ad tps, & ī desertis demorabātur qui tñ fuerūt magni sancti, & ex rōnabilibus id fecerūt motiuis. Sed nō ita egit Laurētius: Nō erat fugere, nō latere, neq; silere, sed anteq̄ q̄rebat, publicauit seipm, seq; ingessit tyrāno. Fleuit & doluit vehemēter, q cū beato patre suo sctō Sixto papa martyriū pati nō potuit. Cum em̄ Decius Cæsar cōprehēdisset beatū pontificē Sixtū, & ab eo exigeret thesauros eccl'iæ, nec ille eos prodere vellet, crudelissimo, cupidissimoq; tyrāno pcepit tyrānus beatū Sixtū incarcerari. Cūq; duceret ad carcerē cū duob⁹ suis diaconis Felicissimo atq; Agapito S. Laurētius fidei feruore replet⁹, seq̄bat eū cū lachrymis clamās: Quo pgredieris sine me filio tuo ô pr̄, q̄ sancte & summe sacerdos properas absq; ministro. Tu nunq̄ sine ministro sacrificiū cōsueuisti offerre, qd ī me tuæ displicuit pr̄nitati. Experire nunc an idoneū ministrū elegeris. Cui sanctus Sixtus r̄ndit: Nō te charissime fili relinq̄, sed maiora tibi pro fide Chr̄i debētur certamina. Nos tanq̄ senes leuiori pugna cōsummamur, te vt iuuenē expectat gloriosior de tyrāno triūphus, post triduū me seq̄ris. Ecce q̄ inæstimabilis fuit hæc Laurētij sctī deuotio, q̄ secu rissima mēs, q̄ feruidū ac fidelissimū cor ad Chr̄m, & ad summū eius vicariū S. Sixtū. Tertio laudabilis ē pclariss. martyr Laurētius à sua piiss. liberalitate ac fidelissima dispēsatione. Cū em̄ beatus Sixtus cōmisisset sctō Laurētio, vt thesauros ecclesiæ paupibus & ecclesiis erogaret, ipe tanq̄ obediētissimus summi pōtificis filius dei ac nocte paupes Chr̄ianos q̄siuit, & eis pfatū erogauit thesaurum. Veniēs q̄q; ad domū cuiusdā viduæ Chr̄ianæ, q̄ sua in domo multos abscōderat Chr̄ianos ipam à graui capitis dolore, q̄ cruciabat p impositionē manus suę curauit, & pauperum pedes lauās singulis eleemosynā tribuit liberalē, & vndiq; cōsolabat ac cōfortauit fideliū mētes. Quarto pcipue collaudat admirabilis martyr iste à sua acerbissima quam pro Chr̄o ptulit passiōe, imò potius à fortitudine, cōstātia ac patiētia sua pmaxima, q̄s inuictissimas habuit in tā crudelissimis pœnis. Cū em̄ sanctus Sixtus duceret ad decollādū sanctus feruentissimusq; Laurentius rursus accurrens, clamauit: Noli me derelinq̄re pater sancte, qa thesauros ecclesiæ iuxta præceptū tuū expēdi. Quo audito tētus & Decio Cæsari præsentat⁹ est sanctus Laurentius, & interrogatus de thesauris à Decio, nil r̄ndit: Tūc Decius tradidit eū Eccle. 11 Prouer. 28

Valeria-

Valeriano præfecto, & ille Hipolito. Hipolitus ergo beatū Laurentiū cū alijs multis reclusit in carcere, vbi Laurētius coram Hipolito multa egit miracula, Hipolitum'q; conuertit. Post hæc iubēte Valeriano Hipolitus sanctū Laurētium ad Valerianū perduxit, & sub pollicitatione Hipoliti Valerianus beato Laurētio cōcessit triū dierꝫ inducias, infra q̄s Laurētius pauperes, claudos & cęcos collegit, eos'q; p̄sentauit Decio dicēs: Horꝫ manus thesauros ecclesiæ deportauerūt in cœlū. Tūc iubēte Decio scorpionibus cæsus ē sanctus Laurētius, & oīa genera tormētorꝫ proposuit atq; minatus est ei Cæsar, nisi idolis sacrificaret. Cui dixit beatus Laurētius. Infelix tyrānæ, has ego æpulas semp optaui. Tūc Decio p̄cipiente gloriosus martyr fustibus cæsus ē nudus, & ardētes lamine eius lateri apponebātur. Cū'q; hæc patiētissime tolerasset, intm̄ ꝙ Decius dixit: Scio ꝙ per artē magicā tormēta deludis. Iterꝫ iubēte tyrāno plumbatis diutissime cæsus est, & postmodū scorpionibus rursus. Quod cū fieret, subridens Laurētius gratias egit deo, & pro astāti deprecatus est populo. Postremo fecit impijssimus Decius, beatissimū Laurētium sup ferreā cratem nudū, carbonibus ardētibus subiectis extēdi. Ministri quoq; cū ferreis furcis cōpresserūt martyrē sanctū, quē & lento afflixerūt incēdio vt eū non solū occiderēt, sed & diu ac molestissime cruciarēt. Sed inuictissimus martyr diuinitus cōfortatus dixit Valeriano: Disce ò miser, q̄a carbones tui mihi refrigeriū præstāt, tibi autē æternū parant suppliciū. Post hæc hylari vultu dixit ad Deciū: Ecce miser assasti vnam partē, gira aliā & māduca, deinde loquutus est: Gratias tibi ago dn̄e deus, q̄a ianuā regni tui intrare promerui, sic'q; sp̄m tradēs obdormiuit in dn̄o. Decius vero confusus cum Valeriano abscessit relicto corpore fortissimi martyris sup cratem, q̄d Hipolitus mane rapiēs, cū Iustino presbytero conditū aromatibus sepeliuit, Christiani vero ieiunātes per triduū vigilias celebrauerūt, mugitus dantes & lachrymas effundētes, nō de coronatione & gloria inclyti martyris contristati, sed q̄a tā suauissimo atq; pijssimo duce erant priuati. Et q̄a vir sanctus ac innocēs ab impijssimis taliter fuerat contrectatus. Ecce q̄ta sustinuerūt electi dei in hoc seculo neq̄, & qualiter deus p reprobos exercet, purgat & coronat suos electos. Horꝫ ergo exemplo & tāti martyris cōsideratiōe discamus libēter aliq̄d pati propter deū in mūdo isto, & vt à nostris purgemur excessibus, nō facile offendamur, nec inordinate vlciscamur illatas iniurias, sed diuinā prouidētiā intuētes, pēsemus, ꝙ propter melius nostrū deus oīpotēs p̄misit seu voluit talia nobis euenire aduersa, siue propter p̄cedētia nr̄a pc̄tā, vel pro maiori gr̄a ac pleniori gloria obtinēdā, præsertim, cū videamus amātissimos dei viros sanctissimos tāta in mūdo hoc eē ppessos. Quid ergo nos miserrimi vitijs pleni corā deo dicemus, qualiter æternam beatitudinē acq̄remus, q̄ pati nil volumus, nec Chr̄m nec sanctos eius sectari, sed statim pro causis leuissimis indignamur, irascimur, vindicamus, detrahimus, inuidemus, ac diuersa pc̄tā

Psal. 13. 52 illabimur. Certe, non est timor dei ante oculos nostros, non formidamus districtū ac metuēdissimū dei iudiciū, nec æterna cōsideramus iniquorꝫ supplicia. Sed iā nūc redeamus ad cor, & intueamur breuitatē ac incertitudinē vitæ præsentis, atq; æternitatē vitæ futuræ, & vitam nostrā viriliter emēdemus, sanctissimū quoq; inuocemus Laurētiū, vt intercedat pro nobis. Oīpotētē'q; omniū martyrꝫ regē dn̄m nostrū Iesum Christū p̄cemus, vt p̄cibus ac meritis gloriosissimi martyris huius gratiā vere emēdationis nobis nunc conferre dignetur, vt post vitæ huius decursum cœlestis paradisi introeamus palatium.

¶Sermo. III. Quàm sit gaudēdū in aduersitate, & de vita & p̄conijs S. Laurētij.

Beati q̄ persecutionē patiūtur propter iustitiā, q̄m ipsorꝫ est regnū cœlorꝫ. Matt. 5. Hæc est doctrina admirabilis ac cœlestis, quam filius dei vnigenitus dn̄s noster Iesus Chr̄s attulit in hūc mūdū, beatitudinē in tribulatiōibus, aduersitatibus'q; cōsistere, & dei electos ac sanctos in vita hac p̄secutiōibus exerceri, atq; p varias tribulationes, iniuriatiōes, oppressiones ad ęternā puenire salutē. Ideoq; in aduersis eē gaudēdū nec

Actorꝫ. 14 vltionē eē q̄rēdā, imò inimicos & p̄secutores eē propter deū sp̄ualiter diligēdos. Vn̄ & rursus

Philip. 4. Matth. 5 Cr̄s aptius loq̄tur: Beati estis cū maledixerint vobis hoīes, & p̄secuti vos fuerint, & dixerint oēe malū aduersus vos mentiētes propter me. Gaudete & exultate, q̄m merces vr̄a copiosa est in cœlo. Hāc doctrinā ignorauerūt Gētiles, q̄ ī hac vita nō aliud q̄ prosperitatē q̄rebāt & appretiabātur, illos'q; arbitrabātur felices, q̄ terrena felicitate pollebāt delitijs, diuitijs atq; honoribus affluētes. Hinc dixerūt Romani: Nemo felicior Octauiano. Et p̄fectus Romæ cū sanctā Anastasiā ad deorꝫ suorꝫ sacrificia hortaret̄, ipsa'q; diceret: Adoro dei filiū, propter nos crucifixū, dixit p̄fectus, Et cur nō adoras Iouem, q̄ nunq̄ alicui iniurię subiacuit. Sed nos Christiani ab increata & ęterna dei sapientia informati sumus & confitemur, ꝙ terrenis prosperitatibus abūdātes frequēter sunt reprobi, & tāto plus deo odibiles, quāto in tēporalibus abundantiores, q̄a de talibus deus loq̄tur p prophetā: Dimisi eos scd̄m desideria cordis

Psalm̄. 80 Job. 21. eorꝫ, ibunt in adinuētionibus suis. Iob q̄q; ait: Impij viuūt, subleuati sunt, cōfortati'q; diuitijs, semen eorꝫ pmanet corā eis, & nō est virga dei sup eos, ducūt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descēdūt. Tales q̄ppe nō castigātur à deo in p̄senti flagello paternæ dilectiōis, ideo

Job. 24 cōdēnant̄ ac puniūtur igne ppetuo diuini rigoris. Deus nāq; multū abire nō patit̄ vllū pc̄m.

Itaq;

D A ¶ Itaq; propter hanc Christi doctrinā sancti martyres acerbissimas & exquisitissimas pœnas cum admirabili patientia, imò cū gaudio pertulerūt, scientes ꝙ nō sunt condignæ passiōes tēporis huius ad futurā gloriā. Inter hos nobilissimus martyr sanctus feruentissim⁹, magnanimisq; Laurētius nō parꝝ pfulget. Quem vltra pconia in pcedenti sermone tacta deus sublimis & benedictus adhuc multis excellentijs decorauit. ¶ Prima est, virtus miraculoꝝ, qua ppotens extitit. Nā modicū anteq̄ incarcerabat veniens nocte in domo cuiusdā Chr̄iani, quendā cæcū ibi repertū ædito crucis signo fecit videntē. Et fœminā viduā à longo ac graui capitis dolore per impositionē suæ manus eripuit. Cūq; ab Hipolito fuisset incarceratus, dixit Lucillo viro gentili, q plorādo amiserat visum, si in Christū credideris, visum tibi recuperabo, quo credēte baptizauit eū beatus Laurentius, & visum vir ille recepit, quo cognito, multi cæci ad sanctū venientes Laurentiū, oēs ab ipso redierūt illuminati. Cūq; in martyrio positus exorasset, Domine Iesu Chr̄e accipe spm̄ meū. Audiente Decio Cæsare ac alijs, vox venit de cœlis Laurētio dicens: Adhuc multa tibi debent certamina. ¶ Porrò de miraculis eius, qbus post mortē suam à deo est honoratus, aliqua tacta sunt supra in sermone circa epl̄am. ¶ Secūda excellētia eius est, fructus, quē fecit in passiōe sua & pauló postea. Cū em̄ Hipolitus cōspexisset qualr̄ S. Laurentius cæcos illuminauit, dixit ad eū: Ostēde mihi thesauros ecclesiæ. Cui Laurētius: O Hipolite si credis in dn̄m Iesum Christū & thesauros tibi ostēdo, & vitā æternā promitto. Rn̄dit Hipolitus: Si verbis tuis efficaciā dederis, faciā q̄d hortaris. Eadē hora gloriosus martyr cōuertit Hipolitū ac suā familiā magnā, baptizauitq; oēs illos. Cūq; Decius cognouisset ꝙ S. Hipolitus sepelisset beatū Laurentiū, iussit eū corā se psentari, & cū fixus maneret in fide, fecit impijssimus
E B Decius os eius lapidibus pcuti, corpusq; eius fustibus cædi, atq; pectinibus ferreis laniari. Deinde tradidit eū Valeriano pfecto, q audiens familiā Hipoliti Christianā effectā, fecit eā sibi adduci, & sanctā Cōcordiā beati Hipoliti nutricē fecit plūbatis vsq; ad mortē cædi, cæteros decollari. Porrò Hipolitū fecit equis indomitis alligari atq; ab equis illis p cardos ac tribulos trahi quousq; spm̄ tradidit, sicq; beatus & illustris Hipolitus factus est martyr vere pclarus. ¶ Tertia excellētia S. Laurētij est, ꝙ deus iustus iudex, mortē ipsius tā cito, tā terribilr̄, tā euidēter est vltus, & p hoc fidē Christianā nō mediocriter sublimauit. Cū em̄ post passionem sancti Hipoliti Decius & Valerianus in aureo curru ad Amphitheatrū veherent, vt Christianos atrociter trucidarent, subito à dæmonibus obsessi sunt ambo, clamauitq; Decius, O Laurenti, igneis cathenis ligatū me trahis. Valerianus quoq; vlulans exclamauit, O Hipolite, cathenis igneis me trahis ligatū. Eademq; hora prophanus ac impius Valerianus infeliciter expirauit. Decius vero domū relatus, per tres dies à dæmonio vexabat, clamare non cessans. Adiuro te Laurēti, cessa modicū à tormentis, in quibus verbis miser miserrime expirauit. Quibus visis, Triphonia Decij vxor, eorūq; filia Cyrilla ac alij multi fidē amplexati sunt Christi. Audientes quoq; alij milites quadragintaseptem, vxorem Cæsaris cū filia sua ad Christi fidem esse cōuersam, venerunt cū suis vxoribus & sacrum baptisma à beato Dionysio papa adepti sunt. Ecce q̄ vere in beatissimo martyre isto sancto Laurentio impletum est quod in exordio Euangelij hodierni asserit Chr̄s: Nisi granum frumenti cadens in terrā mortuum fuerit, ipsum solū manet: si autem mortuum fuerit, fructū multum affert. Sic gloriosus & imperterritus miles, martyrq; Chr̄i Laurentius in suo martyrio & postmodū copiosissimū attulit fructū, tā multos cōuertendo ad dominū, imò & pducendo ad martyrij gloriosum triumphū. Nēpe vt sanctus Leo papa testatur:
F G Non minuitur psequutionibus ecclesia, sed auget, & grana quæ singula cadūt, multiplicata resurg[unt], imò quanto impijssimi psequutores atrocius in Christianos desæuierūt, pluresq; occiderunt, tanto plus creuit ppl̄us Christianus, qm̄ Christus maryres suos tantis mirificauit prodigijs & fidē suā, pro qua patiebant, tā multis ac magnis cōfirmauit miraculis, ꝙ innumerabiles infideles visis tot signis, conuertebant ad deū. Nam & cum dignissimus martyr Laurentius scorpionibus cædebat, miles nomine Romanus dixit Laurētio. Video corā te iuuenē pulcherrimū stantē & mēbra tua cū lintheo extergentē. Adiuro te per deū tuū, nō me relinquas. Tūc Decius Valeriano: Puto, inq̄t, ꝙ iam p magicā artem delusi sumus. Cum itaq; tot virtutū exempla, tot fidei testes, tot incitamenta charitatis diuinæ iam habeamus, correspondeat in nobis altitudini, veritatiq; fidei Christianæ sublimitas atq; synceritas vitæ, vt totis ad deū pcordijs stemus conuersi, & tēporalia cūcta paruipendentes, toto affectu studeamus deo placere, in virtutibus crescere, ad cœlestē beatitudinem peruenire.

Ro. 8

Johan. 12

AD RELIGISOS.

¶ Sermo. IIII. De patientia electorum in tribulationibus, de constantia virtutis, & de periculo tepidorum monachorum.

TAnq̄ aurū in fornace probauit electos dn̄s, & quasi holocausti hostiam accepit illos. Sapiæ. 3. Electos & iustos in vita hac multipliciter exerceri, tribulari, affligi tota clamat diuina scriptura. Renuit ergo esse de numero electoꝝ qui pati recusat molestias aduersarioꝝ, imò inter adoptiuos dei filios abnuit cōputari, q nō vult nūc tribulationibus expurgari, cū scriptū sit, Flagellat dn̄s omnē filiū quē recipit. Ideo dixit apl̄us: Quis filius Heb. 12

Psalm.93 quem non corrigit pater? Quod si extra disciplinā estis, ergo adulteri & nō filij estis. Verū tamen graue esset hæc ferre nisi in psona iustorꝝ verissime dixisset deo propheta: Secundū multitudinē dolorꝝ meorꝝ in corde meo cōsolationes tuæ lætificauerūt animā meā. Itaq; spūalibꝰ cōsolationibus se facit indignū q in aduersitatibus & psequutionibus impatientē se exhibet nō benignū, propter q̄d Paulus disseruit: Scitote q̃m sicut socij passionū estis, sic eritis & cōsolationis. Itemq;: Sicut abundant, inquit, passiones Chri̅ i nobis, ita p Chr̄m abundat consolatio nostra. Deniq; cū in vita hac corripi & puniri sit effectus & signū dilectionis dei ad nos, quemadmodū in Apoca. fatetꝰ: Ego q̄s amo, arguo & castigo, q in tribulationibus murmurat, q corripienti se indignatꝰ, q corrigēti irascitꝰ, nonne à numero dilectorꝝ dei se eximit. Ecce q̄ta est ista insipientia, obtenebratio, puersitas hoīm superborꝝ impatientium, suisq; passionibus subditorum, q cū quotidie peccent, pro suis peccatis sustinere nil volunt. Quæ cū in omni ita se habeant Christiano, qualis religiosus est ille, q nec pro suis culpis vult proclamari, accusari, corripi, castigari, q sua palliat & excusat peccata. Certe nō est timor dei ante oculos eius, neq; futuri iudicij attendit, metuitq; rigorē. Et magis vult corā deo & angelis eius esse & apparere culpabilis, aspernabilis, & puersus, q̄ modice corripi & cōfundi corā hoībus. Nihilominus q̄d vitare vult protinus incidit. Nā sua excusatione incauta, sua impatientia, turbulētia ac renisione reddit seipm multo cōtemptibiliorē, magisq; cōfusum ac vilē in corde p̄sentiū, q̄ apparuisset, seu reputatus fuisset, si recognouisset humilr culpā suā, vel tēperate se excusasset propter vitādū scandalū, si de culpa sibi obiecta putasset aut agnouisset se innocētē, imō p hoc magis creuisset in audientiū aīo, q̄ per culpā sibi impositā decreuit in eorꝝ iudicio. Sicq; virtus & vitiū etiā in p̄senti partē sortiuntꝰ suæ mercedis. O q̄ vere loquutus est abbas Pastor. Qui q̄rulosus ē, monachus nō est. Salomon q̄q;: Qui impatiēs est, operatꝰ stultitiā. Deniq; oīa ista sciens ac intuens feruētissimus, magnanimiss. martyr Laurētius p̄sentia cūcta despexit, corporisq; supplicia p nihilo duxit, dūmodo p hæc deo placeret atq; coronā mereretꝰ martyrij. Plenus etenī fuit omni virtute, plenus charitatis ardore, plenus spū sancto, & ab omni priuato amore totalr emūdatus. Ide o q̄tū quis formidolosus, pusillus, carnalis refugit mortē, & pro iustitia aliqd pati veretur, tm̄ ille p̄inclytus martyr desiderauit mori pro Chr̄o, pro fidei veritate, p dei honore. Vnde cū sanctus pater eius pōtifex summus beatus Sixtus ad locū duceretꝰ felicissimæ mortis, nōne gloriosus iuuenis iste Laurētius cucurrit post eū affectuosissimis verbis deplorans, q cum illo nō ducebatꝰ ad martyrij palmā. Quo, inquiens, ō Chri̅ sacerdos absq; ministro progrederis, q̄ sancte pater sine filio transis? Quid in me tuæ displicuit sanctitati, in q̄ degenerē me probasti? Præterea quidā & si mali nō sint, impfecti tñ sunt valde. Nā & si cupiant fieri bona aut bona facere cœperint, aut alicui iusto in bonis astiterint, si ex hoc cognouerint sibi aduersa instare, resistentias imminere, obloquutiones, dāna, odia, diffamias excitari, mox terrentꝰ, & abstrahunt se, cessantq; à bonis inceptis suæ pelli timētes. Horꝝ vestigia nō sectemur, nec omittamus vitare loquacitates, fugere leuitates, relinquere familiaritates nociuas ex timore humanæ offensæ. Nēpe sunt quidā in cœnobijs ita infecti atq; in suis dissolutionibus ac negligētijs inueterati, sicq; quorundā fratrū p̄sentias, cōfabulationes, societates optantes, q si fratres illi cœperint se ad maiorē solito dare custodiā, & consuetas arrisiones, leuitates, colloquutiones inanes, negligentiasq; abijcere, aut etiam alicui deuotiori & in spūalibus exercitatiori se applicare, sustinere nō valeant, sed irrideant, indignentꝰ, aut etiā persequantꝰ, detrahantq; & temerarie iudicent, nō pēsantes nec formidantes quod ait saluator: Væ homini p quem scandalū venit. Et rursus: Quicunq; scandalizauerit vnū de pusillis istis, expedit ei, vt suspendatꝰ mola asinaria in collo eius & demergatꝰ in profundum maris. Hinc sancti & illuminatissimi patres dixerunt, q in religiosis seipsos nō reformantibus, nec digne proficientibus inueniuntur & regnant peiores, periculosioresq; passiones q̄ in mundanis hoībus, ita q seipsos iuxta suæ professionis exigentiam non frangunt nec vincunt, nec coram deo rite soliciti sunt qualiter suæ satisfaciant vocatiōi ac promissioni solenni, opusq; dei impleant reuerēter, fiunt deteriores, q̄ fuerunt aut essent in seculo. Nam & dei gratiam eis oblatā despiciunt, negligunt & cōculcant, aptissimis quoq; medijs p ficiendi, de quibus eis prouisum est, abutuntꝰ. non se dantes ad reformandum interiora, ppter quæ instituta sunt ac fieri debent cuncta exteriora. Non ergo magnipendamus, q proximos, diuitias, mundū, & eius delitias corporaliter reliquimus, q vigilamus diu de nocte, ieiunamus frequēter, cilicio operimur, ac forinsecus multipliciter exercemur ac laboramus, quando intus parum aut nihil proficimus. Quando in vera humilitate, sancta obedientia, stabili patiētia reformatiōe interna nō crescimus, q̄n in morꝝ grauitate, in charitate nō ficta, in simplicitate colūbina, in mūdanorꝝ cōtēptu, i diuino cōtēplatiōe nō roboramur. Intueamur ergo oī hora nostrā vocationē, & ad quāta sponte obligauimus nosmetipsos, obligatione indispensabili, indissolubili, fortissima & summe meritoria, si iuxta eius tenorem fructificauerimus deo. Summe q; damnabili, si fuerimus negligentes, pigri, dissoluti, animosi, scandalosi, carnales. Propterea ponderemus q̄ta & q̄lia sustinuerūt martyres sancti, & de nostris irreformationibus, impatientijs, instabilitatibus cōfundamur cōfusione salubri, ad pœnitentiā ac emendationē idoneā inducente

Marginal notes: 2. Corin. 1. Ibidē (beside "benignū, propter"); Apoc. 3; Psal. 13; Pro. 14; Matt. 18; Ibidē (beside "santes nec formidantes"). Right margin letters: A, B, C.

A ducente, quæ cõfusio est actus prudẽtiæ. Ecce q̃ fortissimus fuit beatissimus martyr Laurẽtius sanctus in fide, per quã tot egit miracula, q̃ præclarus in sapĩa, per quã tot infideles cõuertit, q̃ cõstans & patiẽs in aduersis, per q̃d tã immanissima tormẽta tolerauit cũ gaudio, q̃ feruens in charitate, per quã ita aspirauit ad triumphũ martyrĳ corde promptissimo. Ei⁹ ergo exemplo illuminemur in fidei veritate, in diuinorꝫ notitia & omni virtute patientiæ cõfortemur, atque in solo deo diligamus nosipsos pure ac feruide, hoc est, quanto aliqua sunt nobis necessariora, aut vtiliora ad purgationẽ à culpis, ad proficiendũ in grã, ad cõformandũ nos Chr̃o, ad obtinendũ pfectionẽ, ad approximandũ, cõplacendũq; deo, tanto plus illa optemus, & tanto ea auidius amplectamur. Quæ aũt sunt illa, nisi opprobria & aduersa, exercitatio & paupertas, tribulatio & angustia, correptio atq; correctio, castigatio corporis, coartatio aĩæ, pœnitẽtiæ opera, hisq; similia. Idcirco in istis quasi in omnibus diuitĳs gloriemur, nec aliquo aduerso euentu quantolibet perturbemur.

¶Sermo. V. Quãto amore, fiduciaq; acquiescere & adhærere subditus debeat suo p̃lato, & q̄ perfecta sui abnegatio loco martyrĳ deo offeratur.

Quia acceptus eras deo, necesse fuit vt tentatio probaret te. Tobiæ. 12. Cõuersatio & passio victoriosissimi martyris S. Laurẽtĳ saluberrime nos informãt. Primo q̄ ipse suo spũali patri summo pontifici tã amorose adhæsit, & eũ in tanta reuerẽtia habuit. Affectuosissime nãq; dilexit sanctũ senẽ beatũ Sixtũ, ita q̄ tędiosissimũ sibi erat, q̄ cũ venerãdo seniore nõ poterat mori, atq; tã cordialiter ipm venerabat̃, q̄ ipsius vestigia osculari vix reputauit se dignũ, seq; reputauit felicẽ, si ei fidelissime cohæreret vsq; in B finẽ. Sic oĩs bonus religiosus suos debet ex corde diligere superiores, tanq̃ suos spũales patres & animæ suæ custodes ac medicos, suæq; salutis procuratores, & pro suo profectu ac saluatione solicitos, & pro se assidue laborãtes. Nã & in exterioribus pro cõmuni cõuentus bono laborãt & occupant ac necessaria vitæ prouidẽt ac dispẽsant in tm̃, q̄ ex hoc nõnunq̃ à spũalibus impediunt̃, & vigilias ac inquietudines varias patiunt̃. Et insup in spũalib⁹ extãt soliciti bñficia correptiõis & correctiõis impẽdũt, exhortant̃, instruũt, & varĳs modis frẽs sibi cõmissos à peccatis curare ac p̃seruare, ad profectũ inducere, ad pfectionẽ deducere moliunt̃. Quale ergo ẽ crimen tot bñficĳs esse ingratũ, & mala pro bonis repẽdere? imò pro tã maximis bonis nõ regratiari, sed malignari. Habeat igit̃ bonus frater inuiolabilẽ in suo supiore fuduciã, & quãtũcunq; increpat̃, exercet̃ seu castigat̃, ab illo nõ irascat̃, nõ detrahat, nõ temere iudicet, sed oĩa interpretet̃ in melius, & grãs agat, ac multo durioribus tribulatiõibus se reputet dignũ, nec fiduciã ad p̃sidentẽ diminuat, sperãs illũ oĩa circa se charitatiue peragere ad suã salutẽ. Idcirco propter hęc plus diligat illũ, q instar cœlestis patris, q̃s amat, reprehẽdit & corrigit. Deniq; cõstat ex ĳs q̃tũ offendãt principẽ pastorꝫ Christũ, & q̃tũ displiceant ei, q ex causis leuibus aut iniustis suis indignant̃ p̃latis Chr̃i vicarĳs, seq; ab eis elongãt, & vix eos aspicere ac pie affari valent, vt potest si corripiant̃ aut castigent̃ ab eis, seu aliquid eis ab ipsis neget̃. Qualis est resignatio voluntatis taliũ subditorꝫ & qualis est illuminatio cordis eorꝫ, imò q̃ detestanda est eorꝫ frontositas, q̃ dãnanda eorꝫ ingratitudo, duritia, atq; puersitas. Aduertant ergo q̃d suis vicarĳs ait saluator Qui vos audit, me audit: & q vos spernit, me spernit. Et Paulus: Qui hæc spernit, nõ hominẽ spernit, sed deũ. Oportet ergo cordialẽ reuerentiã habere ad p̃sidentẽ, tanq̃ ad Chr̃i psonam repsentantẽ & eius vices supplentẽ, nec dure aut cõtumaciter loqui ad eũ, nec aliqua verborum aut morꝫ tortuositate cõtristare eundẽ. Insup ex reuerendissima, decentissima ac deuotissima habitudine sancti Laurẽtĳ circa ministeriũ sacramẽti altaris, & executionẽ officĳ diaconatus docemur & admonemur cũ q̃ta puritate, reuerẽtia ac feruore necesse sit nos sacris mysterĳs ministrare, mẽsæ summi regis assistere, diaconatus, sacerdotĳq; officiũ adimplere. Vñ secũdũ doctrinã diuini Dionysĳ libro de ecclesiastica hierarchia: In sacris cõstitutos ordinibus oportet esse immaculatos, excellẽterq; deiformis ac luce diuina repletos. Apl̃us quoq; ad Timotheum ac Titũ quales esse debeant episcopi atq; diaconi edocens: Oportet, inquit, episcopũ irreprehensibilẽ esse, sobriũ, prudentẽ, ornatũ, pudicũ, &c. Quod totũ etiã de sacerdotibus secundum sanctos doctores est intelligendũ, cũ ab episcopis ad diaconorꝫ informationẽ descẽdat, de sacerdotibus nihil interponens aut addẽs. Deinde subiungit: Diacones similiter pudicos, nõ bilingues, habẽtes ministeriũ in consciẽtia pura. Præterea ex hoc q̄ gloriosus athleta dei Laurẽtius tantũ feruebat ad tolerandũ pro Chr̃o martyriũ informamur saluatori pro viribus vicissitudinẽ reddere. Et si nõ datur nobis occasio moriẽdi pro eo, mortificemus saltẽ q̃tidie passiones & vitia propter ipm, & sibi violentiam vnusquisq; inferat salutarẽ in tm̃ vt ad ea q̃ suæ inclinationi & affectioni sunt magis contraria ac molesta, virilius atq; instantius assuescat seipm. Monachorꝫ quippe potissimũ est taliter propter deũ violentare, superare ac frangere semetipsum, sicq; se totũ deo offerre in holocaustũ, vt iã nihil sui deserat sibĳpsi, sed totũ q̃d habet p̃t operat̃ & est, scd̃m dei volũtatẽ dirigat̃, eiusq; maiestati humillime offerat̃, q̃tenus religiosus cũ apl̃o dicere possit: Chr̃o cõfixus sum cruci, viuo aũt iã nõ ego, viuit vero in me Chr̃s. Quẽadmodũ igit̃ cruci appẽsus propria mẽbra ad suũ libitũ nõ p̃t mouere, sed vi clauorꝫ imobilia

Psalm̃. 7
Prou. 3
Apoc. 3
Lucæ. 10
1. Thess. 4
1. Timo. 3
Tit. 1
Gala. 2

manent, sic religiosus iuxta suā volūtatē se nusq̃ debet mouere, sed q̃ iubet q præest vt timore dei cōfixas habeat carnes: timore inquā filiali, imò amore syncero & obedientiali subiectione. Sic'q; legat, scribat, cātet, faciat q̃d sibi iniungit, & prout sibi cōmittit, & spū dei agat, nō proprio spū moueat. Rursus, quēadmodū crucifixus īdulget vniuersis in se reis, nec cogitat de vindicta, nec vltra de tpalibus solicitat. Sic monachus cūctis in ipm iniuriosis toto debet ex corde ignoscere, impatiētiā nullā admittere, nec cōtra queq̃ amaricari, neq; de tpaliū prouisiōe sibi ingerere curā aut cogitationē, nisi cui ex officio imminet, sed esse cū eo q̃d sibi administrat cōtentus, nec ,ppter victualia murmurare. Iteꝝ sicut cruci affixus suo repletus dolore nihil mūdanæ cogitat vanitatis, nec de aliorum diiudicatione se intromittit, sed diuini tribunalis iudicio pēsat se protinus p̄sentandū. Sic religiosus in assiduis debet esse cōpunctionibus, & suoꝝ recordatiōe defectuū pœnitere, sua q̃q; ac alioꝝ deflere pctā. Atq; ex cōsideratiōe suę mortis sibi incessabilr propinquātis, ex inspectione rigoris diuini iudicij ac futuræ punitionis formidine sic tristari, dolore vereri, & corā oculis diuinitatis se vigilātissime custodire, vt nihil secularis consolationis, nil carnalis delectatiōis requirat, admittat, apptiet, sed desup tantū cōsolari, releua-

Luc. 12 ri'q; p̄stolet, omni'q; die & hora paratus sit pulsanti dño aperire, & lāpades suas habeat semp pa-
Matt 25 ratas, ornatas, ardētes. Nil itaq; remorsionis aut culpæ in cōscia nostra resideat, imò in verita-
Miche. 6 te & syncerit ate iugiter ambulemus, mortificationē Iesu in nostro corde & corpore semp cir-
2. Cor. 4 cūferentes, vt & vita ipsius p cruciformē imitationē manifestet in carne nostra mortali atq; in
Gala. 5 corde nr̄o instabili. Qui em̄ sunt Chr̄i, carnē suā cū vitijs & cōcupiscētijs crucifigūt, habētes'q; simplicem ac tenuē victū mediocrē, humilem'q; vestitū cōtenti sunt, voluptatē, curiositatem,
1. Timo. 6 mollitiē fugientes. Et si vere religiosi sunt, sup cordis sui custodiā stant solerter, & propriā ab-
Abacuc. 2 negant voluntatē, ac sancta obediētia delectant, scientes q nemo veniat ad patrē nisi p Christū
Luce. 9
Iohan. 14 vsq; ad mortē factū obedientē, ita q ex obedientia tulit violentissimā, acerbiss. & cōtemptibi-
Phil. 2. lissimā mortē, relinquens nobis exemplū, vt eius sequamur vestigia. Et si non hmōi mortē saltem minora & faciliora tali morte, ex obedientia faciamus, patiamur'q; prompte saluatoris intuitu & amore. Ad q̃d beatissimi Laurētij martyris accēdamur exēplis, q in tormētis pro Christo quasi in epulis gloriabatur. Idcirco & nos in aduersis quasi in omnibus gloriemur diuitijs, Ad laudem & gloriam omnipotentis.

¶ In solennitate Assumptionis gloriosissimæ semper virginis Mariæ.

¶ Enarratio lectionis loco eplæ: In oībus requiē quæsiui, Ecci. 24

Verba lectionis q̃ hodie loco eplæ legunt ad literā de increata ac genita sapiētia, q̃ est verbū æternū, vnigenitus dei patris exponunt. Spūaliter vero de gloriosa
Eccl. 24 virgine intelligunt. Itaq; Eccūs in eius psona asserit. ⌊In oibus requiē quæsiui⌋ ,i. in cūctis hoibus per dilectionē manere optaui. Nā virgo beatissima oim cupit salutē, & cūctis se p̄bet paratā, vt in eoꝝ cordibus p charitatē quiescat & eis gratiose assistat, ⌊& in hæreditate dñi morabor⌋ .i. in ecclesia seu populo Chri-
1. Regū. 8 stiano manebo p assistentiā gratiosam, Plebs quippe fidelis vocat hæreditas dei. Vnde Samuel
Esa. 19 ait ad Saul primo Regū: Ecce vnxit te dn̄s sup hæreditatē suam in principē. Atq; p Esaiam loquitur deus: Hæreditas mea Israel, populū nanq; fidelē deus p grām possidet tanq̃ ad se ,ppriē ptinentē. Infideles vero & impij à deo sunt alieni. Deniq; etiā deus est fideliū & electoꝝ suorū
Numer. 16 hæreditas, quēadmodū frequēter p Mosen dixit de sacerdotibus & leuitis veteris test. Ego hæ-
Psalm. 15 reditas eoꝝ. Et ,ppheta: Dn̄s, inqt, pars hæreditatis meæ. Deus nāq; est summū bonū, q̃d fideles & iusti summe desi derant, p charitatem, fruitionem'q; possident. Vel sic, In oībus requiem q̃siui .i. in cūctis actibus meis expetiui mēte in deo quiescere, iuxta illud: Cōuertere aīa in requ-
Psal. 14 em meā, & in hæreditate dn̄i morabor, in diuitijs gloriæ dei, qbus fruunt sancti in patria nūc p
Esa. 64 spem, & post vitā p̄sentē p̄ r æternalr ,pmanebo. De qbus ait aplus: Oculus nō vidit nec auris
1. Corin. 2 audiuit, nec in cor hoīs ascēderūt, q̃ p̄parauit deus ijs q diligūt illū. ⌊Tunc⌋ videlicet qn̄ in oib' requiē quæsiui, ⌊p̄cepit & dixit mihi creator oīm⌋ .s. deus. Quid aūt p̄cepit, paulo post subdit,
Iohā. 1. vtpote, in Iacob inhabita, ⌊& q creauit me⌋ .s. verbū æternū, p q̃d facta sunt oīa, ⌊requieuit in tabernaculo (.i. in vtero) meo, ⌋ p incarnationē hō factus ex me, iuxta q̃d scriptū est: In sole
Psal. 18 posuit tabernaculū suū. Spūaliter q̃q;, requieuit in tabernaculo meo .i. in habitaculo cordis mei Vnde secūdū Aug. beatissima virgo filicior fuit Christū cōcipiēdo mēte q̃ vētre. Itaq; p̄cepit, ⌊& dixit mihi: In Iacob inhabita⌋ .i. pp̄lo Chr̄iano vitia supplātante, q fidem Iacob patriar-
Gala. 3 chæ imitādo, filij eius vocant, sicut dixit aplus, q q ex fide sunt, filij sunt Abrahæ, q̃d filr dici pt de Iacob. Iacob aūt interp̄tat supplantās, sic'q; p Iacob pp̄lus fidelis pctā supplātans accipitur ⌊& in Israel hæreditare.⌋ Israel interp̄tat vir vidēs deū. Idcirco p Israel designat plebs fidelis deū & supna cōtēplās, q̃les p̄cipue sunt boni religiosi, & oēs pfecti ac cōtemplatiuā vitā ducentes, in qbus virgo Maria hæreditat, qm̄ eos quasi hæreditariā possidet plebem, regina & mater ac aduocata ipsoꝝ, ⌊& in electis meis mitte radices⌋ .i. fundamēta virtutū eis acquire meritis tuis ac precibus. Et item exempla virtutū ipsis præbendo, p tuam conuersationē exemplarem atq; sanctissimā, Vel instruendo eos per te ac tuos ministros, videlicet angelos ac prælatos.

Præterea

A Præterea per Iacob & Israel possunt intelligi, qui ex Iudaismo crediderũt in Christum, in quibus & inter quos fuit ac habitauit sacratissima & incõparabilis virgo Maria, in quibus misit radices sapientiæ ac virtutum, eos multipliciter ædificando, & multos eorum de pluribus instruendo. Radices autem cõuenienter intelligũtur ipsi habitus virtutũ, ex quibus actus oriuntur, sicut ex radicibus pullulant rami. ⌊Et sic in Sion firmata sum.⌋ Sion interpretatur speculatio. Idcirco per Sion potest intelligi populus dei, cœlestia speculans modo per fidem, in quo beata virgo firmata est, quia firmiter quiescit in eis, tanq̃ protectrix eis semper assistens, ⌊& in ciuitate sanctificata,⌋ videlicet ecclesia militante, de qua ait Psalmista: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. De qua ad Hebræos legitur: Accessisti ad montem Sion & ciuitatẽ dei viuentis. Ciuitas nãq; quasi ciuium vnitas dicitur. Cũ ergo in ecclesia sit vnio catholicorum per fidẽ & charitatem, recte ecclesia ciuitas appellatur, ⌊similiter requiui⌋ per assistentiam piam ac incessantem, ⌊& in Hierusalẽ potestas mea.⌋ Hierusalẽ interpretatur visio pacis, per quã tã militãs q̃ triũphans ecclesia potest intelligi, & in utraq; virgo Christifera potestatẽ habet præcipuã, tanq̃ dña angelorum & oĩm regina fideliũ, cui oĩpotẽs filius nihil negat. Possunt etiã hæc specialiter explanari de primitiua ecclesia, quæ in Hierusalẽ & in monte Sion in quo templũ Hierusalẽ fuit, manebat, & virgo beata fuit in medio eius ⌊Et radicaui⌋ .i. virtutũ radices fixi ⌊in populo honorificato⌋ .i. in populo Christiano, cui deus præ cũctis hoĩbus maiora ac plura cõtulit gratiarum charismata, propter quod tempus euangelicæ legis, tẽpus gratiæ nũcupatur, ⌊& in partes dei mei⌋ .i. in mansionibus cœlestibus est, ⌊hæreditas illius⌋ .i. beata possessio ac opulẽtia sempiterna populi honorificati præfati, qa in cœlis quærit æternaliter hæreditari, quẽadmodũ scriptũ est: Credo videre bona dñi in terra viuentiũ. De his partibus ait Chrũs: In domo patris mei mãsiones multę sunt. Et alibi: Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis, vt cũ defeceritis, recipiãt vos ĩ æterna tabernacula. Hinc Baruch dicit: O Israel q̃ magna est domus dei & ingens locus possessiõis eius, magnus & nõ habens finem excelsus & immensus, ⌊& in plenitudine⌋ .i. plena seu vniuersali congregatione ⌊sanctorum⌋ .i. perfectorum tam in militanti q̃ in triumphanti ecclesia est ⌊detentio mea⌋ .i. stabilis cõmoratio mea. ⌊Quasi cedrus exaltata sum in Libano⌋ .i. quẽadmodũ cedrus crescit in altũ in loco seu monte Libani, sic exaltata sum in plebe fideli, cuius constituta sum dña, mater, regina & aduocata. Exaltata etiã sum in ea ipsos fideles sublimiter adiuuãdo. Sic enim causa dicitur exaltari in suo effectu, in q̃ potestas & excellẽtia causæ resplẽdẽt, ⌊& quasi cypressus in monte Sion⌋ .i. sicut cypressus sua proprietate eminet, sic ego in ecclesia. Porrò cedrus est arbor boni odoris. Cypressus imputribile lignũ est. Itaq; virgo Maria cõparatur cedro ratiõe optimæ famæ suæ, qua vbiq; est optimus odor Chrĩ. Cõparatur quoq; cypresso, quoniam mens eius nunq̃ per peccatũ aliquod est corrupta neq; infecta. Vnde Sapiens ait: Incorruptio facit esse proximũ deo, vbi per incorruptionem intelligitur integritas mentis à læsione peccati. ⌊Quasi palma exaltata sum in Cades⌋ .i. sicut palma exaltatur in loco, qui dicitur Cades, & fuit in sorte Iudæ, vt in Iosue libro fertur, Sic exaltata sum inter electos. Palma quippe æstate ac hyeme viret. Cõparatur ergo virgo sanctissima palmæ, quoniam in omni euentu, in omni aduersitate ac prosperitate mãsit in vigore virtutũ, nec vnquam per culpam discolorationem mẽtis incurrit, ⌊& quasi plantatio rosæ in Hiericho⌋ .i. sicut rosa in Hiericho plantata sua pulchritudine sublimatur, cũ rosa sit pulcherrima florum, sic inter oẽs cœlestis paradisi atq; ecclesiæ flores, videlicet sanctos pulchritudine sapiẽtiæ ac virtutũ præfulgeo. ⌊Quasi oliua speciosa in cãpis⌋ .i. sicut oliua sublimatur & eminet suo fructu in cãpis vbi plantata est. Nã productiua est olei, sic ego pietate & omi fructu virtutũ emineo. Per oliuam enim misericordia designatur, ⌊& quasi platanus exaltata sum iuxta aquã in plateis⌋ .i. sicut arbor sic dicta axaltatur sua virtute iuxta fluenta per plateas currẽtia, sic ego in populo dei, cui aquã sapiæ salutaris & fluenta gratiæ ac doctrinæ acquiro, sublimor ⌊Sicut cynamomũ & balsamũ aromatizãs odorẽ dedi⌋ .i. quemadmodum spẽs istæ seu herbæ aromaticæ bonũ valde producũt odorẽ, sic ego spũalem fundo dulcedinẽ in mẽtes fideliũ, & virtutũ spargo odorẽ ac bonæ redolẽtiam famæ vbiq; diffundo, ideo subditur. ⌊Quasi myrrha electa⌋ .i. valde bona, ⌊dedi suauitatẽ odoris⌋ spũalis ac famæ laudabilis. Quẽadmodũ etenim myrrha prævalida in igne posita mox bonũ fundit odorem, sic virgo altissima in corde deuoto per amoris feruorẽ ignito cõcepta seu apprehẽsa internã parit suauitatẽ, quoniam valde delectat mẽtem & ipsam lætificat, propter q̃d ait sanctus Bernardus, quod ipsa portas piæ memoriæ nunq̃ ingreditur sine insitæ sibi aspersione dulcedinis. Et sicut cunctis sanctior, dignior'q; quasi incõparabiliter cõprobatur, sic præ oĩbus sanctis suauiorẽ parit odorẽ & excellẽtiorem virtutum famam, bonitatis'q; nomẽ diffundit.

Psalm. 86
Heb. 12
Psalm. 26
Iohan. 14
Luc. 16
Baruch. 3
2. Corin. 2
Sapiæ. 6
Iosue. 15

¶Sermo primus circa epistolã, De multiplici pulchritudine, qua cũctis præstantior est Maria, de eius quoq; misericordia, pietate & vtilitate.

HAEC est speciosior sole, & super omnẽ dispositionẽ stellarum luci cõparata inuenitur prior, Sapiæ. 7. Sicut in rebus pure corporalibus, corporibus'q; cœlestibus nihil sole splẽdidius est, imò nec cõparabile soli in claritate ac specie, à quo cætera oĩa corporalia luminis influẽtiã sortiuntur ita in electis & sanctis dei nullus beatissima virgine lucidior

nullus sanctior, pulchriorq́ꝫ cõsistit. Sed nec lux, sanctitate ac pulchritudine comparabilis est D
ei. Deniqꝫ cũ multiplex sit pulchritudo, videlicet corporalis & spũalis atqꝫ moralis, naturalis
q̃qꝫ & supnaturalis. Corporalis pulchritudo cõsistit in tribus. Primo in mẽbrorꝝ debita pro-
portione ad inuicẽ. Secũdo in cõuenienti & elegãti statura seu quãtitate, propter q̃d secũdum
Aristotelẽ hoĩes paruæ staturæ nõ ꝓpriæ possunt pulchri vocari, sed speciosi. Tertio in cõgrui
ac viuacis supfusione coloris. Pulchritudo aũt moralis cõsistit in hoc, vt hõ extra, decẽter ac fa
cetẽ se habeat in gestibus corporis & incessu, in visu omniq́ꝫ motu & apparatu, vt non sit leuis,
procax, dissolutus, instabilis aut discurrẽs, sed maturus ac modestus in oĩbus. Porrò pulchritu-
do spũalis ac naturalis cõsistit in superioribus aĩæ viribus, in q̃bus imago dei in aĩa collocat, &
in earꝝ habitibus acquisitis. i. virtutibus & sciẽtijs naturalibus, earũq́ꝫ actibus. Pulchritudo vero
spũalis, supnaturalis, q̃ proprie spũalis pulchritudo vocat, cõsistit in virtutibus, sciẽtijsq́ꝫ infusis
& actibus earundẽ, pͤsertim in fide, spe, charitate, septẽq́ꝫ donis spũs sancti ac cæteris virtutibus
moralibus & cardinalibus p infusionẽ à deo collatis, vnde infusæ dicunt. Deniqꝫ sicut de pul-
chritudine corporali ptactũ est, ꝙ cõsistat in tribus, sic pulchritudo hæc spũalis in tribus videt
cõsistere. Primo in virtutũ cõgrua proportione ad inuicẽ, vt quãto aliq̃s castior est aut sapien
tior, tanto extet humilior, q̃m castitas & sapĩa sæpe sunt incitamẽta elationis. Itẽ quãto q̃s plu
ra à deo acceperit dona, tanto in eo maior sit gratitudo, & q̃to feruẽtior charitas, tãto & ma-
ior discretio, ne p feruorẽ amoris immoderate affligat seipm̃ in corporalibus exercitijs & pœ-
Ro.12 nitẽtiæ actibus, propter q̃d ait aplus: Rationabile obsequiũ vestrũ. Secũdo cõsistit hæc pulchri
tudo in virtutũ cõgrua quãtitate. i. pfectione, vt hõ virtutes habeat secundũ earꝝ gradũ perfe-
Col 1. ctũ. Vel saltem secundũ gradũ suo statui cõpetentem, quatenus digne deo ambulet, secundũ
exigentiã suæ vocationis, queadmodum hortatur aplus dicens: Obsecro vos in dño, vt digne E
Eph.4 ambuletis deo vocatione qua vocati estis, cũ omni humilitate & mansuetudine, cũ patiẽtia sup
portantes inuicẽ in charitate, soliciti seruare vnitatẽ spũs in vinculo pacis. Tertio cõsistit in spi
ritualis coloris superfusione decenti. i. in charitatis informatione atqꝫ discretionis directione.
Charitas nãqꝫ est vita, forma, regina ac decor virtutũ, sine qua nil est deo acceptũ, nihilq́ꝫ meri
toriũ. Idcirco omnẽ meritoriũ actũ oportet à charitate informari ac imperari. Discretio quoqꝫ
est virtutũ auriga, q̃ omni virtuti modũ pͤfigit, tẽpus & locũ obseruat, & ordinate fieri facit q̃d
fit. Præterea oẽs pulchritudines istæ fuerũt valde in virgine benedicta. Primo etenĩ fuit corpo
re valde formosa, vtpote optime cõplexionata, atqꝫ in omni naturali dono pͤfulgida. Secũdo
fuit in omni morꝝ venustate speciosissima, in loquẽdo, eundo, stando, sedẽdo, operãdo, vidẽ
do, edẽdo, summe modesta, delectabilis & exẽplarissima. Tertio fuit in spũali & interiori pul-
chritudine naturali multũ pͤclara, vtpote ingeniosa pͤcipue & indolis optimæ fortissimã habẽs
synderesim, & maximã inclinationẽ ad omniũ actus virtutũ. Quarto in pulchritudine spũali, su
pernaturali, videlicet in decore gratiæ ac virtutũ, in splendore sapientiẽtiæ, in luce discretionis
& in omni pfectione interna fuit ineffabiliter summa & eminens, nec exprimi valet quantũ in
seculo isto quotidie in pͤdictis profecerit. O q̃ certissima & illuminatissima fuit in fide, q̃ firma
in spe, q̃ ardentissima in charitate, q̃ sublimis in cõtẽplatione sapientiæ, q̃ summa in om̃i mora
li ac intellectuali virtute. Quid eñ deus oĩpotẽs, liberaliss. atqꝫ ditissimus nõ daret ꝓpriæ geni- F
trici, cũ qua tã diu tã secrete ac dulciter cõuersabat in terris, à q̃ ipse tã viscerose nutriebat, tã af-
fectuosissime cõtrectabat, tã ęstuãtissime amabat, tã maternalr amplexabat, & à q̃ ei ministraba
tur cũ tã summa diligẽtia ac reuerẽtia tã maxime amorosa. Impleuit ergo & q̃tidie supadimple
uit eã gr̃a ampliori, dilectiõe feruẽtiori, pfectione maiori. ¶ Deniqꝫ istud in lectiõe q̃ hodie lo-
co eplæ legit pulchre innuit, Primo nãqꝫ patet ex lectiõe hac q̃ta sit misericordia ei⁹ cũ ipsamet
Ecci.24 ait. In oĩbus requiẽ quæsiui, iuxta expositionẽ pͤhabitã. Nã vt sanctus ait Bernardus: Quemad
modũ sol lumen suũ sup bonos & malos indifferẽter diffundit, sic sacratissima virgo Maria nõ
discutit merita, sed oĩbus se exorabilẽ ac clementissimã pͤbet. Etenĩ copiosissima sua charitate
ac pietate oĩbus miæ suæ aperit sinũ, vt de plenitudine sua accipiant vniuersi, captiuus redẽptio
nẽ, eger curationẽ, tristis cõsolationẽ, pctõr veniã, iustus grãm, angelus lętitiã, deniqꝫ tota trini
tas gloriã, filius dei carnis hũanæ substantiã. Insup quanto benignissima virgo filiũ suũ plus dili
git, tanto plus cupit passionẽ & sanguinẽ eius in hominibus fructificare. Idcirco hominum sa-
lutem appetit vehementer, paratissima omnibus subuenire, pro oĩbus exorare, cunctos ad se
clamantes audire. Rursus sicut ipsa præ oĩbus sanctis inæstimabilem pietatem & grãm à deo
est consequuta in tantũ ꝙ mater dei effecta est, sic præ omnibus sanctis paratissima est pietatẽ
& grãm omnibus ad se clamãtibus impartiri. Iterꝝ q̃m fons totius pietatis ac misericordię vni
genitus dei in eius castissimis visceribus nouẽ requieuit mensibus, certũ omnino est ꝙ ipsa ex
hoc inæstimabilẽ pietatẽ, misericordiamq́ꝫ cõtraxit, ita ꝙ visceribus misericordiæ tota redun
dat, supereffluit, ineffabiliterq́ꝫ abundat. Eam igitur cũ omni fiducia feruide inuocemus, ei cor
dis nostri hospitium reseremus, vt in nobis inueniat requiem, nosq́ꝫ tueri semper & saluare di-
gnetur. ¶ Secundo ex lectione hac edocemur q̃ infinita sit misericordia, charitas ac prudentia
dei su-

A dei super genus humanum, qui tam misericordissimam aduocatã ac mediatricem, imo & matrem nobis prouidit ac contulit. Siquidẽ deus præcepit ei, vt in Iacob inhabitet &c. iuxta sensum expositum. Hinc ait Bernardus: Tu mater misericordiæ, pro miseris filium tuum rogabis quoniam deus pater qui filium suum inter deum & homines posuit mediatorem. Te quoq; inter eos & Christum iudicem posuit mediatricem. Et sicut tu iudicem nunquàm inuenis difficilem, sic te reus nunquàm inuenit inexorabilem. In manibus tuis sunt om̃es thesauri misericordiarum dei, ideo deo regratiemur, quòd talem nobis contulit adiutricem. ¶Præterea, quàm ineffabilis sit dignitas virginis benedictæ, constat ex lectiõe hac, dum ex persona Mariæ hic dicitur: Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, videlicet: Quoniam verus deus dei vnigenitus ex ea & in ea factus est homo, nouem'q; mensibus requieuit eius in vtero, tãquàm verus filius eius, ideo eius vterum tãquàm sacratissimũ dei templum veneremur. Vnde & sancti doctores Augustinus atq; Bernardus fatentur: Non fuit in terris locus præstantior virginalis vteri tẽplo, in quo filium dei sctã suscepit Maria, nec in cœlis locus excellentior regali solio, vbi Mariam sublimauit ac posuit filius eius. Tertio, docet hæc lectio quàm mirabiliter magna sit fructuositas fructificatio'q; Mariæ, quoniã ipsa in electis dei mittit radices, imo vt ait Bernardus: Quicquid pietatis ac gratiæ nobis à deo confertur, per ipsam nobis tribuitur. Ipsa est virgo egregia per quã peccatum deletur, mors destruitur, diabolus confunditur, vita btã quæ perdita fuerat, recuperatur, paradisus aperitur, salus vniuersis offertur. Simus igitur grati gloriosissimę virgini matri Christi, eius'q; humilitatem, misericordiam, charitatem, atq; munditiam sequamur pro posse fideliter, viriliter, & constanter. ¶Amplius curam habeamus de bono nomine nõ

Augustin. Bernard. Ecci. 24 Bernard. Ecci. 41

B pro propria laude, sed ad dei honorem, & proximorum ædificationem, vt glorificetur deus in nobis seruulis suis, simus'q; bonus odor Christi in omnibus locis, vt ædificentur proximi nostri in nobis. Consideremus quàm infinitam beatitudinem deus præparauit iustis in cœlo, & taliter ministremus altissimo, ne & tantam beatitudinem amittamus, & insuper æternæ damnationis grauissima supplicia incurramus. Ecce præcessit nos hodie domina nostrã, & aduocatã præmisit in cœlum Ecclesia. Eam ergo toto cordis affectu sequamur, eius beatitudini præcordialiter congratulemur, & sacrum hunc diem in sanctis operibus expendamus, dulcissimam virginem inuocantes & collaudantes, nec vnquàm aliquis nos prætereat dies, in quo non speciale obsequium impendamus eidem. Quidam monachus ordinis Cisterciensis intantum beatissimam virginem venerabatur, quòd quotidie ante refectionem dixit genibus flexis, quinquagies, Aue Maria. Cum'q; visitasset suos parentes, & quadam die se posuisset cum eis alijs'q; amicis ad mensam, recordatus est se die illo non legisse salutationẽ angelicã vicibus quinquaginta, repente'q; surgens, ingressus est camerã. Cum'q; salutationem angelicã more solito legerit, apparuit ei virgo pijssima, mantello pulchro induta, in quo per totum scriptæ erãt aureis literis salutationes angelicæ & cũ monachus ex humana fragilitate fuisset perterritus de huiusmodi visiõe, dixit ad eum dulcissima virgo Maria. En omnes angelicæ salutationes, quas mihi dedisti in isto mantello sunt scriptæ. Deinde ostendit virgo sanctissima, quandã partem mantelli retrorsum & dixit: Postq̃ hęc pars fuerit angelicis salutatõibus adimpleta, introducã te in regnum dilectissimi filij mei, quòd & postmodum factum est ita: Ex quo patet, quàm acceptum sit virgini sacræ vt angelica salutatione frequenter ac deuote salutetur. Cum magna igitur attentione & affectione dicamus sæpissime, Aue Maria.

2. Corin. 2

C

¶Enarratio Euãgelij: Intrauit Iesus in quoddã castellum, Lucæ. 10.

EVangelium præsens in solẽnitate assumptionis beatissimę virginis legit, qm̃ solẽnitas illa aliud non habet euãgelium speciale. Et qm̃ mystica euãgelij huius expositio virgini gloriosæ pręcipue cõpetit. Itaq; Lucas dicit: « Intrauit Iesus in quoddã castellũ » ,i. in habitaculũ Marthæ q̃d in Bethania fuit, ideo subdit: « & mulier quædã Martha noĩe » valde notabilis & illustris, quæ dr̃ hic mulier rõne sexus non m̃rimonialis cõtractus, q̃a vt supra in sermone de ea narratũ est, nõ legit habuisse maritũ, « excepit illũ in domũ suã, » cũ charitate feruẽti, & reuerẽtia grãdi. Nã fuit p̃electa specialis'q; hospita Chr̃i. « Et huic erat soror nomine Maria » .i. Magdalena amãtissima, fidelissima, ac familiarissima saluatoris discipula, de qua supra dicta sunt plurima, « quę etiã sedẽs secus pedes dñi » .i. humilr̃ in terra, iuxta pedes Chr̃i magistri sui charissimi, in cuius verbis valde delectabat, « audiebat verbum (.i. sermonẽ) illius » auidissima ac intẽsissima mẽte. Sic & fideles verba sermocinãtium vicariorum'q; Chr̃i debent humiliter ac deuote audire absq; somnolẽtia & tędio. Rursus queadmodũ Chr̃us à Martha hospitatus statim ante refectionem docuit existentes in domo, sic prædicatores & viri spirituales ac eruditi, ab alijs hospitati, verbis salubribus debent ædificare, atq; instruere hospitantes, & existẽtes in domo. Itaq; quo Maria humilius sedit, diligentius'q; verba Christi aduertit, eo plus spirituales hausit profectus, & riuos doctrinæ ex fonte sapientiæ sumpsit. i. à Chr̃o, de quo scriptum est in Ecclesiastico: Fons sapientię verbum dei in excelsis. ¶Insup ex hoc q̃ Martha Chr̃m & eius discipulos tam charitatiue & reuerenter suscepit hospicio, atq; tã cõdecenter tractauit datur exemplum fidelibus, vt spirituales p̃sonas ac pauperes libẽter hospitẽt, cõgruẽter'q; tractẽt

Ecci. 4

Dei intuitu & amore, quia hoc faciendo Christum in suis suscipiunt & procurant seruis ac mēbris. ⌊Martha autem satagebat (.i. satis agebat occupataq́ꝫ fuit) circa freques ministerium⌋, .i. circa corporalis refectionis (quæ q̄tidie necessaria est) præparationem & exhibitionē. ⌊Quæ stetit⌋ vt Christum cum reuerentia alloqueretur, & eius præstolaret responsum ⌊& ait: Dñe nō est tibi curæ, ꝙ soror mea reliquit me solā ministrare⌋ Hoc videbat irrationabile Marthæ, qa apparuit ei, ꝙ ob Chri honorabilitatē aliorumq́ꝫ hospitum multitudinē, Maria eā merito adiuuisset, ideo interrogauit: Dñe, non est tibi curæ, non quasi Chr̄m reprehendēs, ꝙ Mariæ nō dixerat, adiuua tuā sororē, sed quasi admirās de hoc, ideo addidit: ⌊Dic ergo illi, vt me adiuuet⌋ quia in tot hospitum prouisione ac refectōe multa erāt agēda. Quòd autem Martha dixit se solam ministrare nō est intelligēdum, ꝙ nulla fœmina eā adiuuerit, imò habuit multas ancillas & specialr̄ sctā Marthilla eius pedissequa eā solicite iuuit. Sed se solā asseruit ministrare ꝑ exclusionem suæ sororis, ad quam ministratio illa æque pertinuit secundum Marthæ opinionem. ⌊Et respondēs, dixit ill: Dñs⌋ Iesus Chr̄us verus deus, q ad respondēdum sapienter non eguit deliberatione aut studio, qm̄ inquātum deus fuit ipa sapia infinita, æterna, & increata, atq; vt homo fuit omni sapientia plenus, imo secundum vtramq; suam naturam omnia præcognouit. ⌊Martha, Martha⌋ Bis noīauit eā vt diligētius auscultaret, & vt suā ad ipam monstraret dilectionem, ⌊solicita es & turbaris erga plurima⌋ .i. circa corporalia præparāda ac disponenda. Quæ occupatio q̄uis fuerit bona & actus misericordiæ ac liberalitatis ex charitate procedens, tñ quietem mentis in deo interrumpit frequēter & impedit, qm̄ mens humana tāto fortius intenta est vni, quāto plus à multis abstrahit. Vnde cōiter dicit: Virtus vnita fortior est, quàm dispersa. Itemq́ꝫ: Pluribus intentus minor est ad singula sensus. ⌊Porrò vnum est necessariū⌋ videlicet deo adhærere, placere, vniri seu ipo beatifice frui. Vel, ipsemet deus felicitatis obiectū dator & causa. ⌊Maria optimam partem elegit⌋ videlicet vnum necessarium iam præfatum, ⌊quæ (pars) nō auferet ab ea⌋ qm̄ deo vacare atq; viniri per cōtemplationē & dilectionē feruentē, seu ipo finalr̄ frui, in vita hac incipit, & ipfecte habet. In futuro aūt seculo continuatur, ꝑficit plene ac æternalr̄ possidet. Hæc est literalis & breuis expositio Euangelij huius circa quod mul[illegible] pulcherrima dici possent, de quibus infra tangetur.

¶ Sermo secundus circa Euangelium: Quomodo beatissima virgo Maria, quomodo etiam q̄libet electorum esse debeat spirituale castellum.

Porta hæc clausa erit & non aperietur, quoniam dn̄s deus Israel, ingressus est per eam. Ezechielis quadragesimoquarto caplo: Per portam quā propheta Ezechiel vidit in spū, in visione illa difficillima, quā in fine libri sui describit, in multis capl'is spūalr̄ designat purissima virgo Maria, q̄ ante partū, in partu, & post partū fuit inuiolata ac integerrima, quā nequāq̄ decuit viro alicui aperiri, qm̄ dn̄s deus Israel vnigenitus p̄ris ingressus est eam, assumendo ex ea naturā humanā seq́ꝫ claudēdo in vtero eius, sicut cātat Eccl'ia: Virgo dei genitrix quē totus nō capit orbis, in tua se clausit viscera, factus homo. Ipsa igit p̄stātiss. virgo

Lucæ.1 est porta ꝑ quā ingressus est mundū istū filius dei visibilr̄ apparēdo in eo. Cōformiter ipa spūaliter est castellum quod Iesus intrauit descēdendo de sinu p̄ris in vterꝫ virginis nō locū mutan-
Psal.18 do, sed carnis substātiam in ea, & ex ea assumēdo, iuxta illud in Psalmo: A summo cœlo egressio
Ibidē. eius. Et item: In sole posuit tabernaculum suum. Vnde Iohānes protestatur: Exiui à p̄re, & ve-
Iohan.16 ni in mundū. ¶ Deinceps propter diuersas causas beatissima genitrix dei appellat castellum. Primo, qa castellum debet eē situatum in alto eminentiq́ꝫ loco vt ex eo possit hincinde circumspici. Sic virgo Maria in altissimo statu ac gradu dignitatis ī deo est posita, vtpote i[illegible] maternitatis dei ꝑ quā comparentalis est deo p̄ri, vnicum & eundem cum illo filium habens, quod est dignitas quodāmodo infinita, ex q̄ deiñ cōuenit ei esse angeloꝝ Imperatricē, reginā cli, dominā mūdi, aduocatā eccl'iæ, decus & gl'iam totius creaturę, ideo dicit sctūs Hieronymus: Quid nobilius mr̄e dñi, qd splendidius ea, quam elegit splēdor p̄rnæ gl'iæ. Sed quia præfata dignitas maternitatis dei est donum gr̄æ gratis datæ, dicēdū, ꝙ virgo Maria etiā cōstituta est à deo in vertice ꝑfectiōis gr̄æ gratum faciētis atq; virtutū, in q̄bus excellētissima fuisse nō dubitat. Scdo quia castellum debet muro circūdatū eē & clausum, sic virgo mūdissima fuit virtute cardinali q̄ dicit fortitudo, & etiā dono quod fortitudo vocat munita. Potest quoq; ꝑ murꝫ castitatis desi-

Luc.12 gnari. Vnde ait saluator: Sint lumbi vestri ꝑcincti .i. cingulo castitatis ornati. Vere nāq; ꝑ castitatem protegit homo à iaculis vitioꝝ multoꝝ, à tētationibus dæmonū, à cōcupiscētiaꝝ sagittis. Hac castitate dña nr̄a fuit summe inuiolabilr̄q́ꝫ munita ac decorata, ita ꝙ nunq̄ inordinatus aut indecēs motus carnis fuit in ea. Tertio, qa castellum debet in gyro ꝓfundū h̄re fossatū. Sic virgo altissima, ꝓfundissima humilitate fuit vallata. Vnde & ipa fatet: Quia respexit humilitatē

Lucæ.1 ancillæ suæ. Hinc S. loquit Augustinus: O mira & ꝓfunda Mariæ humilitas. Ecce angelus Ma-
Lucæ.1 ria m alloquit, dicens: Aue gr̄a plena. Mariæ spūs sancti superuentio gratiosa promittit, Maria in matrem dei assumitur, Maria omnibus creaturis præponitur, Maria cœli & terræ domina efficitur, & tamen pro oībus his superbia nulla extollitur, imo in omnibus his mira humilitate

Lucæ.1 se deprimit, dicens: Ecce ancilla domini. Non dixit: Ecce domina mundi, sed ecce ancilla dñi. Hinc

A Hinc loquitur & Bernardus: O Maria tu spiritum elationis virtute humilitatis penitus contriui sti, quã ita in te respexit dñs, vt ipsius merito super omnes choros angelorum te sublimare dignum putauerit. Nunquàm em̃ super omnes choros angelorũ sublimata ascendisses, nisi prius infra omnes hoíes humiliata descẽdisses. Et recte humilitas comparatur fossato, cum sit quędã profundatio mentis qua subdit ac deprimit semetipã, & sicut in fossato aquę colliguntur, sic in humili corde grãrum charismata congregãtur. Iterum sicut fossatum aquis repletum prohibet aduersarios ab excessu ad castellum, & à destructiõe ipsius, ita reuera humilitas dæmones ab humiliũ impugnatione & deiectione tuetur, eo q̃ humilis non proprijs viribus, sed gratioso adiutorio dei innitetur. Quarto, qm̃ castellum est turre leuatum, sic optima virgo Maria fuit charitatis feruore contemplationum excessu, apice sanctitatis sublimis & eleuata. Vnde & ipa ait in Canticis: Ego turris. Quinto, qm̃ sicut castellum debet armis esse corrobatum, sic virgo Maria fuit omnium virtutum tãquàm spiritualium armorum vigore firmata, dæmonibusq́ metuẽda & inexpugnabilis facta. Idcirco in Canticis vocatur terribilis vt castrorum acies ordinata. Sexto, qm̃ sicut castellum debet necessarijs vitæ, videlicet alimẽtis eẽ prouisum, sic benignissima virgo fuit spiritualibus alimonijs plena, videlicet pane vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris, gr̃a diuinæ confortationis, cibo bone operationis, oleo supernæ consolationis, vino excessiuę deuotionis, sed & pane lachrymarũ & compassionis. Hinc ait in Canticis: Introduxit me rex in cellam vinariam. ¶Deinceps, per Marthã significatur vita actiua, cuius operatiões sunt pauperes reficere, nudos vestire, peregrinos ac pauperes hospitare, mortuos sepelire, visitare infirmos, redimere vinctos. Item errãtes reducere, ignauos instruere, mœstos consolari, consiliũ dare, delinq̃ntes corripere, oppressos releuare. ¶Circa hęc occupãtur boni actiui. Per Mariã autem Marthę sororem designata est vita contemplatiua, cuius actiones sunt deum speculari, diligere, meditari, orare, laudare, gustare, quàm dulcis est deus, rapi in diuitias glorię eius audire qd in se dñs deus loquatur. ¶Porro, beatissima virgo in vtriusq; vitæ istius actibus fuit p̃fecta, imo vtriusq; vitæ actus circa filium suum exhibuit, vtpote opera vitæ actiuæ circa ipsius humanitatem. Sic em̃ filium suum nutriuit, vestiuit, & in corporalibus multis ei præbuit sacrum promptissimumq́ obsequium. Nec dubium, quin & pauperibus iuxta quod potuit misericordissima ac liberalissima fuit. Spũalia quoq; misericordiæ exercuit opera. ¶Circa diuinitatem vero Christi filij sui exercuit eminentissime actus vitæ cõtẽplatiuæ, illam syncerissime cõtemplãdo, ardentissime diligẽdo, suauissime degustãdo, or̃oni, meditationi, ac laudibus dei deuotissime insistẽdo. Nec dubium, quin ipa ad pedes filij sui prędicãtis multo humilius sedit, eius quoq; verba multo affectuosius diligentiusq́ audiuit, quàm Maria Magdalena. Vnde & virgo Maria optimã partem elegit perfectissime præelegit ac tenuit. ¶Prӗterea, vnusquisq; fidelis debet spiritualiter esse castellum, in quod Chr̃us per gratiam intret, & in quo per charitatem moretur. Primo, vt alte sit situs, hoc est, in militãte ecclesia constitutus, in Chr̃o tãquàm in capite positus, in deo erectus, ipsum in oĩbus intendẽdo, quærendo, & aspiciẽdo, iuxta id Psalmi: Oculi mei ad dñm. Sic simus in alto locati, non in rebus carnalibus ac terrenis instar porcorum dep̃ssi. Vnde Hieremias propheta hortatur: Leuemus corda nostra cum manibus ad deum in cœlum. Esaias quoq; propheta: Leuate (inquit) in excelsum oculos vestros, & videte q̃s creauit hæc. Vnde & Apostolus monet: Quæ sursum sunt, quærite, vbi Christus est in dextera dei patris, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terrã. Secundo, vt muro sit clausus, hoc est, castitate vallatus, vel castitate coniugali, vel viduali, vel virginali. Sic vnusquisq; corpus suum incontaminatum custodiat. Nam teste Apostolo: Qui fornicatur in proprium corpus, peccat, illud inquinãdo, deordinãdo, imo & habitaculum diaboli statuẽdo. Tertio, vt humilitate quasi fossato extet circundatus, in omnibus humiliãdo seipsum. Sic ergo proprias vilitates, defectuositates, culpas, turpitudines, & ingratitudines consideremus, & humiles simus valde, stabiliter, ac profunde in corde, in verbis & factis, in vestitu, incessu, omniq́ apparatu. Quarto, vt charitatis dei ac proximorum feruore sit sublimatus. Charitas nãq; est summa virtus, & turris virtutum, in qua quãto plus crescimus, tãto corã deo meliores, maiores, altioresq́ sumus. Quinto, vt virtutibus contra omnia peccata ac tentamenta armetur, ne superetur ab eis. Sic nos armare debemus, & aduersarijs nostræ salutis viriliter reluctari, quia non coronatur à deo, nisi qui legitime certauerit. Sexto, vt spũalibus alimentis ac poculis sit prouisus, videlicet pane sacramẽtali, pane cœlesti, pane lachrymarum, riuis sapientiæ, fluentisq́ gratię. His omnibus reficiamus & confortemus nosipsos. Optimi em̃ panes animæ sunt actus virtuosi, cum dicat saluator: Meus cibus est, vt faciã voluntatem patris mei. Nempe orãdo, meditãdo, deum laudãdo, contemplãdo, diligendo, & cætera opera bona agendo, confortãtur animæ nostræ in deo reficiuntur spiritualiter crescunt, atq; ad verã quę in deo consistit felicitatẽ pertingunt. ¶Duo socij erãt se inuicem valde amãtes, quorum vnus circa festũ oĩm sanctorũ defunctus est. Alius vero cõtinuis fletibus se affligẽs, nihil pro defuncto orauit. Cui post festum natiuitatis Chr̃i defunctus apparuit, dicẽs: Nihil mihi profecisti solum plorãdo, & q̃si improperãs ei fletũ. Ecce (inq̃t) beatissima virgo Maria singulis annis in festo natiuitatis Chr̃i ad purgatorij loca cũ multitudine angelorũ

de scẽdit

Margin notes: Bernard. — Cãtico. 8 — Cantic. 6 — Eccl. 15 — Cantico. 2 — B — 1. Pet. 2 — Psalm. 84 — Psalm. 24 — Threno. 3 — Esai. 51 — Coloss. 3. — C — 1. Cor. 6. — 2. Tim. 2. — Johan. 4.

descendit,& multas inde animas eripit, qm̃ in nocte solennitatis illius Chr̃m regem gloriæ peperit. Cumq; in proxima natiuitatis Chr̃i solennitate descẽderet,& multas eriperet anias, sperabã q precibus tuis fuisset me etiã eductura, sed non fecit. Verum qm̃ proxima nocte dñicæ resurrectiõis solet descẽdere ad purgatoriũ pro eductiõe aiarum, eo q Chr̃s nocte illa sanctos de libo eduxit, rogo ne cesses p me cũ lachrymis exorare, vt me illa nocte dignet eripe & in hoc scies te exauditum, si tibi vltra nõ apparuero. Et q̃a defunctus ille ad viuentẽ nõ rediit, creditur per virginẽ gloriosam nocte illa ereptus. Ex hoc quoq; exemplo docent fideles pro amicis suis defunctis magis orare q̃ flere, nisi pro illorũ liberatione fleant orãda. D

¶Sermo tertius: Quanto honore beata Maria fuerit corpore & anima in cœlum assumpta.

Augustin. POsitus est thronus matri regis quę sedit ad dexterã eius, tertio Regum secundo: Quẽadmodum S. asserit Augustinus de beatissima virgine nihil in scripturis canonicis reperit, post id quod Chr̃us de cruce eam commẽdauit dilecto discipulo S. Iohãni, nisi

Johan.19. Actor.1. quod recitat Lucas Euãgelista, dicendo: Hi oẽs (puta Apostoli) erant perseuerantes vnanimiter in orone cum mulieribus & Maria matre eius. Nunc ergo de eius assumptione dicendum est, quod veritati sacræ scripturæ concordat, atq; à sanctis patribus catholicisq; doctoribus est expssum. Et primo hoc certum est, & authoritate vniuersalis Ecclesiæ, quæ à spũ sancto infallibilr regitur, comprobat, q hodierna die præstãtissima virgo migrauit à corpore, & à filio eius vnico deo vero & homine dño nostro Iesu Chr̃o in cœlos cum omni veneratione & gaudio est assumpta, de qua re præsens celebratur solennitas. ¶Præterea qualiter, hoc est, quàm gloriose assumpta sit, protestat sanctus Hieronymus in sermone de festo præsenti, q hodie per ecclesiã legitur, in quo inter cætera loquitur. Legimus quàm sæpe ad funera & sepulturas sanctorum angelos aduenisse, & ad eorum exequias obsequia præstitisse, ac animas electorum ad cœlos cum hymnis & laudibus detulisse, vbi & vtriusq; sexus chori commemorãtur frequenter auditi, laudesq; cecinisse, ac multo lumine resplenduisse. ¶Insuper & eos q aderãt adhuc in carne viuentes miri odoris ibidem flagrãtiã persensisse. Quòd si ad recreãdã spem corroborãdãq; fidẽ fideliũ saluator ob merita sanctorũ suorũ amplius demõstrãda tãta ac talia dignat est facere circa defunctos, quãto magis credendum est, hodie cœlorum militiã cum suis agminibus genitrici dei obuiam venisse, eamq; ingenti lumine circumfulsisse, atq; ad thronum sibi ante mundi constitutionem prouisum cum laudibus & canticis perduxisse. Nulli dubium oẽm illam cœlestem Hierusalem tunc ineffabili lætitia exultasse, quoniam festiuitas ista, quæ nobis hodie reuoluit annua, illis omnibus facta est continua, nec immerito. Creditur eñ q̃d ipse saluator per se totus festiuus occurrit, atq; cum inæstimabili gaudio eam secum in throno locauit. Ali- E

Exodi.20 Deute.5. as quomodo impleuisse creditur quod præcepit in lege. Honora (inquiens) patrem tuum & matrem tuam. ¶Præterea, prędictis concordat, quod sanctus ait Bernardus: Virgo sancta ac gloriosa hodie cœlos ascendens supernorũ ciuium gaudia copiosis cumulauit augmẽtis. Cum

Lucæ.1 eñ Iohãnes Baptista materno adhuc clausus in vtero, Maria loquente, gauisus sit, quàm magna fuit cœlestium exultatio ciuium cum & vocem Mariæ audire, & faciem eius videre & felici eius præsentia frui cœperunt. Quis cogitare sufficiat, q̃ gloriose hodie mundi regina ad cœlos processerit, & quãto deuotiõis affectu in eius occursum tota cœlestiũ legionũ descẽderit multitudo q̃bus ad thronũ glorię cãticis sit deducta q̃ sereno ac placido vultu, q̃ diuinis amplexibus à suo filio sit suscepta, & sup oẽm creaturã exaltata, cũ honore & gloria, q̃bus talẽ ac tãtã matrẽ à tali tãtoq; filio decuit sublimari. ¶Insup, sicut deuotissimus tãgit Bernardus salua p̃ oĩa reuerentia Chr̃i, cũ maiori solẽnitate obuiatũ est ei de cœlo, q̃ Chr̃o in sua ascẽsione, & cũ ampliori reuerẽtia in cœlũ ipa pducta est, Chr̃o etẽm ascendẽti soli angeli occurrerũt. Mariæ vero nõ angeli soli, sed & oẽs sancti quos Chr̃us secũ in sua ascẽsione pduxit in cœlum, imò & ipemet dñs Chr̃us ei occurrit, & eam cum summo honore secum in gloria statuit. ¶Insuper, in sermone suo beatus scribit Hieronymus: Monstratur eius sepulchrum in vallis Iosaphat medio, quæ vallis inter Hierl̃m & montem Oliueti est posita, vbi in eius honore fabricata est ecclesia miro tabulatũ lapideo, in quo sepuchro fuit ipa sepulta, sed nũc sepulchrũ hoc vacuũ demonstrat. ¶Porro, de ordine rei gestę in B. virginis assumptiõe S. Cosmas testat. Dum Chr̃us genitricẽ vitę ad volebat assumere per consuetum angelum prænũtiauit ei diem, & p angelũ dixit ad eã: Tempus est, vt ad me assumã te matrem meã. Nam sicut terram gaudio adimplesti, sic fac gratulari cœlestia & cœlestes mansiones redde iucũdas. Adducã autẽ ad te Apostolos, quorũ quasi meis sepelieris manibus. Q' aũt Apl̃i diuina virtute illuc adducti sint protestat S. Germanus Cõstãtinopolitanus epus. Magnus quoq; ille theologus Damascenus idẽ affirmat, dicendo: Apl̃os vbiq; terrarũ dispersos ac prædicãtes diuinũ pceptũ e finibus terrę Hierl̃m cõtulit, imo ad hoc probãdum solet adduci, q̃d D. Dionysius quarto capl̃o de diuinis noĩbus ait, loquẽs ad Timotheũ: Nos vt nosti & multi ex fratribus nostris ad visionẽ corpis principis vitæ, & quod deum suscepit cõuenimus. Aderãt autem Iacobus frater dñi. & Petrus theologorum altissimus vertex. Veruntamen verba hæc D. Dionysij etiã aliam intelligentiam habent. Cum itaq; gloriosi Apl̃i ad gloriosam F

virginẽ

A virginem conuenissent & iuxta eam in thalamo, vbi ipsa ad obdormiendum in domino collocauerat semetipsam sederēt, Christus cum innumerabilium multitudine angelorꝫ de cœlo adueniēs suæ dilectissimæ matris aīam de corpore exeuntē suscepit cū gaudio maximo, sacratissimi quoqꝫ corporis sepulturā cōmisit Aplīs. ¶Præterea, q̄uis sctā mater ecclesia nō determinet, nec absolute affirmet beatissimā virginē cum corpore glorificatā, multi tn̄ sancti hoc indubitāter fatenť, ꝙ.s. tertio die ab eius dormitiōe Chrus animā eius reduxit ad corpus ipsius sanctissimū, & ita in aīa & corpore glorificatā sup oīm ordines angelorꝫ constituit eam. Et de hoc multa legunť in reuelatiōibus S. Brigittæ viduæ. Sed & S. Augustinus rōnabilia valde motiua, adducit ad idem, ideo nō est dubitādum de hoc. Omnino eñ decētissimum fuit, vt Chrūs deus oñipotens matrē suā dignissimā summo venerareť honore, nō solum in anima, sed etiā in corpore eius. Primo, qa ex eius purissimo corpore corpus formauit, quod ad suum increatū & hypostaticū esse diuinū assumpsit. Queādmodū ergo p hoc ineffabilr honorauit, & exaltauit corpus virginis sacrę in seculo isto, sic decētissimū fuit, vt corpus eiusdē, statim post recessum aniæ eius à corpore honoraret & exaltaret, p̄cipue glorificādo ipm simul cum ania sua. Secūdo, qm̄ virgo sanctissima p corpus suū prę oībus sanctis Chr̄m specialissime honorauit, & ei singularissime ministrauit. Ipsa eñ in medio vteri sui vnigenitū dei nouē mensibus tulit. Deinde ex se natum proprijs manibus eleuauit, contrectauit, inuoluit, vbera ei porrexit brachijs suis amplexata est illum, vultu deosculata, ita ꝙ electissimæ virginis corpus sanctissimū ex filij dei inhabitatione, contrectatiōe, deosculatiōe, lactatiōe, & administratiōe, mirabiliter deificatū est præstātissimumꝗꝫ effectum, Propterea nullatenus decuit corpus tā sacrum in terra manere, multoꝗꝫ minus decuit ipm resolui, & vermes ac cineres ex eo produci, sed iustissimū extitit illud suæ purissimæ aniæ reunitū, mox cū Chr̄o in cœlis glorificari, ac honorari. B Tertio, qm̄ alios multos sanctorꝫ Chrus honorauit in terra, quātum ad eorꝫ corpa sacra, quę longe ac late à fidelibus visitātur, nō ergo decuit corpus suę dilectissimę genitricis manere in terris abscōditū & inhonoratū Cum ergo in terris nullibi valeat inueniri, certum est illud in cœlestibus cōnorari. Quarto, qm̄ matrē tā incōparabilis sctitatis, tā cœlestis, imo supcœlestis, ac deificatissimę dignitatis, matrē piissimā oportuit ab optimo ac liberalissimo filio pfectissime honorari, plenarie btificari, & singulari priuilegio decorari, q̄d factū nō eēt, nisi eā in corpore glorificasset in aīa. ¶Postremo q̄diu virgo incōparabilis post Chri resurrectionē vixerit in hoc mundo, dicetur in sequēti sermone. Nūc igiť beatissimę aduocatę & matri ac dñæ nr̄æ pręcordialr cōgratulemur, eamꝗꝫ verbis ac moribus veneremur, eiusꝗꝫ imploremus suffragiū ad ipsius aspiremus consortiū & aspectum. O q̄ delectabile & suaue ē eā clare cōspicere, cū ipa iugiter pmanere, & ea in deo ad libitū frui. O quātum diligūt & honorāt eā omes ciues supni, omes angeli sancti, & electi hoīes vniuersi iam beatificati, per quam tot bona sunt consequuti, quàm vident à deo tam incomprehēsibiliter honoratam, imò quā deus in vniuersorꝫ præsentia beatorꝫ nominat matrē. O qualis & quantus est honor ille esse & dici matrē creatoris vniuersorum.

¶Sermo quartus: Quantę sit dignitatis esse matrē dei, quāti meriti se totum offerre deo, quanti præmij seruire, & compati Christo.

C Adamauit eam rex plus quàm omnes mulieres, Hester secundo. Verba ista literalr scripta sunt de Hester regina, quam Assuerus rex præ mulieribus cunctis dilexit, qm̄ erat formosa valde, & incredibili pulchritudine omnium oculis gratiosa & amabilis videbatur. Quæ verba de beatissima virgine spūaliter, optime intelliguntur, quam dñs rex omnipotens præ omnibus fœminis adamauit. Amare nanqꝫ est alicui bonum velle, & amor ipe efficit vnionem. Quanto itaqꝫ maiora singulariora'qꝫ bona contulit deus Mariæ, & quāto vicinius ac specialius se ei coniunxit, tāto plus cæteris ipam amauit. Iam ergo pensemus, quid Mariæ deus contulit in hac vita. Certe contulit se ei in filium verum ac naturalem, & in specialissimum sponsum. Hoc donum dei est dignitatis quodāmodo infinitę. Si magnum est eē seruum dei, maius'qꝫ esse amicum, vtiqꝫ maximū est esse matrē dei. Veruntamen qa maternitas dei, est dignitas quædā & donum gr̄æ gratis datæ, non sufficeret virgini gloriosæ eē matrem dei, nisi & dona gr̄æ gratum facientis haberet. Et qm̄ oīa ordinatissima fuerunt in ea, vtpote in matre sapiæ summæ, ac sempiternę, à q̄ ordinatio oīs profluxit. Idcirco secundum excellentiā præfatæ dignitatis, vcꝫ, maternitatis dei fuit in virgine benedicta excellentia gratiæ gratificantis, & virtutum infusarum atqꝫ donorꝫ spūs sancti. Vnde quantum virgo beatissima per maternitatem dei fuit omni dignior creatura, tantum per excellentiam gr̄æ suæ ac virtutum fuit sanctior vniuersis. ¶Insuper perpendamus quātum & qualiter deus in vita præsenti coniunxit se virgini supdignissimæ. Certe post hypostaticā seu suppositalē vnionē, qua se humanę cōiunxit naturę in Chr̄o nō videť fuisse possibilis, ppinqor vnio q̄ ea qua se virgini cōiunxit sanctissimæ, cuius se filium fecit, per quod aliqd eius quę diuinitati vniuit, carnem assumendo ex ea. Dicitur eñ in symbolo de dño Iesu Chr̄o virginis filio: Deus est ex substantia patris ante sceula genitus, & homo est ex substantia matris in seculo natus. Et sanctus ait Bernardus: O vere diues Maria, cuius modica portio assumpta, totius mundi sufficit relaxare peccata.

Augustiñ. Bernarð.

¶Deniqꝫ

¶Deniq; intantum se virgini sacratissimæ copulauit, q̄ vterum eius ingressus est, & nouem mēsibus requiescere in eodem dignatus est. Deinde ex ea nasci, educari, contrectari, amplecti, atq; tot annis cum ea voluit conuersari. Nonne propinquissima, familiarissima, & vere dulcissima fuit vnio ista. Amauit ergo dn̄s rex om̄ipotens hanc virginem plus q̄ fœminas om̄es. Ex his facile est pensare, q̄ ineffabilis & excellens sit beatitudo & gloria virginis huius in p̄ria. Nam sicut præ cæteris sanctis Christum deum & hominem indicibiliter plus dilexit, sicut in gratia, & omni virtute sublimior fuit, ita in felicitate & gloria est magis excellēs & plena, idcirco vere atq; subtiliter dixit S. Bernardus, quòd quātum absq; personali vnione possibile est luci inaccessibili est immersa. Dictum est em̄ q̄ tam propinque & intime deus coniunxit se virgini sacræ, quātum citra hypostaticam fieri potuit vnionem. Quod item in virgine sancta iuxta excellentiam gratiæ gratis datæ fuit excellētia, gr̄æ gratificantis ac ardentissimæ charitatis. ¶Præterea, q̄to quis in vita p̄nti seipsum deo impendit perfectius, q̄to se ei offert totalius, quāto affectuosius seruit ei, tāto in p̄adiso cœlesti de⁹ seip̄m ei repēdit exuberātius, offert liberalius, redditq; plenius. Ideo religiosoꝝ & perfectoꝝ qui seip̄os offerunt deo in holocaustum, diuinis obsequiis seip̄os totaliter mancipando, & propter deum seip̄os penitus abnegādo, ineffabilirer magna est beatitudo & gloria. Certum est autem, q̄ beatissima virgo seip̄am perfectissimè deo impendit, integerrime obtulit, & affectuosissime ei seruiuit. Nam tota anima & corpore cunctisq; viribus suis cum superaffectuosissima mente deo ex se incarnato ac genito ministrauit, intenta inhærensq; extitit. Siquidem quāto dignātius, amorosius, misericordius vidit deum secum egisse, ac agere conuersari, & ambulare, tāto & ip̄a quantum sibi possibile fuit gratiori, amorosiori, humilioriq; corde ipsi seruiuit, cōiūxit intēta immersaq; extitit. Inæstimabiliter ergo plenissime liberalissime & amorose deus seip̄m ei repēdit pro p̄mio, infinitā pulchritudinē suā ei clarissime ost̄edens ad intuēdū, suā immēsam dulcedinē ei copiosissime offerēs ad fruēdum, & om̄i gaudio inenarrabil'r eam adimplens. ¶Porro, cum om̄es sancti in p̄ria post deum in Chr̄i humanitate præcipue glorient, q̄ specialissime & vehemētissime gloriat in ea benignissima virgo ex cuius sacratissimo vtero formata, & sumpta est ip̄a humanitas illius caro, eamq; educauit, tractauit, & ad incremēta cōgrua vsq; p̄duxit. ¶P̄terea, q̄s valeat æstimare cum deum sit sup̄liberalissimus & sup̄ditissimus redditor, q̄d mercedis & gloriæ retribuerit ei, ex cuius purissimis sanguinibus assumpsit, formauit, & induit corpus, ex cuius materno lacte nutritus est, cuius diligētia atq; obsequioꝝ frequēter ac diu pusus est. Rursus cū dicat Apostolus: Si cōpatimur & cōregnabimus, cōstat q̄ sicut b̄tissima virgo filio suo Iesu Chr̄o præ oībus summe & ineffabiliter compatiebat non solum t̄pe passionis, sed & ante sæpissime, q̄m Chr̄i passionem præsciuit certissime, post ascēsionem quoq; visitādo sacra loca, in q̄bus pro nobis multa sustinuit Chr̄s. Sic ip̄a cum Chr̄o glorificata ē excellentissime, & ei congratulat plenissime. ¶Amplius, q̄s excogitare sufficiat, quāta felicitas sit, quantus honor, quāta sublimitas esse super om̄es angeloꝝ ordines sublimatā, imo esse reginā totius cœlestis palacii, esse Imperatricē ac dominā oīm electorum atq; sanctoꝝ tā angeloꝝ quàm hoīm. O q̄ reuerēter ac gaudiose inspiciunt eā om̄es beati per quā tātam beatitudinē sunt adepti, imo q̄ in seip̄a tā speciosa, tam bona, tam excellētissima amabilissima, atq; dulcissima extat, vt post deum eā videre sit summa iucunditas. Si ergo beatissimam dominam nostrā vere diligimus, eius tam inæstimabili felicitati & gloriæ congratulemur, precibus eius & meritis postulemus exaudiri, saluari. Nam vt sanctus ait Bernardus: Præcessit nos regina nostra, præcessit, & tā gloriose susecpta est, vt fiducialiter sequātur dominā serui clamitantes. Trahe me post te. Aduocatam p̄misit peregrinatio nostra, quæ tā[illegible] iudicis mater, & mater misericordiæ suppliciter & efficaciter salutis nostræ negotia pertractabit, q̄a nec potestas ei deest, neq; voluntas, regina cœloꝝ est, misericors est. Eam ergo cum omni fiducia inuocemus, atq; per eā à deo suscipi postulemus. In Cōstātinopoli q̄dā mercator diues & iustus, ad tātam deuenit inopiā, quod à quodā Iudæo sibi postulauit mutuari pecuniā dicens: Dabo tibi fideiussorē S. Mariā, & eius imaginē, q̄ die statuto tibi persoluā. Requieuit Iudæus, sciens S. Mariā esse post deum primā spem Chr̄ianorum. Perrexit ergo mercator cum pecunia in Alexādriā, & infra annum multas valde ibi acquisiuit pecunias. Cumq; die statuto imminente nō posset reuerti, posuit pecuniā persoluēdam in repositorio ad hoc apto. Scriptū quoq; annulo suo signatum tale apposuit. Suscipe Abrahā pecuniā quam mihi accōmodasti, & nocte diei quo fuerat pecunia p̄soluēda, posuit repositoriū illud supra mare, rogās virginē piā, vt repositoriū illud ad Cōstātinopoli atq; ad manus p̄fati Iudæi dirigeret. O magna fides viri, sed maior gr̄a virginis sacræ. Nā ip̄a dirigēte repositoriū illud, p̄ tāta maris spacia vna nocte peruenit vsq; ad littus Constātinopolitanū. ¶Porro, Iudæus p̄ pecunia sua solicitus, mane exiuit ad littus, si forte aliquā videre posset nauē de Alexādria veniētē. Et ecce vidit repositoriū illud applicari ad littus, quod sumens ac titulum legēs, accepit repēte pecuniā. Et q̄m nullus affuit, eam abscondit, redeūteq; mercatore noīe Theoderico, Iudæus petiit debitū sibi solui. R̄ndit mercator se illud sibi misisse, sed Iudæus negauit se accepisse. Causa āt ad iudicē deducta, iudex dictauit vt Iudæus corā fideiussore, vz sanctæ virginis imagine iuraret se nō accepisse illā pecuniā.

Quod

Bernard.

Roman. 8

Bernard.

Cātic. 1.

A Quod cum Iudæus coram cunctis iuraret, sermo ab imagine prodijt dicens: Mentitus quoniam repositoriũ cum pecunia accepisti & abscondisti. Tunc confusus Iudæus totam rei ueritatem aperuit, seq; Christianum fieri postulauit, quibus cognitis plures Iudæi facti sunt Christiani.

¶AD RELIGIOSOS.

¶Sermo quintus: Quomodo beatissima uirgo Maria filium suum in lectulo per noctes quæsierit, quid per lectulum, quid etiam per noctes scriptura uarijs modis significet.

IN lectulo meo per noctes quæsiui, quẽ diligit aĩa mea. Canticorũ tertio. De multiplici lectulo loquitur sacra scriptura, utpote de lectulo materiali, iuxta illud Iob: Increpat deus hominẽ per dolorẽ in lectulo, & omnia ossa eius marcescere facit. In huiusmodi lectulo Helisei, posuit mulier Sunamitis filium suum defunctum. Item de lectulo spiritali. Et lectulus iste interdũ in bono accipitur, iuxta illud in Canticis: Lectulus noster floridus. Interdum in malo, puta pro carnali quiete & corporis ignauia, in quo, Salomone testante, piger reuoluitur sicut in cardine suo ostium uertitur. Porrò lectulus spiritalis laudabilis est serenę cõscientiæ, fixa tranquillitas, pax pectoris, contemplationisq; requies. Insuper de multiplici nocte agit in scripturis, uidelicet, de nocte exteriori ac tẽporali, cui in Genesi fertur luna pręesse. Vnde in Psalmo dicitur deo: Posuisti tenebras & facta est nox. Itemq;, lunam & stellas in potestatem noctis. Secundo per noctem intelligitur tempus ueteris testamenti, seu legis & prophetarum obscuritas, de qua testatur Apostolus: Nox pręcessit, dies autem appropinquauit. Tertio tenebrositas uitiorũ seu obscuratio rationis, aut quodcunq; mortale peccatum, pręsertim ignorantia iuris, & sapientię ueræ carentia. Vnde secundũ Apostolum: Qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. Et rursus: Non sumus, inquit, noctis neq; tenebrarum. Quarto per noctem designatur aduersitas, quemadmodum scriptum est: Ne protrahas noctem. Quinto cognitio uitæ præsentis, quę quantumcunq; sit clara, tamen comparatione beatificæ uisionis nox appellatur, propter quod dictum est: Videmus nunc per speculũ in ęnigmate. Nihilominus qui dixit hoc, alio loco disseruit: Nos autẽ reuelata facie gloriam domini speculantes. Verbum ergo propositũ de gloriosissima uirgine, apte ac multipliciter potest exponi. Ipsa quippe in materiali lectulo suo frequenter quæsiuit, inuenit, deosculata & amplexata est suum dilectum dei unigenitum incarnatum, deum uerum ex ea uere hominem factum, Iesum infantulum, quẽ beatissima ipsa sola electa est, dignaq; fuit maternaliter contrectare & educare. Quis quãtumlibet ingeniosus queat intelligere, penetrare aut satis mirari quanta fuit ista felicitas, ista pręrogatiua, gloria, & excellentia tam immensa superdulcissimum & superpręstantissimum illum puerulum sic habere sibi unitum. Si beati oculi auresq; apostolorum qui uiderũt Christum in carne, & audierunt sapientiam eius, nonne ineffabiliter beatiora ubera, manus, pectus, uniuersaq; membra ac uires uirginis benedictæ, totum corpus & anima eius quæ unicum dei filium concepit, peperit, enutriuit, contrectauit, uidit, audiuit, totiensq; materna autoritate est amplexata. Quid tale unquam collatum est purę alicui creaturæ? Veruntamen huic beatitudini prærogatiuæ ac gloriæ uirginis summæ, fuit uicissim admixta grandis tristitia, quoniam supercharissimum filium suum quem ipsa tam affectuosissime cõtrectauit certissime nouerat ab impijs crudelissime contrectandum ac occidendum, quod ubertim permeditando uehementi nimis afficiebatur mœrore, & indicibiliter meritorius ei fuit huiuscemodi mœror. Insuper electissima uirgo in lectulo suo etiam materiali spiritaliter quæsiuit suum dilectum secundum ipsius diuinitatem, præsertim post eius ascensionem, quoniam quiescendo in lectulo suo assidue ac deuotissime cogitauit de Christo, & eius diuinitatem contemplabatur, accẽdebatur eius amore, & feruentissime aspirabat ad ipsum, imò nec dormiendo cessauit prorsus ab actibus istis tam sanctis. Tantę itaq; uirginis exemplo discamus & assuescamus etiam nos pro modulo nostro dilectum illum sponsum celestem, saluatorem & creatorem nostrum in lectulo nostro quærere, eius beneficia ac promissa recolere, quę, quãta & qualia pro nobis sit passus pensare, eius diuinitatem synceriter contemplari ac feruẽtissime adamare. In horum memoria in pace in idipsum obdormiamus & quiescamus, quatenus suo tempore alacriter consurgamus atq; ad pristinæ deuotionis splendorem ac feruorem celeriter reuertamur. Nullam admittamus turpem imaginationem, nullam recipiamus uanam & fantasticam apprehensionem, neq; puerilis ac stulta formido moueat quenquam, sed cum propheta psallamus: Dominus illuminatio mea & salus mea, quem timebo? Dominus protector uitæ meæ à quo trepidabo? Habeamus in diuinæ maiestatis præsentia, defensione & assistentia fiduciam tutam, plenam, inconcussam ac filialem. De angelica quoq; custodia simus securi. Siquidẽ angelis suis mandauit de nobis. Non inhonoremus deum & angelos sanctos tam stolide formidando, quasi deus & angeli gloriosi non sint ita bene nobiscum in nocte sicut in die. Hoc potius uereamur & caueamus ne negligenter & reprehensibiliter conuersando mereamur exi-

[Marginalia: Iob 33; 4. Reg. 4; Cant. 1; Prouer. 26; Gene. 1; Psal. 103; Psal. 134; Roma. 13 (B); 1. Thess. 5; Iob 36; 1. Cor. 13; 2. Cor. 3; Matth. 13; Lucæ 10; C; Psal. 4; Psal. 26; Psal. 90]

gentibus nostris demeritis sic relinqui, tamq; pusillanimes et formidolosi ullo in tempore fieri. Præterea in spiritali lectulo suo sacrosancta uirgo quæ siuit, quem dilexit anima sua. Nam innocentissimę ac serenissimæ conscientię fuit. Quippe quæ nunquam peccauit, paceq; pectoris fruebatur cōtinue, et tranquillissima cōtemplatione splendebat, atq; in omnibus his suum quæsiuit dilectum, quia non sufficiebat ei, illum per fidem & donum sapientiæ, per creatas similitudines speculari, sed facie ad faciem intueri, plene cognoscere, per speciem cōtemplari, feliciter frui æstuantissime peroptauit. Nec solam sui dilecti diuinitatē clare inspicere concupiuit, sed & humanitatem ipsius ex se processam facialiter cernere maternaliter mirabiliterq; optauit, utpote unicum illum habēs filium, cuius corporali præsentia diu fuerat destituta, quē
Gene. 47 sciuit esse in gloria summa ac infinita. Nec sic potuit affici Iacob patriarcha ad uidendum filium suum Ioseph, iucundū ac dominantem in Aegypto, quantū afficiebatur pijssima mater et uirgo, ad conspiciendū unicum suum filium Iesum, gloriosissimū atq; regnantē in cœlo. Nempe quo intensius, ardentius, incōparabiliusq; amauit unigenitū suum secundū utranq; ipsius naturam, eo præcordialius anhelabat, ad facialē eius intuitum, ad æternā præsentiam, ad immediatam ac intimā unionem, ad beatificā uisionem, ad fruitionē plenissime contentantē, præsertim, quia iam eius suauitatē gratiose ac frequētissime fuit experta, per quod ad plenariū gustum accendebatur ualidius, iuxta quod increata sapiētia loquitur: Qui edunt me adhuc esurient. Hinc q tam diu tanq intentissime affectauit, hodierno die adepta est, assumpta in cœlū a filio & super omniū angelicorū altitudinē ordinum, iuxta filij soliū in throno collocata clarissimo. Deniq; taliter, ut est dictū quæsiuit suum dilectū in noctibus uitæ huius primo, quia nocturnis tēporibus supra humanas uires orationibus sanctis, contemplationibus lucidissimis, affectionibusq; diuinis, diu atq; stabiliter fuit intēta. Tunc rapiebatur in deum, transformabaturq; in dilectū & conuersabatur in cœlis, laudibus dei & psalmis super deuotissime ac suauissime uacās. Secundo, quia & ante uerbi æterni ex ea incarnationē, durante ueteris legis statu, ipsa deuotissima fuit, prophetarū quoq; oracula de aduētu Messiæ prænūtiata, impleri ac genus saluari humanū maxime affectauit, atq; in uirginea puritate sponso cœlesti semper seruire promisit, eum iugiter quærens, incendens ac uenerans. Tertio, in omni aduersitate uitæ præsentis aspirauit ad suum dilectū. Nam & filij sui passionē recogitando, & quāta fideles sustinebant pro fide filij sui percipiēdo ac intuendo intimas & prægrandes habebat compassiones, in qbus quæsiuit dilectū, tā sibi ipsi q fidelibus in tribulationibus cōstitutis, & perpendēs inęstimabilē magnitudinem gloriæ sibi ac illis paratæ consolationē recepit. Quarto, in obscuritate cognitionis uitæ istius ad claritatem uisionis cœlestis summe afficiebatur. Postremo & nos prædignissimę uirginis gloriosæ exemplo, quæramus in lectulo nostræ internæ quietis, bonæq; cōscientiæ ac pacis mētalis, dilectū in nocte præsentis imperfectionis, tēporalisq; tribulationis atq; tentationis, dilectū ad creatoris ac saluatoris nostri felicē conspectū ac fruitiuum amplexū affectuosissime aspirātes, eumq; interim per sancta desideria, per opera uirtuosa, per indefessos labores, per orationes intētas, meditationes salubres, cōtemplationes synceras quæramus, feliciter obtinere conemur, & impleatur in nobis illud Psalmographi: Læte-
Psal. 104 tur cor quærentiū dominū, quærite dominū & cōfirmamini, quærite faciē eius semper. Itaq; et si de dilecti abstinētia cōtristamur, tamen quęrēdo lętemur, cum bene quęrere sit aliqualiter ipsum habere, ipsaq; spes inueniendi, confert lætitiā, in omni quoq; actu uirtuoso spiritale est gaudiū. Postremo cōtemplando ac diligendo quęramus ut per imperfectā contemplationem & incompletū amorem ad cōtemplationē clarissimā, plenissimumq; amorē feliciter perducamur. Nam & ipse dilectus quæsitus, in hac uita aliqualiter inuenitur ac possidetur, id est, cognoscitur & amatur, quatenus sic inuentus magis quæratur & tandem perfecte inueniatur, sicq; inuentus secure ac æternaliter possideatur.

¶ Sermo sextus: De memoria dignationis diuinæ & beneficiorū eius erga nos, de gratitudine beatæ Mariæ, & unde nos debeamus humiliari.

MEmoria memor ero, & tabescet in me anima mea. Threnorū tertio: Sāctus Psalmista diuinæ excellētiæ altitudinē infinitā attendens, hominū quoq; defectuositatē ac prauitatē considerans, q etiam pie, gratiose ac liberaliter deus cum hominibus egerit mente perlustrās, admiratus est uehementer misericordiam, dignationē ac
Psal. 143 munificentiam dei ad homines: Domine, inquiens, quid est homo, q memor es eius, aut filius
Psal 143 hominis, quia reputas eum? Et rursus: Domine quid est homo, quia innotuisti ei? Simili consi-
Iob 7 deratiōe sanctus Iob dixit: Quid est homo, quia magnificas eum, aut quia apponis erga eum
Iob 13 cor tuum? Et item: Homo natus de muliere breui uiuens tempore, repletur multis miserijs, & dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos. Et utiq; sancti uiri merito hæc dixerunt. Videmus quippe in seculo isto q reges terrę et archiepiscopi magni uix dignantur aspicere pauperes aut simplices subditos. Cumq; deus gloriæ in infinitū sit dignior uniuersis prælatis, principibusq; ecclesiæ, nonne mirandum est, q tam magnifice, tam superpijssime cum homi-

A hominibus egit. Deniq; si magnum atq; mirandum est, quòd innotuit hominibus, eosq; intueri dignatus est, et curam habet eorum, quanto magis summe mirandum & extollendum est, quòd deus dei filius, propter homines homo est factus, conuersatus in mundo, suspensus in ligno, corpusq; suum & sanguinē nobis in sacramento reliquit ac cōtulit? imò cum ista sint maxima ineffabiliterq; miranda, hoc tamen singularissime magnū ac mirandissimum esse probatur, quòd æternaliter natus ex patre deo, consubstantialis, æqualis, consempiternusq; genitori altissimo, humilimā uirginem, puramq; puellam elegit & assumpsit in matrem, ex ea assumens humanę carnis substantiā, lactationem & educationē aliis pueris consuetam. Itaq; quo beneficia dei collata Mariæ sunt singulariora, eo maiora: & quāto maiora, eo erant uirgini benedictæ diligētius recolenda, frequētius ponderanda, gratioriq; mente recognoscenda, cum inattētio & obliuio sint pars præcipua ingratitudinis. Verbum ergo inductum in uirginis sacrę persona aptissime explanatur. Ipsa quippe memoria memor erat, id est, intētissime atq; assidue recordabatur omniū quæ in ea & per eam operatus fuit altissimus. Qualiter in ea & ex ea fuerat incarnatus, cōceptus, & in utero eius tot mensibus deportatus. Deinde ex ea permanente integerrima natus, nutritus, & usq; ad incrementa adultæ ætatis perductus. Insuper omni die post filii sui passionē, resurrectionem, ascensionē & sancti spiritus missionem memor fuit, quæ, quāta, & qualia filius suus pro mūdi salute fecit, docendo seorsum, prędicādo in publico, undiq; discurrendo, faciēdo miracula, conuersando sanctissime, ac pertulit à Iudęis per uerba irrisoria ac blasphema, per cōtemptus, detractiones, opprobria, per pręcipitationis ac

B lapidationis attentationes, & tandem per omnia quæ sibi in nocte ac die suæ crucifixionis intulerunt. Deinde q̄ gloriose die tertio resurrexit, q̄ iucunde ac pie sibi aliisq; apparuit, q̄ potēter ascendit in cœlū, q̄ deifice misit spiritū sanctum, q̄ admirabilē gratiā dedit hominibus, præsertim sanctis apostolis ac primitiuæ ecclesiæ, q̄ multos cōuertit per eos. Porrò ut omnia ista cotidie affectuosius ac distinctius recordaretur, in tali loco post filii sui ascensionē commorabatur, q ex eo faciliter poterat sacra loca accedere, in quibus filii sui erāt peracta mysteria, & uisitādo huiusmodi loca cum inæstimabili reuoluebat affectu, quæ fuerant gesta, æstuabatq; auidissime ad unigenitū suum donec post tempora præstituta assumpsit eam & transtulit ad gloriam affectatā. Cogitemus ergo & nos omnia ista cotidie, & sic horum recordatiōibus assiduis ac deuotis mēs nostra formet, ornetur, impleatur & occupetur, ut phantasiæ inutiles, cogitationes noxię, distractiones odibiles excludātur ab ea, potissime in diuinis, & exquiramus charismata meliora atq; saluti uiciniora, cæteris pulsis, apprehendamus ac operemur ea, uidelicet, legendo, studēdo, agendo, per quæ amplius inflammetur cor nostrum ad deuotionem, ad sui custodiam, ad spiritalē profectum. Præterea memores simus, & cōgratulatorie cōtemplemur q̄ gloriosissime assumpta sit hodie incōparabilis uirgo ad thronū gloriæ sibi ab æterno pręuisum, à mūdi exordio præparatū. Certe quo fuit humilior in hoc mūdo, eo sublimior facta est in cœlo: quo deū ardētius perfectiusq; dilexit, eo profundius, clarius ac felicius nūc inspicit ipsum. Quo plures per eam saluati sunt, eo plurium beatitudo ac gloria redundat in ipsam. Quo plura ac eminentiora in ea, ex ea, & per eam facta sunt bona, eo nunc præclariora possidet gloriæ dona. Quo deus seipsum ei propinquius ac singularius in hac uita coniunxit, 1.Cor.12 Heb.6

C eo sibi eam in cœlis uicinius gloriosiusq; uniuit. Et breuiter: Quantū ac qualiter decuit talem matrē à tali filio assumi, exaltari, ac glorificari, tantū ac taliter eam hoc die assumpsit, sublimauit & beatificauit. Iccirco quantū potuit mens creata luci incircunscriptę incōprehensibili & immensæ uniri, immergi, improfundari absq; personali sui unione cum deo, tantū ipsa est hodie, diuinitatis abysso, lumini sempiterno, deo uni ac trino beatifice counita, fruitiue immersa, inauertibiliter improfundata. O q̄ inęstimabiliter regratiat̄ ipsa nunc toti superaltissimę trinitati, quę eam ad ista omnia pręelegit, que eam sic honorauit, ut cōparentalis sit deo patri, mater unigeniti dei, templum spiritus sancti, illiusq; genitrix, à quo spiritus uere ęternaliter profluit, per quam saluare decreuit genus humanū, cui misericordiæ regnū cōmisit, per quā sub euāgelica lege tot desperatos atq; grauissimos peccatores saluare dignatus est, quam fecit & aduocatā ecclesiæ, reginā ac dominā totius creaturæ, matrē pietatis & gratiæ, cuius imperio omniū malignorū spirituū subiecit cateruā, cuius precibus ac meritis suscitauit tot mortuos, imò & multos in mortalibus culpis defunctos ad uitā reduxit ac gratiā & salutem. O q̄ inexcogitabiliter delectatur ipsa in unico suo nato, secundū utranq; ipsius naturā. Et q̄uis incomparabiliter magis delectet̄ in eo secundū ipsius diuinitatē, nihilominus ualde singulariter ac intense iucundatur in eius humanitate. Nempe si omnes beati uehemēter lætantur ac reficiūtur Christi humanitatē aspiciēdo, inquantū per eam saluati sunt, aut ad reintegrationē suam recuperati, quātomagis ipsa ex cuius purissimis sanguinib⁹ formata est caro dominica, & ex cuius illibatis uisceribus prodiit ipsa humanitas, cuius uirgineo educata est lacte. O quātum tota triumphans ecclesiæ uniuersæ patriæ cœlestis phalanga uniuersitas angelorū beatarūq; animarū unicā uirginē istam incessabiliter ueneratur, tanq̄ dei & creatoris sui præstantissimā

 geni-

genitricem. Quã honorabilissime occurrerũt ei hodie ascendenti, q̃ iucũdissime eã receperũt A
& usq; ad gloriæ thronũ sibi paratũ deduxerunt eandẽ. Congratulemur igitur ei, totisq; uiri
bus ipsam perenniter honoremus, atq; post deũ eam pręcordialissime diligamus ac collaude
mus. Postremo, ut post incertissimã uitam hãc ualeamus cum ea fœliciter exaltari, eius in pri
mis humilitatẽ sectemur: quę cũ omnium esset dignissima & ualde dignissima, se omniũ humi
Psal.138. limã exhibere non distulit. Imperfectũ igitur nostrũ uideant ac deplorẽt oculi nostri. Ex re
cordatiõe multitudinis magnitudinisq; culparũ nostrarũ reputemus nos uniuersorũ uilissi
mos ac brutis inferiores & uiliores. Ex consideratione totius pronitatis nostræ ad oẽ malũ
Mich.6 uniuersęq; infirmitatis nostræ ad oẽ bonũ, timorati, custoditi, soliciti atq; humillimi simus.
Ex defectuositatibus, fœditatibus, indigentijs nostris in corpore & anima paruipẽdamus &
humiliemus nos infinite. Ex contẽplatione infinitæ excellẽtiæ dei nostri, atq; ex speculatiõe
deficiẽtię nostræ immẽsę & paruitatis, imò & nihileitatis sub ipso humiliet se quilibet nostrũ,
paruipẽdat ac deprimat in immẽsum. Et qm̃ regem maiestatis toties & tã dire offendit & in
honorauit, omni cõfusiõe, persecutione, castigatiõe, aduersitate se reputet dignũ. Sicq; ex hu
militate hac oriat in nobis mititas fixa ac patiẽtia inconcussa, quibus uallati uirtutibus in san
cta dilectiõe indesinenter crescere ac firmari conemur, atq; cũ ampliori cordisq; mũditia co
tidie ministrare altissimo indefesse, nulli unquam locum dantes pigritiæ.

¶ Sermo septimus. De perfecta obseruãtia monasticæ uitæ, quantumq; regulam seu statu
ta sua monachus trangrediens peccet, quàm sit necessaria custodia sui: & in religione profici
entibus quanta diuitiarum spiritualium sit copia.

INtrauit Iesus in quoddã castellum. In euãgelio hodierno. Castellũ mystice est sancta re
ligio, seu ordo monasticus, siue cœnobiũ. Nam & ipsa cõgregatio deuotorũ, aduersarijs B
potestatibus terribilis est tanq̃ castrorum acies ordinata. Itaq; sicut in castello seu castro
sunt lapides duri sibiinuicẽ calce aut simili glutino fortiter cõiuncti, ita in religione sunt
uarię ordinatiões rigorosę, prudẽter institutę, sibi mutuo cũ discretiõe magna cõnexæ. Istud
est unũ propter quod per castellũ religio designat. Sed sicut in castello uidemus q; si lapides
aliqui excutiant aut decidãt, fiatq; paruũ foramen, grãde incumbit periculũ, patetq; hostibus
aditus, nisi foramen reparetur & obstruatur, aut in eo adhibeatur custodia, ita certe est in reli
gione. Nam nisi quis uniuersa quæ ordinis sunt, & in regula cõtinentur, diligenter obseruet,
Eccl.19 mox periculũ imminere, hostibusq; ingressus patere monstrat. Propter q̃d scriptum est: Qui
negligit modica, paulatim decidit. Venialia equidẽ ad mortalia disponunt peccata. Imò & ue
nialium usus irrefrenatus à mortali nõ excusatur, cum includat contemptũ. Porrò in religio
ne seu regula quędã continẽtur per modũ præcepti, inter quę tria substantialia sortiũtur pri
matum. Post quæ sunt alia multa per modũ præcepti iniũcta, sicut in ordine Carthusiẽsi, clau
sura seu nõ egredi monasterij septa. Abstinẽtia q̃q; à carnibus, portare ciliciũ, psoluere horas,
quod tamẽ religiosis cõmune est. Alia aũt per modũ consilij seu hortamẽti traduntur, suntq;
diligẽter seruanda, nec sine culpa saltẽ ueniali uiolãtur. Imo sine cura ea negligere & cõsuetu
dinarie uiolare cẽsetur mortale. Itaq; si quis religiosorum uiolet quicq; eorum quæ in regula
sua seu statutis per modũ traduntur præcepti, nõ dubium quin peccet mortaliter: & dũ illud
cadet sub uoto, peccat ualde enormiter, utpote faciẽs contra uotũ quod fortius obligat q̃ iura
mentũ, præsertim uotũ solenne, quale est uotũ religiosorũ. Qui igitur ita peccauerit, sciat ue- C
Iacob.2. rificari in se q̃d sanctus ait Apostolus Iacobus: Quicũq; totam legẽ impleuerit, offendat aũt
in uno, factus est omniũ reus. Talis ergo trãsgressio est uelut magna interruptio in castello, p
quã hostes absq; difficultate ingrediunt, & eos qui intus sunt, capiũt, spoliãt aut occidũt. Qui
aũt offendit in aliq̃, quod nõ cadit sub præcepto, q̃si paruã in castello efficit lęsionẽ, & nisi oc
currat, læsionemq; illam recuperet, & remẽdet, hostes per paruũ illud foramẽ paulatim intrãt
cor eius, & spoliãt illud donis grẽ ac uirtutũ trahendo eũ ad magnã ruinam, mortalẽ scilicet
Ecci.27. culpã, propter q̃d ait scriptura. Si non in timore dñi tenueris te instãter, cito subuertet domus
Phi.2. tua. Iteq;: Cum metu, timore & tremore uestrã salutẽ operamini. Necesse est ergo religiosum
esse undiq; custoditũ, & instar Cherubin oculatũ, ut sit iugiter circũspectus, oẽmq; sensum ex
teriorẽ & interiorẽ coërceat, oẽm quoq; appetitũ tam sensitiuũ q̃ intellectiuũ refrenet, & reli
gionis obseruãtijs subdat: Discutiatq; frequẽter cotidie cõscientiã suam, ne qd culpæ inuenia
tur in ea, per q̃d callidissimus hostis attẽtet obtineatq; ingressum. Cũq; ueraciter scriptũ sit, Si
Pro.25. cut urbs patẽs & absq; murorũ ambitu, ita uir q non potest in loquendo cohibere spiritũ suũ,
ualde necessaria est refrenatio linguę silẽtijq; obseruatio, nõ solum quantũ ad hoc, ut sine licẽ
tia nemo fratrũ loquat, sed etiã ne abutat data licẽtia, corruẽdo ad uerba ociosa superflua aut
alio modo illicita: in qbus non excusat loquẽs à culpa ex cõcessa licẽtia, cũ ex diuina lege cul
pabilia esse noscant. Licentia aũt loquendi nec dat nec dari potest, nisi ad loquendũ quę licet,
expediũt aut necessaria sunt. Rursus, cũ tenuitas uictus & uestitus sit indispẽsabiliter de essen
tia religiõis, utpote uoto paupertatis inseparabiliter cõnexa et cõdependens, ualde uitare debe
mus

A mus, ne q̃tidie simus immoderati in cibo & potu, & maxime ne notabiliter excedamus in eis, neq; in uestimentis. Ideo cũ timore dei & deuotione moraliq́; disciplina reficiamus corpora, nec instar canis famelici effundamus nos super cibos ac pocula: nec delicata quæramus, ne nosipsi concupiscentiã excitemus in nobis, sensualitatẽq́; irritemus, prouocatiua ei ingerẽdo obiecta, quæ proh dolor aliunde satis & magis q̃ satis erumpit, sæuit, accẽditur: nec indisciplinate quis edat aut bibat, nec oculos circunducat, sed quæ legũtur aduertat intente. Refectorij quoq; lector legat intelligibiliter ac distincte, diligentiã faciens bonã, ne ex sua culpa alij ab intellectu sensus uerbo℞ ac deuotione impediãtur, & ne inde attædi ẽtur, turbẽtur ac peccent. Alioqui culpæ eo℞ & omissio intelligentiæ ac deuotionis ipsorum, in lectorem utiq; redundabũt, cui melius esset non legere, q̃ tot culpas incidere: qui etiã legendo debet conuenienter pausare, quoniã hoc agendo ipsemet facilius ac intelligibilius legit, alij quoq; facilius eũ intelligunt. Hęc ergo faciat præsidens obseruari, ne & ipse cunctis inuoluatur malis pręfatis. Secundo comparatur castello religio seu monasticus ordo: quoniã sicut homines aduersarios formidãtes, ad castella tanquã ad tutiora confugiunt loca, atq; ut ibi quietius demorẽtur, & suas diuitias conseruent ibidem: sic religionem ingrediuntur, ne per praua mundi consortia, per seculi uanitates, per obiecta carnalia trahãtur ad uitia, & ut in ampliori pectoris pacẽ in claustro deseruiãt domino, ibiq́; spiritalibus magis abundent diuitijs, ac tutius uiuãt, ac citius ad portum pertingant salutis. Veruntamen nisi ibidem extent soliciti, & periculosam uitent securitatem, atq; instanti conatu insudent spiritali profectui, periclitãtur: imò interdum

B grauius labuntur ac pereunt, q̃ mũdani, cum sanctorum patrum testimonio innotescat, quòd sicut non inueniuntur meliores his qui profecerunt in claustris, ita nec deteriores his q ibi negligenter se habent, præsertim qa claustrales ab inuisibilibus hostibus frequenter tanto acrius impugnantur, callidiusq́; tentãtur, quãto diligentius laqueos hostium euadere sunt conati, & quanto prudentius uirtutum insistũt profectui. Nam & habitantes in castris, & nauigantes in quietioribus undis, nisi obseruent se, sæpe periculis inuoluuntur ac pereũt. Ideo sic gloriemur nos seculum reliquisse, multos laqueos euasisse, ut nihilominus simus iugiter diligentes, ne in aliquo fallamur, aut sub specie boni deijciamur, & ne efficiamur remissi, imò parua uitemus ut magna: quia hoc facit (secundum Augustinum) sentina neglecta, quod irruens fluctus: & tantum nocet pirata se celãs, quãtum exercitus euidenter occurrens. semperq́; recordemur q multi nobis perfectiores, sunt lapsi ac perierunt. Perseueremus in cordis custodia & sancto timore usq; in finem, quia pericula, tentationes, difficultates, insidiæ imminent usq; in finem, & in ipso fine, in termino huius uitæ, in mortis articulo imminent sæpe impetuosius & magis periculose. Non sufficiat nobis partem pontis lubricissimi pertransisse, cum idẽ maneat decidendi periculum usq; ad plenam pontis pertransitionẽ, cum & Apostolus fateatur, Ego me non arbitror apprehendisse. ¶ Tertio religio cõparatur castello, quoniã sicut castellum est habitatio diuitum, & in eo magis quàm in communibus habitaculis necessaria & utilia cuncta abundant: ita cœnobiũ est mansio uirtuosorum spiritaliter locupletum, atq; in religione magis habentur in promptu aptissima media proficiendi in omni uirtute, spiritalia q̃q; arma ad resistendũ om̃i impugnationi hostili dæmonũ, carnis ac mũdi. Estq́; ibidẽ interio Augustin⁹. Philip. 3.

C rum copia refectionũ, exuberãtia interna℞ delicia℞, prouisio necessario℞ ad salutẽ, decor uirtutũ, patientiæ murus, profunda humilitas tanq̃ lacus, cõtinentiæ munimentũ, turris fortitudinis, charitas summa, aqua sapiẽtiæ salutaris, uinũ sup̃næ consolationis. Sint ergo omnia ista in nobis. [illegible]us uere religiosi, hoc est, sit in cordibus nostris corã altissimo q̃d exteriora nostra designãt, utpote mundi contẽptus, terreno℞ despectio, cordis simplicitas columbina, intẽtionis synceritas, feruor ac diligentia mentis & mortificatio plena ac saluberrima sup̃ius. Postremo his modis benedictissima uirgo Maria fortissimũ fuit castellũ, in quo ingressus est rex cœlestis per incarnationis suæ ex ea mysteriũ, & habitauit in ea per nouem mensiũ spatiũ. impleuitq́; om̃ia uiscera eius affluentijs diuitia℞, excellẽtijs cunctarũ uirtutũ, perfectionibusq́; dono℞, beatitudinũ quoq; ac fructuũ, præsertim omni charitate ac pietate, deinde om̃i puritate ac humilitate. quã & hodierna die trãsuexit ad suũ supercœleste palatiũ. Studeamus igit̃ aĩas nostras ita firmare & decorare, ita uestire ac adimplere præfatis uirtutibus, donis sp̃us sancti ac fructibus, ut & ipsæ sint dei castella, in quibus tota sup̃benedicta adorãdaq́; trinitas per charitatẽ & gratiã, p diuino℞ charismatũ benignissimã affluentiã, q̃tidianaq; & incessabilia incremẽta habitare semp dignet̃. Ad laudẽ & gloriã pietatis suę & excellẽtię infinitæ. Amen.

IN FESTO B. BERNARDI ABBATIS.

¶ Sermo primus. De uirtutibus & excellentijs sancti Bernardi.

Ecce puer meus quem elegi, electus meus. complacuit sibi in illo anima mea. Esaiæ quadragesimosecundo. Beatissimũ uiro℞ sanctum patrem Bernardum deus omnipotens & benignissimus tam copiosa atq multiplici gratia decorauit, ut uere de ipso dici posset, q̃d de Paulo apostolo dixit saluator: Vas electionis mihi est iste, ut por- Actu. 9.

Ecci. 44. ret nomen meũ corã regibus & gentibus. Et q̃d in Ecclesiastico legitur: Nõ est inuentus simi D
lis illi. Non enim tẽpore suo habuit æqualẽ in mundo, sed uere apostolus fuit tẽporis sui. Sed nunc uirtutes, laudes & excellentiæ eius modicũ sunt tangendæ. Prima laus eius est, q̃ gratiam eius futurã deus prophetice præmonstrauit. Cũ enim mater Bernardi cõcepisset eum, apparuit sibi q̃ catellũ pulchrũ & latrantẽ portaret in utero suo. Quod cũ cuidã uiro sancto exposuisset, ille prophetica uoce respõdit: Optimi mater eris catelli, q̃ ecclesiæ dei custos erit, & cõtra eius aduersarios dabit latratus magnos. nã erit p̃dicator egregi⁹, & multos cõuertet. Secunda excellẽtia ei⁹ est magnitudo gratię ac uirtutũ, sibi in pueritia sua collata, cũ adhuc esset in seculo Nã cũ esset filius militis, & qnq; fratres haberet, oẽs conuertit & traxit ad religionis ingressum: quorũ tñ duo, uidelicet Gerardus & Guido, fuerãt milites. Alios q̃q; multos cõuertit, ita q̃ cũ triginta circiter socijs trãsiuit ad claustrũ. Mãsit etiã in uirginitate. & dũ quadã uice fœminã morosius inspexisset, increpãs semetipsum, insilijt in stagnũ frigidissimæ aquæ, in qua usq; ad cõgelationem permanens, penè exanguis est factus. Alia uice dum puella lasciua lectum dormientis Bernardi intrasset, ille percipiens eam, in aliud latus lecti se uertens, mãsit immaculatus. Cum in nocte dominicæ natiuitatis officium matutinale in ecclesia præstolaretur, & horã qua natus est Christus de uirgine, cuperet scire, apparuit ei in uisione puer Iesus quasi iterũ de uirgine nascens. Deniq;, cum frater eius Gerardus exhortationes, quibus eũ ad claustri ingressum admonuit, aspernaretur, Bernardus digitum suum lateri Gerardi superponens, prophetice dixit: Cito ueniet hora, in qua lancea latus hoc perforabit, & uiam patefaciet exhortationibus meis. quod & paulopost cõtigit. Tertia excellẽtia eius est admiranda perfectio, ad quã in principio suæ conuersionis, scilicet ingressionis in claustrum, peruenit. Subito nanq; ut Cisterciensem ingressus est ordinẽ, totus in spiritũ est absorptus, & spũ sancto miro E
modo præuentus: sicq; in deo totaliter occupatus, quòd nec exteriora aduertit, nec sensibus utebatur corporeis. nam multo tẽpore ecclesiam intrãs & exiens, putabat unam tantum esse fenestram in capite, ubi tres erant fenestræ. Per annũ quoq; fuit in cella nouitiorum, & tamen nesciuit an domus ipsa haberet testudinem. Insuper uigilauit supra possibilitatẽ humanam, nec aliquod tempus se magis perdere conquerebatur, nisi quod dormiendo expendit. Ad cibum & potũ accessit quasi ad carcerem, & modicissime manducauit. sicq; spũalibus rebus, sanctis meditationibus, orationibus, contemplationibus, exercitijsq; internis fuit totus intentus, quòd oleum pro cereuisia bibit, nec sensit. Crudum quoq; sagimen diu pro butyro comedit, nec discreuit. Nunquam sic risit, ut non potius ad ridendum quàm ad reprimẽdum sibi uim faceret. Quarta eius excellentia est magnitudo sapientiæ sibi collatæ. Nã totius sacræ scripturæ intellectum deus ei frequenter quasi sub uno monstrauit ueritatis splendore atq; intuitu. Vnde & multa saluberrima atq; pulcherrima scripsit, & diuersa ac sententiosa compegit opuscula, eiusq; scripta religiosis præsertim deseruiunt. Diuersis quoq; & magnis p̃sonis misit epistolas, omni deuotione ac sententia plenas. Imò & prudentiam admirabilem in rebus humanis sibi deus infudit. Quinta excellentia eius, est efficacia eius in prædicando. Fuit enĩ eloquẽtissimus, & in prædicando feruentissimus ac potentissimus, ita quòd innumerabiles undique conuertit ad dominum, imò & ad religionis ingressum. Interdũ quoq; dum in Teutonia prædicaret in Gallico, astantes Teutonici, quamuis eius non intelligebant loquelam, tamẽ uberrime flebãt. Sexta laus eius, est copiosissimus fructus quem fecit in ecclesia dei. Nam ter extinxit schisma, atq; ad unitatem reduxit ecclesiam. Multa magna ac celeberrima fundauit cœnobia circiter centum & sexaginta, in quibus innumerabiles deuotissimi uiri fuerũt. [illegible] sub eo in Claraualle interdum fuerunt septingentæ personæ, & interdum ducenti nouitij. Multos episcopos ad meliora reduxit, & admirabilẽ fecit in ecclesia reformationẽ, ita quòd sub eo aurea tempora erant. Omnisq; conuentus, ipso præsente, clarus extitit & iucundus. Conuertit etiam sanctum Guilielmum ducem, qui ante fuit sceleratissimus homo, intantum quòd cum uxore proprij fratris publice sedit per tres aut quatuor annos. Septima excellẽtia eius est potentissima uirtus sibi collata ad faciẽda miracula, in quibus oĩno apostolicus fuit. Siquidem idem fuit ei tangere & curare. & tot egit prodigia, quòd describi non poterãt. Imò interdum uno die trigintanouem miracula fecit. Mortuũ suscitauit, leprosos, cæcos, claudos, surdos, aliisq; languoribus oppressos, mira facilitate curauit. Sed & aliquos à natiuitate tales, supnaturaliter sanauit uir iste sanctissimus. Deniq; præfatum Guilielmum adhuc rebellem atque schismaticum & extra ecclesiam stantẽ, beatissimus uir Bernardus sacerdotalibus uestibus indutus, dicto, Pax domini, cum corpore Christi super patenam posito, cum igneo uultu accessit, dixitq;: Hucusq; spreuisti nos. adest deus & iudex tuus. resiste si potes. Quibus dictis, dux ille obriguit, destitutusq; uiribus iacuit in terram prostratus. & reuersus ad se, acquieuit sermonibus sancti. Octaua excellẽtia eius est, q̃ etiã prophetiæ spiritu claruit, & multa futura prędixit, cordiũ secreta cognouit, atq; in oĩbus his extitit ualde p̃cipuus. Nona excellẽtia eius, est abundãtia ac frequentia cœlestiũ, quas habuit, uisionũ. nã multa uidit in spiritu, & à supnis ci

D tiuibus uisitabatur frequenter. Aliquando etiam extra claustrũ remote consistens, in spiritu
A præsens fuit in claustro, cuncta ibi perambulãs, circunspiciens & cognoscens. imò nonnunq̃ in lecto iacens infirmus, uisus fuit à fratribus ire per chorum, fratres considerare, somnolentosq́ suscitare. Decima excellentia eius, est præclara patientia eius. Habuit enim quasi continue tria flagella horribiliter dura: quia constrictus fuit in gutture, corruptus in stomacho, & in secessu mirabiliter cruciabatur: quæ omnia patientissime tolerauit. Et breuiter, omni uirtute fuit plenissimus. Nam cum summus reputaretur ab omnibus, omnium infimum se reputauit. In choro stetit cum singularissima deuotione, soli deo sibiq́ cognita. Fuit & cõtemplator altissimus, & quotidie quasi ad libitum raptus. Vndecima excellentia eius, est gloriosus & felix obitus eius, quoniã in præsentia fratrum suorũ, de eius recessu ineffabiliter dolentium atq́ lugentiũ, lętus, deuotus & sanctus obdormiuit in domino. Cumq́ per aliquot dies reseruaretur super terram, uultus eius in sua uenustate, uiuacitate & gratiositate, cunctis admirãtibus, mansit. Cũq́ ad eius sepulchrũ multa & magna fierent omni die miracula, & populorũ esset concursus nimis copiosus & frequens, abbas Cistertiensis timens ex hoc dispendium fratribus, accessit ad beatissimi patris sepulchrũ, & ait: Frater Bernarde, sicut uiuens in corpore semper fuisti filius obedientiæ, ita & nunc esto. unde tibi præcipio ut à miraculis cesses. Mox uirtutũ magister & obediẽtiæ doctor Bernardus, à miraculis prorsus cessauit, & sic qeuit cõcursus. Innumerabilia sunt, quæ de ipso uere conscripta habentur miracula. Ideo tanti patris sequamur uestigia, præsertim tria documenta, quæ ante obitum suum fratribus pro testamento reliquit, dicendo: Neminẽ ex proposito scãdalizaui. & si incidi, sedaui ut potui. Minus semper credidi sensui meo q̃ alieno. Iniuriã passus, nunq̃ ultionẽ optaui. Itaq́ hanc eius charitatẽ,
B humilitatẽ, patientiamq́ sequamur.

AD RELIGIOSOS.

¶ Sermo secũdus. De excellẽtijs S. Bernardi, & q̃ religiosa debeãt esse colloqa nostra.

Assumam te & ponam te quasi signaculum, quia te elegi, dicit dominus. Aggei secundo. Electissimus dei Bernardus, omnium religiosorum excellentissimus doctor, lumen & gloria monachorum, exemplar ac species deuotorum, tot & tantis desuper præuentus est gratijs, tot excellentijs decoratus, tot priuilegijs sublimatus, ut non sint ingenia quæ ualeant penetrare, nec loquelæ neque sermones quę possint exprimere, tantumq́ uirum sufficienter laudare. Nihilominus ad omnipotentis omnium bonorum datoris honorem, tamq́ eximij uiri commendationem, & nostram ędificationem, aliquid de eius eminentijs est tangendum. Prima excellentia eius est, quòd nondũ natus, est prophetice præmõstratus. futura quoq́ gratia eius à uiro sancto extat prænũciata. Cum enim mater eius portaret eũ in utero, uidit in somnis quasi catellum candidũ in utero se habere. exponẽsq́ cuidã uiro sancto hoc ipsum, prophetale ab illo accepit respõsum: Optimi catuli genitrix eris, q præ dicator erit egregius. Fuit certe gloriosissimus iste Bernardus unus illorum, de quibus olim cecinerat Dauid sanctus, Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Ex inimicis quippe, puta gentilibus ante suam conuersionem ad Christum deo contrarijs, assumpti sunt gratiose à deo nonnulli, qui euangelicæ ueritatis facti sunt prædicatores, & fidelissimi ac sagacissimi canes fuerunt, domum dei (id est, ecclesiam) custodiendo, & cõtra falsitatum errores ac uitia ex Psal. 67.
C clamando, multos etiam medicamine suæ linguæ eruditæ ac gratia dei perfusæ, ab animarũ suarũ morte curando. De negligentibus uero cupidisq́ prælatis & ambitiosis pastoribus, q̃s Christus mercenarios uocat, deus per Esaiam loquutus est: Canes muti, non ualentes latrare: & canes impudicissimi, nesciẽtes saturitatem. Deniq́ qui prauis cogitationibus suis & diabolicis suggestionibus tanquam interioribus pestiferis uerbis non contradicunt, qui uerbis detractorijs, susurratorijs, discordiarum seminatiuis adhibent aurem, qui peccantibus & errantibus per fraternam correptionem & piam directionem non reclamãt, merito canes muti dicuntur. Qui autem iracundiæ facibus inflammati, qui impatientiæ aut inuidiæ igne succẽsi, in uerba prorumpunt cõtentionum & iniuriarum, mali & impudici sunt canes. Secunda excellentia sanctissimi patris nostri Bernardi est innocentia eius præcipua. In baptismali etẽm gratia mansit & indesinẽter excreuit. Et ex quo ratione orsus est uti, cœpit deuotione ad deũ mirabili affici, mirabiliter tangi, supnaturaliter illustrari, gratiosissime dirigi & accendi. Nempe adhuc puerulus, capitis sui doloribus uolẽtem subuenire muliercula m suis carminibus, cum grandi indignatione clamoreq́ repulit, ex supernaturali illuminatione intelligens superstitiosum hoc esse. Quid ergo nobis restat agendum, nisi ut nos miseri atq́ pauperrimi, qui toties recidiuauimus, tam innumerabilia peccata cõmisimus, nosipsos profundissime humiliemus, uilipendamus ac deploremus, & saltem de cætero à recidiuo cauere conemur ab immoderãtia passionum nostrarum, & ab omni animositate quasi à basilisci facie, & quasi à draconum incursibus fugientes, quemadmodum scriptum est: Quasi à facie colubri fuge peccatum. Tertia excellentia eius est perfectio uiarum suarum in seculo. Nam antequam religionem in- Esai. 56. Ecci. 21.

 gres

gressus est, fuit electissimus pater Bernardus mirabiliter uirtuosus. Etenim quàm excellẽs & D
fortis fuerat castitas sua, constat ex hoc, quòd quamuis esset pulcherrimus adolescens, diues
ac nobilis, & inter seculares quotidie uersans, atq; à fœminis impudicis impudicissime ad libi
dinem impeteretur, intantum ꝙ quadam uice puella immunda se nudam in eius proiecit le-
ctum, palpãs ac stimulans impudice, nunquã tamẽ ad prauã concupiscentiã est inductus, sed
in puritate mansit uirginea. Tantę demũ fuit iustitiæ ac pœnitentialis rigoris in semetipsum,
quòd dum semel uisum parum diutius in mulierẽ fixisset, mox ad cor rediens, & de sua negli-
gentia erubescẽs, statim in stagnum aquarum insilijt gelidarum, tam diu manẽs in illo, quòd
penè exanguis fuit effectus. Tanto ergo exemplo edoceamur tentationibus uiriliter relucta
ri, propriasq; culpas ac negligentias in nobisipsis disciplinanter uindicare, turpibus phanta-
sijs nec locum nec moram dare in cordibus nostris, sed nos ab eis indilate auertere, passionẽq;
Christi & cætera ad compunctionem atq; salutem spectãtia intueri. Et maxime caueamus ne
uisu, tactu, osculo, imaginatione, torpore seu somnolentia in diuinis, ad stimulum carnis pro-
uocemus nosipsos. Imò quod semel experti sumus nobis esse periculosum aut infectiuum, ca
ueamus de cætero cautione condigna. Insuper tanta fuit admirabilis ac præamabilis huius
Bernardi perfectio adhuc in seculo & in adolescentia ac pueritia sua, quòd tũc prophetali no
titia, uisione cœlesti, sapientia salutari, prædicatione efficacissima extitit decoratus. Siquidem
in sacratissima nocte natiuitatis dominicæ in ecclesia sedens, & qua hora Christus ex uirgine
natus sit scire peroptans, uidit in uisione Iesum quasi puerulum rursus ex uirginis utero pro-
deuntem. Fratri quoq; suo Gerardo ad conuersionem difficiliori, futuram prædixit uulnera- E
tionem, cordisq; emollitionem & conuersionem. Cumq; fratres ipsius niterentur eũ à propo-
sito ingrediendi religionem auertere, non solum non quibant eum peruertere, imò oẽs eos
ipse conuertit, & ad claustri induxit ingressum, cum tamẽ duo illorum, milites essent, & unus
illorum duorum iuuenem haberet uxorem ac sobolem. Sed & alios conuertit quãplurimos,
intantum quòd multi filios suos absconderunt ab eo. O quàm uere admirabile & supernatu
ralissimũ fuit istud in tali adolescẽte. Quid ad ista dicere possumus, qui cũ tot annis in religio
Esa. 50. ne uixerimus, adhuc nullum horum sumus adepti, nec dicere cum propheta ualemus, Domi
nus dedit mihi linguam eruditã, ut sciam sustentare eum qui lapsus est, uerbo? Nec obtempe-
Col. 4. ramus documentis Pauli, qui ait: Sermo uester semper in grã sale sit cõditus. Et rursus: Oĩs
Eph. 4. sermo malus ex ore uestro non procedat, sed qui utilis est ad ædificationem, ut det gratiã au-
1. Pe. 4. dienti. Non est iam implere in nobis, quod princeps docet apostolorum: Si quis loquit quasi
sermones dei. Imò si quis in colloquio aut alibi incipiat uerba salutaria loqui, mox fatigamur,
& sicut uas electionis prænunciauit, de ueritate auditum auertimus, ad fabulas autem cõuer-
timur. sicq; per uerba uana, iocularia, friuola & nociua nos inuicem lædimus, scandalizamus,
infrigidamus. Si uero extranei ueniant, paratiores sumus seculares rumores audire, imperti-
nentia sciscitari, leuitatibus solatijsq; humanis resolui, ac uilibus consolatiunculis recreari, ꝙ p
mores uenustos, grauitatemq; gestuum & uerba salubria eos ædificare. sicq; scandalizantur
in nobis, & magis uulnerati recedunt, non compuncti, sed ad peccandum audaciores effecti:
quia nos religiosos, qui aliquid esse dicimur ac tenemur, tã leues, uerbosos, dissolutos esse con
spiciunt. Insuper, si forsan quis ex nobis uideatur esse tẽtatus, & alteri cor suum effundat, iam F
alter uerbis suis incautis, adulatorijs, fatuis seu durioribus illum forsitã grauius inquietabit,
impellet ac lædet, eiq; morem geret in malo, & contra aliũ aut etiã contra præsidentẽ pericu-
losissime animabit, partialitatẽ fouebit, & detractionibus immiscet: quod totũ diabolicũ esse
Psal. 139. constat, & charitati atq; iustitiæ prorsus contrariũ. De talibus dixit propheta: Acuerunt lin
Matt. 12. guas suas sicut serpẽtes, uenenũ aspidum sub labijs eoꝝ. Postremo, quoniã Christo testãte, ex
Luc. 6. abundãtia cordis os loquitur, ut ualeamus sapienter loqui, salubriter exhortari, ædificatoria
uerba efficaciter pronuntiare, discamus in primis prudẽter tacere, & bene uiuẽdo in deuoti-
onalibus actibus exerceri, & ꝑ experientiã discere, qualiter sit loquendũ, proficiendum ac in
struendũ, atq; per incrementa uirtutũ, per q̃tidianum profectũ intra nos dona sapiẽtiæ ac sci
entiæ colligamus, quæ tẽpore opportuno charitate exigẽte alijs cõmunicemus. Et qm̃ unus
quisq; de his libentius loqtur quæ cordialius diligit, & in qbus amplius delectaẽ, discamus &
enitamur in solis spiritalibus delectari, deũ & ea quæ dei sunt, pure ac feruẽter diligere, perti-
nentia ad salutẽ appreciari ac meditari: uerba stulta, carnalia & mũdana, imptinẽtia ac nociua
uerba & facta ac opa penitus detestari, fastidire, diffugere. sicq; sacratissimũ patrem nr̃m Ber
nardũ sectemur cũ oĩ uigilãtia cordis, cũ incessanti feruore, cũ iugi exercitatione interiori,
ut ubiq; & semp dei præsentiã cogitemus, ac præsentissimũ deũ orãdo, meditãdo, laudando
iugiter alloquamur, ac totis uiribus honoremus: q̃d qui ad aliquantulũ tẽpus peregerit, dul-
cissimã sentiet trãquillitatem internã, consolationẽ supernã, libertatẽ in deo, & copiosum pro
fectũ in eo. Quòd si idonee perseuerauerit, ad perfectionẽ non paruã cito pertinget. De cæte-
ris præclarissimi pr̃is nostri Bernardi excellẽtijs in sermone diceẽ sequenti.

¶ Ser

¶Sermo tertius. De continentia sensuum, de feruore deuotionis, & reliquis quibus B. Bernardus sit imitandus.

A Ego autem quasi oliua fructifera in domo dei. In psalmo. Nunc aliqua sunt tangenda de sacratissimi abbatis Bernardi excellentijs, quas post ingressum in religionem sortitus est. Harum prima est ardentissimum ac perfectissimum suæ monasticæ conuersationis initiũ. Cum enim plerunq; cõtingat, q hi qui in seculo peccata specialiter grauia nõ egerũt, in religione quasi remissius uiuãt, & minus existãt soliciti, q̃ hi qui ante suã conuersionẽ peccauerunt enormiter, econtrario felicissimus iste Bernardus quantũ in seculo uitam duxerat cæteris innocentiorẽ ac uirtuosiorem, tantum post monachalis uitæ assumptionem, præ alijs uniuersis cœpit feruentius, timoratius, perfectius conuersari. Mox nanq; ut ordinem Cistercienſem ingressus est, ita mox totus in spiritum est absorptus, in deũ demersus, circa interiora & spiritalia occupatus, ut penè nullus corporis sensibus uteretur. Cũ eñ per integrũ annũ in cella fuisset nouitiorum, nesciuit an testudinẽ domus illa haberet. Multo etiã tempore cum alijs chorũ intrans & exiens, æstimauit in superiori parte parietis, ubi tres erãt fenestræ, unam duntaxat esse fenestram. Insuper oleum pro cereuisia potãs, nõ sensit nec discreuit saporem. Nam & sagimen pro butyro diu manducans, non aduertit hoc ipsum. Ecce quale principium. Et quid dicemus ad ista, qui tot annis in negligentijs dies nostros in claustro consumpsimus? Sed quia desperare non licet, resipiscamus à negligẽtijs pristinis, & emẽdemus nos penitus. Nouellæ uero plantationes, studeant sanctissimi patris huius seq primordia, omnem mundi huius memoriam & affectum, uniuersas carnis concupiscentias atque illecebras à suis cordibus excludendo totaliter, totaq; mente inhærendo diuinis, & circa spiritua-

B lia se iugiter occupando, nec à primæuo suo tepescant feruore, nec tepidorum ac negligentium frangantur exemplis. Imò istud de cætero omnes agamus, & quanto perfectius ista egerimus, tanto plus ab exterioribus abstrahemur. Hæc nanq; natura est animæ, q quãto uehementius intenta est & occupatur circa unum quodcũq; obiectum, tanto plus remittitur operatio aliarum eius potentiarum, & tanto minus aduertit & percipit alia: quod maxime uerificatur in his, qui tota mente deo intenti sunt, quoniam deus sua immensa actualitate, amabilitate, bonitate & cognoscibilitate seu contemplabilitate transcendit ac uincit infinite omnem mentem creatam. Iccirco mens in ipsum defixa ac rapta præ eius admiratiõe & amore facile ab alijs prorsus abstrahitur. Vbi nunc sunt qui in exterioribus sensibus suis tam incustoditi esse non erubescunt, qui escarũ ac potuum sapores & ualores tam magistraliter sciũt discernere, qui cellulas suas tam curiose exornant? Ecce sanctissimus abbas Bernardus infra tot dies oculos suos nunquã leuauit intantum, ut qualiter cella sui nouitiatus esset disposita consideraret, aut fenestras ante quas ibat quotidie, ita inspiceret, ut sciret an tres essent, an una. Nos autem instar falconis oculos nostros circunducimus undiq; etiam in diuinis, & uarias cordibus nostris haurimus causas distractionum, depingentes interiora nostra formis inanibus ac nociuis, quæ & tempore psalmodiæ atq; orationum ante oculos mouẽtur interiores: & dum corpore sumus in cella aut choro, mente diuagamur in mũdo: & qui mundũ exisse uidemur, mundum intra nos clausum tenemus. Pœniteamus ergo & abijciamus istas insanias. sicq; dei memoria ac dilectio nostras occupent mentes, ut quæ impeditiua sunt inde, omino uitemus:

C nec quicquam intueamur, consideremus aut operemur, nisi cum ordinatione illius ad deum. Deniq; ex prætactis reprehenduntur & hi, qui gustus sui oblectamenta requirũt, quum sola ac stricta necessitate debeant esse contenti, nec irritamenta sensualitatis appetere. ¶Secunda beatissimi patris nostri Bernardi excellentia est, fructuosissima ac infatigabilissima prosecutio suæ deuotissimæ ac feruentissimæ inceptionis. Non enim temporis protractione segnior, audacior, intimoratior aut remissior est effectus, neq; per occupationem suam in exterioribus, ab interiorum suorum custodia usquam est resolutus. Imò cum in medio seculariũ esset, cunq; mundi tumultibus uersaretur, in mẽtis quiete atq; secreta cum deo occupatione permansit, in abstractione illa interna & affectuosissima cum deo adhæsione admirabiliter perseuerans. Vnde tota die iuxta lacum equitans, eum non uidit aut considerauit. à Claraualle itẽ usque Carthusiam equitans, qualis esset sella cui insedit, nesciuit. Hinc uigilijs fuit intentus supra uires humanas, nullum tempus ita se perdere conquerens, sicut id quod dormiendo expendit, morti comparans somnum. Sic demum ad spiritalia exercitia afficiebatur, ut ad corporis refectionem quasi ad carcerem iret. In his ergo utcũq; nos debiles ac pusilli electissimũ uirum sequamur. Et quia ad quotidianũ tenemur profectum, summe abominemur omnẽ cordis dissolutionem, negligentiã & torporem, omnẽ periculosam securitatẽ, loquacitatẽ atq; infructuosam temporis deductionẽ. In sancto feruore, filiali timore, cordiali deuotiõe, uirtuosa stabilitate, in omi hũilitate, patiẽtia, puritate ac zelo iustitię crescamus q̃tidie. in cibo, potu, somno, uestitu, dispositiõeq; habitaculi discretionẽ solicite obseruem⁹, & deũ iugiter exorem⁹,

ut nos in omnibus dirigere, protegere & gubernare dignetur. Tertia diuinissimi abbatis Bernardi excellentia, est eximia sanctitas eius. fuit nanque ab omni carnali ac seculari affectu ineffabiliter expurgatus, diuinitatis amore totus accensus, zelo salutis proximorum ualidissime æstuans. In choro stabat cum summa deuotione, soli deo sibique cognita. Fuit etiam iam profundissimæ humilitatis, ut cum summus esset, atque ab omnibus summus reputaretur, summe extolleretur & maxime honoraretur non solum à uulgo sed à summo quoque pontifice, cardinalibus, archiepiscopis, episcopis, imperatore, regibus ac principibus: ipse se præ omnibus humiliauit, & in huiuscemodi uenerationibus non se, sed quasi quoddã sui phantasma arbitrabatur adesse. Frequenter quoque in episcopum est electus, sed semper decente urbanitate euasit. Tantæ etiam extitit grauitatis quod nunquam sic risit, quin maiorem sibi fecit conatum ad ridendum quàm ad risus repressionem. Fuit item tam deuotissimus dominicæ passionis considerator, quòd dum aliquando ante crucifixi imaginẽ meditationi & orationi esset intentus, uni fratrum eum occulte consideranti apparuit, quòd ipsa imago de cruce brachia sua deponens, ipsum amplectebatur & osculabatur. Hanc uiri præclarissimi deuotionem, maturitatẽ, humilitatem & sanctitatem sequi saltem aliquantulũ enitamur, eiusque comparatione uitam nostram despicere imò potius mortem quàm uitam reputare discamus. Quarta eius excellẽtia est profunditas sapientiæ & altitudo contemplationis ipsius. Nam & totius scripturæ intellectus seu facies sibi uicissim est reuelata. Fuitque contemplator altissimus. Et breuiter quàm expertissimus & exercitatissimus fuerit in spiritali cõuersatione, quàm illuminatissimus in scripturis, quàm sublimis in cõtemplatione, patet in eius libris atque sermonibus, præsertim in libro de cõsideratione, & in epistola ad fratres de Monte dei, si epistolam illam edidit ipse. Quinta excellentia eius, est copiosissimus fructus, quem in ecclesia fecit. Nam suis prædicationibus, miraculis, meritis & precibus, innumerabiles ualde cõuertit, hæreses extirpauit, schismata abstulit, ecclesiam ter reduxit ad unionem, increpauit ac reformauit multos ac magnos prælatos. Vtilissimos & uere pulcherrimos edidit libros, sermones, epistolas. Cẽtum sexaginta fundauit cœnobia, & erat apostolus temporis sui. Sexta excellentia eius, quia in miraculis apostolicus fuit, & tot ac tanta fecit miracula, quod describi non poterant, imò interdum trigintanouem in uno die. Fuitque ei idem tangere & curare. Defunctus quoque tot fecit miracula, quòd abbas Cisterciensis præcepit ei ut inde cessaret. Septima excellentia eius, est sublimitas in gratia prophetiæ. Etenim plurima ualde futura secreta ac secretissima, deo reuelante, cognouit atque prædixit. Aliæ multæ ac maximæ fuerunt excellentiæ eius, imò uix stillam paruam de ipsis iam fudi. Et quàuis præclarissima uita eius, quinque libris diligenter descripta sit, nihilominus multa & magna de ipso ibi omissa sunt, quæ in libro de uiris illustribus, ordinis Cisterciensis partim suppleta sunt. Tam excellẽtissimum ergo patrem, specialissime diligamus, honoremus, inuocemus ac imitemur, qui solus sufficientissimum argumentum est ueritatis fidei Christianæ. Quippe altitudo fidei, sanctitas uitæ, præclaritas miraculorum, & omnia uerba ac facta gloriosissime ac euidentissime concordabant, ad laudem & gloriam dei.

¶Reliqua huic festo opportuna, require in cõmuni sanctorum de cõfessore non Pontifice.

¶IN FESTO BEATI BARTHOLOMEI.

¶Enarrationem epistolæ: Iam non estis hospites, & cum suo Sermone: Require folio centesimoprimo a. Enarrationem autem euãgelij: Hoc est præceptũ meum cum suo Sermone, folio cẽtesimoseptimo a.

¶Sermo primus: Quomodo mali persequantur bonos, & de præconijs Beati Bartholomei, quibus sit imitandus.

OMnes qui placuerunt deo, per multas tribulationes transierunt fideles, Iudith octauo: Huic uerbo consonat quod Christus in sermone post cœnam dixit apostolis: Si me persecuti sunt, & uos persequẽt, quia nõ est seruus maior dño suo. Iohan. 15 Etenim in hoc mũdo sunt boni & mali, electi & reprobi, fideles & infideles, ciuitas dei, & ciuitas Babylõis, sicut in uno hominis corpore sunt boni & mali humores. Et in eodẽ agro grana bona atque zizania. Deus autẽ electos & bonos ac fideles exercet, probat & purgat ac proficere facit per malos & reprobos ac infideles. Vnde & in libro Iudicum scriptũ est: Dimisit dñs Chananæos ut in ipsis experiretur Israelem utrum audiret mandata dñi, an non. Hinc dicit Gregorius: Abel esse renuit, quem ipsius Cain malitia non exercet. Hac ergo ex causa debemus persecutiones atque iniurias æquanimiter ferre, quia ut sanctus fatetur Gregorius, qui malos tolerare recusat, ipse sibi per impatientiã suam, testis est, quia bonus nõ est. Sic & gloriosissimi & deo charissimi apostoli, grauissima in hoc mũdo sunt perpessi supplicia, inter quos præclarissimus iste apostolus Bartholomeus resplendet, qui multipliciter & præcellenter extat laudabilis. Primo, à sua magna humilitate, uirtuosa taciturnitate atque modestia. Nam cum inter apostolos esset nobilior ac opulentior, tamen in toto sacro euangelio nunquam legitur aliquod uerbũ esse loquutus ad Christũ. Nõ ergo ex sua nobilitate & opulentia

Iudicum 3 · Gregorius · Idem.

A lentia uane intumuit, sed quod in Ecclesiastico scriptum est, gloriose implesse probatur. Quã to maior es, humilia te in omnibus, & coram deo inuenies gratiam, quoniã ab humilibus honoratur. O in quanta reuerentia habuit nobilissimus iste apostolus Christũ, quẽ semper tam humiliter & attente audiuit, & nunquam aut rarissime affari est ausus. Vere modestia & curialitas eius extitit magna. Porrò quòd inter apostolos nobilissimus fuerit constat ex hoc, q̃d sanctus Hieronymus scribit in regula sua: Non nobili Bartholomeo sed uili piscatori Petro totius ecclesiæ monarchiæ principatus cõceditur. Deniq; quantæ sapientię signum fuit, illa sancta taciturnitas sua, ex scripturis facile potest ostẽdi. Nam Salomon protestat: Qui moderat labia sua prudentissimus est. Et rursus dicit: Qui moderatur sermones suos sapiens & doctus est. Secundo, beatissimus Bartholomeus commendabilis est, à copiosissimo fructu quem fecit in prędicãdo. Nam ut ait beatus Theodorus, abbas & doctor, sacratissimus iste apostolus primo prædicauit in Licaonia, deinde in India, ad ultimum in Albana urbe maioris Armenię, in quibus locis innumerabiles homines conuertit ad Christum, ut usq; in præsens in Armenia fides est Christiana. Deniq; cum gloriosus iste apostolus filiam regis Indorum, lunaticam terribiliterq; obsessam liberasset à dæmone, & post alia quædam mirabilia dei, regem ipsum Polimium nomine, cum uxore sua ac filia omniq; populo suo conuertit ac baptizauit: qui etiam rex, regno relicto, discipulus apostoli est effectus, atq; occiso pro fide Christi apostolo, rex Polimius factus est præsul, & per uiginti annorũ curricula, episcopale officiũ strenue implẽs plenus uirtutibus quieuit in pace. Hinc ait beatus Theodorus: Sãctus Bartholomeus apostolus, æqualiter sicut sanctus Petrus, fœcundat ecclesiã. Origenes q̃q; in homelia quadã fatet, incertũ esse, quis maiorẽ in mũdo fructũ fecerit, Petrus, an Bartholomeus. O quãta beatitudo, quã ta nobilitas, quanta est gratia dei, tot homines, imò tot milia hominum trahere ad salutem, sic cooperari omnipotenti deo, in saluatione proximorũ, sic passionem & sanguinẽ Christi ad fructificationem deducere, tot hominum esse spiritalem patrem, salutarem magistrum, condignum prælatum, episcopum atque apostolum. Si magnum & appetendũ est ualde unum peccatorem conuertere, q̃ ineffabiliter magnum desiderabilissimumq; consistit tot milia hominum ad salutẽ perducere, de tenebris ignorantiæ, perfidiæ & uitiorũ, ad lumen fidei ac uirtutum attrahere, ex seruis ac membris diaboli, seruos & membra Christi efficere, imò amicos & filios dei peragere. Itaq; Christus dñs apostolum suum à quo tam specialiter fuerat honoratus ualde specialiter honorauit, tot milia hominũ conuertendo, illuminando, saluando per ipsum. Hinc & sanctus Ambrosius ait: Beatissimus Bartholomeus, magna uirtutũ prærogatiua colendus est, quem benignitas dei ad populũ misit longinquum, quem prædicatione sua fecit deo propinquũ. O quantis præcordijs uel præconijs admirabilis iste apostolus celebrãdus est, qui extremos terrarũ penetrans fines Indorũ, fidem Christi & gratiam dei seminauit in corda illorum. Vnde sanctus fatetur Theodorus, q; dum apostoli uniuersam terram inter se ad prædicandum diuiderent, sors & portio sancti Bartholomei fuit locus Armeniæ, qui est ab Eiulath usq; ad Gabaoth. In hoc ergo patent, obedientia, feruor & fortitudo huius illustris apostoli, q; ex imperio dei ad ipsius honorẽ, talem ac tantam peregrinationẽ assumpsit, tamq; crudelem & imperitũ populum reformare aggressus est: qui cum mitteretur à Christo talia C secundũ Theodorũ audiuit ab eo: Vade discipule meus ad prædicationẽ, exi ad pugnã, & ad pericula esto paratus. Ego opus dei patris consummaui, q̃d per me uoluit fieri, primus testis effectus: Imitare magistrũ tuum, æmulare dominũ tuum, carnẽ & sanguinẽ tuum pro me pone, quecũq; pro te passus sustinui patere. Non recusauit obedire apostolus, sed ut seruus fidelis diu[...] acquiescẽs pręcepto perrexit gaudens, tanq̃ lux mũdi, ut tenebrosos illuminaret, et tanq̃ sal terrę, ut gẽtes insipiẽtes discretione cõdiret. Tertio pręclarus & gloriosus iste apostolus cõmendabilis extat ualde ratione miraculorũ ac mirabiliũ quę per eum & propter eum fecit omnipotẽs deus. Cum em̃ felix iste apostolus uenisset in Indiã, in fine orbis terrarũ sitã introiuit in templũ paganorũ, in quo idolũ nomine Astaroth colebat, atq; ut peregrinus mansit in eo. Fuit autẽ in idolo isto dęmon, qui hoĩes uidebat curare, q̃d tamen non fecit, opem prębẽdo, sed à lęsione cessando. Cumq; templũ illud plenũ esset languẽtibus, & nullũ ab idolo possent habere responsum, gentiles trãsierunt ad aliam urbem, & ibi ab idolo Beryth noĩe, quęsierunt, cur eis Astaroth nõ respõderet. Dixitq; Beryth: Astaroth deus uester igneis catenis est uinctus, nec respirare potest, nec loqui, ab ea hora qua templũ eius ingressus est dei apostolus Bartholomeus. Et illi: Quis inquiũt iste est Bartholomeus? Ad quod diabolus per idolũ Beryth dixit necessitate cõpulsus, omnipotentis dei amicus est, atq; ob id istam intrauit prouinciã, ut uniuersos Indiæ deos euacuet. At illi quærebant ab idolo Beryth signa, per quæ Bartholomeum possent cognoscere. Respondit dæmon: Capilli eius sunt nigri & crispi, caro quoq; candida, oculi magni, nasus æqualis, barba prolixa, statura æqualis & rectus, collobio albo clauato, purpuraq; uestitur, induitur pallio albo, quod per singulos angulos gemmas habet purpureas, uiginti & sex uel octo anni sunt, ex quo uestes eius atque sandalia nec ueterascunt, nec

Marginalia: Eccl. 3 — Hieronymus. — Prouerb. 10 — Prouerb. 16 — Theodor9. — Origenes. — Ambrosi9. — Iohan. 17 — Matth. 20 — Actorũ 5

nec sordidãtur, centies omni die flexis genibus orat, centiesq; per noctem, angeli dei gradiun tur cum eo, qui eum nec fatigari permittunt nec esurire, semper eodem uultu & animo lętus ac hilaris est: Omnia præuidet, omnia nouit, omnium gentium linguas scit, & quòd ego uobiscum nunc loquor agnoscit, & dum quæsieritis eum, ostendet se uobis, si sibi placuerit, si autem non uult, nequaquam eum inuenire poteritis. Cumq; inueneritis eum precor ut eum rogetis, ne huc ueniat, nec angeli sui mihi id faciãt quod meo fecerũt iam socio: Ecce hæc omnia dæmon inuitissime est loquutus. Nam deo iubente protulit ea. Vnde quàmuis testimonium dæmonum non extet idoneum, tamen in hac parte idoneum reputatur, quoniã non ex proprio nec spontanee dixit ista. Itaq; ex his uerbis innotescit excellẽtia, sanctitas, sapientia, cõstantia, atq; perfectio gloriosissimi apostoli Bartholomei. Nempe quòd omni die ac nocte totiens utpote centies cum genuflexione orauit, probat quàm reuerenter ac deuotissime se habuerit circa deum. Quòd uero semper eodem extitit modo in uultu dispositus & iucundus, admirabilem suæ mentis monstrauit in deo tranquillitatem, stabilitatem atque constantiam.
1. Reg. 1 Quemadmodum primo Regum de beata legitur Anna, quòd uultus eius non sunt amplius in diuersa mutati. Porrò quod omnia nouit, ostendit eum spiritu prophetiæ & reuelatione diuina fuisse repletũ. Quòd uero potuit se tam mirabiliter in medio hominũ stando occultare ac manifestare, dæmonesq; ligare, declarat magnã & supernaturalẽ suam potẽtiam sibi à deo collatam. Sed ne sermo iste nimiũ extendatur, quæ restant alij sermoni seruentur atq; in prętactis uirtutibus insignissimũ istum apostolum sequi conemur, ut simus in oratione assidui, & cum cordis custodia, attẽtione, corporisq; reuerẽtia & humiliatione deum maiestatis & excellentię infinitę die ac nocte oremus. Si eñ tam sanctus apostolus in bono cõfirmatus, ut se prædestinatum esse cognoscẽs, tam frequẽter ac diligenter orauit. Quid nos miseros ad omnia uitia pronos & an in charitate & gratia dei simus ambiguos, penitusq; de finali nostra saluatione incertos agere est necesse, utiq; orare, gemere & plangere nos oportet, quia in ualle hac lachrymarum positi sumus, et mille laqueis dęmonũ circundati, æternę quoq; dãnationis periculis circumuallati, propter q̃d ipsemet Christus testatur: Beati qui lugent, quoniã ipsi cõsolabuntur. Et item: Væ uobis qui ridetis nunc, quia plorabitis & flebitis. Postremo stabiles & tranquilli simus in deo, patiẽtes & hilares in omni euẽtu cõtrario, nec uarijs ac miseris passionibus subijciamur, nũc uane lętãdo, nunc pueriliter ridendo atq; iocãdo, nunc inordinate tristando, nũc pusillanimiter formidãdo. Sed omnes huiusmodi motus & affectiões habeamus rationi subiectos ac reformatos, ut non nisi in domino gloriemur, & de his per quę ei displicemus tristemur. Ipsum quoq; in omnibus & super omnia formidemus.

Matth. 5 · Lucæ 6 · Hiere. 9

¶ Sermo secundus: Quòd omnia opera ad gloriam suam fecerit deus, & quemadmodum beati Bartholomei operibus roboremur in fide.

Prouer. 16

MIrabilis deus in sanctis suis, psalmo sexagesimoseptimo: Quemadmodũ Salomon loquitur: Vniuersa propter seipsum operatꝰ est dominus, utpote, ad suijpsius gloriam & honorẽ, ut scilicet, homines ex cõsideratione creaturarũ atq; operũ dei ad ipsius cultum, timorẽ ac reuerentiam inclinentur, eumq; super omnia amẽt ac cupiant, propter quod Ecclesiastes ait: Fecit deus opera sua ut timeatur. Ipse quippe est uniuersorum primum principium ac summus & ultimus finis, qui perfectionem suam uult in suis effectibus relucere, uidelicet, omnipotentiam, sapientiam, pietatem, iustitiam & benedictionem suam, quatenus ex horum contemplatione inducamur ad ipsius cognitionem, amorem ac uenerationẽ. Deniq; duplicia sunt opera dei, uidelicet, naturalia & supernaturalia. Opera eius naturalia sunt, quæ iuxta cõsuetum cursum naturæ & legem ac ordinẽ rerum fiunt [illegible] die, ex quibus bonitas, omnipotentia, sapientia dei noscuntur. Opera uero supernaturalia sunt, quæ supra naturã cursum ac ordinẽ rerum aguntur, ut est suscitatio mortuorũ, statio solis, & cętera: ex quibus homines magis excitãtur ad dei notitiã & timorem, quoniã rara sunt & inopinate contingunt. Naturalia uero sua assiduitate uilescunt, ita q̃ ab hominibus uix pensantur. Hinc deus omnipotens, cuius sapientię nõ est numerus aliqua sibi reseruauit supernaturalia opera, puta miracula, quæ opportuno tẽpore faceret per beatos apostolos & alios sanctos, in testimonium ueritatis fidei Christianę, & pro excitatione admirationis ac deuotionis fidelium, in quibus antiqua miracula quasi obliuione tradũtur. Inter hos prælectos sanctos altissimi, gloriose resplendet felix apostolus Bartholomeus. Cum enim sicut in pręcedenti est tactum sermone cultores idoli Astaroth redissent ab idolo Beryth atq; in tẽplo Astaroth, quęrerent sanctissimum apostolum Bartholomeum, neq; eum infra biduum reperissent, alia die dęmon per obsessum quendam clamauit Bartholomee apostole dei incendunt me tuæ orationes. Cui apostolus: Obmutesce, inquit, & exi ab homine, statimq; exijt, quo audito, rex terræ illius Polimius nomine, misit ad apostolum rogãs ut ueniret ad se, & filiam suam lunaticam & obsessam curaret: quod cum fecisset apostolus, rex pondera multa & magna auri, argenti atque gemmarum uoluit dare apostolo, sed inuenire eum nequiuit. Mane uero sequente, sanctus Bartho-

Eccles. 3 · Iohan. 11 · Iosuæ 10 · Psal. 146

A Bartholomeus diuina virtute ingressus est regis cubiculum, dicens: Cur mihi illa clinodia voluisti præstare, ego nil carnale, nil terrenum desidero. Deinde regem instruxit diligenter de fide, dixitq; illi. Si baptizari volueris, deum tuum quem coluisti ostendam tibi catenis ligatum. Cumq; sequenti die iuxta regis palacium pontifices idolorum idolo Astoroth sacrificarent, dæmon clamauit per idolum. Cessate miseri nobis sacrificare, ne peiora me patiamini, qui ab angelis Iesu Christi catenis igneis vinctus sum. Tunc iubente apostolo, dæmon omnia idola tēpli cōfregit: Apostolus q̄q; vniuersos infirmos qui erant in templo sua oratione sanauit plenissime, deo q̄q; dedicauit hoc templū, & demoni iussit recedere & intra re desertū. Tunc angelus de cœlo descendens & tēplū circunuolans signū crucis in quatuor angulis eius fecit & dixit. Hęc ait dñs: Quemadmodum infirmos vestros curaui, sic templū istud mundaui, & mihi consecraui, eum vero quem coluistis vobis monstrabo, & statim angelus ostendit eis æthiopem prorsus nigerrimum, vultum acutum & igneos oculos habentem, flammas sulphureas ex ore oculisque spirātem, catenis igneis vinctum, manibus retro ligatis: Dixitq; angelus dæmoni illi: Quoniam iuxta præceptum apostoli idola confregisti, soluam te vt vadas vbi nullus hoīm commoratur, & vbi sis vsq; ad diem iudicij, qui solutus cum magno disparuit vlulatu ac strepitu. Angelus vero cunctis cernentibus ascendit in cœlum. Tunc rex & regina eorumq; filia, & cuncti qui aderāt facti sunt Christiani. Deniq; de his apostoli huius mirabilibus sic beat' ait Ambr. O q̄ mira ꝟtutum apostoli Bartholomei insignia, dum humana voce contra se vociferantem aduersarium, s. demonem per obsessum solo iussu reddidit mutum, & expulit eum. Templū quoq; ingressus fecit vt illico demon nullum daret responsum. Regiamq; puellam diabolica contagione lunaticā patri suo repsentauit sanissimam. O q̄ sublime sanctitatis miraculū, dum antiquū humani generis inimicum, suum fecit in nihilū redigere simulachrum. O quam digne exercitui numerandus cœlesti, cuius vt miraculis fidem cōmodaret certissimam angelus apparuit summa descendens ab aula, qui catenatum dæmonum cunctis ostens deformem, salutiferam saxo dominicam impresserat crucem. Rex & regina simul baptizantur cum gente sua vrbiumq; duodecim accolę deum verum sequuntur mente & corpore. Hæc Ambrosius: Ecce q̄ vere Psalm. loquutus est deo dicens: Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Quid enim fide hac certius quā deus sublimis & benedictus tam euidentissimis conformauit prodigijs, ita q̄ angelus desuper veniens cunctis visibiliter vere apparuit, atq; diabolum in idolo habitantem ac homines seducentem vniuersos in forma teterrima ad oculum demonstrauit, & per gloriosum istum apostolum deorum culturam tam clare destruxit eorumq; virtutem compescuit tam potenter. Imo ipsorum fallacias detexit tam euidenter, demonstrans q̄ verissime dixit propheta: Qm̄ omnes dij gentium dæmonia. Propterea tam præclari apostoli miraculis roboremur in fide, eius promissionibus confortemur in spe, exemplis ipsius ædificemur in omni virtute. Eius considerando feruorem accendamur in charitate. Postremo quemadmodum ipse dęmones corporaliter à verbis compescuit & deuicit, ita & nos spiritaliter eis silentium imponere enitamur, dum enim nos tentant, dum suggerunt mala, dum præteritas iniurias nobis illatas reducunt ad mentem, vt ira impacientia aut inuidia nos inflammēt intus nos alloquuntur, sed dum eis resistimus, dum salubria cogitando de pœnis inferni, de gloria paradisi, de rigore diuini iudicij, vana & praua de corde nostro abijcimus, dū orando, & Christi passionem humilitatem pacientiam charitatem diligenter pensando virtutibus vicia superamus, silentium dæmonibus imponimus eosque compescimus & diuina superamus virtute. Hinc namq; Iacobus ait Apostolus: Resistite diabolo & fugiet à vobis. Ipsum quoq; gloriosum apostolum Bartholomeum feruenter rogemus vt suis nos meritis ac precibus tueatur, virtutibus ditet, & ad æternæ beatitudinis patriam perducere nos dignetur, atque cum sancto abbate Theodoro deuotissime cōcorditer dicamus. Aue o beate beatorūq; ter beate Bartholomee, qui es diuinæ lucis plendor, ecclesiæ sanctæ piscator, vulnerator diaboli mundum suo latrocinio vulnerantis. Gaude sol orbis terræ cuncta illuminans, os dei lingua ignita sapientiam promens, fons iugiter sanitates emanans, qui in cœlo in medio diuinæ aciei refulges, in splendore immarcessibilis gloriæ splendes, in exultatione iucunditatis insatiabilis gaudes.

Ambr. (margin, beside "Deniq; de his apostoli")

Iac. 4. (margin, beside "Resistite diabolo")

¶ Sermo tertius. Quomodo diabolum vicerit Bartholomeus, & de eius acerba passione.

MVltę tribulationes iustoꝝ, & de oībus his liberabit eos dñs. In Psal. 33. Quēadmodū ait Ioan. Chrs in sermone post cœnā inter cætera dixit sanctis apost. Quia de mūdo nō estis. i. de societate & numero mundanoꝝ atq; carnaliū hoīm. Sed ego elegi vos de mūdo, ideo odit vos mūdus. Hinc ergo repbi & iniq q apostoloꝝ p̄dicationes spreuerunt, odio

eos habuerunt psecutiq; sunt. Qui aũt pdestinati fuerunt, pdicationibus eoꝶ humilem & fi- D delẽ pbuerunt assensum. Inter q̃s fuit rex Indoꝶ Polimius cuius filiam lunaticã & obsessam beatissimus curauit Bartholomeus vt in pinductis est recitatum sermonibus. Deniq; quantę sapientiæ fuit hic magnus apostolus declarauit regem pfatum instruendo, cui inter cætera oñdit Chr̃m vicisse diabolum, per admirandam congruentiam, per magnam potẽtiam, per profundam sapientiam, per veram iusticiam. Primo etenim vicit diabolum congruenter: Nam congruum fuit diabolum qui vicerat primum hoĩem factum de terra adhuc virgine. i. nondum arata & culta. Imo & procreatum absq; seminis humani propagatione vinci à Christo virgineo filio. Secundo factum est istud potenter, quia de suo dominio eiecit diabolum, qui primum hoĩem superando principatum quendam sibi vendicauit & vsurpauit super genus humanum. Et sicut victor alicuius tyranni comites suos mittit vt suos vbiq; titulos erigant, titulosq; tyrãni deijciant. Sic Christus diaboli victor suos vbiq; misit discipulos, vt crucis eleuent signum, atq; diaboli euacuent cultum. Hinc Christus passione instan-
Ioh. 12 te disseruit. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Tertio Christus vicit diabolum sapienter, quoniam artem diaboli Christus sua delusit prudentia. Ars namq; diaboli fuit, vt sicut accipiter accipit auem ita diabolus in deserto aggressus est Christum, vt si ieiunans famam nullatenus pateretur, deus esse reputaretur. Si autem esuriret eum sicut hominem pri-
Gen. 3 mum deuinceret, sed Christus à diabolo deus cognosci nõ potuit, quoniam esuriuit, nec vinci, quia non cessit tentationi. Quarto factum est hoc iuste: Nam iustum fuit vt diabolus qui E comedentem hominem vincens homines detinebat, à ieiunante homine victus hominem amplius non teneret. Insuper profunditatem sapientiæ sanctissimi Bartholomei ostendit di-
Diony. uinus Dionysius, qui capitulo mysticæ theologiæ allegando apostolum istum. Diuinus (inquit) Bartholomeus dicit & multam esse theologiam & minimam, & euangelium latum ac magnum, & rursus conscisum & minimum. Per quod secũdum interpretationẽ D. Diony. Bartholomeus dicere intendebat ꝙ omnia secundum vnam considerationem possunt affirmari de deo, quod faciendo multis vtimur verbis. Alia vero consideratione possunt magis proprie negari de eo tanq̃ supessentialiter superposito vniuersoꝶ incircunscriptibili supsubstantiali incompræhensibiliq; principio, quod faciendo, quanto plus ascendimus tãto paucioribus vtimur verbis, ita ꝙ tandem ad omnimodam sermonis priuationem venimus, pout istud super mysticam theologiam diffusius declaratur. Præterea gloriosus iste apostolus à sua inuicta constantia, à sua victoriosa fortitudine, a sua pfecta pacientia, quas in suo acerbo habebat martyrio commendatur. Cum enim prefatum Indorum regem polimium conuertisset, pontifices idolorum super hoc conquesti sunt fratri ipsius, qui apostolum ad se adductum affatus est dicens. Tu ne ille es qui fratrem meum euertisti. Respondit apostolus. Non illum euerti sed conuerti. Cui frater prædicti Polimij rex: Quemadmodum tu fecisti fratrem meum deum suum relinquere & deo tuo credere, sic ego faciam te deum tuum relinquere & meo sacrificare. Respondit Apostolus: Ego deum quem frater tuus coluit vinxi & F vinctum monstraui, & ad confringendum templum suum ac idola compuli. Si sic facere poteris deo meo, poteris me ad sacrificia idolorum inducere, sin autem ego deos tuos comminuam, & tu crede deo meo. Hæc dicente Apostolo nunciauerunt regi, ꝙ deus suus Baldath corruisset comminutusq; esset. Quo audito rex prę tristicia & furore scidit purpurã suam, & fecit apostolum fustibus cædi ac flagellari. Deinde vt sanctus asserit Dorotheus, fecit eũ crucifigi, & anteq̃ moreretur in cruce fecit eum deponi & viuum excoriari, vt ait sanctus Theodorus abbas, atq; ad vltimum secundum Vsuardum fecit eum decapitari, Christiani autẽ corpus beatissimi apostoli cum reuerentia sepelierunt. Rex vero eius persecutor & temploꝶ pontifices a dæmonibus obsessi mox infelicissime sunt defuncti. Ecce quã acerbissimum ac diuturnum genus mortis atq; martyrij pro Christo perpessus est sacratissimus Bartholomeus. O quam ineffabiliter post resurrectionem generalem splendebit, redolebit, ornatumq; erit beatissimum eius corpus, quod pro deo tam viliter tam ignominiose ac crudelissime ab impijs est tractatum. Certe sole erit splendidius, omni balsamo melle ac fauo suauius, omni flore ornatius. Quod si tãta erit beatitudo & merces corporis eius, q̃ ĩdicibiliter magna nũc est inæternũq; erit beatitudo & gloria electissimę animæ eius, q̃ deus altissimus ita dilexit & pdilexit elegit impleuit, & p q̃ tãta opatus est bona, & q̃ p ipso tanta tolerauit tormẽta. Trahamus ergo hæc omnia ad dei venerationem, ad nostram quoque ædificationem. Ecce illustris ac sanctissimus iste apostolus tam pœnosa tam ignominiosa tam diuturna ac diuersa est passus supplicia. Et nos peccatores vilissimi pro vno modico verbo efficimur iracundi turbati & vlciscentes. Quid igitur restat nobis nisi ęterna damnatio, nisi resipiscamus & pœniteamus ex animo & vicia nostra eradicemus superbiam, iram, impacientiam ac cætera

omnia,

A omnia,humilitatem quoq; mansuetudinem, pacientiam, charitatem, sobrietatem, continentiam reliquasq; virtutes habere,tenere & in eis proficere satagamus. Itaq; discamus pati minora,vt paulatim æquanimiter sustineamus aduersa maiora, atq; in omnibus humiles, charitatiui,pacifici,sobrij castiq; simus.

¶AD RELIGIOSOS.

¶Sermo quartus. De nobilitate S. Bartholomei,quæ appetenda nobilitas,quid nobilem constituat,& quæ colloquia monachum deceant.

NObilis in portis vir eius cum sederit cum senatoribus terræ. Prouerbiorum. 31. Quamuis principalis summus & vnicus vir ac sponsus ecclesiæ sit dominus Iesus Christus, qui secundum assumptam humanitatem,eiusdem cum sponsa & vxore sua ecclesia est naturæ,de quo in Apocalypsi asseritur. Quia venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se. Nihilominus sancti Apostoli sponsi ecclesiæ sunt vocati, quemadmodum in præfatione de apostolis tangitur. Quos operis tui vicarios,eidem contulisti praeesse pastores. Quanquam solus archiapostolus Petrus fuerit vicarialis generalisq; sponsus totius vniuersalis ecclesiæ. Vnde nunc Episcopi dicuntur sponsi ecclesiæ,quoniam vnusquisque eorum particularis ecclesiæ sibi commissæ est sponsus. Dignissimus itaq; Bartholomeus apostolus,fuit vir & sponsus ecclesiæ,vir vtiq; etiam secundũ carnis propaginem nobilis, sicut in regula sua sctũs testatur Hierony. seditq; cum senatoribus terræ .i. cæteris apostolis, qui fuerunt senatores ecclesiæ militantis in terra peregrinantis. Fuit quoq; multo nobilior mente. Nam vt ait Philo- Hierony. Prou. 31
B sophus: Nobilitas carnis non est nisi antiquatę diuitiæ,sic & nobilitas mentis est habituata bonitas grãe ac vtutum,q̃ est spũalis opulentia animæ. Iccirco vnusqsque est tanto vere nobilior q̃to virtuosior,p̃sertim cum pctm̃ sit summa vilitas animæ. Deniq; ignobile appellat q̃d a dignitate principiorum suorum degenerat, propter quod filij nobilium rusticane agentes nec opera suo statui congruentia facientes ignobiles reputantur. Cum ergo spirituum pater deus sit summe & interminabiliter nobilis,anima tanto amplius nobilitatur, quãto suo creatori p sapientiam & charitatem cæterasq; virtutes & actus earum plenius conformat. Rursus homo ad dei imaginem & similitudinem conditus in medio ordinis rerum est constitutus,puta inferior angelis atq; superior cæteris creaturis nõ intellectualibus. Ideo quanto conformatur ei ad cuius imaginem ac similitudinem factus est & angelis sanctis, tanto vere plus nobilitatur,sed quanto plus irrationabilibus creaturis assimilatur, sensualitatem sequendo passionibus succumbendo,irrationabilr̃ se habendo,tanto magis vilificatur. Vt ergo cum sacratissimo Bartholomeo vere & spiritaliter nobiles simus, oportet vt diligentissimi existamus in omni obseruantia regulari,in deuitatione omnis peccati, in edomatione sensualitatis,in refrenatione passionum,in reformatione affectionum,in exequendo diuinũ cultum,cum attentione metu & reuerentia. Interea quãuis deo conformari dicamur per humilitatem,patientiam,fortitudinem,castitatem,ac latriam similesq; virtutes morales,quoniam tamen virtutes huiusmodi non conueniunt proprie deo: videlicet,prout circa passio- Gen. 1
C nes refrenandas versantur. Ideo per eas non tam proprie conformamur deo, quemadmodum per charitatem & sapientiam,iusticiam,pietatem ac salutarem scientiam. Hinc viri in sapientia præfulgentes, in charitate p̃cipue æstuantes, potissime appellantur diuini deiformes & deificati. Siquidem increata vita æterna beatitudo infinitaq; gloria dei est suipsius & omnium in seipso sempiterna contemplatio,incessabilisq; dilectio. Propterea quantũ in dei contemplatione ac dilectione magis excrescimus,quanto incomprehensibilem dei bonitatem,excellentiam,perfectionem,syncerius,feruentius,stabilius, atq; frequentius contemplamur & adamamus,tanto veraciter diuiniores nobilioresq; reddimur. Sed quo phantasticis apprehensionibus vanis ac vilibus phantasijs,turpibus cogitationibus amplius immoramur,& circa corporis necessaria immoderantius sollicitamur, eo bestialiores efficimur. Insuper cũ deo sit propriũ misereri ac parcere indulgere ac subuenire. Ideo quanto cordialius & abundantius actibus misericordię p̃sertim spiritalibus sum⁹ intenti, tanto constituimur magis diuini. Per crudelitatem vero & phãtasiam proteruã fit homo brutalis. Cũque summa miseria hoĩm sit pctm̃,si volumus esse deiformiter pij, debemus cunctis iniqtate opp̃ssis & q inuoluti sunt vicijs intime cõpati & maxime cõdolere, eisdẽ q̃q; orando & oĩ mõ nobis possibili subuenire. O si aliquẽ videremus sub dracone iacentẽ,eiusq; igneis infectionibus p foratũ,q̃ viscerose ei cõpateremur. Quãtomagis est cõpatiendũ omni hoĩ mortali pctõ subiecto,vtpote ab infernali atrocissimoq; dracone p̃strato, perforato, infecto. Amplius cum deo sit proprium alios regere,illuminare, saluare, viri virtutum condigni prælati quo alios salubrius regunt, sapientialius instruunt,cooperantius saluãt,eo extant diuiniores. Rursus cum deo sit proprium cuncta causare, & res in esse naturæ producere,quo aliquis plures spi

ritaliter gignit,& in Christo regenerat ac conuertendo ad esse gratiæ prouehit,eo deiformi D
or perhibetur & vere consistit nobilior. Omnibus autem his modis Christi apostolus Bartholomeus fuit diuinissimus ac nobilissimus, qui tot milia hominum conuertit & regenerauit in Christo. Qui idolatriam tam longe ac late est demolitus, & tanto diuinitatis exarsit amore,tanto fraternæ salutis desiderio æstuauit, quod vsq; ad superioris Indię perrexit prouincias,& quos conuertit tam sapientissime informauit,tam saluberrime gubernauit,tantasq; hominum multitudines ad salutem perduxit æternam. Tanti ergo Apostoli vrbanitate prouocemur ad omnem condecentiam morum,qui quamuis inter apostolos esset nobilior, nō tamen ex hoc fuit audacior siue verbosior. Et quamuis in Eccl. scriptum sit: Loquere maior natu,decet enim te. Ipse in toto Euangelio nusquā legitur Chr̄o aut discipulis suis loquutus sed quo maior fuit humiliauit se in omnibus. Et quō diu virtuoseq; tacuit,opportuno tempore fructuosissime est loquutus. Vtinam sequamur eum in istis,nec promptiores simus ad loquendum q̄ ad audiendum verba salutis. Nullus ergo iactet siue ostētet seipsum. Nemo ex donis sibi collatis cornua sibi assumat superbię,nec audax sibiq; placens inueniatur. Nullus per verba illicita aut incauta quenq̄ offendat aut communitatem perturbet,sed inter cōfratres exemplariter atq; pacifice quilibet conuersetur. Quod si quis aliquem cupit charitatiue corripere,agat hoc ordinate loco & tempore opportuno,& iuxta Christi doctrinam primitus in secreto,& si corripiendum timet ex correptione offendendum, differat aut per aliū faciat,seu eius in primis beniuolentiam captet. Talem quoq; exhibeat se vt cunctis sit charus, & ad corripiendum idoneus. Vnusquisq; satagat alium ædificare accendere roborare. Postremo cum beatissimo Bartholomeo,quem angeli sancti indesinenter comitabantur,conemur sanctos angelos facere nobis familiares atq; in omnibus assistentes. Primo eos cordialiter diligendo tanquam innocentissimas ac præstantissimas dei creaturas. Secundo eos quotidie honorando,tanquam custodes protectores magistros ac dominos nostros. Tertio eos assidue inuocando tanq̄ nostræ salutis speciales atq; fidissimos procuratores. Quarto eorum illibatissimam vitam pro viribus imitando, ita vt nostra conuersatio sit in cœlis, hoc est,spiritalis,interna,cœlestis,contemplatiua,quieta,pacifica,dulcis,ac amorosa,omni indignatione,amaritudine,discordia,turbulentia prorsus exclusa. Quinto eis cooperādo. Operatio namq; eorum ad homines,est eos quibus præsident purgare,illuminare, perficere, custodire,à peccatis auertere,ad virtutes mouere,& alijs varijs modis ipsis prodesse. Vnusquisque igitur iuxta mensuram ac possibilitatem gratiæ sibi collatæ proximos purget a vicijs, corripiendo,orando,virtuose agendo vt vincat ac deleat in bono suo malum illorum. Illuminet quoq; eos ad discernendum inter verum & falsum,inter bonum & malum, inter bona & meliora ac optima,inter mala & deteriora ac pessima,ad intelligendum scripturas,ad proficiendum in bonis. Perficiat etiam eos ad contemplandum synceriter, ad amandū feruēter,ad actus perfectionis ac sanctitatis. Nec aliquis a salute aut profectu impediat aliū, cū hoc sit angeli illius singulariter offensiuū, sed mutuo cooperemur nobis ad omne bonum.

Eccl. 32. | Phil. 3 | E

¶ Sermo quintus: De præeminētia apostolorum, & quod ad profectum nostrū necessaria est spes,humilitas,custodia cordis,iugis oratio,abdicatio delectationū continua cum deo mentis occupatio. F

PEllem desuper excoriauerunt, Micheæ. 3. In persona apostolorū loquitur sanctus Paulus. Nosipsi primitias spiritus habentes intra nos gemimus. Quantumcunq; ergo alios sanctos laudemus,de apostolorum tamen admirabili excellētia nullatenus dubitemus. Ipsi namq; sunt deificatissimę creaturæ,in quibus & per quos creator mirabilissime ac gratiosissime est operatus. Quibus præ alijs sanctis paracletum spiritum sanctum euidentius misit, copiosiusq; infudit. Qui in omni sanctitate & sapientia,in omni perfectione virtute & gratia,in gratia miraculorum & spiritu prophetiæ,in fructificatione, & diuinarum proprietatum participatione ineffabiliter præfulserunt. Quos deus incarnatus æterna increata & infinita sapiētia genita dei patris,suos primos ac specialissimos voluit esse discipulos. Quibus & tantam diuinorum charismatum plenitudinē est largitus, quod de plenitudine sua toti mundo communicare & copiose influere potuerūt. Horum vnus præcipuus extitit gloriosus ac nobilis Bartholomeus,cuius semen permanet vsq; in præsens. Qui tam euidenter idolatrię demonstrauit errorem,vt vix aut non de aliquo sanctorum quid tale legatur. Siquidem eo orante angelus dei visibiliter cunctis apparuit, dæmonemq; in teterrima forma ostendit. Crucis quoque fecit signacula, & deinceps conspicientibus omnibus, in cœlorum ascendit sublimia. Alia item innumerabilia sacratissimus Bartholomeus egit prodigia. Itaque quia nos religiosi de eleemosynis sustentamur, quas Christiani catholici contulerunt cœnobijs, vt inibi demorantes ac inde viuentes, orent pro ipsis & pro quibus desiderauerunt, ac soli

Mar. 16.

va-

A vacent altissimo,ei in omni puritate ac feruore deseruiẽtes. Ideo vt idonei simus succurrere alijs tam viuis quam mortuis præsertim fundatoribus ac benefactoribus & eis adiũctis, & exaudiri pro ipsis,enitamur in donis gratię abundare,supernorum charismatum plenitudinem intra nos congregare,amicitiam ac familiaritatem creatoris nostri superpijssimi obtinere ac possidere. Ad quod multa nobis necessaria extant. Imo quo istud vires nostras magis transcendit,quo supernaturalius deiformiꝰ consistit,eo ampliori diligentia ac labore ad ipsum pertingitur. Atq; in primis requiritur,vt tota spes constituatur in dño, & totus tam salutaris effectus expectetur ab ipso. Nihilominus faciat homo quicquid sua diligentia & industria potest. Secundo ad istud exigitur humilitatis profunditas, vt homo vniuersam suã fragilitatem,defectuositatem,offensionem,vilitatem,& insufficientiam sp inspiciens seipm diuinæ maiestati ac pietati cum ingenti sui depressione substernat,obediat ac ministret. Oẽ quoq; bonũ semper ascribẽs deo per humilitatis suæ concauitatem disponat se ad suscipiendum ac conseruandũ in se benignissima dona spiritussancti, sicut in concauis valliũ copiosius recipiuntur ac manent stillicidia pluuiarum. Obediamus igitur saluatori iubenti. Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Nã & p Esa. ipse effatur,secundũ translationẽ antiq. Super quem reqescet spiritus meus nisi sup quietum & humilẽ. Pro quo Hierony. habet trãslatio: Ad quẽ respiciam nisi ad pauperculum & contritũ spiritu. Quis aũt est paupculus spirituq; contritus, nisi pfunde atq; veraciter humilis, qui defectuositatem suã aduertẽs, & pro suis culpis dolens paruus & vilis est in proprijs oculis. Ideo prouocat misericordiã dei in se, B & spiritus sanctus non solũ descendet in eũ,sed insup reqescet super ipm, q̃diu manet paupculus in oculis suis. i. iudicio proprię mẽtis. Si vero cœperit se extollere, & q̃si in meritorum suorum diuitijs inaniter gloriari, alios aspernari, temere iudicare, iã cũ Saule audit ab infallibili iudice. Cũ esses paruulus in oculis tuis assumpsi te,nũc autem qa intumuisti abieci te. Humiliemur igitur semper sub omnipotente eiusq; vicario p̃sidente. Sed & inuicẽ supiores singuli arbitremur. Porro signum huius hũilitatis est si & imperturbato aĩo sustinemus, ꝙ ab alijs quoq; paupculi,viles,defectuosi,culpabiles reputamur ac dicimur, & tanq̃ tales publice increpamur atq; corrigimur. Quidã ṽo sibijpsis vicissim de hũilitate intra se blandiũtur ac complacent. Verũ cũ parump tanguntur,statim in faciem benedicũt,& quod latebat erũpit,maledictionisq; semen occulta superbia in contradictionis & excusationis in vltionis ac impacientiæ germen se fundit an pandit. Tertio ad istud reqritur indefessa cordis custodia, ne donum gratiæ,spiritalis profectus,deuotionis affectus,compunctio cordis,feruor amoris vna hora infusi concepti,collecti,adepti,alia hora per vicium ac negligentiam amittantur. Nusq̃ ergo & nunq̃ retorquendus est oculus cordis,ab intuitu dei,nulla est cordis dissolutio admittenda. Omnis relaxatio discreti rigoris est fugienda,& maxime in diuĩo officio custodiendus est oculus mentis & corporis,ne quid præter deum & extra deum aspiciatur. Nempe quantum conetur diabolus mentem vel ad momentum abducere atque ad leuitatem inducere constat ex hoc quod dæmones multi coram sancto Pachomio vnum stramen C quasi cum grandi trahebant labore,vt eum mouerẽt ad risum,quo viso sanctus ille ingemuit & nõ risit. Similiter cum deuotissima virgo sancta Catharina de Senis,quadam vice in ecclesia seu ominis hominem inspexisset mox à cœlesti increpata est sponso,tanquam quæ cor suum auertisset a deo,& illud conuertisset ad hominem. Heu quid dicemus ad ista, & quanta est calamitas nostra,negligentia nostra,imperfectio nostra, qui multotiens in diuinis in psalmodia & horis etiam ex proposito hinc inde aspicimus, impertinentia consideramus, homines intuemur,libros reuoluimus seu manibus aliqua attrectamus, sicq; diuersas euagationum ac dissolutionum imo interdum tentationum & perturbationum occasiones & incitamenta haurimus,nec multũ ponderamus hæc mala,sed infinita est miseria nostra. Resipiscamus ergo & reuertamur ad cor pœnitentes ac deuitãtes flagitia. Quarto ad istud exitur feruẽs incessabilisq; orõ,cũ a nobisipsis nil boni habeamus aut valeamus. Idcirco cũ oñi fiducia ardore instãtia & pseuerantia implorandus est dñs maiestatis,cuius opulẽtia nescit finem,cuius liberalitas est immensa,dignatio infinita. Qui pietate & charitate sua supplicãtium merita desideriaq; transcendit ac superat absq; mensura,& nullum taliter inuocãtem fideliterq; quærentem a sua charitate & familiaritate repellit,nulli tali gratiarum suarũ denegat opes. Quinto requiritur omnium extranearum atq; carnalium affectionum ac viliũ consolationum expulsio, quia per hæc spiritalis dilectio ac familiaritas sancta cum deo minuitur aut aufertur. Sexto exigitur assuefactio assidua occupãdi & exercitandi se intus cũ incircũscriptibili creatore vbiq; p̃sente per rationes mentales,allocutiones secretas,meditatio

nes & laudes deuotas per aspirationes quoq; feruentes. Hæc igitur omnia apprehendamus & opere compleamus, vt spiritaliter locupletemur, vberrime accendamur, & deo quem inuocamus familiariter adhæreamus, intime complaceamus, atq; per hoc apud eum exaudibiles simus, & parentibus propinquis commissis benefactoribus o̅ni quoq; ecclesiæ viuis ac mortuis possimus succurrere orando, celebrando, psallendo, & cætera bona quæ agimus eis per charitatem absq; nostro detrimento communicando. Quemadmodum enim apud principes terræ plus valet & acceptatur vna petitio familiaris amici quam centum aliorum sic apud altissimum tanto efficaciores & acceptiores sunt nostrę orationes quanto plus deo placemus chariores q; sumus, hoc est puriores a culpis & pleniores virtutibus. Nempe qui diligit ac possidet cordis mundiciã amicũ habet regem regum principem vniuersorũ. Postremo cunctis perfectionibus præinductis gloriosissimus Bartholomeus fuit eminenter ornat⁹ qui & tanta tollerauit pro domino, mortem videlicet tam acerbam, tã ignominiosum martyrium, tam prolixum interitum. Fuit nãq; excoriatio illa mirabiliter dolorosa. Beatissimi ergo huius apostoli exemplo patientiam amplectamur, & quicquid occurrit aduersi æquanimiter tolleremus, & q̃ a deo accepimus pro eo libenter exponamus offeramus, imo & per martyrium perdere simus parati

¶ Sermo VI. De cauenda elatione, & quod ad iustum dei duo sunt necessaria.

VEtustam fecit pellem meam. Trenorum 3. Ex beatissimi apostoli Bartholomei legenda in omni docemur virtute. Et primo in humilitate. Quia cũ inter gloriosos apostolos nobilior opulentiorq; extiterit nihilominus inter eos humilime vixit, taciturnitatẽ sanctã seruauit, nec ad primatum ingessit seipsum. Et quidem filij Zebedæi Iohãnes & Iacobus ex consanguinitate sua ad Christũ humanum aliquid passi sunt, inducentes matrem suã vt diceret saluatori. Dic vt sedeant hi duo filij mei vnus ad dexteram tuam & alius ad sinistrã in regno tuo. Imo secundum Marcum dixerunt: Magister, volumus vt quodcunq; petierimus facias nobis. Quibus dominus cœleste regnum non carnali ꝓpinquitati aut nobilitati sed patientiæ cæterisq; virtutibus deberi insinuans potestis, inquit, bibere calicem quẽ ego bibiturus sum? Hoc sanctissimus iste Bartholomeus aduertẽs ad charismata grãrum ad omnem humilitatem patientientiam ac religiosum laborem extendit seipsum. In his ergo eum sectemur. De donis naturæ aut bonis fortunæ non intumescat cor nostrum, pręsertim quia in talibus sæpe magis abundãt reprobi quam electi, nec propter ea deo placemus aut displicemus. Nec ꝓpter talium donoꝝ defectum quempiã aspernemur, vt si deformis sit corpore facie turpis impeditiorisue linguæ, aut pauper in seculo fuit. Carnalis & excæcatus est prorsus si quis ingenio pollens, facũdia clarus, natu sublimis, corpe speciosus, diues & magnus in seculo añ conuersiõem, adhuc de talibus in claustro se efferat, aut defectuosis in talibus sep̃ponat siue improperet. Imo talis derogat creatori cum & Salomõ contestetur. Qui conuiciatur pauperi, exprobrat factori eius, & insipientiam suam ostendit, cum minimum bonum gratiæ ac virtutum incomparabiliter præpõderet omnibus bonis fortunæ atq; naturæ. Ita q; q̃tumlibet quis in quibuscunq; donis est maior tanto in cunctis humilior exemplariorq; consistat, & inter suos conuersetur pacifice, charitatiue, quiete. Hinc dona gratię ac virtutes spiritalem profectum sanctam conuersationem super omnia toto corde apprehendamur totis viribus insequamur, & omni amplectamur affectu. Secundo beatissimi Bartholomei exemplo instruimur etiam in arduis prompte obedire, nec aliquem propter deum recusare laborem, præsertim qui a superiore iniungitur. Ipse nanq; benedictus Apostolus per diuersas ꝓuincias deo iubente profectus est ad ignotissimas sibi gentes, ad populum durum ferocẽ indomitum ad remotissima loca. Hinc patres loquuti sunt potissime sanctus Benedictus in regula. Quod & si impossibile quid qui præest præcipiat attentare debet & aggredi subditus, qui etiam suo iudicio mensurare non habet quale sibi iniungitur. Sed iudicio pręsidentis potius stare debet, nisi forte res esset apertissime impossibilis sibi. Tertio electissimi apostoli huius exemplo instruimur deuotissimis orationibus die ac nocte instanter insistere. Ipse nãq; vt fertur & aduersarius eius dixit inuitus, centies q̃libet die totiensq; omni nocte genua sua flexit in oratione. Quam modice ergo dormiuit? Si talis ac tantus vtpote in dei gratia confirmatus, & de sua certus electione tam sæpissime ac feruentissime orauit naturali quolibet die, quid facere nos oportet, qui ignoramus an stemus in charitate an finaliter cõsequemur salutem. Imo qui scimus nos defectuositatib⁹ esse repletos & ꝓnos in omne peccatum si paulisper a gratia relinquamur. Ecce q̃ humiliter atq; lugubriter, q̃ viscerose ac clamorose, q̃ infatigabiliter & instanter exorant terrenum iudicem, qui capitalis sententiæ rei sunt aut esse probati

A probati sunt, si euadēdi spem habeāt. Qualiter ergo oportet nos dn̄m inuocare, quē scimus nos totiens per peccata mortalia offendisse, & per consequens æternæ dānationis supplicia tam frequēter atq; enormiter meruisse. Nónne terrenus princeps prouocaretur ad duriora si videret se a reo sine attentione & cū risu absq; formidine exorari. Quid ergo faciet nobis deus videns nos indeuote inattēte intimorate orare. O q̄ magnū est q̄ decora species entis, q̄ præclarum spectaculum nocturnis temporibus immorari sacris vigilijs, eleuatissimis psalmodijs, orationibus feruidis, meditationibus optimis, cōtemplationibus amorosis, amoribus contēplatiuis. Tunc deitatis maiestatē mirari, super se eleuari, in pelagus increatæ beatitudinis rapi, in incircūscripte magnitudinis profundo demergi, in æterni ac interminati amoris igne quasi cōburi. Tunc deuotissima mens vere intuetur & gustat, q̄ magna & infinita sit multitudo dulcedinis supergloriosissimi dei. Deniq; ad hæc pertingit religiosus deuotus dupliciter. Primo seipsum disponendo excitando & actuando ad ista, ad prætactos videlicet actus tā nobiles ac diuinos. Fitq; excitatio seu dispositio ista per hoc ꝙ homo se abstrahit ab exteriorum occupatione, & affectione, à distractionibus mētis, atq; simplificat recolligit & stabilit se in deo, per orationes quoq; deuotas & cōtemplationem operum dei se applicat deo, eiusq; bonitatem ac amabilitatem & perfectionem immensam pensando accenditur eius amore, & per hoc ad mysticam theologiam ad vnitiue sapientiæ splendissimā contemplationem ad raptum extasimq; erigitur, sicut in libro de mystica theologia diuinus Dionysius hanc edocet practicam, vbi & sanctum allegat Bartholomeum apostolum

B nominans eū diuinum. Secundo ad ista pertingit amator deuotus, contemplator syncerus mortificatus & obedientissimus religiosus absq; suo conamine ex gratiosa & benignissima dei præuentione, ex præueniente superna illuminatione, ex subitanea inflammatione, qua homo inopinate desuper tangitur, radio sapientiæ copiose perfunditur, summe dulcedinis vnctione aspergitur, atq; ex his tam valide in mente sua perstringitur imo & corpore alteratur, ꝙ non potest resistere. Et quo anagogici sui in deum motus sunt menti suauiores, eo per suū effectum sunt corpori penaliores per vehementiam alteratiōis quā causant in corpore, dum spiritus corpus suum relinquit, & super se tendit, fitq; remissio aut mera suspēsio ab actibus vegetatiuaꝝ sensitiuarūq; virium. Tunc vtiq; gratiosa vibratio, supernaturalis coruscatio, rubustissima oīpotentis operatio præueniēs ac pertrāsiens gratia eius cor feruidi atq; purissimi amatoris perstringit præoccupat vincit & superadimplet & eripit illud sibimetipsi, vt nec seipsum nec quicquā aduertat creatū, & facit illud sibi deo eius ac creatori, rapitq; seipsum ad deliciosissima interni silentij gaudia ad serenissimū ac quietissimū diē internum, & efficit ipsum in idipsum ostendens ei seipsum. Nēpe sicut in Iob legitur. Omnipotens deus in manibus suis abscondit lucem, & præcipit ei vt denuo oriatur, annunciatq; de ea amico, ꝙ possessio eius sit, & ad eam queat pertingere. In hac eleuatiōe homo seipsum profundissime prorsus humiliat, & totus in deū ascendit, ac ei se totum offert in holocaustū paratus pro illo omne mortis pati suppliciū. Talis fuit illustrissimus dei summi apostolus

C Bartholomeus, qui pro Christo sibi pellem permisit abscindi, tam penosum irrisorium diuturnum & deprobriosum mortis genus patientissime ac libentissime ferens. Quo exemplo ad omnē patientiā informemur. Præterea spiritalem animæ pellē, id est, proprie voluntatis abductionem, proprij sensus immāsionem, propriæ culpæ palliationem colorationē & excusationem permittamus nobis auferri, efficiamurq; nudi non ficti, sed synceri dociles atq; dirigibiles in vniuersis ad salutem spectantibus, ne illud in psalmo conueniat nobis. Operti sunt iniquitate & impietate sua, sed potius quod ibi subsequitur ac dicitur deo, vt iumentū factus sum apud te. Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me. Postremo cū fructuosissimo Bartholomeo apostolo enitamur pro modulo nostro in domo dei fructificare. Si non prædicando discurrendo, miracula perpetrando, saltem pro cōmuni bono pro viuis & mortuis, pro oīni statu ac gradu ecclesiæ affectuosissime deprecādo, celebrando, virtuosis actibus insistēdo. Nec aliquis dicat sufficit mihi si possum animam meā saluare, & in regno cœlesti minimus esse, hoc enim nō esset debitum fraternæ charitatis implere, neq; pro dn̄o exerci tuū zelo zelari, neq; meliora emulari charismata, sed torpori et remissioni tribuere locū. Ideo zelo diuini honoris, affectu cōmunis boni generalisq; reformationis, feruore spiritalis ꝑfectus quotidie durāte hac vita inardescamus. Nā & vnicuiq; mādauit deus de proximo suo, Et qui nō cupit ac satagit studere perfectioni, vix inter imperfectos valebit saluari, neq; synceriter diligit deum, qui de eius inhonoratione nō cōtristat, nec desiderio honorationis eius ab oībus inflammatur, imo ille in dei amore censetur perfectior, qui plures quantum in se est ad ipsum conuertit siue orando seu prædicando, aut

sancte viuendo, aut aliis modis. Vt ergo prętacta valeamus implere gloriosum istum apostolum deuotissime inuocemus vt precibus suis ac meritis tantam nobis dignetur gratiam obtinere & nos semper protegere. D

IN FESTO. S. AVGVST. EPISCOPI.

¶ Enarrationem Epistolę: Ecce sacerdos magnus, cum suo Sermone require Fo. 7. a.
¶ Enarrationem Euangelii Fo. 7. D.
¶ Sermo. 1. De charitate, & commendabili sanctitate Beati Augustini.

VNusquisque sicut accepit gratiam in alterutrū illā administrātes sicut boni dispensatores multiformis gratię dei, prima Petri. 4. Quemadmodū diuinus Dionysius ait: Proprietas boni est cōmunicare seipsum aliisque diffundere si qd habet. Cū ergo in rōnali creatura istud potissime fiat per charitatē, merito ad charitatē pertinere asseritur facere hominē bonū id est, veraciter atque simpliciter virtuosum. Diligere etenī est alicui bonū velle. Et charitas virtus est per quā volumus alicui bonū non p respectū ad propriū cōmodum, sed principaliter propter ipsum. Cū ergo deus sit primū & summū bonū & substantialiter charitas ipsa, imo essentialiter ac naturaliter bonitas pura atque dilectio munda, cōstat ꝙ hoies charitatiui liberales, qui semp proni sunt aliis cōmunicare quicquid boni collatū est ipsis, & cōmune bonū synceriter cupiunt, ac pro illo promouēdo ac cōseruando conanť nec ad ꝓpria cōmoda inordinate aut cupide reflectunť, deo naturaliter totaliť & incircūscriptibiliter bono precipue assimilentur. Iccirco amabiliores & chariores sunt ei, & abundātiora gratiarū charismata sortiunť ab ipo, Vnde & Christ⁹ in euāgelio loquiť. Date & dabitur uobis. Paulus quoque apostolus in Actibus apostolorū. Oportet inquit reminisci verbi dñi Iesu. Quoniā ipse dixit: Beatius est magis dare quam accipere. Hinc in Ecclesiastico habetur, Non sit porrecta manus tua ad accipiendum et ad dandum collecta. Merito ergo hortatur nos beatissimus princeps apostolorū, vt vnusquisque gratiam sibi datam in alios administret, id est proximis eam communicet pro posse loco & tempore oportuno & affectu assiduo etiā si nō effectu continuo. Istud nanque ad quemlibet pertinet Christianum, eo ꝙ lex Christi sit lex totius charitatis & pietatis. Denique talis precipue fuit ꝑclarissimus doctor ecclesię Augustin⁹, qui verbo & opere scripto & conflictu, oratione & pastorali operatione indesinenter die ac nocte pro subditorum salute, pro bono communi ecclesię, pro errantium cōuersione, & maxime pro dei honore ac gloria, ad quod omnia retulit fidelissime ac feruētissime laborauit. Hinc ergo beatus pater & magnus doctor sanctusque ꝑsul multipliciter extat laudabilis. Primo a sua feruenti & efficaci cōuersione, de qua ipsemet in libris confessionum plurima recitat. Multis etenī annis fuit ī diuersis erroribus & magnis assiduisque peccatis, ita ꝙ deus superpiissimus infinitam misericordiā fecit cū ipso. Cōmuniter quoque dicitur ꝙ vsque ad annum vitę suæ tricesimū fuerat in peccatis, ita ꝙ fuit tūc baptisatus, sed ipsemet in libro confessionū testatur, ꝙ tpe sue baptisationis fuit triginta duorum annorum. Et ipso testāte cū sedecim esset annorū cepit cōcupiscentiis deseruire, & in vicio incontinentie pene vsque ad suū baptismū permansit. Multisque annis vagā exercebat luxuriam. Postmodū aliqualiter se refrenans cōtentus fuit cum vna quam etiam secum duxit ab Africa vsque Romam, & a Roma ad Mediolanum, fuitque valde incontinentię vicio victus, ita ꝙ sibi difficillimū videbatur viuere cōtinenter. Hæc ideo tango vt magnitudo misericordiæ sibi a deo factæ ad dei honorem clarius innotescat. Fuit etiam Manichæorū erroribus ac perfidiis inuolutus. Porro mater ipsius Monica nomine mulier valde deuota & virtuosa, errores & vitia filii sui die ac nocte deplanxit, atque tam lachrymose orauit pro ipso, ꝙ vt ipsemet recitat Augustinus, terrā quotidie suis lachrymis coram deo rigauit. Ita ꝙ tādem quidā sanctus episcopus eam cōsolādo ei loquutus est. Vade secura, quoniam impossibile est perire harū filiū lachrymarum. Pręterea cum sanctus Augustinus meritis & precibus suæ deuotissimæ matris, & prædicatione sancti Ambrosii ab eodē fuisset Ambrosio baptisatus, mox mirabiliter valde ac misericordiss. a deo preuentus est, vtpote copiosissime illustratus, validissime inflāmatus, diuinis consolationibus suauissime sepissimeque refectus, & tanto virtutum vigore repletus, ꝙ subito ex carnali totus spiritalis atque diuinus effectus est, in tantū ꝙ sibi facillimū fuit pristinis voluptatibus vanitatibusque carere. Mox ergo cūcta carnalia spreuit, et dei amore ꝑferuido vehementer dulciterque exarsit. Vñ & sctūs pať Ambro. eam admirandā ac subitaneā ī Augustino immutationē ac deificationē cōspiciēs admiratus est valde, atque hoc ipsum inť ꝑcipua spiritus scti opera cōputans dixit: Deus qui Augu. carnis mortificationē dedisti. Secūdo beatus Aug. extat laudabilis a sua religiosa ac purissima vita & pœnitentia vere condigna. Cum enī a Mediola-

Mediolano post suum baptismum redisset ad Africam, tempore procedēte instituit mona
A sterium clericorum, cum quibus cœpit cōmunem ducere vitam, & viuere iuxta modū quo sub sanctis apostolis primitiua vixit ecclesia. Vacauit ergo quotidie oratiōibus, ieiunijs, studio, editioni librorum, instructioniq; proximorum. In diuinis officijs mirabiliter afficiebat ad deum, & pre dulcedine spiritali, quam sensit in psalmis & hymnis, frequēter & vbertim resoluebatur in lachrymas. Cūq; fama ipsius quotidie cresceret sanctus Valerius hipponēsis episcopus coniunxit sibi eundem, & humiliter renitentem ordinauit presbyterum commisitq; ei prædicationis officium. Tūc beatissimus Augustinus cœpit hæreticos validissime confutare, catholicos roborare, & vniuersos feruenter instruere, ita q̄ copiosum fecit quotidie fructum. Tertio extat laudabilis ab excellentia sapientiæ sibi concessæ. Nam statim post suum baptismum in catholica veritate est mirabiliter confortatus, in contemplatione credendorum, & in intelligentia rationum eorum gratiosissime illuminatus, nec potuit saciari in contemplādo profundissimum consilium dei, super modo redemptionis humanæ. Insup intellectum diuinarum scripturarum clarissimū deus sibi infudit, dono quoq; sapientiæ eū repleuit, per quod deum subtilissime & affectuosissime cōtemplabatur quotidie. Quarto cōmendabilis est a suo magno saluberrimoq; labore, quem habuit libros dictando & scribendo, per quos vsq; in præsens vniuersam copiosissime illustrat ecclesiam, & hæreses extirpauit. Infinita enim conscripsit, & vbiq; in scriptis suis dulcis est ac deuotus. Quinto laudādus est a sua fructuosissima presidentia in episcopali officio, quod feruentissime adimpleuit. Nec
B solum plebem sibi commissam, sed vndiq; informauit fideles, atq; hæreticos vehementer cōfudit. In cibo, potu, somno, ac vestibus moderatissime habuit se, & discrete ac ordinate in omnibus. Sed & multos hereticos atq; a fide extraneos ad viam reduxit salutis. Sexto cōmendabilis est a sua consummatione felici. Nam vltima infirmitate laborans septem psalmos corā se scriptos habens ac legēs, vbertim ac iugiter lachrymas fudit, & vt deo quietius ac stabilius posset esse intētus, per decem dies ante exitum suum nullū ad se permisit intrare causa necessitatis excepta, & sic tādem in præsentia fratrum felicissime migrauit ad dominum, cū septuaginta sex esset annorum. Quem post mortem suam deus per multa valde honorauit miracula, quæ de ipso in passionali sanctorum leguntur. Tanti ergo doctoris imitemur exempla, sequamur doctrinam ac merita veneremur, subsidiumq; petamus, & ab amore recedamus carnali, deum feruide diligentes, & virtutum actibus iugiter insistentes, prauis consuetudinibus nostris fortiter reluctemur, atq; in lucta hac dei auxilium cum feruore & fiducia incessabiliter deprecemur. Non parcamus sanctis laboribus quatenus altissimo complacere possimus, ad laudem & gloriam eius.

AD RELIGIOSOS

Sermo II. De illuminatione & perfectione Aug. & quid per illum deus locutus & operatus sit ad ædificationem fidei, item de varijs modis proficiendi.

PVer eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam. Sapientiæ octauo. Sicut creator omnipotens ornauit cœlum syderibus, sic animam excellentissimi Aug. doctoris decorauit virtutibus, & vere mirificauit misericordiam suam in illo, quia cum pluribus annis fuisset
C carnalibus vitijs grauit' inuolutus, repente ac mirabilissime supnaturaliter ac gratiosiss. est puentus cōuersus tactus immutatus, illuminatus atq; accensus. Et postq̄ tot annis vacauit voluptatibus prauis, subito affectus vnctus impletus est voluptatibus puris ac optimis. O q̄ infinita fuit misericordia dei in illo. Deniq; iuxta mensuram excellentiæ eius in naturalibus donis, data est ei excellētia mira ac magna in donis gratuitis. Quāta etem̄ fuerat excellētia sua in subtilitate ingenij, in acumine intellectus, in tenacitate memorie, in corpis complexione ac dispositione, in bonitate ingenite indolis, in ipsius patet codicibus, & ipse in suis libris p̄sertim in volumine confessionum facta sua diligēter deuote vtiliterq; descripsit, q̄ & in passionali sctōꝝ partim & compendiose collecta sunt. Et q̄uis verba ipsius ibi conscripta sunt affectuosissima inflāmatiuaq; valde, tamen cum nota sint vobis non opus est multa ex eis nūc allegare, sed quod insperauerit dominus nunc de tanto doctore concedet tangere. Hoc ergo sciamus q̄ fidē catholicā deus per beatiss. Aug. plurimū exaltauit. Et prīo ipsum sacratissimum virum mirabiliter confirmauit in fide, atq; illuminauit in fidei v̄itate, & per eius verba ac scripta, p̄ eius opera ac prodigia vniuersam illuminauit ecclesiam. Quomodo ergo illuminauit & certificauit in fide? Vtiq; potissime fecit hoc deus, tam supnaturaliter ac superpijssime operādo in aīa eius, & tales actus pagendo in ea, q̄s ipse ingeniosiss. Aug. euidētissime ac experimētalit' sciuit nō posse esse ex seipo aut naturalibus viribus suis neq; ex naturalibus causis nec esse nec posse esse ab ītellectuali prīcipio malo, sed solū a deo, siue īmediate ab eo, siue per sanctū angelum. Experiebatur etem̄ electissimus Aug. actus illos quos sensit & expe-

& experiebatur in se tales cõsistere, quod ad eos ex naturalibus suis nequibat pertingere. Imo insuper experiebatur ac sentiebat quod actus illi subito & absq; suo conamine oriebantur in eo, sicq; oriebantur in eo, quod quasi magis habuit se in eis passiue quàm actiue, tamque copiosissime sensit preueniri & aliunde moueri, iuuari, impleri, quod experiebatur sibi facilimum subito factum esse, quod nõdum præuentus reputauit sibi aut impossibile aut difficilimum fore. Istud non soli August. concessum est, sed & alijs multis milib⁹ electorum ad tantam gratiam æternaliter præordinatorum. Eis tamen singularius ac eminentius istud videtur esse cõcessum per quos deus decreuit alios edocere & confirmare in fide per verba seu scripta siue miracula. Cum eqdem fides Christiana sit de difficilimis secretissimis ac supnaturalissimis rebus, per hos supernaturales internos ac secretissimos actus potissime comprobatur ac certificatur. Verum non omnibus, sed his quibus datur hæc experiri, & his qui pie credere volunt eorum testificationi, quibus & aliunde satis constat eis esse credẽdum. Porro fides proprie dicitur probari per miracula, quæ vt sufficientia sint fidei argumenta necesse est esse euidentia solique deo possibilia. Et ista sunt fidei argumenta generaliter coram quibuscunque etiam in foro contentionis, de quibus in Euangelio ait Saluator: Opera quæ dedit mihi pater vt faciam ea testimonium perhibẽt de me. Et rursus loqns Iudæis: Si mihi, inquit, nõ creditis operibus credite. Ac denuo: Si opera non fecissem in eis quæ nullus alius fecit peccatũ non haberent. Præfati vero actus interiores quamuis sint valde supernaturales atq; mirabiles, multoq; mirabiliores & eminentiores quam exteriora miracula, non tamen proprie miracula nuncupantur, cum non sint effectus euidentes, sed latentes solis experientibus elucescentes. De talibus actibus loquitur Augustinus: Cum te primum cognoui, reuerberasti infirmitatem aspectus mei radians in me vehementer, & contremui præ amore & horrore, & inueni me longe esse à te in dissimilitudinis regione, tanquam vocem tuam audirem in excelsis. Cibus sum grandium cresce & manducabis me, nec tu mutabis me in te sicut cibũ carnis tue, sed tu mutaberis in me. Hinc iterum ait: Sero te amaui pulchritudo tam antiqua & tam noua sero te amaui. Vocasti & clamasti & rupisti tarditatem meã. Coruscasti & splenduisti & fugasti cæcitatem meam. Flagrasti & duxisti spiritum meum & anhelo tibi. Gustaui & esurio ac sitio te. Tetigisti me & exarsi in pacem tuam. Age domine & fac, excita & reuoca nos, accende ac rape flagra & dulcesce. Denique de his rursus testatur: Sagittaueras tu cor meum charitate tua, & gustabam verba tua transfixa in visceribus meis & exempla seruorum tuorum. Nec saciabar in illis diebus dulcedine mirabili considerare altitudinem consilij tui super saluatione generis humani. Quantum fleui o domine in hymnis & canticis tuis suaue sonantis ecclesiæ, acriter commotus vocibus eius. Voces illæ influebant auribus meis, & eliquabãtur lachrymæ & bene mihi erat cum eis, & clamabam ab alto cordis mei clamore. O in pace, o in idipsum o qui dixit, dormiam & requiescam. Tu es enim id ipsum qui non mutaris atque in te requies laborum omnium obliuiscens, legebam totum psalmum illum & ardebam Iesu Christe adiutor meus, quàm suaue mihi subito factum est carere suauitatibus nugarum mearum. Et quæ amittere metuebam iam dimittere gaudiũ est. Sciebas illa a me tu vera & summa suauitas & intrabas cor meum pro eis, omni voluptate dulcior, omni luce clarior, omni secreto secretior, omni honore sublimior. Præterea ad prætactos actus interiores supernaturales secretos fidei certificatiuos, quidam paulatim proficiendo tandem post longa virtutum exercitia purificationemque cordis pertingunt. Quidam vero statim in sua conuersione aut etiã in pueritia sua adhuc in sæculo conuersantes, quemadmodum sanctus Dauid cum adhuc pasceret oues in agro, frequenter sensit huiusmodi actus & anagogicos motus, & præsertim quando in tribulationibus erat, a facie Saul. Paulus autem apostolus mox in suæ conuersionis exordio, cum esset tribus diebus non videns nec manducans nec bibens, vsque ad cœlum creditur tertium raptus. Itaq; qui tam gratiose præueniuntur gratias agant deo custoditique sint & indesinenter proficiant, neq; inaniter glorientur, ne periculosius corruant, nec proprijs illud attribuãt meritis sed ex hoc deo humilius obsequantur. Qui vero non præueniuntur hoc modo paulatim conentur, & per humilitatem plenariam, per pacientiam fixam, per mortificationem viuificam, per priuati amoris eradicationem completam, per quotidianum profectum ad tantam deitatis visitationem & gratiam perduci nitantur. Veruntamẽ multi inueniuntur deuoti, qui etsi quærant hoc gratiæ culmen, nequaquam tamen pertingunt ad idipsum in vita præsenti, nec tamen deijciantur aut pusillanimes fiant, quia fortassis sic expedit eis, & post vitam hanc tãto plenius consequuntur, quando hic fidelius quesierunt. Nec proprijs experientijs quis nimium innitatur ad credendum, sed authoritati diuinæ. Imo nec aliquis nimia assertione affirmet sibi huiusmodi motus & actus infundi a deo, & ex hoc ĩ charitate se esse, ne periclitetur præsu-

Marginalia: Iohan. 10 (beside "etiam in foro contentionis"); Eodem (beside "ter vt faciam"); Iohan. 15 (beside "ditis operibus credite"); August. (beside "cescentes"); Psalm. 4, Malach. 3 (beside "auribus meis" / "dis mei clamore"); Actuũ. 9 (beside "ul. Paulus autem"); D, E, F (right margin section letters).

A præsumens certitudinaliter dignum se esse amore, quia nõ omnibus quibus hæc dantur cõfertur & certitudo, q͂ sint a deo & charitati annexa. Nam & sensibilis quædam deuotio cũ suauitatibus suis aliquando ingeritur non a deo, nec charitati est semper coniuncta. Amor quoq; naturalis & sapientia acquisita in multis tantã habet conformitatem in actibus suis cum amore infuso & sapientiæ dono, vt sine reuelatione discerni non valeat. Nihilominus viris deuotis & exercitatis præstatur certitudo cõsolatoria satis ac multum probabilis, quãuis non penitus certa, vt semper sint timorati, custoditi ac humiles.

Sermo III. In quibus. S. Augustinum imitari debeat anhelans ad perfectionem

INuocaui & venit in me spiritus sapientiæ. Sapientiæ septimo. Quamuis cunctis virtutibus septemque donis spiritus sancti fuerit beatissimus doctor ecclesiæ Augustinus repletus. Specialissime tamen summa virtute & summo dono, hoc est, charitate & sapientia fuit ornatus, abundans, refertus. Ideo fuit contemplator altissimus, quia & sapientia expedit ac dirigit charitatem ad vnionem introgressionem atq; amplexum. Charitas quoque mouet & excitat sapientiam ad eleuationem ac intuitionem. Cum ergo actus sapientiæ & charitatis inseparabiliter sint connexi & se inuicem iuuent ac in ipsis nostra cõsistat perfectio, studeamus ad hunc spiritualis ædificij verticem cum sancto ascẽdere Augustino per eosdem gradus per quos ipse illuc ascendit. Si eñ nemo perfectus fit subito, oportet gradatim aut paulatim ascendere. Primo igitur sequamur Augustinum quantum ad eius conuersionem, quæ fuit plena & valde mirabilis, propter quod dixit Ambrosius: Magnificentiam tuam Ambros.
B domine in mortificatione Augustini adoramus, tua in omnibus operante virtute, vt nullis blandimentorum fallacium promissis uir spiritu tuo ignitus vinceretur, quia ita eum om̃i genere pietatis imbueras, vt ipse tibi ara & sacrificiũ & sacerdos esset & tẽplũ. Vñ sanctus vir iste, qui ante suam conuersionem erat carnalibus voluptatibus multum victus ac subditus, poeticis nugis eloquentie curiositate varijsq; iactationibus mẽtis occupatus ac pressus, mox vt ad Christum conuersus est, omnia illa nõ solum abiecit ac dereliquit. Sed etiam cordialiter fastidiuit, & facta sunt ei molesta tam fortiter deo inhæsit, & spiritalibus exercitijs se inuoluit, gustans quàm dulcis sit deus, atq; quàm dulce sit ei syncera & tranquilla conscientia adhærere. Hoc ergo tanti patris exemplo & nos qui iam religionem sumus ingressi, & vitam virtuosam ac regularem professi, post tam sublime genus conuersionis, omnem pristinam debemus abhorrere ac fugere carnalitatem, vanitatem & curiositatem. Nec rursus philosophiæ aut secularis scientiæ studijs immorari, sed compunctioni orationibus meditationibusque salubribus insudare, ea quoque volumina libentius legere frequentiusque studere, ex quorum informatione ad cordis emũdationem, compunctionis assiduitatem, deuotionis feruorem, & omnem spiritalem magis excrescere valemus profectum, & impleamus quod in Ecclesiastico continetur. In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter, sed quæ p̃cepit tibi deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus dei, ne fueris curiosus. Non est eñ tibi necessarium ea quæ abscondita sunt videre oculis tuis. Aptiora spiritali profectui & viciniora perfectioni queramus. Impeditiua vero ab his & quæ distractiua sunt mentis quantum possumus fugiamus. Nec his quæ nostro vsui concedũtur implicemus affectum, ita vt
C absq; turbatiõe patiamur ea nobis auferri, quemadmodũ de magno hoc patre Augustino conscriptum est: Nouarum fabricarum nunquam habuit studium deuitãs in eis implicationem sui animi, quem semp liberum esse volebat ab huiusmodi molestia exteriori, vt libere posset vocare continue miditationi atque assidue lectioni. His quoq; quæ habuit p amorem intentus non fuit. Hinc demum ad ciuitates episcopo carentes refugiebat accedere, ne in episcopum assumptus a spiritalibus suis exercitijs impediretur. Definat igitur vnusquisq; a curiositatibus nouitatibus ac superfluitatibus quarumlibet rerum in cella sua. Secundo sectemur sanctissimum Augustinum quãtum ad exercitia eius exteriora ac spiritualia, in qbus post suam conuersionem se protinus exorsus est occupare. Mox nãq; post eam ad sua & ad agros suos reuersus ieiunijs & orationibus cœpit vacare, lectioni & conscriptioni librorum insistere corpus domare ab omni passionum immoderantia impetu & inquietudine abstinere. Nam mensa frugali ac parca iugiter a vtgebatur. Oleribus ac luminibus contentus cõmuniter. Carnes vero propter infirmos & hospites habuit sæpe. Interea claustrum instituit clericorum, cum quibus viuere cœpit in vita communi, secundum regulam sub sanctis apostolis constitutam. In quanta autem mansuetudine humilitate pace pacientia concordia sobrietate paupertate dilectione spiritaliq; studio atq; mundicia mentis ac corporis vixerunt ibidẽ patet ex sermonib⁹ Aug. ad fratres illos de eremo. Itaq; si in his sanctũ virũ secuti fuerimus, cito cum eo ad pfectionis montẽ erimus ꝓpinquãtes. Oportet oĩno fundamẽtaliterq;

requiri

requiritur vt religiosus volens proficere satagat primũ carnem suam cum vitijs & concupiscẽtijs crucifigere, & cibũ ac potũ accipiat moderate ac timorate, tanq̃ quotidianæ ruinæ corporis sui remedium, non tanq̃ delectationis obiectũ aut resolutionis mẽtalis materiam. Et quis ad hoc diligentiam grãdem adhibeamus quotidie, adhuc tñ culpam in toto nõ euademus, vel inordinate delectatiõis, aut sup̃fluitatis aut nimie immgrationis, aut aliarũ circũstantiarũ actuũ virtuosorũ. Quanto magis qui intimorate & incustodite se habet in cibo ac potu quotidie, multũ ac multiplicit̃ in eis peccabit ac corruet omni die, propter q̃d loquitur Aug. Crapula nonnunq̃ subrepsit o dñe seruo tuo, misereberis vt longe de cætero fiat a me. Et quis est dñe qui non rapiatur aliquãtulũ extra metas necessitatis. Quisq; ille est magnus profecto est magnificet nomen tuũ. Ego aũt non sum, qa homo p̃ctõr sum, Verũtamẽ cum pure naturalia non sint p̃ctã, & ex vnione pontentie cũ obiecto cõuenienti oriat̃ delectatio. Idcirco si ex p̃ceptione cibi aut ac potus oriatur ac sentiatur delectatio naturalis, non est in se culpabile, nec impedit cõmestionẽ ac potationẽ esse virtuosam seu tẽperantie sobrietatisq; actum, dummodo referatur delectatio illa ad finẽ spiritalẽ ac debitũ, puta ad dei honorẽ & congruã corpis confortationẽ vt ad dei obsequia extet idoneũ. Specialiter q̃q; cauendus est sup̃fluus potus, & ne nimis tarde bibatur. Ne etiã consuetudo bibẽdi extraordinarie admittatur. Imo sup̃fluo potui sicut & sup̃fluo somno oportet p̃ assuefactionem ad cõtrariũ repugnare. Preterea oportet nos oẽm iræ impetum impatientie turbinem, inq̃etudinem scandalosam, discordiam & animi vehemẽtiã prorsus vitare, charitatiue, humiliter, pie & concordit̃ in simul conuersari. Ira eñ non habet misericordiã, nec erũpens furor. Imo spũm ad irascendum facilem qs poterit sustinere. Certe ira viri iusticiã dei non op̃atur, sed irascens propria iracundia excecat̃ & infatuatur, ita q̃ contra iusticiã dei agere, socialẽ vitam confundere, cõcordiam dissipare & alios scandalizare monstratur. Tertio Aug. sequamur quantũ ad exercitia eius interiora. Meditationibus nãq; scripturarũ, cõsideratiõbus diuinorũ, deuotioni interne totus erat intẽtus in tñ vt fateat̃. Cũ acciderit mihi vt magis me moueat cãtus q̃ res q̃ cãtatur. i. sensus designatus p̃ verba, specialiter me peccare confiteor, & tunc mall non audiere cantantẽ. Conemur ergo & nos deo ac sensui magis q̃ cantui esse intenti. Discussioni proprie cõscientie & expurgationi ipsius insistamus assidue, & mirabilia legis diuinę nõimmoderanter sed humilit̃ p̃scrutemur ac speculemur. Sanctus q̃q; Aug. visceribus charitatis ac pietatis totus exuberauit, atq; mirabili in cũctis viguit discretioni. Eius igit̃ imitatiõe spiritalit̃ amorosi benigni discreti simus in oĩbus. Sicq; in istis p̃seuerãdo ac proficiendo q̃tidie p̃tingemus cũ ipso ad verticem p̃fectionis, ad plenitudinẽ charitatis, ad tñ sapiẽtiæ gradũ, vt ea q̃ dei sunt profundissime cõtẽplemur, & deus incerta atq; occulta sapientiæ suæ nobis reuelet. Tunc erimus iugiter introuersi, mente erecti, in deo simplificati ac prompti ad considerãdũ ac sobrie admirandũ profunditatem decreti infiniti sapientiæ dei, sup̃ modo saluationis gñris humani, p̃ vnius adorandæ personæ incarnationẽ ac passionẽ. Et qualiter p̃sona illa incarnata propt̃ varias pregnantissimas rationes instituit eucharistiæ sacramẽtum. Tũc etiã erimus eminent̃ dispositi ad contẽplandũ supgloriosiss. trinitatis felicitatem maiestatem & gl'am, emanationẽ & cõmunicationẽ eius adintra æternã, mutuãq; ipsius intuitionem clarissimã dilectionem feruẽtissimam & immensem, cõplacentiãq; dulcissimam, & fruitionem superpurissimam, sed & coeternam ac superbeatissimam consistentiam eius, quæ omnia cum summa reuerentia omniq; humilitate, charitatiua congratulatione, puritate interna ac stabili mente sunt contemplanda, ad laudem &cæ.

Iacobi. i

IN FESTO DECOLLATIONIS S. IOHAN. BAPT.

Matth. 14
Lucæ. 3.

Enarrationem epistolæ require in comuni sanctorũ vnius martyris.

¶ Enarratio Euangeiij: Misit Herodes ac tenuit Iohannem. Marci 6.

IN euangelio hoc quod post Matthæum Marcus scripsit beati præcursoris Iohannis decollatio merito lamentabilis describitur: Dicit igitur [Misit Herodes ac tenuit Iohannẽ] Herodes iste Antipas filius fuit Herodis ascalonite cuius tempore natus est Christus, qui & infantes occidit. Tetracha hoc est princeps quartę partis regni Iudee. Nã patre eius mortuo diuisum est regnum Indee in quatuor partes, quarũ duæ date sunt Archelao filio p̃dicti Herodis. Tertia pars Philippo. Quarta huic Herodi data est ab Imperatore Romano. Hic misit seruos suos & tenuit, hoc est, cõpræhendit ac cœpit Iohannẽ [& vinxit eum in carcere, p̃pter Herodiadem vxorẽ Philippi fratris sui quia duxerat eã]. i. ad instantã Herodiadis coniugis Philippi qui fuit frater Herodis. Huius eñ legittimam coniugem noĩe Herodiadem abstulit iste Herodes & secũ in adulterio sedit. Vel propter Herodiadem hoc est, propter amorẽ carnalem quam habuit ad eã, quam tanto carnalitatis amore amauit q̃d increpationẽ de hoc ferre non potuit. Vel propter Herodiadem. i. vt Iohanne occiso cũ illa quietius atq; securius delecta

A delectaretur.[Dicebat enim Ioannes Herodi:Non licet tibi]qui legem Mosi recepisti[habere vxorem fratris tui]in coniugem, quia hoc prohibet lex ne quis vxorem fratris illo viuente accipiat[Herodias autem insidiabatur ei]id est,Ioanni [& volebat occidere eum nec poterat]Impotentiæ causam dicit Matthæus. Herodes volens occidere Iohānem timebat populum,quia sicut prophetam eum habebant.i.communis populus ꝓphetam illum esse reputauit.Verum non solum illa causa fuit sed hæc etiam q̃ Marcus hic dicit[Herodes enim metuebat Ioãnem sciens eum virum iustum & sanctum,& custodiebat eum.Et audito eo multa faciebat & libēter eum audiebat]Hinc iam patet qa mulier ista nepharia Herodias (quę insidiabatur Ioanni volens eum occidere)primo conceperat odium contra Ioannem cõcupiscentiæ suæ inimicum.Videns enim quod Herodes Ioannem libenter audiuit, eoq; audito multa operabatur cœpit timere ne propter prædicationem Ioannis Herodes eam abijceret & primo redderet viro.Quod ergo apud Matth.dicitur,quod Herodes quærebat Ioannem occidere intelligēdum est processisse ex Herodiadis suggestione. Effœminatus quippe Herodes intantum victus est luxuriose mulieris concupiscentia & amore,quod contra legē & contra rationis iudicium acquieuit mulieri,& insidiabatur ipse quoq; Ioanni, quē antea libēter audiuerat atq; timuerat.Ideo sequitur[Et cum dies opportunus]isidiarum eius [accidisset Herodi natalis sui].i.anniuersarius dies natiuitatis suę [cœnam fecit principibus & tribunis & primis Galilæę.Cumq; ĩtroisset filia ipsius Herodiadis]ex alio viro[& saltasset] Mat.14 Mat.14.

B .i.chorisando tripudiasset in medio aule seu alterius loci in medio eorum qui aderãt [& placuisset Herodi simulq; recũbentibus]saltans filia meretricis & saltatio eius[rex Herodes ait puellæ] saltanti [Pete a me quod vis & dabo tibi.Et iurauit illi] ex hac vana complacentia [quia quicquid petieris dabo tibi licet dimidium regni mei]. Quæ cum exisset,consultura matrē[dixit matri suæ. Quid petam?At illa]Herodias mater puellæ [dixit caput Ioãnis baptistæ. Cumq; introisset] puella [statim cum festinatione ad regem petijt dicens] Herodi [Volo vt protinus des mihi in disco]id est,in hoc loco [caput Ioannis Baptistæ] quod fieri non potuit nisi decapitaretur [Et cõtristatus est rex] Herodes quod tam inconsulte iurasset ac promisisset,& quod illa tam crudeliter postulasset. Quidam dicunt quod Romani abstulerunt a Iudæis nomen regium. Et tamen hoc loco Herodes dñs Iudæoꝝ dicitur rex [Propter iusiurandum]quo iurauerat puelle[& propter simul recumbentes] ne in tantoꝝ virorum præsentia videretur periurus & mendax.Vel ne ipsi turbarentur qui fortasse consenserunt Herodiadi in mortem Ioannis[noluit eam contristare]Secundum Hieronym.& alios plures Horodes cũ Herodiade ordinauit quomodo posset Ioannem occidere, & inuento cõcordi consilio,fecit conuiuium in quo filia Herodiadis tripudiaret,qua saltante finxit se rex vltra modum delectatum in saltatione illius, moxq; iurãdo promisit dare illi quod peteret. Qua caput Ioannis petente,simulauit se rex contristari,vt populus haberet eum excusatum de morte Ioannis,cum tamen corde gauderet.Et hoc alij ꝓbant:Primo vt scribitur in Mat- Hierony. Mat.14.

C thæo quia Herodes ante saltationem,accubitum ac postulationem puellæ, voluit Ioannem occidere.Secundo,quoniam nisi optasset mortem Ioannis,non occidisset eum propter iuramentum,quia sub promissione huiusmodi non intelligitur aliquid illicitum cadere.Tertio, quia non est probabile quod propter saltationem promitteret puellæ tantum donum. Verum Augustinus sentire videtur quod Herodes vere metuebat & libenter audiebat Ioannem,& ex animo tristis effectus est postulatione illa audita,quod verbis euangelicis magis consonare videtur.Quod igitur dicitur Herodes voluisse occidere Ioannem, intelligi potest de voluntario permixto inuolũtario,quomodo Pilatus voluit crucifigere Christum, quem vtique voluntarie crucifixit aliter non peccasset, sed erat voluntarium illud inuoluntario mixtum.Denique,sicut iuxta Salomonem. Vult & non vult piger, si talis vult & non vult, hoc quoque quod vult efficit cum mœrore:quemadmodum negociator cum tristicia projicit merces in mare. Habuit ergo displicentiam contra Ioannem, propter increpationem ipsius, & inclinationem ad occidendum eum propter Herodiadis preces. Sed non tantum, quod absolute decreuit vel optauit eum occidere, secundum Augustinum. Ideo contristatus est,audita petitione petulantis puellæ. Ad secundum dici potest, quod reges principes & superbi volunt promissa & iuramenta sua implere quamuis illicita, ne ab hominibus iudicentur periuri aut mendaces. Et quod opponitur : Si puella petisset caput patris & matris,Herodes non consensisset, ergo quod iurauit puellæ dare quicquid peteret, insidiando fecit.Hoc solueretur dicendo quod intentio Herodis non erat absolute promittere,sed dummodo non esset pœnitus irrationabile & absurdum.Ideo enim dixit:Licet dimidium regni mei,quasi diceret:Si aliquid maius petieris non præstarem.Ad tertium diceretur, quod reges cum vino calefacti sunt,faciliter inclinantur ad promittendum,vt patet de Assuero quo August. Prou. 13

modo promiserat Hester. Quamuis autem caput Ioannis dare saltanti, fuit maxime irratio D
Hester. 7 nabile, tamen Herodes non reputauit hoc tam irrationabile vt alia multa [sed misso confe stim spiculatore, præcepit afferri caput eius in disco. Et decollauit eum] per manum spicula toris [in carcere. Et attulit] spiculator [caput eius in disco] Herodi & Herodes [dedit illud puellæ] nequissimę saltatrici [& puella dedit matri suæ] Herodiadi, vt viso capite increpato ris sui, gloriaretur de condigna vindicta. O qualia sunt iudicia dei, & quomodo permittit deus iustus & sanctos electus suos in præsenti sæculo tribulari, a reprobis opprimi, multis iniurijs affici. Scit enim quam salubre & meritorium hoc eis existat. Ecce sanctissimum vi
Mat. 11. rum, consanguineum Christi, præconem, præcursorem, baptistam saluatoris, quo inter na tos mulierum maior non fuit, permisit ad suggestionem adulteræ incarcerari, ad instantiã petulantis ac vilis puellæ occidi. Nemo ergo seruorum Christi murmuret, contristetur, aut pusillanimis fiat dum aduersitatibus atq; iniurijs fatigatur. Multe enim tribulationes iu
Psal. 33 storum: Et tanquam aurum in fornace, probauit deus electos. [Quo audito discipuli eius]
Sap. 3. Iohannis [venerunt & tulerunt corpus eius] de carcere, vel de loco carceri propinquo [& po suerunt illud in monumento] in vrbe Sebaste vt dicitur, quę olim vocabatur Samaria. Nec dubium quin fecerint planctum magnum super tam dilectum & sanctum magistum.

¶ Sermo in festo decollationis beatissimi & gloriosissimi Ioannis Baptistæ. E

QVARE non respicis domine contemptores & taces conculcante impio iustiorem se? Abacuck primo: Sanctus propheta Abacuck considerans qualiter in hoc mundo electi & sancti a reprobis ac impijs opprimuntur & occiduntur, quasi admirans quod deus iustus hoc patitur & tam diu dissimulat loquutus est verba prætacta ad eum dicens. Quare o domine non respicis contemptores, id est, cur transgressores legis diuinæ non statim castigas, ostendendo per hoc quod eorum facinora scias ac detesteris, sed taces non exercendo vindictam, dum impius iustum conculcat. Veruntamen hanc quæstionem ac querimoniam mouet propheta in persona imperfectorum, qui diuinorum profunditatem ac subtilitatem iudiciorum necdum præualent contemplari, sed prædictum effectum considerant absolute secundum seipsum, sic enim omnino irrationabile & peruersum videtur sanctos opprimi ab iniquis. Si vero consideremus ob quàm rationabiles causas hoc fieri deus permittat, glorificamus iudicium eius. Hoc etenim deus permittit ob maximum incrementum meriti ac præmij electorum suorum, quibus vtilissimum saluberrimumque consistit vt per temporalia momentaneaque vitæ præsentis supplicia & aduersa, æternæ beatitudinis copiosissimum sortiantur augmentum, martyrij quoque aureolam, & multiplicem ac abundantissimum fructum. Hinc ad Corinthios ait Apostolus: Id quod in præsenti est mo- F mentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Denique ista ad propositum applicando. Si consideremus beatissimi Ioannis excellentissimam sanctitatem, exuberantissimam gratiam, præclarissimas prærogatiuas, atque Herodis & Herodiadis viciosissimam vitam, qui in adulterio tam incestuoso fœtebant ac inquinabantur, quis non vehementer miretur, quod virum illum tam singularissime sanctitatis ac gratiæ deus a tam sceleratissimo adultero permisit occidi. Si vero cõsideremus quantum meriti quantum beatitudinis & gloriæ beatissimo Ioanni ex temporali sua incarceratione & momentanea decollatione accreuerit. Quantum vero demeriti quã tum æternæ dãnationis infernalisque pœnæ facinerosissimo Herodi adultero incestuoso & eius adulterę ex persecutione & occisione quas iniustissime intulerunt sanctissimo præcursori, videmus quam amorose & gratiosissime egit deus cum amico suo diuino & magno Ioanne, quem per tam breuia supplicia ad tam copiosam sempiternamque promouit fœlicitatem. Et item quam terribiliter ac districte egit cum præfatis Herode & Herodiade, quos ad tam impijssimum facinus cadere, atq; ad tantam suæ damnationis æternæ accumulationem in tam breui hora permisit corruere. Sed iam historiam festi præsentis pensemus. Itaque sicut beatus euãgelista Marcus describit, Herodes Antipas filius Herodis qui occidit infantes incarcerauit sacrosanctum Christi baptistam Ioannem, quia Ioannes acriter repræhendit Herodẽ de hoc ꝙ cõtra legem Mosi habuit secũ vxorem fratris sui nõdum defuncti,

A quam dolo abstulit ei, quæ fœmina Herodias vocabatur. Et formidabat quod Herodes dimitteret se, propter prædicationem & repræhensionem sancti Ioannis, quia Herodes metuebat Ioannem, sciens eum esse virum iustum & sanctum, propter quod eo audito multa agebat, & audiuit eum libenter, vt euangelista fatetur. Hinc Herodias insidiabatur Ioanni, excogitando qualiter posset Herodem inducere ad occidendum beatum Ioannem. Cumque Herodes in die anniuersario natiuitatis suæ fecisset principibus suis grande conuiuium, filia Herodiadis saltauit, id est, curialiter chorizauit. Quod cum placuisset Herodi ac conuiuãtibus promisit ei cum iuramento ꝙ daret ei quicquid postularet ab ipso. Quę informata a matre sua viciosissima fœdissimaque adultera dixit Herodi. Da mihi caput Ioannis baptistæ in disco: Qua petitione audita tristabatur Herodes, siue veraciter propter innocentiam sancti Ioannis & enormitatem tanti facinoris, siue simulatorie ne videretur tam iniustus atq; crudelis. Nihilominus quia iurauit ne contristaret puellam vipeream, misit confestim spiculatorem, qui decollauit in carcere electissimum dei Ioannem, caputque eius portauit scelerate iuuencule, quæ tulit illud matri suæ turpissime. Quo audito venerunt sancti Ioannis discipuli, corpusque eius sepelierunt inter corpora sanctorum prophetarum Helisæi atque Abdiæ. Posset hic quæri an Herodes excusetur à crimine, quia ne infringeret iuramentum suum ac promissum occidit Ioannem. Respondendum quod nullatenus excusatur, quoniam iuramẽtum ac votum licitum habent tres comites, scilicet veritatem, iusticiam & iudicium, id est, discretionem, sine quibus nec licite emittuntur, nec sine peccato implentur. Quicquid ergo cõ-

B tra veritatem aut æquitatem seu discretionem promittitur aut iuratur nequaquam est obseruandum. Et qui taliter iurat siue promittit, non fit periurus aut promissi transgressor nõ implendo quod iurauit seu vouit, sed eo ipso quo taliter iurat seu ꝓmittit periurus fit aut ꝓmissionis transgressor, quia tenetur non adimplere, prout hoc sanctus Thomas in secunda secunde diffusius docet. Vnde si quis iuret se alteri nociturum aut religionem non ingressurum non tenetur implere, nec debet nocere. Hinc vt legitur primo Regum: Cum Dauid ira commotus iurasset se occisurum virum peruersum nomine Nabal, à quo magnam passus fuit iniuriam, audita humili excusatione & supplicatione vxoris Nabal mutauit propositum. Imo & gratias egit deo, ꝙ præseruauit se ab adimpletione temerarii iuramenti. Propterea ait Isidorus: In malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum, quod incaute vouisti non facias, impia est promissio, quæ scelere adimpletur. Insuper nõ solum peccat enormiter qui periurat aut falsum iurat, sed etiam qui aliquem ad hoc inducit scienter. Isidorus Quoniam homo plus tenetur deum & animam proximi sui diligere quam terrena. Iccirco ne deus tam grauiter offendatur, & ne proximus in culpam periuratiõis seu false iurationis labatur debet homo potius dãna omnia pati, quam aliquem ad illicitam iurationem scienter inducere. Et de hoc refert Augustinus exemplum quod in ciuitate sua Hippona cõtigit tempore suo. Fuit enim ibi vir simplex & bonus, qui quendam induxit ad iurandum quia negauit sibi rem suam. Ille ergo false iurauit, & vir ille bonus per hoc perdidit, quod sibi ille August.

C debebat. Nocte sequenti vir ille simplex ad iudicium raptus est Christi, & ĩterrogatus. Cur prouocasti hominem ad iurandum, quem falsum noueras iuraturum? Respondit: Quia negauit mihi rem meam. Cui Iudex: Nonne melius tibi fuisset rem tuam amittere, quam illius animam falsa iuratione occidere? Tunc iudice præcipiente prostratus atque tam grauiter cæsus est, vt in dorso euigilantis plagarum apparerent vestigia. Deinde dictum est ei. Parcitur innocentiæ tuæ. Caue ne amplius tale quid agas. Postremo nõ solum periuria sed & inania iuramenta vitare tenemur, præsertim cum vnum decem præceptorum sit non vane iurare, id est, sine necessitate aut vera vtilitate. Et etiam quoniam qui faciliter iurant, faciliter periurium incidunt. Hinc ait Saluator: Ego dico vobis nõ iurare omnino, neq; per cœlum, neque per terram, neque per caput tuum iuraueris. Sit autem sermo vester, est est, non non. Quod his abundantius est a malo est. Hoc ipsum Apostolus Iacobus in sua ait Canonica: Ante omnia nolite iurare. Constat ergo quam viciosa atq; damnabilis sit consuetudo multorum faciliter valde iurantium. Imo quidam vix proferunt aliquid nisi cum iuramento, quod ad magnam diuini nominis irreuerentiam pertinet, scilicet, tam inconsiderate vane & immoderate nomen dei aut sanctorum assumere, & pro teste adducere. Aliqui quoque iurant per membra Christi, quod prorsus damnabile est. Imo cum vane iurare sit directe contra diuinum præceptum, & per consequens ex suo genere peccatum mortale, facile est pensare quam mortale & viciosum sit habere consuetudinem vane iurandi, cum & consuetudo venialium sit frequenter mortale peccatum. Pugnet igitur vnusq[uis]q; contra cõsuetudinem suam malã, & vt verbis vtar August. malã malam & valde malam. Et in huiusmodi pugna laudabili deum inuocet adiutorem, vt virtutem non iurandi præstare sibi di- Exo. 20. August.

gnetur. Imo sanctissimum patrem nostrum gloriosissimum inuocemus Ioannem baptistã vt hanc gratiam, vitam deo placentem, pacientiam sanctam stabilem & inuictam ac finem beatum impetret nobis, vt impleamus illud Ecclesiastici: Iurationi non assuescat cor tuum. Multi enim casus in ea: Quoniam vir multum iurans replebitur iniquitate, & non deficiet de domo illius plaga. A quo malo meritis & precibus sanctissimi præcursoris nos tueatur deus omnipotens super omnia benedictus.

AD RELIGIOSOS.

¶Sermo secundus: Quod electis omnia cooperentur in bonum, item de mundi contemptu, de diuersis bonis, & de patientia in tribulationibus habenda.

Male tractauerũt eum, qui ex vtero matris cõsecratus est propheta. Eccl. 49. Vere mirabilis deus in sanctis suis, & iudicia dei abyssus multa. Imo terribilis deus ĩ cõsiliis suis super filios hominum, qui ita permittit reprobos ac sceleratissimos in vita hac prosperari regnare ac ꝑualere. Electos ꝟo atq; iustissimos viros ꝑmittit in sæculo isto sic opprimi & affligi, sic despici & occidi. Quid eñ sceleratius esse potuit ĩcestuosis illis adulteris Herode & Herodiade. Quid autem sacratius sanctificato in vtero innocentissimo ac diuinissimo Ioanne baptista. Et tamen hunc talem ac tantum permisit altissimus ab illis impiissimis sic tractari sic capi incarcerari ac decollari. Verum vt ait Apostolus: Omnia cooperantur electis in bonum. Reprobi vero secundum suas duritias & impœnitentia corda sua thesaurizãt sibi iram in die iusti iudicii dei. Denique nouit deus qui sunt eius. Nouit quid electis suis expediat. Nouit quam saluberrimum eis sit in vita hac momentanea tribulari, iniuriari, humiliari, & pro veritate occidi, vt æternaliter coronentur & tanto sublimius exaltentur sine fine in cœlis, quanto magis humiliati deiecti afflicti fuerunt ad horam in terris. Ecce Hieremias propheta sanctissimus, qui solus in veteri testamento legitur euidenter in vtero sanctificatus, quanta sustinuit in hac vita quantas irrisiones subsannationes & odia, detractiones percussiones & maledicta incarcerationes immersiones, famem sitim & vincula, & tandem vt fertur est lapidatus. Ex his multipliciter ac saluberrime edocemur. Primo ne mundum & ea quæ mundi sunt appetamus, ne temporalem prosperitatem appreciemur, sed potius ad nihilum deducatur in conspectu nostro malignus, hoc est iniquos secundum q̃ tales sunt vilipendamus. Totus etenim mundus in maligno positus est. Ideo sancti p̃res fugerunt a mundo, tanquam ab infernalis incendii loco, tanquam a periculosissimo ac turbulentissimo mari, tanquam a campo laqueis latronibusque repleto. Regnum mundi & omnem ipsius spreuerunt ornatum tanquam interioris decoris obstaculum. Diuitias temporales & carnales delicias atq; humanos honores velut retinacula mortis, & sicut viscum inferni ac venena diaboli, quibus alliciuntur decipiuntur ac pereunt multi & innumerabiles, omnino fugerunt. Ea quoque quæ illis contrariantur videlicet paupertatem afflictionem deiectionem toto sunt amplexati affectu tanquam media ad virtutes, & velut spiritalium profectuum instrumenta, & sicut perfectionis præambula, totiusq; sanctitatis & custodiæ interioris subsidia. Huius saluberrime fuge primum ac plæciarissimum in noui testamenti exordio exemplum præstitit nobis sacratissimus Ioannes baptista, qui nec parentum sanctitate securus, nec suipsius in vtero ac circunscisione sanctificatione contentus, cum adhuc esset puerulus eremum est ingressus, facto demonstrans quam difficile sit saluari ac vicia superare virtutibusq; insigi in mundo, & quantum prosit ad hæc omnia solitudo. Præterea non solum debemus mundum & ea quæ mundi sunt non appetere, verum etiam totis præcordiis abhorrere, tanq̃ impedimenta ꝟtutũ ac gratiæ & salutis æternæ. Et quanto illa cordialius detestamur, tanto vere sapientiores ac spiritualiores esse probamur. Ecce quantum nocuit filiis Israel societas cõmunio siue admixtio Chananæorum, quod deus pręnoscens prohibuit filiis Israel habere amicitiam commixtiones & sodalitates cum illis, ad præfigurandum q̃ religiosis qui per filios Israel designantur non expedit imo permaxime nocet mundanis hominibus qui per Chananeos signati sunt admisceri, aut frequenter confabulari, societate & familiaritate coniungi. Religiosus ergo sit mortuus mundo, totusq; viuat intendat coniunctus & immersus sit deo. Et quanto cum eo gratiosius ac misericordius egit deus, tanto & ipse cordialius compatiatur mundanis hominibus, & omnibus iniquitate ac vanitate deiectis, incessabiliter ac ardentissime intercedens pro eis, nec tamen sit quempiam temerarie iudicans, neq; sibiipsi inaniter complacens aut se insipienter extollens. Secundo ex prætactis instruimur quemadmodum mũdus iste infelix sit reproborum impiorumq; paradisus, electorum vero ac virtuosorum carcer atque exilium. Habet equidem summus paterfamilias deus omnipotẽs bona duplicia vtpote corporalia ac spiritualia, exteriora & interiora, temporalia & æterna, terrestria atque cœlestia. Quemadmodum itaque paterfamilias secularis dat

Marginal notes: Mar. 6 (beside "gi, sic despici"); Rom. 2, 2. Tim. 2 (beside "in bonum"); Psal. 14 (beside "les sunt vilipendamus").

A dat bono ac docili filio, meliora hęreditaria bona, seu terras magis fructiferas. Filio autem indocili & peruerso hæreditaria viliora. Ita omnipotẽs deus paterfamiliasque cœlestis, reprobis & iniquis hominibus temporalia carnalia ac terrena largitur, eos quoque frequenter ex ira sua ac iusto iudicio in talibus prosperari, ad grauiorem eorum damnationem permittit. Electis autem & bonis bona dat spiritualia interiora cœlestia & æterna. Atq; vt amplius crescant in istis & gloriosius coronentur in eis facit eos frequenter temporalium pati penurias corporales afflictiones inhonorationes iniurias, præsertim quia interdum ex fragilitate peccant humana, à quo indigent purgari per transitoria ista aduersa. Insuper quoniam reprobi vicissim aliqua faciunt bona ex genere, & per eos temporalia administrantur ac mundi cursus protrahitur quousq; electorum numerus compleatur. Hinc iustus & super sapientissimus deus permittit. Imo & facit multotiens impios ac reprobos temporaliter prę sidentes, terrenis rebus ac prosperitatibus abundare. Cum igitur mundus iste sit carcer atq; exilium electorum, vtamur eo vt carcere & exilio vt terra aliena & hospicio, vt valle lachrymarum & via, non vt loco risus aut deliciarum ac patria, ita vt toto affectu ad beatorũ patriam aspiremus, totis ad illam viribus festinemus, & instar sapientium viatorum faciamus quotidie vnam bonam dietam, processum condignum, virilem laborem, diuerticula caueamus, fabulationes extraneas euitemus. Nihil carnalis requiramus solatij, sed qualiter sancti B patres nostri præcesserunt oculo intueamur peruigili, ac tritam ab eis viam vestigijs sectemur indefessis ac strennuis. Frequenter quoq; pręsertim de sero iter nostrum & diete quam fecimus qualitatem examinemus, & quicquid torporis ac negligentiæ, quicquid obliquitatis aut retrocessionis admisimus siue incurrimus deploremus emendemus & recuperare nõ omittamus nec differamus. Postremo ex præinductis docemur omnem aduersitatem amplecti, in tribulationibus gloriari, nec aliqua vnquã pusillanimitate desolationeue tangi ex hoc ꝙ bonis & iustis multa contingunt aduersa ac impijs prospera. Imo in hoc laudare debemus iustum dei iudicium & sapientiæ eius admirari abyssum. Ipsum quoq; humiliter deprecari vt cum suis electis in præsenti vita dignetur nos paternaliter castigare, pie purgare, gratiose implere, in omnibus conseruare & vsq; in finem dirigere. Contemplemur quam ineffabiliter peccata hominibus noceant, quam mirabiliter præsentis vitæ flagella eis proficiant, quam pijssime deus nunc cum suis agat electis quos exercet aduersis, & intelligemus quam sapienter atq; salubriter dixerit Christus: Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint & exprobrauerint & dixerint omne malum aduersus vos mentientes, & eiecerint nomen vestrum tãquam malum propter me. Gaudete in illa hora & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Nullus ergo nũc relinquitur religioso locus impatientiæ aut querelæ turbulentiæ siue iræ malitiæ siue tristiciæ. Hoc sanctissimus ac perfectissimus patronus pater ductor ac doctor noster Ioannes baptista optime sciens ac profundissime pensans, captionem, incarcerationem, ac decollationem patientientissime C ac promtissime tollerauit. Si ergo vere eius serui ac discipuli amatores ac imitatores esse optamus ipsius sectemur vestigia, cũ ipso gaudenter paciamur aduersa, iuxta eius doctrinam ac opera totam nostram conuersationem rectissime dirigamus Mat. 5. Luc. 6

¶ Sermo tertius: Quomodo iusticia & iudicium obtenebrentur, quid sit iustitia vera, quid exigat, & quid sit sanctitas, quomodoue obtineatur.

HErodes metuebat Ioannem sciens eum virum iustum & sanctum. Mar. 6. Tãta est vis probitatis, tanta dignitas honorabilitasq; virtutum, vt etiam ab improbis ac peruersis reuerentiali formidetur timore ac honoretur. Quamuis interdum per accidens cõtingat oppositum. Iusticia autem est præclarissima virtus, & præsertim ipsa virtutum perfectio, vt pote, sanctitas honorabilis. Sed ecce quomodo passiones ac vicia corrumpunt humanũ iudicium. Siquidem non obstante ꝙ Herodes iste Ioannem metueret, sciretq; eum esse virum sanctum ac iustum tamen decollauit eundem, & propter incestuosam adulteram vinxit & incarcerauit eum, quem diu libenter audierat, & propter quem multa fecerat bona. Caueamus ergo & nos ne ratio nr̃a ꝓprijs vitijs ac passionibus obtenebretur iudicetq; peruerse, & iam ex irrationabili displicentia auersione, ambitione, ira seu impatientia incipiat temerarie iudicare, aut facta alicuius interpretari in peius, aut aliquem persequi propter aliquam excellẽtiam gratiæ sibi collatę, qua præeminet nobis vita, fama &cæ. ita quod eius respectu videmur vilescere, propter quod eum deprimere cupimus. Solent quippe nonnulli religiosi irreformati & periculose passionati aduersus talem zelari, & quærere qualiter eius facta valeant denigrare, atque in hoc quidam intimorati sibi instar squamarum cohærent, vt in ser- Mar. 6

Bernar. mone sanctus tangit Bernardus. Ideo patres experti dixerunt quod in religiosis in veræ hu- D
militatis ac internæ mortificationis fundamento non radicatis, passiones vigent periculo-
siores quam in mundanis hominibus. Vereamur ergo cum sancto Iob omnia opera nostra
Abhorreamus stulta iudicia. In profunda humilitate, viuifica mortificatione, abnegatione
plenaria, reformatione interna fundemus nosipsos & proficiamus quotidie. Nihil ambitio-
nis, nil vane appetitionis, nil inordinate reflexionis inhæreat cordibus nostris. Aliorũ gra-
tiæ atq; profectui congratulemur ex corde. Bona quæ quisq; in seipso non habet, in alio dili
gat & collaudet, quatenus omi cupiditate & priuato amore expulsis regnet charitas sancta
in cunctis. Præterea intueamur qualiter hũc excellentissimum sanctum, gloriosissimũ Chri
sti baptistam permisit omnipotens deus manibus subijci impiorum, imo vilissimarum im-
Io. Chrys. pijssimarumque fœminarum petitionibus tradi. Vnde merito exclamat Ioannes os aureũ:
Ioannes schola virtutum, magisterium vitæ, sanctitatis forma, norma iusticiæ, virginitatis
speculum, pudicitiæ titulus, castitatis exemplum, pœnitentiæ via, fidei disciplina. Ioannes
maior homine, par angelis, legis summa, euãgelij sanctio, Apostolorum vox, prophetarum
Mat. 11 silentium, lucerna mundi, præcursor iudicis, & totius medius trinitatis. Hic talis ac tãtus da
tur incestui, traditur adultere, adijcitur saltatrici. Horum ergo intuitu nullus quantumcun-
que in donis dei videatur excellens indignetur turbetur impatiensue reddatur, si etiã ab his
qui longe inferiores aut viliores putantur exerceatur, irrideatur, aut tale iniuriosum qd pa-
tiatur. Attendat Ioannem baptistam, imo & Christum quæ & quanta à vilissimis atq; pra-
uissimis sustinuerunt hominibus. Deniq; quia in Euangelio hodierno sacratissimus iste Io- E
annes commẽdatur potissime de duobus, videlicet, de iusticia & sanctitate. Conemur eum
sequi in istis duobus. Quemadmodum autem iusticia, est vno modo virtus communis, sic
iniusticia ei opposita est vicium generale, ita quod omne peccatum est iniusticia quædam
cum sit quædam obliquitas & recessus a directo virtutis, & per ipsum aliter habet se homo
quam debet. Si ergo optamus esse synceriter iusti, oportet nos omne peccatum vitare quan
tum possibile est fragilitati humanæ, & pro quotidianis culpis quotidie pœnitere ac satisfa-
cere & eas deflere. Requirit autem vera iusticia, vt ei tam tenaciter ac amorose ĩhæreamus,
vt propter nullum temporale creatũ caducumque bonum recedamus ab ea. Nec ex timore
neque amore cuiusquam, nec ex cupiditate aut voluptate, nec propter munera neque obse-
quia, nec propter preces aut blandimenta, ne assimilemur huic impijssimo Herodi, qui ob
adultere instigationem, & ne viciosissimam contristaret puellam occidit beatissimum san-
ctissimumque Ioannem. Nulli igitur applaudamus in malo, nec alicui partialiter quisquam
adhæreat, aut in illicitis assistentiam præbeat ei. Nemo ex timore displicendi aut ex affectu
complacendi cuicunque homini siue superiori siue familiari aut alteri aliquid dicat vel faci-
at contra veritatem vitæ doctrinæ siue iusticiæ, nec ex tali radice taceat veritatem, quando
dicenda est. Exigit demum iusticia ista vt creatori impendamus debitam reuerentiam ho-
norificentiam seu cultum decentem, ac mœram subiectionem. Prælato veram obediẽtiam
dilectionem venerationemque cordialem, cęteris consilium & auxilium tempore opportu- F
no orationem & ædificationem. Exigit quoque vt diligentes ac strennui simus in obseruan
tijs sancti ordinis nostri, nec aliquid ex contentis in regula seu statutis violemus, ne trãsgre-
diamur terminos, quos nobis præfixerunt patres nostri. Intueamur ergo qualiter sancti pa
tres nostri sint conuersati in ordine, & quid regulæ contineat rigor. Deinde quantum diste-
mus nunc a plena obseruantia statutorum ac regulæ, & an habeamus sufficientem coram
deo rationem tante deficientiæ à plena obseruatione, ita vt dispensatio queat nos excusare.
Mater autem & ratio dispensationis est vera necessitas euidensue vtilitas. Præterea quia re-
uera non possumus nos excusare in toto, superest vt imperfectum nostrum inspiciant ocu-
li nostri, & humiliemus nos vehemẽter, neque sufficiat nobis commendatio hominum, sed
interrogatio conscientiæ bonæ in deum. Itaque quicquid potest nostra manus operetur in-
stanter. Amplius sanctitati gloriosi ac summi Ioan. bap. appropinquare semper conemur.
Sanctitas autem propriæ non aliud esse videtur quam actio vndiquaque hoc est ex omni
parte perfecta. Quemadmodum beatitudo dicitur optima operatio optime virtutis secun-
dum statum perfectum. Nihilominus quia beatitudo hæc in hominibus multa includit ac
Boethius. præsupponit. Propterea omnium illorum collectio seu adunatio quandoque beatitudo vo
catur, vt cum ait Boethius. Beatitudo est status omnium bonorum aggregatiõe perfectus.
Sic quia sanctitas hominis presupponit & includit quam plurima, vtpote omnium terreno
rum carnaliumque affectuum extirpationem, omnium passionum plenariam reformatio-
nem, omnium quoque virtutum in termino excellentiæ complementũ. Hinc sanctitas etiã
dici potest omniũ vicio℞ plena expulsio, interioris reformationis consummatio virtuosa,
omniũq;

A omniumq; virtutũ perfecta possessio seu actualis perfectio. Præterea sicut in exercitio vnus homo prebet alteri robur atq; subsidium, ita in acie virtutũ virtuosorumq; actuum vna virtus & actio sua grãde confert subsidiũ protectionem ac fulcimentũ alteri v̄tuti eiusq; actui, & oẽs se inuicem iuuant, perficiunt, ornant, sicut ad hoc ꝙ quis sua peccata per virtutem pœnitentiæ digne deploret, & per abstinentiæ virtutem pro eis satisfactorie abstineat ac ieiunet, & per virtutem latrie oret ac celebret: maxime confert fides illuminata, quã creditur deus esse iudex actuum humanoꝝ, & pœnã æternã pro mortali culpa infligere. Et charitas feruens, q̃ à deo separari nõ acquiescit, & ꝙ ab eo se vnq̃ auertit tristať, eiq; cupit recõciliari & facere recõpensam. Nec potest q̃s esse p̄fectus in charitate, nisi a passionib⁹ plene fuerit reformatus, atq; in humilitate, paciẽtia, mãsuetudine, sobrietate, continẽtia, ceteris q̃q; virtutibus moralibus ac alijs p̄fectus. Vt ergo cõuersat̃o n̄ra sit deo summe accepta, & op̃a n̄ra bona, promptissime ac delectabiliť fiant, conemur ad sanctitatem, ad oĩm virtutum cõsummationem, ad intentissimam cum deo adhęsionem, ad vniuersarum passionũ refrenationẽ ac regulationem oĩmodam, ad indefessum in omni bono profectum, fortissimamq; & incessabilem cordis custodiam, ad feruentissimam dilectionem, quæ omnia in præstãtissimo p̄re nostro Iohanne baptista excellentissime erant. Eius ergo intercessione ac meritis ista desup̃ impetrare conemur, ad laudem & gloriam omnipotentis.

IN SOLENNIT. NATI. GLORIOSIS. VIRG. MARIAE

B ❡ Enarrationẽ Epistolæ. Ego quasi vitis, cũ suo Sermone require Fol.XI.C.
❡ Enarrationẽ aũt Euangelij: Liber generatiõis, cũ suo Sermone. Fol.XII.F

Sermo I. De benedictionibus beatæ Mariæ, de sanctificatione eiusdem in vtero, de plenitudine gratiaꝝ eius, & q̃tum debeamus illam amar & honorare.

BEnedixit te dominus in virtute sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros. Iudith decimo tertio. Sicut beatus ait Gregorius: Benedictio dei est collatio munerũ eius, Gregori. & multiplicatio eorũdem. Merito ergo de gloriosissima virgine Maria asseritur, quod deus benedixit eam in virtute sua, id est, valde copiose in omnipotentia sua. Benedixit equidem eam ante suam natiuitatem, ĩ natiuitate sua, & post natiuitatem suam. Primo itaq; benedixit eam ante natiuitatẽ suam, id est, cum adhuc clausa fuit in vtero matris suæ, videlicet sanctæ Annæ. Hæc autem benedictio fuit sanctificatio eius in ventre materno. Et quamuis sacra scriptura hoc euidenter non dicat, tamen ex his quæ in scripturis continentur hoc rationabiliter certitudinaliterq; probatur. Deniq; Christo excepto non legitur in diuinis quispiam sanctificatus in vtero nisi sanctus Hieremias propheta, sacratissimusq; Iohannes baptista. De seipso Hieremias quidem testatur deum dixisse ad se. Priusquam te formarem in vtero noui te, & antequam exires de ventre sanctificaui te. Sed de sacratissimo Iohanne baptista scribit hoc Lucas euangelista, qui ait angelum Gabrielem dixisse de Iohanne ad Zachariam: Spiritu sancto replebitur ex vtero, id est, in vtero matris suæ. Ex his facile est probare gloriosissimam virginem materno in vtero fuisse sanctificatam. Primo quoniam quicquid gratiæ & virtutum, quicquid interioris decoris & perfectionis à deo collatum est seruis suis, multo plus præstitum est virgini illi incomparabili atque dignissime, quam sibi ipsemet C deus elegit in matrem, puta Mariæ. Secundo quoniam ipsa præ omnibus sanctis Christo fuit propinquior & consimilior, & prima ac summa post eum in ordine ac vniuersitate sanctorum. Ideo sanctificationi & sanctitati Christi hominis fuit propinquior, vtpote sanctificata præ alijs in vtero matris. Tertio quoniam decor & honorificentia parentum redundat in prolem eorum, similiter inhonorificentia, propter quod scriptum est in Ecclesiastico: Gloria hominis ex honore patris sui, & dedecus filij, pať sine honore. In Prouerbijs q̃q;: Ecclе.3 Gloria filiorũ parentes coꝝ. Quemadmodum ergo ad irreuerentiam Christi pertineret, si suam matrem præ cæteris sanctis non sanctificasset in vtero matris. Ita ad gloriã & honorẽ pertinet saluatoris quod propriam matrem excellenter sanctificauit in vtero genitricis. Ex his itaque constat nonsolum virginem gloriosam in suæ matris aluo sanctificatam. Imo & valde excellenť sanctificatã esse ibidem, queãdmodũ & Iohãnes baptista excellentius sanctificatus fuit in vtero Hieremia, quoniam de Iohanne retulit angelus, replebitur spiritu sancto ex vtero matris suæ. Veruntamen multo plus excellit sanctificatio virginis sacræ sanctificationem beati Iohannis baptistæ, quàm sanctificatio baptistæ sanctificationem Hieremiæ prophetæ. Etenim matrem veri dei oportebat valde in oĩbus præfulgere. Cũ ergo sanctus Iohannes sit in vtero spiritu sancto repletus, valde mirabiliter in vtero suæ genitricis sanctificata est mater CHRISTI dei omnipotentis, ad quod pertinet illud in Psalmo: Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Denique tam copiosa virtus & gratia infusa

Hier c.1. Lucæ.1 hierem.1 lucæ.1.

infusa est virgini summæ in vtero matris ꝙ nunq̃ peccauit nec mortaliter nec venialiter, ita ꝙ nunq̃ in ea surrexit aliquis inordinatus motus sensualitatis aut fomitis, nunq̃ illicita cogitatio, nunq̃ mala affectio, nunq̃ inordinatum verbum loquuta est, nec negligentia aliqua ei subrepsit. Hæc significatio fuit benedictio eius in vtero. Scdo benedixit eam deus in sua natiuitate, in q̃ a suis parētibus deo deuotissime fuit oblata. Et in quã ꝟe magna & noua lux orta est mundo, tuncq; (vt creditur) deus gratiam suã auxit in ea. In veteri equidem testamēto masculi per circuncisionē ab originali purgabantur peccato, & grãm gratũfacientem ac virtutes acceperũt per infusionem seu creationem a deo. Nam sine charitate & gratia deo placere, in statu salutis esse, & salutem consequi non valebant. Fœmellæ vero saluabantur fide parentum, quorum fide purgabantur ab originali, non sine infusione (vt tactum est) charitatis & gratiæ. Certumque est virginem sacram in originali natam non esse, imo nec Iohannen Baptistam, quem tamen constat circuncisum fuisse, in cuius circuncisione (vt creditur) gratia dei in ipso non modice aucta est. Vnde & in gloriosæ virginis natiuitate, dum eam parentes sui deo tam deuotissime obtulerunt, creditur deus magnum gratiæ suæ incremētum posuisse in ipsa. Tertio copiose eam benedixit post suam natiuitatem. Mox nanq; vt ratione vti cœpit sacratissima virgo, spiritus sanctus (cuius actuali motione indigemus in omni meritoria actione) direxit, & gratiosissime mouit eam ad om̄e bonum, præsertim ad dei notitiam seu contemplationem, & actualem feruidumq; ipsius amorem: tuncq; spiritaliter crescere cœpit, atq; quotidie in omni virtute vehementer proficere. Habitauit autem in templo in quo oblata fuerat deo, vbi cũctis admirabilis fuit, & gratiosissima Enimis, iugiter deo intenta orando, meditando, contemplando dulcissime, diligendo præferuide. Porro in annunciatione dominica, quando Christum dei vnigenitum concepit exuberantissimum gratiæ ac virtutum ei collatum est incrementum, quia tunc vera dei effecta est mater, atq; ex tunc cœpit incompræhensibilis deus incompræhensibiliter operari in propria matre. Idcirco ab illo momento quo in ea incarnatus est deus, gratia dei in eius vtero quiescentis redundauit valde in eam: & vtiq; tã copiose, vt decuit a tali filio tali matri redundantiam, communicationemq; bonorum in ipso existentium fieri. Hinc ait Hieronymus: Cæteris gratia per partes præstatur, Mariæ vero se totam infudit gratiæ plenitudo. Nam sicut diuinus Dionysius in pluribus ait locis: Quãto quid magis propinquat alicui primo in quolibet ordine, tanto plus participat virtutē & effectũ illius primi. Idcirco angelici spiritus de ordinibus primæ hierarchiæ, videlicet seraphin & Cherubin, abundantius participant illuminationem & influentiam gloriosam a deo quàm angeli ordinum inferiorum. Cum itaq; Christus secundum suam deitatem sit causa & fons totius gratiæ ac virtutum, per authoritatem & creationem, secundum humanitatem vero per modum instrumentalis ac meritoriæ causæ, certum est ꝙ præ electissima ac sacratissima genitrix eius, præ cæteris incomparabilem gratiæ plenitudinē ab ipso sortita sit in vita præsenti, incõparabilem quoq; felicitatem & gloriam in regno cœlesti. Nec solum accepit a deo filio suo dona gratiæ gratumfacientis sed etiam dona gratiæ gratis datæ. Quod enim fuerit prophetissa, patet in Cantico eius, vbi inter cætera vaticinabatur. Ecce ex hoc beatam me dicēt omnes gñationes. Postremo, quis valeat excogitare q̃ abundant̃ benedixit eã deus in die Pentecostes, qñ cum Aplis ac cæteris vtriusq; sexus quibusdam sanctis spũmsctũm accepit, & eo repleta est tanto exuberantius, q̃to ad eius susceptionē deuotius se parauit, & supernæ infusionis capacior fuit ac dignior. Cum ergo tam ineffabili gratiarũ plenitudine, omniq; liberalitate, charitate & pietate plena sit beatissima virgo, eam cum omni fiducia accedamus, eius misericordiã imploremus, vt pro nobis orare, gratiam & virtutes nobis impetrare dignetur, nec sua defensiõe nos vnq̃ destituat. Gloriemur in hac sanctiss. solēnitate in dño, qa in die hac nata ē nobis tã præclarissima virgo, tam affectuosissima mater, tam fidelissima aduocata, tam misericordissima mediatrix, tam potentissima ac liberalissima auxiliatrix, quæ iugiter orat pro peccatoribus, ita vt si quid gratiæ aut virtutis in nobis est, per ipsam nobis contulit deus qui ei misericordiæ regnum commisit. Ipsam ergo post Christum deum & hominem, summe diligere ac venerari & inuocare debemus, eiusq; humilitatē, mãsuetudinem, pietatem, castimoniã, charitatē ac cęteras seq virtutes, vt ei deuotio & veneratio nr̃a cõplaceat, nec aliter salutē obtinere poterimus. Idcirco deuotissimus ait Bernardus: Altius intuemini o fratres, quanto deuotiõis affectu beatissimam Mariam deus a nobis voluit honorari, qui totius boni in ea plenitudinem posuit, vt proinde si quid in nobis est spei, si quid gratiæ aut salutis, ab ea nouerimus redundare. Totis ergo medullis cordium, votisque omnibus veneremur Mariam, quoniam sic est voluntas dei, qui totum nos voluit habere per illã. Quidam vir sanctus contemplatiuam vitam ducens, audiuit singulis annis sexto Idus septembris angelorũ dulcissimam

Lucæ.1

Lucæ.1

Hierony.

Dionysius.

Lucæ.1

Bernard.

mam melodiam. Cumq; deum deuotissime exoraret vt sibi reuelare dignaretur, cur specia-
A liter illo die audiret concentus angelicos, reuelatum est ei, ꝙ ideo qm̃ illo die nata fuit in mũ
do sacratissima virgo, ꝑcepitq; ei deus vt hoc ipsum reuelaret sanctæ matri ecclesiæ, quatenꝰ
etiam ipsa in hac die solennitatem de natiuitate Mariæ virginis celebraret. Cum ergo hæc
summo intimasset pontifici, ille veritate indagata atq; comperta, præcepit hoc festum sexto
Idus septembris vniuersaliter celebrari. Celebrat autem ecclesia natiuitatem Christi, & vir-
ginis gloriosæ, Iohannis quoq; Baptistæ, quia hi tres sine peccato originali sunt nati.

Sermo II. Quod beata Maria contriuerit caput serpentis, ꝙ sit mediatrix nostra, & de sanctitate eius testimonia ex epistolis Ignatij martyris.

BEnedicta es à dño deo excelso præ omnibus mulieribus sup terrã. Iudith 13. Verba ista ad literam dicta sunt de illa virtuosa atq; castissima vidua Iudith, q̃ cum (deo auxiliante) occidisset impijssimũ Holofernẽ, ac p hoc populũ suum filios Israel à maximis liberasset angustijs, & a crudelissima morte, & vltra hoc ad copiosissimam spolioꝝ abundantiam eos iuuisset, principes populi sui, & omnes concorditer eam benedixerunt, & verba prætacta Ozias princeps dixit ad eam. Per hanc Iudith viduam ꝑfigurata est dignissima virgo Maria, & per Holofernẽ designatur diabolus, quẽ prostrauit & vicit virgo sanctissima, ꝑsertim in hoc ꝙ Chr̃m peperit q̃ saluator est mundi, spoliator inferni, victor diaboli. De ipsa etenĩ in exordio sclorum deus ꝑdixit hosti antiquo. Inimicitias ponam inter te & mulierem. Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. Deniq; sicut diabolus p vnum virum Genesis 3
B hoiem protoplastũ vicit, infecit ac ꝑdidit genus humanũ, fœmina mediante, videl. Eua virũ ad peccatum hortante, sic pater misericordiaꝝ & deus totius consolationis per vnum virũ dñm Iesum Christum, fœmina mediante, vtpote virgine gloriosa, carnis substantiam dei filio ex suis purissimis sanguinibus ministrante, liberauit genus humanũ a iugo diaboli, à fœditate & seruitute peccati, a damnatione inferni, & vltra hæc omia ad gratiam capiosam in præsenti, & gloriam sempiternam in futuro illud reduxit. Hinc Sapiens ait: Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarũ. Et ad Romanos 5. ait Apostolus: Per vnũ hoiem peccatũ in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors. Itaq; deo summe regratiari debemus, qa non solum prouidit nobis de omnipotente saluatore, atq; idoneo mediatore ac reconciliatore inter se & nos: sed insuper nobis cõcessit benignissimam mediatricem Mariam, quæ tota pijssima est, omi charitate, misericordia, dulcedine, liberalitate plenissima. Nempe ad mediatorem hunc dñm Iesum Christum indigemus hac mediatrice, quoniam mediator iste non solum est homo pius, sed etiã iustus metuendissimusq; deus, nec solum est saluator ac aduocatus sed etiam iudex terribilis: habens potestatem & corpus & animã proijcere in infernũ, qui nullum peccatum reliquit inultum, & pro vno mortali flagitio vlciscitur dei patris iniuriam æternali supplicio. Indigemus ergo mediatrice ad mediatorẽ tam iustum ac metuẽdũ, quæ nos ei pacificet, ipsius mitiget iram, & nobis obtineat grãm ac salutem, & certe gratias deo, q talem nobis donauit, q̃ tota ineffabiliter misericordissima existit, ac ꝑpotens valde. Nã mediatori huic tam chara est, & tam singularit honoranda, ꝙ ab ipso repulsam pati non valet, vtpote ꝑdelectissima ac præstantissima mater ipsius, cui a tam optimo filio nil decet genesis 3 Math 10.
C negari. Cum ergo tot & tanta nobis proueniãt bona per mediatricem istam pijssimam, rationabile prorsus ac iustũ est, vt eius saluberrimam natiuitatem deuotissime celebremus. Præterea libellus historiæ natiuitatis virginis sacræ, a patribus sanctis est inter apocrypha computatus, aliqua tamen ex his quæ ibi narrantur & credibilia satis videntur, nunc breuiter referam. Itaq; sicut dr̃ ibi: Ioachim ex ciuitate Nazareth oriundus, coniugẽ duxit Annam ex ciuitate Bethlehem natam, Erantq; iusti & irreprehensibiliter conuersantes, & substãtiam suam in partes tres diuidentes, quaꝝ vnam dederũt templo & eius ministris, aliam peregrinis & pauperibus, tertiam sibi & suæ familiæ reseruabant. Cũq; per viginti aut cititer annos, nullam potuissent acquirere prolem, dño promiserunt, ꝙ si eis prolem concederet, diuino eam manciparent obsequio. Cumq; in quadam solẽnitate legis Ioachim cum alijs oblationem suam vellet offerre in templo, sacerdos cũ indignatione repulit eum, eo ꝙ infœcũdus existens, inter fœcundos apparere, hostiamq; in templo offerre esset indignus, qui præ cõfusione domũ redire nõ audens, abijt ad suos pastores, & per aliq̃t dies cum ipsis ꝑmansit, ibiq; apparuit ei angelus dei ꝑnuncians ei ꝙ ex sua coniuge filiam generaturus esset dicens: Anna vxor tua pariet tibi filiam, quã vocabis Mariam. Hæc (vt vouistis) erit a sua infantia domino consecrata, & ex vtero matris suæ spiritu sancto plena, nec forinsecus inter populares, sed in templo dei morabitur, ne de ea quisquam sinistrum quid suspicetur. Et sicut ipsa ex sterili matre nascetur, ita ex ea filius altissimi mirabiliter generabitur, qui Iesus vocabit, ꝑ quem erit oĩbus gẽtibus salus. His dictis, angelus ab ipso discessit, eiusq; cõiugi de viri sui

absentia

absentia lamentanti, apparuit, eadem referēs ei. Tunc Ioachim & vxor ipsius vehementissime gloriantes in dño conuenerūt, & filiā generantes, vocauerunt eā Mariam. Post hæc completo triennio, filiā ablactatam duxerunt ad templū dñi in Hierusalē cū oblationibus congruis iuxta legem, & eā ibi dño obtulerunt, atq; cū cæteris ỽginibus dimiserunt. Erant autē ibi quindecim gradus qbus ascendebat in templū, qđ situ fuit in mōte. Itaq; ỽgo Maria triēnis, oēs gradus illos ꝑ seipsam tam expedite ascendit, ac si pfectę fuisset ætatis. Constitut ỽo in tēplo, qtidie in omi sctitate profecit, & ab angelo sctō visitabat assidue. Deniq; pinducta valde credibilia sunt. Cū enim Chr̄us pcursorem suū voluerit a sctis parentibus nasci, eiusq; natiuitatem pnunciauit suo pr̄i, dubitandū non est, quin a sctis parentibus voluerit propriā mr̄em nasci. Estq; credibile ꝙ eius natiuitatē ꝑ angelū prænūciauerit suis parentibus, & cætera iam narrata de virgine sacra a sanctis multis & magnis doctoribus asserunt. Amplius quam virtuosa fuerit virgo sancta, ostēdit ex epistola quā gloriosus martyr Ignatius misit, magistro suo beatissimo Iohāni Apostolo, in qua inter cætera scribit: Sunt hic multæ de nostris mulieribus Mariam Iesu videre cupiētes, vt eam contingant, & vbera eius tractēt quæ dn̄m Iesum lactauerunt, & etiam vt quædam secretiora eius percunctentur. Ipsa enim Salome (quā diligis) filia Annæ Hierosolymis quinq; mensibus apud eam cōmorans, & aliæ quędam referunt Mariam omnium gratiaꝝ abundātia, & omni virtute fœcundam. Et vt dicūt in tribulationibus & afflictionibus est hilaris, in penurijs & indigentijs non qrula, iniuriantibus grata & non molesta, lætam pijs se exhibet, & afflictis coafflicta condolet, & subuenire non pigrescit. Contra vitiosos & pestiferos in pugna fidei enitescit. Nostræ nouæ religionis & pœnitentiæ est magistra, & apud fideles omnium opeꝝ pietatis ministra, humilibus est deuota, & deuotius humiliatur. Et miro modo ab omnibus magnificatur, cum a scribis & pharisæis ei detrahatur, & sicut nobis a fide dignis narratur in Maria Iesu humanæ naturæ excellentia sanctitatis angelicæ sociatur. Et hæc talia excitauerunt desideria mea, & cogūt valde desiderare aspectum huius (si fas sit sic loqui) prodigij & sanctissimi monstri. Rursus idem beatus martyr ac præsul Ignatius in alia epistola scribit Iohanni Apostolo: Si licitum est mihi apud te ad Hierosolymæ partes volo ascendere, & videre sanctos qui ibi sunt, præcipue Mariam Iesu, quam dicunt vniuersis mirandam & cunctis desiderabilem. Quem vero non delectet videre & alloqui eam quæ deum deorum peperit, si sit nostræ religionis amicus. Heu quid moror? cur detineor? Bone præceptor properare me iubeas & valeas. Ex istis probatur ep̄lis, quàm feruenter vtriusq; sexus personæ ex Gentilitate ad Christum cōuerse desiderauerūt sacratissimam virginem Mariam videre & alloqui adhuc viuentem in carne mortali, & quàm longe ac late confluxerunt ad eam. Vnde & legitur ꝙ diuinus Dionysius, q in religione Christiana fuit tam ardens, accessit Hierosolymæ loca ad videndū beatissimam virginem. Fuitq; ei ostensa in tanta claritate & gl̄a, ꝙ præ admiratione deficiens dixit: Nisi aliunde aliā esse deitatem nouissem, non aliā putassem deitatem q̄ virginem bn̄dictam. Postremo, cū nō sit cōdignus virginis huius laudator aut venerator, nisi q eius fuerit deuotus ac stabilis imitator: studeamus in prætactis virtutibus, de quibus eam magnus & valde electus collaudat Ignatius, ipsam sectari. Itaq; eius exēplo simus in tribulatiōibus, afflictionibusq; iucūdi, iniuriantibus nō molesti nec indignātes, sed gr̄as referentes, qm̄ maximi meriti nobis pbēt occasionem & per eos purgamur ac coronamur a deo. Nō simus faciliter qrulosi, imo pauptatem & famem, sitim ac nuditatem æquanimiter (si opus fuerit) toleremus, afflictis & indigentibus condoleamus, & succurrere nō tardemus. Et si viri sancti in vita hac a locis tam remotis venerūt vt eā viderent & alloqrentur adhuc mortalem ad modicum tempus, q̄to magis ad iucundissimū eius aspectum in cœlis inseparabilem & æternum ardere ac festinare debemus: quia indubitant eam videre oīa mūdi gaudia inæstimabilit superat ac transcendit. Porro de generatione virginis gl̄osæ dicta sunt aliqua supra in his q de solēnitate suæ cōceptiōis sunt scripta, vbi epistola & Euang. festi psentis extāt exposita, & sermones eis ibi annexi possunt hic deseruire, idcirco vt vitet prolixitas hic plura nō scribo.

Ignatius.

Dionysius

AD RELIGIOSOS.

Sermo III. Quanta fecerit Christus suæ matri & de humilitate eius imitanda.

Beatam me dicent omnes generationes. Lucæ primo. Quanto sacratissima virgo erat Christo propinquior, tanto fuit ei similior. Fuit autem propinquissima Christo vtpote vera mater ipsius, portauitque eum in vtero suo, & carnis suæ substātiæ illum induit ac vestiuit. Deniq; rationalis creatura est incircūscriptibili deo tanto propinquior quāto plus ad eum accedit, & quanto amplius ei vnitur. Accedit aūt ad deum, non corporis gressu sed mētis affectu, non locali incessu, sed spiritali profectu, non materialiter ambulando, sed spiritaliter diligēdo. Et q̄ feruētius amat, quo affectuosi⁹ ad summū bonū aspirat, eo celerius currit, magis

Gregori.

A magis procedit, propinquiusq; vnitur. Porro Chrus scdm q deus essentialit & interminabiliter est beatus. Scdm assumptam vero humanitatē fuit ab incarnatiōis exordio qtum ad supiorem suæ aiæ partē, beatus, seu deū per speciē videns, & ipso beatifice fruens. Credendū est ergo q nūq aliqua rationalis creatura tm in hac vita ppinquauit beatitudini aiæ Chri, quemadmodū pstantissima eius mr sacratissima virgo. Et sicut in vtero excellētius fuit sanctificata q gloriosus Ioannes Baptista & Hieremias propheta, sic in vita ista (vt credo) clarius vidit deū q Moses legislator, aut Paulus Apls, qvis vterq; eorum deum p speciē viderit in hac vita. Erat nāq; cunctis in charitate feruentior, in puritate pclarior, in dono sapiētiæ, in mystica theologia, in oī virtutū perfectiōe sublimior, & oībus charior deo, secretior ac familiarior spiritui sancto. Et pprie genitrici deus incarnatus clarius demōstrauit, liberalius coīcauit, eminentiusq; coniūxit seipsum q alijs qbuscūq;. Hinc ipsa in spiritu pcognoscēs Chrm filiū suū à cunctis mūdi gentibus adorandū, prophetauit se qq; beatificandā ab vniuersis in filiū suum crediturís. Et hoc ideo: Quia respexit, inquit, humilitatē ancillæ suæ. i. me suam humilem, modicā pauperemq; ancillā benigne aspexit, & meā approbauit humilitatē in tm q seipsum circa me & in me ineffabiliter exinaniuit, faciendo seipsum oīm creatorem filiū meū, assumens ex me & in me naturam humanam. Hinc sanctissima virgo subiunxit: Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctū nomen eius. Quæ sunt magna ista quę vnigenitus dei fecit suæ matri? Primū & summum est, q fecit eam suam matrē, p quod fecit eam deo patri comparentalem, ita q eundem cū patre æterno habet ac genuit filium illūq; peperit, a quo

Exodi. 33 2. Cor. 12

Lucæ. 1.

Lucæ. 1

B spiritus sanctus vere procedit, quod est dignitas quodāmodo īfinita. Scdm est, q fecit eam matrem ac virginē, quod nunq contigit nec cōtinget amplius in hoc mūdo. Supnaturaliter quippe fœcūdauit eā altissimus, atq; ex mūdissimo eius sanguine corpus Christi formauit, prout sctūs angelus Gabriel nūciauit eidem: Spiritus sctūs supueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Et in isto habet similitudinē magnā cū patre æterno: qm sicut ille solus est pater sine matre, filij existentis secū eiusdem naturæ, sic ipsa sola est mater sine patre filij secum existētis naturæ eiusdem. Tertiū est, q fecit eam cooperatricē reparationis salutis vniuersorum. Nam sicut p primā deceptamq; matrem omnes pditi ac damnationi obnoxij, & filij iræ eramus, ita p matrem istam virgineam dæmonū deceptricem, reparata est oīm salus, & p eam reformata sunt omnia. Ipsa nāq; sua profundissima humilitatē, purissima virginitate, ardentissima dilectione, pfectissima conuersatione dr promeruisse vt ex ea dei filius incarnaretur, & q ex ea saluator est natus, nō q prorsus id meruit de condigno, sed magis de congruo, & qtum poterat promereri: & qa præ cæteris quasi incōparabilit meriti erat maioris. Ipsum qq; saluatorē cōcepit, enixa est, educauit, & pro cōmuni salute ac redēptione singularissime exorauit. Merito ergo a cūctis gnationibus fertur beata, vtpote p quam oīm est recuperata beatitudo. Quartū est, q prætulit eam omni purę creaturæ, ita q eo ipso quo facta est mr veri dei, constituta est dña mūdi totius, imperatrix angelorum, regina cœlorum, principissa oīm hoīm, ac dæmonum conculcatrix. Quintū est, q fecit eam aduocatam generis humani, custodem ac protectricem totius ecclesiæ, & oīm mrem fideliū: idcirco ecclesia ei se prosternit humilit, & pietatis eius pedibus se prouoluit. Sextū est, q regnū misericordiæ ei

Gene. 3

C cōmisit, reginam misericordiæ, matrem pietatis & græ, mediatricem iniquorum eam efficiēs, ita q innumerabiles miseri & iniqui, imo desperati ac impijssimi p eam saluant: & quicqd pietatis ac misericordiæ, quicquid græ & salutis, deus omnipotens & æternus nobis largit, p eam nobis præstare disposuit. Idcirco vult eam a nobis post se ipsum singulariss. honorari, deuotissime inuocari, ac vnice pamari tanq benignissimā procuratricem, p quā quicquid græ ac salutis in nobis extiterit, a fonte omnis boni sortimur, ac desup obtinemus. Septimū est, q tantā diuinorum charismatū exuberantiā, tantā eminentiam in gra gratūfaciente, omni virtute infusa, ac dono spūs sancti ei contulit & infudit, qtam eā condecuit dare propriæ genitrici. i. ineffabilit copiosam præ vniuersis electis. Decentissimū etenī erat, vt eam quā sibi elegit, præuidit, assumpsit in mrem, præ cæteris qui sunt famuli & ancillæ, omni munificentia ac opulentia græ suæ impleret & supimpleret. Istud quoq; oportuit, ex quo cōstituit eā reginam regni misericordiæ, mrem pietatis ac græ, mediatricē peccatorum, aduocatā ecclesiæ ac matrem Christianorum, vt esset tam plena ac opulenta, tā gratiosissima ac liberalissima quatenus de plenitudine sua possit omnibus subuenire, communicare, influere. Octauum est, quod in triumphanti ecclesia, in regno cœlesti, in patria beatorum exaltauit eam mirabiliter & præclare super omnes ciues cœlestes, super vniuersos angelicorū spirituū choros: & quanto hic excellentior erat in gratia, quanto in humilitate profundior, in charitate ardentior, in omni virtute perfectior: tanto facta est ibi maior in gloria, in sua exaltatione sublimior, in beatifica visione perspicacior, in gloriosa fruitione repletior, in omni felicitate

tate diffusior. Ecce q̃ magna, q̃ mirabiliter & inæstimabiliter magna, præclara ac maxima fecit virgini benedictæ, qui omnipotẽs est & solus essentialiter sc̃tũs. Idcirco hanc sacratissimæ virginis Mariȩ excellentiã vniuersam iã tactam sapientialit᷑ contẽplemur, frequenter intueamur, ipsamq; deiferã & incõparabilem dñam synceriss. inspiciamus, affectuosissime diligamus, suauissime veneremur, & omni felicitate ac eminentiæ eius cordialissime cõgratulemur. Ipsam q̊q; cũ omni fiducia & feruore iugit᷑ inuocemus, & q̃tum tota cœlestis curia eã diligat, laudet, honoret, ꝓ posse cõsideremus. Postremo, eius ꝟtutes totis viribus assequmur. Ecce q̃ prona est ipsa oĩ q̃tumcũq; reo in se, & in filiũ suũ ignoscere, misereri, succurrere, imo q̃ benignissime ꝓuenit multos. Eius ergo exemplo sit qlibet nr̃m omni in se aut in suos peccanti, atq; q̃tũlibet iniurioso ignoscens, cõdolens, ac tꝑe opportuno succurrens saltẽ orãdo, & opa sua bona ei coĩcando, si nõ potest alio mõ. Iteꝝ nõ cessemus humiliare, reꝑhendere, accusare, vilipẽdere, dijudicare & castigare nosipsos. Improperet vnusqsq; sibĳpsi in cõscientia sua oĩa pctã sua, & exaggeret ea: sicq; ex assidua assuefactione vehementiss. humiliãdi, vilipẽdendi, increpãdi, corrigendi nosipsos ptingemus ad humilitatẽ habitualẽ ꝓfundã, cõpletã, q̃ adepta nõ erit in nobis ira neq; tristitia ppter iniurias seu aduersa: imo in talibus erit gl'atio nr̃a, qm̃ omni confusione, aduersitate, irrisiõe & tribulatiõe reputabimus nos esse digniss. & tũc deus erit vere ac gratiosissime sꝑ nobiscũ, ita ꝙ cum ingenti alacritate, cũ stabili attentione, cum cordis feruore ac iubilo mentis, psalmodiam, horas, orationes, celebrationes, & quicquid diuini existit obsequij ꝑsoluemus, & ꝑficiemus q̊tidie in om̃i charismate spũs sancti.

Sermo IIII. De actiue contemplatiueq; vite exercitijs, & quàm multiplex sit profectus in dono sapientiæ.

Maria optimam ꝑtem elegit, quæ non auferetur ab ea. Lucæ 10. Quæ est hæc optima pars quã elegit non solũ Maria magdalena, de qua dicta sunt literalit᷑ verba ꝑtacta; sed & summa ista Maria, quæ præ cũctis & singulis elegit hanc optimã partẽ ꝑfectius? Queinã est hȩc optima pars, nisi de q̃ in Trenis loquitur Hieremias: Pars mea dñs dixit aĩa mea? Et Psal. Dñs pars hæreditatis meæ, qui ꝑ Mosen est loquutus: Ego pars & hæreditas eorũ. Nec dr̃ deus omnipotens pars suoꝝ, quasi non sit totale ꝑfectũ ac summũ bonũ eoꝝ, sed qa ipsi ex om̃ibus bonis occurrẽtibus elegerunt pro se bonũ illud eternũ, increatũ, immensum, nec alia amãt nisi in illo & propter illud: Hoc bonũ elegit & ꝑelegit ꝑstãtissima virgo, atq; tã integre tã firmiter & intense illi bono adhæsit & inhæsit, ꝙ non suffecit bono illi esse ipsius Mariæ tamq̃ obiectum contẽplationis & dilectionis ipsius, & tanq̃ finis totius conuersationis eius, nec solũ esse pars eius tanq̃ eius hȩreditas, nisi esset & filius eius. Deuotiss. ergo dixit hæc virgo: Deus cordis mei, & pars mea deus inæternũ. Deniq; q̃libet creatura aliquid habet bonitatis, aliquid amabilitatis, dulcedinis ac decoris, sed nulla pura creatura habet vniuersalem perfectam & absolutam, infinitamq; plenitudinem totius bonitatis, amabilitatis, dulcedinis & decoris, sed hoc soli est proprium creatori, q solus vniuersis ac singulis supereminet incomparabiliter & penitus infinite. Hoc illuminatissima virgo profundissime intuens, illi integerrima ac affectuosissima mente adhæsit, cum Psalmista decantans: In deo salutare meum & gloria mea, deus auxilij mei, & spes mea in deo est. Pr̨eterea, si per impossibile essent duo bona infinita, increata, & æque perfecta, & ab vno illorum essemus creati, adhuc illi nostro creatori præ alio inhærere atq; intendere deberemus. Cum ergo sit vnus duntaxat verus deus, pater spirituũ, creator omnipotens, qui est nostræ institutionis principiũ, & totius vitæ nostræ finis, beatitudo, & totũ bonum nostrũ, debemus illi soli summe & feruentissime adhærere, ipsum præ cunctis eligere, nihil ab eo impediens, elongãs, siue auertẽs aspicere, ne fallamur, alliciamur, aut supemur amabilitate, deliciositate, aut pulchritudine, quæ in rebus reperitur creatis, ne impleatur in nobis illud Sapiẽtiæ verbũ: Creaturæ factæ sunt in laqueũ, & in muscipulã pedibus insipientiũ. Hoc qppe est insipientiæ ad creaturã sic affici, aut eius amabilitate, dulcedine, speciositate, dispositiõe sic allici aut moueri, vt per hoc impediatur aut retardetur mens a summi & increati boni intuitu & amore, cultu ac veneratione. Caueamus itaq; ne ad cibũ, potũ, vestitũ, structurã, imaginẽ, librũ, aliudue q̊dcũq; afficiamur inordinate. Et si aliqua sit persona ex naturali dispositione specialiter amabilis, attractiua, iucunda, suauis, affabilis, socialis, omnino cauendũ ob omni sensuali affectu, incauto attactu, periculosa familiaritate ad eam. Cum itaq; deus sit bonũ nr̃m finale, propter q̊d cætera cuncta, imo & nosipsos relinquimus, q̃tenus ipsum purius, ꝑfectius ardentiusq; amemus, syncerius atq; stabilius contẽplemur, incessabilius & excellẽtius veneremur, colamus, laudemus ac inuocemus, abĳciamus oẽm inordinatũ affectũ, oẽm complacentiã vanã, oẽm motum inanem, dissolutionem, negligentiã & torporẽ totaq; animi se[r]iositate instantia & conatu exercitemus cor nostrũ circa hoc bonũ finale, ꝑ actus virtutum, orando, meditãdo, contem-

A contemplando,diligendo,psallendo,& quicquid est ordinis peragendo. Nec in ijs fatigetur animus noster,imo quotidie validius inardescat. Præterea pars ista, quam summa & incõparabilis præelegit Maria,est vita contemplatiua,deo vacare,sapientiæ immorari,summo & incommutabili bono mente amorosa intendere,internam ducere vitam:gustare & videre quam dulcis sit dominus,angelicam & cœlestem in terris habere conuersationem,exterioribus relictis,circa ĩteriora versari. Etenim optima ista pars est illud vnum de quo ait Saluator:Vnum est necessarium. Hoc etenim vnum obiectum est deus: Formaliter vero est cũ deo vnio amorosa seu intrinseca deo viuere ac vacare. Istud est finis omnium exercitiorum nostrorum,finis solitariæ ac monasticæ vitæ,finis propter quem adipiscendum in vita hac mundum & omnia quæ sunt mundi relinquimus,atq; nosipsos abnegauimus,quatenus ab omni terrena solicitudine liberi,à corporali prouisione abstracti,ab omni occupatione mũdana remoti,soli omnipotenti quieta ac stabili,amorosa,pura illuminataq; mẽte vacemus, obsequamur,adhæreamus,ad quod reqritur vt memoriam denudemus à recordatione impertinentium rerum,distrahentium phantasiarum, pstrepentium specierum. Intellectum q̊q; nudare oportet ab informatione formarum circa creata v̄santium, a reflexione ad sensibilia ac terrena,a consideratione transitoriorum ac volubilium entiũ, solisq; speciebus illis intelligibilibus aciem intellectus habere depictã seu informatã,q̄ in creatoris contemplationẽ dirigunt,eleuant,ac deducũt,istud est se ab exterioribus cunctis abstrahere,intus recolligere, in deo simplificare ac figere. Præterea,cum istud sit valde sublime,præclarum, diuinum, ac supra vires humanas,non potest homo ad verticem tantæ perfectionis contingere,nisi cõtinuo,specialiq; adiutorio singularis gratiæ dei: quia necesse est vt stet quasi in indesinenti contactu increatæ sapientiæ omnipotentis,a qua vberrime illustretur,impleatur,eleuetur, & accẽdatur,imo & manu teneatur in alto. Ad hanc vero approximationem, siue contactum istum cum sole sapientiæ necesse est hominem esse virtutibus in termino excellentiæ perornatum ac roboratum,præsertim charitate ac sapientia,quæ est donum,quæ sapiẽtia est habitus supernaturalis infusus,diuinorum cognoscitiuus per affectum & gustum,per quem habitum fit homo facillime illuminabilis a spiritu sancto,ac dirigibilis ab eodem ad intuẽdum ac sapiendum sublimia dei & inuisibilia eius,omnipotentiam, sapientiam, ac cætera attributa ipsius,& quicquid fides catholica docet esse in deo. Insuper in hoc sapiẽtiæ dono proficit homo primo per hoc q̄ crescit in charitate:quia quanto quis fuerit in charitate perfectior,tanto in dono sapientiæ inuenitur sublimior. Secundo, per hoc q̄ proficit in puritate interna: Nam quia hæc sapientia maliuolam nequaquam ingreditur animam, nec in corpore peccatis subiecto moratur, oportet mentem a vitijs emundari, a quibus quanto præseruatur immunior,tanta ad sapientiæ huius augmentum & confortationem est aptior,magisq; irradiatur a sole iustitiæ. Iccirco oportet iuge ac forte studium adhibere ad præcauendum omne peccatum,omnem euagationem,resolutionem,inquietudinem cordis. Tertio,per hoc quod assidue se exercet ad cogitandum de deo,& ad meditandum diuina, ita vt incessanter pro posse studeat deum appræhendere,admirari,extollere,considerare, laudare & contemplari. Ex talibus quippe actibus habitus ille sapientialis, qui donum sapientiæ nuncupatur, C in seipso vigoratur,inualescit,perficitur,& in exercendo actus suos promptus & expeditus valde efficitur,ita vt fiat homini facillimum,iucundissimum atq; dulcissimum appræhendere,contemplari,mirari,extollere deum. Quarto,per hoc q̄ cogitationes extraneas,considerationes minus necessarias,appræhensiones parum vtiles vitat, meliora & viciniora saluti attendet. Postremo,ad charitatis ac sapientiæ huius perfectionem non potest homo pertingere,nisi & passiões habeat fortissime refrenatas, pœnitus reformates,rationi prorsus subiectas:sitq; in omni virtute morali,in sancta humilitate,in vera mansuetudine, in patientia inconcussa,in sobrietate & continentia perfecte fundatus, imo in omni sua conuersatione solicitus,custoditus ac timoratus. Exemplo igitur sacrosanctę virginis, vnum istud summe necessarium inquiramus,amplectamur,& possidere semper conemur,hanc optimam partẽ præeligamus,custodiamus,seruemus:qcquid ab ea retrahit detestemur, atq; in monastica conuersatione sapienter ac fructuose iugiter gradiamur ad præfatum finem ipsius.

Psal.33 1.Pet 2. Luc.10 Sap.1

¶ Sermo quintus: Quæ virtutum diuitiæ sint congregandę,quomodo ne veterascant,ne amittantur sit seruandę.

Multæ filiæ cõgregauerunt diuitias,tu supgressa es vniuersas. Proue.31. Si corporales diuitiæ & opulentia hoim(inq̃tum ad corpus)sunt bona terrena, q̃tomagis spiritales diuitiæ & opulentia hoĩm q̃tum ad animã,sunt spiritalia dona,cœlestia bona, angelica opa,participationes opulentiæ,ac pfectionis diuinæ. Huiuscemodi aũt diuitias cõgregauerunt in cordibus suis filiæ multæ electæ, q̄ ab exordio mũdi creatori in sanctitate & iusticia

 seruie-

seruierunt, videlicet has omnes sacratissima virgo Maria est ineffabilit supergressa in omni D
spiritali opulentia. Deniq; diuitiæ hominum appellantur ea quæ possident, quibus reficiuntur, vestiuntur, & necessaria vitæ adipiscuntur. Hinc virtutes & dona spiritus sancti, virtuosa opera, sanctæ affectiones, syncerae contemplationes, rite vocantur diuitiæ animarũ, quia ex eis spiritaliter reficiuntur, nutriuntur, crescunt, roborantur atq; ad debitam seu congruã spiritalis altitudinis, magnitudinisq; mensuram ptingunt, vestiuntur quoq;, ornant & armantur ex eis, ac contra libidinum æstus, contra iracundiæ flammam, contra ignem impatiẽtiæ ac furoris, contra impulsum ꝓpriæ voluntatis: sed & contra torporis & accidiæ frigus, cõtra pigritiæ & inuidiæ gelu, p ea se tuentur ac muniũt. Vñ anima his diuitijs destituta dr nuda,
Apo. 3. cõfusa & ignominijs plena. Propter q̃d in Apoc. dñs ait cuidã: Tu es paup, cæcus & nudus, & ideo suadeo tibi emere auꝝ ignitum ꝓbatũ, vt nõ appareat cõfusio nuditatis tuæ. Studeamus ergo & nos has in nobis congregare spiritales diuitias, & eis animas nr̃as ornare vt cœlesti cõplaceant sponso. Receptaculum ac repositoriũ diuitiaꝝ istaꝝ sint animæ nr̃æ, seu vires eaꝝ, & in appetitu sensitiuo congregemus ỽtutes morales q̃ circa passionũ refrenationẽ ỽsantur, ne ab ira, tristia, impatientia, concupiscentia, aut alia q̃cunq; passione vulneremur aut supemur. Iuxta illud in lib. Iob: Viꝝ stultũ interficit iracũdia, & paruulũ occidit inuidia. Itẽq;: Nõ te supet ira vt aliquẽ opprimas, nec multitudo donoꝝ inclinet te. Neminẽ nr̃m decipiat species, vt ad aliquẽ sensualiter afficiat, aut in aliq̃ carnaliter delectetur. Propterea scriptũ est: Noli oĩ hoĩ intẽdere in specie, nec cõcupiscentia cor alicuius subuertat, vt aliqd eorũ qb⁹ vtit aut vti põt, teneat, vel affectet priuato amore, aut ĩmoderata appetitiõe: qa ex hoc vitia oriunt diuersa atq; enormia, vtpote inobediẽtia, rixa, cõtentio, indignatio cõtra supiorẽ E
ac alios, cur a superflua, distẽtio vaga, occupatio curiosa & inqetatio alioꝝ. Si istud egerimus, innumerabilia euademus pctã. Cõgregemus itaq; in appetitu cõcupiscibili tẽporantiã fortẽ, ne excedamus q̃tidie in cibo & potu, & ne in somno aut aliq̃ alio q̃ramus repausationẽ carnalẽ. Præterea ỽtutes theologicas & intellectuales, septẽq; dona spũs sancti cõgregemus in intellectu, ac volũtate, vt in primis intellectus illustret ac decoret fide cõtra vniuersos errores pfidiæ, & cõtra intẽtiones obliq̃s, q̃tenus cũcta q̃ agimus, fide dirigẽte, ad verã beatitudinẽ referamus, atq; in oĩbus dei q̃ramus gloriã & honorẽ. Oĩa q̊q; tẽtamenta ỽtute fidei superemus, & firmi ĩ fide, oẽmq; puerilẽ abijciamus formidinẽ, decãtãtes: Dñs ꝓtector vitæ meæ, à q̃ trepidabo? Si cõsistãt aduersum me castra, nõ timebit cor meũ. Hinc nãq; hortat Apost. In oĩbus sumẽtes scutũ fidei, in q̃ possitis oĩa tela neq̃ssimi ignea extinguere. Deniq;: Iustus ex fide viuit, ꝑ fidẽ & misericordiã purgant pctã. Fide deus purificat corda, fides saluũ facit, exaudiriq; facit. Quicqd nõ est ex fide, pctm̃ est. Hæc est victoria q̃ vincit mundũ, fides nr̃a. Ecce q̃ta bona affirmat scriptura de fide, q̃ & oĩm fundamentũ est ỽtutũ, basis structuræ interioris, radix spũalis cõuersationis, radius increatæ ỽitatis, oculus rõnis, lux aĩæ, sapiẽtiæ nutrix. Simus ergo in fide illuminati, certissimi atq; firmissimi in tm̃, vt q̃uis angel⁹ de cœlo aliqd fidei chr̃ianæ cõtrariũ euãgelizauerit, nõ credamus. Et p̃sertim nũc mille clypei pendẽt in ꝓpugnaculo fidei, nec ipsi q credimus mõ tot sumus q̊d testes fidei ỽitatis nr̃æ habemus. Deinde cõgregemus in intellectu nr̃o prudẽtiã, q̃ in cũctis discrete agamus, & vniuersa scd̃m ordinẽ & honeste fiãt in nobis, cõgruo loco & tpe agẽda agẽtes, & modũ in oĩbus obseruantes, ne iperitus feruor p̃cipitet, nec remissio sub specie discretiõis retardet. Hæc ỽtus scd̃m beatissimos p̃res Anth. & Bern. potissime ẽ necessaria monacho, eũq; cõpendiosius deducit ad pfectionẽ. Cõgregemus q̊q; in intellectu nr̃o dona sciẽtiæ & cõsilij, vt ꝑ salutarẽ illã sctoꝝ scientiã bñ & cõnaturalit iudicemus de rebus creatis, videlicet ꝙ ex se & in se vanæ sint, & vanitati subiectæ: imo vanitas vanitatũ. Iuxta q̊d fert in Psal. Hõ vanitati similis factus est. Et rursus: Verũtñ vniuersa vanitas, oĩs hõ viuẽs. Et ꝙ ideo finalit nõ sit eis inhærẽdũ, sed tantũdẽ q̃rendæ sint q̃tũ necessariæ, vtilesue cõsistũt ad vltimi finis adeptionẽ aut pessessionẽ. Per donũ ỽo cõsilij ꝓmpte dirigamur à spũ sctõ ad inq̃rendũ ac inueniendũ qd ĩ dubijs & ĩ his q̃ rõnẽ trãscẽdũt humanã magis expediat, potiusq; agẽdũ sit. Amplius cõgregemus ĩ ĩtellectu donũ sapiẽtiæ, ꝑ q̊d affectiue ac dulcit sapiam⁹, & rite ꝑ cõnaturalitatẽ mẽtis iudicem⁹ de deo, puta ꝙ ipe sol⁹ sit summũ infinitũq; bonũ, finis finiũ, fœlicitas oĩm, cui soli pura ac tota mẽte est finalit inhærendũ, vacandũ atq; viuendũ. Insup in supiori & ĩtellectiuo appetitu, s. volũtate cõgregem⁹ añ oĩa & sup oĩa charitatẽ, sine q̃ nulla ỽtus est meritoria formata aut viua, q̃ sola directe ac ĩtime vnit deo. Deinde ĩ volũtate cõgregemus iusticiã, ꝑ q̃ deo q̃ dei sunt & ei⁹ vicario, q̃ ei debẽt reddam⁹: ꝓximis q̊q; sic faciamus, sicut ab ill nobis fieri volumus, & ne cõtẽti simus facere q̃ tenemur. Cõgregemus q̊q; ĩ volũtate nr̃a pietatẽ, ꝑ q̃ opa miæ vniuersis ꝑ posse, ex totis ĩpendamus p̃cordijs, inq̃tũ sunt summæ trinitatis imagine ĩsigniti. At uero qm̃ timor dei sctũs & filialis ẽ oĩm bonoꝝ cõseruatiu⁹, vtpote diligẽtiæ parẽs, & faciẽs declinare à malo, ac vitare ꝑicula, & dei offẽsam abhorrere & fugere. Hic & castũ istũ timo-

Anthon. Bernar.

Tob. 4 Mat. 7

A rem in nostra animam & voluntate congregare non desistamus. In hac autem spiritalium congregatione diuitiarum videamus ne impleatur in nobis quod per Aggeum prophetam loquitur deus: Qui congregauit merces, misit eas in sacculum pertusum. In sacculo pertuso, quod a superiori parte infunditur per inferiorem effunditur, ideo talis sacculus non implet, imo & labor cõgregationis in eo deperditur. Sacculus ergo pertusus est cor negligens atq; instabile, quod nunc quidem deuotum nunc indeuotum existit. Vnde quod in vna congregat hora perdit in alia, & quod desuper ei ex diuina infunditur pietate, infra amittitur ex humana infirmitate, ignorantia aut prauitate. Vitemus ergo omnem negligentiã, instabilitatem, ignorantiam, & præsertim vniuersam malitiam mentis, & dona dei diligentissime conseruemus, ne per negligentiam ac recidiuationem perdendo, de ingratitudine grauius iudicemur. Postremo, si inuestigetur qualiter fiat congregatio spiritalium diuitiarum prętacta, de qua in Euangelio asserit Christus: Thesaurizate vobis thesauros in cœlo. Et rursus: Facite, inquit, vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cœlo. Respondendum, ꝙ orando deum cum omni fidei firmitate, instantia & feruore. Cum omnium dator & conseruator virtutum sit deus, a quo bona cuncta procedunt, qui opatur in nobis velle & perficere, a quo est omnis boni incœptio, prosequutio & perfectio: pro infusione igitur & conseruatione ac perfectione supernorum charismatum, perseueranter ac deuotissime deprecemur. Secundo, fit congregatio ista per diligentem insistentiam in omni actu laudabili, omni hora adijciendo ad merita, & omne tempus fructuose pertranseũdo, vt quotidie cũ recenti feruore, ac intensiori deuotione ea quæ diuini sunt cultus exequamur. Tertio, p internas ad deum aspirationes feruidas ac frequentes: imo per interiorem exercitationẽ & occupationem cum deo indefinentem quãtum possibile est, & iugiter actualem, vt ab interna dei inuocatione, laude, alloquutione, meditatiõe, contẽplatione hõ non cesset. Quarto, faciẽdo se eminenter participem omnium quæ in ecclesia dei fiunt bonorum, orando feruenter, & omni modo sibi possibili laborando pro communi bono, ac reformatione ecclesiæ. Et qa tota radix merẽdi pendet præsertim ex charitate, ita ꝙ vnusquisq; est spiritaliter tanto melior ac ditior, quanto fuerit in charitate perfectior. Iccirco cõgregatio ista per hoc potissime exercetur, ꝙ quis in charitate syncera crescit atq; perficitur: Ideo in actuali & puro deitatis amore incessanter conemur proficere. Ad laudem & gloriam eius.

Agg. 1.

Iac. 1.

B

IN FESTO EXALTATIONIS S. CRVCIS.

¶ Enarrationem epistolæ quære: De inuentione eiusdem. fo. 194. c.

¶ Enarrationem autem Euangelij ibidem fol. 195. d. cum suis Sermonibus.

¶ Sermo primus. De vexillo. S. crucis, & quam multipliciter crucem suam in mũdo Christus exaltauerit.

LEuabit dominus signum in nationes, & congregabit dispersos Israel. Esaiæ. 11. Reges & principes sæculi huius propria habent vexilla, quæ & ante eos feruntur quando ad prælia gradiũtur. Sic & vnigenitus patris æterni dominus noster Iesus Christus rex regum & dominus dominorum suum habet vexillum videlicet sanctam crucem, per quam superauit diabolum, vicit mortem, saluauit genus humanum, cœlestisq; regni aperuit ianuam. Et quoniam teste apostolo abiecta & contemptibilia mundi elegit deus, iccirco ipse Christus omnium dominus non vexillum de argento vel auro formatum, non pulchre ornatum, nõ humano iudicio preciosum, sed humana reputatione abominabilissimum vilissimumq; elegit. Crux namque fuit latronum patibulum. Propter quod dixerat Moses: Maledictus omnis qui pendet in ligno. Hoc ergo signum Christus sibi in vexillum elegit, vt mundi gloriam confutaret, vanitatem iactantiamque sæculi condemnaret. Quia ad hoc Christus venit in mundum, vt humilitatis, paupertatis contemptusque mundi in omnibus demonstraret exemplum ac traderet documenta. Præterea signum istud leuauit deus in nationes, qa beati apostoli deo iubente vbiq; terrarum prædicauerunt gloriam crucis Christi, qualiter scilicet per passionem & mortem suam in cruce, mundum redemit, & per crucem a suo principatu eiecit diabolum. Vnde passione sua imminente disseruit: Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et scd'm Apostolũ ad Hebræos: Chrs per mortem suam destruxit eũ qui habebat mortis imperium, id est diabolum. Princeps quoque apostolorum in prima sua canonica: Christus, inquit, peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum. Hoc est q̃d in Apocalypsi asseritur: Christus dilexit nos & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Hac doctrina instructę gentes ad deum conuersæ signum crucis sibi leuauerunt & erexerunt vbiq; in suis ecclesiis. Insuper Christus per apostolorum prædicationem præfatam ac sui vexilli exaltationem prætactam congregauit dispersos Israel, id est, electos Israeliticæ plebis p diuersas

C

1. Cor. 1

Apo. 1.

uersas mundi partes diuisos, & vitijs a domino separatos in sua domo, puta ecclesia adunauit per fidem, spem, & charitatẽ. Imo ex ipsis & electis gentilibus vnam sibi fecit ecclesiam. Hinc scriptum est: Iesus moriturus erat ꝓ gente, & non tantum pro gente, sed vt filios dei, q erant dispersi congregaret in vnũ, de quibus in exordio primæ epistolæ beatissimi Petri habetur. Petrus apostolus Iesu Chri electis aduenis dispersionis, Ponti, Galatiæ, Capadociæ, Asiæ & Bithiniæ, gratia vobis & pax multiplicetur. Hæc ergo crucis leuatio est quædam exaltatio eius: Sed aduertendum ꝙ filius dei Iesus Christus crucem suam frequenter ac varijs modis exaltauit in mundo. Primo etenim eam exaltauit, id est, dignificauit, honorabilẽ ac preciosissimam fecit proprij corporis contactu, videlicet humeris suis eam baiulãdo ad crucifixionis suæ locum, & in ea sustinendo mortis supplicium. Iccirco in hymno profunde ac
Amb. deuotissime ait sanctus pater Ambrosius: Arbor decora & fulgida ornata regis purpura, electa digno stipite, tam sancta membra tangere. Beata cuius brachijs sæcli pependit precium statera facta est corporis, & cæt. Hinc sanctus Andreas apostolus quãdo ducebatur ad mortem, visa eminus cruce repletus spiritu sancto deuotissime dixit: Salue crux quæ in corpore Christi dedicata es & ex membris eius tanquam margaritis ornata. O bona crux, quæ decorem & pulchritudinem de corpore domini suscepisti. Secundo, Christus suam crucem exaltauit, suo roseo ac preciosissimo sanguine eam copiosissime perfundendo, atque per hoc eam purpuream faciendo. Iccirco cantatur in hymno: Crux fidelis inter omnes arbor vna nobilis, quam sacer cruor perunxit fusus agni corpore. Tertio, tam multa, saluberrima ac præclarissima peragendo in ea, quia, vt tactum est, per crucem deuicit aereas potestates, satisfecit pro peccatis humani generis, reconciliauitq; illud patri æterno, confregit portas inferni, aperuit portam cœlestis regni, promeruit quoque hominibus ineffabilem gratiam & salu-
1. Pet 3. tem. Propter quod Petrus scribit: Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offerret deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu, deglutiens mortem vt vitæ æternæ efficeremur hæredes. Vnde ad Ephe. asseritur: Christus per crucem dissoluit inimicitias in semetipso. Hinc & ait: Si exaltatus fuero à terra, id est, leuatus in cruce, omnia traham ad meipsum. Quarto, per apostolorum prædicationem atque miracula hominibus toto orbe terrarum, gloriam & virtutem crucis insinuando, eosque ad venerationem crucis multiplicem, & eius vbique erectionem, præsertim in ecclesiis, inducendo, quatenus eam conspiciendo, passionem Christi iugiter recordẽtur, & ipsi diaboli signo crucis & eius virtute perterreantur ac refrenentur. Imo tantum in cruce confidentiam habent fideles, vt eius impressione & signatione se ab aduersitatibus tueri, in bonis firmari, a dæmonibus protegi credant ac sperent. Quinto, eam hominibus manifestando. Et hæc exaltatio sanctæ crucis facta est in eius inuentione, quoniam vsque ad tempus Constantini imperatoris fuit abscondita, & per diligentiam sanctæ Helenæ matris suæ est inuenta, atq; per miracula diuinitus declarata, sicut de hoc plenius dictum est supra in sermonibus de inuentione sanctæ crucis. Sexto, fecit hoc per Eraclium imperatorem, eam de manu perfidi regis Persarum eripiendo, atq; ad sanctum templum suum, quod tũc in Hierusalem fuit, eam reducendo & constituendo in eo. Quod totum cum præclarissimis copiosissimisque miraculis gestũ est. Nẽpe, vt legitur, cũ Cosdroe rex Persarum diuersa regna vastasset, partem ligni sanctæ crucis, quam beata Helena regina ibi reliquerat, tulit secum. Tunc Eraclius Imperator Romanus, congregato grandi exercitu contra exercitum Cosdroe processit, & deo auxiliante præualuit, sicq; populum Cosdroe infidelem cõuertit ad Christum. Deinde ipso Cosdroe victo & perempto, Eraclius Imperator lignum crucis recuperatum, secum ad Hierusalem reportauit. Denique cum de monte olitueti descendens & super regium equum ornamentis imperialibus decoratum sedens ingredi vellet per portam, per quam Christus intrauit passurus in crastinum, ecce lapides portæ descenderunt repente, & operientes ingressum quasi vnus paries sunt effecti. Propter quod admirantibus vniuersis angelus dei signũ crucis tenens in manibus super portam apparuit, dicens: Cum rex cœlorum ad passionem, per hanc portam intraret, non cultu regio, sed humili asello ingrediens humilitatis exemplum suis reliquit cultoribus. Quo dicto disparuit. Tunc lachrymans imperator discalciauit se, & vestes suas vsque ad camisiam exuit, crucemq; Christi humiliter sumens eam vsque ad portam deuotissime tulit, moxque lapides ad pristinum locum redeuntes liberum præbuerunt ingressum. Suauissimus quoq; odor ibi a deo dispersus est, qui vniuersos mirabili recreauit dulcedine. Tunc Imperator diuino succensus amore, & illustratus a spiritu sancto, in hęc crucis prorumpit præconia. O crux splendidior cunctis astris, mundoque celebris, & hominibus multum amabilis, sanctior vniuersis, quæ sola digna fuisti portare talentum mundi. Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera: Salua præsentẽ cateruam in tuis hodie lau-

A laudibus congregatam, tuo vexillo signatam. Sicque preciosissima crux suo restituta est loco in templo. Tunc antiqua Christi miracula sunt copiosissime renouata. Nam mortuis restituta est vita, quatuor paralytici sunt curati, decem leprosi sunt mundati, quindecim cæci illuminati, obsessi quoque sunt liberati, aliĳque a diuersis sunt curati languoribus. Et hęc est exaltatio sanctæ crucis præcipua, de qua nunc solennitatem facit ecclesia, quia in ea valde sublimata est fides catholica. Legitur quod Constantinopoli Iudæus quidam ecclesiam sanctæ Sophiæ ingressus, solum ibi se esse cernens extracto gladio suo imaginem crucifixi in gutture pupugit, & mox sanguis inde tam copiose effluxit, quod caput faciemque Iudæi aspersit. Qui territus imaginem proiecit in puteum, fugiẽti vero Iudæo obuians quidã Christianus, dixit: Vnde venis Iudæe, aliquem occidisti. Cumque negaret, dixit Christianus: Vere homicidium perpetrasti, & ideo sanguine es aspersus. Respondit Iudæus: Vere magnus est deus Christianorum, & fides eius per omnia vera est. Non enim hominem, sed Christi imaginem vulneraui in gutture, & inde protinus sanguis quo aspersus sum, fluxit. Duxitq; Iudæus ille Christianum ad puteum, & pariter extraxerunt imaginem. In cuius gutture (vt fertur) vsque in præsens manet percussionis cicatrix. Tunc Iudæus ille tot mirabilibus visis factus est Christianus. Itaque Christi passionem assidue recogitemus, & Christi sequamur vestigia in omni humilitate, charitate, iusticia, pietate, obedientia, & patientia. Crucifigamus corpora nostra cum viciĳs & concupiscentĳs, ne ambulemus in desiderĳs sicut gentes quæ deum ignorant. Sed cum omni cordis custodia, cum timore & tremore nostram operemur salutem, Christum iugiter deprecantes vt virtute & merito suæ passiõis sanctissimæ nos in omnibus misericordissime intueri, defensare, gubernare dignetur. Imo p omnia quę pro nostra assumpsit salute, fecit ac pertulit, pie exaudiat nos.

B

Sermo I. De ingratitudine nostra, & quàm varĳs modis circa passionem domini meditandam debeamus occupari.

MEmoria memor ero, & tabescet in me anima mea. Hæc recolẽs in corde meo, in deo sperabo. Trenorum tertio. Quemadmodum deus omnipotens & æternus, vnus in essentia, & trinus in personis ab æterno decreuit saluare gen⁹ humanum per Christi passionem, sic tota salus perfectio atque profectio nostra consistit in hoc vt circa Christi passionẽ, habeamus nos debito modo. Denique ad hoc crucem Christi tam mirabiliter exaltauit deus hoc die, quatenus passio Christi cordibus nostris tenacius infigatur & circa Christum p nobis passum affectuosius ac reuerentialius habeamus nos semper, considerando ex intimo corde quæ, quãta, & qualia pro nostra salute vnigenitus dei filius verus deus, assumpsit fecit & pertulit. Sicque eidem iugiter gratias referamus, & non negligamus nosipsos, nec paruipendamus causam animæ nostræ cum deo, sed CHRISTVM imitari conemur, ei in omnibus obedientes ac subditi simus. Alioquin tanto culpabiliores damnabilioresque erimus, quanto plura atque maiora pro nostra salute fecit ac passus est filius dei.

C Itaque quilibet nostrum cum Hieremia dicat propheta: Memoria memor ero, id est, diligenter recordabor eorum quæ pro me fecit ac tollerauit dominus IESVS CHRISTVS, & tabescet, seu præ admiratione & dolore aut compassione deficiet in me aĩa mea. Quis enim sufficiat admirari quod tanti nos æstimauit creator altissimus, quod tanta pro nobis agere & sufferre dignatus est filius patris æterni? Quod etiam tam ineffabiliter imo tam lamentabiliter ac damnabiliter magna est ingratitudo, negligentia, & peruersitas nostra. Et inde vehementer dolere ac contristari debemus, & emendare nosipsos. Hinc merito ait doctor deuotus dominus Bonauentura: Currite & conuenite vndique gentes, & admiremini erga vos charitatem dei, & erga vosipsos cæcitatem & malitiam vestram. Si enim filius dei voluit inseparabiliter coniungi humanæ naturæ, multo libentius deberet anima nostra sibi inseparabiliter copulari. Si filius dei voluit ex tanto charitatis feruore sibi nostram fragilem substantiam cineri & pulueri comparatam vnire, multo auidius deberet vnusquisque cor suum ad ipsum recipiendum aperire. Quæ est insania animæ nostræ, quod hoc negligit, & potius vult rebus vilissimis adhærere, quàm deo? O admirabilis cæcitas hominis, qui cum subsistat ex anima & corpore, & anima incomparabiliter nobilior sit corpore, totum tempus suum expendit in prouisione eorum quæ caro requirit, & animam suam negligit, ac si nihil esset, nec ipsam in deo quietare conatur? Præterea circa CHRISTI passionem debemus nos occupare pluribus modis. Primo etenim eam considerare debemus ad imitã

dum,quoniam ipsemet Christus in euangelio loquitur:Qui vult venire post me,abneget se
metipsum & tollat crucem suam quotidie & sequatur me. Princeps quoque Apostolorum D
fatetur : Christus passus est pro nobis , vobis relinquens exemplum , vt sequamini vestigia
eius.Et istud vno modo omnibus necessarium est ad salutem,,cum dicat A P O S T O L V S
P A V L V S ad Galatas quinto:Qui sunt Christi,id est , per charitatem & gratiam pertinet
ad eum,carnem suam crucifixerunt cum vitijs & cõcupiscentijs.Quid enim est carnem pro
priam crucifigere,nisi eam rationi subijcere , per opera pœnitentiæ castigare,eius desideria
refrenare,eam in dei obsequio exercere.Sicut Paulus testatur : Castigo corpus meum, & in
seruitutem redigo. Hæc crucifixio seu crucis baiulatio , est salutaris violentia , de qua ait
Saluator:Regnum cœlorum vim patitur,& violenti rapiunt illud.Itaque passionem domi-
ni nostri Iesu Christi debemus primo considerare ad imitãdum.id est,ad hoc, vt Christum,
propter nos passum sectemur,& eius passioni,irrisionibus, obprobrijs conformemur , eius
intuitu ac amore omnia aspera & aduersa,irrisiones,aspernationes,iniurias,lęsiones patien
do æquanimiter & gaudenter,quemadmodum Iacobus hortatur apostolus:Omne gaudi-
um existimate fratres cum in diuersas tentationes incideritis .Hæc quippe est summa & per
fectissima vita hominis in hoc mundo, imitatio crucifixi. Sit ergo regula nostræ conuersa
tionis passio saluatoris. Vt tanto plus consolemur,gloriemur in domino regratiemurque
ei,quanto plus Christo passo conformamur sustinendo iniurias tribulationes & aduersita-
tes.Et tanto plus contristemur,quanto amplius ab exemplari hac regula elongamur.Idcir
co quantum in nobis est optemus ab omnibus conculcari,deijci , vilipendi,aduersaque pa- B
ti.Insuper consideremus quàm charitatiue Christus pro nobis omnia tulit,quàm patientis-
sime atque humilime,quàm fortiter & constanter,quàm silenter & modeste in sua se habuit
acerbissima ac ignominiosissima passione. Quia,vt Esaias propheta capite quinquagesimo
tertio prædixit:sicut ouis ad occisionem ductus est , & quasi agnus coram tondente obmu-
tuit.Atque vt in prima sua canonica,capite secundo sanctissimus ait princeps Apostolorũ:
cum malediceretur,non maledicebat,cum pateretur , non comminabatur. Sed & baiulans
sibi crucem (vt apud Matthæum capite vicesimo septimo legitur) exiuit & inter latrones
suspensus est. Sic ergo & nos in omnibus patienter & humiliter, constanter,modeste, &
non vorbose nos habere debemus. Sed heu quid hic dicemus. Vbi est Christianitas nostra,
vbi imitatio Christi,Nam vix aliquis nũc apparet qui pro Christo aliquid pati velit.Omes
statim irascimur,idignamur, & pro posse vlciscimur.Imo pro parua iniuria magnam infe-
rimus aut infligere cupimus vltionem. Sic C H R I S T V M miserrimi imitamur.Imo
non Christum, sed diabolum sequimur. In quo(vt diuus Dionysius contestatur) sunt pro-
terua phantasia,amens furor,& irrationabilis concupiscentia.De quo in Sapientiæ libro ca
pite secundo asseritur.Imitantur illum qui sunt ex parte illius.Sed emendemus nos & Chri
sti passionem pro exemplari semper intueamur ac imitemur. Secundo,passionem Christi
considerare debemus ad compatiendum.Nam vt ad Romanos capi. octauo ait apostolus:
si compatimur & conregnabimus. Itaque perpendamus vniuersa quæ pro nobis Christus
patiebatur in anima sua & corpore, quantum etiam dilectissimæ matri suæ astanti condo
luit,& quàm ineffabiliter nostris peccatis , ingratitudinibus perditionibusque compatiens C
fuit. Certe dolor ille suus interior & cõpassiõis acerbitas fuit intẽtior atq; pœnalior,q̃ pœ-
na sua corpalis exterior. Quẽadmodũ qdam in Chri persona satis deuote loquutus est: Cũ
tãtus sit dolor meus exterior, maior tñ est dolor interior,cũ te tam ingratum experior.Itaq;
oĩa ista pensando debemus Christo tenerrimo ,innocentissimo, pijssimo atque dulcissimo a
sceleratissimis,atrocissimis,vilissimis,tã crudelissime ac pœnalissime cruciato intime & cor-
dialissime compati, vana solatia aspernari , carnales delectationes despicere,leuitates,disso-
lutiones ac vanitates abijcere. Præsertim,quoniam omnia illa C H R I S T V S absque sua
culpa pro nostris tolerauit peccatis & pro nostra salute. Tertio , passionem Christi conside-
rare debemus ad admirandum.Admirari nanque debemus quod dominus vniuersorum,
sanctus sanctorum,rex regum,vnigenitus patris,verusq; deus tanta ac talia pro nobis pec-
catoribus vilissimis, viciosissimis,ingratissimis pati dignatus est. Ideo cum Propheta dica-
mus : Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi.Itemque: Benedic anima
mea domino,& noli obliuisci omnes retributiões eius.Hinc ad Romanos quinto dicit apo-
stolus : Commendat charitatem suam in nobis deus , quoniam cum adhuc peccatores esse-
mus , C H R I S T V S pro nobis mortuus est.Et denuo:Cum adhuc inimici essemus,recon-
ciliati sumus deo per mortem filij eius. Quarto , passionem Christi consideremus ad glori-
andum

A andum in domino, inquantum tam multa bona ex ea sunt consequuta, videlicet, deiectio dæmonũ, saluatio hominum, destructio vitiorum, reparatio ruinæ angelicæ, abundantia gratiæ sub euangelica lege, honoratio dei patris, maior quoque glorificatio Christi humanitatis, informatio & exemplum omnis virtutis. Hinc nanque ait apostolus ad Philippenses secundo: Christus humiliauit se factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium & infernorum. Itaque de eadem Christi passione debemus habere compassionem inquantum fuit Christo tam grauis, & exultationem inquantum fuit ita salubris. Quinto, consideremus eam ad regratiandum vt scilicet de hoc deo patri, imo toti supgloriosissimæ trinitati totis præcordijs regratiemur, quod per Christi passionem tot bona consequimur, a tot malis eripimur, tam gratiose semper iuuamur, quia & ex merito passionis CHRISTI, indulgentiæ conceduntur. Sexto, consideremus eam ad feruenter amandum, vt scilicet ex hoc quod Christus tot & tanta pro nostra salute assumpsit, egit ac passus est, deum ardenter amemus, in ipsum per feruida charitatis desideria transformemur, ipsum intra nos charitatis brachijs constringamus seu amplexemur. Si ergo his modis circa Christi passionem nos occupamus, tunc vere crucẽ Christi in nostris cordibus exaltamus, & Christi passionem mente grata feliciter honoramus. Referti sanctus Gregorius quod quidam Iudæus Romam veniens quadam nocte pernoctauit in templo gentilium. Et quamuis Christianus non fuit, tamen ob loci horrorem cruce se signauit. B Media nocte vidit turbam dæmonum templum illud intrantem, quorum princeps præcepit vni vt videret quis esset ille iacens in templo. Qui cum venisset ad Iudæum, clamauit: Heu heu, vas vacuũ, sed signatum. Et statim turba dæmonum fugit. Quibus visis Iudæus ille CHRISTIANVS effectus est. Ecce quanta est virtus crucis. Rursus narrat Gregorius: quod quædam monialis hortum ingressa cœpit manducare lactucam absq; benedictione crucis præmissa. Moxque a diabolo obsessa, corruit. Cumq; sanctus Equitius venisset ad expellendum dæmonium, dæmon clamauit. Ego quid feci, ego quid feci. Sedi super lactucam, & illa momordit me. Præcipiente autem Equitio, exijt. Quidam Christianus apud Syriam imaginem crucifixi circa lectulum suum fixit. Post annum aliam domum locauit, & ex obliuione imaginem in prima domo reliquit. Cumque domum illam conduxisset quidam Iudæus, & cum quodam Iudæo quem inuitauit in domo illa epularetur, Iudæus ille inuitatus visa præfata imagine cum indignatione dixit Iudæo habitatori domus illius, cur imaginem IESV Nazareni in sua haberet domo. Qui excusauit se dicens: quod imaginem illam hucusque non considerauit. Tunc ille quasi pacatum se simulans abijt & retulit Iudæis quæ vidit. Qui pariter venerunt ad domum præfati Iudæi eumque grauissime afflixerunt, & semiuiuum extra synagogam iactarunt. Imaginem quoque conculcantes cuncta dominicæ passionis opprobria renouauerunt in ea. Cuius cum latus perforassent, mox sanguis & aqua fluxerunt ex eo. Obstupefacti Iudæi sanguinem collegerunt in vase, & detulerunt in synagogas, omnesque infirmi ex sanguine illo inuncti, protinus curabãtur. C Tunc compuncti Iudæi omnia recitauerunt episcopo terræ illius, & fidem Christi deuote amplexi sunt, suasque synagogas in ecclesias consecrauerũt. Atque exinde mos inoleuit, vt ecclesiæ consecrentur. Nam ante altaria tantum consecrabantur.

Sermo Tertius. Quæ sit summa Christiana sapientia, Cui pro peccatis cõpetit satisfactio, & quomodo fides nostra sit confirmata miraculis

Vulneratus est propter iniqtates nostras & attritus ē propter scelera nostra. Esaiæ 53. D
Vere ap̄lo protestante stultam fecit deus (cuius sapientiæ non est finis) sapientiam sc̄li huius. Sed & sapientes sc̄li huius, sapientiā salutarem, hoc est euangelicæ legis, reputauerūt insipientiā & errorē, atq; figmentū, vtpote deū esse incarnatū, & in assumpta humanitate p hoībus passum. Carnalis q̄q; hō non sapit spiritalia & diuina. Supnaturalia nanq; & valde supernaturalia & prorsus incompræhēsibilia sunt vniuersa fidei Christianæ mysteria, nec potuit talia excogitare aut fingere ratio naturalis adinuētione humana. Et sicut a solo deo reuelata sunt & fluxerunt: sic per supernaturalia & diuina argumenta sunt introducta, probata, recepta, & credita. Cumque vera, diuina, & supernaturalia sint, non est dubitatio vlla, quin in eorum consideratione consistat contemplatio vere altissima. Ad quam nullus extat idoneus, nisi fuerit desuper copiose illuminatus. Hæc est igitur summa sapientiæ Christianæ, hic apex theoriæ Euangelicæ legis, hæc incompræhensibilis altitudo doctrinę filij patris æterni, quod ipse deus creator omnipotens est vnus in essentia, & trinus in personis, & quod vna in summa trinitate persona, videlicet vnigenitus patris factus sit homo, ad redimendum genus humanum, quod propter primorum parentum originalem transgressionem, erat infectum originali peccato, æterna felicitate priuatum, & damnationi, quantum ad pœnam damni obnoxium. Nec poterat liberari per puram aliquam creaturam, quoniā pura creatura esse non potuit tantæ dignitatis & efficaciæ seu idoneitatis ad promerendū, vt totum genus humanū deo creatori reconciliaret, eique gratiam promereretur, & beatitudinem recuperaret amissam, cum & peccatum infinitam quandam sortiatur enormitatem E inquantum offensiuum & aspernatiuum est creatoris, cuius sanctitas ac maiestas est penitꝰ intensiue & perfectionaliter infinita. Ipsa quoque natura in infinitum est communicabilis, Totam ergo & singula eius supposita quantumlibet multiplicentur, deo reconciliare, competere nō valebat nisi mediatori dignitatis immensæ. Nam & in seculo isto videmus quod facilius quis reconciliat regi terreno vnum reum, quàm plures. Facilius quoque princeps talis ad alicuius sibi dilecti instantiam ignoscit vni aut paucis, quàm multis. Idcirco pro totius humani generis generali offensa satisfacere ac deum placare non competebat saluatori dignitatis duntaxat finitæ. Rursus gratia gratumfaciens magnæ valde est eminentiæ. Cūque sit supernaturalis similitudo diuinæ essentiæ ponēs rationalem creaturam in quodam esse supernaturali deiformi ad promerendum vitam æternam idoneo & condigno, etiam ipsa gratia fertur dignitatis quodammodo infinitæ. Propterea amissam recuperare, & maxime toti humano generi reparare, nequaquam congruebat, nisi liberatori dignitatis illimitatę. Amplius, quia beatitudo propter quam creator æternus omnipotens & immensus instituit & creauit genus humanum, est clara immediata atque per speciem lucida fruitiua ac beatifica diuinæ essentiæ visio, incircūscriptęque bonitatis perpetua ac secura fruitio (quæ gloriosa felicitas est dignitatis quasi immensæ, inquantum est infiniti boni plena ac contētiua possessio) idcirco eam humano generi recuperare soli competebat mediatori idoneitatis & dignitatis interminatæ, videlicet, vero deo. Cumque DEVS in suæ deitatis natura nullatenus aptus sit ad satisfaciendum aut promerendum, ac mediandum, seu patiendum, nec erat hoc imperfectionis, sed infinitæ perfectionis ac sublimitatis, quoniam satisfacere, promereri, mediare, ac pati non competunt nisi inferiori, nec purę creaturę potest competere infinita dignitas siue perfectio. Hinc Deus factus est homo, vt ex deitate ei competeret efficacia infinita, dignitas aut idoneitas ad subueniendum, satisfaciendum ac promerendum in alia seu assumpta natura. Ex natura vero assumpta sibi competeret satisfacere, promereri, mediare, ac pati. Hinc deus factus est homo, ita quod Christꝰ in vnitate personæ est deus & homo, quia eius humanitas ad esse suum personale, æternum & increatum assumpta est & supposita in illo. Denique quoniam culpa expiatur per pœnam, & prauæ delectationi peccati debetur punitio, idcirco contigit vt pro peccato humani generis Christus dei filius pateretur, atq; per suam corporalem tempotalemque mortem satisfaceret diuinæ iustitiæ pro trangessione & delectatione originalis culpæ, imo & omnis peccati hominū vniuersorum inquantum Christus ex summa obedientia, & perfectissima charitate suam amarissimam passionem acceptauit ac ordinauit ad satisfaciendum deo pro peccatis omnium hominum. Ipseque deus trinitas passionem Christi secundum quod ex tanta obedientia & charitate erat ab eo pro hominibus acceptata, & ad eorum saluationem relata seu ordinata, habuit tam acceptam, gratam, ac placitam quod eius merito ac virtute indulsit humano generi oē pc̄tm̄, quantum fuit ex parte huiusmodi satisfactionis. Quæ ex se ad hoc fuit idonea

A quamuis ex parte hominum requiratur ꝙ eis meritum passionis Christi applicetur. Quod fit per fidem & sacramenta ecclesiæ, quia & si terrenus princeps aliquibus reis ignoscat, propter alicuius sibi accepti instantiã, nõ tamen hoc agit, nisi rei dicãt se de principis offensione dolere & ab ea decætero velle cauere. Præterea, quoniam ista doctrina reputabatur ab hominibus fatua, deus omnipotens qui solus eius actor ac testis est eam copiosissime ac potentissime approbauit, & gloriosissime exaltauit, per paucos Christi discipulos homines idiotas ac simplices eam vbiq; terrarum diffundens ac publicans, & aduersarias leges, superstitiones, idolatrias destruens absq; humana potentia, armorumq; violentia, & absque omni vulpina versutia, arteq; magica. Ita ꝙ tandem summi philosophi ac potentissimi principes mundi ad fidem Christi sunt conuersi, nempe deus altissimus gloriosissimos suos apostolos diuinis proprietatibus, supernaturalibus virtutibus, miraculosis efficientijs tam eminentissime decorauit, ꝙ totum rerum ordinem, vniuersitatisq; cursum & naturalem entium legẽ subdidit eis. Quid enim admirabilitatis & excellentiæ non fecerunt sancti apostoli? Mortuos suscitauerunt, ex vtero matris claudos, cæcos, surdos, mutos, ac debiles, alios quoq; varijs ægritudinibus laborantes mirabiliter curauerunt. Ostenderunt quoque idolatris visibiliter, horribiliterque ad oculum dęmones, quos coluerunt in idolis. Sed & angelos sanctos monstrauerunt eisdem, & testimonijs eorum quos reduxerunt ab inferis probauerunt fidem, quam docuerunt, & veritatem euangelicæ legis. In horum lucida ac salubri noticia cõsistit altitudo contemplationis sapientiæ Christianæ. Et per innumerabiles vtriusq; sexus personas Christifideles in hac fide ac lege perfectos deus sublimis a tempore apostolo-

B rum vsq; in præsens copiosissima ac præclarissima fecit miracula. Itaq; Christus crucifixus, clauis perfossus, lancea perforatus, inter latrones suspensus, flagellis dilaceratus, turpissima & acerbissima morte occisus, est altissimum, diuinissimumq; contemplationum nostrarum obiectum, in eo propter nos ita tractato consideramus ac intuemur diuinæ rigorem iustitiæ, quæ maluit dei filium taliter pati, ꝗ inulta manere peccata. Diuinæ quoq; pietatis immẽsitatem, quæ humano generi tam misericordissime subuenire dignata est. Sed & bonitatem dei immensam, quæ se ita communicauit hominibus. Charitatem etiam ineffabilem dei ad homines, quoniam diuinæ naturæ in Christo tam propinquissime copulauit naturam humanam. Et ꝙ deus pater vnigenitum suum sic misit ac præstitit nobis, ipseque filius dei ita seipsum pro nobis obtulit patri. Incomprehensibilem quoq; sapientiam superbenedictę trinitatis, quæ tam decentissimum ac admirabilem nostræ redemptionis modum excogitauit ac statuit. Propterea in Christo incarnato ac passo contemplamur deitatis sublimia & humanitatis decliuia. Hãc fidem deus in præsenti solennitate præclarissime sublimauit. Quoniam ergo deus trinitas, creator oĩpotens, deus adorandus, & benedictus tot & tanta pro redemptione nostra operari dignatus est, & filius dei tot & tanta pro ea assumpsit, fecit ac tulit, non paruipendamus nostræ salutis negotium, nec vnꝗ habeamus nos negligẽter, sed Christo grati esse conemur, & eius vestigia idonee imitemur. Baiulemus crucem nostram quotidie, & reprimamus exteriores interioresq; sensus & appetitum nostrum diuinis sem-

C per subdamus præceptis, in actibus pœnitentię occupemur assidue, & vniuersos ac singulos nostros defectus inspiciamus ac deploremus, emendemus, ac fugiamus pro posse. Postremo crux Christi sit iugiter cordi nostro infixa nec aliquid sit tam graue, quod non intuitu et amore Christi propter nos crucifixi æquanimiter toleremus. Imo Christo pro omnibus passo vnusquisque tam gratus sit, tam amorosa mẽte adhæreat, tã efficaciter se conformet, ac si pro se solo cuncta esset perpessus. Hoc nanq; est opus fidelis ministri, vt quod pro omnibus egit ac pertulit dominus, quasi pro se solo actum arbitretur ac toleratum. Et merito, qa & Christus pro quocunq; adhuc mallet pati, ꝗ permitteret, quantum in se est illum perire. Sicq; cum apostolo quilibet deuotissime fateatur. In fide viuo filij dei qui dilexit me & tradidit semetipsum pro me.

¶Sermo 4. De charitate fraterna, de syncteritate bonorum operum, & quomodo in Christi cruce sit gloriandum.

f AMbulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. Ad Ephe. 5. Dilectio inter filios dei & filios perditionis discernit, sine qua claustrũ est inferus, & spelũca latronũ. Vnusquisq; igitur corde, ꝟbo & opere, alteri cooperet̃ in bonũ, adiuuet ad salutẽ, cõsiliũ auxiliũq; impẽdat ꝑ posse. Nẽo sic ꝟtat̃ in dęmonẽ vt ex ꝓposito queꝗ̃ ꝑturbet, vt aliquẽ trahat ad dei offẽsam

ad par-

ad partialitatem odibilem, ad mentis interitum propinando ei calicem mortis verbum detractionis, peccandi audaciam. Hoc est in dilectione incedere, sicut & Christus in ea incessit. D Confratrum salutem, tanquam propriam procurare saltem orando, fraternaliter corripiendo, pie hortando, exemplariterque viuendo. Veruntamen sanctus Iohannes apostolus in

1. Iohan. 3 sua epistola plus aliquid dicit. In hoc, inquiens, cognouimus charitatem dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Quomodo autem pro fratre suo animam suam ponet qui non vult modicum laborare aut pati ne ille in peccatum labatur, qui dona dei sibi concessa proximo communicare non curat, qui diligentiam non apponit, ne aliquem scandalizet? Itaq; non diligamus tantum verbo, & lin-

Eodem gua, sed opere & veritate: Charitatem nostram ad proximos non iam blandiendo verbis pandamus, sed opere synceriter demonstremus. Sed & inuicem supportemus in charitate, sicut a deo volumus supportari. Dilexit ergo nos Christus dilectione æterna & increata, inquantum deus dilectione quoque creata infusa secundum quod homo. Et ex vtraque tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo, quia in ara crucis seipsum sponte obtulit patri pro nostra salute. Iudæis quoque se tradidit ad hoc, vt immolaretur patri in sua-

Iohan. 10 uissimam hostiam. Nam ex proposito obuiam iuit illis, & se ab eis compræhendi ac crucifi-

Eodem gi permisit spontanee, sicut prædixit: Nemo tollit animam meam a me, sed ego pono eam. Itemque: Animam meam pono pro ouibus meis. Vnde & Esaias prænunciauit prophetans: Tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est. Denique nos religiosi Christo in hoc vicem pro posse reddere cupientes, tradidimus nosmetipsos ei in manu vica- E rij sui, voluntatem propriam abnegando per solenne obedientiæ votum, atque obtulimus nos deo in holocaustum odoris dulcissimi mancipando nos diuinis totaliter per monasticam professionem. Quod ergo promisimus, fideliter impleamus, & quod incepimus prosequamur & consummemus. Nil nostri relinquamus nobismetipsis. Deus substantialiter purus & fons puritatis totiꝰ puram requirit oblationem, & illam acceptat ac munerat. Quid est pura oblatio nisi virtuosa & immaculata operatio ad dei gloriam ordinata? Studeamus ergo quantum humana admittit fragilitas, vt bona quæ agimus non sint malis admixta. Ne in Psalmodia orationibus, horis, & missis simus distracti, negligentes, intimorati. Quod si vicissim ex instabilitate defectuositateque nostra euagationem mentis incidimus, ei tamen non immoremur, sed protinus intuitum cordis ad dominum reflectamus, & percutiamus cor nostrum super tantis miserijs nostris, ac contra propriam instabilitatem iugiter præliemur, dominum inuocantes, vt per suam gratiam ac virtutes, per sapientiæ donum, per assuefactionem virilem cor nostrum in se stabilire dignetur. Præterea exaltetur crux Christi in medio cordis nostri, vt eam indesinenter intueamur, atque in ea salubriter gloriemur, sicut ait apostolus ad Galatas sexto: Mihi absit gloriari, nisi in cruce domini mei Iesu Christi. Et rursus aptius loquens, causas quoque huiuscemodi gloriationis insinuans ait Ecclesia: Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri IESV CHRISTI, in quo est salus, vita, & resurrectio nostra, per quem saluati & liberati sumus. In cruce igitur Christi oportet nos gloriari, non de hoc absolute gaudendo quod innocentissimus dei agnus tot & tanta innocentissime pertulit, imo in hoc compati ei necesse est: sed in quantum ex passione F CHRISTI tantus fructus consequutus, tam Christo quantum ad accidentale præmium, quàm hominibus vniuersis electis. Christus nanque sua passione, humiliatione, deiectione, meruit iudiciariam potestatem ac propriæ humanitatis accidentalem glorificationem, quę resurgendo & ascendendo peracta est, exultationemque super omne creatum, atque vt honoretur ab omnibus, sicut ait apostolus: Humiliauit se factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & infernorum. Insuper ex Christi passione consequimur tales ac tantos fructus, vt nec compræhendere neque exprimere valeamus, quia per eam sumus a morte æterna redempti, eius merito sumus in baptismo purgati atque renati. Per eius merita consequimur gratiam & salutem in alijs sacramentis, eam cordialiter recordando, veniam & gratię incrementum sortimur, eius fide & recordatione superamus tentationes, eius virtute & merito fiunt opera nostra deo acceptiora, secundum quod mente viuimus nos Christo capiti nostro, & meritis eius, ac per ipsum & merita eius petimus exaudiri, nr̃aq; opa bona a deo misericorditer acceptari. Hinc orationes ecclesiæ concluduntur per dominum nostrum Iesum Christum. In orationibus quoque nostris priuatis debemus semper deum rogare, vt per omnia quę Christus pro nostra assumpsit, fecit sustinuitque salute, suscipere nos dignetur. Adhuc autem virtute & me-

A &merito passionis Christi consequētur electi in die iudicij plenam immortalitatem & corporis glorificationem. Per eandem etiam passionem vehemēter debilitata est aduersariarum potestatum crudelitas. His ergo ex causis nos gloriari oportet in cruce Christi, in quo est salus nostra, quia in suæ deitatis visione ac fruitione, nostra consistit beatitudo. Sed & vita spiritalis, quæ est vita gratiæ, non habetur nisi credendo in ipsum. Et per eum modo resurgimus à morte animæ quod est peccatum. In futuro quoque ad beatæ resurrectionis immutationem pertingent electi. Postremo nos sacerdotes Christi, qui eũ in altari deo patri quotidie immolamus, Christo specialissime conformari debemus, vt quod ipse semel fecit pro nobis offerendo seipsum in cruce, nos quotidie mysterialiter repræsentemus, eius beneficia atque mysteria recolendo. Et quod ipse fecit in cœna, agamus, eius corpus & sanguinē consecrando, sumendo ac porrigendo. Idcirco in celebratione deuotissimi esse debemus, & mente ad deum valde suspensi ac fixi. Sicque in spiritu ardoris vniuersum opus nostræ reparationis rememoremur.

Sermo V. In passione domini attendendum, quis patiatur, qualis sit qui patitur & quantus, pro quibus patiatur, & quid patiatur.

Hæc recolens in corde meo, in deo sperabo. Trenorũ tertio: Maiorem, vt ait saluator, charitatem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Summũ
B itaque beneficium est dum quis propriam vitam pro alterius redemptione morti exponit. Sed in hoc consideranda sunt multa. Nonne multoplus est si vnicus filius regis terreni pro vili seruo se morti exponat, quàm si eius seruus pro filio regis se mortis exponat periculis? Iterum multo amplius reputatur si quis pro alio sustineat mortem ignominiosam, amarissimam & prolixam, q̃ si mortem pro eo tolleret breuem ac leuem. In passione ergo quam pro nobis pertulit filius dei, prīo debemus attendere quis sit qui pro nobis passus est. Videl. quod non homo purus aut angelus, sed dei vnigenitus, verus deus, qui in vnitate personæ est deus æternus & homo perfectus. Atque vt deus est dignitatis immensæ, & inquantum ille homo est dignior toto mundo pro eo quod eius humanitas vnita est vniōe hypostatica verbo æterno. Ex hac itaque consideratione apprecianda & extollēda est nobis passio Christi in infinitum, & pro tanto beneficio eius in infinitum regratiari habemus. Nec possumus ei plene regratiari, sed infinite deficimus a regratiatione condigna, eo quod tam supernobilissimam vitam suam pro nobis exposuit morti. Secundo, in CHRISTI passione debemus pēsare qualis sit ipse, qui propter nos passus est, vtpote q̃uis iustus & innocēs, quàm sanctus & sapiens, quàm dulcis & mitis. Hoc nanque vehementissime auget & incitat compassionem & gratiarum actionem, quod tam pijssimus & innocentissimus agnus, tam sanctissimus & sapientissimus vir, tam mitissimus & dulcissimus iuuenis, tam pulcherrimus ac tenerrimus homo pro nobis sustinuit omnia illa. Nonne multo magis compateremur si cerneremus aliquem mansuetum irreum & benignissimum hominem pati ac trucidari, quàm si hominem durum & rigidum, quamuis iustum? Quantum ergo compatiendum est Christo
C propter nos passo, tam summe & incomparabiliter pio, innocenti, sancto, sapienti, mãsueto, suaui, pulchro, ac tenero? Tertio in CHRISTI passione intueamur quantus sit qui propter nos passus est. Tantus est plane, vt de eo secundum ipsius diuinitatem dicat scriptura: Magnus dominus & laudabilis nimis & magnitudinis eius non est finis. Ipse quoq; de se ipso secundum naturam assumptam fatetur: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Habetque in vestimento ac fœmore suo scriptum, rex regum, & dominus dominantium. Si ex magnitudine & excellentia legati, magnitudo causæ perpenditur, nonne maxima causa est propter quam talis ac tantus legatus in mundum a patre æterno est destinatus, & pro mundi salute perpessus? Quarto, in CHRISTI passione est ponderandum a quibus est passus. Nempe a proprio fuit discipulo traditus, a peculiari populo accusatus, negatus, occisus. Quod quàm graue ei extiterit, pandit dicendo: Quoniã si inimicus meus maledixisset mihi sustinuissem vtique. Quinto a qualibus, puta, a crudelissimis, sceleratissimis vilissimisque ribaldis. Cuius rei consideratio valde auget compassionem. Sexto a quantis, quia a multis milibus Iudæorum atque gentilium fuit derisus, blasphematus, cōtemptus. De quibus p prophetã testatur Psal. vicesimo primo: Omnes videntes me, deriserunt me, loquuti sunt labijs & mouerunt caput. Septimo inspiciamus quid passus est, scilicet, qualiter passione instante cœpit contristari, pauere, tædere, in tantum quod dixit:

Tristis

Tristis est anima mea vsque ad mortem. Vnde & factus in agonia atque prolixius orans ex
timoris & interioris afflictionis vehemẽtia fudit sudorem sanguineum instar guttarum in
terrã. Deinde qualiter sit cõphensus, ligatus, impulsus, trusus, tractus, & a suis disc. derelict⁹,
a pontificibus interrogatus. Qualiter impij qui tenebant illum illudebant ei cędentes, eiusq;
que oculos velauerunt, ac serenissimum eius vultum conspuerunt & percusserunt. Et quali-
ter blasphemauerunt, & morti adiudicauerunt eundem. Deinceps qualiter ignominiose li-
gatus, præsentatus est iudici, accusatus, irrisus, flagellatus, spinisque coronatus, damnatus,
atque ad mortem, crucem sibi baiulans ductus. Inter latrones suspensus, diris clauis confix-
us, aceto & felle potatus, suæ quoque fidelissimæ ac ꝑdilectissimæ matri compassus. Sicque
turpissima ac acerbissima morte peremptus est. Nec vnquam sustinuit homo in mundo tã
duram mortem vt Christus. Dolor quoque compassionis quo tunc pereuntibus & ingratis
condoluit, vim doloris in ipso excessit. Quemadmodum in eius persona a quodam deuoto
prolatum est. Cum tantus sit dolor meus exterior, maior tamen est dolor interior, cum te
tam ingratum experior. Ex violentissima etiam extractione corporis Christi, dolor suæ pas-
sionis vehementissime augebatur. Similiter ex summa illa æqualitate & teneritudine suæ cõ-
plexionis. Octauo, pensemus propter quid passus est, vtpote propter iniquitates nostras,
non suas. Posuit enim in eo dominus iniquitatem omnium nostrum. Quis tam ferreum ha-
bet pectus, qui nõ intime cõdoleret, si alium & penitus innocentem videret pro suis excessi-
bus grauiter cruciari. Nono perpendamus quo fine & fructu sit passus, videlicet, vt nos ab
infernali liberaret interitu, atque æternæ beatitudinis efficeret ciues ac filios. Hæc omnia
sapienter, sigillatim, distincte, diligentissime ac cordialissime reminiscamur & cõsideremus,
vt grati simus saluatori. Compatiamurque ei, & eius sequamur vestigia & gloriemur in cru-
ce, beneficijsque eius. Miremur quoque quod tanta fecit ac pertulit pro nostra saluatione, E
atque ipsius accendamur amore. Debemus equidem Christi passionem considerare, primo
ad recordandum, ne obliuiscamur eorum quæ pro nobis perpessus est. Secundo, ad compa-
tiendum. Tertio, ad imitandum ac proficiendum. Quarto ad gloriandum in cruce ipsius
propter fructus dominicæ passionis. Quinto, ad ammirandum & contemplandum charita-
tem pietatemque dei ad homines. Sexto, ad diligendum. Septimo, ad quiescendum in
ipso tanquam in saluatore totius nostræ salutis fonte. Itaque omnia ista nostris cordi-
bus inscribamus, nostris memorijs imprimamus. Horum consideratio sit sapientia nostra.
Per hæc eijciamus de interioribus animæ nostræ omnes cogitationes inutiles, vanas, ini-
quas. Quotiescunque in nostro corde oritur aliqua imaginatio fatua, aliqua appræhensio
praua, aut diabolica tentatio aliqua, mox ad recordationem dominicæ passionis confugia-
mus. Si carnalis appræhensio, concupiscentia aut stimulatio exurgat in aliquo, statim ad
dominicæ passionis recurrat memoriam. Si erumpant aduersa, si iræ commotio, impatien-
tiæ impetus, tristitiæ pondus se ingerat. Ex consideratione passionis & patientiæ mansue-
tudinis & tranquillitatis domini nostri Iesu Christi omnia illa vincamus, mititatem, pati-
entiam, spiritaleque gaudium amplectamur. Intingatur sanguine Christi pes noster, & do-
mino nostro saltem aliqualiter conformari, sit gloriatio nostra. Ascendamus cum Christo
in crucem, arduam viam salutis viriliter, & patientiæ exercitia strenue aggrediendo. Ma-
neamus quoque cum ipso in cruce, in obedientia & afflictione pœnitentiæ, in mortificatio-
ne salubri, & propriæ voluntatis fractione perseuerando. Moriamur demum cum Christo
in cruce, in istis exercitijs cursum nostrum feliciter consummando, carnem quoque cum vi- F
cijs & concupiscentijs crucifigendo. Non acquiescamus persuadentibus descensum de cru-
ce, rigorem pœnitentiæ relaxando, pristinam libertatem rursus optando, ad ea quæ mundi
sunt aspirando. Postremo, dulcescat nobis crux nostra, vt dei intuitu ac amore omnia prõ-
ptissimo animo operemur ac patiamur, & carnalia ac vana solatia respuendo iusticiamq;
zelando, mereamur desuper consolari, spiritalibus gaudijs refoueri, gustare dulcedinem dei
futuram beatitudinem prælibare, diuinorum stillicidiorum infusiones ac munificentias ex-
periri, vt cum apostolo ex sententia fateamur. Sicut abundãt passiones Christi in nobis, ita
per Christum abundat consolatio nostra. Itemque: Benedictus deus qui consolatur nos in
omni tribulatione nostra. Et cum Psalmista grata iucundaque mente cantemus deo. Secũ-
dum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt ani-
mam meam. Cui honor & gloria in æternum

IN FESTO S. MATTHEI APOST. ET EVANG.

¶ Enarratio Epistolæ, Vnicuique nostrum data est gratia. Ephe. quarto.

Epistola

¶ Enarratio epistolæ: Vnicuiq; nostrum data est gratia. Ephe. IIII.

A EPistola ista in officio hodierno rationabiliter legitur, quia in ea de Euangelistis specialis mentio agitur. Itaq; ad Ephesios ait Apostolus. ⌊Vnicuique nostrum data est gratia.⌋ gratum faciens, aut gratis data, seu utraq; simul, quę in Apostolis maxime abundabat, qui primitias spiritus acceperunt. ⌊Secundũ mensurã donationis Christi⌋.i. secundũ moderamen seu quantitatem, qua placuit Christo gratiam unicuiq; dare: qui cui uult, dat plus: cui non uult minus, omnibus tamen ultrr eorum dignitatem ac meritum. ⌊Propter quod dicit.⌋ Psalmista qui gratiã in nouo testamento collatã præcognouit, & propter eam aliqua prophetauit. ⌊Ascendens Christus in altũ.⌋ id est, in cœlum empyreum in die ascensionis. ⌊Captiuã duxit captiuitatem.⌋ id est, in limbo detentos, & sufficienter purgatos, qui propter originalis peccati reatum retardabantur à gloria, & à diabolo tenebantur captiui, eripuit, & secũ uexit in cœlum. ⌊Dedit dona (gratiæ ac uirtutum) hominibus.⌋ præsertim suis discipulis in die Penthecostes, quibus tunc misit spiritũ sanctum, qui eorũ corda repleuit multiplici gratia. Translatio nostra sic habet: Ascendisti in altum, cepisti captiuitatẽ, accepisti dona in hominibus. Sicq; Apostolus allegat scripturam hanc secundũ sensum magis, q̃ iuxta formam uerborũ. ⌊Quod autẽ ante (Christus) ascendit quid est.⌋ .i. quomodo uerum est, & quid innuit. ⌊Nisi quia & descendit primũ.⌋ .i. ante suam ascensionẽ. ⌊In inferiores partes terræ?⌋ id est in limbũ patrum, qui est secus infernum, & in superiori parte ipsius, tamen sub terra. Illuc enim Christus descẽdit, quantum ad animã suam in puncto mortis suę, & fuit ibi usq; ad horam resurrectionis suæ, qua sanctos inde eduxit. Vel descendit primũ in inferiores partes terrę.i. ad hunc mundũ inferiorẽ, & ad habitabilia loca terræ p assumptionẽ

B naturę humanę, atq; in mundo uisibiliter apparendo. Vnde protestat: Nemo ascendit cęlum nisi qui descendit de cœlo. ⌊Qui descẽdit (modis iã tactis) ipse est & qui ascẽdit.⌋ In die ascensionis scdm corpus suum & animã ⌊Sup oẽs cœlos.⌋ materiales, & sup habitatores eorũ. Ascẽdit eñ super oẽs creaturas spirituales ac corporales loco & dignitate, seu potius dignitatis suæ manifestatione. Veruntamen Christus, secundũ q̧ homo infra cœlum empyreũ continetur, quod secundũ Damasce. est continentia.i. locus cõtentiuus uisibilium & inuisibilium, & usq; supremũ cœli illius Christus ascendit, ubi & residet. Deniq; septẽ sunt cœli seu orbes, sphęræ planetarũ. Octauũ cælum est firmamentũ quod uocatur cœlũ stellatũ, quia in eo sunt stellæ fixæ estq; partim diaphanũ, & partim lucidum. Nonũ est cœlum cristallinum seu aqueũ omnino diaphanum, quod philosophi nominant nonã sphærã, ultra quam quidam astronimi ponunt decimam sphærã, seu decimum cœlum, quod nominant primum mobile. Vltra hos cœlos est cœlum empyreum, maxime uniforme, simplex, immobile, q̃d est locus & mansio beatorũ. Præter hos cœlos superiores secundum substantiã omnino incorruptibiles ponuntur cœli elementales, uidelicet aëreum, æthereũ, olympeum, & igneũ. Sic ergo Christus super oẽs cœlos ascendit. ⌊Vt adimpleret omnia.⌋ quę de ipso in lege, prophetis & psalmis fuerunt prædicta. Vnde in cruce dixit: Consummatum est. Vel, ut adimpleret omnia genera hominum, id est, quosdã de uniuersis generibus hominum donis & gratiis spiritus sancti, de quibus in Iohanne ait: Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Vel ut adimpleret omnia creata uisibilia & inuisibilia, sua dominatione ac præsidentia. Quoniam data est ei omnis potestas in cœlo & in terra, & omnia ei subiecta sunt, omneq; genu cœlestium, terrestrium, & infernorum in eius honore curuatur. ⌊Et ipse (Christus) dedit.⌋ id est, pie consti-

C tuit. ⌊Quosdam quidem Apostolos.⌋ De quibus dicit Lucas: Hos duodecim elegit, quos & Apostolos nominauit. ⌊Quosdam autem prophetas.⌋ Quorũ unus extitit Agabus, multiq; alii in Actibus Apostorũ leguntur spiritum prophetiæ habuisse. Philippus quoq; diaconus habuit quatuor filias prophetissas, ut patet Actuum decimoquinto. Iterum in Actibus legitur: Erant in Ecclesia Anthiochiæ prophetæ & doctores, in quibus Barnabas, & Symeon, & Lucas. Imò omnes Apostoli per missionem spiritus sancti spiritum prophetiæ sortiti sunt. Deniq; diuinus Dionysius spiritu claruit prophetiæ, ut in eius constat epistola, quam misit beatissimo Iohanni Apostolo, in qua ei de sua liberatione à Pathmos insula prophetauit. Veruntamen secundum Ambrosium, per prophetas intelliguntur in nouo testamento scripturarum expositores. ⌊Alios uero Euangelistas.⌋ Vel quia Euangelium conscripserunt, quatuor Euangelistę, uel quia Euangelium prædicauerunt, ut septem primi diaconi, & successores eorum. Euangelistæ namq; uocantur, qui q̃uis sacerdotes non sint, tamen Euangelizare ex officio possunt. Vnde in Actibus Philippus diaconus, appellatur Euangelista. Qui tamen actus, etiam presbyteris atq; episcopis competit, cum Thimothæo episcopo scribat Apostolus: Opus fac Euangelistæ. ⌊Alios autem (dedit) pastores & doctores.⌋ Videlicet episcopos & prælatos, quorum est gregem dei spiritualiter pascere & docere, de quibus loquitur per Hieremiam deus: Dabo uobis pastores iuxta cor meum, & pascẽt uos scientia & doctrina. Præterea de horum omnium distinctione loquitur modo Apostolus formaliter.

Marginal notes: Phil.4 | Rom.8 | Psalmo 67 | Ioh.3 | Ioh.27 | Mar.28 | Heb.3 | Lucæ 6 | Act.21 | Eodem | Act.13 | Ambrosius. | Act.6 | Act.21 | 2.Ti..4

Nam materialiter ſeu ſubiecto concidunt iſta officia, quia eidem perſonę diuerſę dignitates D
& gratię conferuntur. Hoc itaq; dedit deus. ⌊Ad conſummationem ſanctorum.⌋ Id eſt, ad hoc
ut fideles & ſancti in uita pertingant ad conſummationem ſeu finem felicem per illorum mini-
ſteria. Ideo ſubditur. ⌊In opus miniſterij.⌋ i. in operoſum obſequiũ, puta ad hoc, ut ſingula
ſua officia ordinata exequantur circa fideles ad eorum profectum. Nam gratiæ gratis datæ
dantur ad aliorum utilitatem: unde ſubiungitur. ⌊In ędificationem corporis Chriſti.⌋ Id eſt
propter ſpiritualem ædificationem militantis eccleſiæ, quæ eſt myſticum corpus Chriſti, cu-
ius ſpiritu ſpiritaliter uiuificatur, & à quo tanq̃ à capite motũ gratiæ, influentiãq; uirtutũ ſor
titur. Durabit autẽ obſequiũ iſtud, ſeu iſta p̃latio in populo Chriſtiano. ⌊Donec occurramus
Mat. 25 omnes⌋ i. in die iudicii Chr̃o & nobis inuicem obuiemus, iuxta illud Matthęi: Ecce ſponſus
1. Theſſ. 4 uenit, ſurgite obuiam ei. Apoſt. quoq;: Simul inquit rapiemur cũ illis in nubibus obuiã Chri-
ſto in aera. ⌊In unitatẽ fidei.⌋ i. idẽ credentes quantũ ad electos fideles, q nondũ deũ p ſpe-
ciem meruerunt uidere. ⌊Et agnitionis⌋ i. planæ contẽplationis. ⌊Filii dei.⌋ Hoc refertur
ad beatos, qui ante futurum iudiciũ ad beatificã dei uiſionẽ pertingunt. ⌊In uirum perfectũ.⌋ i.
in ſtatu perfecto, habentes uidelicet perfectionẽ uirtutũ, & fortitudinẽ animorum. Sicq; nomi-
ne uiri non deſignatur hic certus ſexus, ſed uirilis perfectio. Vnde non ait in uiros perfectũ,
ad inſinuandũ, q in reſurrectione & poſtea non erit in hominibus diſtinctio ſexuum, ſed q
omnes electi feliciter mutabuntur. ⌊In menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.⌋ i. in ea ætate
reſurgemus & occurremus, qua Chriſtus conſummatus eſt & occiſus, uidelicet in ætate an-
ni triceſimi tertii & paulo plus, ſcilicet quatuor menſium, aut circiter. Nam Chriſtus tantum
plus habuit in ętate, q̃ triginta tres annos, quantũ temporis eſt à die natiuitatis uſq; ad diem
paraſceues. Porro Apoſtolus non ait in menſuram corporis uel ſtaturæ Chriſti, quoniã unuſ-
quiſq; proprii corporis menſuram recipiet, quã uel in iuuentute habuit uel habuiſſet, ſi per-
Auguſtinus ueniſſet ad eam. Non eſt autem fas dicere ſecundũ Auguſtinum, q in reſurrectione futura
dabitur corpori magnitudo quam non habuit, nec naturaliter habuiſſet, uel q corpora ma- E
iora ad quantitatem redigentur corporis Chriſti. Sic enim multum periret de illis, cum tamẽ
nec unus periturus ſit capillus eorum. Hæc autẽ probabiliter dicta ſunt. Valde quippe diffi-
cilis eſt hic paſſus, & quidã circa hæc aliter opinantur.

¶ Sermo primus circa epiſtolam: Quòd quidam Apoſtolorum fuerunt ſimul pro-
phetæ, euangeliſtę, ac martyres.

CHriſtus dedit quoſdam quidẽ Apoſtolos, quoſdam autẽ prophetas, alios uero
euangeliſtas, alios autẽ paſtores & doctores. Ad Epheſios 4. In his uerbis mul-
ta cõprehenduntur, de quibus infra dicetur. Nunc uero hoc dico, q ex eis eui-
denter elicitur, q̃ magna ſit excellentia glorioſi & ſancti euangeliſtę Matthæi.
Quãuis enĩ quinq; iſta, quę in themate exprimuntur, formaliter diſtinguãt, i.
diuerſas habeant rationes, diuerſoſq; actus, nihilominus oĩa ipſo ſanctiſſimo Matthęo conue-
niũt. Ipſe enĩ fuit Apl̃s, ipſe propheta, quia ut dictũ eſt, oẽs ſancti Apoſtoli, poſt miſſionẽ ſpũs
Mat. 13 ſancti, propehtię ſpũ claruerunt. S. quoq; Matthęus in euangelio ſuo de multis uaticinat̃ futu-
Mat. 20 ris, uidelicet de reſurrectione finali, de extremo iudicio, de retributionibus electorum ac repro
Mat. 25 borum, de finali quoq; relictione Iudęorum, de tribulationibus eccleſię tp̃e Antechriſti de infrigi-
Mat. 24 dationeChriſtianorum circa tp̃a illa, de perſecutionibuſq; ſanctorum in ſeculo iſto. Quæ omnia F
Mat. 23 ex reuelatione cognouit ſancti ſpiritus. Vnde in ſermone poſt cœnã Chr̃s dixit Apoſtolis: Ad
Ioh. 15 huc multa habeo uobis loqui, ſed nõ poteſtis portare modo. Cũ aũt uenerit ille ſpũs ueritatis
docebit uos omnẽ ueritatẽ, & quæ uentura ſunt annuntiabit uobis. Et rurſus in eodẽ ſermo-
Ioh. 14 ne: Paracletus ſpiritus ſanctus, quẽ mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, & ſug
geret uobis omnia, quęcunq; dixero uobis. Habuerunt quoq; Apoſtoli multo clariorem &
diſtinctiorem notitiam futurorum, & euidentius de eis loquuti ſunt, quàm prophetę ueteris
teſtamenti, quia & ſpiritum ſanctum in maiori plenitudine acceperunt, tam quantum ad do
na gratię gratumfacientis, quàm quantum ad dona gratię gratis datę, q̃ antiqui illi prophetę.
Hinc enim Iohannes dicit: Nondum erat ſpiritus datus, quia Ieſus nondum erat glorificatus.
Quod intelligendum eſt de excellentiſſima illa datione ſpiritus ſancti, quia poſt Chriſti aſcẽ
Ioh. 7 ſionem Apoſtolis in die Penthecoſtes infuſus eſt. Inſuper ſanctus Matthęus fuit euangeliſta,
euangelium conſcribendo, iuxta quem modum ponuntur quatuor euangeliſtę, uidelicet Io
hannes, Matthęus, Lucas, & Marcus. Eſt autẽ euangelium S. Matthęi multis excellentiis deco-
ratum. Nam geſta, & documenta, atq; miracula Chr̃i multo plenius ſcribit q̃ Marcus, & mul-
to ornatius q̃ Lucas, ita q conſcribendo & recitãdo magis obſeruat ordinẽ rei geſtę, & loci ac
temporis q̃ S. Lucas. Nec mirum, quia interfuit. Fuit quoq; S. Matthęus paſtor, quia prælatus &
præſul digniſſimus & uerbo, & facto, fama, oratione, ac ſacramentorum adminiſtratione pa-
uit oues ſaluatoris ſpiritales filios ſuos quos conuertit, primo in Iudæa, deinde in Æthiopia.
Et ualde ſpecialiter pauit eos per conſcriptionem Euangelii ſui, per quod uniuerſam uſque
in prę

A in præsens pascit, atq; illustrat ecclesiam. Hinc etiã fuit doctor, non solum uerbo prædicationis, ut cæteri Apostoli communiter, sed & conscriptione euangelij, ut est tactum. Nec solum his gratijs & excellentijs deus ornauit sacratissimum istum Euangelistam, sed & gratia miraculorum, dono linguarum splendore sapientiæ excellentis, & triumpho martyrij. Nec in aliquo alio inueniuntur hæc omnia simul, imò nullus præter eum fuit simul Apostolus & euangelista, ac martyr. Iohannes quippe Apostolus fuit & euangelista, sed non martyr. Petrus uero & alij quidã Apostoli fuerunt & martyres, sed non euangelistæ. Marcus aũt euangelista fuit & martyr, sed non Apostolus. Potest ergo de Matthæo sanctissimo specialiter uerificari illud Ecclesiastici: Non est inuentus similis illi, qui cõseruaret legem excelsi. Præterea in hodierna epistola multa contenta sunt documena præclara. In hoc namq; quod dicitur: Vnicuiq; nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Iesu Chri, primo insinuatur, quanta sit charitas & liberalitas domini nostri Iesu Christi, qui uerus est deus, & unus cũ patre ac spiritu sancto, totius gratiæ dator. Quemadmodum enim pater & filius & spiritus sanctus sunt unus deus, ita sunt & unus creator, ac unus omnis boni creati dator. Itaque per hoc q unicuiq; electorum datur gratiam secundum mensuram donationis Christi, non secundum propria merita, ostenditur charitas dei, qui absq; præuijs hominum meritis, gratiarum suarum charismata multa & magna eis largitur. Itemq; liberalitas eius in eo, quod tam copiose hoc agit: Deus namq; dat omnibus affluenter, ut Iacobus dicit. Secundo, per idem B uerbum ostenditur libertas summi omnipotentisq; Christi, qui cui uult, & quantum uult dat secundum beneplacitum suum. Vnde in Exodo protestatur: Miserebor cui uoluero, & clemens ero in quem mihi placuerit. Tertio per idem uerbum designatur, quanta sit sapientia Christi, qui dona gratiæ suæ tam ordinate, multipliciterq; largitur, uni plus, alteri minus, secundum dictamen & ordinem infinitæ sapientiæ suæ. Sicut in naturalibus dedit uni rei maiorem eminentiam in donis naturæ, q̃ alteri. Et secundũ qd prædestinauit aliquem ad beatitudinem maiorem siue minorem, secundũ hoc dat ei minorem & maiorem gratiã gratumfacientem in uita præsenti. Insuper per hoc q Christus tam uarios, pulchros ac altos gradus, status ac ordines in militanti ecclesia posuit, quosdam uidelicet Apostolos, quosdam prophetas, quosdam euangelistas, quosdam pastores, quosdam doctores, quosdam miraculorum operatores, quosdam in alijs diuersis officijs manifestat, immensam sapientiam suam, infinitam quoque potentiam suam. Sapientis quippe est ordinare, & opera sua ordinate disponere, pulchre distinguere, ac debito ordine collocare: sic fecit in ecclesia sua saluator. Vnde in psalmo habetur: Omnia in sapientia fecisti. Sapiens quoq; ait: Omnia in mensura & numero & pondere constituisti. Hinc precordiales deo gratias referamus super uniuersis beneficijs eis, toti ecclesiæ, & quibuscunq; eius suppositis condonatis, & ipsum in suis operibus glorificemus cum psalmista dicentes: Quàm magnificata sunt opera tua domine, nimis profundæ sunt cogitationes tuæ. Et rursus: Non est similis tui in dijs domine, & non est secundum opera tua. Postremo, quoniam deus est liberalitatis, & opulentiæ penitus in-C finitæ, paratissimus ad præstandum, dummodo inueniat nos ad suscipiendum dona sua paratos, studeamus nos præparare ad susceptionem charismatum spiritus sancti, qui unicuiq; dat secundum propriam uirtutem, seu capacitatem ac dispositionem. Propter quod primo Regum Samuel exhortatur: Præparate corda uestra domino. Hæc autem præparatio fieri debet per discussionem conscientiæ, per contritionem internam, per ueram confessionem, per recessum à pristinis uitiis, per inuocationem diuini auxilii, per auditionem uerbi dei, per sui ipsius humiliationem & castigationem. Itemq; aliis ignoscendo, & uirginem gloriosam, sanctosq; alios inuocando. Vnde & nunc specialiter beatissimum Euangelistam Apostolũq; Matthæum exoremus deuote, ut iugiter intercedat pro nobis. Eius quoq; imitemur uirtutes, Christo celeriter obediendo, terrena despiciendo, per uias iustitiæ perseueranter ac uiriliter gradiendo. Quia hæc omnia, & alia multa sublimia in beatissimo considerantur & fuerunt Matthæo, prout infra tangetur, ubi & de eius miraculis referetur.

Ecci. 44 | Iaco. 1 | Exo 33. | Psalmo 103 | Sap. 11. | Psalmo 91 | Psalmo 85 | 1. Reg. 7

¶ Enarratio Euangelij: Cum transiret Iesus, uidit hominem sedentem in theloneo Matthæum nomine. Matthæi Nono.

Sanctus Euangelista Matthæus in Euangelio hodierno suiipsius conuersionem describit. Itaq; in Matthæo sic legitur: ⌊Cum transiret Iesus à ciuitate Capharnaum, uidit hominem, scilicet Matthæum, sedentem in theloneo.⌋ Id est, occupatum in exigendo & colligendo uectigalia seu tributa. Et forte ad literam, sedit tunc in theloneo, id est, in domo, siue ad mensam ubi uectigalia leuabantur. ⌊Matthæum nomine.⌋ Qui alio nomine dictus est Leui, sicq; Lucas & Marcus eum appellant. ⌊Et ait illi: Sequere me.⌋ Gressu corporali, & conuersione mentali, nec solum per obseruantiam præceptorum, sed euangelicorum quoq; consiliorum. Aspexit itaq; Iesus Matthæum oculo corporali, & multo profundius oculo spiritali cmnpatiendo eidem. Et sicut eum extra uocauit, sic per diuinitatis suæ po

Mat. 9

testatem ac gratiam ipsum intus attraxit, & per allocutionem internam edocuit, per charitatem accendit. ⌊Et surgens.⌋ Matthæus à loco atq; negotio theolonei, à pristina conuersatione iniusta, ab omni cupiditate terrena. ⌊Secutus est eum.⌋ Vtpote Christum mente deuota & corpore ratione subiecto. ⌊Et factum est discumbēte eo in domo sua.⌋ Id est, Christo mā-
Lucæ 5 ducante in domo Matthæi, qui, ut Lucas ait, fecit Christo grande conuiuiū. ⌊Ecce multi publicani.⌋ Id est, publici transgressores, seu quibusdam publicis & periculosis negotiis, uidelicet exactionibus theoloneorum, aut uectigalium occupati. ⌊Et peccatores.⌋ Id est, minoribus peccatis intenti, aut cæteri quiq; transgressores. ⌊Venientes.⌋ Ad domum Matthæi ab eo inuitati, quoniam socij ac noti eius fuerunt, atq; Matthæi exemplo Christum sequi, ac pœnitere cœperunt. ⌊Discumbebant cum Iesu & discipulis eius⌋ In domo Matthæi. Sic & tertio Regum Helyseus ab Helya uocatus, legitur conuiuium exhibuisse socijs, mactauitq; eis duos
3 Regū 19 boues. ⌊Et uidentes pharisæi (Christum cum publicanis discumbere) dicebāt discipulis eius: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister uester?⌋ Quasi dicant: Hoc indecens est & iniustum cum dicat Psalmista: Superbo oculo & insatiabili corde, cum hoc non e-
Psalmo 100 debam. Et rursus ait scriptura: Viri iusti sint tibi commensales. Et Salomon in Prouerbiis: Ne
Eccl. 9 comedas (inquit) cum homine inuido. ⌊At Iesus audiens (uerba hęc pharisæorum, auditu inte-
Pro. 23 riori ad minus) ait eis.⌋ Eorum præsumptionem & elationem redarguendo: ⌊Non est opus ualentibus medicus.⌋ i. sanis medicus necessarius non est. ⌊Sed male habentibus.⌋ i. infirmis. Itaq; sicut corporaliter languidi indigent medico, corporalibus infirmitatibus, remedia applicanti: sic spiritualiter ægri. i. uitiis læsi, passionibus subditi, ad uitia proni, indigent medico spiritali, uidelicet bono instructore, uirtuoso prælato, qui animarum uulneribus queat E mederi, eas à uitiis ad uirtutes trahendo. Et quoniam Christus fuit optimus medicus animarum, iccirco publicanis & peccatoribus necessarius fuit, nec debuit illos uitare, sed eis se misericordissime applicare. Et per hoc confutauit pharisæorum errorem. Porro authoritates indu-
Psalmo 17 ctæ ad hoc, quod cum peccatoribus non sit edendū, intelligendæ sunt de peccatoribus penitus obstinatis, & quando sic rationabiliter fieri potest. De iis quoq; quibus periculosum est cum talibus manducare, ne peruertantur ab eis, iuxta illud: Cum peruerso peruerteris. ⌊Euntes
Oseæ 6 autem.⌋ i. recedentes corporaliter à me, ac à uestro errore ac præsumptione. ⌋Discite quid est.⌋ qualiter intelligi debeat & seruari, quod in Osea loquitur deus: ⌊Misericordiam uolo.⌋ i. compassionem & subuētionem circa proximū indigentē. ⌊Et non sacrificium.⌋ legale, quasi
Esaiæ 1 illud sit per se acceptum & meritorium. Imò tale non fuit, nisi ex offerentis deuotione, & præcipue tempore euangelicę legis sacrificia legis Mosaicę cessant, & opera misericordię deo pla-
Mich. 6 cent. Vnde & in Esaia loquitur dominus: Holocausta arietum & adipem pinguium nolui. Sed quid uelit deus subiungitur ibi: Subuenite oppresso, &c. Hinc Micheas clarius dicit: Nūquid offeram domino holocausta? nūquid placari potest deus in milibus arietū? Quasi dicat: Nequaq̄. In quo ergo placatur subiecit: Indicabo tibi homo quid sit bonū, aut quid dominus requirat à te: Vtiq; facere iudicium, & diligere misericordiā, & solicitū ambulare cum deo tuo. Cōsequenter subditur causa, uel potius signum, quod deus uult misericordiā magis q̄ sacrificiū. ⌊Non enim ueni uocare iustos, sed peccatores.⌋ Hoc est quod alibi ait saluator: Venit filius hominis quærere & saluum facere quod perierat. Sed nonne Christus uocauit ad suū discipu F latum Iacobum iustum, & Petrum diligentem legis obseruatorem, qui nunquam comedit
Lucæ 19 omne commune & immundū. Nonne ad Romanos ueraciter dicitur: Quos prædestinauit,
Mat. 4 hos & uocauit? Quomodo ergo Christus non uenit uocare iustos? Respondetur dupliciter:
Roma. 8 Primo, quia secundum Ambrosiū per iustos intelligit scribas & pharisæos, de sua iustitia præ-
Ambrosius sumentes, qui tamen uere iusti non erant, sed elati, præsumptuosi, & uani, quos Christus non uenit uocare per salutarem effectum seu consecutionem salutis, iuxta quem modum non est
Rom. x crucifixus pro reprobis. Siquidem de taliter iustis ait Apostolus: Ignorantes dei iustitiam, & suam uolentes statuere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Porro per peccatores intelliguntur humiles pœnitentes, quos Christus uocauit efficienter, seu per consecutionē salutis finalem: iu-
Mat. xi xta hunc sensum ait saluator: Confiteor tibi pater, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Vbi per sapientes & prudentes intelliguntur, qui in propriis oculis tales sunt. Propterea uere sunt stulti: paruuli uero, id est humiles, uere sunt sapientes. Secundo, dicēdum quòd Christus sic loquitur de uocatione ad pœnitentiam, quæ pec-
Lucæ 5 catoribus competit, & non iustis secundum quòd tales sunt. Vnde in Luca legitur respondisse: Non ueni uocare iustos sed peccatores in pœnitentiam. Iustos uero uocauit & uocat ad perseuerandum in bono, ad proficiendum in eo ad salutem æternam.

¶Sermo Primus circa euangelium: Quòd singularis gratia in Matthæo emicuit, & quòd ubi est maior uis charitatis, uerborum est maior efficacia.

Surgens

A SVRgens Matthæus secutus est Iesum. Matthæi Vndecimo. Euangelium istud sa-
cris doctrinis atq; mysterijs plenum est. Siquidem in exordio eius insinuatur infini-
ta misericordia saluatoris, quoniam hominẽ publicanum ex officio theõlonarij uoca- Ioh.3
uit ad suum discipulatum, & paulo post ad Apostolatus officium. Nam spiritus ubi Rom.6
uult spirat, & gratia dei nullis artatur limitibus, imò frequenter ubi plus abundauit culpa, Act.9
postmodum abundat plus gratia. Vocauit itaque Christus Matthæum publicanum ad 1 Tim.1
suum discipulatum & Apostolatum, ut per hoc cunctis peccatoribus spem ueniæ largiretur.
Hac quoq; de causa uocauit & Paulum adhuc in itinere impijssimo constitutum, quo iuit ad
persequendum fideles. Vnde ad Timotheum fatetur: Christus uenit in hunc mundum pec-
catores saluos facere, quorum ego primus sum, sed ideo misericordiam consecutus sum, ut
in me primo ostenderet Christus omnem patientiam ad informationem illorum, qui credi-
turi sunt illi in uitam æternam. Hinc etiam euangelij sancti Matthæi in ecclesia amplius Eodem
frequentatur, seu frequentius legitur, quemadmodum psalmi sanctissimi Dauid prophetæ,
& epistolæ Pauli Apostoli. Sunt namq; tria peccata, quæ magis abundant in mundo, puta
superbia, luxuria, auaritia. Peccato superbiæ peccauit Paulus ante suam conuersionem. 2 Regum 11
Vnde ad Thimotheum: Fui (inquit) blasphemus, & persecutor, & contumeliosus. Peccato
luxuriæ Dauid peccauit, adulterium committendo cum uxore Vriæ, ut secundo Regum ha-
betur. Peccato auaritiæ peccauit Matthæus, terrnnis lucris immoderanter uacando, ut con
stat ex dictis. Horum ergo trium scripturæ in ecclesia sancta abundantius frequentantur,
ut nullus cuicunq; subiectus sit culpæ desperet, quoniam tres uiri præfati à peccatis grauis-
simis ad splendidissimam gratiam sunt producti. Præterea in prætactis uerbis exordij
euangelij huius innuitur, quàm immensa potestas fuit in uerbis Iesu Christi, præsertim in
B operatione sua interna, & maxime in deitate sua æterna. Ecce enim ad prolationem unius
uerbi saluatoris nostri Iesu Christi, quo dixit: Sequere me, immutatum, compunctum, con-
uersum est cor sanctissimi Matthæi, ita quod usq; ad huius uerbi auditum cupidus extitit &
mundanus, subito cœpit terrena despicere, ad spiritalia affici, ad deum conuerti. Nec mi-
rum quod tanta uis fuit in uerbis saluatoris nostri Iesu Christi, quoniam ipsemet est æternũ
& unicum uerbum dei patris, de quo ait scriptura: In principio erat uerbum. Secundo, quo-
niam tanto maior est uis in hominum uerbis, quanto ex ardentiori charitate, maioriq; san-
ctitate & salutari sapientia profluunt uerba ipsa. Christus autem etiam secundum naturam
suam humanam fuit præ omnibus sanctis incomparabili sanctitate, ardentissima charitate,
summa sapientia plenus, utpote perfectissimus comprehensor, id est, deitatis essentiam per
speciem clarissime cernens, & ea beatissime fruens, quantum ad superiores suæ animæ uires.
Tertio, quoniam sanctitatis suæ internæ splendor refulsit in eius uultu, secundum quod uo-
luit, & ex hoc uerba eius plus mouere audientes ualebant. Vnde & tempore passionis suæ
cum dixisset gentilibus perfidissimisq; Iudæis: Quem quæritis, illiq; respondissent: Iesum Iohã.1
Nazarenum, & ipse dixisset: Ego sum, uno hoc uerbo omnes Iudæos deiecit in terram.
Quoniam igneus splendor in uultu eius resplenduit, & omnipotens suæ deitatis potestas
ad hoc specialiter operabatur. Simili modo compescuit atque perterruit corda eorum
quos eiecit de templo. Quarto, quoniam tanta fuit fama saluatoris nostri Iesu Christi & ma-
gnificentia miraculorum ipsius, quod ex hoc in uerbis ipsius efficatia fuit maior. Itaque ne-
mo, quantumcunq; iniquus aut debilis dicat: Non possum conuerti, non possum illa aut illa
peccata relinquere, non possum facere bonum istud uel illud, sed potius diligenter attenda
C mus ac perpendamus infinitam misericordiam ac omnipotentiam dei nostri, in cuius manu Ioh.18
sunt omnia corda filiorum hominum, & quæcunque uoluerit, ea repente conuertit ad li-
bitum suum, sicq; cum beatissimo Paulo Apostolo fateamur: Omnia possum in eo, qui me
confortat. Iccirco unusquisque faciat quod in se est, ad dei gratiam se aptando, & eius au- Ioh.2
xilium iugiter inuocando. Præterea in euangelio isto docemur quàm prompta fuit obedien
tia beatissimi Apostoli & Euangelistæ Matthæi, qui ad unicum Christi præceptum, ac uer-
bum breuissimum protinus secutus est saluatorem nostrum Iesum Christum, sicut in hodi-
erno legitur euangelio. Imò (ut in Luca habetur) statim relictis omnibus, secutus est eum. Actuum 1 Pro.21
Discamus ergo & nos exemplo huius sanctissimi Matthæi Apostoli deo omnipotenti prom- Phil.4
pte atq; celeriter obedire, eius diuinis instinctibus, angelicis quoque inspirationibus, & sa-
cræ scripturæ eloquijs obtemperare, sed & uicariis dei, episcopis, prælatis, & superioribus
nostris, tanquam deo parere. Nam ut primo Regum Samuel contestatur: Melior est obedi-
entia, quàm uictimæ. Quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus Lucæ 5
idolalatriæ nolle acquiescere. Nempe quam graue sit præceptis dei non obedire, tangit
propheta Dauid loquens deo: Maledicti qui declinant à mandatis tuis. Insuper in euange- 1 Regum 15
lio isto docemur, quàm magna fuit reuerentia & liberalitas sanctissimi Matthæi ad Christũ,

Luc. 5 Quia ut Lucas refert, fecit ei & discipulis eius conuiuium. Sic & fideles liberales & pij esse debent ad eos à quibus audiunt uerbum suæ salutis, talesq; reuerenter tractare. Propter quod ait Apostolus: Si nos uobis spiritualia seminauimus, magnum est si carnalia uestra metamus?
1. Cor. 9 Tan quã dicat: magnum non est. Præterea, per corporale conuiuium quod beatus euangelista Matthæus Christo exhibuit, designatur spiritale conuiuium, quod quotidie facit Christo in tota ecclesia, ubi eius euangelium legitur, ex cuius auditione corda hominum compunguntur, conuertuntur, proficiunt, deo se offerunt, & eum in cordis sui sumunt hospitio, atq; cum ipso ibidem spiritualiter æpulantur, gloriando in contemplatione & dilectione ipsius, seq; in
Prou. 8 actibus bonis reficiendo ac confortando in domino. Hinc in Prouerbijs loquitur deus:
Apo. 3 Deliciæ meæ, esse cum filijs hominum. Et in Apocalypsi: Ego (inquit) sto ad ostium & pulso, si quis aperuerit mihi, & audierit uocem meam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Istud spiritale conuiuium potest & debet quilibet nostrum quotidie deo exhibere, ipsum intra se suscipiendo ac continendo, per meditationes deuotas, per desyderia sancta, per obseruantiam præceptorum, sicq; mentem suam reficiendo ac roborando in contemplatione & amore altissimi. Quod agendo, quasi ipsi deo præbemus delicias, quia (ut dictum est) deliciæ eius sunt, esse cum filijs hominum. Iterum: CHRISTO conuiuium facimus, dum membra ipsius, uidelicet, pauperes & peregrinos, infirmos ac deuotos propter deum charitatiue suscipimus, hospitamur, reficimus, repausamus. Quoniam ipsemet
Mat. 25 Christus fatetur: Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Ecce quàm pronus ac liberalis debet quilibet Christianus esse ad misericordiæ opera. Amplius, ex hoc euangelio docemur, quàm infinita fuit charitas, dignatio & misericordia Christi, qui cum publicanis & peccatoribus sedere, manducare & loqui non spreuit. Nullus ergo tam perfectus, tam magnus & sapiens in suis sit oculis, ut alios aspicere, affari, & socios ad colloquendum ac conuescendum dedignetur habere, nisi sint tales, cum quibus ecclesia aut scriptura, habere uetat communionem. Tamen causa exhortationis & salutis cum talibus, admittitur quibusdam accessus. Itaq; Christiani inter se charitatiue, socialiter, pacifice atq; humiliter uiuere debent & ambulare, & implere quod ait scriptura: Quanto maior es, humilia te in omnibus.
Ecci. 3 Quod item ait Saluator: Qui maior est uestrum, sit uester minister. Denique, sicut charitatē & misericordiam Christi docet nos euangelium præsens, sic & eorum qui ficte & false iusti sunt, hoc est ypocritarum & præsumptuosorum peruersitatem nos edocet. Nam scribæ &
Luc. 15 pharisæi murmurabant aduersus Christum, quòd tam benigne ad peccatores se habuit. Tales adhuc sunt multi, qui meliores & sapientiores se, reprehendere, eorumq; opera bona sinistre interpretari non erubescunt. Quorum stultitia magna est uehementer, quoniam se ipsos non intuentur, imò putant se aliquid esse, ut ait Apostolus, cum nihil sint. Horum er-
1. Cor. 4 go uitemus uitia & errores, & discutiat unusquisque conscientiam propriam, eamq; purget, ornet, custodiat. Præterea, quoniam male habentibus medicus necessarius est, nos qui spiritaliter egri sumus, fragiles, defectuosi aut uiciosi, ad cœlestem ac summum medicum Iesum Christum confugiamus, eius gratiam ac misericordiam inuocando, ut intus nos sanet à uicijs. Eius quoque amplectamur medicamenta, id est, sacramenta, præcepta ac documenta. In primis sacramentum pœnitentiæ post baptismum & lapsum. Sed & exempla seu opera Christi sunt medicamenta peroptima, præsertim passio eius salutifera. Iccirco qui uulnere superbiæ læsus est, considerando & imitando Christi humilitatem, curare se studeat. sic qui inuidia, ira incontinentia, auaricia, aut alio quouis peccato animam habet uulneratam, intuendo atque sectando Christi ardentissimam charitatem, maximam mititatem, mundissimam castitatem, summam liberalitatem ac spõtaneam paupertatem, sanare se enitatur. Denique deus est fons misericordiæ, in quo nos oportet à peccatis lauari, fons sapientiæ, in quo illuminari, fons omnipotentiæ, in quo roborari, fons opulentiæ ac beatitudinis, in quo nos spiritaliter ditari ac beatificari oportet. Insuper, quoniam misericordia magis placet deo quàm sa-
Ose. 6 crificium, debet unusquisque pro uiribus suis operibus misericordiæ tam spiritualibus quã corporalibus esse intentus, & quod non potest effectu, agat affectu, qui frequenter reputatur pro opere, & acceptatur à deo. Opera autem misericordiæ spiritualia sunt hæc septem: Consilium dare petenti seu dubitanti aut indigenti, docere ignorantem, corripere uel corrigere delinquentem, consolari mœstum, ignoscere iniurianti, supportare onerosum, orare pro omnibus. Opera uero misericordiæ corporalia sunt hæc: Cibare esurientē, potare sitientem, uestire nudũ, sepelire mortuũ, hospitare peregrinos, uisitare infirmos liberare captiuos. In horum exercitio cõsistit pietas Chri, certũq; est quod opera misericordię spũalia, sunt principaliora & magis coram deo meritoria & accepta. Postremo quoniam CHRISTVS uenit peccatores

A res ad pœnitentiam uocare, dicendo: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Hinc nullus desperet, eo quod penitus infinita sit bonitas & misericordia dei nostri, sed qui in peccatis est, statim pœniteat, & tanto cordialius, quanto maiora & plura sunt eius peccata. Vocat etenim saluator noster Christus cotidie, imò & indesinenter peccatores ad pœnitentiam, per instinctum diuinum, per angelicas inspirationes, per prælatos & prædicatores, per sacras scripturas & documenta sanctorum, per beneficia atque miracula, per bonorum quoque exempla, & per aduersa. Durus est ergo, & nimis durus, qui tot uocationibus non assentit, sed in suis permanet uitijs. Hinc talibus loquitur deus in Prouerbiis: Quia uocaui & renuistis, despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis: ego quoque in interitu uestro ridebo, & subsannabo, cum uobis quod timebatis, euenerit. Itaque pœniteamus, & conuertamur ad dominum, ei'que iugiter adhæreamus.

Lucæ 5

Pro. 4

¶Sermo Tertius: De uita sancti Matthæi Euangelista, cum exhortatione salutari.

AEthiopia præueniet manus eius deo. Psalmo sexagesimoseptimo. His uerbis in psalmo præmittitur: Venient legati ex Aegypto. Vnde Prophetam celerrimam ac gratiosissimam Æthiopum conuersionem prænoscens, in spiritu locutus est hæc uerba prætacta. Aethiopes quippe conuertit beatissimus euangelista Matthæus, de cuius excellentiis atque uirtutibus in præinductis sermonibus dicta sunt aliqua, & nunc aliqua sunt addenda. Hoc autem in isto Apostolo speciale fuit, & ualde mirabili, quia tam gratiosissime ac uirtuosissime deus omnipotens astitit ei, quod ualde celeriter
B canuertit Aethiopum plebem, in qua usque in præsens Christiana uiget religio. Cum enim gloriosissimus iste Apostolus ciuitatem Aethiopum, Nadeber nomine, introisset, reperit ibi duos magos, qui homines loci illius sic suis magicis artibus dementabant, ut quos uellent membrorum motu, officio ac sanitate priuarent. Qui in tantum superbiæ erupuerunt tumorem, quod se adorari fecerunt à populo, tanquam deos. Quorum falsitates ac magicas artes detexit Apostolus. Cumque magi illi ex hoc indignati, duos adduxissent dracones, ignem sulphureum ex ore ac naribus euomentes, occurrit Apostolus: Quo uiso, corruerunt coram eo dracones, & dormierunt, dixitque magis: Vbi est ars uestra? Suscitate eos si potestis, & nisi orassem pro uobis, hoc uobis fecissent dracones, quod mihi per eos facere intendistis. Deinde præcepit draconibus, ut neminem lædendo abirent, feceruntque ita. Tunc prædicante Apostolo, ortus est rumor ac mœror, eo quod regis filius obisset. Quem cum resuscitasset Apostolus, scripsit rex omni populo suo: Venite, & uidete deum in humana effigie latentem. Cumque uenissent cum aureis coronis, sacrificiisque diuersis, ut sacrificarent Apostolo, compescuit eos: Ego (inquiens) deus non sum, sed seruus Iesu Christi filii dei uiui. Itaque instruente eos ac præcipiente Apostolo, de auro & argento allatis, construxerunt grandem Ecclesiam, in qua per triginta tres annos sedit, & prædicauit beatus Matthæus apostolus, & totam ad CHRISTVM conuertit Aethiopiæ plebem, Nam rex nomine Egippus, cum uxore sua ac sobole, omnique populo suo accepit baptisma. Ecce quanta mirabili Iesus Christus per suum egit apostolum & euangelistam Matthæum. Præterea excellentia sapientiæ atque constantiæ præclarissimi huius Apostoli innotescunt ex hoc, quod cum sanctam Epigeniam, præfati regis filiam à se conuersam, & sacro uelamine consecratam,
C quam plus quàm ducentis præfecit uirginibus, nollet in coniugium dare successori regis prædicti, eo quod regis æterni sponsa esset effecta. Successor ille uehementer indignans, misit spiculatorem, qui MATTHEVM sanctissimum, post celebrationem iuxta altare stantem, & manibus in cœlũ expansis orantem, occidit à tergo, eum perfodiens gladio. Quo cognito, plebs properauit, ut regis incenderet domum, sed à presbyteris & diaconibus sunt detenti. Rex uero, cum nec per magos, nec per matronas posset Epigeniæ uirginis animum ad coniugii inclinare assensum, domum eius incendere nisus est, sed Apostolus uirgini sanctæ apparens, ignem de domo eius excussit, & protinus ignis ille regis inuasit & combussit palacium, solo rege cum unico filio uix euadente. Qui filius à dæmone obsessus, cœpit patris cõfiteri facinora, & ad Apostoli properauit sepulchrum. Porro rex leprosus turpissimus factus est. Qui cũ curari non posset, interfecit gladio semetipsum. Ecce quõ deus mirificauit sanctũ suum beatũ Apostolũ ante suã passionem, & in ea, atque post eã. Insuper fratrẽ Epigeniæ ab Apostolo suscitatũ ac baptizatũ populus constituit regẽ, qui per septuagita annos regnauit, & propriũ filium Christianũ reliquit regni hæredẽ ac successorẽ, sicque Christianæ fidei cultum per totam Aethiopiam auxit magnifice, & eam repleuit ecclesiis. Nunc igitur gloriosi huius Apostoli sequamur doctrinã, & eius exemplo syncerum ac firmum habeamus iustitiæ

zelum, non solum uitando ea quæ manifeste sunt mala (quemadmodum fuit q͏̄ rex cum populo suo uoluit sacrificare Apostolo,) sed etiam ea quæ bona uidentur, & tamen in ueritate extant illicita. Sicut bonum uidebatur dare Epigeniam uirginem regi uxorem, eo quod rex promisit cum populo suo se Christianum futurum, si Apostolus induceret uirginem illam ad suum consensum. Itaq; sicut Apostolus prohibuit sibi impendi honorem deo debitum, ita & nos iuxta doctrinam Apostoli, soli deo impendi optemus honorem, & gloriam: Et omnē superbiam, quæ est propriæ excellentiæ amor inordinatus, abhorreamus. Veruntamen hominibus uirtuosis ac præsidentibus, honor est impendendus, sed in deo & propter deum, ut solus deus finaliter, & propter seipsum honoretur. Amplius, ea quæ euidentet sunt mala, sicut superbia, inuidia, luxuria, accidia, auaricia, uitemus tanq̄ æternæ mortis uenena. Specialiter quoq; exemplo beati Matthæi, debemus auariciam detestari ac fugere, quā idolorum seruitutem uocauit Apostolus: Nam sicut per idololatriam subdit se homo non creatori, sed idolis uanis: ita per auariciam subijcit mentem suam rebus uilibus & caducis, sensibilibus ac terrenis, non summo & incommutabili, increato, infinitoq; bono. Et sicut idololatrie, ita & auariciæ multa magna uitia sunt annexa. Propter quod ait Innocentius papa: Radix omniū malorum est cupiditas, hæc sacrilegia cōmittit & furta, rapinas exercet & prædas, bella gerit & homicidia, symoniace uendit & emit, inique petit & rapit, iniuste negociatur & fœneratur, instat dolis & imminet fraudibus, dissoluit pactum, & uiolat iuramentum, corrumpit testimonium, & peruertit iudicium. Atq; (ut asserit Augustinus) nō solum auarus ē qui diripit aliena, sed etiam qui seruat cupide propria, estq; auarus inferno consimilis, quoniam sicut infernus non satiatur pereuntium animabus, ita nec auarus, terrenis diuitijs. Merito itaque ait scriptura: Auaro nihil est scelestius, nihil est iniquius, q̄ amare pecuniam, nam auarus animam suam habet uenalem. Obediamus ergo Apostolo exhortanti: habentes uictum & quibus tegamur, his contenti simus, soli deo stabiliter atq; finaliter inhęreamus, nec aliquid cupiamus aut diligamus nisi in ipso & propter ipsum.

1. Tim. 1

Colloss. 3
Ephe. 5

1. Tim. 6

Augustinus

Ecci, x

¶AD RELIGIOSOS.

¶Sermo Quartus. De fructu atque utilitate scientiæ, de euangelica perfectione, de dilectione inimicorum, patientiaq; malorum.

QVi docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Danielis Vndecimo. Est quedā scientia informis & nuda, non ornata charitate atq; laudabili uita, de qua ait Apostolus: Scientia inflat. Qua multi contenti sunt, cupientes docti reputari, honorari, & carnalia commoda consequi, qui ex sua scientia damnabiliores redduntur, sicut ait saluator: Seruus qui scit uoluntatem domini sui, & nō facit, plagis uapulabit multis. Et princeps apostolorum inquit: Melius erat illis non cognoscere uiam iustitiæ, quam post agnitionem, retrorsum reuerti. Timeamus hæc uerba ô fratres, nos qui scimus scripturas, & eam audimus quotidie, & tamen negligentes, pigri, & reprehensibiles inuenimur, nec iuxta notitiā cōuersamur idonee, neq; condigne proficimus. O q̄ multi sunt seculares, ideotæ ac simplices, q si scirent decimam partem eorum quæ scimus, q̄ diligenter ac feruide deo seruirent. Inardescat ergo cor nostrum, & strenue operetur quæ deo sunt placita, hilarem namq; ac feruidum seruitorem diligit deus. Non scimus contenti scientia hac informi, sed scientiam formatam, actualem, approbatiuam, operatiuamque boni, possideamus, cum Christus testetur: Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea. Nemo scientia sua ad uanitatem utatur. Est autem & alia quædam naturalis scientia seu philosophica peritia, in qua etiam multi inordinate atq; superflue occupantur: Sed in primis scire & considerare curemus ea ad quæ tenemur, & quæ deus requirit à nobis, quemadmodum scriptum est: Quæ præcepit tibi deus, illa cogita semper. Horum nanq; ignorantia, est ignorantia iuris, quæ à uicio non excusat. Propter quod loquitur Paulus: Qui ignorat, ignorabitur. Et per Osee loquitur deus: Quia tu scientiam repulisti, repellam & ego te, ne sacerdotio fungaris mihi. Vere utilis ac salubris sciētia est seipsum cognoscere, non philosophice tantum, uidelicet, quod sit animal racionale mortale, sed theologice quoq;, utpote, quare, & qualiter sit creatus ac liberatus, & propriam defectuositatem ac culpam, & item ad quas passiones, & ad quæ uicia ex sua sit naturali dispositione aut usu procliuior, & quomodo possit ac debeat illis reniti ac præualere. Certe desyderabilior est ista scientia utilior atque salubrior, præsertim religioso, quàm omnium philosophorum doctrina, q̄ etiam medicinæ iuriumq; peritia, quāq̄ heu multi ea neglecta, studeant illis quæ deuotionem non nutriunt, nec charitatis augent feruorem, sed instabilem, uagam, inanemq; efficiunt mentem, curiositatemque fouent. Satagat igitur unusquisque uere cognoscere, iudicare, castigare seipsum, nec alios audeat temere iudicare, contemnere obseruare.

1. Cor. 8

Luc, 12
2. Pet, 3

2 Cor, 9

Iohan. 13

Ecci. 3

1. Cor, 14
Ose, 4

cõtemnere obseruare. Quis enim scit quid agatur in homine, nisi spiritus eius? Denique est
A tertia scientia formata salubris, illa potissime quæ post unum de septem donis spiritus sancti. 1 Cor. 2
Qua qui fuerint docti, fulgebunt ut splendor firmamenti. Est enim scientia ista charitati sem Dan. xij
per annexa, de qua ait scriptura: Dedit illi scientiam sanctorum. Et dominus per Osee: Miseri Sap. x
cordiam uolui & non sacrificium, & scientiam dei plus quàm holocausta. Præterea qui ad iu- Oseæ 6
stitiam erudiunt multos, docendo eos qualiter debeant inter bonum & malum discernere, Dan. xij
peccata uitare, uirtutibus inhærere, iustitiæq; uiuere, isti fulgebũt instar stellarum in regno
beatitudinis æternalis. Nam sicut cœlum ornatur syderibus, sic patria beatorum electis & ci
uibus sanctis. Propter quod loquitur Paulus: Alia claritas solis, alia claritas lunę, alia claritas
stellarum. Stella enim differt à stella in claritate, sic erit & resurrectio mortuorum. Porro se- 1 Cor. xv
cundum philosophos, stella est clarior pars sui orbis. Quemadmodum ergo stella est clarior
reliqua sui orbis parte, sic sic præclarius diuiniusq; consistit alios in iustitia erudire, quàm in
seipso duntaxat doctum existere, & hoc cæteris paribus. Nam qui erudiunt alios, Christo
magis assimulantur, qui illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Potest
autem quis alium erudire uerbo & scripto, atq; exemplo, & nunc de illa eruditione est men- Ioh. 1
tio, qua quis non uerbis duntaxat, sed operibus quoq; instruit alios. Imò uerbo docere, & iu-
xta doctrinam propriam non facere, est ualde damnabile. Ideo loquitur Leo papa: Facilis sit Leo papa
ratio ad persuadendum, efficax ad loquendum, maius tamen est docere opere, quàm sermo-
ne, & ualidiora sunt exempla quàm uerba. Felix ergo est religiosus, qui tam charitatiue atq;
B pacifice, tam humiliter atq; benigne, tam patienter exemplariter & deuote inter suos fratres
iugiter conuersatur, quod ipso facto alios ad idem informat, & peruersorum auersionem, di-
scordiam, superbiam, duritiam, impatientiam, indeuotionemq;, tacite increpat & confundit,
corrigit & reformat. Prętere a beatissimus Euangelista & Apostolus sanctus Matthæus in se-
ipso erat doctus, imò doctissimus tanquam unus illorum quibus Christus sposponderat: Ioh. 16
Cum uenerit paracletus spiritus ueritatis, ille docebit uos omnem ueritatem. Ipse etiam ad
iustitiam plurimos erudiuit, quia Nubianos conuertit Aethiopes, & conscriptione gloriosa
euangelii sui sanctissimi, usque in præsens uniuersam docet ecclesiam, atq; in euangelio suo
præ cæteris euangelistis ordinate procedit in descriptione uerborum & miraculorum, ac
operum Christi, euangelicæ etiam fidei ueritatem præ illis probat ac roborat authoritatibus
prophetarum, quos copiose allegat. Ideo iuxta tanti Euangelistæ doctrinas conuersemur
in omnibus. Nam ipse sermonem Christi in monte descripsit perfectius, in quo sermone in-
cluditur quicquid ad recte uiuendum exigitur. Vbi & inter cætera per euangelistam suum
loquitur Christus: Si quis percusserit te in unam maxillam, præbe ei & alteram. Item'que
Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit iehennæ ignis. Ardua sunt hæc, & tamen ista est uia sa-
lutis, de qua iterum ait: Nolite iudicare. Et: Estote perfecti, sicut & pater uester cœlestis per- Mat. 5. 6. 7
fectus est. Quæ utiq; deiformis nostra perfectio maxime in charitate consistit, quatenus si- Mat. 5
cut omnipotens deus benignus & pius est super ingratos ac impios, solem faciens oriri super Eodem
bonos ac malos, pluensq; super iustos & iniustos, & sceleratissimos conseruans in esse, ac pro
C uidens eis de necessariis uitæ, multaq; bona naturæ ac bona fortunæ conferens ipsis, nec per
mittens eos statim à dæmonibus strangulari, atq; in tartarum trahi sicut merentur, sed con- Mat. 7
uersionem eorum misericordissime præstolans, & per instinctus diuinos, per inspirationes Mat. 5
angelicas, per allocutiones humanas, per prospera atq; aduersa inuitans ac hortans eos ad
meliora, ita & nos non solum amicis, sed inimicis quoq; nostris & persecutoribus, detractori-
bus, ingratis, molestis, improbis & peruersis hominibus, simus ex corde synceriter charitati-
ui, beneuoli, benefactiui, omniq; modo nobis possibili ad meliora eos trahere enitamur. Ve-
rum hoc nemo potest implere, nisi perfectus, hoc est, à passionum immoderantiis expurga-
tus, in suis affectionibus reformatus, sapientiæ dono perfusus, & deo suo plene subiectus, ab
omni animositate, ira, impatientia, indignatione, amaritudine alienus. Nisi enim quis humi
lis ualde extiterit, ex alterius improbitate, irrisione, inflatione, contumelia, iniuriatione, cito
ad animositatem, iram, ac indignationem prouocabitur, & alteri se opponet, si potest, & au-
det. Similiter nisi sit mansuetus plurimum, iniuriam sibi illatam uindicare optabit, & pro-
pter aduersa fiet impatiens, ac prauæ subiicietur tristitiæ. Oportet ergo nos obtemperare
documentis sancti euangelistę Matthęi ex ore Christi, ut nosipsos diligamus pure in deo, &
omnes affectiones ac passiões nostras habeamus reformatas simplificatasq; in eo, & nostris ui
tiis, negligentiis, & peruersitatibus irascamur, indignemur, & propter eas tristemur. Propter
aduersa uero pœnalia, propter opprobria nobis illata, propter damna rerum temporalium,
propter corporales infirmitates & persecutiones nequaquam moueamur ad elationem,
iram, impatientiam, tristitiam, uel ad aliam cordis ruinam, cum omnia illa nobis multipli-
citer extent salubria, imò & saluberrima ac fructuosissima animabus nostris dummodo ęqua
nimiter tolerentur. Attendamus quod Christus dixit Apostolis: Ego mitto uos sicut agnos
inter

inter lupos. Et iterum: Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Et Venit ho-
Lucæ 21. Ioh. 16 ra, ut omnis qui interficit uos, arbitretur se obsequium præstare deo. Si ergo cupimus cum D
Apostolis coronari, & cum eis in die iudicii in iudicialibus soliis ad iudicandum sedere, cone
mur in omni patientia & mortificatione uiuifica, in omni humilitate & paupertate sponta-
nea, in omni diligentia & feruore sequi eorum uestigia. Beatissimũ quoq; euangelistã & Apo-
stolum Matthæum specialiter diligamus, honoremus, ac inuocemus, tanquam quotidianum
nostrum magistrum per Euangelium suum. Et sicut ipse post suam ad Christum conuersio-
nem factus est tanto liberalior, uirtuosior atq; perfectior, quanto ante erat auarior ac culpa-
bilior, ita & nos iam simus in religione tanto humiliores, patientiores, deuotiores, & ardẽtio-
res, quanto magis superbi, impatientes, indeuoti, acediosi, ac peruersi eramus in mundo.

Sermo quintus. De sapientię supernaturalis excellentia, de pace, & uitæ beatæ perpetuitate.

SApientia ubi inuenitur, & quis locus intelligentiæ? Iob uicesimo octauo. Multa ma-
gna & pulchra dixerunt philophi de sapientia intelligentes per sapientiam, naturalẽ
notitiam primę causæ, uidelicet dei, & substantiarum separatarum, quæ apud illos in-
telligentiæ, apud theologos angeli nuncupantur. Hanc sapientiam dixerunt esse fi-
nem & capitaneam, ac præceptricem omnium scientiarum, & quod mirabiles habeat dele-
ctationes actui suo admixtas. Vnde sedundum Aristotelem, uir contemplatiuus, & sa-
piens non quærit extra se delectari, quoniam in se plenus est theorematibus & contempla-
tionibus dulcibus ac iucundis. Sicq; habet in promptu in diuinis ac spiritalibus delectari. In E
actu quoq; sapientiæ huius posuerunt beatitudinem hominis, utpote in speculatione optimi
speculabilis, ut patet decimo Ethicorum. Si ergo tanta ac talia dixerunt summi philosophi
de sapientia naturali & acquisita, quæ & aliquo modo uerificantur de ea, quantum in compa-
ratione ad naturales scientias, & de naturali ac speculatiua hominis felicitate loquendo, quan
to magis secundum theologicam ueritatem ista & multa sublimiora sentienda atq; dicenda
sunt de sapientia supernaturali theologicali tam scholastica seu acquisita, id est, sacrę scriptu
ræ doctrina, presertim legis euangelicæ theoria in euangelio scripta ac tradita, q̃ de sapientia
illa supnaturali infusa, quæ est donum spiritus sancti, quæ secundũ gradum suũ perfectũ est
idem in re quod mystica theologia, quæ est sapientia flammigera, affectiua, & unitiua: Et ma-
xime uera sunt hæc de sapientia ista, quę donum est. Qui uero utranq; hanc supernaturalem
scientiam habet, uidelicet scquisitam & infusam, in promptu habet considerare mirabilia le-
gis diuinę, & admirari incomprehensibilia fidei Christianę, ac contemplari ea quę sunt simpli
cissimę deitatis, ac superatissimę trinitatis. Et habet in suis considerationibus ac cõtemplatio-
nibus magnas delectationes spiritales, admixtas: si tamen in habitibus istis sapientialibus no
tabiliter sit perfectus, reformatasq; habeat animi uires ac passiones. Vnde & plenus est theo-
rematibus & notitiis diuinorum iucundis ac dulcibus. Propter quod ei opus non est, ut in
1. Mach. 12 exteriorib⁹ sensibilibus & caducis quęrat solatia, sed intra se habet suorum materiam gaudio
rum. Hinc Ionathas & qui erant cum eo, dixerunt se nullo indigere istorũ, quia solatio habe-
Rom. 15 bant sanctos libros, qui erant in manibus eorum. Et Paulus ait Apostolus: Deus spei repleat
uos omni pace & gaudio in credendo, id est in considerando & contemplando per fidem ea, F
quæ cadunt sub fide. Studeamus ergo in hac utraq; sapientia taliter abundare, hoc est in do-
no sapientię & in notitia seu doctrina sacrę scripturę, & in earũ actibus, considerationibus, seu
contemplationibus tam prompte & assidue delectari, ut carnales & uiles consolatiunculas
detestemur. Nec in humanis colloquiis aut seculariũ uisitationibus recreari quæramus, sed
in cellulis nostris occupemus nos hilariter ac deuote, orando, psallendo, meditando, contem
plando, studendo, scribendo, legendo. Certe, ut ait philosophus, sapiẽtia est diuina possessio,
Ecci. 37 & uir contemplatiuus ureq; sapiẽs est, amantissimus deo, atq;, ut Ecclesiasticus loquitur, uir
eruditus suauis est. Sic gloriosus euangelista Matthæus sapiens fuit utraq; hac sapientia, sub-
limiter contemplatiuus, & amantissimus deo suo, & de plenitudine sapientiæ suæ cõmunica-
uit toti mundo per euangeliũ quod descripsit, tanq̃ splendidissimus sol, illuminãs uniuersum
orbem terrarũ, prophetarũ oracula euangelicis assertionibus copiose innectẽs, ita ut si inqui
Iob 28 ratur, sapientia ubi inuenit, & quis est locus intelligentię, rite respondeatur, in euangelio san-
cti Matthæi. Ibi enim euangelicæ legis sapientia plane describitur, ibi Christus sapientia
æterna, increata, immensa addiscitur, loquit, & auditur, ibi ueteris testamenti scripturę expo
nuntur, & prophetarũ uaticinia intelliguntur. Ecce q̃ compendiose, q̃ magistraliter, & deuote
descripsit euangeliũ sanctus Matthæus. Eius ergo doctrinas imprimamus nostris memoriis,
& in eis meditemur die ac nocte, ut deliciose consideremus ac firmiter cognoscamus myste-
ria & miacula, testimonia, & pręcepta, documenta & consilia, uirtutes, sanctitatẽ, uitã, & opa
Christi, atq; utrãq; ipsius naturã. Et in omnibus his iugiter occupemur, totamq; uitã nostrã
iuxta hęc dirigamus. Præterea si cupimus quod Baruch ait: Disce ubi sit sapientia, ubi sit uir-
tus,

A tus,ubi intellectus,ut scias ubi sit lõgiturnitas uitę, ubi sit lumẽ oculorum & pax, si inquã istud implere,seu ista addiscere cupimus,legamus & intelligere studeamus euangeliũ sancti Matthæi apostoli. Ibi nãq; est sapientia salutaris,nõ in libris philosophorum,ibi quoq; est uirtus, potestas & uigor contra aduersarias potestates,ibi fides & uirtus saluatoris,eiusque uirtuosissima uita describitur,ibi est intelligentia prophetarum, & eorum cognitio quibus innitit fides. Per quæ omnia edocemur,ubi sit longiturnitas uitæ,ubi lumen oculorum & pax. Hæc quippe sicut in euangelio suo sanctus docet Matthęus apostolus perfecte & plene sunt in regno cœlorum,in patria beatorum,ubi fulgebunt iusti sicut sol,in regno patris eorum. Vnde in die nouissimo dicturus est Chrs iudex altissimus: Venite benedicti patris mei, possidete paratũ uobis regnũ à cõstitutiõe mũdi. Et tũc ibunt iusti in uitã æternã, in qua uere & plene est lõgiturnitas uitæ gloriosę. Vnde cuilibet electo promisit deus in cœlo glorificabo eũ, longitudine dierum implebo eum, & ostendã illi salutare meũ. Hoc salutare dei patris est, Christus dominus,uerbũ & sapientia genitoris. Qui Christus uere est lumen,splendidissimũ interiorum ac intellectualiũ oculorum. De quo cecinit Symeon iustus: Quia uiderũt oculi mei,salutare tuum. Lumen ad reuelationem gentium. Ipse quoq; est pax nostra,qui fecit utraq; unũ. Imò secundum suæ deitatis naturam,ipse est substantialiter pax superdulcissima & immensa. De qua loquitur Paulus: Pax Christi quæ exuperat omnem sensum,custodiat corda uestra & intelligentias uestras. Quamuis in diuinis pax approprietur spiritui sancto, quemadmodum charitas,gaudium,usus, & cætera quædam ad uoluntatem spectantia, eo quod spiritus sanctus sit emanatio uoluntatis,quæ in patre & filio una est, & ipse à patre filioq; procedit per uoluntatẽ. Sic ergo sciamus actualiterq; pensemus,ubi sit longiturnitas uitę,id est uita beata uere perpetua & secura,in qua deus absterget omnem lachrymã ab oculis electorum,ubi mors

Mat. 5
Mat. 13
Mat. 25
Psalm. 90
1. Cor. 1
Iohan. 8
Luc. 2
Ephe. 2
Phi. 4
Apoc. 7

B ultra non erit,nec dolor nec timor,nec gemitus,quatenus consideratione & desyderio uitæ illius despiciamus uitam præsentem cum omni sua uanitate,ambitione & oblectatione. Nec quicquam optemus in ea, nisi quod nos ad uitam gloriosam ac sempiternam compendiosius potest perducere,utpote,paupertatem,subiectionem,obeditionem,aspernationes, correptiones & correctiones. Atq; in tempore isto breuissimo, quod comparatione durationis uitæ beatæ uix unum momentum est, deo uigilantissime obsequamur,in omni humilitate,feruore,cum spiritali profectu,& perseuerantia fructuosa. Deniq; ubi & in quo longiturnitas ista uitæ felicis consistat,Salomon in Prouerbijs pandens,inquit: Preciosior est sapientia cunctis opibus, & omnia quæ desyderantur,huic non ualent cõparari,longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra eius gloriæ & diuitiæ. Hæc longitudo dierum est unus dies perpetuus de quo Zacharias ait propheta: In die illa erit dominus unus, & nomen eius unum. In cœlesti etenim regno, dies & longitudo dierum non ex circumuolutione solis aut orbium, sed ex illuminatione solis iustitiæ, qui est deus, & ex participatione suæ æternitatis, quæ dicitur æuum. Vnde Esaias propheta prædixit: Non erit tibi sol amplius ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te, sed erit tibi dominus in lucem sempiternam. Hoc est quod in Apocalypsi fatetur Iohannes apostolus: Ciuitas non eget sole neq; luna, nam claritas dei illuminabit eam. In hoc die est unus omnium beatorum deus, qui modo in ecclesia militante, nomina multa habet, & uarijs designatur nominibus, secundum quod ex diuersis suis effectibus diuersimode innotescit, & ex creaturis earumq; formis & actibus, diuersis modis cognoscitur. Sed in triumphante ecclesia, ubi in seipso per seipsum conspicitur, quia per speciem, id est, propriam essentiam cernitur, & facie ad faciem intuetur, nomen eius est unum, quia ibi

Prou. 8
Zach. 14
Esa. 60
Apoc. 21

C una cognitione multa de ipso noscuntur, quæ & uno nomine ibi signantur, incomparabiliter clarius, quam hic per diuersas cognitiones & appellationes. Iccirco ad hanc beatificam dei notitiam incessabiliter aspiremus ac festinemus.

¶ Sermo Sextus. De suauitate gustus diuinæ præsentiæ, de subtractione eiusdem, de lachrymarum uarietate, & de perfectorum deuotione.

Nunquid possunt filij sponsi ieiunare, q̃ diu cum illis est sponsus? Matthæi Nono. Ista uerba fuerunt Christi ad pharisæos, qui increpabant Christi discipulos quia non ieiunabant, quibus respondit saluator: Nunquid possunt filij spõsi &c. Quod Christus ad literã de corporali dixit discipulorum ieiunio, & de corporali sua cũ illis præsentia. In quibus etiã uerbis insinuauit se esse sponsum ecclesię, & discipulos suos esse suos filios, utiq; adoptiuos. Per q̃ oĩa mystice designat, q̃ filij spõsi.i. deuoti religiosi, q̃ diu cũ illis ẽ spõsus, ieiunare & lugere nõ ualẽt. Deniq; q̃uis sponsus cœlestis uniuersis assit ac insit fidelibus charitatẽ habẽtibus, & existẽtibus in grã dei, specialr tñ dicit tũc adesse, qñ p spiritalẽ cõsolationẽ, atq; sensibil' deuotiõis iucũdã alacritatẽ adest credẽtibus, pserti uerisreligiosis, ita q̃d q̃dã feruore ac prõptitudine animi cũ gaudio ferũt ac mouẽt ad oĩa q̃ diuini sunt cultus ac obseruãtię regularis, & festina in eis sunt oĩa, Surgũt alacriter, & uiã mãdatorum, semitas cõsiliorum, exercitia ordinis, non solũ incedũt, sed etiam currunt ac uolant, quæ alias dura uidentur

Mat.11 & experiuntur uerum esse qđ ait saluator: Iugũ meũ suaue est, & onus meũ leue. Cũ igit res
ita se habet cũ eis, ieiunare nequeũt nec lugere, loquẽdo de interiori ieiunio, quod est inedia
cordis, seu desyderiũ audiendi uerbũ dei. Nã ipsi copiose tunc reficiuntur in anima, & audiũt
Psalm.48 quid loquatur in eis dñs deus, uicissim uero ueniunt dies in quibus auferr ab eis, id est, præfa
ta consolatiõe atq; alacritate priuant, nec deuotionẽ habent sensibilẽ, sed in quadã uelut ari-
ditate, afflictiõe ac tarditate derelinquuntur interdũ tã uehementer, ut cœlũ eis q̃si æneũ ui-
deatur, terra ferrea, & se à deo relictos uerent, & tũc ieiunant ac lugent, uerbũ consolationis,
suauitatẽ internæ refectionis optantes. Et tũc necessaria est eis patiẽtia, discretio & custodia,
ne pusillanimitate deijciant, ne ad externas & uiles consolatiunculas se effundant, ne ab exa-
minatione, purgatione, & conseruatione cõscientiæ suæ desistant: imo aduertant & sciant si-
bi expediens fore, ut consolatione tali, & sensibili alacritate priuentur, ne subito extollantur,
aut inaniter glorientur, nec propriæ experientiæ innitantur, sed ad deum recurrere, propriã
infirmitatẽ aduertere, diuinarũ uisitationũ uicissitudinẽ aduertere assuescant. Pręterea sic reli
Psalm.16 cti dicere possunt deo illud Psalmographi: Propter uerba labiorũ tuorũ, ego custodiui uias du
Mat.11 ras. Tũc ergo audiant saluatorẽ benignissime inuitantẽ: Venite ad me omnes qui laboratis &
onerati estis, & ego reficiã uos. Tũc ergo eant ad Chrm̃, id est misericordiã eius implorent,
ad eius unctionẽ & consolationẽ se præparent, & faciendo quod in se est, æquanimiter manũ
dñi prestolentur, & cito benignitatẽ eius experientur, de quo ait scriptura: Quia post tẽpesta
tẽ facit tranquillũ, & post fletũ exultationẽ infundit. Verũtamen aduertendũ q́ diuersæ sunt
species lachrymarũ: Quædã eñ ex abũdantia spiritalis lętitiæ, atq; ex suauissima cõplacentia
dei nascuntur: quædã ex desyderio felicitatis futuræ cœlestisq; patriæ, & istæ lachrymæ in p̃
memorata præsentia sponsi cœlestis, in consolatione & illuminatione superna affluentius prę
Tob.3 sto sunt: quædã uero sunt lachrymæ ex recordatione culparũ suipsius seu proximorũ, quæ-
dam ex cõpassione dñicæ passionis, quædã ex uehementi desyderio maioris profectus, & la-
chrymæ istæ, tã in prætacta sponsi præsentia, quã in eius absentia sæpe habentur: quædã ue-
ro sunt lachrymæ, quæ ex quadã desolatione ac tędio, seu deploratione propriæ ariditatis ac
tarditatis, seu ex tristitia, de recessu atq; absentia sponsi perueniunt. Et istæ lachrymæ oriunt
dũ tollitur sponsus & redire moratur. Præterea qui in spiritali uita & exercitatiõe interna be
ne radicati, experti & docti sunt, parũ curant, si sensibilis eis deuotio, aut cõsolatio interna tol
latur, imò talia deo committunt, idq; præcipue curant ac satagunt, ut cõscientiã corã deo ha
beant purã, & creatori mente adhereant, intellectualiter, prompte, odientes ac deuitãtes om̃e
peccatũ, quia offensiuũ ac inhonoratiuũ est dei, & turpe, obliquũ ac fœdũ in se, scientes, q́ ue
Heb.5 ra deuotio est promptitudo uoluntatis ad ea quæ diuini sunt cultus, siue hoc fiat cũ sensibili
quodã feruore, aut cõsolatione, siue non. Ideo dixit Apl̃us: Perfectorũ est solidus cibus, id est,
stabilis cõsistentia, & intellectualis refectio cordis in deo, eorũ q pro cõsuetudine exercitatos
habent sensus ad discretionẽ boni & mali. Nos ergo religiosi, qui ad huc sumus in claustro, q́
est schola uirtutũ, atq; cœlestis magisterij studiũ cõstituti, quatenus proficiamus & semper
re ac intellectualiter simus deuoti, ad prætactã habitualẽ exercitationẽ internã, & cõsuetudi
nalẽ mentis cõstabilitionẽ in deo conemur, & uota nostræ professionis fideliter ac diligentis-
sime impleamus. Quæ, q̃ uehementer nos obligent, q̃ itẽ solicite sint implẽda, cõstat ex hoc, q́
beatiss. euangelista Matthęus noluit sanctã Epigeniã uirginẽ, sponso cœlesti cõsecratã per
cõtinentię uotũ, tradere regi, cũ tamẽ rex ille tã magna promitteret, & Christianę religionis
cultũ magnifice uellet augere. Quẽadmodũ aũt sacratissima uirgo illa Epigenia cœlesti spon
so fuerat dedicata, ita & animę religiosorũ, q si fuerint religiosi, animę eorũ cœlestis spõsi sunt
sponsę p̃amabiles, speciosę ualde ac nobiles. In quo etiam facto patet p̃clara constantia, & in-
uicta iustitia gloriosi huius Apostoli, qui à rege illo, nec blandimentis, nec aliquo modo potu
it flecti cõtra dei honorẽ & animarũ salutẽ. Et cũ mortẽ sibi imminere sentiret, stetit brachijs
extensis ad orationẽ. Eius ergo sanctã cõstantiã, inuictã iustitiã, ardentissimã deuotionẽ, pro
uiribus sequi conemur, ne impetu passionũ, uento superbię, tentationũ impulsu, turbine uitio
rum agitemur hinc inde. Ne etiã per aduersa seu prospera à rectitudinis statu labamur, & ne
propter quęcũq; pericula imminentia à deuotionis instantia ac feruore deficiamus. Postre
mo, quoniã Christus in euangelio loquitur hodierno, discite quid sit misericordiã uolo & nõ
sacrificiũ, opera misericordię p̃sertim spiritalia diligamus, & quantũ possumus exequamur,
onerosos pie portando, iuxta illud: Alter alterius onera portate, afflictis, desolatis, lapsis, ten
tatis, ac miseris omnibus condolendo, & pro uiribus consilijs atq; auxilijs succurrendo, pec-
cãtes fraternaliter corripiendo. Et quoniã Christo testante, male habentibus medicus necel
sarius est, cœlestẽ medicũ iugiter inuocemus, ut tã nostra q̃ proximorũ curet peccata, passio-
nes reformet, & animas nostras à futuris preseruet ruinis. Medicinalibus quoq; uasis medici
huius, id est sacramentis confessionis & eucharistiæ, utamur cotidie salubriter, sapienter fru
ctuose, non ex arido usu & superficiali consuetudine, sed de die in diẽ, cum recenti feruore &
diligentia

A diligentes ampliore. Medicinalibus quoq; appositionibus uicarij Christi prælati nostri, hoc est correptionibus, correctionibus, informationibus eius humiliter obtemperemus, nec more freneticorum insurgamus aduersus eum, contradicendo, indignãdo, aut inobediendo, cũ princeps pastorũ illis sit locutus: Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me spernit. Cui cum patre & spiritu sancto honor & gloria in æternum. Lucæ x

¶ In festo S. Michaelis & omnium beatorum spirituum.

¶ Enaratio lectionis loco epistolę Significat deus quæ oportet fieri cito. Apoca. i

Lectio ista hodie loco epistolæ legitur, quia in ea de sanctis angelis agitur. Itaq; ait S. Iohannes Apostolus: ⌊Significauit.⌋ i. mihi per imaginariã uisionem reuelauit. ⌊Deus quæ oportet fieri cito.⌋ i. tribulationes fidelium, quas eos in hoc seculo pati necesse est, quoniam expedit eis pati aduersa, ut per ea purgẽtur à culpis, & gratia atq; uirtutibus impleantur. Item per ista quę oportet fieri cito, intelligi potest decursus & status omnisq; euentus ecclesię in hac uita, quæ omnia reuelauit deus Iohanni in Apocalypsi, de quibus dicitur ꝙ oportet ea fieri cito, quia à tempore Apostolorum incepit persecutio Christianorum, & decursus ecclesię. Sed cum ista sint in se futura pure contingentia, nec sine grandi impiorum excessu persecutio fiat iustorum, nõ oportet hæc fieri necessitate absoluta, sed conditionata, seu necessitate consequẽtię non consequentis. Cũ enim à deo pręuisa, & ab eius sapientia ad electorum profectum pręordinata sint, non possunt fieri secundum istum respectum. Apo. i

B Veruntamen prouidentia dei necessitatem mutabilibus rebus non imprimit, nec libertatem arbitrij aufert hominibus. Hęc ergo significauit deus. ⌊Mittens per angelum suũ.⌋ i. per angelum fecit hanc reuelationem. ⌊Seruo suo Iohanni.⌋ Apostolo, qui ex humilitate potius uocat se seruum Christi, q̃ Apostolũ. Reuelationes autẽ prophetice fiunt à deo ministerio angelorum, ut diuinus Dionysius protestatur. ⌊Qui testimoniũ perhibuit uerbo dei.⌋ i. Vnigenito filio patris ęterni, de quo Iohannes in euangelio suo dicit: In principio erat uerbum. Vel, testimoniũ perhibuit uerbo dei. i. uerba sacrę scripturę uera esse testatus est. Itaq; Christo eiusq; sermonibus testimoniũ perhibuit Iohannes Apostolus prędicando, euangeliũ cõscribendo, sanctissime conuersando, miracula faciendo, & multa pro fide catholica patiẽdo. Hinc in Actibus primo loquitur Christus Apostolis: Eritis mihi testes in omni Iudęa & Samaria, & usq; ad ultimum terrę. ⌊Et testimoniũ Iesu Christi.⌋ i. de Christo testatus est. ⌊quęcũq; uidit.⌋ i. omnia quę Christus fecit & pertulit. Vnde in euangelio suo: Qui uidit testimoniũ perhibet de his, & scripsit hęc. Atq; in principio suę Canonicę primæ: Quod uidimus oculis nostris annuntiamus uobis. ⌊Beatus (est nunc in spe & merito) qui legit.⌋ Per se studẽdo, aut alios docendo. ⌊Et qui audit (discendo, aduertendo, seu obediendo) uerba prophetię huius.⌋ id est documenta, pręcepta, & uaticinia, libri huius prophetici, qui Apocalypsis uocatur. ⌊Et seruat ea quæ in ea scripta sunt.⌋ i. memoriter retinet, & opere, implet ea. Non enim sufficit legere & audire sine adimpletione eorũ, quæ præcipiuntur. Propter quod asserit Christus: Beati qui audiunt uerbum dei, & custodiunt illud. Veruntamen legere & audire ex charita- Dionysius Ioh. i Act. xij Ioh. i 1 Ioh. i

C te, meritoria sunt uitę æternæ. Et quia non omnes sciunt legere, sufficit ad salutem audire, & obseruare. ⌊Tẽpus eñ prope est.⌋ i. dies particularis iudicii singulorum imminet, cũ uita ista breuissima sit, imò & tps futuri uniuersalis iudicii ꝓpe est respectu ęternitatis, uñ de toto tpe mundi usq; ad diẽ iudii dicit Iohannes in prima sua epistola: Nouissima hora est. Cũ ergo tã propinqua sit hora diuinæ retributionis, beatus est qui ista legit, audit, obseruat. ⌊Iohannes euangelista scribit, & mandat hæc ⌊septem ecclesiis⌋ particularibus, seu fidelium congregationibus, ⌊quæ sunt in Asia⌋ id est, in septem ciuitatibus Asiæ minoris, cuius metropolus extitit Ephesus. Ad illas namq; ecclesias, sanctus Iohannes apostolus scripsit & misit hunc librũ, scilicet Apocalypsim, quia ab eo erant fundatæ. Per eas tamen cęteræ ecclesiæ designantur, quoniam septenario numero uniuersitas explicatur, eo quod septem diebus omne tempus decurrat ac euoluatur. ⌊Gratia uobis⌋ gratumfaciens, quæ est habitus supernaturalis, infusus, esse deiforme, spiritale, & ad promerendam uitam æternam idoneum conferens rationali creaturæ cui infunditur, ⌊& pax⌋ quæ est tranquilitas seu quies mentis in deo, detur & cõseruetur uobis, ⌊ab eo qui est, & qui erat, & qui uenturus est,⌋ id est à patre æterno, qui inuariabiliter est, & ante omnia erat, in æternumq; erit, & uẽturus est ad inhabitandũ, remunerãdum ac beatificãdum suos electos, sicut ait saluator: Qui diligit me, sermonem meũ seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Hinc & Esaias ait: Ecce dominus deus in fortitudine ueniet, ecce merces eius cũ eo. Deniq; per hanc circumlocutionem, qui est, & qui erat, &c, designatur æternitas dei. Quoniam q̃uis in se simplex inuariabilis consistat, & tota simul, tamen omne tempus includit, atq; transcendit. ⌊Et à septem spiritibus.⌋ i. septem angelis sanctis. ⌊Qui in conspectu throni eius sunt.⌋ id est omnipotẽti deo reuerenter assistunt in cœlo empyreo, quod thronus seu sedes dei uocatur, ubi specialiter residere ac imperare asseritur, quoniam ibi euidentius & excellentius operat,

clariusq; ostendit seipsum. Propter quod per Esaiam loquitur: Cœlum mihi sedes est. Et D
Esaiæ 66 per hos septem spiritus uniuersitas angelicorum spirituum designatur. Sicut Thobiæ Raphael angelus ait: Ego sum unus de septem, qui astamus ante deum. Vel per septem spiritus designati sunt illi septem angelici spiritus, qui septem Ecclesiis Asiæ præfuerunt, iuxta modum, quo quidam angeli dicuntur præesse certis personis, quidam communitatibus, quidam ciuitatibus.
Thobiæ 12 Porro gratia est à deo effectiue & per authoritatem, ab angelis dispositiue ac instrumentaliter. Nam orant pro nobis, & nostra obsequia offerunt deo, eiusq; gratiã impetrãt nobis. ⌊Et ab Iesu Christo.⌋ Qui secundum quod deus, est idem dator pacis ac gratiæ cum patre & spiritu sancto, sicut unus cum illis est deus, & unus creator propter essentiæ unitatem in personis tribus. Iccirco Iohã. v. habetur: Quæcunq; facit pater, hæc & filius similiter facit.
Iohan. 18 Porro Chrs secundũ q homo & mediator inter deũ & homines, est causa gratiæ & pacis meritoria ac instrumẽtalis, quoniã sua cõuersatione sanctissima & amariss. morte gratiã nobis pmeruit & pacẽ, ac gloriã æternalẽ. ⌊qui est testis fidelis.⌋ qm̃ ueritati in oĩbus testimoniũ phibuit rectũ, & de pr̃e & spũ sancto, ac seipso multa testatus est. Propter q̃d hora passiõis dixit Pilato: Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundũ, ut testimoniũ phibeã ueritati.
Apo. 19 ⌊Primogenitus mortuorum.⌋ i. oĩm corporaliter defunctorum, aut salubriter ac spiritaliter mortificatorum, seu à morte resuscitatorum. Quorum primus est Christus homo dignitate & honorificentia, atq; præconio tanq̃ caput uniuersorum. ⌊Et princeps regum terræ.⌋ Est enim rex regũ, & dominus uniuersorum. Imò Christo etiam secũdum suam humanitatẽ cuncta creata subiecta sunt. E
Ioh. 15 ⌊Qui dilexit nos.⌋ Charitate æterna & increata inquantũ deus, charitate quoq; creata, infusa, inquantũ homo, sed & naturali amore tanq̃ naturæ suæ humanæ cõsortes, suosq; fratres. Vnde de se ipso testatur: Maiorẽ hac dilectionem habet nemo, ut animã suã ponat quis pro amicis suis. ⌊Et lauit, (.i. purgauit) nos à peccatis nostris in sanguine suo.⌋ id est passionis suæ merito, per quam nobis promeruit peccatorum remissionem, gratiæ & uirtutum infusionem, felicitatis & gloriæ adeptionẽ: sed meritum eius nõ consequimur, nisi nobis per sacramenta ecclesiæ applicetur, si assit facultas ad ea: quæ si desit, sufficit bona uoluntas.

¶ Sermo Primus circa epistolam: De ordine creaturarum, de ministerio angelorum, de prouidentia dei, & de obseruatione charitatis.

GRatia uobis & pax sit à deo, & à septẽ spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt. Apoca. I. Deus omnipotens, cuius sapientiæ non est finis, aut numerus, uniuersis suis operibus decentissimũ ordinem indidit, & in hoc sapientia eius relucet. Sapientis namq; est ordinare.
Iob 10 Nec obstat quod apud Iob scriptum est de inferno: Vbi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Quamuis enim ibi non sit ordo naturæ, nec ordo uirtutum aut gratiæ, sed mera confusio atq; malitia, est tamen ibidem ordo iustitiæ. i. effectus ordinatus diuinæ iustitiæ, unicuiq; secundum sua demerita retribuentis, uidelicet ordo pœnarum iuxta diuersitates culparum, quoniam qui grauius peccauerũt, seu in grauioribus peccatis sunt mortui, grauius puniuntur ibi, & qui hic socij sunt in culpis, ibi socij sunt in tormentis. Est ergo pulcherrimus ordo in creaturis supersapientissimi dei, & hoc etiam in lectione hac hodierna, quæ hodie loco epistolæ legitur, edocetur. Nam inter angelos & homines magna connexio est, similiter inter triumphantem & militantem ecclesias. F
Dionysius Angeli quippe hominum sunt custodes, & triũphãs ecclesia militantẽ guberãt, iuuat ac tuetur ecclesiam, sicut de hoc diuinus Dionysius lib. de ecclesiastica hierarchia profundius scribit. Deniq; in lectione præsenti tanguntur duo actus angelorum sanctorum circa homines. Primus est, reuelatio secretorum dei, seu futurorum soli deo cognitorum, quia propheticæ reuelationes per angelos deo iubente fiunt hominibus. Vnde in lectione hac dicitur quòd deus significauit per angelum suum seruo suo Iohanni, quæ oportet fieri cito. Secundum est, q dona gratiæ angeli procurant hominibus orando pro eis, & bona eorum repræsentando altissimo, atq; imperfectum eorum pie, quantum possibile est, excusando. Habent autem angeli sancti circa homines, etiam alios multos actus, de quibus infra dicetur. Quod autem
Zach. 2 propheticæ reuelationes fiant hominibus per angelorum obsequiũ, certissime constat ex eo, quod Zacharias propheta ait: Ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebatur, & alius angelus egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum: Curre & loquere ad puerum istum dicens: Absq; muro habitabitur Hierusalem. Porro, q angeli offerant deo nostra opera bona,
Tob. 12 atq; ab ipso nobis obtineant gratiarum suarum charismata, patet per id, quod Raphael angelus loquitur ad Thobiam: Quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, ego obtuli orationem tuam domino, & nunc misit me dominus ut curarem te. Vnde & in Iob dicitur: In-
Iob. 33 crepat deus hominem per dolorẽ in lectulo, & omnia ossa eius marcescere facit: si fuerit pro eo angelus loquens, ut annuntiet hominis æquitatẽ, miserebitur eius deus, & dicet: Inueni in quo ei propitier. Secundo ex lectione hac corroboratur ueritas fidei Christianæ, & infidelium error destruitur. Fuerunt etenim plures increduli asserentes, quod deus non habeat

prouidẽ

 Psal.72

A prouidentiam actuum humanorum,nec certam notitiam inferiorũ, de quibus fertur in psal- Psalm.93
mo:Dixerunt, quomodo scit deus,& si est scientia in excelso? Itemq;. Et dixerunt,non uide-
bit dominus,nec intelliget deus Iacob. Vnde in Iob habetur:An cogitas quod deus excelsi- Iob.22
or cœlo sit,nec considerat, & circa cardines cœli perambulat? Itaq; horum insania apertissi-
me confutatur,per hoc ꝙ deus altissimus per angelos sanctos reuelat hominibus futuros euẽ
tus,& futura contingentia prorsus,imò & cordium cogitationes,& ꝙ omnia certe eueniũt,
sicut prædictum est. Et hoc tam ex ueteri q̃ ex nouo testamento copiosissime atq; certissime
potest probari,præsertim cum multorum flagitia, tam districte & euidenter ac frequenter
uindicauerit deus etiam in hac uita. Nam & tribulationes ac decursum militantis ecclesiæ,
per tempus noui testamenti,reuelauit deus per angelum,sancto Iohanni euangelistæ in A-
pocalypsi. Et per hoc roboratur fidei ueritas Christianæ,taliter sentientis. Incredulorum
quoq; prædictorum rudem,perfidumq; errorem, sanctus Dauid subtiliter compendioseq; Psal. 93
reprobat,dicens: Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite: Qui plantauit
aurem non audiet? aut qui finxit oculum non considerat? Qui corripit gentes, non arguet,
qui docet homines scientiam? Dominus scit cogitationes hominum, quoniam uane sunt.
Tertio, ex hac lectione inflammamur ad bene agendum. Et hoc duplici ratione: Primo ex in
tuitu præmij. Secundo ex consideratione breuitatis uitæ præsentis. Quantum ad primum,
hic dicitur: beatus qui legit & qui audit uerba prophecie huius, & seruat ea quæ in ea scri-
pta sunt. Quantum ad secundum,subiungitur:tempus enim breue est. Quæ ergo sunt quæ
in libro propheciæ istius,puta in Apocalypsi,obseruanda traduntur, & impleri iubentur?
Certe inter illa sunt quæ Apocalypsis secundo & tertio sunt: Nam dicitur ibi ex perso- Apoc.3
na altissimi: Habeo aduersum te, ꝙ charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto itaq; un
de excideris,& pœnitentiam age:alioquin,uenio tibi cito. Istud omnibus nobis pensandum
est & horrendum. Ecce enim, in baptismo charitatem, cæterasq; uirtutes per infusionem à
B deo accepimus,sed ad ętatem adultam peruenientes,statim quando mortaliter peccauimus,
mox charitatem nostram primam amisimus,& innocentiæ uestem perdidimus. Sed quando
ueraciter penituimus,confessiq; sumus,recuperauimus eas. Reciduando uero rursus,eis su-
mus priuati. Et hoc in uerbis prætactis improperat nobis deus, quia in hoc apparet ingrati-
tudo & negligentia nostra, imò & magna irreuerentia circa deum, cui prætulimus bona ista
terrena,carnalia & caduca. Ac per hoc charitatem dei amisimus,adhærendo creaturę magis
quàm creatori. Iubet ergo deus ut recordemur unde excidimus pœnitentiamq; agamus. Nē
pe qui peccat & charitatem amittit,cadit à summo usq; ad infimum, à statu salutis,ad statum
damnationis, à luce gratiæ ac decore uirtutum,ad tenebras excæcationis & turpitudinē ui-
tiorum,& de filio dei, de membro Christi, de ministro iustitiæ,fit seruus & membrum fili-
usq; diaboli,sed & seruus peccati. Ecce quanta uilitas,quanta miseria,quanta insania est pec
cantis. Pœniteat ergo,alioquin Christus cito ueniet ei,iustus iudex,& ultor districtus. Pro-
pter quod Ecclesiasticus,præcipit: Non tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in Ecc. 7
diem,subito enim ueniet ira illius. Insuper deus dicendo,habeo aduersus te, quod charitatem
tuam primam reliquisti,specialiter increpat negligentes ac tepidos, qui ad tempus fuerunt
feruentes,sed paulatim per negligentiam suam,ad teporē & ignauiam sunt prolapsi. Quos
reprobat deus,loquens uni huiusmodi: Scio opera tua,quia nec frigidus es neq; calidus: Vti- Apoc.3
nam frigidus esses aut calidus:sed quia tepidus es,incipiam te euomere de ore meo. Talibus
ait Apostolus ad Galathas: Sic stulti estis,ut cum spiritu ceperitis,nunc carne consummamini. Gal. 3
Itaq;,cum tam ineffabilis sit beatitudo iustorum,& tanta breuitas uitæ præsentis,præsertim
comparatione futuræ,uiriliter agamus,non fatigemur animis nostris,cum & mille annorum Apoc.1
C labores ac tribulationes,non sint condigni ad gaudia unius diei in cœlis. Postremo in lectio-
ne hac edocemur, quàm ardenter Christus dilexerit nos, & quanta bona contulerit nobis.
Nam de eo hic dicitur: Qui dilexit nos,& lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo: Vnde
in Esaia fertur: Dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrum. Ipse uulneratus est pro Esa.53
pter iniquitates nostras. Vere languores nostros ipse tulit. Hinc ait & Saluator: Animam me
am pono pro ouibus meis. Quoniam itaq; mortem sponte sustinuit,& mortem tam acerbissi Iohan.10
mam,diuturnam,turpissimam,ut nos ab ęterna damnatione eripiamur, & gratiam in præsen
ti,gloriamq; in futuro adipiscamur. Hinc Christum totis diligamus præcordijs, ei iugiter re-
gratiemur,fideliter ministremus,perseuerātes in bono usq; in finem,quemadmodum domi Apoc.2
nus hortatur: Esto fidelis usq; ad mortem,& dabo tibi coronam uitæ. O quanta est charitas Psal.90
& misericordia dei ad homines,quibus inter cętera beneficia sua etiam sanctos angelos depu
tat in custodes,in subsidium & informationem,ut scilicet in omnibus uijs nostris, nos,nostrā-
q; aduiuent infirmitatem,atq; ignorantiam nostram illuminent. ¶ Merito itaq; festum hoc

 beatiss.

beatissimi Michaelis, principis magni, qui est princeps ecclesiæ, & omnium angelicorum spi-
rituum solennitatē, cum omni deuotione, puritate, & charitatis feruore, celebrare debemus,
& angelos sanctos diligere, laudare & inuocare, præsertim unusquisq; angelum suum custo-
Iudic. 2 dem, coram quo reuerenter ac uirtuose debet incedere, ne tam nobilem, pium ac sanctum of-
fendat custodem. Legitur in historia Iudicum, quod dum filij Israel terram promissionis fuissent
ingressi, nec obseruassent ea quæ eis præceperat deus, angelus dei apparuit omnibus eis, in-
crepans ipsos, dixit: Eduxi uos de Aegypto, & introduxi in terram hanc, & noluistis audire
uocem meam: cur hoc fecistis? Cumq; angelus loqueretur filijs Israel uerba hæc, leuauerunt
uocem suam & fleuerunt, immolaueruntq; hostias domino. Ecce per hanc apparitionem, in-
crepationem, & allocutionem angelicam, deus gloriosus, monstrauit prouidentiam suam cir-
ca homines, charitatem quoq; & pietatem circa eosdem, quos tam paterne corripuit. Acqui-
escamus ergo angelorum instinctibus & inspirationibus sanctis, quibus à uitijs nos retrahe-
re, & ad uirtutes inducere satagunt.

¶ Enarratio euangelii. Accesserunt discipuli ad Iesum. Matthęi decimo octauo. Marci nono. Lucæ nono.

MErito euangelium istud in præsenti legitur festo. Primo, quia in fine ipsius de
angelis sanctis fit mentio. Secūdo, quia in eius principio inquiritur de regno cœ-
lesti, quod est triumphans ecclesia, uidelicet, angelorum ac beatorum societas.
Tertio, quia in euangelio isto loquitur Christus contra scandala pusillorum, quę
præcique displicent sanctitati ac sapientiæ angelorum. Itaq; ait Matthæus: ⌊Accesserunt "
discipuli (puta apostoli) ad Iesum, dicentes: Quis putas maior est in regno cœlorum? ⌋id est,
quem reputas esse uirtuosiorem maiorisq; meriti in ecclesia militante, & gloriosiorem ac sub-
limiorem in præmio in ecclesia triumphante. ⌊Et aduocans Iesus paruulum, statuit ⌋id est "
posuit ⌊eum in medio eorum ⌋puta apostolorum, quos non solum uerbo, sed & factis docuit "
humilitatem, omnemq; elationem & ambitionem penitus reprobauit, ⌊& dixit: Amen dico "
uobis, nisi conuersi fueritis ⌋à uitijs ad uirtutes, ⌊& efficiamini sicut paruuli, ⌋id est, pueris
& infantibus conformes effecti fueritis, quantum ad bonas paruulorum proprietates, quæ
sunt, innocentia, puritas, simplicitas &c. ⌊non intrabitis in regnum cœlorum, ⌋ quod homi-
nibus innocentibus, & mundis corde paratum est. Hinc beatissimus princeps apostolorum in
1. Pet. 2 prima sua epistola, deponentes (inquit) omnem maliciam, & dolum, & simulationes, & detra-
ctiones, quasi modo geniti infantes racionabiles, lac concupiscite. Deniq; in paruulis sunt
quædam proprietates non bonæ, in quibus eis conformes fieri non debemus, ut sunt minora-
1. Cor. 14 tio sensus, incōpositio morū, instabilitas animi, irrefrenatio affectionis, & euagationis discur-
sus. Iccirco hortatur Apostolus: Nolite pueri effici sensibus, sed malicia paruuli estote. Præte-
rea, per paruulum quem Christus posuit in medio, quidam intelligunt ipsummet Christum:
Mar. 9 Quod ad literam stare non ualet, quia de paruulo isto scriptum est in Marco: Quem cum cō-
plexus esset Iesus. certumq; est, quod non complectebatur seipsum. ⌊Quicunq; ergo humiliaue- "
rit se, ⌋corā deo & hominibus, corde ore & factis, uestitu & apparatu, ⌊sicut paruulus iste, ⌋ "
qui à superbia est penitus alienus, ⌊hic maior est in regno cœlorum, ⌋quā alij minus humiles.
Humilitas nanq; directe disponit ad augmentum gratiæ in præsenti, incrementumq; gloriæ
in futuro, quia substernit & subdit mentem deo. Hinc Salomon ait: Humilem spiritu suscipiet
Prou. 19 gloria. Vnde sicut deus specialiter resistit superbis, sic humilibus gratiam impartitur. ⌊Et
1. Pet. 5 qui susceperit unum talem in nomine meo, ⌋ id est, unum humilem propter me charitatiue "
hospitatus fuerit seu pie tractauerit, ⌊me suscipit, ⌋ in membro meo mystico ac ministro, id
est, tam gratum est mihi, ac si meipsum personaliter acciperet, mihiq; fieri iudico, quod pro-
pter me fit meis ministris ac membris. Hinc Christus dixit ad Saulum: Quid me persequeris? "
Et in Zacharia testatur: Qui tetigerit uos, tanget pupillam oculi mei. ⌊Qui autem scandali- "
zauerit ⌋id est uerbo aut facto inordinate ad peccandum induxerit ⌊unum ⌋id est aliquem, "
⌊de pusillis istis, qui in me credunt ⌋ id est de fidelibus adhuc imperfectis & incipientibus, "
uel etiam proficientibus nondum perfectis, ⌊expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in col- "
lo eius, & demergatur in profundum maris. ⌋ Nam melius est ei iuste occidi & corporaliter
Act. 9 mori, atq; in hac uita puniri, quā impie uiuere deum offendere, proximum perdere. Quoniā ma-
Zach. 2 lum culpæ est incomparabiliter peius quā malum pœnæ. Istud tamen potissime uerum est de
scandalo actiuo & passiuo, prout sunt peccata mortalia. Tunc autem scandalum actiuum
est mortale peccatum, dum uerbum aut factum scandalizantis in se mortale est, utpote, chari-
tati aut iustitiæ contrarium. Vel quando in se ueniale est, & tamen homo intendit aut niti-
tur per illud aliquem ad mortalē inducere culpā, paruipendens eius salutē, pro hoc, quod nō uult
placētia sibi dimittere propter proximi sui salutē. Quod quā iniquū sit, patet ex uerbis Pauli dicētis

Sic

A sic autem in fratres peccantes, & percutientes conscientiam eorum infirmam in Christum peccant. Denique loquendo de scandalo actiuo & passiuo, prout uenialia sunt peccata, adhuc melius esset occidi, prout occidi dicit solum malum pœnæ, quàm scandalisare, aut scandalisari, quoniam peccatum est fugibilitatis immensæ, eo quod deus sit honorabilitatis & amabilitatis penitus infinitæ. Ideo potius deberet homo uelle mortem corporalem perferre, quàm uenialiter peccare. Et bene ait saluator: Qui scandalizauerit unũ de pusillis istis, quia (ut ait sanctus Hieronymus) qui scãdalizatur paruulus est, maiores namque non recipiunt scandala. Vnde perfectoűr non est scandalizare aut scandalizari, quia tam fortiter uniti sunt deo, & in uirtutibus stabiliti, ut tam magnum non operanter, unde quis merito debeat scandalizari, quamuis uicissim uenialiter peccent: hoc quippe humanæ fragilitati est indulgendum. Ex factis quoque & uerbis aliorum inordinatis non scandalizantur, sed peccantibus compatiuntur, & orant pro eis, cautioresque fiunt, imò & feliciores, iuxta illud: Felix quem faciunt aliena pericula cautum. Hinc Psalmista loquitur deo: Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. ⌊Væ (æternæ damnationis imminet) mundo.⌋ Id est mundanis & intimoratis hominibus. ⌊Ab scandalis.⌋ Id propter scandala quæ sibi inuicem inferunt, atque ab inuicem patiuntur, per quæ æternam damnationem merentur. ⌊Necesse est enim ut ueniant scandala.⌋ Actiua & passiua. Hoc certe necesse est non absolute, sed ex suppositione, quoniã homines nolunt peccata sua relinquere, ad quæ cõcomitatur scãdalizatio aliorum, maxime pusillorum ac impiorum. Iuxta hunc sensum ait Apostolus: Necesse est ut ueniant hæreses, ut qui probati sunt, manifesti fiant. Vnde quod dictum est: Necesse est

Hieronymus Psalmo 118 1 Cor. 11

B ut ueniant scandala, quidam exponunt sic: Expediens est ad electorum exercitationem & probationẽ. ⌊Veruntamen uę homini illi, per quẽ scandalũ uenit.⌋ Id est, qui alium scandalizat mortaliter. Ex quo cõcluditur, quod scandalum euenire non sit necessarium absolute, quia tunc omnis scandalizãs excusaretur à culpa, cum omne peccatum sit uoluntarium. ⌊Si autem manus tua uel pes tuus scandalizat te.⌋ Id est, si per aliquem actum seu usum manuũ aut pedum tuorum ad peccatum induceris, scilicet per contactum, aut gressum, aut cursum. ⌊Abscinde eum.⌋ scilicet manum aut pedem, non realiter ipsa membra, sed inordinatũ eorum usum & actum. Iuxta quem sensum ait Apostolus: Mortificate membra uestra quę sunt super terram. ⌊Et proijce abs te.⌋ Id est, uitiosum usum membrorum repelle abs te. ⌊Bonum est tibi ad uitam ingredi.⌋ Id est, melius est tibi saluari, ⌊Debilem uel claudum.⌋ Id est, inordinatis intensis, ac delectabilibus membrorum tuorum actibus carentem. ⌊Quàm duas manus uel duos pedes habentẽ.⌋ Id est, uitiosis actibus horum membrorum utentem. ⌊Mitti in ignem æternum.⌋ Quemadmodum ergo castratus propter regnum cœlorum uocatur, qui amore felicitatis futuræ ab omni concubitu abstinet, non qui membrũ generationis abscindit, sic Christus docet manũ aut pedem abscinde, quantum ad usum illicitum. Sicque claudus ac debilis nuncupatur, qui membra præfata ab actibus restringit illicitis. ⌊Et si oculus tuus scandalizat te.⌋ per incautum, incustoditũ, libidinosum aspectum. ⌊Erue eum.⌋ Quantum ad talem usum, imò abusum. ⌊Et proijce abs te.⌋ sicut de manibus dictum est. Hinc in Ecclesiastico fertur: Noli circunspicere in uicis ciuitatis, auerte faciem tuam à muliere compta. Vnde orat propheta Dauid: Auerte oculos meos, ne uideant uanitatem. Valde necessaria est ista erutio atque proiectio oculorum. Oculo enim quid nequius creatum est? ⌊Bonum est tibi cum uno oculo ad uitam intrare.⌋ Id est, salubrius tibi est cum moderato oculorum usu

Col. 3 Mat. 19 Eccl. 9 Psalmo 118

C saluari, ⌊Quàm duos oculos habentem.⌋ Id est, uisu irrefrenate utentem. ⌊Mitti in iehennam ignis.⌋ Insuper præinducta exponi possunt & ita: Si manus tua uel pes tuus scandalizat te, &c. Id est, si aliquis tibi tam charus, propinquus, seu utilis uideatur, ut propria manus tua, aut pes tuus, seu oculus, & tamen ad peccata te trahit, & ex eius familiaritate, tactu, seu unione peccatum incurris, segrega te ab eius familiaritate, contactu, unione, aspectu, quantũ potes. Bonum est tibi ad uitam ingredi debilem uel claudum, id est, talium amicitia & auxilio destitutum, quàm duas manus uel duos pedes habentem mitti in iehennam ignis, id est, talium auxilio & amore uallatum damnari. ⌊Videte ne contemnatis unum.⌋ Id est, aliquem quantumcunque modicum aut uilem. ⌊Ex his pusillis.⌋ Id est, imperfectis fidelibus mihi seruientibus. Per hoc saluator excludit causam ac fomitem scandalizationis. Multi etenim iccirco non metuunt alios scandalizare, quoniam paruipendunt ipsorum personam, nec attendunt dignitatem naturæ ad dei imaginem factæ, nec precium sanguis CHRISTI, pro illis effusi. Consyderemus ergo nobilitatem animæ rationalis, & beatitudinem ad quam condita est, & quanta pro eius salute tota superbenedicta trinitas fecit, quanta pro ea Christus sustinuit, quanta beneficia contulit, inter quæ est dignissimum sui corporis & sanguinis sacramentum. Sicque neminem aspernemur, sed cum Apostolo proferamus: Quis scandalizatur, & ego non uror? Hinc subditur & alia ratio, cur pusilli non sint spernendi. ⌊Dico enim

2 Cor. 11

uobis, quia angeli eorum. ⌋ Id est, angeli sancti à deo eis custodes collati existentes cum uolunt. ⌊ In cœlis. ⌋ In cœlo empyreo, quod est mansio beatorum. ⌊ Semper. ⌋ Id est, indefinenter, & in æuo omne tempus comprehendente. ⌊ Vident faciem patris mei, qui in cœlis est. ⌋ Id est, clare & immediate per speciem intellectualiter contemplantur essentiam patris mei cœlestis. Cum ergo tanta sit dignitas hominum, ut custodiantur ab angelis sanctis, deo feliciter ac clare fruentibus, non sunt spernendi, nec scandalizandi. D

¶ Sermo secundus circa Euangelium: De puerorum bonis conditionibus à nobis imitandis, de humilitate misericordia que, & de uitando scandalo.

NISI conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Matthæi decimooctauo. Quàm uere & ualde arta sit uia salutis, ex euangelio hodierno comprobatur, quod sacris plenum est documentis. Itaque cum Apostoli interrogassent Christum, quis maior esset in regno cœlorum, ipse difficultatem obtinendi regnum cœleste ostendens, respondit: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Quocirca sanctus scribit Hieronymus: Sicut paruulus non perseuerat in iracundia læsus, non meminit: uidens pulchram mulierem non delectatur, non aliud cogitat & aliud loquitur, sic & uos nisi talem habueritis innocentiam & puritatem, regnum cœlorum non poteritis intrare. Pensemus intente hæc uerba, & cognoscemus quàm pauci sint in gratia dei, in statu salutis, in numero filiorum dei ac electorum. Quis nunc est, qui læsus non reminiscatur iniuriæ sibi illatæ, ultionemque cupiat, qui dolo non utitur, nec perseueret in motu illicito? Denique sunt aliæ multæ proprietates paruulorum laudabiles, in quibus eis assimilari necessarium est ad salutem: Quarum prima est, quod faciliter corripi possunt ac corrigi, nec audent resistere: & in hoc oportet nos esse ut paruulos, ut scilicet correptiones uerborum, & correctiones debitæ punitionis æquanimiter suscipiemus, præsertim à superioribus nostris. Correptio tamen fraterna à quolibet proximo est gratanter accipienda. Qui autem corripi & corrigi dedignantur, similes sunt furibundis atque freneticis & obsessis, qui corporaliter uulnerati, non patiuntur sibi medicinalia applicari. Imò tanto insipientiores sunt illis, quanto uulnera animæ, scilicet peccata, præsertim mortalia sunt magis nociua hominibus, quàm uulnera corporis. Hinc Salomon loquitur: Egestas & ignominia ei, qui deserit disciplinam: qui autem acquiescit arguenti, glorificabitur. Et iterum Salomon protestatur: Vir qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus superueniet interitus. Itaque quicunque ueraciter sapiens est, cum gratiarum actione & gaudio suscipit increpationes. Iccirco in Prouerbiis asseritur: Argue sapientem, & diliget te. Secunda est, quod paruuli non despiciunt consortium pauperum puerorum, & libenter associant se paruulis. Qui ergo deo placere desyderat, inferiores, & pauperes, ac infirmos non aspernetur, sed pium & socialem se præbeat eis. Hinc Ecclesiasticus ait: Oculos tuos ne transuertas à paupere, & animam esurientem ne despexeris, neque exasperes pauperem, sed congregationi pauperum te affabilem facito. Denique unusquisque laudabiles paruulorum proprietates sequens, libenter se associet paruulis, id est, humilibus & uirtuosis hominibus, ne cum peruersis peruertatur. Nam praua societas maxime nocet. Propter quod in Ecclesiastico scriptum est: Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui communicauerit superbo, induetur superbiam. Tertia paruulorum bona proprietas est, quod non quærunt superflua, sed habentes necessaria uictui, contentrntur. Ita & qui saluari affectat, auaritiam aspernetur, & necessariis, non superfluis delectetur, sciens quod omnium uitiorum radix sit cupiditas. Vnde auarus inferno similis perhibetur, quoniam sicut infernus non satiatur pereuntium animabus, sic nec auarus temporalibus rebus. Imò sicut hydropicus, quanto plus bibit, tanto plus sitit: ita auarus quo plura adipiscitur, eo plura acquirere nititur. Sunt autem & aliæ multæ laudabiles paruulorum proprietates, ut quod faciliter placantur, quod facillime comminationibus perterrentur, quod dociles dirigibilesque consistunt, & parentibus suis obediunt, ita & quilibet Christianus debet cito esse placabilis, & audito sermone de districtione diuini iudicii, & acerbitate infernalis supplicii, debet esse formidolosus ac timoratus, non uane securus, docibilem quoque & dirigibilem esse oportet, & superioribus obedientem. Nunc igitur redeat unusquisque ad seipsum, & interiora sua discutiat, an uere conuersus sit, & factus ut paruulus in proprietatibus præinductis. Sed heu multi sunt duri, & uindicatiui, fallaces & callidi, animosi & cupidi, & prætactis proprietatibus omnino contrarii. Hi ergo aduertant, quàm longe sint à uia salutis, seque emendent in omnibus. Secundo ex euangelio instruimur hodierno, quàm magna ac felix uirtus sit ipsa sancta humilitas, cum dicit

Margin notes: Mat. 18 (beside "lorum. Matthæi..."); Hieronymus; Pro. 15; Pro. 28; Pro. 9; Eccl. 4; Eccl. 13; E; F

dicit saluator: Quicunque humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno cœlorum.
A Vnde probatur, quod quanto profundius seipsum humiliat homo, tanto sublimius ac gloriosius exaltatur & coronatur à deo. Propter quod ait sanctus Bernardus, quòd beatissimam uirginem Mariam deus nunquam super uniuersos angelorum ordines exaltasset, nisi ipsa primo seipsam sub cunctis hominibus humiliasset. Iccirco princeps apostolorum hortatur: Humiliamini sub potenti manu dei, ut uos exaltat in tempore uisitationis. Huius autem signum est, quod sicut saul per humilitatem meruit à deo sublimari ad regnum Israelitici populi, ita per suam superbiam meruit regno priuari. Vnde primo regum dominus ait ad eum: Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput Israel factus es? Hinc in Ecclesiastico scriptū est: Humilia ualde spiritum tuum. Humilitas nanque est fundamentum uirtutum, in tuto constituens hominem, per quam meretur homo defendi à domino. Tertio, ex euangelio isto docemur, quàm ineffabiliter placeāt deo misericordiæ opera, cum Christus testatur: Qui suscipit unum paruulum in nomine meo, me suscipit. Sit itaque unusquisque ad omnia misericordiæ opera totis uiribus pronus. Ecce si Christus adhuc personaliter ambularet in terra ut olim, pauper & humilis, quantum quilibet Christifidelis optaret & conaretur quod illum posset hospitare, reficere & bene tractare. Cur ergo piger est ad opera misericordiæ circa peregrinos & pauperes, cum ipsemet Christus affirmet sibi id fieri, quod illis fit in nomine suo. Vbi est fides nostra? Quarto, ex euangelio isto principaliter informamur, quam detestabile & iniquum sit scandalizare pusillos, aut quoslibet proximos. Hoc etenim est charitati dei ac proximi ualde contrarium, quia qui aliquem scandalizat, inducit eum ad offensam & irreuerentiam dei, atque ad lesionem & maximum damnum sui. Nil enim tam nociuum est homini ut propria culpa, nec ulla alia ei nocet aduersitas, si eum non uincat impatientia, aut alia quæuis iniquitas. Hinc quilibet obligatur ædificare proximum suum. Propter quod in Ecclesiastico scriptum est. Vnicuique mandauit deus de proximo suo. Et Christus ait: Luceat lux uestra
B coram hominibus, ut uideant bona facta uestra, & glorificent patrem uestrum qui in cœlis est. Hinc ad Romanos ait Apostolus: Quæ pacis sunt sectemur, & quæ ædificationis sunt, inuicem custodiamus. Itemque: Ne ponatis offendiculum fratri uel scandalum: Noli illum perdere, pro quo Christus mortuus est. Imò quam diligentissime scandalum proximorum uitandum sit, pandit idem Apostolus rursus protestans: Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum, ne fratrem meum scandalizem. Studeamus ergo proximos nostros ædificare uerbo & opere, quia ad hoc obligamur ex fraterno & diuino amore. Nam (ut sanctus asserit Augustinus) qui in conspectu hominum male agit, omnes eos, (quantum in se est) spiritaliter necat, à quibus conspicitur, & tot mortibus, totque æternis damnationibus dignus est, quot proximos scandalizat. Denique, quam enorme sit proximos scandalizare, docet beatus Bernardus, dicendo: Non tibi uidetur Christus grauiorem ab illo pati persecutionem, qui suggestione maligna, exemplo pernicioso, scandali occasione ab eo auertit animas quas redemit, quam pertulit à Iudæo, qui sanguinem illum fudit? Dicunt autem do-
C ctores, quod propter pusillorum scandalum, euitandum dimittendumque sit quicquid dimitti potest, triplici salua ueritate, uidelicet, ueritate uitæ, doctrinæ atque iustitiæ. Quinto docet nos euangelium præsens, quam diligenter debeamus uitare omne scandalum, præsertim scandalum propriæ animæ: Charitas nanque incipit à seipsa. Debemus ergo iuxta Christi doctrinam, omnia membra nostra & sensus custodire ac refrenare, ne deum offendamus per ea. Omnes quoque occasiones peccādi oportet uitare, uidelicet, incautos aspectus, confabulationes, contactus, præsertim complexus & oscula, ex quibus oriuntur motus lasciuii. Et maxime illa uitanda sunt ac dimittenda, dum quis ex eis se sentit carnaliter stimulari ac affici, aut in hoc propriam infirmitatem interdum expertus est, propter quod cautior esse tenetur, ne recidiuet. Et qui ita non faceret, similis esset stulto serpentem in gremio suo tenenti, à quo se sentit intoxicari. Iccirco peccaret enormiter, atque (ut Bonauentura sentire uidetur) mortaliter. Postremo, docet nos euangelium præsens, ne contemnamus pusillos. Ideo quilibet proprias penset transgressiones, defectuositates, uilitates, & infinita pericula, quibus expositus est, sicque despiciat semetipsum. Etenim qui proximos aspernatur, à deo contemni meretur. Ob hoc Esaias ait: Væ qui spernis, nonne & ipse sperneris? Cum fatigatus desieris contemnere, contemneris. Et MALACHIAS: Nunquid non pater

Bernardus.
Augustinus
Bernardus

unus omnium nostrum, nonne deus unus creauit nos? Quare ergo despicit unusquisque fratrem suum uiolans pactum patrum nostrorum? In quibus sacratissimis uerbis tangitur rationabilis causa, cur unus non debeat spernere alium, utpote quia secundum carnalem propagationem ab eodem primo parente ADAM descendimus, secundum animam uero ab eodem deo conditi sumus. Hoc considerans sanctus Iob dixit: Si contempsi iudicium subire cum seruo meo, nunquid non in utero fecit me, qui & illum? Itaque & pensemus quantæ dignitatis est homo, inquantum ad summæ trinitatis imaginem conditus, & ad æternam beatitudinem procreatus, Christique sanguine liberatus est, & angelum sanctum habens custodem, potissime ob hoc, quod dei unigenitus uerus deus in unitate personæ, naturam assumpsit humanam, neminem despiciens. Nihilominus peccator, inquantum peccator, spernendus est, quia ut talis, est deo contrarius, dissimilis, atque odibilis. Iccirco ait de uiro iusto Propheta: Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus: timentes autem dominū glorificat. Itemque: Iniquos odio habui. Hinc ergo, ne sanctos angelos offendamus, diligentissime caueamus, ne homines eorum custodiæ deputatos scandalizemus, ne simus causa perditionis eorum, ne reædificationem murorum cœlestis Hierusalem, hoc est, angelicæ ruinæ suppletionem impediamus. Alioquin angeli sancti indignabuntur nobis iustissime. Sed & proprium angelum unusquisque ubique honoret, diligat, & exoret, præsertim in tempore tribulationis atque angustiæ. Hinc ait sanctus BERNARDVS: In quouis diuersorio, in quouis angulo, reuerentiam exhibe angelo tuo, ne audeas cogitare, loqui, aut agere illo præsente, quod præsente me non auderes. Iterum'que: Quoties (inquit) cernitur grauissima tentatio urgere, & tribulatio uehemens imminere, inuoca custodem tuum, directorem tuum, adiutorem tuum, angelum sanctum. Non dormitat, nec dormit, & si quando ad tempus dissimulat. Denique sancti angeli nostris bonis operibus congratulantur, orantibus astant, uota & preces hominum offerunt deo, & de nostris peccatis quasi contristari uidentur. Vnde in uitis patrum narratur, quod quidam sanctus heremita uidit angelos sanctos assistentes fratribus. Cumque fratres conferebant de deo, & pertinentibus ad salutem, beati angeli cum iucundissimo uultu eis appropinquabant, & arridebant. Cū uero de secularibus ac inutilibus loquebantur, angeli quasi cum indignatione atque tristitia discedebant ab eis, uenientesque dæmones in forma porcorum uolutabant se inter illos. Itaque dum Christiani conueniunt, non nisi de utilibus ac salutaribus rebus loquantur, ut angeli eis congratulentur & astent.

Iob 31 · Psal. 14 · Psal. 118 · Bernardus · Edem

¶ Sermo Tertius: Quid sit angslus, de numero hierarcharū, de numero angelorum, & quos erga nos exerceant actus.

MIChael princeps magnus stat pro filijs populi tui. Danielis Vndecimo. Hic aliqua sunt dicenda per ordinem. Primo, quid sit angelus. Secundo, de numero hierarcharum, & ordinem angelorum sanctorum. Tertio, de numero angelorū, seu angelorum suppositorum. Quarto, de angelorum officijs. Quinto, de actibus angelorum infimi ordinis circa homines singulos, quibus custodes sunt assignati. De primo hoc aduertendum, quod in uniuersitate ac ordine creaturarum, primum ac summum locum habent angeli sancti, & præ cæteris sunt deo omnipotenti, simplicissimo ac perfectissimo similiores, propinquiores, & magis perfecti in naturalibus donis. Vnde secundum Augustinum, angelus factus est prope deum, materia prope nihil. Porro deus gloriosus & superexaltatus, est purus actus, simplicissimum ens, immaterialissimus & incircumscriptibilis spiritus, creator omnipotens, immortalis, & prorsus inuariabilis. Processio autem creaturarum à deo fit per similitudinem quandam, cum & omne agens producat simile sibi. Angeli uero, qui immediate à deo procedunt, sunt substantiæ intellectuales, immateriales, immortales, corporibus formaliter non unibiles, à sua creatione repleti scientia: & istud conuenit eis per dona naturæ. Per dona uero gloriæ angeli sancti ab exordio, quo se ad suum creatorē per charitatem & gratitudinem conuerterunt, beati effecti sunt, & confirmati in bono, repleti beatifico gaudio, utpote deum clare per speciem inuariabiliter contemplantes. De secundo cognoscendum, quod iuxta diuini Dionysii documenta in libro de cœlesti hierarchia, tres sunt angelorum hierarchiæ, & nouem chori seu ordines eorundem, suntque in qualibet hierarchia tres ordines, atque in prima hierarchia sunt Seraphin, Cherubin, & Throni. In media hierarchia sunt dominationes, uirtutes, & potestates. In infima, principatus, archangeli, & angeli. Porro distinctio ordinum primæ hierarchiæ accipitur penes actus, quibus immediate deo inhæretur. Ad quod tria sunt necessaria. Primum & maximum est dilectio, & pertinet ad seraphin, qui est primus & summus ordo, Seraphin namque interpretatur inardescens, siue incendens, sicque ordo iste ab ardore præcipuo diuini amoris nomen sortitur.

Augustinus · Dionysius

Secundum

A Secundum est cognitio, & hoc ad Cherubin spectat. Nam Cherubin, plenitudo scientiæ interpretatur, & ita ordo iste secundus ab eminentia sapientiæ nomen sumpsit. Tertium est, tentio, comprehensio, fruitio, siue inhæsio, & hoc spectat ad Thronos, qui interpretantur sedes, quia in eis tanquã in sedibus dominus maiestatis residet ac quiescit, dum illos in se facit quiescere. At uero, distinctio ordinum mediæ hierarchiæ accipitur penes modũ præsidendi hominibus in communi. Ad quod tria concurrunt. Primum, est imperare, & hoc spectat ad dominationes, qui sunt quartus ordo, ad quem pertinet inferioribus præesse ordinibus, eisq; imperare quid agant, & in diuinis ministerijs ipsos dirigere. Secundũ, est operari iussaque exequi, quod pertinet ad uirtutes, qui sunt quintus ordo, ad quem pertinet efficatia exequendi faciliter quicquid eis præcipitur, & diffilia quæque posse peragere. Iccirco operatio miraculorum attribuitur eis. Tertium, est refrenatio aduersantium, siue remotio impedimentorum, quod ad potestates, qui sextus sunt ordo, pertinent, cuius est dæmones compescere, & eorum potestatem arcere, ne homines tentent & grauent, aut noceant quantum uellent & possent, nisi cohiberentur. Insuper distinctio ordinum infimæ hierarchiæ sumitur penes regimen hominum in speciali. Nam quidam præsunt uni prouinciæ seu regno, aut integræ communitati, & hi dicti sunt principatus, qui sunt septimus ordo. Alij præsunt alicui multitudini, ut ciuitati, & hi archangeli nuncupãtur, qui & maiora annuntiare dicuntur, suntq; ordo octauus. Quidam uero sunt deputati ad unius hominis custodiam, qui angeli nuncupantur, & minora nuntiare feruntur, suntq; nonus & infimus ordo. Denique istud per simile in terreno regno potest attendi. Nam ministrorum regis terreni, quidã operantur immediate circa personam regis, quemadmodum assessores & conciliarij ac cubicularij,

B quibus similes sunt ordines primæ hierarchiæ. Quidam uero habent officia circa gubernationem regni in generali, non deputati huic uel huic urbi, siue prouinciæ, ut princeps militiæ & iudices curiæ. His similes sunt ordines mediæ hierarchiæ. Alij deputantur ad regimen aliquarum partium regni, sicut præpositi & balini, atq; huiusmodi minores officiales, quibus ordines infimæ hierarchiæ sunt similes. De tertio est sciendum, quod secundum ueritatem

sacræ scripturæ innumerabilis est multitudo angelorum sanctorum. Vnde de eis scriptum Iob 25
est in Iob: Nunquid est numerus militum eius? Et Daniel ait: Milia milium ministrabant ei, Dan. 7
& decies milies centena milia assistebant ei, ubi per numerũ determinatum, & per maximos numeros in se replicatos, insinuatur indeterminata & innumerabilis multitudo angelicorũ
spirituum, sicut & in Apocalypsi legitur: Erat numerus angelorum milia miliũ. Veruntamen Apo. 5
ex scripturis possumus certum aliquid cognoscere de inæstimabili multitudine angelorum. Cum etenim uniuersi angeli, qui singulis præsunt hominibus, sint de infimo choro, ad minus sunt tot angeli sancti de infimo choro, quot nunc sunt, aut unquam simul fuerunt, aut simul erunt homines in toto mundo. Nam & infideles & infantuli materno in utero habent angelos custodes. Demum secundum diuinum Dionysium, quanto chorus angelicorũ spirituum est altior, tanto plures in se continet angelos sanctos. Sicque in supremo choro forsan in duplo, amplius plures sunt, quàm in infimo choro. Ecce quantus angelorum exercitus seruit omnipotenti, & quanta est pulchritudo ac gloria paradisi cœlestis. De quarto sciendũ,
quia (ut ait Apostolus) omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi à deo pro- Heb. 1

C pter electos, tamen non omnes mittuntur ad exteriora obsequia, sed aliqui de superioribus ordinibus mittuntur ad ordines inferiores, & illi ad exteriora ministeria transmittuntur. Insuper quilibet ordo recipit nomen ab eo, quod sibi magis specialiter conuenit. De quinto consyderãdum, quod angeli de infimo ordine multos habent actus circa homines sibi cõmissos, & non solum à spiritalibus nocumentis, uidelicet à peccatis, sed etiam à multis corporalibus nocumentis eos præseruant. Vnde & pueri in utero clausi angelos habent custodes, quia in utero materno possunt pueris nocumenta accidere, ita ut exire non possint, aut moriantur. Similiter indigent angelica subuentione, ne à baptismi susceptione impediantur. Post baptismum uero, angeli uarios habent actus in hominibus, quos custodiunt. Primus est, quia (ut tetigi) à diuersis periculis, & corporalibus malis ac damnis præseruant eos, ne scilicet ruina, dimersione, prælio, aut simili modo intereant improuise. Secundus actus est, quod corporalia bona procurant hominibus, uidelicet sanitates, & expedita itinera, ac ne-
cessaria uitæ. Vnde Thobias orauit, ut angelus dei comitaretur filium suum. Tertius Tob. 5
actus est, quod à diuersis uitiis retrahunt hominem, & hunc actum habent in omni homine quantũuis uitioso. Nam & angelus bonus retrahet Antichristũ ab aliquibus uitiis. Quartus act⁹ est, q ab bona incitãt hominẽ, & hoc uariis modis, uidelicet intellectũ illuminãdo, de pœnis inferni & de futuro iudicio memoriã ac timorẽ incutiẽdo, passionẽ Chri & alia salubria ad memoriã reducẽdo, affectũ quoq; dispositiue inflãmando ex cõsideratione bonitatis dei, beneficiorũ &c. ei⁹. Quint⁹ actus est, q adiuuãt & cõfortãt hominẽ cõtra crudelitates, calliditates, &

tenta-

tentamenta diaboli, & dæmonum sæuitiam ac potestatem refrenant, ne hominem tentent quantum cupiunt & possent, si permitterentur. Sextus actus est, quod protegit, & specialiter astat homini tempore mortis, ne tunc à dæmonibus superetur, præsertim ne cadat in desperationē aut infidelitatem, ad quæ peccata tunc maxime conatur diabolus infirmantem inducere. Septimus actus est, quod orationes & desyderia, bonaq́; opera hominis offert deo, & hominis imperfectum excusat, deiq́; gratiam ei reportat, & conseruat eam in homine. Octauus est, quod animam hominis egredientem de corpore pro posse, consolatur, prosequitur, & adiuuat coram deo. Nonus est, quod animam in purgatorio existentem interdum uisitat, & de suffragijs quæ fiunt pro ea, futuraq́; liberatione, ac beatitudine sempiterna ac certa, ut creditur consolatur. Cum ergo tot beneficia nobis impendant angeli sancti, merito eos diligere ac uenerari, atq; fideliter eos inuocare debemus quotidie, & ut ad eorū beatissimam societatem pertingere ualeamus, necesse est, ut eorum charitatem, concordiā, tranquillitatem, ac puritatem imitari conemur, bestialia uitia gulæ & luxuriæ, diabolica quoque contagia, superbiæ, inuidię, crudelitatis, ac cætera euitando peccata, & sobrietati, castitati, humilitati, charitati, pietati, cęterisq́; insistendo uirtutibus. D

¶ Sermo Quartus: De angelorum ministerio ac beneficijs, de eorū beatitudine amabilitate, & de huius festi institutione.

Lucæ 15 NEMO est adiutor meus, nisi Michael princeps uester. Danielis Secundo. Cum dicat saluator: Gaudium erit angelis super uno peccatore pœnitentiam agente, rationabile ualde est, ut de angelis sanctis festum agamus in terra cum gaudio, qui de nostra conuersione & salute tā charitatiue ac solenniter gaudent in cœlo. Denique de hominibus sanctis festum tenemus, quorum sanctitatē deus per miracula monstrat. Cum ergo de angelorum sanctitate ac beatitudine simus certissimi, dignum & iustum est, ut solennitatem de ipsis faciamus deuotissimam & iucundam. Ad quod etiam aliæ rationes prætactæ sunt, quia uidelicet tot beneficia ipsi nobis impendunt, & dignantissima charitate nobis ministrant, cum tamen sint protectores, doctores, & domini nostri. Propterea ministerium quod nobis impendunt, est ministerium charitatis & pietatis, dignationis & humilitatis, non inferioritatis aut uilitatis, seu indigentiæ propriæ dictæ, iuxta quem modum E

Ioh. 13 Christus ministrauit discipulis. Et prælati ac principes serui dicuntur subditorum suorum,
Lucæ 21 quia eorum dignitas atque officium ordinatur ad subditorum commune bonum, non ad præsidentium priuatum commodum uel honorem. Hinc pontifex summus uocat se seruum seruorum dei. Præterea, ut in sermone sanctus tangit Bernardus, propter tres causas angeli sancti libenter ministrant hominibus. Primo propter deum, quem uident propter nos homines hominem factum, atque hominibus obsecutū. Secundo, quia eiusdem naturæ cum angelis sumus, saltem in genere, utpote rationis & intellectualitis participes, beatitudi- F

Bernardus. nisq́; capaces. Tertio, quoniam ex hominibus eorum instaurandi sunt ordines. Hinc ait S. Bernardus: Huius tanti ministri, uidelicet Christi gratia, nihil mirum si dignantur, imò & libenter angeli sancti nobis ministrent, nam & ipsi nos amant, quia Christus nos amauit. Dicitur uulgari prouerbio: Qui me amat, amat & canem meum. Nos ergo ò beati angeli, catelli sumus domini, quem summe diligitis: catelli (inquam) cupientes saturari de micis, quæ cadunt de mensa dominorum nostrorum, qui estis uos. Hæc dico, ut ampliorem de cætero erga beatissimos angelos habeamus fiduciam, & familiarius in omni necessitate eorum inuo-

Mat. 15 cemus auxilium. Dignius quoque in eorum præsentia conuersari conemur, & magis ac magis eorum nobis conciliare gratiam, captare beneuolentiam, exorare clementiam studeamus. Insuper institutio solennitatis hodiernæ sic habuit ortum: In Apulea uir diues perditum quærens taurum, cum eum in monte Gargano repperisset, sagittam ex ira direxit in eū. Sagitta autem retorta est, & uirum illum, à quo emissa fuerat, uulnerauit. Quod cum ciues retulissent episcopo, ille indixit eis triduanum ieiunium, ut interim deum concorditer exorarent, quatenus eis reuelare dignaretur, qualiter res ista admirabilis contigisset. Quo peracto, sanctus Michael apparuit episcopo, dicens: Sciatis hominem illum mea uoluntate proprio telo esse læsum. Ego enim sum Michael archangelus, qui locum hunc, scilicet montem præfatum, tutum seruare & honorare decreui, & isto miraculo demonstraui me inspectorē atque custodem huius loci in terris. Cumque episcopus retulisset hæc ciuibus, ipse cum eis processionaliter iuit ad montem prędictum, usque circa uerticem eius, ubi erat spelunca. Et ingredi non præsumens, præ foribus orationi uacauit, & redijt ad urbem suam, iuxta quam situs erat mons ille, qui uocabatur Sipontus. Postmodum Sipontani contra Neapolitanos tunc adhuc gentiles, prælaturi, patronum suum MICHAELEM instanter orabant, ut eis auxiliaretur. Apparuitque episcopo promittens ei triumphum. Cumque Sipontani contra Neapolitanos iniissent certamen, cœpit mons Garganus tremore uehementissimo cōcuti

A cœperunt & fulgura crebra micare, igneæ sagittæ uolare, & tenebræ montem obducere, ita ut sexcenti uiri de Neapolitanis interierunt. Cæteri uero tot mirabilibus uisis, ad fidem Christi conuersi sunt. Tunc Sipontani deo & Michaeli archangelo gloriose gratias deuotissime referentes, dubitare cœperunt, an locum præfatum in Gargano monte intrare deberēt aut dedicare. Super hoc ergo episcopus consuluit summum pontificem, qui respondit: si locus ille esset ab hominibus dedicandus, hoc congrueret fieri in die præfatæ uictoriæ: si autē aliter placeret beatiss. Michaeli, de hoc eius esset requirenda uoluntas. Cumq; dominus papa & episcopus eiusq; ciues orationibus insisterent atq; ieiunijs, sanctus Michael apparēs episcopo dixit: Non opus est uobis dedicare ecclesiam à me ędificatā, nam ego qui condidi, dedicaui. Tunc die sequenti iuxta Michaelis præceptum, episcopus cū ciuibus locum illum cū ingenti deuotione ingressus est, & sicut sanctus Michael ei prædixit, inuenit in spelunca criptā magnam, ac tria altaria, quorum duo in parte australi fuerant sita, tertium in parte orientali, uenerandum & rubeo pallio circumtectum. Celebratis ergo ibi missarum solennijs, cum sacrum communionem singuli accepissent, omnes ad propria cum immenso gaudio redierūt. Episcopus uero constituit ibi sacerdotes ac clericos, ut diuinū ibi officiū iugiter celebrarent. In eadem demum speluca aqua emanat dulcissima, qua populus post cōmunionem potatur, egritudinesq; diuersę curantur. Tunc omnibus his auditis, dominus papa instituit ac præcepit hunc diem in honore sancti Michaelis, omniumq; angelicorum spirituum in tota esse ecclesia celebrandum. Amplius de beatitudine angelorum cognoscimus, quod ab exordio, statim post

B suam creationem conuerterunt se deuote ad suum creatorē, beati fuerunt, & regem gloriæ deum maiestatis immensę, fontem pulchritudinis infinitæ, principem opulentiæ ac deliciositatis prorsus interminatę, uiderunt clare & fruitiue per speciem, infinita dei bonitate, & increata eius dulcedine delectabilissime & plene ad libitum perfruentes cum summa securitate, & inseparabili ac ardentissima charitate. Sunt ergo uultui glorię dei incessanter, inauertibiliterq; intenti in abyssum lucis immensę, cum inæstimabili iucunditate demersi, atq; totaliter in deum sublimem ac benedictum conuersi, transformati, absorpti. Ecce quanta est beatitudo & gloria angelorum sanctorum, quanta est dignitas hominum, qui uallantur talium custodia ministrorum, quanta est charitas atq; dignatio dei ad homines. Cur ergo negligimus nosmetipsos, carnalia & terrena magis quam spiritalia ac diuina bona amantes? Cur deo & angelis sanctis sumus ingrati, in eorum præsentia tam irreuerenter, tā indeuote & culpabiliter cōuersantes, turpiterq; agentes? Sed prętacta pensantes, uitam in omnibus emendemus. Præterea, patet ex præinductis, quod magna sit honorabilitas angelorum. Primo, quia in ordine creaturarum locum sortiuntur supremū, & in omni naturali perfectione, sapiētia, ac uirtute præfulgent, suntq; mundissimæ, splendidissimæ, ac fortissimæ creaturę. Secundo, præhonorabiles sunt propter supnaturalia dona grãæ & gloriæ eis collata, quæ faciunt eos incomparabiliter honorabiliores, quam dona naturæ prætacta, quia per illa beatissimi sunt & coniunctiss. deo. Tertio, ualde sunt honorabiles propter dignitatem officiorum suorum, quibus circa regimen mundi generisq; humani subministrant altissimo, prout in sermone præcedenti est dictum. Præterea de amabilitate angelorum, perfacile esset plura inducere, cum enim unumquodq; tantum habeat de amabilitate, quantum de bonitate, constatq; uehementer amabiles & præ

C amabiles sint angeli sancti, tam in donis naturæ, quam in muneribus gratiæ & gloriæ tam sublimiter præfulgentes. O quam amandissimę sunt sacratissimę illæ mentes angelicæ, quæ nunquam aliqua culpa sunt inquinatæ, quæ à sua creatione in tanta manserunt puritate & perfectione, atq; à primo suæ beatificationis instante, deum naturaliter infiniteq; bonum tam ardentissime dilexerunt, tam incessabiliter inspexerunt, tam promptissime honorauerunt, quæ regi seculorū immortali, inuisibili iugiter in cunctis obediunt omnino plenissime, & eum deuotissime laudant, atq; humillime ac profundissime admirantur. Hæc ergo eorum tanta bonitas naturalis ac supernaturalis, est prima ratio eos amandi ualde intense. Secunda, est beneficentia eorum ad nos, quod tam dignanter nobis ministrant, tantaq; nobis bona impendunt, sicut prætactū est. Tertia est, quoniam ipsi priores nos dilexerunt, & ualde nos diligunt, de quorum conuersione tam cordialiter gratulantur, & quorum salutem tam ardenter appetere cognoscuntur. Quarta est, quia eorum utcunq; fratres existimus & conciues. Diligamus ergo & honoremus cum omni reuerētia & feruore angelos sanctos, tanquam gloriosos dei filios, tanquam speciosissimos ac strenuissimos creatoris altissimi milites, tanquam charissimos eius amicos, fidelissimosq; ministros, tanquam secretarios ac consiliarios eius, ac obedientiss. uernas ei æternaliter ac reuerentissime assistentes, & tanquam patronos, magistros, rectores, custodes, ac dominos nostros. Postremo, pensemus quam inclyta & præclara sit ista solennitas. Si enim cuiuslibet angeli tāta est dignitas, tanta celebritas, quanta est ista uniuersorum angelorum solennitas? de quorum inæstimabili multitudine dictū est pręcedēti sermone, quibus nunc addo, quia ut in reuelationibus S. Brigidæ legitur, tanta est angelorum multitudo, quod quamuis homines uniuersi qui unquam fuerunt, sunt,

uel erunt, nunc simul essent in mundo, adhuc cuilibet possent pro custodia deputari decem angeli sancti. Hinc quoque sanctus Thomas ex dictis diuini Dionysij probat esse credendū, quod in quadam incomparabili multitudine angeli sancti excedant inferiorum multitudinem rerum. Quemadmodum corpora cœlestia quasi incomparabiliter excedunt in magnitudine corpora inferiora, ò quàm gloriosissimum est tāto summi regis exercitui associari, adesse, misceri, atque inseparabiliter adunari. Vere decentissimū est regem maiestatis immensæ tam innumerabiles, tamque præclarissimos milites habere ac possidere. Ad quorum beatissimam societatē cupiamus feruide, ac iugiter laboremus pertingere.

¶AD RELIGIOSOS.

¶Sermo V. De triplici hierarchia angelorum, de eorum perfectione, beatitudine, ac dilectione, & quomodo illis sit congratulandum.

COnsurget Michael princeps magnus, qui stat pro filijs populi tui. Danielis Vndecimo. Creator sublimis & benedictus, cuius sapientiæ non est finis, uniuersitatē creaturarum & machinā mundialem pulcherrime ordinauit, atque à summo usque ad infimum sapienter distinxit, utiliter quoque diuersa entium genera conthatenauit, & omnia conuenienter locauit. Denique quia effectum decet suæ causæ aliquo modo proportionari, ac conformari, cum agens producat simile sibi, omnisque processio causatorū, à suis principijs causalibus per similitudinem fiat. hinc deus qui est simplicissimus spiritus, & supersapientissima mens, omnipotens uirtus, liberrimaque uoluntas, in supremo creaturarum ordine creauit ac statuit entia quædam simplicia, intellectualia, incorporalia, immortalia, libera, & robusta, splendidissima ac nobilissima, & hæc entia à philosophis intelligentiæ nuncupantur, eo quod sint omnino intellectualis naturæ & mentes à materia separatæ, sapientia plenæ: unde & substantiæ separatæ ab illis uocantur, à theologis uero appellata sunt angeli. Has præclarissimas creaturas supergloriosissimus deus in tres hierarchias diuisit, & quamlibet hierarchiam in tres ordines. In quolibet etiam ordine sunt superiores, inferiores, ac medii, ita quod nouem sunt chori seu ordines angelorum. Porro in fine hierarchiæ angelicæ subordinauit ac iunxit humanam seu ecclesiasticā hierarchiam, ut regatur ab illa, & purgetur, illuminetur, ac perficiatur ab ipsa. Nam angeli infimi chori singulis præsunt hominibus: archangeli, personis sublimibus, principatibus, regnis, atque prouinciis. Hinc Michael qui in ueteri testamento præfuit synagogæ, nunc præest militanti ecclesiæ. Est enim de supremo ordine infimæ hierarchiæ. Praeterea quis harum creaturarum magna sit dignitas, perfectio, beatitudoque naturalis, prout de hoc doctiores philosophi multa uera scrutati sunt, & scripserunt, nihilominus quasi incōparabiliter maior est earum dignitas sublimiorque perfectio, ac plenior beatitudo supnaturalis, prout diuina testatur scriptura, & sancti edocuerunt. Quod ut clarius intelligatur aliquid breuiter est tangendū de naturali dignitate, perfectione, ac beatitudine angelicorū spirituum, quorum excellentia, nobilitas, atque felicitas naturalis, constat ex hoc, quod inter cūcta creata sortiuntur primatum, & creatori maiestatis immensæ, sublimi propinquissimique consistunt. Vnde, ut asserit Augustinus, deus fecit angelum prope se, materiam prope nihil. Idem constat ex hoc, quod eorum natura est pura, quia sunt simplices formæ, incorporei spiritus, immateriales essentiæ, & intellectus separati in se absque communione, & connexione, ac contagione materiæ subsistentes. Hinc sicut calor consequitur ignis naturā, & cognatus est igni sic intellectualis perfectio consequitur angelorum naturam, ita quod intelligibiles species, sapientia atque scientia, & uirtutes naturales eis sunt concreatæ. Hinc magna uehementer est eorum actualitas, uigor, agilitas. Creatorem quoque tam clare contemplantur & noscunt, sicut ex ordine uiuersi, & ex rebus creatis, ac per formas intelligibiles creatas conspici potest siue agnosci. Porro secundum theologicam ueritatem multo excellentior est eorum dignitas, perfectio, & beatitudo supernaturalis, quoniam non in solis naturalibus sunt creati, sed dona gratuita eis sunt concreata. Nec solum contemplantur deitatis essentiam per creatas intelligibiles formas, sed quid sit deus, clare cognoscunt, eiusque inaccessibilem lucem, incircumscriptam substantiam, interminabilem maiestatem in seipsa clare ac facialiter immediate, & per speciem increatam feliciter intuentur, ita quod diuina essentia eis loco, intelligibilis speciei coniungitur, est'que eis quod uidetur, & quo fit uisio, seu species & obiectum. Præterea quia ad hoc conditi sumus, ut in hac uita conuersationem habeamus in cœlis, id est, uitam spiritualem, & puram circa diuina atque cœlestia iugiter occupatam, & ad cœlestem patriam anhelantem, & post hanc uitam præsentem angelicis coniungamur spiritibus in cœli empyrei mansionibus gloriosis, debemus ad angelicæ uitæ imitationem conari, & hoc primo & maxime per charitatem feruentē. Est nāque in angelis sanctis charitas ardentissima, & perfecta, & instar ardentissimi ferri, inflāmatissimique carbonis, diuini amoris ardore accensi sunt, charitatisque igne totaliter penetrati, & flāma dilectiōis opti. Hinc acutissime & intētissime ferūtur in creatorem, & instar calidissimæ bullientisque aquæ, amorifero impetu, flammigeroque affe-

Marginalia: Dionysius (beside "nari, ac conformari"); Augustinus (beside "mento præfuit synagogæ"); Phil. 3 (beside "substantiam, interminabilem"); E; F

A affectu in ipm transiliunt, ascendũt, volãt, iactant, queadmodũ bulliens aqua vi caloris sibi impressi extra seipsam iactari videt, & impetu quodã ferri in altiora se. Deniq; cũ angelorũ natura sit intellectualis dũtaxat, nõ sensitiua aut vegetatiua, vis affectiua, intensissima, ac vehementissima est in eis, nec retardat p sensitiuarũ, vegetatiuarũq; viriũ actiones aut affectiões, Ideo iuxta diuini & magni Dionysij documẽta supferuidissime & supacutissime & supæstuantissime mouent in deũ, & eius amore totalr transformant, vt quasi in sanctissimæ dilectiõis affectũ videant conuerti, psertim cũ deitatis substantiã, bonitatẽ, amabilitatẽ, dulcedinẽ, maiestatẽ & gloriã tam clare intueant, seq; tã prælectos à deo, & tot beneficia cõsequutos ab ipso nõ solũ certissime sciant, sed & felicissime experiant. Taliter ergo & vere ineffabilr altiori, perfectiori, ardẽtoriq; gradu ac modo, q̃ excogitare aut exprimere valeamus diligũt deũ. Insup se inuicẽ ineffabilr amant, & in charitatis visceribus se mutuo suauissime cõplectũtur. In huius itaq; geminæ dilectiõis pfectiõe eos sequi conemur, vt sicut deus est summe & incõparabilr, infinite ac substantialr bonus, amabilis, pulcher, dulcis, sapiens, pius, sanctus, pfectus, liberalis & felix, sic incõparabilr, pure & calidissime afficiamur ad ipm, oẽsq; affectiões, actiones & occupatiões retardãtes, retrahẽtes, aut impediẽtes ab eius amore dignissimo, q̃tũ possibile est vitemus. Cũ eñ dicat aplus: Qui in carne sunt, deo placere nõ põt, oportet in primis carnalia desideria refrenare, & spũalibus inhærere, seq; sup oĩa sensibilia eleuare & mentẽ in deo defigere. Deinde nos inuicẽ affectuosissime atq; synceriter diligamus, & vnusq; alteri cooperetur in bonũ, neminẽ scandalizans, sed oẽs verbo & factis ædificãs. Hinc princeps aplorũ hortat: Ante oĩa mutuã in vobismetipsis charitatẽ cõtinuã hñtes, qm̃ charitas operit multitudinẽ pctõrũ. Præterea angeli sancti, infinitæ beatitudini creatoris inæstimabili pcordialitate & iucũditate cõgratulant ex summa illa dilectiõe ad ipm. Queadmodũ cõdẽnati ex magno illo odio, q̃ odiunt deũ, beatitudini & oĩpotentiæ ac excellẽtiæ eius inæstimabilr inuidẽt. Vnusq; etiã angelorũ felicitati & gloriæ omniũ cæterorũ tã cordialr & intense cõgaudet, q̃ intime & ferueuter diligit eos. Et qm̃ vnusq; ciuiũ supnorũ distincte & plene cæteros oẽs cognoscit, oĩbusq; cõgaudet, oĩm beatitudines & gaudia redũdat in singulos, & q̃d quisq; in seipso nõ habet, in altero possidet. Sic & nos intimo ac ĩtegro corde cõgratulari debem⁹ vniuersæ beatitudini, omniq; eminẽtiæ & infinitæ perfectioni dñi dei nr̃i, secundũ q eũ summe & incõparabilr diligere obligamur. Vnusq; etiã spũali profectui & vniuersæ prosperitati ac gratiæ cuiuslibet sui cõfratris debet assidue cõgaudere ex syncera dilectiõe. Idcirco summe vitãda est oĩs ambitio ac inuidẽtia, qa ambitiosi & inuidi virtuti & grãe atq; excellentiæ inuidẽt proximorũ. Veret eñ ambitiosus ne eũ præcedat in honore aut platione q eũ præcedit in prudẽtia, grã ac virtute. Hinc ambitiosi & inuidi sunt detractores & aliorũ bona denigrare conant, ac eos deprimere, in tñ vt crebro facta illorũ veraciter virtuosa ac dona spũs sancti illis collata trahant in peius, attribuantq; dæmonibus, siles eis q dixerunt de Chr̃o: In Beelzebub principe dæmoniorũ eijcit dæmones. ¶ Amplius in angelis sanctis est summa pax pectoris. i. suauissima & imperturbabilis tranquillitas mẽtis in deo, in quo oĩo dulcissime, æternalrq; quiescũt. Est itẽ in eis concordia inter se maxima, nulla vnq̃ dissensio, nulla praua suspitio, nulla displicẽtia siue auersio, nec superiores despiciunt inferiores, nec infimũ summus, nec superioribus inuidere inferiores vllatenus põt, sed viget & regnat in oĩbus charitas plena. Hanc itaq; pectoris pacẽ, hãc mẽtis in deo dulcem, stabilemq; quietẽ apprehẽdere & sectari, amplecti & possidere nitamur, ptactã quoq; cũ

Gala. 6

1. Pet. 4

Matt. 12
Luc. 11

C alijs semp seruemus, Nẽpe si zelũ amarũ habemus & cõtentiones sunt inter nos, mẽdaces & impij sumus. Vbi eñ zelus & cõtentio, ibi incõstantia & oĩe opus prauũ. Idcirco õ frẽs si qua cõsolatio in Chr̃o, si q̃d solatiũ charitatis, si q̃ societas spũs, si qua viscera misericordiæ, ĩplete gaudiũ meũ, vt idẽ sapiatis vnanimes idipm sentientes, quatenus imago cœlestis Hierusalẽ & similitudo angelicæ pacis atq; cõcordiæ in nobis resplẽdeant, illãq; beatitudinẽ cõsequamur, de q̃ Chr̃s disseruit: Beati pacifici, qm̃ filij dei vocabunt. Vnusq; igit tanq̃ angelus pacis oĩa scãdala, vniuersas pturbationes, cũctã discordiã vitare, sedare, tollere enitamur, atq; q̃ pacis sunt sectemur semp, & q̃ ædificatiõis sunt in inuicẽ custodiamus, q̃tenus angeli sancti delectent eẽ nobiscum, tanq̃ cum suis conciuibus, familiaribus amicis.

Iaco. 3

Matth. 5

¶ Sermo. VI. De angelorum beneuolentia erga nos, de illorum actibus, quomodo sint à nobis imitandi, & de vitando scandalo.

OMnes sunt administratorij spũs in ministeriũ missi propter eos q hæreditatẽ capiũt salutis, Ad Heb. 1. Dñs & saluator in sermone quẽ fecit discipulis in cœna nouissima, inter cætera dixit: Qui maior est in vobis, fiat sicut minor: & q pcessor est, sicut ministrator. Hoc est q̃d alibi ait scriptura: Quanto maior es, humilia te in oĩbus. Sed si qs ita superbus & durus est, vt exẽplo hominũ renuat emolliri, nec inferioribus seu æqualibus ministrare ac subdi dignet, saltẽ beatissimorũ angelorũ exẽplis ædificet & cõuertat, humiliet se, obsequiosusq; fiat. Siquidẽ angeli sancti nõ obstãte omni eorũ excellẽtia sup hoĩes tã in donis naturalibus, q̃ gratuitis, & psertim in muneribus gloriæ nobis pauperrimis ministrare nõ aspernãtur, sed benignissime ad nos descẽdere, nobis astare, adesse, opem pbere dignãtur. Ecce

Luc. 22

Ecci. 3

quanta est ista dignatio, q̃ta benignitas, q̃ta delectatio. Ad bona nos excitãt & instigãt, errantes reducũt, auersos conuertere satagunt, à diuersis periculis & peccatis nos præseruare nõ cessant. O q̃ta est eorũ patientia, misericordia, beneuolẽtia circa nos infelices, & q̃ grauis est nostra ingratitudo, impudẽtia, improbitas, imò peruersitas. Nẽpe cũ ipsi sint Illustrissimi milites creatoris, mundissimi spũs & simplices mentes, excellẽtissimæ creaturæ omni sapientia & virtute, omni immortalitate, felicitate & gloria plenæ, nos aũt lutea vasa, viles vermiculi, sordibus pleni, fæcibus inuoluti, & ignorantijs, passionibus, defectuositatibusq́ue repleti, ad oĩa mala pronissimi, qui peccatis pctã quotidie addimus, nihilominus sustinẽt nos in oĩbus his, atq; in tot vitijs & peccatis quæ fecimus. Et q̃uis eorũ obsequijs tã ingrati, & corã eorũ p̃sentia tã irreuerentes simus, tñ instãt, hortant̃, inspirãt, vt cõuertamur. Erubescamus ergo de tanta impudẽtia, ingratitudine & irreuerẽtia nostra, sanctisq́ue angelis simus de cætero gratiores, atq; eorũ p̃sentiæ dignitati & excellẽtiæ reuerentiã impẽdamus, & sapientialẽ pudorẽ, erubescẽtes nos corã eis negligẽter & viliter, carnal̃r, culpabiliterq́ue habere. Eos quoq; inuocemus deuote, laudem⁹ eximie, honoremus decẽter, diligamus feruẽter. Insup actus eorũ sectemur, eorũ inspirationibus obtẽperemus, eorũ sequamur directionẽ. Actus aũt eorũ sunt, deũ indesinẽter secũdũ extremũ posse eorũ toto diligere corde, & actual̃r ei esse intẽtũ semp ac incessanter p cõtemplationẽ purissimã, feruẽtissimũq́ue cor, ac tranquillissimã pacẽ, imperturbabil̃r possidere in eo, summã q́ue cõcordiã mutuo, & deũ sine cessatione cũ maxima attentiõe & iucũditate laudare, reuerẽtissime honorare, humillime glorificare, fideliterq́ue vereri, inuicẽ purgare, illuminare, pficere, ita q̃ superiores purgãt, illuminãt, & pficiunt inferiores nõ ab immũditia aut aliqua culpa, sed à dissimilitudine quadã & luminis minoratiõe. Et de mysterijs atq; effectibus dei est illuminatio illa. Nã diuinã essentiã oẽs immediate in seipsa & p seipsam cõspiciunt. Deniq; oĩa ordinatissima sunt in eis. Et vt diuinus Dionysius cõtestat̃, nõ præsumit nec audet quispiã angelorũ sanctorũ p̃fixos sibi transgredi terminos, sed vnusq̃sq; quod sibi incũbit siue iniunctũ est, diligentissime ac agilissime cõplet. Et in hoc eos imitari ad religiosos potissimum spectat, quorũ religio ordo vocat̃. Quoniã apud eos & in eis oĩa ordinatissima esse debent, vt determinato tempore dormiant, & suo tẽpore alacriter surgant, vigilent, psalmodijs, & diuinis intersint officijs cũ omni reuerentia, attentione & vigilantia mẽtis, omniq́ue loco ac tẽpore agant q̃d locus ipse & temp⁹ requirũt. Nec aliquis se intromittere audeat de impertinẽtibus sibi, neq; præsumat transgredi terminos sibi præfixos, sed quod ex sua vocatione ab ipso exigit̃ cũ debita seriositate & perseuerantia exequat̃. Non ingerat se Maria ad ea quæ Marthæ incumbũt, sed Martha potius cõquærat̃, q̃ à Maria nõ adiuuat̃. Cui nihil officiorũ commissum est agat̃ in talibus magis q̃ agat, nec inferior superiorẽ purgare, illuminare, pficere p̃sumptuose attentet, nec iunior seniorẽ increpet indecẽter. Nihilominus p̃ceptum fraternæ correptionis vnusq̃sq; implere tenet̃ loco

1 Petri. 4 & tpe cõgruo cũ vera discretione. Vnusquisq; q̃q́ue grãm sibi desup p̃stitã alijs cõmunicare potest & debet charitatiue, pie, humiliter, Sic nãq; inferior corripere & hortari potest superiorẽ, Ecclesiastica quippe hierarchia assimilari nõ potest in oĩbus angelicæ hierarchiæ, qa in angelorũ ordinibus quanto angelicus spũs est altior dignitate, choro, officio, tãto pfectior est sapientia, sanctitate, sciẽtia & virtute. In hoĩbus vero nõ semp maiores sunt sapiã & virtute, sctitate & grã, q̃ maiores sunt ecclesiastica dignitate, p̃latura, gradu, officio, authoritate. Ideo q̃uis in angelis inferior superiorẽ nõ purget, illuminet siue pficiat, in hoĩbus tñ cõtingere potest oppositũ. ¶ Amplius, queãdmodũ angeli sancti nõ obstante cõfirmatione sua in bono & certitudine qua de sua æterna beatitudine summe securi sunt, cũ reuerẽtiali tremore vultui maiestatis diuinæ intenti sunt, & cũ filiali timore creatori assistunt, eũq́ue cũ profundissima mẽtis inclinatione collaudãt, ita & nos pauperculi cũ omni reuerẽtia & tremore, cũ omni subiectiõe & humi-

Psalm. 137 liatione deo maiestatis immẽsæ in cõspectu angelorũ psallere, astare & ministrare debemus cũ magna cõcordia, vniformitate & tranquillitate, ne quis fraternitati humil̃r psallẽti sua animositate, impetuositate, inaduertẽtia, incuria aut somnolentia offendiculum pariat, imò sicut Ana-

Dan. 3 nias, Azarias & Misael quasi vno ex ore laudabãt deũ, ita & nos. Sic nãq; angeli sancti in no-

Psalm. 67 stra psalmodia delectabunt̃, p̃uenientq́ue psallẽtes, & corda illustrabũt psallentiũ tã decẽter, iuxta illud psalmi: Præuenerũt principes cõiuncti psallẽtibus. Postremo, in Euangelio hodierno valde opportune ac terribil̃r loq̃tur Chr̃us iudex noster cõtra scandalizãtes. Quia ẽm nũc agitur sanctorũ solẽnitas angelorũ qui de hoĩm custodia & salute sunt ita soliciti, hominũq́ue eis cõmissorũ profectui intime cõgratulant̃, & de eorũ scandalo, defectu, periculo, displicentiam habent, certissimũ est q̃ angelis valde displiceãt ac repugnẽt, & eos dire offendãt ac grauiter inho-

Matt. 18 norẽt q̃ scandalizãt pusillos. Hinc Chr̃us causam vnã cur pusilli nõ sint scandalizãdi aperiens, Angeli, inq̃t, eorũ in cœlis semp vidẽt faciem patris mei. Cum itaq; tanta sit dignitas hoĩs vt custodiat̃ ab angelo, vt ad summæ, adorãdæq́ue trinitatis imaginẽ & similitudinem sit creatus, Chr̃i quoq; sanguine liberatus, atq; ad angelicæ beatitudĩs veritatẽ & æqualitatẽ obtinendam productus, cũ ingenti solicitudĩe cauere debemus, ne eũ in aliquo scandalizemus. Nẽpe si impiũ est lædere corpus, pcutere faciẽ, excutere oculũ, vitam corporalem auferre, quanto magis

A impiū atq; dānabile ē animā vulnerare, rōnem obfuscare, volūtatē ꝑuertere, vitā gratiæ mēti auferre: Et maxīe ꝑiculosum ac vitiosum cēsetur cōmunitatē turbare, cōuētū scādalizare plurimoꝝ impedire profectū. Propterea prorsus dānabile & enorme ē in cōgregatione hīc se negligēter, spūali profectui nō studere, nō reprimere passiones, nō cōponere mores, nec viuere timorate, exēplariter, fructuose. Væ eis q̄ cōtētioni deseruiūt, q̄ obloqutiōibus linguas suas relaxāt, q̄ ad agēdū remissius prouocāt alios, q̄ partialitatē inducūt, siue ad murmurandū & cōtradicēdū cæteros mouēt, q̄ ꝑ ista aut cōsimilia male informāt ac destruūt iuniores. Caueamus ergo hæc oīa semina perditionis æternæ, & memores nr̄æ professionis, elaborem⁹ oī qua valemus virtute nostris satisfacere votis, oī die proficere, exēplariter conuersari, vitamq; deo dignā sanctis angelis placitā vsq; in finē deducere.

¶Sermo septimus: De beneficijs angeloꝝ, & ꝙ magnitudini charitatis respōdet ꝑmiū, de humilitate itē, puritate & charitate

Angelis suis mādauit de te, vt custodiāt te ī oībus vijs tuis. In psal. 90. Sciēs creator sapiēs atq; oīpotēs infirmitatē, ignorantiā ac malitiā hoīm, multā & magnā nimis; misericordissime prouidit eis de angelica custoditiōe & subuētione; vt. s. ꝑ angelos sanctos abstrahant à vitijs imminētibus, à corꝑalibus q̄q; periculis, & inducātur ab eisdē ad deplāgēdū pc̄tā ꝑterita, excitētur itē ab eis à negligētiæ suę torpore ad bona agēda. Illumināt etiā angeli sancti hoīm corda & diuersimode admonēt eos; terrēt, cōsolātur, inspirāt & protegūt sibi cōmissos à dęmonū tētamētis; reprimūtq; ferociā dęmonū, ne impugnēt

B & noceāt q̄tū possent si ꝑmitterētur. ¶Deniq; oīa bn̄ficia ista angeli gloriosi libēti aīo ipēdūt hoībus. Primo, propter summę maiestatis ꝓceptū, cui in cūctis prōptissime parent, & cū reuerētia summa obediūt. Deus nāq; hæc eis ꝓcepit. Secūdo, ex zelo diuini honoris, quēamo dū eñ angeli sancti ardētissime diligūt deū; sic maxime cupiūt eū ab oībus honorari, Idcirco solicite ea hoībus exhibēt, ꝑ q̄ ad diuīæ maiestatis honorificētiā inducūtur; atq; ab inhonoratiōibus & iniurijs dei eos diligenter retrahere moliūtur. Tertio faciūt ista libēter ex ingenīta eis pietate q̄ valde abūdāt. Cū etem pijssimi sint gloriosi, sapiētes ac fortes; & videāt hoīes multipliciter ac miserabil'r periclitari, tētari, decipi, & à dęmonib⁹ crudelissimis ac callidissimis dilaniari ac cōculcari; miserent & cōdolēt miserrimis hoībus q̄s vidēt tā procliues ad mala; tā infirmos ad resistēdū dęmonibus & pc̄tis; tā tardos ac debiles ad bona, tā faciles ad seductiōes, tā infectos ac imꝑfectos, in tātis periculis cōstitutos. Hinc prōptissimi sunt succurrere eis. Quarto, ex charitate sua ad hoīes q̄s diligūt tanq̄ intellectualis naturæ ꝑticipes; & tanq̄ ad angelicā beatitudinē obtinēdā creatos; imò & tanq̄ frēs & conciues ac socios suos futuros. Quinto, ex reuerētia incarnatiōis verbi ęterni, hūanitatisq; Chr̄i. Cū eñ videāt deū & creatorē suū eē hoīem factū, & hūanā naturā deo ī vnitate ꝑsonæ cōiunctā, & suꝑ oīm angelicoꝝ altitudinē ordinū sublimatā, imò & oī enti creato ꝓlatā; ex hoꝝ cōsideratiōe atq; ex reuerētia sua ad vnigenitū dei, eiusq; hūanitatē cōcipiūt reuerētiā quādā ad gen⁹ hūanū; & hoīb⁹ dignāter ac libētissime obsequūtur, auxiliant, assistūt. Sexto, ꝓpter quādā propriā vtilitatem. Nā sciunt ex hoībus instaurādā eē ruinā ciuitatis suæ suꝑnæ Hierl'm. Accidētale etiā q̄ddam ꝑmiū & gaudiū angelis sanctis accrescit ex eoꝝ q̄s custodiūt & gubernāt saluatiōe. Siq̄dē & q̄ ꝑ angeloꝝ directionē saluātur: angelos suos custodes, ī regno cęlesti æternal'r habēt ī val-

C de speciali amore, ꝑcipuoq; honore, & regratiant eisdē cōdignę. ¶Deniq; hoīes ꝑdestinati iuxta diuersitatē & excellētiā meritoꝝ ad diuersos ꝑtingūt ordines angeloꝝ. Et de hoc sc̄tūs Gregorius quādā inducit adaptationē, dicēdo: Sūt q̄dā q̄ parua capiūt; & hęc ipa fratrib⁹ nūtiant. Isti ad angeloꝝ ordinē spectāt. Alij summa cęlestiū secretoꝝ capere valēt, alijsq; denūtiāt: Isti ad archāgelos ꝑtinēt: Alij miracula operant, q̄ ad virtutū ꝑtinēt choꝝ. Alij dęmones ab obsessis eijciūt; & hi ad potestatū ꝑtinēt ordinē. Sicq; adaptat deinceps, vt patet in Homelia: Veruntn̄ adaptatio ista intelligēda ē pie ac cęteris paribus. Cū eñ eētiale ꝑmiū correspondeat charitatis ꝑfectiōe; certū est, ꝙ q̄to q̄s fuerit in charitate feruētior atq; ꝑfectior; tāto ad altiorē ꝑtingit choꝝ cęlestē, dūmodo ꝑseueret, etiā si nec parua nec magna annūtiet proximis. Nec illi semꝑ sunt sanctiores, q̄ plura ac maiora agūt miracula, aut validius fugāt dæmonia; cū & beatissimus, sanctissimusq; Iohānes Bap. nullū in vita hac fecerit signū, vt Iohānes testat Euāgelista: Istud q̄q; saluator insinuat in euāgelio hodierno: Cū eñ interrogassent aplī eū, quis putas maior ē in regno cęloꝝ; statuit paruulū inter eos, & dixit: Quicūq; hūiliauerit se sicut paruulus iste; &c. Hoc est, q̄to q̄s fuerit & ꝑseuerauerit humilior ī eccl'ia ꝑtāto erit sublimior ī eccl'ia triūphāte. Hūiliationi eñ q̄ ex charitate ꝓcedit ac informat, exaltatio illa cęlestis aptat, debet ac reddit, scd̄m ꝙ iteꝝ legit: Qui se humiliat, exaltabit. Nā q̄uis charitati, nō humilitati proportionet, directeq; detur ꝑmiū eētiale; tamē, q̄a humilitas ad oē bonum disponit, ita ꝙ q̄to q̄s profundi⁹ seipm̄ hūiliat, tāto maiora grr̄æ dona, atq; ꝑfectius charitatis incremētū sortit à dn̄o, ideo dixit Chr̄us: Quicūq; humiliauerit se, sicut paruulus iste, maior erit in regno, in maiori humiliatiōe includēdo ac ꝓsupponēdo dilectionē maiorē. Itaq;, cū tāta sit angeloꝝ sanctoꝝ altitudo ac dignitas, excellētia atq; felicitas; ad eoꝝ societatē

Grego.
Johā. 5
Matt. 18.
Luce 14

Matt.18. nequaq̄ valemus ꝑtingere, nisi per verā humilitatē, per aīæ puritatē, per spūalē amorē. Pro- D
pter primū istoꝝ in Euāgelio hodierno loquit̄ filius dei: Nisi cōuersi fueritis & efficiamini si-
cut paruuli; nō intrabitis in regnū cœloꝝ. Propter secūdū iubet vt mēbra scādalizātia abscin-
damus; nō ꝑ amputationē substātiæ, sed ꝑ refrenationē abusiōis mēbroꝝ ne peccemus. Et itē
vt eos vitemus quātūcūq; sint chari ex q̄bꝫ familiaritate, societate, approximatiōe scandaliza-
mur seu lædimur. Propter tertiū dicit, videte ne scādalizetis vnū de pusillis istis; q̄a vc3 hoc cha
ritati cōtrariat̄. Enitamur ergo tria implere, Et in primis instar paruuloꝝ humiliemus nosip-
sos vt simus pauperes spū, viles, insipiētes, defectuosi in oculis proprijs; nec tales reputari ac di
ci ab alijs recusemus. Omnē quoq; correptionē, correctionē, aspernatiōes, iniurias cū gaudio
toleremus; imò nec arbitremur nobis posse iniuriā fieri; sed cūcta supplicia & aduersa iudice-
Job.33 mus nr̄is demeritis esse minora, dicētes illud in libro beati Iob: Peccaui, & vere deliqui, & vt
eram dignus, nō recepi. Hinc paruuloꝝ proprietates assumamus ac possideamus, vt facile ig-
1.Pet.2 noscamus, nec illatæ reminiscamur iniuriæ, nulla vnq̄ fraude vtamur, modicis simus contenti,
dociles ac dirigibiles existamus. Sicq; deponētes omnē malitiā, & omnē dolū & simulationes
& inuidias & detractiōes, quasi modo geniti infantes rōnabiles, lac innocētiæ cōcupiscamus; at
q; in Christianæ simplicitatis infantiā redeamus; in tm̄ vt nō cogitemus de alijs mala, nec te-
mere iudicemus, neq; ad suspitiōes malas simus procliues, neq; alicui insidiemur occulte. O q̄
lōge sunt à salute, duri corde, & vindicatiui, q̄ facile offendunt̄, & offensiōes suæ difficulter ob
Leu.19 liuiscunt̄, tēpus & modū diræ retributiōis excogitātes, nō pensantes q̄d in veteri q̄q; scriptum
Eccl.28 est lege: Nō quæres vltionē, nec memor eris iniuriæ ciuiū tuoꝝ. In Eccō quoq;: Homo homi
ni seruat irā, & à deo q̄rit medelā: Quis exorabit pro pc̄tis illius? Itaq; q̄to plus cupimus à deo E
in p̄senti vita ꝑ dona gr̄æ exaltari & in cœlis ꝑ dona gloriæ eleuari, tāto profūdius humiliem⁹
Ro.6 nosipsos, & tanto p̄fectius amplectamur p̄tactas paruuloꝝ propritates. Insuꝑ scandalizantia
mēbra abscindamus & pronciamus à nobis; vt nō exhibeamus mēbra nr̄a arma iniq̄tatis dia-
bolo, sed arma iustitiæ deo, Linguā loquacē, detrahētē, pungitiuā, frangētē silentiū p̄cidam⁹,
oculos euagātes, incustoditos eruere nō moremur. Gulositatē ventris, tactū inuerecūde profi
lientē, & omnē exteriorū interiorūq; sensuū irrefrenationē abijciamus; & corpora nr̄a rediga
mus in aīaꝝ nr̄aꝝ obsequia. Ratiōis propriæ iudicia & ꝓpriæ volūtatis affectus ac liberta-
tes superioꝝ nr̄oꝝ iudicijs ac p̄ceptis semꝑ ac prōpte subdamus, mentē in deo stabilire cone-
mur. Sicq; ꝑ oīa q̄ à deo accepimus deū colamus ac veneremur. Postremo, in syncerissima ac
feruēte charitate altissimi indefesse proficiamus deū intra nos cōplectētes, eius infinitæ btitudi
ni cōgaudētes; ei semꝑ placere & corda nr̄a vnire optātes, eius beatificā fruitionē adipisci desi
derātes ip̄m totis viribus honoremus; & vltra vires honorare optemus. Ip̄m q̄q; cupiamus ab
oībus honorari, atq; ex isto charitatis affectu scandalū omne vitemus, oēsq; ædificare & ad dei
honorificētiā verbis, vita & fama prouocare nitamur. Vnusq̄sq; etiā angelū suū q̄tidie specia
liter inuocet ac honoret, cordialr̄ amet, & eū offendere vereat̄, dep̄cet̄, q̄a angelū suū vt sibi mi
sericorditer astare, opem & protectionē impendere semper dignet̄, illuminationē, directionē
ducatū sibi indsinēter exhibeat. Imperfectū suum supplere, preces suas & opera bona deo of- F
ferre atq; ab eo gratiaꝝ charismata sibi reportare non dedignetur. Ad laudem dei, &c.

¶In festo S. Hieronymi gloriosiss. doctoris ecclesiæ.

¶Enarrationē ep̄læ, itē & Euāg. require in cōi sanctoꝝ de cōfessore, nō pontifice.

¶Sermo. I. De p̄conijs ac virtutibus beati Hieronymi.

BOnoꝝ laboꝝ glīosus ē fruct⁹. Sap.3. Verbū istud ī cōfessore excellētiss. beatiss.
p̄re Hieroñ. clarissime & copiosissime ē īpletū. Eius etem̄ vita à pricipio vsq; ad
finē fuit sc̄tis laborib⁹ plena. Sed nūc huius sc̄tiss. & incōparabilis viri p̄conia &
excellētię ac virtutes, ordinate tāgēdæ sunt. ¶Prima laus eius ē, studiosa ac ho-
nesta pueritia eius. Puerulus etem̄ missus ē Romā studij cā. Et cū eēt puer mira
bilr̄ ingeniosus, naturali suo ingenio addidit indefessos labores, non voluptati,
nō vanitati, nō lasciuijs vnq̄ vacās, vt moris ē pueroꝝ, sed die ac nocte diligētissime studes, ca-
ste, deuoteq; viuens, sicq; ī breui lr̄is Græcis, Latinis atq; Hebraicis excellēter īstitutus ē. Hinc
ipsemet ī regl̄a ad Eustochiū loquit̄: Me anteq̄ vicesimū ætatis annū attingerē vrbs Roma in
sūmū p̄elegit mgr̄m ī oībus pene liberalib. artib. eruditū. ¶Secūda laus ē, gl̄osa & admirāda ei⁹
cōuersio. Quāuis em̄ ī pueritia studiosus eēt & castus ac deuotus, nō tñ adhuc erat totalr̄ spūa-
lis, sed aliq̄d de huius mūdi spū habēs. Propter q̄d sapīa phōꝝ ac rhetoꝝ sibi sæpe plus sapuit,
q̄ propheticoꝝ libroꝝ. Vñ in regl̄a ꝓtestat̄, Nō hāc sanctā fatuitatē, vc3 Chr̄ianæ sapīę supna-
turalē doctrinā (q̄ mūdi nō Chr̄i spm̄ habētibus stulta videt̄) didicit Plato, nō Aristoteles. Nō
certe miser ego Hieronymus fatuoꝝ sapientū. i. phōꝝ imitator anteq̄ sc̄tā verbera luerē. Cū
em̄ Hieronymus nōdū plene cōuersus de die Ciceronem & de nocte studeret Platonē, eo q;
sermo incultior in libris ꝓpheticis sibi nō placeret, q̄dā vice febrib⁹ lāguēs ad Chr̄i tribunal ē
raptus, & īterrogatus, cuius eēt cōditiōis, Chr̄ianū se eē audacter rn̄dit. Cui iudex: Mētiris, nā
Ciceronianus es. Obmutescēte ergo Hieroñ. fecit eum iudex durissimè flagellari. Orātib⁹ aūt
pro

A pro ipso sanctis astātibus,& ipsomet veniā postulāte,emēdationēq; pollicēte rediit ad seipm & lachrymis repperit se pfusum,suasq; scapulas ex verberibus q̄ acceperat terribilr liuentes, atq; extūc plenius cōuersus & totus spūalis effectus est. ¶ Tertia laus eius est,zelus iustitiæ feruidus,quo fuit valde accensus. Post castigationē nanq; pscriptā totū se dedit studio scripturarū atq; virtutū,& cōtra clericorū ac religiosorū lasciuiā verbo & scripto fortiter loquebat̃,& vsq; ad finē vitæ suæ cōtinuū sibi fuit certamē cōtra iniquos,cōtra hæreticos,cōtra gulosos ac lubricos in sacris ordinibus cōstitutos & falsos,fictosq; monachos,q̄s oēs acriter reprehendit,insectabat̃,cōfudit. ¶ Quarta laus eius est,patientia sua in aduersis. Nā ob causam ptactā,oderūt eū & grauiter psequebant̃ quidā religiosi & clerici. Cūq; adhuc satis iuuenis ob suā sapiam ac virtutē ordinatus fuisset in Romana ecclesia psbyter cardinalis,mortuoq; papa, Hieronym⁹ summo pontificatu dignus ab oībus acclamaret̃,pfati æmuli eius iuxta lectulū ipius vestē posuerūt fœmininā,quā ipse more solito ad matutinas surgēs,sine aduertētia iduit,sicq; ecclesiā introiuit. Quo viso,impii irriserūt eū & expulerūt,tanq̄ qui fœminā habuisset secū in lecto. Hoc idē testat̃ sanctus Eusebius eius discipulus in epl'a de morte ipsius. Hieronymus vero impiissimis illis cōpatiēs,& cūcta patiētissime ferens ad beatissimū atq; doctissi. psulē Gregoriū Naziāzenū profectus est & in diuinis scripturis ab illo est eruditus. Ab hæreticis q̄q; & aliis inuidis innumerabiles detractiones,diffamatiōes,persequutiones,insidias est perpessus in tantū,q eum eē hæreticū publice mētiebant̃. Sed & egregiā eius trāslationē ac alia scripta falsissime criminabātur. In q̄bus oībus inuictissimæ patientiæ māsit. Nam teste sancto Eusebio, dixit: Gratias ago deo meo,q̄ a habitus sum vt odiat me mūdus,maleficū me esse garriens. Scio nanq; ad æternā Johan.15. 2.Corin.6

B pueniri gloriā p infamiā,bonāq; famā. Vtinā ob dn̄i mei Iesu Chr̄i nomē atq; iustitiā vniuersa me infidelium turba psequant̃,vtinā in opprobriū meum exurgat hic mūdus. ¶ Quinta laus eius est,sua religiosissima ac sanctissima vita in hæremo,deinde in cœnobio. Relinquēs nāq; pfatū sanctū Gregoriū Nazianzenū,ingressus est hæremū,in qua (vt ipsemet scribit) sup nudā humū macilentissimū corpus suū sacco opertū,somno cogēte paululū reclinauit ad quiescēdū. Ossa eius p abstinētia & macie vix sibi inuicē cohærebāt. Cutis eius instar Aethiopis denigrata est solis ardore exusta. Cibus eius & potus fuit modicissima herba & aqua, lachrymis & gemitibus insistebat diebus & noctibus. Sæpe integras ieiunauit hebdomadas, semel tātū se reficiens. Et cū ferarū socius esset ac scorpionū,tn̄ stimulo carnis exagitauit eū spūs fornicationis, ita q puellarū choris & Romanis deliciis se interesse sibimet videbat̃. Ipse vero à fletibus, abstinentiis,pectorisq; tunsionibus & dei inuocationibus nō cessauit,donec mentis rediret tranq̄llitas. ¶ Sexta laus eius ē,eminētia & fructuositas sapiæ suæ,q̄a in om̄i naturali philosophia & in diuinis scripturis profundissimus fuit,& oīm prophetarū exposuit libros,& semp studiosissimus extitit, scripta & cōmentari doctorū hebræorū perlegit & didicit. Transtulit q̄q; totam scripturā canonicam,& pcipiente Damaso papa diuinū ordinauit officiū,sicq; pro cōmuni illuminatiōe ecclesię,pro extirpatione errorū,pro vniuersorū salute innūerabiles fecit labores. ¶ Deniq;,q̄ sublimis fuerit cōtēplator,cōstat ex eo q̄d ipsemet ait in regula. Ego homunculus sic abiectus,sic vilis in domo dn̄i adhuc viuēs in corpe angelorū choris sæpe interfui, de corporeis nihil p hebdomadas sentiēs,& diuinæ visionis intuitu post multorū forte dierū spacia pscius futurorū corpori reddebar. Quid ibi manēs felicitatis habebā q̄d inenarabilis delectationis sentiebā,testis est ipsa trinitas quā cernebā,nescio q̄ intuitu. Testes sunt & ipsi spūs beati q̄ a-

C derant,testis est & cōsciētia mea q̄ tātis bonis fruebar q̄t & qualia nescit proferre mollities corporis nr̄i: ¶ Septima laus eius ē beatissimus finis ipsius, vcȝ ptiosissima & sacratissima mors sua. Appropinquās etem̄ morti pcepit spūalibus filiis suis, vt corpus suū nudarent, nudatūq; ponerent sup terrā. Erat q̄q; sacratissimū corp⁹ eius tā squalidū ac deforme, q terribile erat cūctorū aspectui. Nā p abstinētiis fuit tā macilētū, q ossa eius p articulos potuerūt nūerari, sic verberibus cruētatū ex disciplinis, vt leprosi potius corpus crederet̃, q̄ hoīs sani. Cūq; nudus sup nudā humū collocatus eēt, exhilarat⁹ ē valde, & oēs deosculatus ē frēs, & sapiētissimū ac deuotissimū fecit eis sermonē. Quo finito petiit sibi corpus Chr̄i afferri. Quod cū vnus fratrū deferret ad ipm, auxilio fratrū se pstrauit i terram affectuosissimæ ac lachrymosę, prolixeq; orās, & de eucharistiæ sacramēto ac mirabilibus eius pfundissime loquēs. Q̄d cū reuerētissime accepisset in terrā se reclinauit supinū, & manus suas supra pectus suū i modū crucis tenēs Symeonis pphetæ cāticū legit. Quo finito, tāta lux illic de cęlo descēdit, vt instar solis intuētiū reuerberaret aspectū, nec possent virū beatissimū moriētē aliq̄liter intueri. Qua luce ad horā ibi manēte, q̄dā astātiū cōspexerūt exercitū angelorū ibi vndiq; discurrētiū, sicut in arūdineto scintillę discurrūt. Quidā vero angelos nō viderūt, sed vocē desup audierūt dicētē: Dilecte mi, q̄m tps est vt pro laboribus tuis mercedē accipias, q̄s mei cā viriliter supportasti. Tunc subito aīa eius de corpe tanq̄ splēdissimū sydus egressa ē, atq; à Chr̄o cū om̄i honore suscepta. Moxq; suauissimus odor ibi aspersus est, durās & manēs p dies multos. Eadē hora manifestauit deus gloriam sancti Hieronymi, Augustino & Cyrillo atq; Seuero Sulpitio. Octaua laus eius est excellētia innumerabiliū miraculorū, q̄bus deus eum glorificauit. Et in vita eius fuit mirabile, q leo spi- Sapiæ.3.

na, læsus in pede accessit Hieronymũ, q spinã extraxit. Quo facto, leo mãsit in cœnobio, eidẽ deseruiẽs, pergẽsq; cũ asino, & eũ nõ lædẽs. De hoc in eius legẽda legũtur mirãda. ¶Deniq; teste Eusebio, in die sepulturæ viri sanctissimi, qdã à natiuitate cæcus corpus illius tãgẽdo visum adeptus est. Alius iuuenis surdus & mutus, sanctissimũ Hieronymi corpus deosculans, loquelam obtinuit & auditũ. Hæreticus qdã dicẽs corpus Hieronymi dignũ eẽ incẽdio, repẽte igne cœlitus veniẽte, vsq; ad cineres est cõbustus. Quo viso, multi hæretici vere fideles effecti sunt Alia valde magnifica signa de hoc sanctissimo legũtur Hieronymo, in q̃ excellẽtiæ fidei Christianæ correspõdebat excellẽtia vitæ. Fuit quoq; beatissimus Hieronymus virgo, vt scribit Eusebius, & vt ipsemet in fine regulæ suæ testat: Cẽtenarius fuit quãdo regulã illã cõposuit. Hũc ergo gloriosissimum fidei Christianę signiferũ, veritatisq; fidei testẽ idoneum fideliter imitemur, præcipue veremur, feruide diligamus, deuoteq; inuocemus, carnalia cõtemnẽtes, & opera penitentiæ strenue exercẽtes.

¶AD RELIGIOSOS.

¶Sermo secũdus: De multiplici sciẽtia Hieronymi de tribus q̃ mũdus amat ab eadẽ contẽptis, & quo sit feruore imitãdus.

IN scientia sua iustificabit ipse seruus meus multos. Esaię. 53. Verba hæ de Chrõ literaliter scripta, de sanctissimo viro cõgrue p tropologiã accipiũtur. Ipse nãq; iustus & fidelis seruus dei Hieronymus p suã salutarẽ sciẽtiã multos iustificauit, & vniuersam vsq; in p̃sens illustrat ecclesiã. Habuit qppe multiplicẽ sciam, primo & maxie illã, q̃ est vnũ de septẽ spũs sancti donis, p quã hõ affectiue cognoscit ac iudicat in rebus creatis nõ eẽ finaliter quiescẽdũ, sed eas eẽ vanitati subiectas, eisq; tãtũdẽ eẽ vtẽdũ q̃tũ vtiles aut necessarię sunt ad virtuosum agẽdũ, ad promerẽdã vitã æternã, ad obtinẽdũ beatificũ summũ & incõmutabile bonũ. ¶Præterea, q̃tũ sacer doctor Hierony. in ista salubri scia, sine q̃ nemo p̃t saluari, excellẽs fuerat ac abũdãs, innotescit ex hoc q vniuersa carnalia & terrena, sensibilia & mũdana caduca & vana, pfectissime spreuit, & necessarijs vitæ tã strictissime vtebat. Tria sunt eñ q̃ in mũdo occurrũt optãda, ad q̃ alia reducũtur, puta delitiæ, diuitiæ & honores. Quæ oĩa gloriosus Hieronymus, nõ solũ nõ affectauit, sed etiã plenissime aspernabat, atq; eorũ cõtraria, afflictionẽ carnis, inopiã, rerũ vilipẽsiões, deuotissime & copiosissime amplectebat. Qualiter eñ corp⁹ suũ in deserto afflixerit ieiunijs, abstinẽtijs, disciplinis, vigilijs, stratu, plãctu, gemitib⁹ & vestitu, ipse sibi in regula sua & alibi testis est. Sanctus q̃q; eius discipulus Eusebius scripsit ac protestat: In tm̃ eqdẽ p prædicta afflixit se, q mẽbra eius sacco opta, p̃ deformitate, macilentia, desiccatiõe, exustione, horrida erãt solo aspectu, cutis corpis sui squalida fuit, & æthiopicæ carnis dispositionẽ ex solis ardore, alijsq; prætactis contraxit, ossaq; eius sibi inuicẽ vix hærebãt, somnũ ex proposito nõ accepit, sed eũ repugnãtẽ somnus interdũ oppressit, & modicissime dormiebat, & sup nudã iacuit humũ. Modicũ sicci panis & herbæ cũ aqua fuit eius refectio. Vñ inde sic loqtur, de cibis & potib⁹ taceo, cũ & languẽtes frigida aqua vtantur, & coctũ aliqd accepisse luxuria sit. Ecce q̃liter spreuit delitias, & corpus suũ extremę afflixit, ita q pęnæ refriguit, & tanq̃ p̃mortua extitit caro. Cuius vestigia saltẽ vtcũq; seq curemus, nec ea q̃ carnẽ delectẽt, sed q̃ sustẽtẽt eã, q̃ramus, castigemusq; eã districte, vt sit rõnabile nostrũ obsequiũ. Secũdo, pfectissime cõtẽpsit diuitias, qa cũ eẽt filius viri opulẽti ac nobilis, oĩa prorsus propter Chrm̃ reliqt, tenuissimo atq; asprimo victu atq; vestitu cõtẽtus. Similiter spreuit honores, & varias obloquutiões, diffamias, irrisiones, psecutiões & tribulatiões patiẽtissime ac abũdãtissime patiebat. Quæ oĩa, surdis sciuit auribus ptrãsire, sicut in prologo fassus ẽ: Nec affectamus laudes hoĩm, nec vituperia formidamus. At vero p̃fatę salutari sciẽtiæ opponitur prudẽtia carnis, q̃ Paulo testãte, mors est. i. mortale pcm̃ atq; interitus aiæ. Et est prudẽtia ista carnis, qdã industria seu diligẽtia obtinẽdi seu retinẽdi cõmoda carnis, vz ea q̃ ipsam delectãt, & ad prosperitatẽ ptinẽt tpalẽ. De hac carnali prudẽtia multi religiosi plus habẽt, q̃ licet & expedit eis, q carni suæ nimis ppitij existẽtes, dũ q̃si discreti volũt videri, fiunt carnales & laxi, suntq; gulosi, & delicata q̃rũt nõ necessaria tm̃. Cunq; in fundamẽto spũalis cõuersatiõis, qd ẽ sobietas seu edomatio carnis deficiant, parũ aut nihil, raro aut nunq̃ pficiũt. Secũdo S. Hierony. habuit excellẽter secularẽ, philosophicãq; & naturalẽ sciam, intm̃, prout ipsemet fatet in regula sua, anteq̃ vicesimũ attingeret annũ, Roma eũ in summũ elegit mgr̃m cũctis pęnæ liberalib⁹ eruditũ artibus. Quãuis aũt ista sciẽtia nõ sit in se meritoria aut demeritoria, virtuosa aut vitiosa, tñ bñ vtẽtibus ea, & rite ordinantibus eã ad theologicã veritatẽ, ad sapiæ cõtẽplationẽ, ad dei amorẽ, prodest nõ parũ. Nã & ad intelligẽdũ scripturas, ad cõuincẽdũ hæremiticas prauitates, ad instruẽdũ alios in his q̃ fidei sunt & salutis plurimũ cõfert Augustino dicẽte: Cognitio pprietatũ naturaliũ rerũ, pãdit abdita scripturarũ. Sicq; S. pr̃ Hieronymus hac est vsus sciẽtia, & multa philosophica documẽta suis inseruit libris, & docuit nos vbi & à qbus sint scripta ea q̃ Paulus aplus à philosophis seu poetis dicta allegat. Vnde & sanctus refert Hieronymus antiquos doctores & expositores scripturæ tãta na-

Romañ. 8
Roma. 12.
Romañ. 8

A ta naturalis sciētiæ dogmata sua theologicis miscuisse voluminibus, vt nescias qd in scriptis illo℞ primo aut potissimū debeas admirari, excellētiā ne sciētię secularis, an diuinæ. Tertio, habuit scientiam diuersa℞ lingua℞, per quam valde præclare profuit toti ecclesiæ. Sciuit nāq̧ ideoma Arabicū, Hebraicū, Latinū & Græcū. Per quam peritiam trāstulit nobis scripturas ex Hebraico in latinū, & diuersa℞ lingua℞ inspexit translatiōes. Per hāc sciētiā suā multos iustificauit, i. à diuersis liberauit erroribus, salubriter'q̧ instruxit & roborauit in fide, virtuosæ'q̧ vitæ succēdit amore. Quarto, habuit sciētiā scriptura℞ acquisitā tā eminētē & plenam, q̧ occultissima & obscurissima scriptura℞ potuit explanare, & fidē ipsam cōtra ei⁹ inimicos defendere. Quā sciētiā creditur etiā ex infusione & reuelatione spūs sancti partim adeptus, de qua ait apl'us: Alij per spm̄ datur sermo sapiētiæ, alij sermo sciētiæ. Per hāc quoq̧ sciētiam ecclesiæ profuit vehemēter, & cōtra hæresiarcha℞ ac Iudæo℞ atq; gētiliū philosophorū ac idololatra℞ scripsit pfidias, cōfutauit'q̧ illo℞ insanias, & fidei argumēta aperuit, eius'q̧ fundamēta elucidauit. Propter q̄d dici pōt de illo, illud Danielis: Ipse reuelat profunda & abscondita, & nouit in tenebris cōstituta. Et q̄d ite℞ ait scriptura: Abscōdita produxit in lucē. Cōposuit demū plurimos libros, deuotionales, morales, salubres & sapiētiales epistolas, & p hæc in sciētia sua iustificauit q̄plures, q̄℞ vitia increpauit, q̄℞ corda ad virtutū traxit amorē, & maxīe p saluberrimā, moralissimā ac probatissimā suā sciētiā quā in regula sua expressit ac docuit, multos omino iustificauit, q̄s ad vitā pduxit religiosam, vel roborauit ac pfecit in ea ¶ Porrò, nō solū p suā sciētiā multos iustificauit, sed etiā p virtuosissima sanctissimæ vitę exēpla, p suā laudabilissimā famā, p orōnū sua℞ suffragia, & p̄sertim p ea q̄ scripsit de patrib⁹ sanctis in primo Vitaspatrū libro ac alibi. Vn̄ ait in regula, dū p hæremo℞ antra visitarē sex annis sanctos patres ibi degētes, tanq̄ angelos in cęlis cōsistētes, assiduo labore itineris, arduis'q̧ viuēdi incōmodis, atq; innumeris calamitatibus, de q̄℞ vita, moribus'q̧ mirificis q̄ luculēter cōspexi, libellū compegi, q vobis sit velut lucerna sup cādelabrū ad informationē religionis & vitæ. Huius igit̃ gloriosi, studiosissimi'q̧ Hieronymi inflāmemur exēplis, ad laborandū indefinēter pro incremētis virtutū quotidianis, ad certādū bonū certamē fidei cōtra inuisibiles hostes, cōtra oīm vitio℞ & passionū cōcupiscētiarum acies, cōtra proprij sensus imāsiones, cōtra propriæ volūtatis tortuositates, vt saluberrimā nobisipsis violētiā inferamus, donec fracti, reformati & exercitati in oībus, cū omi prōptitudine semitā obediētiæ, itinera disciplinę vias vitæ pambulemus, atq; in viscera charitatis, bonitatis ac pietatis affectū, in zelū iustitiæ trāsformemur, vt iā nō aliud valeamus appetere, nisi iustitiā, nisi dei honorē, nisi vniuerso℞ salutē, nisi incessabilē in omi gr̄a ac virtute profectū. ¶ Postremo diligētissime cōsideremus gloriosissimi ac sapiētissimi patris nr̄i Hieronymi studia ac labores, imò & diuturnū ī seculo isto martyriū. Nēpe cū recessisset à Roma, & p tps habitasset cū sc̄tō Gregorio Nazāzeno, ingressus ē hęremū, & horribilia solitudinis loca p sex aut septē annos circuiens, q̄tū ī hoc laborauit, sudauit, sustinuit ptim iā tactū ē, & ip̄e circa finē libri primi Vitaspat℞ diffusi⁹ recitat. Insup p q̄tuor annos solitariā ac hęremiticā vitā duxit ī tāto rigore, vt hūanas trāscēderet vires, sicut pro pte iā tactū fuit. Et q̄ acerrime ibi tētatus sit, q̄ laboriosissime q̄q; restiterit pādit dicēdo: In horrida solitudine illa erāt mihi q̄tidie gemitus, q̄tidie lachrymæ, cū scorpionū ac fera℞ tātūmodo socius eēm, sæpe p imaginationē aut apparitionē choris intererā C puella℞, ac Romanis solatijs, atq; ī frigido corpe sola libidinū incēdia pullulabāt, cōtinue flebā, repugnātē'q̧ carnē hebdomada℞ inedia subigebā. Post hæc ad Bethleem rediēs reliquū vitæ suę tps in trāslatiōibus & expositiōibus scriptura℞, in informatiōibus hoīm, in dispositione & ordinatione ecclesiastico℞ officio℞, in cōpilatione epl'a℞, ac diuerso℞ tractatuū, in disciplinis acerrimis, in ieiunijs, abstinētijs'q̧ strictissimis, in vigilijs supra modū, ī assiduis lectionibus sacris, in psecutiōibus multis ac magnis fructuosissime sibi ac toti eccl'iæ expēdit, per annos, vt legit̃, quinquaginta & quinq;. Nā & cētenarius fuit qn̄ regulā suam conscripsit, prout ipsemet in regula protestat̃: Eius ergo accēsi exēplis, viuamus in cœnobio, vere claustraliter, in religione, vere religiose, in ordine, veraciter ordinate

1. Cor. 12.

Daniel. 2.

Iob. 28

Hieronym.

¶ Sermo tertius: De seruāda in monasterijs cōcordia, de obediētia, & ex dictis Hieronymi eruditiones piæ religiosis accōmode.

QVicunq; hāc regulā sequutus fuerit, pax sup illū. Ad Galat. 6. Inter oēs sc̄tō℞ regulas patrū, videtur beatiss. Hieronymi regula potissimū doctrinalis; moralis, & valde sentētiosa ac pulchra. Ipsa itaq; in principio regulæ suę docet à duobus charitatis p̄ceptis īchoādā eē monasticā vitā, & de charitate affirmat: Hęc sola reddit hoīem deo viuētē, hęc religiosos, hęc monachos facit; sine charitate monasteria sunt tartara, & habitātes in eis sunt dæmones. Cū hac vero sunt paradisus in terris; & in eis degētes sunt angeli. Ideo quàmuis longa macerēt ieiunia, & quicqd aliud peragat̃, si intus desit charitas, nōdū ad infimū religiōis gradū puētū est. Ome ens, secūdū philosophos, tm̄ h; bonitatis, q̄tū vnitatis. Propterea corpal'r adunatis in cœnobio, fit cor vnū & anima vna, queādmodum in principio primitiuæ ecclesiæ, multitudinis credentium fuit cor vnū & anima vna. Nulla

vita pro certo deterior, quàm simul degere corpore & non mente. Et vere infelices sunt, quibus nõ inest vna, sed diuersa volũtas. Sit itaq; vobis semp vnus affectus, vna fraternitas, vna voluntas, vna proportio morũ, vna iucunditas, vna tristitia; ne vni displiceat quod alteri placet; & ne quo alter gaudet, alter tristet. Sicq; habere poteritis religionis propositũ, si vnanimes in domo dñi habitetis. Ecce istud ẽ primũ ac saluberrimũ gloriosi Hieronymi docu-

Psal. 67 tũ. Quo cõstat, q̃ vehemẽtissime sit religiosis vitãda om̃is dissensio, o͞is contẽtio, & vniuersa discordia; & quomodo om̃ia exteriora exercitia sua ordinare debẽt ad interiorẽ profectum, præsertim ad charitatis augmentum. Quicquid itaq; simul agimus in diuinis seu exterioribus; puta cantãdo, psallẽdo, legendo aut laborãdo, totum charitatiue atq; concorditer peragamus; nec quisquàm sit sui capitis aut præceps, vel passionatus. Nullus sit animosus, aut singularis, nullus sua importunitate aut vehemẽtia seu inordinatione alios turbet, aut deuotionem impediat fratrũ suorum; quin potius vnusquisq; quantum salua charitate atq; iustitia fieri potest, alijs cedat humiliter, & paci prouideat proximorum, solicitus ne quẽpiã scãdalizet siue

1. Cor. 13 cõtristet. Nec gaudeat dũ totũ, secũdũ suũ potest facere caput. Charitas nãq; nõ quærit quæ sua sunt; sed quæ aliorum. Et propter vitãdũ scãdalũ pusillorum est amittẽdũ, quicq̃d triplici veritate salua potest omitti, videlicet veritate vitæ, veritate doctrinæ, veritate iustitiæ. Hinc

Philip. 2 hortatur apostolus: Nihil agatis per cõtẽtionẽ, neq; per inanẽ gloriã, sed p humilitatẽ superiores sibi inuicẽ arbitramini; nõ quę sua sunt singuli cõsiderãtes; sed quæ aliorum. ¶ Insup, quia in religiosis obediẽtia præcipue cõmẽdatur, quæ & inter tria vota religiosorum præminet. Hic sanctissimus pater Hieronymus ad obediẽtiã frequẽter ac diligẽter nos admonet. Ne producatur (inquiẽs) in mediũ prælati prauitas; quę plerũq; subditis præstat causam magnæ ruinæ. E

1. Petri. 2. Princeps apostolorum Petrus iubet obedire, nõ solũ dominis bonis atq; modestis; sed etiã discolis. Et ne forte graue videatur voluntati hũanæ, ita se abnegare, & obediẽtiæ tollere crucẽ; proponit præmiũ q̃ om̃is labor etiã grauis, dulcescit, dicẽdo: Hæc est gratia. O felix & abũdãs gratia in obediẽtia, summa virtutũ causa. Nã simplici gressu hominẽ ducit ad Chr̃m. Et mẽs nõ solũ excusat à rõne reddẽda de subditis; sed nec obligat reddere de seipsa. O summa libertas, q̃ obtẽta vix possit hõ peccare. Hic denuo ait: Hortor, moneo & exoro, subijcite vos in om̃i obediẽtia & timore, & reuerẽtia p̃sidẽti; vt iã om̃ino nihil velle, aut nolle aliter liceat q̃ mãdauerit p̃sidẽs faciẽda. Nihil graue, nihil videat importabile, si iussum nõ cõcordat propriæ volũtati. Vere obediẽs, & q pro Chr̃o caret om̃i volũtatis arbitrio; nihil nouit difficile nihil iniustũ. Memẽtote qm̃ in religionis ingressu oẽm volendi ac nolẽdi libertatẽ dimisistis pro Chr̃o; nisi q̃ ipse p suos vicarios ordinaret de vobis. Obeditis firmissime Chr̃o, dũ eius vicario obeditis. Nõdũ viuit deo; nõdũ religionis ac Chr̃i semitas attigit, q nõ efficit tã simplex & purus, vt qcq̃d sibi fuerit mãdatũ à p̃sidẽte, angelico putet ore trãsmissum. Ecce q̃ seriose ac sapiẽtissime docet nos doctor iste sanctissimus obedire, etiã integro, prono ac p̃cordiali affectu. Qm̃ ipsam nostrã volũtatẽ p obediẽtiæ votũ solẽne obtulimus; ideo periculosum est discernere, periculosius obniti seu excusare, periculosissimum cõtradicere, nõ curare

1. Regũ. 15 seu repugnare, imò Samuele testãte, q̃si pc̃m̃ ariolãdi, est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. ¶ Præterea de cautela in loquẽdo seruãda hortatur, dicẽdo: Inter vos nunq̃ disputet de vita alterius. Maneat diuino examini om̄e iudiciũ. Pc̃tã vr̃a cognoscite, delicta vr̃a plorate, omniũ vita, sanctitatis exẽplũ vobis appareat, vos existimate vniuersis peiores; sic mẽti vestræ inhæreat puritas, vt indecẽs sit cogitare, nefasq; credere aliquẽ præter vosipsas posse peccare. Si quẽ alicui audieritis detrahẽtẽ, procul fugiẽtes dimittite eũ q̃si serpẽtẽ, vt verecũdia victus, discat de aliorum factis simile. His verbis satis notãtur & increpãtur irreligiosi, & insipiẽtes religiosi, q ad temeraria iudicia, obloquutiõisve verba atq; ad discutiendũ aliorum facta siue negotia vitiose ac dãnabiliter sunt procliues. Itẽ, q alios obseruare nõ verecũdãtur, & curiositati deseruiẽtes, negligũt semetipsos, q in oculis proximorum cernũt festucã, in suis, nec trabẽ, ideo miseri, sibijpsis placẽtes, audaces & intimorati ac ficti sunt ad q̃relas, murmuratiões, indignatiõesq; proni. Qui vtinã proprias calamitates, defectuositates, cõtẽptibiliattes ac vilitates aspicerẽt. Hinc S. pr̃ Hieronymus ad cõsideratiõnẽ districtiõis

Sopho. 1. diuini & extremi iudicij nos cohortãs, inq̃t: Nunq̃ murmur, nunq̃ illicita verba nunq̃ litiũ so-

Luc. 19. nitus inter mortuos seculi sonẽt, sepulta cadauera nunq̃ inter se iurgia peragũt i sepulchris, sic & vos sopiti somno q̃etis & pacis expectãtes spõsum ac iudicẽ vr̃m, expectate magnũ & ter-

Psal. 49 ribilẽ iudicij diẽ, diẽ calamitatis & miseriæ, vbi cęlũ simul cũ terra pauebit, cœlorũq; oẽs mouebũtur virtutes. Tremẽtes erũt angeli simul cũ sanctis. Tũc singulorum vitæ discutiẽtur, discrimina & merita apparebũt. Semp tuba illa terribilis in vr̃is p̃strepet auribus, surgite mortui, venite ad iudiciũ. Ecce rex in manu potẽti venit. A cũctis vult exigere rõnem. Certe de minimis cogitatiõibus, certe de leuib⁹, otiosisq; verbis, si reddere de singulis rõnẽ parati non eritis, proijciemini i carcerẽ infernalẽ. Amplius, de lecti q̃litate S. ait Hieroñ. Volo vos singulis noctib⁹ breui & duro stratu iacere i cellulis vr̃is, nõ i mollib⁹ plumis, s; aut i paleis vel straminib⁹, siue i ligneis potius capsis, q̃ lectulis, vt & mẽbra domita stratũ poti⁹ horreãt q̃ affectent.

A ctent. Ad imminẽtis somni quietẽ magis impellat necessitas, q̃ voluptas. Sic ob duritiẽ istam leuis & breuis occupet sopor, quòd nõ sit fas solitis illusionibus noctiũ mentẽ sopitã torqueri. ¶ Porrò, quia ad contẽplationis synceritatẽ ordinanda sunt ista, idcirco ad illã exhortãs: Religiosi (inquit) intus manẽtes, nihil sentiant, nisi piũ dñm Iesum, hũc solũ possideãt paradisum vbi dulci & iucunda quiete ineffabilẽ trinitatẽ intueantur, choris intersint angelicis, dulcibus eorꝝ melodijs misceanť, concinẽdo in ecclesia diuina mysteria, informet mentẽ sanctorꝝ patriarcharꝝ & patrũ antiquorꝝ memoria, prophetarꝝ oracula dulci meditatione cor accẽdant ad diuina promissa, apostolica documẽta, cũcta fidei detegant sacramenta, Euangeliorꝝ codex semp vt speculũ teneatur in manibus, Martyres sancti cũcta mũdi aduersa, & tẽpestates huius maris procellosi, cũ vniuersis diabolicis versutijs, & infestatiõibus dæmonũ doceãt cõculcare. Si sic feceritis, nihil vobis dulcius erit, q̃ his interesse cõuiuijs, his pabulis satiari. Quibus semel degustatis, terrena oĩa amara cernẽtur, & tũc dñs talia vobis ostẽdet, qualia non nisi assuetiæ mẽtes nouerũt. Scio qd loq̃r. Nã vt q̃si insipiẽs loquar, ego homunculus sic abiectus sic vilis in domo dñi, adhuc viuens in corpe angelorꝝ choris sæpe interfui, de corporeis nihil sentiẽs p hebdomadas, & diuinæ visionis intuitu post multorꝝ forte dierꝝ spacia præscius futurorꝝ corpori redditus fiebã. Quid ibi manẽs felicitatis habebã, qd inenarrabilis delectationis sentiebã, testis est trinitas ipsa quã cernebã, nescio q̃ intuitu, testes sunt & ipsi beati spũs q aderãt, testis est & cõsciẽtia mea, q tãtis bonis fruebar, q̃t & q̃lia nescit pferre mollities corpis nr̃i. Ecce ex verbis his innotescit qualis & quãtus fuerat beatissimus iste Hieronymus, qui ad tã altissimã, ad tã cęliformẽ ac diuturnã deuenit in p̃senti vita cõtẽplationẽ, ꝙ p hebdomadas de corporeis nihil sensit. ¶ Postremo, qa religiosorꝝ profectus ex diligẽti regimine superiorꝝ suorꝝ magna ex pte depẽdet, sanctus hic doctor etiã vnũquẽqꝫ p̃latũ eorꝝ hortať: Attẽde (inquiẽs) diligẽter q̃ grauis tibi imponiť sarcina, q de subditorꝝ aĩabus, corpibus, verbis & moribus apud diuinũ obligaris examẽ. Caue ne de te etiã leuis suspitio possit oriri in malo, ne tibi cõmissos dispergas. De hoc alia multa scribit, p̃sertim ne ex officij dignitate superbiat, sed timoratior, laboriosior & exẽplarior fiat. Tam sanctissimi ergo patris nostri doctrinã & conuersationẽ sequamur, cuius regulã qui fuerit cõsecutus, sup eũ erit pax dei, qa in p̃senti pacem pectoris obtinebit, atqꝫ in patria pace æternitatis fruetur. Ad laudẽ, &c.

(B in margin beside "quiẽs) diligẽter")

¶ Sermo de laudibus & excellẽtijs beati Remigij.

VOcatum est nomẽ eius ab angelo priusq̃ in vtero cõciperet. Luc. 2. Hęc verba ad literã de Christo sunt scripta, q̃ spũaliter de beatissimo p̃sule sancto Remigio cõgrue exponũtur. Hic quippe electus dei multis à deo gratijs ẽ ornatus. Prima excellẽtia eius est p̃nũtiatio suæ natiuitatis, & impositio nominis eius à deo. Cũ etem̃ Francia à Vvandalis grauiter eẽt vastata, angelus dei apparuit cuidã recluso viro sancto q visum amiserat, & pro pace Gallicanæ eccl'iæ exorauit assidue dicẽs: Scito, ꝙ mulier illa Cilinia nomine, filium nomine Remigiũ pariet q Frãcorum plebẽ ab aduersarijs liberabit. Quod dũ solitarius ille retulisset Ciliniæ, & illa nõ crederet, quoniam vetula erat, adiecit. Scias, ꝙ cum ablactaueris puerꝝ, oculos meos lacte tuo punges, & visum recipiam. Cũqꝫ hæc om̃ia essent impleta Remigius adhuc puer in gratia, virtute & sapientia quotidie crescens mundum fugit, reclusoriũq́ꝫ intrauit. In quo solus soli deo

C deuotissime vacans, vitã duxit sublimiter cõtemplatiuã. Secũda excellẽtia eius est fructuosissima præsidentia eius in episcopali officio. Cum etem̃ fama eius vndiqꝫ augeretur in Remensem archiepiscopum à populo concorditer est electus. Et factus episcopus quantum creuit ætate & dignitate, tantum & sanctitate atqꝫ episcopalis officij fructuositate. Nã gentẽ Francorum, non solũ à visibilibus, sed ab inuisibilibus quoqꝫ hostibus liberauit, regem'qꝫ Franciæ nomine Clodoneũ gentilem cũ populo copioso ad Christi fidẽ conuertit, vel potius in fide instruxit ac baptizauit. Siquidem rex præfatus Christianissimam habuit cõiugem, quæ eum ad fidem conuertere nitebatur, sed nequiuit. Tandem maximo aduersariorꝝ exercitu, contra Clidoneum veniẽte, ipse promisit deo suæ vxoris, ꝙ si eius virtute obtineret victoriã ipsius susciperet fidẽ. Cũ'qꝫ ad libitũ præualuisset, accessit sanctũ Remigiũ, atqꝫ ab eo fidei instructionẽ ac baptismũ suscepit. Itaqꝫ sanctus Remigius verbo prædicationis exẽplo sanctæ cõuersationis, assiduo orationũ feruore, & om̃i modo sibi possibili plebem rexit sibi cõmissam, imò & alios plurimos traxit ad viã salutis, & instar splẽdidissimæ stellæ in medio fulsit ecclesiæ. Fuit quoqꝫ doctor egregius, & sanctitate, doctrina ac fama Christianũ vndiqꝫ populum ædificauit. Tertia excellẽtia eius est virtus miraculorꝝ q̃ deus egit p eũ. Cũ em̃ Clodoneum regem esset baptizaturus, & stans iuxta fontem sacrũ chrisma non haberet, ecce columba desuper veniens ampullam chrismatæ plenã portauit in rostro, de quo regẽ sanctus vnxit Remigius. Quæ ampulla nunc vsqꝫ in Remensi seruatur ecclesia, atqꝫ ex ea vsque in p̃sens reges vnguntur Francorum. ¶ Insuper tantæ innocentiæ fuit ac mititatis, quòd passeres de eius manu & mensa, tempore refectionis aduenientes, acceperunt ciborum reliquias. Quodam etiam tempore à quadã inuitatus matrona, vino deficiente in dolio, crucẽ sup dolum faciens

dñm

dominum inuocauit, moxq́ꝫ vinum superfluens & emanans per medium fluxit loci quo iacuit. D
Legitur quoqꝫ ꝙ Clodoneus rex post suum baptismũ volens Remensem ditare ecclesiã, dixit beato Remigio: Tantum tibi do de terra, & contentis in ea, q̃tũ circuieris me post meridiẽ dormiente. Cumq́ꝫ infra spacium quod sanctus circuiuit Remigius contineretur & molendinum, Molendinarius sanctum Remigium repulit indignãter. Cui Remigius: amice, non sit tibi molestum, vt habeamus hoc molendinum. Non acquiescente molendinario, cœpit rota molendini retrorsum conuerti. Clamauit ergo molendinarius post beatum Remigium: Serue dei, veni & habeamus pariter molendinum. Respondit sanctus Remigius: Nec mihi, nec tibi. Quo dicto, aperiens terra os suum, absorbuit molendinum. Hoc autẽ sanctissimus præsul Remigius protulit, non ex impatientia aut affectu vindictæ, sed ex instinctu dei occulto & zelo iustitiæ. Simili modo dum tempore quodã S. Remigius deo reuelãte famem cognouisset futurã, & bladorum cumulos congregasset in quadã villa, quidã rustici inebriati ignem supposuerũt. Quo cognito, S. dixit Remigius: Semper focus est bonus. Veruntamen posteri eoꝝ qui hoc fecerunt, mares rupti in genitalibus erunt, fœminæ gutturosæ consistẽt. Quod sic in illa contigit villa, quousqꝫ ꝑ Carolũ regem fuerunt dispersi. ¶ Deinceps alia multa pręconia de sancto possent referri Remigio, vt ꝙ virgo fuit, in innocẽtia mãsit, solitarius extitit. Tãti igitur sancti sequamur vestigia, imitemur virtutes, sectemur constantiã. ¶ Postremo, Genebaldus vir prouidus neptem S. Remigij duxit vxorẽ. Postmodũ causa religionis, vir ille & vxor ipsius se mutuo absoluerunt, & Genebaldum fecit Remigius Laudunẽsem epm. Cumq́ꝫ vxor eius quasi informatiõis causa sæpe veniret ad eum, tãdem peccauit cum ea. Quæ concepisse se cernens nuntiauit hoc præsuli, qui remandauit vxori: Quoniam de latrocinio acquisitus est puer, volo vt latro vocet. E
Post hæc concepit à viro suo epo, & peperit filiã, quã epus iussit vocari vulpeculam. Tunc Genebaldus lapsum suum cõsiderãs, acccessit S. Remigium, & oĩa ei narrauit. Quem pie consolãs, Remigius reclusit in cellula per septem annos, vt pœnĩam ageret. Euolutis tot annis apparuit angelus Genebaldo, dicens peccatum suum esse dimissum, & iubens ei exire de cellula. Qui respondit: Nõ possum, qm̃ dñs meus Remigius ostium clausit, & suo illud muniuit sigillo. Cui angelus: Vt scias cœlum tibi esse apertum ostium istud saluo sigillo nunc aperietur. Quo facto, Genebaldus proiecit se in medium ostij in modum crucis, dixitq́ꝫ: Etiã si dñs meus Iesus Chr̃us aduenerit, non tamen egrediar, nisi dñs meus Remigius q me clausit hoc iubeat. Tunc angelo pręcipiẽte S. Remigius venit, & Genebaldum educẽs, officio eum restituit pristino. Perseuerauitq́ꝫ Genebaldus epus in sanctis operibus, & latro filius eius ei in episcopatu successit, q etiam sanctus fuit. Ad laudem & gl̃iam dei.

¶ Sermo de excellentijs beati Francisci, de mortificatione priuati amoris, & de innocentia eius columbina.

EGo stigmata dñi nostri Iesu Chr̃i, in corpore meo porto. Ad Gal. 6. Hæc verba S. Paulus Apl̃us in propria dixit persona ad literam, quę excellẽtissimo confessori beatissimo patri Francisco valde sublimiter competũt, qm̃ quinqꝫ vulnerum Chr̃i impressuras seu stigmata quę erãt real̃r vera vulnera in suo corpore accepit ac tulit. Hunc præ electum Chr̃i ministrũ ac imitatorẽ perfectum deus fons pietatis tot gratijs pręornauit vt sufficiẽter admirari non valeamus, nec eius pręconia digne effari. Nihilominus in dei misericordia confitendo, tẽtabo vl̃ modicũ q̃d de tam pręclarissimo sctõ ad oĩpotentis atqꝫ pijssimi dei laudẽ gl̃iamq́ꝫ ꝓferre. Prima S. huius Frãcisci excellẽtia est, admirabil̃ & gratiosissima eius cõuersio. Nã iste Frãciscus in ciuitate Assisio natus & mercator pãnos. s. vendẽs, dies suos, pene vsqꝫ ad annũ vicesimũ in vanitatibus ꝑdidit. Erat eq̃dem valde vagus, vanus, lasciuus, sumptuosus, & cum coætaneis socijs suis iuit die noctuq́ꝫ, per ciuitatis suæ plateas cãtando, & vanitatis suæ signa monstrãdo. Interdum etiã portauit vestem superiorẽ pro media parte ex subtili & optimo pãno, & pro media parte ex grosso viliq́ꝫ pãno. Quod fecit, nõ ex sua inopia, sed vanitate & petulãtia. Sed & frequẽter dũ sedit ad mensaꝫ cũ suis parẽtibus auditis signis socioꝝ suoꝝ ꝑ forib⁹, statim surrexit, & iuit ad eos, q̃uis vix ꝑ media pte finiuisset refectionẽ. Socij q̃qꝫ sui fecerunt sępe eũ q̃si ꝓpositũ suũ, & tũc ꝑtiosissima ac lautissima fecit ꝑparari cõuiuia, Quibus finitis, iuerũt cãtãdo ꝑ vrbẽ, & Frãciscũ fecerũt q̃si domicellũ suũ, ita ꝙ vna eoꝝ pars eũ ꝓcessit, alia seq̃bat. Ipse vero fustẽ q̃si ꝓ sceptro portauit in manu. Veruntñ reuerẽtiã q̃ndã & bonã inclinationẽ habebat ad deũ & postulãtibus ab eo aliq̃d sibi tribui ꝓpter deũ, nunq̃ negauit, aut certe rarissime. Fuit & probus, cõtentiões & lites vitãdo. Verum vt tactum est, tam vagus fuit, quòd parentes sui, quibus singulariter charus fuit, sæpe de hoc contristabantur. ¶ Præterea, cum tempus miserendi eius propinquasset, cœpit eum pater misericordiarum & deus totius consolationis varijs sibi modis allicere, & mentem ipsius multipliciter visitare. Aliquando per aduersa, interdum per visiones, & somnia, interdum quoque per spiritum prophetiæ. Nam semel cum alijs captus & incarceratus, alijs valde dolentibus, ipse mirabiliter exultauit. Interrogatus à socijs cur gauderet. Respondit: Bene possum lætari, quia adhuc per totum mundum venerabor, vt sanctus. Sępe vero deus ꝑ cõsolatiões inte rnas

internas & suauitates spirituales cor eius benignissime atq; dulcissime visitare, alterare, & sibi
A attrahere dignabatur. Sicq; ad Christũ cõuersus est, imò quadã nocte post cœnã cũ socijs su is lautissime consummatã iret in eorũ medio tanq̃ domicellus, venit sibi dulcissima consolatio talis à deo, & ita cœpit carnalia totalia totaliter aspernari. Quia vt sanctus dicit Gregorius, gustato spiritu, desipit om̃is caro. Secũda excellẽtia eius est rigorosa & maxima pœnitentia quam peregit. Siquidẽ pctã sua tam vbertim & assiduę deplorauit, q̃ flendo lumẽ pœnę perdidit oculorũ, & vltra humanas vires, vigilijs, abstinẽtijs, ieiunijs & varijs corporis castigatio nibus insudauit. Tertia excellẽtia eius est, laboriosa & gloriosa victoria, qua, deo auxiliante, vicit seipsum, hoc est, mortificatio suipsius viuifica & pfecta. Per biennium em̃ à sua cõuersione vel circiter anteq̃ primos suos sanctissimos socios cõuertit & cõgregauit, & anteq̃ regu lam ædidit, fregit seipm mirabiliter valde, qa in propria ciuitate iuit q̃tidie mẽdicãdo in veste pauperrima, & qcqd sibi dabaẽ, accepit in vna scutella, & talẽ cõmixtionẽ ciborũ, naturę suæ vltra modũ cõtrariã, mãducauit. O qualis violẽtia naturæ hoc fuit q̃ sublimiter carnẽ suã Galat. 5. cũ cõcupiscẽtijs crucifixit? Deniq;, quadã die festiua trãsiẽs mẽdicãdo, cũ venisset circa domum in qua fuit chorea, paululũ erubescẽs de sua mẽdicitate diuertit ab ea, sed protinus deo inspirãte rediẽs ad seipm, increpauit se valde, & vim inferẽs sibi intrauit domũ, in q̃ fuit chorea, & corã chorizantibus genua flectẽs, manibus simul iunctis dixit: Orate pro me, qa adhuc valde supbus sum. Quarta excellẽtia eius est, admirabilis innocẽtia, purissima vita, & pclarissima sanctitas eius. Etem̃ p prædicta puenit ad suipsius totalẽ mortificationẽ viuificã, ad plenissimã priuati amoris extirpationẽ, ad paradisiformẽ innocẽtiã, ad syncerissimã ac feruidis-
B simã dei dilectionẽ. Sunt etem̃ duo amores, q̃rũ vnus .s. amor dei, ẽ oĩs boni origo, alius .s. amor sui, hoc ẽ priuatus, improbus, & ad se reflexus, est radix oĩs peccati. Itaq; amor dei .i. charitas infusa, qua deũ propter se, proximũq; in deo & propter deũ diligimus, ẽ oĩm origo virtutũ, & oĩm fons bonorũ, sine q̃ nihil est meritoriũ, nihil deo acceptũ, qm̃ ipsa est forma virtutum, vita aĩæ, apex & finis oĩm diuinorũ charismatũ, ex qua imperatiue aut elicitiue oportet procedere oẽm virtuosum ac meritoriũ actũ. At vero amor sui est, q̃ rõnalis creatura diligit se in se non in deo & vltimo fine, sed ea sibi vult & cupit q̃ propriæ volũtati aut inclinationi seu naturæ aut assuefactiõi placẽt, aut delectabilia vel appetibilia extant. Hic amor oĩm est origo, causa, & incitamẽtũ culparũ, qa ex hoc maledicto, puersissimoq; amore oritur affectus inordinatus propriæ excellẽtiæ & honoris, i. supbia, desideriũ voluptatũ, gustus & tact9 puta gula & luxuria, appetitus diuitiarũ, hoc est auaritia. Itẽ iocari, ludere & ridere, & breuiter vitia vniuersa. Cur em̃ iniuriãtibus indignamur siue irascimur, nisi qa diligimus nos ĩ nobis? Sanctus ergo Franciscus puenit ad ardẽtissimũ, syncerissimũq; dei amorẽ, atq; plenariã priuati amoris eradicationẽ, ideo deũ sup oĩa incõparabiliter pamauit, & seipm amauit pure in deo. Ideo quicqd placuit deo, qcqd aĩæ suæ fuit salubre aut vtile ad cõplacẽdũ deo, ad pficiendũ in gratia, ad approximãdũ & cõcrescẽdũ ad gloriã sempiternã, hoc summe desiderauit, in hoc potissimũ delectabaẽ, puta in pauptate, in cõtẽptu, & vilipẽsione suipsius, in aduersitatibus, castigatiõibus, iniurijs, in obediẽtia ac cęteris exercitijs bonis, atq; in horũ cõtrarijs tristabaẽ. Nõ em̃ volebat laudari, honorari, deliciari, ditari, sed talia vehemẽtissime abhorrebat ac fugiebat. Vñ dũ q̃dã vice tpe hyemali ambularet cũ vno de fratribus suis primis, interrogaretq; eũ in q̃ cõsisteret pfecta lætitia, ipsemet inter cętera dixit, q̃ pfecta lætitia nõ eẽt in
C magna sapiẽtia, nec in pdicatiõe pualida, nec in reputatiõe hũana. Cũq; frater ille sciscitareẽ ab ipso, in q̃ ergo cõsisteret, ipse beatus pr̃ Frãciscus respõdit: Ecce iam frigus magnũ est, & nos male vestiti sumus & esurimus. Si ergo de sero alicubi peteremus hospitiũ propter deũ, & paterfamilias diceret, qd q̃ritis, cur hinc inde discurritis, hinc abite, & nos diceremus ad eũ iam frigore, fame & nuditate affligimur, iube nos propter deũ suscipi, & ille durius respõderet, nos vero tertio rogaremus, & ille tũc diceret, illi pultrones & ribaldi sunt hoĩes absq; pudore, & informari nõ possunt verbis, ideo eos informabo verberibus, sicq; veniret cum fuste nodoso, & nos pedibus cõculcaret, vulneribusq; impleret, & vulneratos iactaret in niues, ecce frater in hoc eẽt pfecta lætitia. ¶Deniq;, ex hac beatissima priuati amoris euulsione, & mortificatione salubri perductus est ad profundissimam Christianæ simplicitatis innocentiam, quia in bonitatis, charitatis & pietatis viscera & affectũ trãsformatus ẽ totus oĩbus cupiẽs & faciẽs bonũ, nemini malũ. Sicq; ad cõformitatẽ status innocẽtiæ quẽ habuit primus homo in paradiso eminẽter puenit. Vnde oẽs creaturas fratres aut sorores vocauit, etiã in inanimata & elemẽta, atq; cœlestia corpa. Hinc etiã aues & cæterę bestiæ ei ad libitũ obediebãt. Nã interdũ in medio auiũ ambulauit, & vndiq; veste sua tetigit eas, nulla tñ recessit à loco. Interdũ quoq; cum socio suo se in medio auium cantantium collocauit, horasq; legit, nec aliqua abijt auis. Itẽ cũ quidã ferocissimus lupus cuidã ciuitati & cũctis p viã euntibus eẽt terribilis & molestus, beatissimus Franciscus cũ socio suo perrexit ad lupũ. Qui viso Francisco cœpit in eum horribilẽ impetum facere. Franciscus vero signum opposuit crucis, & mox quasi mitissimus agnus substitit lupus, quem Franciscus durissime increpauit, deinde dixit:

Frater

Frater lupe ego volo pacem facere inter vrbem istã & te dummodo mihi promittas vt de cæ- D
tero nullum lædas. Cum'q; lupus posuisset pedem suum in manu beati Francisci, duxit lupum in ciuitatē, & corā toto populo fecit lupū rursus promittere, ꝙ nullum læderet vnquàm. Franciscus quoq; promisit lupo necessaria vitæ. Et extunc lupus iuit quotidie ostiatim pro sustentaculo vitæ, cui & ciues satis dederūt. Et post aliqt annos mortuo lupo maiores vrbis fuerūt nō modicū tristati. ¶ Amplius S. Frãciscus purissimę extitit vitę, cūcta carnalia, terrena caduca piissimè abnegãs & contemnens. Vnde & paupertatem vocauit dominam suam, fuit'q; totus ardentissimè ac integerrimè in deū conuersus, trãsformatus, absorptus. Quinta excellētia eius est contemplationum suarū excessus. Sæpissime quippe rapiebat̃ in deū, & toto corpore eleuabat̃ in aere interdum spacio octo aut circiter pedum, interdum spacio vnius arboris, quandoq; vsq; ad altitudinē turriū sępissime tã alte ꝙ videri nō potuit. Sexta excellētia eius est, stigmatū Chr̄i portatio, seu qnq; vulnerū eius ĩpressio. Cū eñ in mōte cuiusdã heremi or̄oni & cōtēplationi deuotissimæ esset insistēs, apparuit ei Chr̄us in forma Seraph alati ac vulnerati, & tunc accepit ab eo quinq; vulnera quę veraciter vulnera erãt, & frequēter dolorē vehementē sensit in eis. Sic innocētissima atq; sanctissima virgo beata Elisabeth de Spalbet quinq; vulnera accepit ac tulit in corpore suo. Septima excellētia eius est maximus fructus quē fecit in ecclesia dei. Nã ip̄o viuēte multa milia intrauerūt ordinē suū, quę deuotissime cōuersabant̃. Per seip̄m quoq; & socios suos ac fr̄es, cōuertit vndiq; innumerabiles hoĩes, etiã multos sceleratissimos pctōres, prædicãdo, orãdo, hortãdo, miracula peragēdo, virtuose & exemplarissime conuersando. ¶ Insup ardore charitatis & fidei intrauit cū socijs suis terrã Sarracenorū, & ibi inter cæteros cōuertit Soldanū. Obtulit quoq; se ibi ad pęnã ignis, ꝑ fidei Chr̄ianę defensiōe cōtra pfidiã ipsissimi Machometi. Octaua excellētia eius est, virtus & magnificētia miraculorū suorū de qbus modicum tactum est, & in libro de actibus mirabilibus S. Frãcisci multa legunt̃, silr̄ in sua legenda E
Sed & post felicissimū obitū suum inter reliqua, multa & magna prodigia, suscitauit mortuos multos. Hæc paucissima de multis & ineffabilibus præconijs eius sint dicta ad gl̄iam oĩpotētis. Et vt tãti pr̄is sequamur vestigia contemnendo terrena, tentationibus & vitijs fortissime resistendo, virtutibus insistendo.

¶ In festo S. Dionysij & sociorum eius.

¶ Enarratio Ep̄læ: Sãcti per fidem vicerunt regna. Iudicū. 11

EPistola ista cōueniēter in festis plurimorū legit̃ martyrū, quia in ea docet Ap̄lus, ꝗ mirabilia sancti ꝑ fidē sint opati, & ꝗ dura sint ꝑ fide ppessi. Loquit̃ aūt Apostolus ad literã de sanctis veteris testamēti. Vnde verbis huius Ep̄læ præmisit. Deficiet me tp̄s enarrãtē de Gedeon, Barac, Sampson, Hiephthae, Dauid, Samuel, & alijs ꝓphetis, q ꝑ fidē vicerūt regna & loco illorū ecclesia posuit. Sc̄ti &c. Itaq;
Iudic. 7. 11 ad Hebræos dicit: ⌊ Sancti per fidē vincerunt regna. ⌋ Nam præfati iudices ac
Iudicū. 15 prophetæ Israeliticarū credendo in deū præualuerūt cōtra regna Gētiliū. s. Madianitarū, Amo-
Iudicū. 4 nitarū, Philistinorū, atq; Syrorū, sicut in libris Iudicū ac Regū plenius recitat̃. Sed & sancti principes noui testamēti Theodosius Imperator, Carolus rex, Gotfridus de Bolonia. ac alij multi F
virtute fidei Christianæ regna infidelium superauerunt. ¶ Porro, Martyres sancti regna vicerunt incredulorū aut malignorū, non illis materiali gladio resistendo, sed illorum persequutiones patiētissime tolerãdo, & illorum errores ac vitia detegēdo ac rationabilr̄ reprobãdo. »
Abacuc. 2 ⌊ Operati sunt iustitiam ⌋. i. opera iusta. Nam iustus ex fide viuit, & fides est fundamentum ac directrix in omni opere virtuoso, ac oculus mentis docens ad quē sint finem omnia opera bo-
Iudicū. 15 na referenda, ⌊ adepti sunt repromissiones ⌋ hoc est, bona eis à deo promissa. s. dona gratiæ »
1. Regū. 17 in præsenti, & dona gloriæ in regno cœlesti. ⌊ Obturauerunt ora leonum. ⌋ Hoc corporaliter »
Daniel. 6 fecerunt Sampson, & Dauid, qui occiderunt leones. Quod & Christiani quidã fecisse leguntur vt Gotfridus de Bolonia. Merito quoq; Danielis prophetę misit deus angelum suum, & conclusit ora leonum ne læderent eum. Quod in multis noui testamenti martyribus, factum non dubitatur, qui nudi leonibus ac cæteris feris proiecti manserunt intacti. ⌊ Extinxerunt im- »
Daniel. 3. petum ignis, ⌋ Hoc est, igne læsi non sunt, vt tres pueri in camino. Aaron quoq; thurificam- »
Num. 11. 17 do & orando, ignē quo praui incendebant̃ Iudæi, extinxit, vt in Numeris legit̃. Et istud de multis vtriusq; sexus martyribus gloriosis in nouo testamento copiosissime atq; verissime scriptum »
est, quorum multi per dies & noctes in ardentissimis manserunt illæsi, fornacibus, ⌊ Effugaue- »
runt aciem gladij ⌋ hoc est, exercitum aduersariorum gladijs suis præcinctum verterunt in fugam. Quod in libris Iudicum, ac Paralipomenon legitur sæpius factum, & multo frequentius
Iob. 42 in nouo contigit testamento, ⌊ conualuerunt de infirmitate, ⌋ hoc est, miraculose curati sunt, »
4. Reg. 20 vt Iob & Ezechias. Quod in nouo testamento innumerabilibus vicibus accidit, imo quædam
Esaiæ. 38 sacratissimæ virgines, atrocissimæ flagellatę, aut vberum suorum abscisione punitæ valde miraculose fuerunt curatæ, vt beatissimæ, Catharina, Agatha, Barbara. Fortes facti sunt in bello »
corporali contra visibiles hostes, atq; in bello interiori contra inuisibiles hostes, ⌊ Castra ver- »
terunt exterorum ⌋ hoc est, extraneorum seu alienigenarum fortalicia euerterūt, ac destruxe- »
runt,

A runt, ⌊acceperũt mulieres de resurrectione⌋.i.per resurrectionẽ à morte, ⌊mortuos suos⌋.i. 3.Reg.17.
filios suos defunctos, vel(vt quidã exponũt) suos maritos. Helias nãq; suscitauit filiũ viduæ Sy 4.Reg.4
doniæ, & Helisæus filiũ Sunamitis. Porrò in nouo testamẽto pene innumerabiles sancti susci-
« tauerũt defunctos. ⌊Alij distẽti sunt⌋.i. pro fide & iustitia in tormẽtis extẽti, nõ suscipiẽtes re
« demptionẽ⌋.i. à supplicijs erui nõ volẽtes, cũ possent tyrannis si voluissent pbere consensum,
« ⌊vt meliorẽ inuenirent resurrectionẽ⌋.i. beatã resuscitationẽ in die nouissimo cõsequerẽtur.
« Istud de innumerabilibus sanctis in nouo scriptũ est testamẽto, & de septẽ fratribus, alijsq; nõ
nullis in veteri. Et certũ est q martyres euangelicæ legis cõmuniter in eculeo distendebantur.
« ⌊Alij vero ludibria & verbera experti⌋.i. iniurias verborum, ictuumq; ppessi, ⌊insup & vincula
« & carceres,⌋ vt Hieremias, Michæas, Sampson & alij multi in lege Mosi, atq; innumerabilr Hiere.37
« plures in lege Christi, ⌊lapidati sunt,⌋ vt Hieremias in Aegypto, & Zacharias filius Ioiadæ 3.Reg.22
pontifex inter templũ & altare. In euãgelica quoq; lege Stephanus. Paulus quoq; apostolus: Se Judicũ.16 2.Par.24
« mel, inquit, lapidatus sum, ⌊secti sunt,⌋ vt Esaias propheta, ⌊tentati sunt⌋ per prospera & ad Acto.7
uersa ab hoĩbus atq; dæmonibus, imò & à deo q̃uis diuersimode. Vnde Sapiẽs ait: Deus tenta- 2 Corin.11
« uit iustos & inuenit illos dignos se. Vnde & sanctus Iob dixit: Probauit me quasi aurũ, quod p Sapiæ.3
« ignem transit, ⌊in occisione gladij mortui sunt⌋.i. gladio interfecti. Nã & Manasses rex im- Job.23
B pleuit Hierusalem sanguine innocentũ vsq; ad os, vt quarto Regum habetur. Et sacratissima 4.Reg.21. 2.Para.23
« legio Thebeorum pro Christo occisa est gladio. ⌊Circuierunt in melotis⌋.i. in vestibus factis
de pilis camelorum, qualis fuit vestis sanctissimi præcursoris. Vel melota est pellis hispida anima- Matth.3
« lis, quod melus vocatur, ⌊in pellibus caprinis,⌋ sicut Helias. ⌊Egentes⌋ victu & amictu, ⌊an- Marci.1.
« gustiati, afflicti⌋.i. mente & corpore tribulati, ⌊quibus dignus nõ erat mundus.⌋ Hoc duplici
ter intelligi potest. Primo, q ipsi vilipenderũt mundum, & ea quæ mundi sunt, iuxta illud Io-
hannis: Nolite diligere mundum, neq; ea quæ mundi sunt. Secũdo, q homines mundani non 1.Johan.2
« fuerunt sanctorum cõuersatione, cohabitationeq; digni. ⌊In solitudinibus errantes,⌋ vt Da- 1.Regũ 21.
uid cum viris suis cũ pateretur persequutionem Saul, & Mathathias cũ socijs suis sub Anthio- 22.23
« cho impio, vt primo Machabæorum narratur, ⌊in montibus & in spelũcis & in cauernis terræ⌋ 1.mach 2.3
.i. in talibus locis se abscondẽtes vel demorãtes, vt deo vacarẽt liberius, iuxta illud in psalmo: Psal.45
« Ecce elongaui fugiẽs & mansi in solitudine. ⌊Et hi oẽs testimonio fidei⌋.i. actiõe virtuosa p
cedente ex fide, vel passione propter fidẽ suscepta dante testimonium illis, q vere fideles fue
« runt. Nã sicut operatio arguit formã, sic cõuersatio fidem, ⌊probati⌋.i. à deo approbati, com
mẽdabilesq; effecti sunt, iuxta illud Sapientiæ: Tanq̃ aurum in fornace probauit electos dñs, & q̃ Sap.3
« si holocausti hostiã accepit illos, ⌊inuenti sunt⌋ à deo infallibili iudice. ⌋In Christo Iesu dño
« nostro⌋.i. per virtutem & gratiam eius, quia & sancti veteris testamenti per fidem Christi vẽ
turi saluati sunt.

¶Sermo. I. circa Epistolam, Cuiusmodi fuerit virtus & efficacia fidei, qua illustris erat beatus Dionysius.

C OMnia possibilia sunt credẽti. Ista sunt verba Chri Marc.9. Quæ q̃ veta sint, glorio
sus apl'us ad Heb. diffuse ostẽdit. Vbi multos pclaros ac virtuosos effectus attribuit Heb.11
fidei, dicẽs: Fide Abel plurimã hostiã obtulit, p quam testimoniũ cõsequutus est eẽ Gen.4
iustus. Fide Enoch trãslatus est. Sine fide enim impossibile est placere deo. Fide Noe Gene.5
aptauit archam in salutẽ domus suæ. Fide Abrahã obediuit exire in locũ quẽ accepturus erat. Gen.12 Gen.18
Insup alios multos effectus ascribit ibidẽ apl'us fidei, vt q Sara sterilis & antiqua cõcepit, quod Gen.22
Abrahã filiũ suũ Isaac immolare paratus fuit, q Isaac filijs suis Iacob ac Esau bñdixit. Simil'r Ia Gen.27
cob filijs Ioseph, q Ioseph moriens de egressu filiorum Israel ex Aegypto pdixit, q Moses nega Gene.49
uit se filiũ filiæ Pharaonis regis Aegypti, & Aegyptũ reliquit, celebrauitq; pascha, q filij Israel Exo.2 Exo.14
p mediũ maris rubri transierũt, q muri Hiericho corruerũt, q Raab meretrix mortem euasit Josue.6
suscipiendo & liberãdo exploratores Israeliticæ plebis. His verbis adiungit apl'us, quæ in expo Josue.2
sitione huius sunt dicta eplæ.s. Sancti per fidem vicerũt regna, &c. Ex qbus patet quãta sit fidei
virtus & efficacia, ita q ea quæ impossibilia extant hominibus p naturam, possibilia, imò & fa-
cilia eis fiant p fidem & grãm. Ideo loquit' Chrũs: Habete fidem dei. Amen dico vobis, qa qui Marci.11.
cunq; dixerit huic monti, tollere & mittere in mare, & nõ hæsitauerit in corde suo, sed credide
rit, quia quodcũq; dixerit fiat, fiet ei. Deniq; Chrũs mirabilia quæ fecit, corpora, animasq; cu-
rando, fidei cõmuniter fuit ascribens, dicẽdo: Fides tua te saluum fecit. Cũ enim fides sit omnium
fundamẽtum virtutum & totius spũalis conuersationis ac interni ædificij radix, necesse fuit fi- Matth.9
dem special'r commendari, & magnã ei à deo virtutem cõferri. Vnde & Augustinus fidem ex- Marci.5
tollens: Nullæ, inqt, maiores diuitiæ, nulli thesauri, nulli honores, nulli huius mũdi maior ẽ sub Lucæ.6.8
stantia, quã fides catholica, quæ peccatores saluat, cæcos illuminat, egros curat, cathecuminos
baptizat, fideles iustificat, pœnitentes reparat, iustos augmentat, martyres coronat, virgi-
nes & viduas & coniugales casto pudore conseruat, clericos ordinat, sacerdotes consecrat,
in æterna hęreditate cum sanctis angelis collocat. Iterum ait. Sicut in radice arboris nulla pror
sus apparet pulchritudo & species, & tamen quicquid est in arbore pulchritudinis, ex illa pro-
Ff cedit,

cedit, sic quicquid meriti, quicquid beatitudinis, anima est susceptura, ex fidei fundamento pro cedit. Hinc ergo debemus esse in fide firmissimi atq; certissimi, præsertim, quia vt ait Gregorius: Iam nosipsi qui credamus vix tot sumus quot veritatis fidei testes habemus. Inter quos beatissimus ac diuinus Dionysius fuit de præcipuis vnus, prout ex ijs, quæ infra de eo dicent patebit. Nam & ipse ante suam conuersionem summus erat philosophus, nec vnquã se fidei subdidisset, nisi cognouisset certissimę efficacia esse fidei argumẽta, nec aliquid magicæ artis esse in Christianis. Deniq; in hoc innotescet diuini & sacratissimi Dionysij magnitudo & sanctitas, ꝙ vniuersæ actiões & omnes passiones seu tribulatiões quas in hodierna epl'a fidei ascribit apostolus in diuino Dionysio extiterũt. Ipse etenim in fide fuit perfectus, ardẽtissimus, & valde certissimus, ad quod etiam insuperabiles & copiosissimas habuit rationes, quæ infra tangentur. Itaq; sanctus pater magnus Dionysius per fidem vicit regna, quia vt eius fertur legenda, cum ab apostolo Paulo fuit cõuersus & plene instructus in fide, atq; Atheniẽsium ordinatus episcopus, ipsam ciuitatem quæ principalis fuit in Græcia, & maximã partem regionis illius conuertit ad Christũ. Postmodũ quoq; à sancto Clemẽte papa missus ad metropolim Francoꝝ Parrhisios, multos cõuertit ibidem, & diuersas fabricauit ecclesias, clericosq; diuersi instituit ordinis. Ecce quõ per fidẽ vicit regna, habitatores regnoꝝ deo subijciẽs, dæmonibus abstrahẽs, & ad suũ discipulatũ obediẽtiamq; eos perducẽs. Hæc est felix & gratiosa victoria, qua homines ab obsequio crudelissimorum inimicorum, videlicet dæmonũ, & à iugo iniquitatis eruuntur, & deo subdũtur, virtutibus mãcipantur, & in via cõstituunt salutis. Sic eñ deus dixit ad Hiere
Hier. 1. miam prophetã: Ecce cõstitui te super gẽtes & regna, vt euellas & dissipes, & plãtes, & ædifices. ¶ Secũdo beatus Dionysius cũ socijs suis sanctis martyribus Rustico & Eleutherio per fidẽ operatus est iustitiã, nõ solũ diuina præcepta, sed euangelica quoq; cõsilia adimplendo, summoq; obediẽdo opifici, sancto Clemẽti, pergẽdo iuxta eius imperiũ ad regnũ Francoꝝ, qui magnæ animositatis erãt, ac feritatis & ritu gẽtilitatis pertinaciter inuoluti. Ideo ad cõuertendum eos accedere arduũ fuit. Vnde & beatissimus Thomas apl'us, cũ iuberet à Chr̃o ire ad Indos, dixit: Dñe quocũq; volueris mitte me pterq̃ ad Indos. Dionysius tñ prompte ac fortiter obediuit summo antistiti in facto ptacto, & tanq̃ mitissimus agnus cũ sanctis socijs suis ferocissimos illos aggressus est lupos, & multos eoꝝ cõuertit in agnos. ¶ Tertio p fidẽ cũ socijs suis adeptus est promissiões, nõ solũ obtinẽdo beatitudinẽ æternalẽ in cœlis, sed etiã multa dona, q̃ Chr̃s
Matt. 19 electis suis promisit in terris. Nã qm̃ propter Christũ oĩa sua reliquit, centuplũ adeptus est in vi
Luc. 21 ta psenti, videlicet affluentiã supnoꝝ charismatũ copiosam, os & sapiam, cui nõ poterãt contradicere aduersarij sui, & cõstituit eũ Chr̃s sup familiã suã tanq̃ seruũ prudẽtẽ atq; fidelem. ¶ Quarto, p fidẽ obturauit ora leonũ, qa cũ pfectus gẽtilis fecisset eũ ad ferocissimas bestias fame prouocatas iactari, & illæ impetuose accurrerẽt, & sanctus pr̃ Dionysius eis signũ crucis opposuisset, mox velut mãsuetissimæ sunt effectę. Spũaliter q̃q; obturauit leonũ ora, videlicet dæ
1. Pet. 5 monũ, q tanq̃ leones rugiẽtes circueũt q̃rẽtes quẽ deuorẽt. Quoꝝ impijs suggestióibus, tentationibus, susurratióibus ĩposuisset finẽ, silẽtiũ & triũphũ, nõ solũ eos abijciẽdo à se, sed ab alijs etiã multis. Rursus obturauit ora leonũ, qa p idola eos loqui & r̃ndere prohibuit. Nos q̃q; p̃tacto modo obturare debemus ora leonũ, resistendo virilr̃ suggestióibus & tẽtationibus dæmo
Iaco. 4 nũ, iuxta illud Iacobi: Resistite diabolo & fugiet à vobis. Vnde & princeps apl'oꝝ hortat: So
1. Pet. 5 brij estote & vigilate, qa aduersarius vester diabolus, tanq̃ leo rugiẽs, circuit q̃rens quẽ deuoret. ¶ Quinto, p fidẽ extinxit impetũ ignis. Nã sup ferreã cratẽ flãmis suppositis, nudus extẽtus est nec tñ cõsumptus. Spũaliter vero prorsus extinxit impetũ ignis, iracũdiæ, impatiẽtiæ, cæteroꝝq; vitioꝝ. Idcirco nos exẽplo diuini Dionysij ignẽ cõcupiscẽtiæ, flãmã iræ, feruorẽ impatiẽtiæ, accẽsionẽ auaritiæ, oĩmq; vehemẽtiã vitioꝝ in nobisipsis deo auxiliãte extinguere semp debemus, & trãquillitati, liberalitati, mãsuetudiniq; studere, qm̃ Salomone testãte: Qui impa
Pro. 14
Eccles. 7 tiens ẽ, operat stultitiã. Et ira in sinu stulti reqescit. ¶ Sexto diuinus Dionysius effugauit aciem gladij. Nã tãtus diuinæ gr̃æ splẽdor in eius resplẽduit vultu, ꝙ frequẽter pagani ad eũ capiendũ armati cõcurrẽtes, viso eo mox oñi ferocitate deposita eius se pedib⁹ prouoluebãt, aut indigẽti timore pcussi, ab eius psentia fugiebãt. ¶ Septimo, p fidẽ fortis factus ẽ in bello, qa diabolũ mũdũ & carnẽ deuicit, & quicqd sibi intulerũt tyrãni ac impij patiẽtissime tulit. Insup pro fide distẽtus ẽ sup ferreã cratẽ. Ludibria q̃q; & verbera, vincula & carceres est ppessus. Cũ eñ Fescẽnius pfect⁹ à Roma venisset Parrhisios, & sacratiss. Dionysiũ inuenisset pplo pdicatẽ, statĩ fecit eũ capi, colaphizari, cõspui, derideri & loris durissimis alligari, flagellari & incarcerari cũ socijs suis, vt infra diffusius referet. Postremo, ex psenti docemur epl'a, q̃ta electi dei in vita hac sint passi aduersa, q̃ta opprobria, derisiones, iniurias atq; supplicia, q̃tenus sic discamus patientiã in aduersis & p arctã viã salutis incedere, atq; in psenti pœnitẽtialẽ ducere vitã, simplici vi
Matth. 7 ctu, humiliq; vestitu eẽ cõtenti, & propter deum mortificari quotidie, vt strenue perseuerãdo in bonis, inueniamur finaliter probati in Christo Iesu dño nostro.

¶ Enarratio Euangelij, Cum audieritis prælia & seditiones
Lucæ. 21. Matth. 24. Marc. 13.

A EVangelium istud in festis plurimorum legit̃ martyrũ, quia in eo Christus prædixit, quanta
pro eo sancti martyres erãt passuri. Itemq; sicut Lucas ait: Sãcti Apl'i interrogauerunt Luce.21
Chr̃m de tpe destructiõis templi Hierl'm, atq; vt Mattheus describit. Interrogauerũt Matt.24
" etiã tp̃s finalis iudicij cõsummatiõisq; seculi. Quibus r̃ndit: ⌊Cum audieritis p̃lia⌋.i. pu
" gnas extraneorum cõtra seinuicẽ, ⌊& seditiões⌋.i. dissentiões intraneorum seu conciuiũ vel dome
" sticorum cõtra se mutuo ⌊nolite terreri⌋ inordinato & carnali timore auertẽte hoiem à recto iu
dicio, & via iustitię. Vñ alibi ait: Nolite timere eos q corp' occidũt, aĩam autẽ nõ p̃nt occidere. Matt.10.
" Vñ & Salomon cõtestat̃: Iustus q̃si leo cõfidẽs, absq; terrore erit. ⌊Oportet primũ hęc fieri⌋.i. Prouer.28
añ destructionẽ ciuitatis & tẽpli. Interdũ necesse ẽ cõtingere p̃fata p̃lia & seditiões in pp'lo Iu-
deorum, nõ facili aut absoluta necessitate, sz necessitate cõditionata & cõseq̃nte tã q̃ à deo p̃uisa & p̃
nuntiata, quę tñ in seipsis sunt cõtingẽtia. Oportuit ergo hęc fieri hoĩm exigẽre malitia, eo mõ Matt.18.
quo ĩpossibile ẽ scãdala nõ venire. Itẽ oportuit.i. opportunũ fuit hęc euenire mõ, q̃ oportet esse 1.Cor.11.
" hereses, q̃tenus q probati sunt, manifesti fiãt, ⌊sed nõdũ statim finis⌋.i. his auditis & factis nõ-
dũ aderit tẽpli destructio, vel cõsummatio seculi, aut tribulationũ, imò, maiores sequent̃, sicut
" subiungit̃. ¶ Porro Iosephus refert, q Iesu Nazareno crucifixo Iudæi pugnauerũt cõtra Sama
ritanos, & ecõtra, & inter se habuerũt dissentiões ac lites. Tandẽ q̃q; se opposuerũt Romanis.
" ⌊Tũc dicebat illis (vz Chr̃us discipulis suis:) Surget gens cõtra gentẽ⌋.i. minores p̃uinciæ con
" tra se inuicẽ pręliabunt̃, ⌊& regnum aduersus regnum⌋.i. maiores prouinciæ idẽ facturæ sunt
" ⌊& terræmotus magni erũt p̃ loca, & pestilẽtiæ & fames⌋.i. caristia. Sed cũ oĩa ista natural'r ac
cidunt, cur saluator asserit ea in signũ futurorum oriri? Nã (vt ait Gregorius) quę ordinate veniũt
B signa nõ sunt. Ad hęc r̃ndet Gregorius, q loquit̃ de his quę ordinẽ tẽporum nõ obseruãt. Alij di-
cũt, q oĩa ista multo abundãtius solito fuerũt imminẽte destructiõe Hierl'm, & adhuc abundã-
" tius erũt fine mũdi instãte, & ita, sunt signa, ⌊terroresq; de cœlo⌋ terribilia quædã apparebunt
in cœlo aereo aut superiori. Vnde recitat, q imminẽte destructiõe Hierl'm, stella sil'is gladio pe
" pẽdit p̃ anũ sup̃ Hierl'm, & currus equitesq; armati & acies apparuer̃t ĩ aere pręliãtes, ⌊& signa
" magna er̃t⌋ qa & tũc vitula inter immolantiũ manus peperit agnũ scd̃m Iosephũ, & alia ma-
" gna & valde insolita tũc fiebãt. ⌊Sed ante hæc oĩa inijciẽt vobis manus suas, & p̃sequent̃⌋ Sta- Actor.12
tim em̃ post missionẽ sp̃us sancti, cũ ad tp̃s p̃dicassent in Hierl'm gloriosi Apl'i, cœperunt Iudæi Acto.7
eos p̃seq, captiuare, incarcerare, occidere. Et Stephanũ lapidauerũt vt patet in actibus Aplorum,
" ⌊tradẽtes (vos) in synagogas⌋.i. in publicos conuẽtus. Queadmodũ in Actibus habet̃, q dum Acto.4
B. princeps Aplorum curasset natũ claudũ, principes sacerdotũ cũ suo cõcilio statuerũt Apl'os in
" medio, vt eos cõuincerẽt, ⌊& custodias⌋.i. carceres, iuxta illud: Posuerũt apl'os in custodia pub Acto.5
" lica, ⌊trahentes ad reges & p̃sides⌋.i. violenter ducẽtet vos, tanq̃ maleficos ad maiores mino-
" resq; præsidentes, ⌊propter nomẽ meum⌋.i. propter hoc q me inuocatis, prædicatis, & coli-
tis. Vel, propter nomẽ meũ negãdum.i. ob hoc, vt cogãt vos me abnegare. Sic Petrus & Iaco-
" bus ducti sunt ad Herodẽ, Paulus ad Festũ. ⌊Cõtinget aũt vobis in testimoniũ⌋.i. p̃fata p̃secu
tio eueniet vobis in testimonium, q vere discipuli mei estis, cuius rei testis est, q tãta sustinetis
C p̃ me. Vel, cõtinget vobis in testimoniũ cõdemnatiõis p̃secutorum vestrorum, q vr̃as p̃dicatiões de
" spiciẽdo, & vosipsos p̃sequẽdo dãnationẽ sibi merent̃ grauissimã. ⌊Ponite ergo in cordib' ve-
" stris⌋.i. firmiter p̃ponite, ⌊nõ pręmeditari, queadmodũ r̃ndeatis⌋.i. nõ pręparare vos ad dã-
dum respõsa p̃secutoribus vr̃is. Hoc ẽ, nõ formidetis, nec anxij sitis, q in r̃ndẽdo deficietis. Nõ
em̃ est causa vr̃a, sed mea. Vnde cũ sctã Perpetua coniugata, eẽt p̃ fide incarcerata, & in nocte
veniret ad partũ, clamaretq; pariẽdo, cõcaptiui dixerũt ad eã. Cum modo sic clames, qũo po-
teris die crastino tormẽta sustinere tyrãni? R̃ndit: Ista ẽ cã mea, illa est dei causa. Ista est cã natu
" ræ, illa gr̃æ. Subdit̃: ⌊Ego em̃ dabo vobis os⌋.i. promptã loquelã, iuxta illud Esaiæ: Dñs dedit Esaiæ.50
" mihi linguã eruditã, ⌊& sapientiã⌋.i. cognitionẽ & defensionẽ credẽdorum, promptas ac ratio-
" nabiles responsiões, ⌊cui non poterũt⌋ verè atq; de iure seu efficaciter ⌊resistere & cõtradice-
" re omes aduersarij vestri⌋ vz hæretici, Pagani, Iudæi, cæteriq; iniqui. Hinc Actuũ.6. fert̃, q Iu-
dæi nõ poteãt resistere sapiæ & spiritui, q loquebat̃ p̃ Stephanũ. Veruntñ false & violẽter resti-
" terũt infideles fidelibus. ⌊Trademini aũt (in captiuitatẽ & mortẽ) à parẽtibus, & fratribus & co
" gnatis & amicis⌋.i. ab his q erãt vr̃i amici anteq̃ credidistis in me, cũ tñ à tã propinquis & cha-
ris tradi sit graui' afflictiuũ, q̃m (teste Gregorio sctõ) maiorẽ inferũt pœnã aduersa à talibus p̃-
sonis illata, de quarum charitate & fiducia p̃sumebat̃. Propter q̃d Chr̃us ait in Psalmo: Si inimicus
" meus maledixisset mihi, sustinuissem vtiq; &c. ⌊& morte afficiẽt ex vobis, & eritis odio oĩbus Psal.54.
" hominibus⌋.i. q̃busdã seu multis de om̃i genere hoĩm. Vel, oĩbus scd̃m carnẽ sentiẽtibus. Vel,
" dicit oĩbus ad insinuãdum multitudinẽ aduersariorum, iuxta quẽ sensum ait Apostolus: Omnes,
" quæ sua sunt, quærunt, ⌊propter nomen meum⌋.i. propter me, hoc est, ob id q in me creditis Phil.2
mihiq; adhæretis. Hinc in sermone post cœnam dixit saluator Apostolis: Si de mundo essetis
mundus quod suum erat, diligeret. Quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo Johan.15
" propterea odit vos mundus. ⌊Et capillus de capite vestro non peribit,⌋ Hæc est locutio hy-
perbolica, vt sit sensus: Ex tantis tribulationibus nullum vobis damnum proueniet, sed maxi-

 mus fru

mus fructus, qa in resurrectiõe nec capillũ minus habebitis, q̃ ad corporis ptinebit dispositionẽ D
ac ornamẽtũ. Cũ ergo capillus sit extra corpus, nec sentiat, nec tñ sit periturus, multo minus pe
ribit corpus vestrũ aut ossa vel aĩa, si tñ interim patiẽtia adsit. Propter q̃d subdit. In patiẽtia „
Iaco. I. vestra possidebitis aĩas vestras, i. patientiam hñdo in aduersis custodietis aĩas vr̃as à culpa & „
Pro. 4 securas eas ĩ deo habebitis, ita q̃ peccãdo eas nõ perdetis. Patiẽtia nanq; opus pfectũ habet, vt
dicit Iacob⁹ Vñ in prou. legit: Qui patiẽs ẽ mlta gubernat prudẽtia: q̃ aũt ĩpatiẽs ẽ, exaltat stul (titiã suã.

¶ Ser. II. circa Euãg. De cõmendatiõe b. Dionysij, de charitate, de distantia amoris diuini ab amore nostro, & de interna pace.

AMantissimus dñi habitabit cõfidẽter. In eo quasi in thalamo tota die morabit, & inter humeros illius reqescet. Deut. 33. In ijs verbis diuinus & sacratiss. Dionysius multiplr cõmendat. Primo à sua pcipua bonitate & ptiositate, qm̃ amãtissimus dñi. i. charissimus deo fuit. Secũdo, à sua secura mãsione. Nã q̃uis tpe suo infinitæ fuerint tribulationes Chrianorũ à tyrãnis, à pfidis q̃q; Iudæis, à qbusdã philosophis, ab hæreticis, nihilominus inter tot aduersa sctiss. pr̃ Dionysius fuit valde impterritus & securus tanq̃ fortis discipulus æternæ & increatæ sapiæ loquẽtis: Qui me induerit, absq; pudore quiescet. Tertio, ab inhabitatione valde grosa dei in eo. Quarto, à quiete dei in ipso. Primo itaq; diuinus Diony. in ijs verbis laudat à sua pcipua bonitate & ptiositate, qa amãtissimus dei fuit & ẽ. Tanto etẽm rõnabilis intellectualisq; creatura ẽ melior, ptiosior, dignior & honorabilior q̃to ẽ charior deo. Bonũ nãq; ẽ appetitus obiectũ, & bonũ intellectualr cognitũ, obiectũ est appetitus intellectiui, vel voltatis. Porrò volũtas dei semp iusta & recta vniformis & simplex ẽ, ideo q̃to qd melius est, tãto est amabilius volũtati diuinæ seu deo. Nulla aũt est bonitas maior in creatura q̃ charitas seu actualis dilectio q̃ diligit deum. Et p hãc creatura rõnalis fit deo summe amabilis. Nec mirũ qa p charitatem deo potissimum assimilatur atq; coniungit, imò in ipsum trãsformat. Quia itaq; diuinus Dion. fuit amãtissimus deo, cõstat q̃ ardẽtissime deũ dilexit, idcirco pcipue bonus fuit E ptiosus, honorabilis & pdignus. Hinc eũ specialr diligere & honorare debemus tãq̃ charissimũ dei electũ, & tanq̃ amicũ altissimi, adoptiuũq; filiũ dei. In hac etiã bonitate btiss. Dionysiũ imitemur, puta ĩ charitate, deũ ob suã infinitã & incõparabilẽ bonitatẽ, ĩmẽsam dulcedinẽ, interminabilẽ pulchritudinẽ, supplenã & incircũscriptibilẽ pfectionẽ, sup oĩa feruide diligẽtes, desiderãtes ac venerãtes. Ad q̃d necesse ẽ carnales affectiões, terrenas cupiditates, dissolutiones, & negligẽtias cordis abijcere, dei mãdata ĩplere, verba praua vitare, & corã altissimo solicite ambulare, omi cũ diligẽtia mẽtẽ à vitijs custodiẽdo, eãq; orãdo, meditãdo, cõtẽplãdo & aspirãdo ad deũ frequẽter leuãdo. Sic ergo agamus qm̃ in psentia atq; intuitu summi iudicis oĩa inspiciẽtis iugiter ambulemus. Præterea inter amorẽ, q̃ amat nos deus & inter amorẽ nostrũ hoc distat, q̃ amor dei æternus & increatus est cã oĩs boni in nobis, sed amor nr̃, psertim amor naturalis, acquisitus, nõ infusus causat in nobis à rebus. Cũ ergo sctĩ dicunt deo amabiles, nõ est intelligẽdũ q̃si amor dei causet à bonitate seu charitate sanctorũ ad ipm̃, aut q̃si eorũ bonitas dei pcedat amorẽ, imò q̃to sunt deo amabiliores & q̃to sunt meliores, deũq; feruẽtius diligẽtes, tanto plus sunt pamati à deo q ex sua ad eos ęterna dilectiõe dare decreuit, & dedit eis q̃ diligũt ipm̃ Hinc
I. Johã. 4 ait Iohãnes aplus: Nos diligamus deũ, qm̃ ipse prior dilexit nos. Nẽpe cũ amare sit alicui bonũ velle, illũ deus plus diligit, cui maiorẽ grãm ĩ psenti, maiorẽq; gloriã in futuro dare decreuit, & pstat. Hinc q̃q; magnus iste Diony. verissime amãtissimus dñi phibet, qa tã multiplicia ac pclarissima grãrũ charismata cõtulit ei deus, vt infra docet. O q̃ magnũ est esse amantissimũ deo, magnũ valde reputat in seculo isto esse dilectũ alicui regi terreno, & habere specialẽ familiaritatẽ F ac amicitiã eius. Incõparabilr ergo maior ẽ summo rege seculorũ, ĩmortali, inuisibili esse charissimũ. Sed reges & magnates seculi huius nõ dignant oẽs q̃scũq; ad specialẽ sui amicitiã ac familiaritatẽ admittere. Tanta vero est summi regis dei oĩpotentis pietas atq; dignitas, q̃ nõ solum dignat hoc, sed vniuersos inuitat ad pcordialẽ, specialẽ ac familiarẽ sui amorẽ dicẽs p Christum
Deu. 6 & Mosen: Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota aĩa tua, & ex omni virtute tua. Ne
Matt. 22 mo igit se excuset, psertim cũ deus incessanter tot bñficia nobis oĩbus largiat. Secundo, in ver
Marci. 12 bis thematis diuinus Dionysius cõmendat à sua secura habitatiõe, qua in militanti habitauit ec
Lucæ. 10 clesia, intrepidus & securus inter oĩa eius aduersa. Vnde de pplo Christiano vere virtuoso & sancto in Esaia deus pdixit: Sedebit pplus meus in pulchritudine pacis & in tabernaculis fidu
Esa. 32 ciæ & in requie opulenta. Sedet etẽm nũc in pulchritudine pacis æternæ, q̃ est tranquillitas mentis in deo, de qua angeli cecinerũt: Et in terra pax hoĩbus bonæ volũtatis. Quam pacẽ habẽt vi
Luce. 2 ri sancti etiã inter aduersa, in qbus gloriant in dño, & regratiant altissimo. Sedẽt q̃q; in tabernaculis fiduciæ, futurã beatitudinẽ fiducialr pstolantes, & eius amore oĩa aspera hilariter pferẽ
Matth. 5 tes, cũ dicat saluator: Beati q persequutionẽ patiunt propter iustitiã, qm̃ ipsorũ est reg. cœlorũ.
Luce. 6 Itẽq; Gaudete in illa hora & exultate, qa merces vestra magna est in cœlis. Vnde ad Roma
Ro. 5 nos aplus: Gloriamur, inquit, in tribulationibus. Et rursus: Gloriamur in spe gloriæ filiorũ dei
Ibidẽ Insuper sedent in requie opulenta, qm̃ requiescunt in deo per fidem, spem, charitatem & contemplationem, sicq; ditant varijs donis spũs sancti, proficientes omni hora in gratia, sicut Corinthios

A rinthijs scribit apl'us: In oībus diuites facti estis in deo in omni verbo & in omni scia. Cū itaq; mentes sanctoꝝ in mūdo hoc p tot virtutes & dona dei sint cōfirmatæ & ab omni inordinato amore, à prauo & carnali timore, ab instabilitate fragilitatis hūanę purificatę pl' cupiētes aduersa & aspera q̄ prospera mūdi ac mollia, idcirco hic habitāt cōfidēter. Quod vtiq; valde iucundū est, Salomone dicēte: Secura mens quasi iuge cōuiuiū. Hinc Dauid rex dixit: Dn̄s illuminatio mea & salus mea, quē timebo? Et denuo: Nō timebo milia populi circūdātis me. Et S. Iob ait: Si expaui ad multitudinē nimiā. Talis fuit sanctus & sapiētiss. Dionysius. q inter psequutiones Chrianoꝝ innumerabiles securissimus mansit, & diuersos ac profundiss. libros cōposuit, ep'las multis misit, fidē lōge ac late cōstātissime pdicauit, contēplatiōibus altissimis vltra hūanas vires cęliformiter fuit intētus. Ad hāc mētis in deo cōstantiā laboremus, vanas & pueriles abijciam' formidines, qa vt Salomon loquit: Qui timet deū, nihil trepidabit. Vnde rursus exhortat: Fili honora deū & valebis. Præter eū vero ne timueris alienū. Sed heu multi sunt q plus verent dam na reꝝ, vituperia hominū, infirmitates corpoꝝ, q̄ dei offensam & eius districtū iudiciū. Tertio diuinus & gloriosus Diony. cōmendat à gr̄osa valde dei habitatiōe in eo. Deus qppe omniū in charitate & gr̄a existentiū corda inhabitat. Propter q̄d prima Iohan. asserit: Deus charitas est & q manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Itaq; q̄ fideles in charitate dei plus crescūt, tanto gratiosius eos inhabitat. Valde igit gratiosissime beatū Diony. in diuino amore tā ardētissimū inhabitauit, ita q deus eo tanq̄ in thalamo tota die. i. assidue atq; in luce suæ gr̄æ habita uit. In thalamo qppe est spōsa, cū q̄ spōsus deliciat. Ita in sctō Diony. fuit deuotissima ac feruē-
B tiss. aīa eius pdilecta spōsa altissimi, quā ipse brachijs charitatis iugiter amplectebat, p flāmigerā vnionē sancti amoris suauissime deosculabat, p supnoꝝ infusionē aut augmētationē charissmatū liberalissime fœcūdauit, ita q delitiæ eius erāt esse cū ea, in ea & in intimis eius. Studeam' ergo & nos vt corda nr̄a semp sint habitacula sp̄us sancti p charitatē & grām, nō domicilia atq; prostibula dæmonū p culpā mortalē. Oīs etem̄ aīa aut est Chri spōsa aut diaboli adultera. Ideo vnusq;q; satagat absq; mortali viuere culpa. Quarto cōmendat gloriosiss. pr̄, doctor, præsul & martyr diuinus Diony. à requiescētia dei in ipso. Deus equidē (sicut iā tactū est) in oībus charitatē habētibus demorat, sed in cōtēplatiuis etiā specialr reqescit, qm̄ eis instar amorosi ac fideliss. spōsi familiarius se cōiungit, & magis cōtinue ac intime in ipsis cōsistit. Porrò S. Dionysius cōtēplator fuit altissimus, hō cœlestis, cōuersator angelicus, virq; seraphicus. Et hoc ex materijs libroꝝ q̄s edidit, psertim ex mystica theologia lucidissime cōstat. Sed & de supbeatiss. trinitate, de supessentiali & simpliciss. deitate, de natura atq; ordinibus angeloꝝ profundissime scripsit. Postremo in ptactis præconijs, gloriosi viri ac martyres sanctus Rusticus & Eleutherius socij prælecti Dionysij bn̄dicti eidē sctō sublimiter sociant. Erant nanq; & ipsi deo charissimi, & inter aduersa intrepidi, habitacula sp̄us sancti, & lumine cōtēplatiōis ornati. Hos igitur martyres gloriosos, q sicut in vita sua se inuicē dilexerūt, ita in morte nō sunt seperati. Et sicut socij fuerūt in laboribus sctis, varijsq; supplicijs vitæ pręsentis, ita nūc socij sunt in felicitate & gloria empyrei orbis, deuotissime inuocemus, feruide diligamus, fortiter imitemur, & ad summi dei cōtemplationem, ad futuræ beatitudinis cōsiderationem crebrius nos extendamus.

¶ Sermo. III. Quomodo beatus Dionysius sol in ecclesia fuerit, de eius vita & excellentijs, & de eclipsi tempore passionis dominicæ mirabili.

C Sol in aspectu, vas admirabile, opus excelsi, radios igneos exufflans, Magnus dn̄s q fecit illū, & in sermonibus eius festinauit iter, Eccl. 43. Verba ista ad literā de materiali, planetariq; sole scripta, de beatiss. ac diuiniss. Dionysio sp̄ualr cōueniētissime exponuntur. Ipse em̄ multis de causis sol appellat. Primo, qm̄ sicut sol sua luce totū illuminat mundū sic excellentiss. doctor Dionysius vniuersam suis doctrinis illustrat ecclesiā, vt infra clarius innotescet. Secūdo, qm̄ sicut sol cūctis planetis ac astris extat splēdidior, sic post ap'los & Euangelistas inter vniuersos doctores ecclesiæ illuminatiss. Dionysius profundior, sapiētior & excellentior inuenit, estq; doctrina ipsius magna authoritate vallata, nō solū ob ei' eximiā sanctitatē, & pclara miracl'a, sed etiā qa beatiss. Pauli ap'li fuit discipulus, & ab eo p trienniū (vt legit) est instructus. Hinc Hugo de S. Victore vocat Dionysiū principē theologoꝝ, & antonomatice nominat eū theologū. Tertio, qm̄ sicut sol inter oīa luminaria cœli maior ē q̄titate, sic pelect' dei Diony. inter cūctos doctores ecclesiæ emicat multiplici dono virtutū ac gr̄ę. Fuit etem̄ doctor psul & martyr gr̄æ pphetiæ, magnificētia miraculoꝝ, sctitate eximia, gn̄a q̄q; vt videt linguarū, venerādissima senectute, discipulatu & familiaritate ap'loꝝ ornatus. Quarto, qm̄ sicut sol inferiora calefacit, fœcūdat, lætificat, sic btiss. Dionysius ardētissimis suis eloquijs corda accēdit fideliū diuino amore, atq; ad bn̄ agēdū puocat scriptis, exēplis, fama, miraculis, orationū q̄q; & meritoꝝ suoꝝ suffragijs, & vniuersam lætificat militātē eccl'iam. Deniq; istis ex causis sanctiss. pr̄ Dion. recte vocat vas admirabile, qa tot gr̄aꝝ receptaculū fuit. Eratq; opus excelsi, vcz dei altissimi, q solus pt hominē ad tantā virtutū sublimitatē, ad tā deiformē pducere pfectionē Hinc diuinus Diony. radios igneos exufflauit. i. sapiæ suæ verba ardētia, splēdida documenta virtutū fulgorē, famæ sanctię nitorē, Magn' dn̄s q fecit eū, q in corpore corruptibili tot & tāta

Margin notes: 1. Cor. 1. — Pro. 15 — Psalm. 26 — Psal. 3. — Iob. 31. — Eccles. 7. — Pro. 7 — 1. Iohā. 4 — Pro. 8

supernoꝝ charismatũ dona plantauit. Et in sermõibus dei festinauit iter. i. deo iubẽte sctũs hic D
pr̃ celeriter iuit ad p̃dicandũ p̱ regna diuersa. Sed nunc gloriosiss. Dionysij virtutes & excellentiæ breuiter sunt tãgendæ. Prima excellentia eius est, sublimitas sapiæ, sciæ, virtutũ ac vitæ, q̃bus præ cæteris splendebat gẽtilibus, añ suã conuersionẽ. Cum eñ adhuc esset gẽtilis philosophus & Atheniensis fuit præ cæteris valde ingeniosus ac studiosus, honestus & probus seu virtuosus, loquẽdo de virtutibus acquisitis, & eo modo q̃ quidã gentiliũ idololatraꝝ virtuosi fuisse narrant, vt Hector, Iulius, Cato, & Tullius, iuxta quẽ sensum ait S. Hieroñ. ꝙ deus cõcessit Romanis adhuc paganis monarchiã propter eoꝝ virtutes. V ñ Dionysius añ suã cõuersionẽ à philosophis vocabat theosophus. i. deũ sapiẽs, & ala cœli. i. altitudĩe sciæ suæ volãs in cœlũ ac Ionicus q̃si summus Græcoꝝ phũs. Fuit etiã rhetor mirabilis, astronomus'ꝗ p̃clarus. Et fuit tam studiosus, ꝙ ab Athenis vsq; in Aegyptũ prexit, vt ibi cõueniẽtius astronomicæ speculatiõi vacaret, eo ꝙ aer sit ibi subtilis, quietus & purus, ita ꝙ rarissimæ ibi sunt tẽpestates & nubes. Secũda excellẽtia eius est, gratiosa eius cõuersio, quã sanctus Lucas Euang. compendiose describit
Act. 17 inter cætera dicẽs, ꝙ cũ Paulus apl̃us venisset Athenas, q̃ fuit nobilissima vrbs Græcoꝝ, in qua studiũ philosophiæ maxĩe viguit, incitabat spũs eius videns idololatriæ deditã ciuitatẽ. i. aĩa eius in seipsa accendebat & prouocabat ad p̃dicandũ illis idololatris. Disputabat ergo cũ Iudæis & Gẽtilibus ad Iudæoꝝ legẽ cõuersis in synagoga eoꝝ, & in foro loquebat q̃tidie ad astãtes Quidã aũt Epicurei & Stoici philosophi disserebãt & disputabãt cum Paulo. Alij'ꝗ dicebant, Quid vult semiuerbius hic dicere? Alij vero dicebant, Nouoꝝ dæmonioꝝ videt annũtiator esse. Et app̃hendẽtes apl̃m, duxerũt eũ ad Ariopagũ. i. ad vicũ, in q̃ Mars colebat, q erat ibi vicus p̃clarior, qm̃ ibi erat curia nobiliũ, & schola liberaliũ artiũ, in q̃ & Dionisius floruit, & à vico E
illo Ariopagita vocatus est. Cũ'ꝗ in vico illo staret Paulus apl̃us, dixerũt ad eũ: Possumus nescire, q̃ sit hæc noua tua doctrina? Noua eñ quæ dã infers auribus nr̃is. Atheniẽses aũt ad aliud nihil vacabãt, nisi aut dicere aliq̃d noui aut audire. Sanctus itaq; Paulus in medio Ariopagi dixit: Viri Athenienses, p̱ oĩa quasi supstitiosos vos video. Præteriẽs eñ, & vidẽs simulachra vestra, inueni arã in qua scriptũ erat, Ignoto deo. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annun-
Matt. 27 tio vobis. Circa intellectũ hoꝝ verboꝝ sciendũ est, ꝙ filio dei dñ̃o nr̃o Iesu Chr̃o in cruce pendente cũ fieret supernaturalis illa eclipsis, Dionysius cũ suo cõsocio Apollophano fuit in Helyopoli vrbe Aegypti, vacans astronomiæ, & visa illa eclipsi, admiratus est nimis, & multa de hoc cũ suo cõtulit socio. Athenienses q̃'ꝗ philosophi cõsiderãtes mirabilia q̃ fuerũt in illa eclipsi, præ admiratiõe obstupescẽtes dixisse legunt, Aut deus naturæ patit, aut sydera fallũt, aut machina mundi peribit. Fuit eñ illa eclipsis valde supnaturalis. Primo, qm̃ naturalis eclipsis non fit nisi tẽpore coniunctionis, incẽsionis'ꝗ lunæ, dũ directe supponit soli. Tunc aũt oppositio
Marc. 15 seu pleniluniũ fuit. Secundo, qm̃ naturalis eclipsis nõ obscurat totã terrã. Tunc aũt factæ sunt
Luc. 23 tenebræ sup vniuersam terrã, vt Euãgelista testat. Tertio, q̃a cũ luna fuerit soli supposita circa sextã horã in medio cœli, tamen in vesperis restituta fuit suo loco in oriente. Quarto, qm̃ illa eclipsis durauit p̱ tres horas, q̃d supernaturale tũc fuit. Alia q̃'ꝗ mirabilia fuerunt in illa eclipsi, Vnde philosophi tot mirabilibus visis, cõstituerunt aram illi deo, cuius virtute illa fiebãt. Et q̃a F
illius dei nõ habuerũt determinatã notitiã, affixerũt altari pro titulo, Ignoto deo. i. ara ista cõsecrata est in honore dei nobis ignoti. Quẽ etiã orationibus & genuflexionibus nõ animalium immolatiõibus dixerũt esse colendũ. De ijs multa scribit diuinus Dionysius in ep̃la ad S. Policarpũ, in ep̃la q̃'ꝗ ad Apollophanũ. Cũ itaq; Paulus apl̃us dixisset Atheniensibus, ꝙ ignorãtes colitis, vtpote deũ, cui cõsecrata est ara illa, & cuius virtute facta est illa eclipsis ego annũtio vo-
Act. 17 bis, Dionysius diligẽtissime cœpit apl̃i verba aduertere. Et q̃uis facile crederet verbis Pauli, nõ tñ nisi post lõgissimã atq; acerrimã cũ apl̃o disputationẽ se credere fatebat. Eis'ꝗ disputãtibus cõtigit cæcũ quendã corã eis trãsire, dixit'ꝗ Dionysius Paulo: Si dixeris huic cæco in noĩe dei quẽ p̃dicas, vide, & viderit, statim credã. Sed ne magica arte vtaris, ego tibi formã verboꝝ p̃scribã. Sed vt oĩs tolleret suspitio, Paulus dixit Dionysio, vt ipsemet illa proferret. Dixit ergo Dionysius cæco, In noĩe Iesu Chr̃i nati de virgine, crucifixi, mortui, q resurrexit & ad cœlũ ascendit, vide. Et protinus vidit. Tunc Dionysius cũ sua familia & vxore noĩe Damaris, ad fidẽ
Ibidẽ. cõuersus est. Vnde in actibus legit: Quidã viri adhærẽtes Paulo, crediderũt. In q̃bus & Ariopagita Dionysius & mulier noĩe Damaris, & alij q̃dã cũ eis. Tertia excellẽtia diuini Dionysij est sancta & fructuosiss. p̃sidẽtia eius. Nã triennio à Paulo apl̃o informatus Athnieñ. ep̃us est effectus, vbi p̃dicationi insistens ipsam ciuitatẽ & maximã partẽ regionis illius cõuerit ad Christũ Veruntñ Beda & scholastica historia dicũt, Hic est Diony. q à Paulo ordinatus ep̃us, Corinthiorum gloriose rexit ecclesiam. Ex quo videtur, quod fuit Corinthiorum Episcopus. Potuit equidem successiue in diuersis locis præesse. Cum aũt audisset magistrum suũ Paulum Romæ à Nerone incarceratũ, illuc profectus est, & Paulo p̱ martyriũ coronato, à beato Clemente in Franciã cũ Rustico & Eleutherio missus est, veniẽs'ꝗ Parrhisios, mł̃tos cõuertit ibidẽ & vndiq;, Quarta excellẽtia eius est, profundissima ac maxima sapĩa eius, & ꝙ tã mł̃tos, altos ac vtilissimos libros ædidit ac cõscripsit inter tot p̱sequutiones, tot'ꝗ labores. Scripsit eñ libros

de di-

A de diuinis characteribus, in quo loqtur de summa trinitate. Item de diuinis nominibus, de angelica hierarchia, de eccl'iastica hierarchia, de mystica theologia, de symbolica theologia. Alia quoq; valde m'lta ac praeclara volumina. Sed & diuersas ep'las ad diuersas psonas, vcz ad Iohānem Ap'lm, ad Polycarpū, ad Timotheum, ad Titum, ad Gaium, ad Dorotheū, ad Demophilū. Hinc D. Dionysio credit, Paulus reuelasse ea, quę non licet homini loqui, quae. s. vidit raptus in tertiū cęlū. Vnde de talib' tā profundissime ac elegātissime Dionysius scripsit, vt nō à Paulo videtur ea didicisse, sed personal'r per raptum in tertium coelum vidisse. Et sicut ante suam conuersionem fuit summus philosophus, sic postmodum fuit summus theologus. Vnde Damascenus tal'r nominat eum, diuinissimus, sacratissimus ac theologisissimus Dionysius. Ex qbus verbis monstratur, quantus in corde illius magni Iohannis Damasceni fuit Dionysius iste. Quinta excellentia, eius est gl'iosum martyrium eius, & magnitudo miraculorum, quae contigerunt in eo. Cum eñ Festeminus praefectus à Domiciano Imperatore missus, venisset Parisius, & beatissimum Dionysium inuenisset pp'lo praedicantem, mox iussit eum captum, colaphizatum, irrisum, consputum, atque durissimis loris vinctum cum socijs suis sanctis Rustico & Eleutherio sibi adduci, fecitq; eos à duodecim militibus acerrime flagellari, & magno pondere catenarum ligatos incarcerari. Sequenti die D. Dionysius super ferream cratem igne supposito nudus extēsus ē, laudauitq; dñm, dicens: Ignitum eloquium tuum vehemēter, & seruus tuus dilexit illud. Deinde ad ferocissimas, piectus est bestias, à qbus māsit intactus. Tunc in fornacem eum iactauerūt ardentē, sed ab igne māsit illaesus. Mox post hoc cruci affixus est, & diu cruciatus in ea. Inde ab iniqs depositus, rursus cū socijs suis, alijsq; fidelibus m'ltis ī carcerē est retrusus, vbi dū cele
B braret, & fideles cōicaret, dñs Iesus Chr'us cū splendidissima luce aduenit, & D. Dionysiū cōicauit, dicēdo: Accipe hoc, chare meus, qm̄ mecū ē merces tua magna nimis. Post haec, cū socijs suis est pfecto psentatus, & nouis attritus supplicijs, & postremo ei ac socijs suis capita sunt abscisa. Tūc corp' B. Dionysij protinus se erexit, caputq; ppriū eleuauit & illud inter brachia sua p duo miliaria tulit, angelo duce, & coelesti lumine praecedēte à loco, dicto mons martyrū vsq; ad locū, in quo nūc dei puidentia & sua electiōe quiescit. Tanta aūt ibidē angelorū sanctorū insonuit melodia, q multi eam audiētes, cōuersi fuerūt. ¶Porrò cū post aliquātulū tp's S. Regul' praesul celebrās Ap'lorū noīa recitasset, adiunxit. Et beatis martyribus tuis Dionysio, Rustico, & Eleutherio. Quo dicto, coepit mirari q eorū noīa sic sine aduertētia protulit, qa eos adhuc viuere aestimauit, moxq; apparuerūt ei tres columbae sup crucē altaris sedentes, habētes sanctorū martyrū noīa sub suis pectoribus sanguīe insignita. Quibus visis, agnouit sctōs migrasse ad dominū. Clodoneus, rex Frācorū corpus S. Dionysij irreuerēter discooperiēs, os eius cōfregit, ac rapuit, & protinus amēs effectus est. Poenitēs vero sanitatē recepit, Michael Imperator Graecorū misit Ludouico regi Frācorū, filio Caroli magni libros D. Dionysij, de hierarchijs, de graeco in latinū trāslatos. Qui cū gaudio suscepti sunt, & in ecclesia S. Dionysij positi. Tunc decem & nouē infirmi fuerunt curati. Ex quo probat', q iste B. Dionysius Areopagita, in Galliā mis-
C sus fuit, de quo certū est, q illos aediderit libros. Idem testant' Ignarus Remensis ep'us, & Iohannes Sarracenus in ep'l'is suis ad Carolū regē, atq; ex reuelatiōibus S. Brigidae idem ostenditur. ¶Postremo, in speculo historiali m'lta legunt' praeclara, ac mirabilia de S. Dionysio, & qual'r Carolo magno frequēter apparuit, Dogobertoq; regi subuenit, quae breuitati studēs, dimitto. Sed & alia m'lta de excellentijs huius sancti possent hic recitari, quae prolixitatē vitās pertranseo. Fuit autem nonaginta annorum dum praetacta pro Christo supplicia est perpessus. Ecce hunc amantissimum dei electum deuotissime inuocemus, singulariter diligamus, efficaciter imitemur eius sapiam, patientiā feruētissimā charitatem, pietatem, iustitiā iugiter amplectamur.

¶AD RELIGIOSOS.

¶Sermo quartus: Quare soli comparetur illuminatissimus doctor & martyr sanctissimus Dionysius.

SOL in aspectu, vas admirabile, opus excelsi, radios igneos exufflans. Magnus dñs q fecit illum, & in sermonibus eius festinauit iter, Eccl'iastici. 43. Verba ista de sole planetari & orbiculari literal'r scripta de excellētissimo ac splendidissimo viro S. Dionysio Ariopagita ep̄o, doctore, ac martyre recte accipiuntur. Quemadmodum enim sol iste sensibilis ex suo aspectu admirabilis extat ob suae pulchritudinis eminentiam, ob suae lucis exuberantiam, ob suae actiuitatis seu causalitatis magnitudinem, ob sui motus velocitatem, ob suorum effectuum varietatem, sic sanctissimus & illustrissimus Dionysius vere mirabilis, laudabilis, honorabilisq; consistit propter haec omnia.

Quemadmodum ergo sol materialis, primo admirabilis est ob suae pulchritudinis eminentiam (nam inter omnia sidera & planetas est speciosissimus) sic magnus Dionysi', primo est admirabils, laudandus, venerandus, & imitandus propter excellentiam sui interioris multiplicisq; decoris. Fuit nanq; omni virtute praecare ornatus, feruentissimus in amore, eleuatissimus in cōtemplatione, heroicus & perfectus in omni sua conuersatione.

Fuit quoq; morali pulchritudine decoratus, vtpote venustissimis moribus, in cũctis cõspicuus. D
Vnde si quid venialis culpę interdũ ex humana fragilitate incurrit, ꝓtinus igne sui amoris consumpsit, atq; ꝑ alia multa illud mox abluit, oĩm'q; hora in pulchritudine ꝓfecit interna, & facies eius interior, vc; intellectus seu mẽs corã deo resplẽduit donis sapiæ, sciæ, intelligẽtiæ, atq; cõsilij, virtute fidei & prudẽtiæ, imo tãtã fuit in eo lux grẽ, tãtus sctitatis ac sapiẽ splẽdor, ꝙ in exteriori ipsius vultu tãta frequẽter splẽduit claritas, tãtus igneus fulgor, tã angelicus apparatus ꝙ aduersarij eius q venerãt capere eũ, viso eo territi, mox fugerũt. In hac igit pulchritudine btissimũ virũ sectari nõ desistamus, q̃tidiana nr̃a pc̃tã quotidie abluamꝰ ꝑ cordialẽ cõtritionẽ, plenã cõfessionẽ, satisfactionẽ condignã, ꝑ gemitus & ploratus ꝑ opa superogatiõis, ꝑ feruorẽ diuini ac fraterni amoris, ꝑ ardẽtes affectus boni cõis, ꝑ æstuantia desideria honoratiõis diuinæ maiestatis ab oĩbus ꝑ pudorẽ & erubescentiã de nr̃is peccatis, ꝑ frequẽtes eleuatiões mẽtis ad deũ, & alijs facillime ignoscendo, qa ꝑ hæc & alia quædã, venialia dimittunt, grã & virtutes augent, pulchritudo interior nõ solũ conseruat, sed & ꝑficit. Et q in istis q̃tidie se exercet, strẽnuè occupat, assidue immorari assuescit, lignũ, fœnũ, & stipulã nõ colligit, imò aurũ, argentũ, lapides ꝑtiosos fidei fundamẽto supædificat. Occupemus ergo nos iugiter, fructuose, & quãto diutius sumus in ordine, quãto magis senescimus, quãto amplius ab homĩbus reputamur, quãto maiora, aut plura à deo dona sumpserimus, tanto vere humiliores, timoratiores, feruentiores efficiamur, & indefinẽter simus soliciti, ne interior anĩæ nr̃æ vultus corã deo fœda appareat, aut aliquo modo cõmaculet. Sed potiꝰ studeamus, vt aĩa nostra quę saluatoris sui sponsa esse teuet, ei quotidie magis ac magis cõplaceat, intimius vniat, ꝓfundius immergat, oĩm'q; hora speciosior fiat. Propterea oĩpotentis ꝑsentiã semꝑ ꝑ̃semus, & corã eo nos incessanter cõstituamus, custodiamus, examinemus, & occupemus. Scd̃o, diuinissimus ac ꝑstãtissimus dei electus Dionysius soli cõparat, & sol vocat ob suæ lucis exuberãtiam. Queadmodũ eñ inter oĩa cœlestia corpa sol lucidissimus est in seipo, sic inter sc̃tõs dei gloriosus doctor, martyr, ac pręsul Dionysius magna ac admirabili splẽduit luce. Nã & naturalis ingenij acumine valde pręuiguit, & lumine intellectus pręfulsit. Naturalibus quoq; sciẽtijs fuit sublimiter præornatus, ita ꝙ summus habebat philosophus & ob naturalis suę sapiæ ꝑ̃minẽtiã appellabat ante suã cõuersionẽ à Gẽtilibus magistris ala cœli atq; theosophus. i. deũ sapiẽs, & diuina ꝑ̃clare cognoscẽs. ¶ Porro, ad fidẽ Chr̃i à Paulo cõuersus Ap̃lo, cępit mox in oĩbus admirabil', ac feruẽtissimꝰ fieri, luce'q; grẽ cęlestis supiple ri, euãgelicę legis sapia copiosissime illustrari, totius sacræ sciptur ę intelligere sensum & vtriusq; testamẽti scripturas suo imprimere cordi, grã altissimæ cõtemplatiõis sublimari, fidẽ scd̃m statum ꝑfectũ ꝑfecte ac luculẽtissime possidere, rõnes credẽdoꝝ cũ purificatissimæ mẽtis intelligẽtia certissima atq; firmissima hæreditare ac intueri. Sic'q; multiplici lucæ naturæ ac grẽ multiformi quoq; sapia & scĩa erat splẽdidissime instar solis repletus, ornatus, ꝑfulgens, ipso'q; sole corã deo incõparabil'r pulchrior, purior, atq; splẽdidior, idrirco & nos eius exemplo, satagamus intus desuꝑ adimpleri, spũaliter'q; ditari, Nec simus contẽti angustijs nr̃is, sed oĩni die ꝓficiamus in melius, vt lux grẽ, splendor sapiæ salutaris, intelligẽtia scripturaꝝ, contẽplatio diuinoꝝ augeant ac ꝑficiant vsq; in finẽ in nobis. Et imꝑfectũ nr̃m, defectuositates, & miserias nr̃as quotidie acutius ac ꝓfundius intelligẽdo nõ arbitremur nos apprehẽdisse, sed semꝑ auidius meliora æmulemur charismata, & viciniora saluti appꝛ̃hẽdamus. Tertio, theologissimus Dionysius comparat soli ob suæ actiuitatis & causalitatis magnitudinem. Sicut eñ sol inter planetas & astra est summe actiuꝰ & causalis seu maioris ad causandũ virtutis, D. Dionysius fuit inter sc̃tõs altissimi vehemẽter actiuus, causal', ac virtuosus. Nã sicut sol totã illuminat machinã mũdi, & suo accessu atq; recessu in Zodiaco generatiõis & corruptiõis dr̃ cã in inferioribus istis, sic gl'iosus, & ꝑ̃electus Dionysius ꝑ sapiam suã, & ꝑ libros q̃s ædidit, ꝑ suã virtuosissimã vitã per sua miracl'a per suos q̃s Ap̃los hincinde misit discipulos vniuersam ecclesiam, non solũ tẽpore suo, sed nunc vsq; & vsq; in finẽ seculi mirabil'r & copiosissime illustrauit. Scripsit nãq; pulcherrimos ac ꝓfundissimos libros, in q̃bus difficiliora scripturaꝝ loca elucidauit. Qui libri instar pulcherrimorum astroꝝ in tota micãt eccl'ia. Oĩm'q; acuũt. clarificãt, vincũt, eleuãt & accendũt igenia. Et ipse electus Chr̃i Chr̃ianæ religioni, verbo, scripto & factis plurimũ ꝓfuit. Enitamur ergo & nos pro posse nr̃æ exiguitatis alios illustrare saltẽ exemplo, fama, orõne, & opportuno loco ac tp̃e, etiã verbis charitatiue hortãdo, prudẽter cõsulendo, pie corripiendo, oĩm'q; mõ nobis possibili gratiã suscepimus, proximis liberalissimo feruẽtissimo'q; affectu cõicãdo. Quarto, cõparat soli ob sui motus velocitatẽ, qa nõ solũ velocissime, prõptissime, ac habitualissime ferebat mente in deum cõtemplãdo atq; amãdo, sed instar aquilæ per ecclesiã militãtem, per terras vndiq; discurrebat prædicãdo, ac mirabilia ꝑpetrãdo, & innumerabiles conuertendo. Nã & Atheniensiũ q̃plures ac maximã græciæ partem cõuertit. Deinde tanq̃ splendidissimus sol ingressus est Frãciã in qua tanq̃ vberrima fructificauit oliua. Et nos itaq; pro alioꝝ conuersione pro totius mundi saluti ꝓ viuis ac mortuis, oĩni, qua possumus, laboremus & oremus virtute. Quito, cõparat soli ob suoꝝ effectuũ varietatẽ. Queadmodũ eñ sol valde mirabiles, diuersos ac fortes hs effectꝰ in cęlestibꝰ & terrestribus, in elemẽtis ac mixtis, imo & in terrę visceribus ac occultissimis locis, ita

veneran-

Margin notes: 1. Cor. 3. — Phil. 3 — 1 Cor. 12 — E — F

A venerandissimus senior Dionysius & admirabiles varios atq; prævalidos produxit effectus in hoim cordibus p sua verba & opa, orones atq; miracula, virtutes ac plurimos purgando, illuminãdo, pficiẽdo, cõpungẽdo, terrẽdo, cõsolãdo, & inflãmãdo. Et in oibus habuit socios gl'iosos Rusticum presbyteꝝ, Eleutheriumq; diaconum sibi fidelissime assistẽtes, cõstãtissime cooperãtes in omi virtute inclyte cõsummatos, q & secũ palmã martyrij sunt adepti. Hũc ergo præstãtissimũ ac diuinissimũ virũ, sanctissimũ psulẽ, victoriosissimũ martyrẽ, eleuatissimũq; doctorem, laboriosissimũ, ac fructuosissimũ in dei eccl'ia operatorẽ, specialissime honoremus, singulariter diligamus, deuotissime inuocemus vnà cum gloriosis socijs eius.

¶Ser. 5. de libris B. Dionysij, & qũo in primitiua eccl'ia, seculo monachi abrenũtiabãt.

Nonné dñs fecit sctõs suos enarrare oia mirabilia sua quę cõfirmauit oipotẽs dñs stabilis in gl'ia sua? Ecci. 42. Vere inter sctõs altissimi, q eius mirabilia enarrauerũt. Fuit vnus de maximis sacratissimus & excellẽtissimus doctor, antistes, ac martyr Dionysius q tã maximi fuit feruoris, q nõ suffecit et ei mirabilia dei loquẽdo ac pdicãdo narrare, sed curauit ea ad ppetuã rei memoriã, ad oipotẽtis honorẽ, atq; totius eccl'iæ ædificationẽ pcipuã, etiã in scriptis redigere. Scripsitq; ea feruẽtissimo, affectuosissimo, ac pfundissimo stylo, diuersa cõponẽs volumina, plurimasq; epl'as nõ obstãtibus innumerabilibus ac grauissimis tribulatõibus, qbus tũc plena fuit eccl'ia. Vnde de mirabilibus dei q fecit in cœlesti Hierl'm in angelicis mẽtibus, in pria beatoꝝ, scripsit in libro de angelica hierarchia. ¶Porro, de mirabilibus dei in eccl'ia militãte, & de diuersis ritibus, obseruãtijs, cerimonijs eccl'iæ primitiuę, scripsit in lib. de eccl'iastica hierarchia. Sed & de varijs mirabilibus dei, in vtriusq; testamẽti libris cõscriptis, tãgit in diuersis voluminibus suis. Silr de miraculis sctõꝝ eccl'iæ primitiuæ, de qbus oibus lõge & late, diu ac copiosissime pdicauit. ¶Deinceps huius sacratissimi Dionysij multę & ma-

B gnæ sunt excellẽtiæ. Et quis fuerat omi virtutum excellẽtia mirabilr decoratus, specialissime tñ abũdauit in multiplici sapia, vtpote philosophica & theologica, acqsita & infusa, atq; in theologia anagogica, symbolica, & mystica. Eratq; cõtemplator eleuatissimus mysticã copiosissime theologiã exptus, in dono sapiæ cõsummatus. ¶Insup mirabilr abũdauit in diuini amoris ardore, & ignei instar carbonis arsit in deitatis dilectiõe. Fuitq; totus accẽsus zelo diuini honoris, desiderioq; fraternę salutis, tanq veraciter alter Paulus, totis optãs pcordijs deũ in oibus pfectissime honorare atq; ad idẽ alios vniuersos affectãs inducere. Ex qbus processit alia excellẽtia ei9 vz infatigabilis labor suus pro cõi bono eccl'iæ in discurrẽdo, pdicãdo, docẽdo, epale officiũ exercẽdo, & cõpilãdo tractatus qplurimos de diuinis, angelicis, & eccl'iasticis reb. Ideo Chr'us ei in carcere celebrãti, dignatus ẽ apparere, deditq; ei corpus suũ, dicẽdo: Accipe hoc, chare meus, qa merces tua magna ẽ nimis. Alia demũ excellẽtia eius est abũdãtiss. fructus, quẽ in eccl'ia fecit modis ptactis. Rursus excellẽtia eius alia est dignitas sua epalis. Alia etiã eius excellẽtia, est gl'ia, atq; constãtia sui martyrij & miraculoꝝ pclaritas quę cõtingebat in eo. Siquidẽ ferocissimis pjectus bestijs mãsit illæsus. In fornacẽ itẽ ardẽtem iactatus neqq ẽ vstus. Et cũ atrocissime cũ suis socijs flagellaret patiẽtissimus pstitit. Sup ferreã insup cratẽ extentus ẽ igne supposito, atq; post hæc cruci affixus in ea diu est tortus. Sed & alia multa ppessus est. Et tandẽ decapitatus propriũ caput leuauit de terra, tulitq; illud pprijs manibus p duo miliaria, angelo duce & cœlesti lumine præcedẽte, cõcinẽtibus angelis sanctis in aere, quoꝝ melodiã cœlestem plurimi audiẽtes, ad fi-

C dem cõuersi sunt. Et merito tã specialr est ab angelis beatissimis honoratus, q tã reuerẽtissime, altissime, ac deuotissime scripsit de eis, honorauitq; eos varijs modis, totis viribus suis. ¶Porro, in libro de eccl'iastica hierarchia, de sacramẽtis qbusdã eccl'iæ tractãs, de ritu & mysterio monasticę institutiõis scdm primitiuæ morẽ eccl'iæ inter cętera loquit. Ponitq; tres ordines pficiẽtium, vtpote ordinẽ diaconoꝝ, quẽ asserit eẽ mundatiuũ seu purgatiuũ. Ordinẽ quoq; sacerdotum, quẽ dicit eẽ illuminatiuũ, & ordinẽ epoꝝ, quẽ esse pfectiuũ fatet. Cõformiter ponit tres ordines eoꝝ q perficiunt, vnum & infimũ eoꝝ, q excludunt, puta cathecuminoꝝ, q lecto euãgelio egrediebant ecclesiã nec admittebant ad inspectionẽ, aut participationẽ mysterioꝝ sacrorum. Scdm, populi cõis atq; fidelis, q ad sacramentoꝝ cõionem ac visionẽ admittit. Tertium, monachoꝝ, ita q inter eos quoꝝ est purgari, illuminari, ac pfici monachi sunt supremi, Quorum est generali virtute, & perfecta conuersatiõis castitate esse mundatos. Vnde qdam Apl'oꝝ vocauerunt eos dei famulos, propter puꝝ atq; assiduum dei famulatũ. Alij vocauerunt eos, monachos à monade seu vnitate, propter singularẽ eoꝝ vitã, quæ simplicium contẽplatione & tractatu vnit eos ad diuinæ simplicitatis cõformitatẽ ac perfectionẽ deo amabilem. Propter hoc ecclesiastica constitutio attribuit eis pfectiuã grãm. s. quo ad seipsos, & sacerdotali non pontificali inuocatiõe benedicunt, sacerdotumq; ministerio sanctificant à deo. Sacerdos nãq; monachũ bñdicens, stat ante altare cum cantu inuocãs deum pro monacho. Monachus autem q benedicitur retro sacerdotem stat erectus, nullum genu flectens, nec super caput euangelia habẽs Sacerdosq; monachum benedicens, interrogat monachum, an omnibus secularibus conuersationibus & phantasijs velit renuntiare. Quo respondente, quòd immò, recitat ei sacerdos quæ sit perfecta atq; sancta conuersatio monachorum, & quòd oporteat eum perfectius viuere

plebe

plebe communi. Signans'q; eum cruce tondet ipm cum inuocatõe S. trinitatis. Pristina quoq; veste exuens eum, & alia induens, & cum cunctis fidelibus q astant, osculans eum, facit eum Eucharistiæ cõicare. ¶ Preterea, q monachus nullum genu flectit, nec super caput euangelium habet, designat, q non est officij sui alios edocere, sed deo adducere, aut animarũ gerere causam, sed sui esse solicitum, & singulariter erigi ad superna. Qui autem retro sacerdotem stat, significat, quòd debet sacerdotibus obedire, eis'q; se pro prece credendo ab ipsis ad diuinã sciam sibi competentium sursum agi. Qui autem renuntiat secularibus conuersationibus ac phãtasijs, significat perfectã monachorũ sapiam ordinatã, q a ipsorũ est ad sctãm vnionẽ recolligi. Signatio quoq; cruciformis designat in eis abstinẽtiã ab oĩbus carnalibus desiderijs, detonsio vero capillorũ caput denudãs, signat in eis mundã, & nõ fictã cõuersationẽ, nec meritis simplicitatẽ exteriori cõpositiõe ficte ornatã, sed mentẽ in sui puritate ad dei cõformitatẽ eẽ erectã, non papparentiã exteriorẽ, sed p singularẽ dei virtutẽ interiorẽ. Mutatio vestis in ipsis significat trãllationẽ ad gradũ, & ordinẽ altiorẽ, atq; vt differãt à vita plebis cõis. ¶ Porro, q osculatã sacerdote atq; astãtibus signat cõionẽ fideliũ, q deo cõformant, & sibi inuicẽ in eo spũalis'q; gaudio sibi mutuo cõdelectant in deo. Qui aũt cõicat tandẽ, designat, q a si vere retinuerit vitã monasticã, erit cõtẽplatiuus sacrorũ vt pplus, neq; scdm modũ vulgi cõicabit sacramẽtis, sed scdm spũalem intelligẽtiã notitiã'q; diuinã, Eucharistiæ q ppe acceptio, est cõsummatio cuiuslibet ecclsiasticæ participatiõis, q a singuli ordines scdm proprios gradus aut dignitates participant eucharistia tanq̃ diuinissima atq; dignissima ĩter diuinas cõiones, q bus nũc participamus ad nr̃e deificatiõis eleuationẽ ac pfectionẽ. Ecce ex pinductis B. Dionysij eloquijs cõstat, q in monachis debet eẽ cõtinua ac pfecta solicitudo interna, p pprij cordis custodia pura, mentis'q; eleuatio ad supna, q a ipsorũ est deo semp vniri, & corde ad cœlestia adiuuari, vt ad nihil terrenũ inclinet eorũ affectus, vt deo in vera ac intima simplicitate deseruiãt, omni fictiõe, calliditate ac duplicitate abiectis. ¶ Postremo, monachorũ est renũtiare secularibus rebus nõ solũ quãtũ ad possessionẽ seu adeptionẽ earũ, sed etiã cogitatiõibus affectiõibus'q; ipsarũ, vt nõ sit eis pro tpalibus aut vitæ necessarijs cura, quatenus puro ac libero mẽtis ascẽsu ferant in deũ, atq; in ipso quiescãt. Hæc igit studeamus pagere & implere, & si tales existimus, tales fieri strẽnue laboremus, & gloriosissimũ virũ magnũ Dioysiũ, q tam originalr ac fundamentalr scripsit de monachali cõuersatiõe & pfectione, ritu, cõsecratiõe, ac mysterio monachorũ, nos religiosi & monachi tanq̃ in specialem magistrum, q solus veraciter sufficit ad fidei cõfirmationẽ, specilr valde diligamus, veneremur, & inuocemus, ac præfatas eius virtutes charitatis feruorẽ, sapiæ claritatem, zelum diuini honoris, affectum boni communis, sanctorũ laborum instãtiam, patiẽtiam'q; inuictam, fideliter perseueranter, ac feruide imitemur. Ad laudem dei &c.

¶ In festo sancti Lucæ Euangelistæ

¶ Enarrationẽ Eplæ: Qui timet deum, cũ suo sermone, Require fo. 51. e

¶ Enarratio Euãgelij: Designauit dñs Iesus & alios. 72. fo. 293. e

¶ Sermo primus: De laudibus sancti Lucæ Euangelistæ, & quomodo naturalia fiant virtuosa.

VOs estis lux mundi. Ista sunt verba Chr̃i ad Aplos, Matth. 5. quæ de Euãgelistis etiã aptissime exponunt. Fuit ergo sacratissimus Lucas Euãgelista lux mundi, qui euangeliũ & actus Aplorũ cõscribẽdo totũ illuminauit orbẽ terrarũ. i. totũ genus humanũ & vsq; in psens illuminat, atq; in finẽ seculi illustrabit, vniuersam in terris militãtem ecclesiam. Huius sancti Euangelistæ multæ sunt laudes & excellẽtiæ. Prima, q in naturalibus fuit præclarus. Quæ quàmuis in se non sint meritoria, tamen dum bene vtimur eis, sunt instrumenta, adiutoria'q; virtutum, Lucas vero Euangelista optimè vsus est eis. Fuit ergo in naturalibus. s. in donis naturæ & artibus atq; habitibus acqsitis multum sublimis. Nam vt ait græcus expositor egregiæ indolis fuit & velocis ingenij. Græcorũ quoq; sciam & poesim, rhetoricã ac psuadẽdi leporẽ philosophiam'q; didicit. Fuit etiã medicus valens, & pictor subtilis, gloriosæ virginis depinxit imaginẽ. Secunda laus eius sua perfecta ad Chr̃m conuersio. Et dicũt nõnulli, q fuit vnus de septuaginta duobus Chr̃i discipulis. Vnde græcus expositor ait, q accelerauit ad Iudæam, & corporalr atq; verbotenus Chr̃m adijt, ac eius discipulus factus est, plurimum'q; cõuersatus cum eo. Theophilus vero testatur, q non fuit discipulus Chr̃i ab initio prædicationis Chr̃i, sed tpe procedẽte. ¶ Porro S. Hieronymus asserit eũ fuisse discipulũ Aplorũ, non Chr̃i. Et glosa testat, q prædicãti dño non adhæsit, imo post eius resurrectionẽ, venit ad fidẽ. Quibus magis cõsonare videt, q ipsemet Lucas in Procemio euãgelij sui fatet, dicẽdo: Quoniã quidem multi conati sunt ordinare narrationẽ quæ in nobis cõpletæ sunt rerum sicut tradiderunt nobis, q ab initio ipsi viderint. Quicqd autẽ horũ dicat ipse B. Lucas natiõe Syrus & Antiochenus oĩa sua reliquit, & Chr̃i imitator pfectus est factus, pristinas suas artes postponẽs, & documẽtorũ, miraculorũ'q; Chr̃i auidissimus studẽs effectus est. Tertia laus est eius, q Paulo Aplo tam inseparabilr vsq; ad Pauli mortẽ adhæsit. Conderauit nãq; sapiam & feruorem, multamq; excellentiam tanti apostoli, ideo sapientissime egit, q ei tam fideliter mãsit cohæres, iuxta q d in

Ecclesi

A Ecclesiastico scriptum est: Cum viro sancto assiduus esto. Et item: Cum videris sensatum, statim euigila ad illũ. Vnde ad Timotheũ loquit̃ Paulus. Lucas est mecũ solus. Et alibi: Salutat vos Lucas medicus charissim⁹. Hinc in Actibus Apl'orũ gesta Pauli describit Apl'i vsq; ad finem libri. Quarta laus est eius q̄ tam copiosissime illuminauit totã ecclesiã, non solum euãgeliũ, sed & actus describẽdo Apl'orũ. Eiusq́; euãgeliũ est valde ornatũ, planũ, plenũ, delectabile & iucundum. Nã fundamẽtal'r incipit à Chr̄i præcursore, atq; de Chr̄i incarnatione, natiuitate, circũcisione, oblatiõe in templo, multa saluberrime, ac compendiosissime scribit quæ ab alijs erãt euãgelistis omissa. Hinc S. Lucas dicere potuit illud Eccl'stici: Doctrinã quasi antelucanum illumino omnibus, & enarrabo illam vsq; in longinquũ, & illuminabo om̃es sperãtes in dño, & relinquam illam oĩbus quærẽtibus sapiam. Vnde & hic Euãgelista merito appellatus est Lucas, qa certissime lucẽs, imò & lucidissimus fuit radios sapiæ suæ p scripta sua vbiq; diffundẽs. Quinta laus eius est, q̄ in virginitate permansit. Ex quo elicit̃, q̃ honestissimæ fuerit conuersationis etiã ante conuersionẽ suã ad Chr̄m, q̄. s. in tot artibus occupatus ac eruditus florẽ non pdidit virginitatis. Possent & aliç eius laudes cõmemorari, vt q̄ sctã senectute extitit decoratus. Nã octogintaquator vixit annis scd̃m Hieronymũ in libro de viris illustribus, q̄ etiã alibi loquit̃. Itaq; tã gl'iosi Euãgelistę documẽtis obediamus, adhęreamus vestigijs, castitatẽ sequamur. Ecci. 37 Ecci. 6 2. Tim. 4 Colos. 4 Lucæ. 24.

¶ AD RELIGIOSOS.

¶ Sermo. 2. De duodecim consilijs euẽgelicis, ẽ quibus tria p̄minẽt, quę religiosi vouẽt, paupertatis vc; castitatis & obediẽtiæ, q̄bus iũgunt̃ hic. 4. & 5. id ẽ, charitatis & patiẽtię.

B LVx in tenebris lucet, & tenebræ eã nõ compħẽderunt, Iohã. 1. Verba hęc de Chr̄o literal'r scripta de eius Euãgelista lucidissimo Luca cõgrue exponunt̃, q Lucę Euãgelij sui lucet in tenebris huius mũdi, tenebrosa illuminãs corda, nisi sint indurata & reproba q̃ Euãgelistã istũ nõ cõprehẽdunt pformatã notitiã, salutarẽ sciam, vitá q́; imitationẽ. ¶ Porro sicut Euãgelista iste pręfulgidus in euãgelio suo oĩm Chr̄ianorũ vitã sufficiẽter instituit ac informat, describẽdo generalia Chr̄i p̄cepta ac fidei docum̃ta ac moralia dogmata sic & religiosos special'r edocet saluatoris describẽs cõsilia, ac pfectissima eiusdẽ opa, in q̄bus eũ sectari special'r obligant̃ religiosi. Queãdmodũ aũt ponunt̃ decẽ præcepta, ita duodecim sunt Chr̄i cõsilia à sctis Euãgelistis sparsim expressa. Inter quæ eminẽt tria om̃i substãtialia religiõi. Primũ ergo cõsiliũ est de castitate ppetua obseruãda. Vnde ait saluator: Si q̄s venit ad me & nõ odit p̄rem suũ, & m̄rem, & vxorẽ. Item: Sũt eunuchi qui seipsos castrauerũt, ppter regnum dei. Et cũ discipuli dixissent ad eũ, si ita se habet causa hoĩs, cũ vxore nõ expedit nubere, ip̄e r̄ndit. Non om̃es capiunt verbum hoc, sed q̄bus datum est. Quo responso ostendit istud non esse necessitatis, sed supererogationis, nisi eis, qui castitatem vouerunt. Quæ quanta sit virtus constat ex eo quod in Ecclesiastico fertur: Omnis ponderatio auri non est digna continentis aĩæ. Istud consilium seu castitas hæc p lapidẽ designat̃ saphyrum q flaui extat coloris, queãdmodum cœlum quãdo serenum est. Sic pauperes à terrenorũ, carnaliumq́; affectu penitus elongati atq; cę lestibus solis intenti colorem habent cœlestem, & animũ cœliformẽ, Saphyrus quoq; libidinis ardorem refrigerat, & oculos purgat. Sic castitas concupiscẽtiarũ tollit & extinguit feruorem, interioresq́; purgat oculos, ne concupiscẽtijs & carnalibus appetitionibus offuscati, à diuinorũ contẽplatiõe, à veri & falsi, boni ac mali discretione ac actibus rõnis impediant̃, sed diuina atq; salubria limpide speculent̃, prout ait Apl'us: Nos reuelata facie gl'iam dñi speculantes. Secundũ consilium est de paupertate seruãda, de quo ait Sapĩa dei p̄ris. Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Et denuo: Qui non renuntiauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Cuius rei exemplum præbuit semetipsum, dicendo: Volucres cœli nidos habent, & vulpes terræ foueas. Filius autem hominis, non habet vbi caput suum reclinet. Et iterum dixit: Beati pauperes, quia vestrum est regnum dei. Hæc paupertas designatur per lapidẽ smaragdum, q viridissimi est coloris, intantum, q̄ ex eius propinqtate & fulgore aer circumstãs videt̃ virere. Ita paupertas spontanea, eoip̄o quo auaritiã quæ idolorum est seruitus tollit & cupiditatem, omnium vitiorum radicẽ prosternit, ac sedat, mentem facit pulchre virere, & omni virtute virescere, intantum, vt alios sua exẽplaritate perfundat, ædificet, faciatq́; in gr̃a dei virere. Smaragdus quoq; intãtum amator siue exactor est castitatis, quòd carnalium operũ fœditatẽ non patit̃, nisi rumpat̃. Sic voluntaria & religiosa paupertas castitatis est nutrix quemadmodum opulentia carnalitatum est mater. Smaragdus insuper morbum auertit caducum ac tempestates. Ita certissime ista paupertas inquietudines solicitudinum & timorum, ac variarũ tẽtationũ, & vitiorũ quę ex auaritia nascunt̃, & hoĩem ad ruinã impellũt, tollit seu mitigat. Tertiũ cõsiliũ est, de propriæ volũtatis abnegatiõe seu obediẽtia plena, de quo asserit filius dei: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suã quotidie, & sequat̃ me. Itemq́; Qui odit aĩam suã in hoc mũdo, in vitã æternã custodit eã. Hoc cõsiliũ cæteris duobus, iã p̄actis p̄stãtius ẽ, qa p obediẽtiã mactatur, ac deo sacrificat̃ ip̄a voluntas, idcirco significat̃ p Topasiũ, q aurei fert̃ coloris, imo oĩm ẽ colorũ. Sicut aũt aurũ inter metalla p̄fulget, sic obediẽtiæ virt⁹ inter p̄fata vota atq; cõsilia religiosorũ, & oĩm act⁹ virtutũ sub obediẽtia cadere p̄nt. Lucæ. 14 Matt. 19. Luc. 20 Matt. 19 Ecci. 26 C 2. Corin. 3 Matt. 19. Lucæ 14. Matth. 8 Lucæ 9 Lucę. 6 Ephes. 5. 1. Timo. 6 Lucę. 9 Johan. 12 Roma. 12. Ephes. 4

¶ Præter-

Roma. 12 ¶ Præterea, qa religiosi debēt eē huic mūdo defuncti, & pfecte implere q̄d ait apl'us: Nolite
Ephes. 4 cōformari huic seculo, sed renouamini spū mētis vestræ, & induite nouū hoiem q̄ scd̄m deū D
creatus est in sanctitate & iustitia veritatis. Hinc recte diuinitus est statutū, vt prętacta faciāt
tria vota, quia p ea plenarie elongātur ab his quæ in mūdo magis abundāt, & à radicibus vi-
1. Iohan. 2 tiorum. Quia, vt sanctus ait Iohānes apl'us: Om̄e quod est in mūdo, concupiscētia carnis est, &
cōcupiscētia oculorum, & superbia vitæ. Castitas aūt cōtrariatur cōcupiscētiæ carnis, & eā re-
frenat, eāq; refrenādo à diuersis ac grauibus pseruat pctīs. Idcirco nequaq̄ sufficiat religioso
à carnalibus abstinere opibus, sed à cōcupiscētia q̄q; om̄i illicita, ab om̄i cogitatiōe lasciua, à
carnali aspectu, ab osculis, atq; amplexibus, cōtactibusq; infectis, sensualibus, libidinosis, imò
ab om̄i eo q̄d carnalē concitat affectionē ac stimulū. ¶ Porrò, pauptas contrariat̄ cōcupiscē-
tiæ oculorum. Propterea ab omni immoderata tpalium appetitione abstineamus, vt nec sup-
flua nec curiosa desideremus, acquiramus aut reseruemus, nec ad ea q̄rum nobis cōceditur vsus
inordinate afficiamur, imò ad resignationē habeamus cor semp paratū. Parum est equidē ipsis
rebus carere, sed necesse est cupiditates eradicare, quæ nisi radicitus euellātur in paruis rebus
acrius vigēt. Vnde qdā religiosi impetuosius afficiūtur ad parua eis pro vsu cōcessa, q̄ aliqui
seculares ad grandes suas diuitias, q̄ periculosissimū eē nō latet, cū abdicatio rerum ad eradica-
tionē appetituū finaliter ordinetur, nec aliter in diuina ac spūali charitate proficitur. Vnde
& tales pro paruis ac vilibus rebus turbātur & turbāt, charitatēq; lædūt in se ipsis ac aliis. At
vero obediētia cōtrariat̄ supbiæ vitæ. Hinc humilitas in obediētia includit̄, quēadmodū so-
brietas in pauptate, vnde sicut tenuitas victus & vestitus voto pauptatis inseparabiliter ēan-
nexa, ita humilitas obediētię voto. Nā sicut supbia, causa est rebellionis & immāsionis ac in-
obediētiæ, ita humilitas ad obediēdū & acquiescēdū disponit. Hæc itaq; tria vota fidelissime E
impleamus, quorum res ipsas seu virtutes sanctus Euangelista Lucas eminēter impleuit, quia in
virginitate pmāsit, tpalia cūcta propter Christū reliquit & Paulo aplo vsq; ad mortē ipsius
adhæsit ac paruit. Quartū consilium est de adimpletione charitatis. Nempe, q̄d ait saluator:
Matth. 5 Diligite inimicos vestros, benefacite his q̄ oderūt vos. Et: Orate pro psequētibus & calum-
Ibidē. niantibus vos, secundū expositionē præceptū est, secūdū aliā vero cōsilium. Est nāq; præce-
ptum q̄d ad dilectionis affectū, qm̄ inimicorum conuersionē & salutē tenemur appetere saltē in
gn̄ali, & quādo oportunitas id reqrit etiā in speciali. Est aūt consilium quātum ad dilectionis
effectū casu necessitatis excepto, in q̄ tenemur eis tā spūalia q̄ corpalia bn̄ficia exhibere. Nec
debemus eos à cōmunibus orationibus excludere. Alias pro eis in speciali orare, eisq; benefi-
cētiæ opa, & beneuolētiæ signa impēdere cōsilii & superogationis existit, nisi dum veniā pe-
tunt, vel ad familiaritatem synceriter ingerunt, non tamen oportet eos ad familiaritatem
Eccle. 12. seu societatem admittere, cū scriptū sit in Ecclesiastico: Non credas inimico tuo in æternum
Mille em̄ doli in corde illius, & vbi nō præsumis, elidet te. Hoc consiliū designat̄ carbunculo,
qui lapis ignei est coloris, & magis lucet in nocte, aliorumq; lapidum fertur habere virtutē.
Sic charitas spūalis est ignis alias in se includēs virtutes, quæ etiam in aduersis magis apparet.
Studeamus itaq; istud cōsilium pfecte implere, & bn̄uolentiæ indicia, atq; bn̄ficētiæ facta su
pererogāter aduersariis exhibere, & ita frangere eorum duritiā, mitigare auersionē, & in bono
Prouer. 21 vincere malū, cum & Salomon protestet̄: Munus absconditū extinguit iras, & donū in sinu
Matth. 5 indignationē maximā. Quintū consiliū est de pfecta māsuetudine & patiētia cū ait saluator:
Cum qs percusserit te in vnā maxillā, præbe ei & alterā. Quod secūdum animi præparatio-
Luc. 6 nem intelligendū censetur, qn̄ vz expedit taliter fieri. Et rursus cū ait: Qui vult tecū iudicio F
contēdere, & tunicā tuam tollere, dimitte ei & pallium. Nempe cum praua cōtētione & frau
de seu inordinate nulli licet sua repetere. Imperfectis autē licet cū charitate & ordine iuris, p-
fectis, nō nisi forte bonū cōmune aut charitas ipsa expostulet aliud, aut ecclesiastica bona diri
piantur. Religiosis vero nō licet repetere sua, vt sua. s. vt cōgregationis. Hoc consiliū signifi-
catur per ametistum qui violacei est coloris, habetq; refrigeratiuā ac lenitiuā virtutē, & ope
ratur cōtra ebrietatē. Malas q̄q; reprimit cogitationes, & cōfert in scibilibus intellectum. Sic
māsuetudo & patiētia, iræ & impatiētiæ refrenāt impetū, ac feruorē & animi turbulentiam,
quæ est eius ebrietas sedant, mentē quoq; ad sapiētiā & cōsiderationes acutas aptificāt. Pro-
Iacobi. 1. pter q̄d Iacobus ait apl'us: In māsuetudine suscipite isitū verbū. Et psal. loquēs de deo: Diri-
Psal. 24 get (inqt) māsuetos in iudicio, docebit mites vias suas. Istud itaq; cōsilium impleamus plena-
riæ, nulli pro malo malum, maledictum pro maledicto, obloquutionem pro obloquutiōe, ir-
risionem pro irrisione reddētes. Quòd si vnum durum verbū ferre nō possumus, quomodo a-
lapam æquanimiter patiemur? Et si vnā patiēter non ferimus, quando ad aliam tolerandam
2 Cor. 4 habebimus cor paratum? Exemplo igitur beatissimi Lucæ Euāgelistæ qui crucis mortifica-
tionem in suo corde ac corpe tulit, quotidie moriamur nobis ipsis ac mundo totaliter, soliq;
deo viuamus salubriter.

¶ Sermo tertius: De septē reliquis consiliis Euangelii. s. misericordiæ, non iurandi, vitandæ occasionis peccati, rectæ intentionis, &c.

Laus

A Laus eius est in Euangelio per oēs ecclesias. Ista sunt verba Pauli apostoli ad Corinth. q̄ cōmuniter exponunt de Luca Euang. q vniuersis Christifidelibus erat laudabilis, amabilis & honorabilis propter elegantiā Euangelij q̄d cōscripsit. Qui & librū actuū aplorꝫ ad ædificationē & illuminationē totius ecclesiæ, vtilissime cōpilauit, & in Euāgelio de Chri tractat cōsilijs. Chrūs nāqꝫ qui erat via, veritas & vita, verusq̄ deus & sapiētia patris, atqꝫ in natura assumpta, quo ad superiorē portionē ipsius multiplici sapientia, imò & beatifica visione, fruitioneq̄ plenus, optime nouerat cōpendiosiora itinera pertingendi ad verā salutem, ideo dedit inde consilia, quæ sunt semitæ ad beatitudinē cōpendiosius perducētes, atqꝫ ad charitatis pfectionē cui magnitudo p̄mij essentialis correspondet efficacius disponētes. Et qa de quinqꝫ euangelicis Chri cōsilijs in sermone dictū est p̄cedenti, nunc de reliquis septē est prosequendū. Itaqꝫ sextū consiliū est, de abundāti exhibitione operꝫ misericordiæ tā spūaliū, q̄ corporaliū, vt cū ait saluator: Omni petēti te tribue. Quod vno modo p̄ceptū est, vt. s. de superfluo demus in necessitatis articulo, dare vero de ijs qbus psonalr̄ indigemus extat cōsilium. Vnusqsqꝫ igit opa misericordiæ spūalia ac corporalia pro suis exhibeat viribus. Beati em̄ misericordes, qm̄ ipsi misericordiā cōsequent. Et: Beatus q intelligit sup egenum & pauperē. Hinc tentatis, afflictis, lapsis ac miseris intime cōpatiamur, atqꝫ pro posse auxiliemur, & q̄d effectu nō possumus, agamus affectu. Peccantibus q̄qꝫ in nos cōdoleamus magis q̄ irascamur aut indignemur, ac libentissime ignoscamus, etiā nō ingrati. Hoc cōsiliū per Onichiū designat, q magnitudinē & colorē habet vnguis hūani, valetq̄ cōtra scabiē, & vultū dealbat, nociuos q̄qꝫ humores depellit ex oculis. Sic opa misericordiæ omnē vitiorꝫ delent fœditatē, interioreq̄ faciem ornant, & prauos ex corde expellūt affectus. Johan. 14 Lucę. 6 Matth. 5 Psal. 40 Matth. 5

B Septimū cōsiliū est de nō iurando, vt cū loquit dn̄s: Ego dico vobis, nō iurare oīno. Sit aūt sermo vester, est est, nō nō. Istud secundū vnā expositionē est vnū de decē præceptis. Alio modo cōsiliū est p respectū ad pfectos nisi ad iuramentū rationabilr̄ cōpellant. Pusillis vero & infirmis interdū iurare & iuramentū exigere est permissum. Hoc cōsiliū designat p iaspidē q viridis est coloris, estq̄ transpārēs, & rubeis venis ornatur. Sic loquutio nostra debet esse fructuosa instar virentiū terræ nascentiū, & clara, non sophistica, versuta, dolosa siue mēdosa, & charitatis igne debet esse formata. Iaspis q̄qꝫ repellit febrem atqꝫ hydroposim, restringitq̄ sanguinis fluxū. Sic sermo simplex, syncerus, benignus irā auaritiā, cōcupiscentiam curat. Octauū consiliū est, vt vitet peccati occasio, qa aliter, aut vix, aut non vitat peccatū, vt cū ait saluator: Si oculus tuus scandalizat te, &c. Quod secundū vnā expositionē, cōsilium est, vt. s. membra refrenent nō solū ab actu illicito, sed etiam ab occasiōe hmōi actus, vt est morosa inspectio mulieris. Sic & in diuinis hincinde aspicere, aut in aliquem figere visum occasio est malorꝫ, ideo est vitandū. Hoc cōsiliū designat per chrisolitū, q lapis est stultitiā fugans, sapiām cōferens, & micat ad solē velut aurea stella, resilitq̄ ab igne. Sic certe occasiones peccandi vitare magnæ est sapiæ, & eas admittere siue assumere magna extat fatuitas. Similr̄ hæc cautela tanq̄ stella illustrat ac dirigit animā & à periculo peccati facit eā protinus resilire. Hinc scriptū est: Sapiens timet & declinat à malo, stultus cōfidit & transilit. Nonū consiliū est de rectitudine intentiōis ac finis. Quod vno modo p̄ceptū est cū bonitas actionis ex bo Matth. 5 Matth. 5 Pro. 14

C nitate dependeat finis, iuxta illud: Si oculus tuus fuerit simplex, &c. Vnde rursus dn̄s iubet: Primū quærite regnū dei & iustitiā eius. Oportet em̄ certis tēporibus referre opa ad bebitū finem & rectificare intētionē. Sed frequētius vel in omni actu hoc agere extat cōsiliū. Hoc aūt cōsiliū significat per berillū, q valet contra pericula hostiū, hominē quoqꝫ reddit inuictum, reconciliat etiā inter cōiugatos amorē. Sic recta intētio valet cōtra vanitatū & elationū tumorē, & contra inuisibiles hostes facit hominē p̄ualere, animā item recōciliat sposo cœlesti. Nil ergo vanę gloriationis, nil sinistræ intentiōis, nil obliquitatis insit cordibus nr̄is, aut nr̄is misceat opibus. Decimū cōsiliū est, vt vita cōformet doctrinæ, & opatio p̄dicatiōi cōcordet, vt dū asserit Chrs Qui fecerit & sic docuerit hoīes, hic magnus vocabit in reg. cœl. Istud aūt p̄ceptū est, loquendo de illa doctrina seu p̄dicatiōe q̄ oīm cōcernit salutē, vt est obseruātia p̄ceptorꝫ. Cōsiliū vero est dū prædicatio est de supererogationis opibus, imò ad monachos spectat plus abundare opib⁹ virtuosis q̄ doctrina aut verbis, iuxta q̄d ait Chrysost: Audiant te hoīes magna facientē, & parua præcipientē. Sed iā prohdolor cōtingit oppositū, & multi inueniunt q docent alios, nō seipsos & ea de qbus corripiūt siue dijudicāt alios, faciūt nō verentes illud aplī: Qui aliū doces, teipsum nō doces? Nec illud eiusdē aduertūt: Inexcusabilis es ò hō q alios iudicas? In q̄ em̄ alterꝫ iudicas teipsum cōdemnas. Hoc cōsiliū p ligurium denotat, Ligurius qppe lapis est q generat ex vrina lincis, q̄ durescit in lapidē, q & cōstipatū dissoluit ventrē. Lins aūt est aīal acutissimi visus. Sic p̄dicator & doctor debet in primis seipsum diligētissime intueri, & verba vitæ in se primo complere, deinde in alios emanare, & eorꝫ duritiā relaxare. Vndecimū cōsiliū est de solitudine euitanda, dū veritas loqtur: Nolite soliciti esse corpori vestro, &c. Itemq̄: Nolite soliciti esse de crastino. Quæ si intelligant de solicitudine immoderata circa superflua, & q̄ ex diffidentia seu incōsideratione diuinæ prouidentiæ oritur, est præceptum. Si autem intelligant de solicitudine circa necessaria vitę, consiliū ē. Quidam vero religiosi circa temporalia sua agenda, in tantū Matth. 5 Matth. 6 Matth. 5 Ro. 2 Ibidē. Matth. 6

solicitantur, quod etiã seculares ex hoc non parum scandalizãtur. Quod periculosum est valde, cum religiosi teneantur eẽ maxime exẽplares, & bonũ famæ sit tpalibus præferẽdũ, & propter scãdalũ pusillorum vitandũ sit quicqd salua triplici veritate põt vitari, & religiosi ad viã tutiorem sint obligati. Semp ergo & summe simus soliciti solicitudine spũali, q̃liter pericula aniarum, laqueos tẽtationũ, aciẽ vitiorum possimus euadere, spũaliterq́ ditari, & deo q̃tidie magis ac magis placere, vniri ac inhærere. ¶ Porrò, istud cõsiliũ p Achatẽ designatur, q lapis, nigri coloris ẽ intermixtis aliqbus albis venis, & fugat venena, sedatq́ sitim & fouet visum. Sic solicitudinis terrenę abiectio vitiorum virus repellit, auaritię sitim extinguit, interiorẽ acuit oculũ. Duodecimũ cõsiliũ est de correptiõe fraterna Chr̃o dicẽte: Si peccauerit in te frater tuus, &c. Quod si intelligatur de mortalib⁹ vitijs, & stãte opportunitate corripiẽdi, atq; fiducia de peccãtis emẽda, p̃ceptũ est, alias phibet cõsiliũ. Et significatur istud cõsiliũ p Sardiũ, q lapis rubei ẽ coloris & atri, instar rubeæ terræ. Restringit etiã sanguinis fluxũ, atq; exhilarat aĩm, acuitq́ ingenium. Si plane fraterna correptio ex igne charitatis debet pcedere cũ interna cõpassione qd prubeũ atrũ notatur colorẽ, & mẽtis reprimit euagationẽ ne peccãdo pefluat, sed & lætificat correptũ, si bonę sit indolis, prudẽs ac docilis, & visum eius mẽtalẽ illuminat ad intuẽdũ suã ruinã. Propter qd Salomon fassus ẽ: Argue sapiẽtẽ, & diliget te. Et alia ait scriptura: Vir sapiens nõ murmurabit correptus. Atq; ap̃lo protestãte: Om̃ia q̃ arguuntur à lumine manifestantur. Sic igitur proximũ peccãtẽ vnusq́sq; corripiat, vt inprimis inspiciat, increpet, dijudicet, castiget semetipm. Itaq; beatissimi Lucæ Euãgelistę doctrinã, exẽpla, virtutes sectemur. Eius nanq; euãgeliũ oĩm spiritualiũ medicamẽtorum est apotheca, & ipse spũalis est medicus. In cuius euãgelio abundant remedia contra vniuersos animarum languores ac morbos, quos ex cõsideratione documentorum & operum, actionũ, passionũq́ Chr̃i S. Lucas docet curare. Ad laudẽ, &c.

Matt. 18.
Prouer. 9
Eccle. 10.
Ephe. 5.

¶ In festo sanctarum vndecim milium virginum.

¶ Enarrationẽ Epistolæ: Qui gloriatur, in dño glorietur. Itẽ & Euãgelij: Simile est regnum cœlorum decẽ virginibus, &c. Require in cõmi sctõrum de virginibus.

¶ Sermo primus: De historia & multiplici cõmẽdatiõe exercitus vndecim miliũ virginum.

PRæuenerũt principes cõiuncti psallẽtibus ĩ medio iuuẽcularum tympanistriarum. In psalmo: In his verbis gloriosissimus vndecim miliũ virginũ exercitus multipliciter cõmẽdatur. Primo, ab vnione angelorum sctõrum cũ ipsis. Secũdo, à cõsortio sctõrum virorum cũ eis. Tertio, à spũali laude, quã spõso cęlesti obtulerũt virgines illę. In hoc etẽm glorioso collegio XI. miliũ virginũ erãt psallẽtes, vcʒ multi sancti epi atq; pbr̃i, q ex deuotiõe eis se sociauerũt ac diuinũ eis celebrauerũt officiũ ac sacr̃m corpis Chr̃i tradiderũt eisdẽ diebus dñicis, qbus venerũt ad eas. Et tunc principes. i. angeli sancti p̃uenerũt illũ accessum, cõiũgẽtes se sctis illis epis ac pbr̃is deo psallẽtibus ĩ medio iuuẽcularum. s. virginũ harum spũaliter tympanistriarum. Itaq; exercitus iste virginũ harum ineffabilr̃ gloriosus, valde p̃clarus ẽ, & multis excellẽtijs decorat⁹. Pr̃io rõne principalis psonæ fęmineæ in eodẽ, vcʒ sanctiss. Vrsulæ q̃ fuit vnica filia Mauri Chr̃ianissimi regis ĩ Britãnia. Quę admirabili morum venustate, ĩcredibili pulchritudĩe, ingẽti prudẽtia, & qd ampli⁹ est, feruẽtissimo dei amore, ac ĩtima deuotõe fulgebat, ideo vndiq; erat famosa. Qua propter rex Anglię vir tũc p̃potẽs gẽtilis misit nũtios inclytos ad Maurum regẽ, vt vnico filio suo cõiugẽ daret filiã suã. Quo audito, cõtristat⁹ est Maur⁹ rex, qm̃ indignũ putauit suã filiã Chr̃ianã dare pagano, & qa regis illius pagani formidauit ferociã. Tũc deuotiss. virgo Vrsula cũ ieiunijs, vigilijs, lachrymis, pstratiõibus die ac nocte dñm exorauit, vt sibi reuelaret qd ĩ isto agẽdũ eẽt negotio. Cũq; ex laborib⁹ pęnæ defecisset, apparuit ei angelus p̃nũtiãs ei totũ pcessum & ordinẽ agẽdorum. Tũc beatiss. virgo Vrsula lętissima facta dixit pr̃i suo, vt petitiõi regis pberet assensum, tñ sub cõditiõe quam ab angelo didicit, vtpote quod rex ille gẽtilis trãsmitteret sibi ad solatiũ decẽ nobilissimas ac electissimas virgines cuilibetq; illarum associaret virgines mille, & pr̃ suus rex Maurus sibi associaret virgines mille. Cõparatis q̃q; trieribus inducias triũ annorum sibi donaret ad dedicationẽ suæ virginitatis ac ĩterim filius regis baptizaretur, atq; ĩ fide Chr̃i instrueretur. Hoc ãt petiuit Vrsula gloriosa, q̃tenus virgines gẽtiles à rege gẽtili sibi mittẽdas ad Chr̃m cõuerteret, imò totũ quod in hac re petiuit ac fecit sibi cõmissum ac reuelatũ fuit ab angelo, à q̃ didicit, quod tã ipa q̃ virgines illæ ac alij multi secũ, pro Chr̃o martyriũ eẽt passurę. Placuit ãt regi Anglorum, & filio eius qcqd sacratiss. Vrsula postulauit, misitq́ ei decẽ milia virginũ desiderata. Scd̃o cõmẽdabilis ac p̃clarus ẽ, victoriosissimus & p̃elect⁹ virginũ harum exercitus à p̃cipali psona virili ei associata, vcʒ summo põtifice sctõ Ciriaco. Cũ eñ virgines vniuersę eẽnt reginæ suę Vrsulæ cõsociatæ, ipa felicis. Vrsula spũ sctõ repleta, locuta est eis verbũ dei, & ĩfideles cõuertit ad fidẽ. Et oĩbus iã cõuersis reuelauit eis suũ secretũ, qd. s. audiuit ab angelo, & qd oĩbus eis eẽt futurum. Tũc oĩm virginũ illarum desup electarum mẽtes spiritu sctõ replete sunt & assenserũt, atq; ĩ nouã cõiurauerũt militiã. Et cõparatis eis trierib⁹ ac sumptibus p̃paratis, belli p̃ludia ĩchoauerũt, nũc currẽtes, nũc discurrẽtes, mõ cõflictũ, mõ metũ, iã fugã simulãtes, interdũ meridie, interdũ vix vespe redierũt. Cõfluxerũtq́ pceres & vulgares in-

A res innumerabiles ad tã grãde, iucũdũ ac inuisum spectaculũ. Tãdẽ deo volẽte trieribus à terra lõge subductis recesserũt à ꝓpriꝭs, & vener. Coloniã, vbi angelus rursus gloriosiss. virgini Vrsulæ reginę apparuit dicẽs, ꝙ integro nũ. o Romã eẽnt ituræ, & inde Coloniã reuersuræ, atq; ibidẽ martyrio coronãdę. Qđ cũ beatiss. Vrsula sacris retulisset virginib⁹ oẽs gauisæ sunt vehemẽter, & spũ sctõ mirabilr̃ inflãmatę, arripuerũtq; iter ad Romã nauigio vsq; Basileã tẽdẽtes, & inde Romã venerũt pedestres. Quas S. papa Ciriacus ac clerus cũ magno gaudio suscepit. Tũc de⁹ reuelauit summo põtifici, ꝙ cũ virginibus istis eẽt itur⁹, martyriũq; passurus. Fuit ãthic S. Ciriacus ex Britãnia oriũdus, & multas habẽs cõsanguineas ĩter has virgines, fuit etiã virgo, & vir eximiæ sctĩtatis, ac iuxta reuelationẽ diuinã papatu resignato, se virginib⁹ sociauit, atq; cũ eis Coloniã venit. Tertio, cõmẽdãdus ẽ ꝑclarissimus & ꝑamabilis virginũ hаꝝ exercitus, qa tot scti epi ac pbri ipis fuerũt associati, & simul cũ eis martyrio coronati, vcꝫ Vincẽtius pbr̃, cardinalis & S. Iacobus Anthiochenus archieps ex Britãnia natus, Mauricius q̃q; eps ex regia stirpe ortus auunculus sanctę Vrsulę, vtpote fr̃ suę mr̃is noĩa Dariæ, vir valde sctũs, & Follianus ꝓsul Lucẽsis, ac Clemẽs antistes, & Marculus, Gręciæ põtifex, sed & Pãtulus Basilieñ. eps. Nõne de vnoq̃q; hoꝝ tã sctõꝝ, sublimiũq; pastoꝝ martyrio coronatoꝝ festũ agi posset ꝑclaꝝ? Quàm gloriosus ergo ac celeberrimus ẽ sctãꝝ virginũ millenaꝝ exercitus, cui associati, & cũ q̃ martyrizati sunt tã multi scti epi atq; pbri. Quarto, cõmẽdãdus, & ꝑclarus ẽ victorialis iste exercit⁹, qa tot aliæ vtriusq; sexus ꝑsonę sanctiss. ac illustriss. fuerũt ei cõiũctę, vcꝫ sctã Gerasina regina Siciliæ, ac q̃tuor filiæ ei⁹, puta Babilla, Iuliana,

B Aurea & Victoria, & Adrianus rex filius ei⁹ iuuẽculus. Ethereus q̃q; rex filius regis Angloꝝ sponsus sanctiss. Vrsulæ, & mr̃ ipsius, ac soror noĩe Florẽtina. Itẽ Cõstãtia regina, filia Dorothei regis Cõstãtinopolitani. Fuerũt etiã ĩ isto exercitu Cæsarius miles & neptis eius glõsa & sctã virgo Verena, sꝫ & Pręmosa virgo clariss. magni comitis filia, sctãq; Cordula. Cũ ergo tã illustrissimę vtriusq; sex⁹ ꝑsonæ ibi fuerĩt adunatę, nõ videt̃ ambiguũ, qn & magnas secũ habuerĩt familias, ita ꝙ oẽs simul fuerũt q̃si innũerabiles, & multa milia nimis. Quinto, cõmẽdãdus & ꝑclarus ẽ btĩssimus iste exercitus à suo felici & victorioso martyrio, q̃ apđ Coloniã à Barbaris, & vt fert̃ ab Hunis atrociter ẽ occisus. Deniq; virgines istę duplici decorant̃ aureola, vtpote virginitatis ac martyrĳ. Sꝫ electiss. Vrsula, triplici pollet aureola. Nã vltra duas ꝑfatas, hꝫ doctoꝝ aureolã, qa tot virgines cõuertit atq; in fide edocuit. Glorificauit etiã deus istũ ꝑclaꝝ exercitũ virginũ ac martyꝝ, mltis ac magnis miraculis. O q̃ta ẽ dignitas huius tã incõparãdi collegĳ. O q̃ ardẽtissime ac suauiss. se inuicẽ diligũt ĩ regno cęlesti. O q̃ta fuit iucũditas angeloꝝ, q̃ta festiuitas oĩm ciuiũ supnoꝝ ĩ die martyrĳ tot miliũ electoꝝ, cũ gaudiũ sit angelis dei sup vno pctõre pęnitẽte. O q̃ amabilis & ꝑamabilis, q̃ felix & glõsa, q̃ dulcis ac ꝑhonorãda, q̃ admirãda ac ꝑelecta ẽ ꝓstãtissima ac sanctiss. virgo Vrsula, ꝑ quã deus tm̃ bonũ dignatus ẽ opari, tãtã grãm & miãm tot milibus exhibere, tot aĩas tã excellẽter seruare, tã incõparabile, inauditũq; opus ĩ hoc mũdo efficere. O q̃ta ẽ ista solẽnitas tot miliũ electoꝝ, tot sublimiũ ac illustrissimoꝝ sctõꝝ, cũ vniuscuiusq; eoꝝ magna, reuera eẽt celebritas. Diligam⁹ ergo valde, ꝑcipue & deuotissime inuocem⁹ ac honoremus hãc sacratiss. societatẽ, & specialissime Vrsulã bñdictã Chr̃i charissimã sponsam. Nã & beatissimæ virgines istæ suis deuotis frequẽter ac valde specialr̃ consueuerũt succurrere, prout de hoc multa habent̃ miracula. Ea-

C rũ q̃q; amore, vitia detestemur, ꝑcipue carnis inquinamẽta, & virtutibus iugiter insistamus. Luc. 15

¶AD RELIGIOSOS.

¶Sermo. II. De militia noua sanctaꝝ virginũ, & q̃ta eaꝝ in ecclesia solẽnitas.

Adducent̃ regi virgines post eã. Psal. 44. Vere, vt iteꝝ ait psal. Mirabilis deus ĩ sctĩs suis. Cui⁹ tãta ẽ oĩpotẽtia, cui⁹ tã vigorosa ẽ grã, vt mortẽ cũctis etiã viris terribilẽ faciat mulierib⁹, imò & tenerrimis, nobilissimisq; puellis optabilẽ & optatã, nõ obstãte naturali sex⁹ fęminei fragilitate. Quę tãta ẽ vt ĩstar lepoꝝ omĩ strepitu terreãtur. Hoc ĩ bñdictissimo & electiss. XI. miliũ virginũ agmine euidẽtissime ĩnotescit. Quæ cũ ab eaꝝ regina & mgr̃a beatiss. Vrsula didicissent futuꝝ eis martyriũ, nõ mõ merore ꝑfusę sunt nõ tremore expalluerũt, nõ passim, nõ sigillatim, nõ publice, sed neq; latẽter se subtraxerunt, cũ tñ de multis sctĩs sexus virilis legat̃ ꝙ q̃diu cõmode potuerũt, ꝑsecutionẽ subterfugerunt Quid ergo egerũt amabilissimę virgines ab ęterno electæ & ꝑelectę? Audito ĩminẽte eis certamine, oẽs summe gauisę sunt, atq; ĩ nouã mox cõiurauerũt militiã. Quę fuit noua illa militia, nisi vt ĩnocẽtissimaꝝ puellaꝝ virginalis exercitus cõtra ferocissimoꝝ Pultronũ sceleratissimã turbã ꝓliaret̃, nõ corpalibus armis, sed virtutũ opibus, nõ repcutiẽdo, sed oẽm iniuriã ac lęsionẽ trãquillissime tolerãdo, nõ ꝑ tpali victoria dimicãdo, sed ꝑ virginitate seruãda, pro fide catholica, ꝑ vnius veri dei cultu tuendo seipas interfectiõi tyrãnicæ deuotissimo corde tradẽdo? Nũqd tale qd à seculo añ auditũ ẽ? Cũ S. psalmographus recitasset ĩ psalmo subtiliter naturalia opa dei ĩ entibus vniuersis, in hũc gratulabũdus erupit versiculũ. Sit glĩa dñi in seculũ, læ tabit̃ dñs ĩ opibus suis. Sic & Plato asseruit deũ ingẽti gaudio exultasse, cum mũdi machinã produxisset, prout ĩ libro de ciuitate dei S. recitat August. Qđ si ita est, nonne Psalm. 67 Psal. 103

æternus, omps & supgloriosiss. deus multo amplius (vt sic loquar) iucūdatus esse credēdus est in hoc supnaturali, inaudito ac specialiss. ope suo q̄d in vndenis hax nobilissimax virginū milibus ē molitus? Si bñplacitū est dño in pplo suo, & si delitiæ dei eē cū filijs hoim certissimū est, bñplacitissimū ei fuisse & eē in inclytiss. innocētiss. atq; dulciss. virginū hax exercitu. Itaq; cum ex subitanea noui rumoris lætitia in nouā cōiurassent militiā, nunq̄d paulo post inde pœnituerūt, aut in naturalē & solitā, fœmineāq; relapsæ sunt pusillanimitatē, & nō potius cōstātissime pmanserūt accingētes fortitudine suos lūbos, roborātesq; brachia sua? Propter q̄d lucernę cordis eax .i. fides earū & spes ac diuinæ illuminatiōes nō extinguebant in nocte aduersitatū vitæ p̄sentis. Quid ergo egerūt? Certe vt refert eax legēda, nūc belli inchoabāt p̄ludia, mō currebāt, mō discurrebāt, interdū p̄lia, plerūq; fugā simulabāt, omniq; gñe virtuosox ludox exercitatæ nihil q̄d iucūdissimo earū in deo, aīo occurrebat, relinq̄bāt intactū, q̄nq; meridie, aliq̄n vix vespere reuertebant. Quid mirū q̄ pceres & primates ad tā grande ac diuinū & supnaturale cōfluebāt spectaculū, in q̄ adorādus paracletus spūs sanctus tenerrimarū mētes iuuēcularū tā gr̃osissime visitauit, tā mirabil'r cōfortauit, tā virtuose exhilarauit, tā sapiētissime erudiuit, tā validissime inflāmauit, tā salubriter, infallibil'rq; direxit? Proceres itaq; & primates ad tā delitiosum cōfluebāt spectaculū, & oēs magna prorsus admiratiōe, vehemētiq; gaudio replebant. Quis inquam istud admiret? Nā & angeli sancti, ciues cœlestes, archāgeli, principatus, q̄ istis bñdictis virginibus, q̄ p̄sidētibus, q̄ regnis atq; puincijs earū p̄fuerūt aut p̄sunt, ad hoc ipm conuolabant spectaculū, & tā p̄clarissimo agmini cōgratulabant, & virgīes has felices inuisibil'r visitabāt, cōsolabant ac dirigebāt. Sed & spōsus cœlestis gaudebat sup has spōsas suas. Præterea cōtemplemur q̄lis & q̄ta sit ista solēnitas. In Eccō scriptū est: Gratia sup grām mulier sctā & pudorata & tacita. Salomon q̄q;: Fallax, inq̄t, gr̃a & vana pulchritudo, mulier timens dñm ipsa laudabit. In ijs aūt sacratiss. milibus virginū vnaq̄q; fuit mulier pudorata, sancta, taciturna, & timorata. Ergo vnaq̄q; earū digna ē grandi celebritate, vnaq̄q; earū digna ē p̄claris pconijs, vnaq̄q; earum est tā sublimiter p̄tiosa & donū tā magnū, vt gr̃a sup grām. Idcirco solēnitas ista tā multiplr ē solēnis, q̄t fuerūt hæ virgīes gl̃iosæ, vcȝ vndecies milies. Vnaq̄q; etiā virginū harū vltra essentiale p̄miū suū duplici decorat aureola, vtpote virginitatis atq; martyrij gl̃ia speciali seu præmio singulari. ¶ Amplius, capitanea virginū harū sacrosancta & amabiliss. Vrsula tā admirādæ extitit sctitatis, q̄ sola veraciter digna ē celebritate nō mediocriter magna. Et ipsa triplici fulget aureola, vtpote virgo, martyr ac doctrix, q̄ maximā harū dulciss. virginū ptē cōuertit ad Christū, & oēs aīauit ad martyrij palmā. Insup magna & admirabilis valde fuit huius p̄stantissimæ excellētia ac dignitas Vrsulæ ī donis naturæ & fortunę ac gr̃æ. Nūcq; pportionabil'r magna ē gl̃iæ suę excellētia & dignitas sibi ī cœlis collata, fuit etem̄ regiæ stirpis illustriss. ples, regali potētia & regia opulētia, regali familia & regia honorificētia pornata, vallata, p̄fulgēs, fuit itē incredibili corpis pulchritudīe pollēs, & istar S. Hester oīm oculis gr̃osa atq; amabilis videbatur. Erat demū venustiss. moribus, & om̄i elegātia vrbanitatis cōspicua, & idcirco formosissima animis. Sed & naturali ingenio, om̄iq; hūana resplēdēs prudētia. Et q̄d ijs oībus est p̄clarius, ab infantilibus annis deuotissima fuit, & ī p̄minēti innocētia mansit fortis ac stabilis. Et vniuersa illa dona fortunæ atq; naturę reputauit p modico, & cūcta q̄ mūdi sūt spreuit vt stercora, vt Christo placeret. Cubile regis pagani & diadema tā ppriū q̄ q̄d ex pte illius poterat adipisci, detestabat vt pannū mēstruatę, omnēq; gl̃iam nuptiarū carnaliū, vt lucrifaceret Chr̃m. Ampli⁹ ab angelo sctō meruit sæpius visibil'r visitari, cōsolari & de futuris sibi ac suis cōuirginibus edoceri. Fuit q̄q; in om̄i virtute pfecta & ad triūphū martyrij q̄si ad delitiosum cōuiuiū aspirauit, atq; seipsam cū omni prōptitudine atq; cōstantia mētis tradidit p spōso cœlesti in mortē. Nā charitates illius erat tota mirabil'r, inextinguibil'rq; succēsa. Postremo, in gloriosiss. & incōparabili exercitu isto erant nō solū virgines memoratę, sed & viri sctiss. clariss. pelecti, pōtifex summ⁹, archieps Anthiochenus, multi scti epi, rex Etherius beatiss. Vrsulæ spōsus cū m̄re sua regina & sorore p̄inclyta. Sed & alij nobiliss. viri, q̄x oīm hodie celebrat solēnitas. Ecce q̄ iucūda, p̄clara & diuina ē p̄sens festiuitas. In ea ergo cordialissime gloriemur in dño & sctiss. societati sctōrum istorū cōgratulemur in eo, dignissimūq; exercitū virginū nō solū hoc die, sed & toto anno assidue specialr venerenur, inuocemus, laudemus & feruētiss. diligamus. Earū q̄q; exēplo vniuersa q̄ mūdi sunt integris vilipēdamus p̄cordijs, oēs carnales affectus penitus reprimamus, in sancta patiētia, in vera mētis cōstantia, in spūali fortitudine & feruore proficiamus q̄tidie. Custoditi simus in om̄ibus & ea q̄ dei sunt pfectius adimplere conemur atq; in omni humilitate, sobrietate, discretione, sapientia, deuotione, fructuositate, incessanter crescere enitamur, nullam temporis partem infructuose pertranseuntes.

¶ Ser. III. De cōtēptu carnis & vnanimi p̄paratiōe sanctarū virginū ad martyrium.

QVæ ē gēs alia in terra sic inclyta? Deu. 4. Q̄n bona fortunę & dona naturæ pficiunt p muera gr̃æ, & recte ordinant ad gl̃am creatoris, faciūt hominē magis amabilem virtuosiorē ac meritis pleniorē. Nēpe q̄to qs aptior mūdo ē, & plura ppter deū relinquit, tanto amplius pmeret & gloriosius coronat, si deo plenarie obsequat. Hinc præcipui

præcipui meriti perhibet florē iuuentutis deo offerre. Quis ergo nūc queat cōcipere, q̄s possit exprimere quāta sit excellētia uirginū harū in omni gratia & uirtute in omni gloria & beatitudine, in prerogatiuis ac priuilegijs multis? Quæ cū essent omni nobilitate, potestate, opulentia, pulchritudine, prudētia, urbanitate & elegātia decoratæ, in puellari ætate, & adolescētia sua mundū & carnē cū omni sua uanitate, uoluptate, honore atq; decore plenissime cōtempserunt, totaq; mente ad creatorē suū cōuersæ sunt, ut pro eius honorificētia & amore uitam suam morti & martyrio exposuerūt prōptissimo aīo. Certe inclytissimus est iste exercitus, cui & inclytissimi atq; sanctissimi uiri in copiosissimo numero erāt cōiuncti. In primis sanctus Papa Cyriacus ex utero matris suę uirgo, & deo in uirginitate & sanctitate adherens: Vincētius presbyter cardinalis, sanctus Iacobus patriarcha Antiochenus, sanctus Mauritius in Lanicha na episcopus frater sanctę Darię matris beatissimę Vrsulę, sanctus Iohānes Lucēsis episcopus, sanctus Simplicius episcopus Rauennēsis, sanctus Ethereus rex, spōsus Vrsulę gloriosę, filius sanctę Demetrię reginę, frater sanctę Florētinę puellę uirgineę: sanctus Clemēs episcopus, sanctus Marculus Græcię p̄sul auūculus sanctę Cōstantię reginę: Adrianus rex filius sanctę Gerasinę, quæ fuit soror sanctę Darię matris illustrissimæ Vrsulę, fuitq; sancta Gerasina mater sacrarū uirginū Babilę, Iulianę, Aureę & Victorię. Nōne unaquęq; personarū istarū magna meruit atq; cōdigna est habere solēnia? Quāto ergo honore oēs simul sunt honorādę? Vere amabilissimus, suauissimus, uenerādissimus est oīm horū exercitus simul sumptus. Deniq; oēs sancti in patria seinuicē distincte cognoscūt, ardētissime diligūt sibiinuicē cōplacent, in se mutuo delectant. Sed incōparabilis huius exercitus uniuersi & singuli tāto ardētius se mutuo amāt, tāto suauius sibi inuicē placēt, tāto p̄cordialius mutuo in suis beatitudinibus sibi condelectant,
B quāto in uita hac chariores & familiariores fuerūt adinuicē, & quāto se mutuo magis ad martyrij palmā iuuerūt, ut q̄ in ipso martyrio pariliores, cōiunctiores & cōsodaliores fuerūt. Inæstimabiliter itaq; in seinuicē delectant seq; spiritualiter cū omni hilaritate cōplectūtur in spū sancto, ut omni beatitudini suę mutuo prorsus dulcissime cōgratulant. Et nos igit toto corde cōgratulemur eisdē ut in speciali dilectione ac ueneratiōe iugiter habeamus illustrissimū, delectabilissimū, sacratissimū et pręclarissimū istud horū sanctorū atq; sanctarū collegium. Deniq; ex p̄facta historia uehemēter, si rite aduertimus informamur. Primo, ut de nostro torpore, nostris negligētijs, imò & de nostris impatiētijs & prauitatibus uerecūdemur. Ecce em̄ p̄sonę utriusq; sexus p̄memoratę, cū eēnt tātę excellētię in omni dono naturę & in bonis fortunę cum eēnt regię stirpis & adolescētioris ętatis ac summę teneritudinis, omni opulētia, pulchritudine, potestate cōspicuę, ita mortuę erāt huic mūdo sicq; mūdus mortuus fuit eis, q̄ totis p̄cordijs cōtempserunt oīa quę sunt mūdi, & mori p Chr̄o lucrū maximū reputabāt. Cupiebāt dissolui & eē cū Chr̄o, nec uiolētissimā dissolutionē p deo in iuuenili ac floridissima pati abhorruerūt ætate. Et nos cū iam tāto fuerimus tēpore in sacra religione, adhuc ea quę mundi sunt affectamus, uiles & seculares cōsolatiunculas admittere nō ueremur, religiosi rigoris relaxationē putamus esse discretionē. Et quantū à patrū nostrorū corporali exercitatiōe, in ieiuniorū & abstinentiarū, uigiliarū ac disciplinarū, taciturnitatū & abstractionū obseruatione dilapsi sumus, tm̄ ab interna eorū exercitatione ac spiritali p̄fectu, à p̄funda humilitate, & mortificatione salubri, à patiētia incōcussa, & resignatiōe obediētiali, cęterarūq; incremētis uirtutū deficimus. Nec mirū, q̄a nō pigritātibus nō dissolutis, carnalib⁹, desidiosis, charismatū affluētia supnorū infundit, spiritalis p̄fectus cōcedit, illuminatio, feruor, cōsolatio spūs sancti p̄stant. Sed sapiēs pius ac iustus deus, q solus laborē & dolorē cōsiderat, & unicuiq; secundū suū largit laborē, tāto copiosiorē dat homini gratiā, quāto ad eū se hō diligētius laboriosiusq; disponit sicut p Moysen in Deut. est p̄missum & dictū: Cū q̄sieris dn̄m deū tuū, inuenies eū, si tn̄ toto corde & tota tribulatione aīæ tuę eū q̄sieris. Nō em̄ uult deus oīpotens p̄tiosissima suę gratię munera ex nimia adipiscēdi facilitate nō curari aut uilipēdi. Porrò q peccādi occasiones admittit cotidie, q spiritalis p̄fectus impedimēta nō fugit, q̄lit spiritaliter crescet, q̄liter corde ditabitur, q̄liter ad p̄fectiōis culmē unq̄ ptinget, & nō magis decrescet, euacuabit & pibit? Q̄, si occasiones peccādi admittere tā p̄iculosum censet, q̄ impiū atq; dānabile est fabulatiōibus uanis & friuolis, uisuū & iocorū dissolutionibus, uenenatis oblocutionibus inquinari, in cibo, potu, somno cotidie sine cura & animaduersiōe excedere, & inde in alia multa et magna cadere uitia? Nōne ex negligētia nostra incidimus tot & tāta tāq; abominabilia mala? Nā & oīa uitia uoluntatis appetitusq; sensitiui ex inaduertētia, negligētia & errore rationis aliq̄ mō p̄cedūt, cū rationis sit in regno aīę p̄sidere, uoluntatē dirigere, appetitū reprimere, passiōes frenare, cūctaq; hoīs opa ordinare. Quę ergo est ista rationis negligentia, error seu inaduertētia, q̄ oīm est radix culparū, nisi inconsideratio ptinentiū ad salutē? Nec tn̄ cōsideratio quęlibet taliū ad salutē extat sufficiēs, cū multi scribāt, dicāt ac p̄dicēt illa, nec tn̄ uiuāt secundū ea. Requirit ergo cōsideratio nō supficialis, sed p̄funda nō informis, sed formata nō rara, sed frequēs, nō inanis, sed efficax. Si itaq; taliter q̄s consideret oīpotentis ac oīa intuētis dei pręsentiā, rigorosum & ineuitabile eius iudiciū, suę punitionis post uitā hāc, acerbitatē, ęternę dānationis intolerabilitatē

Philip. 1 (margin, beside "potestate cōspicuę")

C (margin, beside "tione salubri")

Deut. 4

ęternę btitudinis plenitudinē,atq; cœlestiū gaudiorū magnitudinē,inęstimabilē,multitudinē q; innūerabilē,si itē cōsideret,q̄ & quāta ꝑ nostra liberatione tota egit supbeatissima trinitas, & quāta ꝑ ea laborauit ac tolerauit unigenitus pr̄is in carne assumpta, & q̄ incerta,breuis & fallax sit uita p̄sens, quātis ꝑiculis simus expositi, q̄t & quāti nobis obiecti sint laquei,q̄t inuisibilibus, atrocissimis,calidissimis, fortissimis simus circundati hostibus,quāta q̄q; sit ꝓnitas nr̄a ad uitia, quāta infirmitas ad opa bona, si demū cōsideremus q̄ terribilis sit deus,in cōsiliis
Psal. 65 sup filios hoim,q̄ multi uocati,q̄ pauci electi,q̄ etiā sim9 incerti, qd finaliter fiet de nobis,imò
Matth. 20 & ignoramus an simus in charitate & gratia rursus si cōsideremus q̄ indicibiliter pc̄tā peccātibus noceāt,quantū uirtutes & opa uirtuosa hoībus ꝓsint,& potissime,si rite intueamur q̄ amabilis & supamabilis, q̄ colēdus ac metuēdus,q̄ intuēdus,cōtemplādus & uenerādus sit nobis dn̄s deus noster oīpotens,q̄ multa & q̄ magna eius sint bn̄ficia in nobis & sup nos, quantū etiā ipsum offendimus & q̄ negligēter ac defectuose habuerimus nos usq; in p̄sens,& q̄ districtā rationē reqret à nobis, atq; ad quāta teneamur ei ex nr̄a ꝓfessione ac aliis causis, si,inquā, hęc oīa hisq; similia p̄fato modo cōsiderauerimus,puta intēte,frequēter,ꝓfunde & affectiue, nullū ē dubiū qn ꝓtinus timorati & custoditi,soliciti & deuoti efficiemur,carnalia & caduca spernemus, spiritalibus ac diuinis inhęrebimus rebus, atq; cotidie humiliores,patiētiores,& magis tēperati ac fructuosi reddemur,& cætera. Ad gloriam & honorem dei.

¶ In festo sanctorum apostolorum Simonis & Iudæ.

¶ Enarrationem epistolæ: Scimus quoniam diligentibus deum. Require folio uigesimo C. Enarratio euangelii: Designauit dominus Iesus & alios septuagintaduos discipulos. Luc. X. Matth. XX. Mar. VI.

QVàmuis gloriosi ap̄li isti Simō & Iudas nō fuerint de nūero 72. discipulorū Chr̄i,sed apostolorū, tn̄ euangeliū istud de missione 72. discipulorū,in eorū solēnitis legit,q̄m ipsi missi sunt cōbinati ad euangelizandū post passionē Chr̄i, quēadmodū 72. ante passionē ipsius. Itaq; Luc. dicit: ⌊Designauit⌋ i. ordinauit & statuit ⌊dn̄s Iesus & alios 72. discipulos⌋ p̄ter ap̄los, q fuerūt pricipales discipuli qbus mō succedūt ep̄i quēadmo-
Beda. dū 72. p̄sbyteri Et iuxta Bedā, bn̄ 72. missi sunt, qa totidē gētibus fuerat euangeliū prædicandū. ⌊Et misit illos binos ante faciē suā⌋ i. duos simul ante corporalē suā pręsentiā & ingressum cū tn̄ ipse secūdū suæ deitatis incircūscriptibilē maiestatē ubiq; sit p̄sens. ⌊In omnē ciuitatē & locū q̄ erat ipse uēturus⌋ i. ad loca maiora & minora q̄ ipsemet fuerat accessurus, q̄tenus discipuli isti suis p̄dicationibus,miraculis & exēplis hoīes rudes ad Chr̄i pręsentiā ac doctrinā suscipiendā disponerēt. Deniq; duos simul misit, primo ob socialis uitę cōmendationē, inq̄ unus alterū adiuuat ad uirtutes, nō trahit ad uitia Secūdo, ob mutuā consolationē ac confor-
Eccl. 4 tationē. Nā, Salomone testāte, si duo fuerint simul, habēt emolumentū societatis suę & mutuo
Prouerb. 18 fouebunt. Et rursus fatet: Frater q adiuuat à fratre q̄si ciuitas munita. Tertio, ob ueritatis præ-
Deut. 17 dicandę certiorē contestationē, qa in ore duorū triū' ue testiū stat omne uerbū. Quarto, ad cō-
Matth. 22 mendandū geminę charitatis duo p̄cepta, qbus iubemur deū toto corde diligere, & ꝓximos
Matth. 5 nostros sicut nosipsos. ⌊Et dicebat illis: Messis quidē multa⌋ i. copiosa est hoīm multitudo capax gr̄æ & doctrinę salubris, aptaq; cōgregari in horreū Chr̄i, i. inter ecclesiā dei, et si nō actu aut habitu, tn̄ potētia. Nā oīs hō durāte hac uita potest cōuerti. Hinc ait saluator: Videte regio-
Iohan. 4 nes, qa albæ sunt ad messem, ⌊operarii aūt pauci⌋ i. cōparatiue loquendo ꝑpauci sunt ueri & efficaces p̄lati & p̄dicatores q populū ūbo & ope digne informent. ⌊Rogate ergo dn̄m messis,⌋ Videlicet, deū unū ac trinū oīm hoīm creatorē ac gubernatorē, ⌊ut mittat operarios⌋ i. pastores & p̄dicatores ac rectores uita, sciētia & ętate idoneos ⌊in messem suā⌋ i. ad plebē suā
Esaiæ 5 erudiendā, potissime ad ecclesiā, q̄ sicut uinea dn̄i, ita & messis dei uocat. Cū eīn ꝓfectus & salus subditorū ex uirtute & digna pręsidentia superiorū ualde depēdeat, uehementer optandū est habere pręsidentē idoneū: Vn̄ & affectuosissime & constātissime exorādus est deus, ut ue-
Hiere. 3 ros & uirtuosos p̄latos, rectores, doctores mittat hominibus, quemadmodū in Hiere. promittit quibusdā: Dabo, inqens, uobis pastores iuxta cor meū, & pascent uos scientia & doctrina. Itaq; q bonū habent pastorē, grati sint deo, & bn̄ obediāt. Qui aūt inutilem, orent deū ut ipsis prouideat, & ut inutilis se emendet ad prædicandū. Et q̄m iacula p̄uisa minus lędūt, Christus p̄dicit eis futura aduersa. ⌊Ecce ego mitto uos sicut agnos inter lupos⌋ i. ab his ad q̄s uos mitto, ꝑsecutiones & occisionē sustinebitis, sicut agni dilaniāt à lupis. Et scio, q̄ ꝑ pietatē & innocentiam uestrā sitis agnis cōsimiles, illi uero ꝑ suā crudelitatē lupis assimilant. Veruntamē per huiusmodi agnos Christus omnipotēs, lupos cōuertit in agnos. ⌊Nolite ergo portare sacculum, neq; perā.⌋ Istud dixit discipulis suis Christus ante suā passionē, qa tūc misit eos ad Iu-
Lucæ 22 dæos à qbus eis sufficienter dabat. Sed in cœna dixit ap̄lis: Q̄n misi uos sine sacculo & pera & calceamentis, nūquid aliqd defuit uobis? Quibus respōdentibus nihil, adiecit: Sed nunc q habet sacculū tollat (.i. secū portat) similiter & perā. Hęc ergo licite à prædicante portant, dū incertū est an ei necessaria ab auditoribus conferent, Christus autē secundū diuersitatē & congruentiā loci ac tēporis, diuersa dedit p̄cepta discipulis: Vult itaq; ut p̄dicatores nō sint immo-

dera

A derate, p necessariis uitę soliciti, sed in deo plene cõfidant & expedita ac libera mente uacent doctrinę. Veruntñ, dum ratio postulat permittunt sibi de necessariis prouidere, & uiaticũ secum ferre. Neq; calceamẽta. Hoc secundũ exigentiã loci ac tẽporis est seruandũ ad literã. Si eñ necessitas exigat, nõ prohibet̃ pdicatori usus calceamentorũ aut aliqd loco eorũ. Et neminem p uiã salutaueritis. Hoc p modũ hyperbolicę locutionis dictũ uidet̃, q aliqd dicit̃ p excessum. Vñ & Chrs hoc dixit nõ phibendo absolute proximorũ salutationẽ in uia à pdicante, cũ hęc charitas interdũ requirat, & nisi fieret scandalũ posset oriri, sed dixit hoc ad insinuãdũ q diligẽter & indilate insistendũ sit itineri predicãdi, ut morę & diuerticula euitent̃, & morosa ac fabulosa collocutio in salutatione uitet̃, et omne qd distractionẽ ac indeuotionẽ ingerit menti. Sic nãq; & 4. Reg. Heliseus ppheta ait ad suũ ministrũ, quẽ misit ad suscitandũ defunctũ: Si 4.Reg.4
occurrerit tibi hõ, nõ salutes eũ: Et si salutauerit te quispiã, nõ respõdeas ei. In quãcunq; domũ intraueritis, primũ dicite: Pax huic domui. i. existẽtibus in hac domo sit in uita pręsenti pax pectoris & pax tẽporis, utpote pax interna & externa, atq; post hãc uitã pax ęternitatis. Pax autẽ interna est trãquillitas mẽtis in deo. Pax tẽporis, est qes ab exterioribus impugnationibus & hostilitatibus. Et si ibi fuerit filius pacis, i. aliqs pace dignus, aut ad eius susceptionẽ dispositus, seu ad pacẽ uerã pdestinatus, requiescet sup illũ pax uestra, i. salutatio uestra, qua ei optatis pacẽ sortiet̃ in eo effectũ, ita q pax interna ei infundet̃ siue augebit̃. Quidã etenĩ & si nondũ habeãt pacẽ & gratiã, sunt tñ in dispositione ppinqua aut pxima ad eas, ita q sua aut aliorũ oratione eã mox adipiscunt̃. Sin aũt, i. si ibi nõ fuerit filius pacis, ad uos re

B uertet̃, i. charitatiua salutatio uestra pmio nõ carebit, sed merito ei⁹ pax uestra perficiet̃: Sic & Psalmista loquutus est: Oratio mea in sinu meo conuertet̃. In eadẽ aũt domo manete. si Psal.34
fuerit opportunũ atq; cõueniens uobis, nec alia ac meliora restẽt agenda: Post quorũ completionem posset qs redire ad domũ illã, Edẽtes & bibẽtes q apud illos sunt, i. uictualia q habent si dare uoluerint: Et hoc ait saluator nõ pręcipiẽdo sed pmittendo seu cõcedendo. Nec de quocũq; cibo aut potu necesse est hoc exponi, cũ interdũ uirtuosius sit quibusdã abstinere à uino & carnibus. Iccirco q ait, edentes & bibẽtes q apud illos sunt, nõ est iussio ut oia illa sumant̃, sed est exhortatio potius ut sufficiãt apposita, quis tenuia, nec quærant̃ supflua, ut uolucres cœli, pisces maris, & bestię terrę. Dignus est eñ operarius mercede sua, i. pdicator ỳbi dei seu qcunq; aliis in spiritalibus seruiẽs ac laborãs dignus est capere stipendiũ uitæ ab his, qbus spiritalia bona impẽdit: Propter qd ait aplus: Dñs ordinauit his q deseruiũt euãgelio, de 1.Cor.9
euãgelio uiuere. Sed hoc pmissio fuit, non iussio. Propter qd Paulus scribit se hac potestate u- Eodem.
sum nõ esse, sed ppriis manibus necessaria pcurasse, ne quenq grauaret aut scandalizaret, & ut auaris occasionem amputaret auaritię: Alios tñ aplos sic fecisse testat̃. Nec intelligẽda sunt hęc, q̃si corporalia alimẽta sint principalis merces aut finis ultimatus pdicationis aut cuiuscũque exercitii spiritalis, cũ uiliora sint corporalia, spiritalibus donis. Neq; pter cibũ & potũ, q̃si ob premiũ condignũ sunt spiritalia opa exercẽda: Sic eñ tẽporale & corporale præponeretur bono diuino ac spiritali, qd esset mortale peccatũ: Sed uitæ sustentaculũ est merces minus principalis ac secũdaria accidentaliterq; intẽta, quia, uidelicet, sine corporeo alimẽto uita ista durare nõ ualet, & pconsequẽs nec pdicatio exhiberi. Porrò finis ultimatus principalisq;

C merces spiritualium exercitiorum est beatitudo æterna, ad quam obtinendam, ordinandum est omne opus bonum uitę præsentis.

¶ Sermo primus: De malis pastoribus, q similitudines agnorum prædicatores debent habere, & de uitandis contentionibus.

ROgate dñm messis, ut mittat operarios in messem suã. Lucę X. Quã iusto ac metuẽdo iudicio deus oĩpotens aliqs deserat hoies, nec uirtuosos pastores ac principes eis prouideat ac cõcedat, & hoc propter eorũ peccata copiose docet scriptura diuina. Ait nãq; btũs apls: Tẽpora prioris ignorãtiæ despiciẽs deus, nũc annũtiat homi Actorũ 17
bus, ut oẽs ubiq; pœnitentiã agãt: Vbi p tẽpora prioris ignorãtiæ, intelligunt̃ tẽpora qbus p totũ pene mũdũ regnauit idololatria. Quæ tẽpora, i. hoies idololatras illis uiuẽtes tẽporibus deus iuste despexit, nec misit illis pdicatores, nisi forte quibusdã perpaucos, & raro usq; ad tẽpus, q filius dei post suã passionẽ & resurrectionẽ, ascẽsionẽ ac spũs sancti missionẽ misit aplos atq; discipulos suos per totũ mundũ, p eos, cũctos ad pœnitẽtiã hortãs et ad salutẽ inuitans. Hinc q̃q; per Oseã loquit̃ deus populo uitioso: Dabo tibi regẽ in furore meo, & principes in Oseæ 13
indignatione mea. Hoc est, indignos & reprobos tibi præesse permittã propter facinora tua, hoc est, qd in Iob apertissime dicit̃: Deus regnare facit hominẽ hypocritã pter peccata po- Iob 34.
puli. Propterea, ut sanctus scribit Gregorius, q carnales, negligẽtes ac impios habẽt prelatos Gregorius.
B virtutū vertex & finis, regina & turris, mr̄ ac vita, forma & īperatrix. Et in eius actu cōsistit vitæ nr̄æ spūalis pfectio. Ad eius profectum & complemētū cuncta exercitia nr̄a religiosa ordinare debemus. Hinc deus adorādus & bñdictus cuius sapīæ non ē finis volēs beatiss. viꝝ Martinū ad maximā sctitatē in hac vita pducere, plātauit in aīa eius, inprimis p fundamēto pfundissimā hūilitatē, q̄ & anteq̄ baptizaret̄ grādis & rara ac admirabilis fuit in eo. Nēpe in statu militari, nōdū baptizatus, vno cōtētus ministro, tā hūiliter vixit cū illo, ꝙ ei sępius deseruiuit, calceosq; detraxit atq; detersit. Baptizat⁹ vero & S. Hilario iunctus, cū ab eodē Hilario rogaret̄ diaconat⁹ officiū sibi assumere, nō acqeuit, indignū se eē vociferās. Quid ad ista dicere possum⁹, q tot annis in ordine fuimus, & adhuc elatōis morbo tabescimus? Vix in paruis & minimis reb⁹ seruire dignamur cōfratribus nr̄is. Imo causamur & dicimus eos potius hoc vel illud facere, debere aut optere, vel, qa sunt iuniores aut simplices, siue ex alia quā spūs supbiæ suggerit cā. ¶Porrò, nō solū ad diaconatū, sed ad sacerdotiū q̄q; absq; renisu accessimus, adhuc vix ī statu īcipiētiū, ne dicā pficiētiū digne repositi, cū felix Martinus in pfectoꝝ nūero cōstitutus ad diaconatū ascēdere nō fuerit ausus. Et qa in hūilitate deficim⁹, & ab eius itegritate lōge distamus, īuenimur in multis defectuosi, & passiōibus agitamur diuersis. Nūc inaniter læti, nūc insipiēter existimus męsti, nūc vana securitate, nūc puerili formidine ingnamur. O q̄ lōge distamus ab exordio pfectiōis S. Martini. Qui cū incidisset ī latrones, & ab vno illorū fuisset interrogatus an formidaret, rñdit, se nunq̄ fuisse ita ipterritū & secuꝝ, vt tūc, qm̄ sciret miam dei ī tribulatiōibus maxīe affuturā. Si igit̄ vnq̄ pficere, si ad aliquā vnq̄ pfectionē attingere cupim⁹, scti Martini hūilitatē inprimis ītueamur, amplectamur, sectemur. Vniuersa q̄ ad hūilitatē plenariā nos queūt inducere, pspicaciter atq; assidue pōderem⁹, infinitas, vc;

C culpas & innūerabiles negligētias, piculositates, fęditates, īfirmitates, cōtēptibilitatesq; nr̄as Reputet se vnusq̄q; oīm eē vilissimū, defectuosissimū & extremū, qa oīno sic ē, aut sic eēt si relinqret̄ paulisp à grā. Recordemur ꝙ Chr̄s locut⁹ ē: Ego in medio vr̄m sum, sicut q ministrat Lucæ. 22. Idcirco q̄to qs maior, doctior, aut senior ē, tāto in cūctis hūiliet semetipm̄ pfundius, & experiet̄ sibi copiosissima grāæ dona infundi. Etem̄ si ad oēm Chr̄i fidelē, q̄to magis ad oēm religiosum spectat sctā ista hūilitas? O q̄ stolidi sunt, q ex corpalib⁹ suis exercitijs q̄tūlibet rigorosis ac strenuis, vtpote vigilijs, ieiunijs, abstinētijs, disciplinis, laboribus, cilitij vsu, duroq; strato, solitudine, silētio aut cōsimilibus intumescūt, cū oīa illa ad pfundę ac plenę hūilitatis adeptionē, aliarūq; icremēta virtutū sint ordināda? ¶Porrò, ad nr̄am ędificationē (si hoc cōsiderare nō dedignet̄ excellētia nr̄a) nō mediocriter cōfert, ꝙ de S. Martino narrat̄, ꝙ de suo monasterio nō facile poterat auelli siue educi. Vñ cū in epm̄ eēt elect⁹, nō audebāt hoc ei ī monasterio ītimare, s; p industriā q̄dā de cęnobio eū traxerīt, ac turbis ī via dispositis sub diligenti custodia duxerīt in ciuitatē. Vbi iā monachi īpatiētes qetis, q intra cellulam suam & cœnobio pedibus suis cōsistere nequeunt. q ad mūdana afficiuntur, q ad aliquam in hac vita misera, promotionē aspirāt. Nonne incircūscriptus, oīnipotēsq; creator, de quo loquitur Esaias propheta: Vere tu es deus absconditus, in abscondito melius inuenitur, cū & vnigenitus patris locutus sit, tu aūt cū oraueris, intra in cubiculū tuū, & clauso ostio, ora patrē tuū in abscōdito, & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi? Arbitror, quia si qs vere internus est, & secretioris loci comoditates expertus est, & familiariter cum deo deambulat, conuersatur, & occu-

Psal. 144

Esaiæ. 45
Matth. 6

& occupaᵗ ac loquiᵗ, ꝙ egressum de cella horrebit, nisi ex rōnabilibus causis ab ordine institutis Nec tūc sine dei timore & speciali cordis custodia egredieᵗ, ne aliquā mētis læsionē incurrat, & haustā in abscondito deuotionē minuat vel amittat. Cōsideremus q̄d de electissimis dei pueris dicat Psalmista: Abscondes (inquit) eos, o dn̄e, in abscōdito faciei tuæ, à cōturbatione hominū, Proteges eos in tabernaculo tuo, à contradictōe linguaꝝ. Quibus verbis p̄misit. Quàm magna multitudo dulcedinis tuę dn̄e, quā abscōdisti timētibus te. Perfecisti eis q̄ sperant in te. Deinde vbi degusteᵗ tāta diuinæ dulcedinis affluētia, pādens adiecit, ꝙ tactū est: Abscondes (inquiens) eos in abscondito faciei tuæ. Tanq̄ dicat: In loco secreto atq; quieto qui ad vultus tui contemplationē est aptior, illos cōstitues, ne ex humanis perturbatōibus cōtradictōibus linguaꝝ mendaciū, à suæ suauitatis degustatione impediant, sed corde tranquillo tibi vacēt in solitario loco. Vnde per Ozee locutus est spōsus cœlestis, de sponsa seu aīa religiosa, ducā eam in solitudinē, & loq̄r ad cor eius. Ad q̄d insinuandū Chr̄s ascēdit in montē solus orare. Vere queadmodū in statutis habeᵗ ordīs Carthusiē. si qs cellā suā egredi ex leuibus causis insueuerit, cito habebit eā exosam. Si aūt cōsuetudinē sibi fecerit p̄sistēdi in ea, q̄to diuti⁹ in ea p̄māserit tāto sibi suauior erit. Nēpe oṗs deus vidēs deuotū cellicā ab om̄i humano cōsortio atq; solatio esse abstractū, & sui amore in solitudine residentē, benignissime visitat eū, consolaᵗ, lætificat, accendit, ac protegit ip̄m, ideo dictū est: Fons & origo oīm bonoꝝ, est monachū iugiter in sua cella sedere. Veruntn̄ p̄cauendū, ne qs per indiscretionē & imaginationes fantasticas, suū debilitet caput, ideo subditus superioris sui moderamine guberneᵗ. ¶ Insuper ad nostram informationem sublimiter valet, ꝙ sacratissimus præsul Martinus episcopatu assumpto, sic episcopale expleuit officiū vt ꝓpositā vitā, & habitū monachi nequaq̄ relinq̄ret. Nos aūt si alicui exteriori occupationi siue officio deputamur, mox obliuiscimur interioris custodiæ, & vagi mēte, mundani affectu, moribus dissoluti efficimur, opusq; dei negligēter exoluimus. Quod totū vehemēter damnabile comprobaᵗ. Non talis fuit diuinissimus vir Martinus, imò tam assuetus fuit in mentis quiete deo intēdere, vt in præsulatu inquietudinē visitantiū ferre non valens, duobus extra ciuitatē miliaribus cœnobiū institueret sibi in solitario, remoto, ac secretissimo atq; ad accedēdū difficili loco, in q̄ octoginta congregauit discipulos, eratq; vnicuiq; rarus de cella egressus, nisi cā diuini officij. Nullus eoꝝ nouerat vinū, nisi infirmitate coactus. Pleriq; eoꝝ setis vestiebanᵗ cameloꝝ. Mollior habitus ibi criminosus reputabaᵗ, cū tn̄ multi nobiles inter illos cōsisterent. His sacris exēplis instruimur & inflāmemur, quieti, & solitudini, deuotiōi & puritati operā dare, simplici victu, humiliq; vestitu contēti eē, concupiscētijs suis ac vitijs crucifigere, edomare, subijcere, nec vllū vnq̄ locū concedere negligentiæ aut torpori, imò quotidie cū solitudine ampliori, deuotione maiori, perfectione stabiliori deo vacare inhærere ac deseruire.

Psal. 30
Ozee. 2
Matt. 14.
B
Gala. 5

¶ Sermo quartus: De iugi oratione coram deo effundenda, ac sex virtutibus q̄bus beatus Martinus polluit plurimum in vita.

VOlo viros orare in om̄i loco, leuātes puras manus sine ira & disceptiōe. Prima ad Timo. 2. Quàm vere hoc verbū ad B. Martini laudē assumptū, q̄ excellēter ab eodē ipse tū sit, ꝓtestaᵗ eius legēda in qua inter cætera ferᵗ. Nam & si facta S. Martini explicari verbis vtcūq; potuerūt, tn̄ interiorē vitā illius, & q̄tidianā cōuersationē animūq; semp cœlo intentū nullus vnq̄ sermo poterit explicare. Nullū ei tp̄s vacuū fuit ab ope dei. Nulla hora, nullū momentū p̄terijt, q̄ nō aut orōni, aut lectiōi incūberet. Nā & legēdo, seu alia quis agēdo, nūq̄ animū ab orōne laxabat, q̄a vt moris ē fabris ꝓ releuamine sæpe incudem ferire ita Martinus etiā alia faciēdo, sp̄ orabat: O vere btūs, in q̄ dolus nō fuit, neminē iudicās, neminem dānās, nulli malū pro malo reddēs. Tantā q̄ppe aduersus oēs iniurias patientiā habuit, vt cū eēt sūmus sacerdos impune etiā ab īfimis clericis lædereᵗ. Nec ꝓpter hoc eos vnq̄ à se remouit aut à sua repulit charitate. Nemo vnq̄ illū vidit iratū, nemo ridētē. Vnus & idē sp̄ cęlestē q̄dāmōp̄ferēs vultu lætitiā, extra & supra naturā hoīs videbaᵗ. Nūq̄ in ore illi⁹ nisi Chr̄s, nūq̄ in corde illius nisi pietas, pax, mīa fuit. Oblоq̄ntiū sibi p̄ctā defleuit, q̄ in illo oderāt, q̄d in se nō videbāt, nec imitari valebāt, Quid necesse est de excellētissimo sc̄tō p̄lra īducere cū ex his luce clarius innotescat, ineffabil̄r virtuosa, p̄fecta & admirabil̄ vita ei⁹ interna: Ex q̄b⁹ etiā inuotescit clariss. ineffabil̄r defectuosa, imp̄fecta, ac lamētabil̄ cōuersatio nr̄a. Ex eisdē q̄q; sufficiēter instruit & docet Itaq; sicut de magno & S. illo abbate Arsenio legiᵗ, ꝙ nemo poterat comp̄hēdere cōuersatiōis suæ manerię, ita de S. pōtifice Martino iā tactū est, ꝙ interiorē eius cōuersationē nullus q̄at exprimere sermo. Sȝ nūc singula verba p̄habita eius excellētiā sigillatim describētia sunt ptractāda Primū verbum de hoc nūc introductū est, ꝙ nullū ei tp̄s vacuū fuit ab opere dei, q̄a indesinēter peregit aliq̄d boni. Quid ad hoc dicere possumus, q̄ sæpe integras horas ī fabulatiōibus & otiositatibus, in occupatōibus curiosis, in superfluis puerilibusq; solacijs cōsumimus, imo amittimus nō solū dei opera negligētes, sed verbis ac factis & moribus excedentes, & proprias aīas vulnerantes, seu alios q̄q; scandalizantes. In corporis etiā refectiōe ac somno occupamur frequēter nimiū diu. O q̄ modicū pōderamus tēporis p̄tiositatē. Et q̄ cœnobiū ingressi sumus, vt perdita in seculo tēpora in eo recuperemus nō solū hoc ip̄m nō facimus, imo perditiōi perditionē negligen-

C
Iohā 1.
Roma. 12.

A gligētiæ,negligētiā insipiēter adijcim⁹. Quæ est ista moꝝ cōuersio,cōformari in claustro huic seculo? Pœniteamus ergo & emēdemus mala tā magna & cur venerimus,qd deo vouerimus attendētes,inardescamus zelo sanctæ religiōis,& studiosi simus ad omnē spūalē profectū,omniq; hora tā fructuose nos occupemus,vt iudicemur à deo nō solū tēpus nostrū virtuose expēdere,sed neglecta q̊q; recuperare,colloquia & hūana solatia nō nimiū protrahere,ad dei recordationē,laudē & oratiōnē semꝑ recurrere,ab interiori oīpotētis alloquio non cessare, sicq; cū admirabili S. Martino oēm horā,omne momētū lectiōi,o͞roni,meditatiōi,cōtēplatiōi,aut alteri sanctę actiōi strenue mācipare. Secūdū verbū est, ꝙ sicut fabris mos est q̄nq; incudē ꝑcutere pro alleuiatiōe laboris,ita gloriosus & S. Martinus inter alios actus suos,ad o͞rones se vertit. Faciamus ergo & nos cōsuetudinē istā nobis,vt solatiosum sit nobis mētē ad deū orādo psallēdo,meditādo erigere,purasq; manus leuare, prout Hieremias ꝓpheta hortat̄: Leuemus corda nr̄a cū manib⁹ ad deū. Q̄d si de spūalibus manib⁹ intelligat̄, vc; feruētib⁹ afflictiōibus seu bonis opibus vbiq; iplēdū est, q̄a o͞ro ex ardēti debet affectu procedere & bona cōuersatiōe ornari. Qui eīn declinat aurē suā ne audiat legē,o͞ro eius execrabilis erit. Si vero de corꝑalibus manib⁹ exponat̄ agendū ꝑsertim ē in secreto. Tertiū verbū est, ꝙ neminē iudicat, temerarie. s. q̄a saluator dixit: Nolite iudicare. Nullū q̊q; dānauit iniuste siue incaute, eo ꝙ dixerit dn̄s, Nolite damnare &c. cū tn̄ ap̄lus dicat: Spūalis hō oīa iudicat, & ipse à nemine iudicat̄. Vbi nūc intimorati, imò & stolidi & incircūspectiss. hoīes, q̊ꝝ obturatus ē oculus, excæcata ē mens, corruptū est iudiciū, q cū pusilli & infirmi sint valde, aut etiā malitiosi, ꝑcipites & audaces, ipudentes & proni sunt ad suspitiosa, ad vsurpata, ad temeraria & iniusta iudicia? Qui ex leuib⁹ signis, ex vanis suspitionib⁹ & insufficiētibus causis prorūpūt, ad iudicādū de alijs & de interiorib⁹ iudicare ꝑsumūt, imò & accusare, diffamare, & vituperare ꝓximos nō verent̄. Acuti sūt ꝓcliues alios obseruare, cōsiderare, dijudicare, & negligūt semetipsos miserrimi, nec ꝓprias inspiciūt trabes, dū alioꝝ intuent̄ festucas. Nō formidāt quod ait iudex cœlestis: Quid vides festucā in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo nō vides? Aut q̄uo potes dicere fratri tuo, sine frater vt eijciā festucā de oculo tuo, & ecce trabes ī oculo tuo est? Hypocrita eijce primū trabē de oculo tuo, & tūc videbis vt eijcias festucā de oculo fratris tui. Attendāt ij, ꝙ monachi sit, sup̄psius eē solicitū, cōsiderare, deflere, iudicare, accusare, punire seip̄m, alioꝝ bona potius q̄ defectus inspicere, curiositatis vitiū penitus detestari, & faciāt ita, ne pereāt in ęternū. Quartū verbū ē, ꝙ nemini reddidit malū ꝑ malo, imò ꝑ malis reddidit bona & vicit ī bono malū. Siqdē eū, à q̊ diu ipudētius infestabat̄, obtinuit sibi ī ep̄atu succedere. Hic rursus intueamur & deploremus ipatiētias nr̄as, iracūdias nr̄as, sup̄bias nr̄as, nr̄aꝝ vehemētias passionū & ifirmitatū. Qui tā cito offendimur, ꝑturbamur, idignamur, vlciscimur & inflāmamur, cōq̄rimur, & ꝑ malis repēdim⁹ mala, imò ꝑ ꝑuis magna. Illatę recordamur iniurię & retributiōis modū ac tēpus exq̄rimus. Porrò Martinus cū sūmus eēt sacerdos, vtpote pōtifex, ipune lædebat̄ ab infimis clericis, nec ꝓpter sibi illatā ab eis iniuriā remouit eos à sua eccl̄ia, ab iniūctis officijs, neq; à sua dilectiōe. O q̄ m̄lti sunt religiosi, ībecilles & irreformati, q̄bus si à p̄sidēte aliq̄d deneget̄, aut si mediocriter corripiant̄, & iuste ꝑ suis excessib⁹ corrigant̄, vel monastice exerceant̄ ꝓtin⁹ indignant̄, & irreuerēter se habēt, atq; de amotiōe officiati à suo officio cogitare & machinari īcipiūt. Certe eī ē timor dei āñ ocl'os hoꝝ, nec pēsant, ꝙ ira ex suo gn̄e vitiū ē mortale, ꝑsertī dū vltio ē oīo iniusta, vel modū trāscēdēs. Discam⁹ ergo à ꝑfectiss. isto Mart. patiētiā & māsuetudinē magnā & cōsiderem⁹
C ꝙ monachoꝝ sit abiectiōe, asp̄natiōe, aduersitatib. iniurijsq; gaudere, spūaliq; p̄ri ꝑ correptione & correctiōe tāq̄ ꝑ ꝑcipuis bn̄ficijs charitatis affectū, o͞ronis suffragiū, gr̄aꝝq; actionē reddam⁹, & bonā ī ipso sp cōfidētiā habeam⁹, sperātes ī oībus, ꝙ nō q̄rat nisi nostrā salutē. Quintū verbū ē, ꝙ nēo vnq̄ vidit eū iratū, mœrētē siue ridētē, sed vniformi & angelico mō se habuit sp & tāq̄ cęlestis p̄riæ ciuis iucūditatē sctōꝝ gessit ī vultu. Admirāda & magna nimis sūt ista, hūnasq; vires trāscēdētia ꝓrsus, & q̊ rariora, eo maiora, & vice versa. Nihilomin⁹ ea vtcūq; imitari conemur Nō variemur īpetu passionū, sed rōni ac sapīæ īnitētes, stabiles eē in oīb. enitamur Nō cōtristet nos iordinate, qcq̄d acciderit nob, & ī die bonoꝝ memores sim⁹ maloꝝ, & ecōuerso, q̄ten⁹ inter ꝓsꝑa & aduersa tēdam⁹ sp regia via, atq; sp cor ī deo trāq̄llū hr̄e collaborem⁹ Risus & dissolutio absint à nob, potissimū ī diuis. Sextū verbū ē, nūq̄ in ore illi⁹ nisi Chr̄s, nunq̄ in corde eius nisi pax, nisi pietas, nisi m̄ia fuit, & detrahētiū sibi defleuit pc̄tā. Absit ergo ab ore nr̄o oē verbū illicitū, absit à corde oīs turbatio & oē pc̄tm̄ Nec detrahētib⁹ detraham⁹, imò oremus ꝑ ipsis, & p̄stātiss. S. istū Martinū in ꝑcipua sp delectiōe ac veneratiōe hab eam⁹, eius suffragia implorātes.

¶Sermo de S. Cecilia virgine & martyre, & de gratijs q̄bus decorata fuit, & q̄ta ꝑ eius constantiā atq; magnanimitatē virtus op̄ata sit diuina.

SIcut liliū inter spinas, sic amica mea īter filias. Cāti. 2. B̄tissimā virginē Ceciliā deus op̄s & benignus m̄ltiplici atq; fortiss. gr̄a decorauit. Primo in hoc, ꝙ cū ipsa eēt corꝑe speciosissima, gn̄e nobilissima, valdeq; opulēta atq; iuuēcula, tn̄ in oībus ijs, q̄ solent homines iuuenes trahere ad peccata, ipsa permāsit deuotissima, sancta & cōstantiss. Fuit eīn ex nobilissimo gn̄e Rom, & tamē cū foris deauratis vestibus eēt induta, ad corpus suū teneꝝ ac

Kk virgi-

Ephe. 4
1. Timo. 2
Threno. 3
Pro. 28
Matth. 7
Luce. 6
1. Cor. 2
Matth. 5
1. Pet. 2
Psalm. 13
1. Cor. 15
Ecci. 11

virgineũ portauit cilitiũ, orõnibus ac laudibus dei diebus vacãs ac noctibus. Ieiunijs quoq; intẽta fuit intẽta, ꝙ frequẽter biduo aut triduo semel tm̃ reficiebat. Secũdo in hoc, ꝙ iuuenẽ Valerianũ noĩe, sponsum suũ cui fuerat despõsata, mirabiliter valde cõuertit ad Chr̃m. Cũ enĩ cũ sponso suo secreta thalami accepit silẽtia, dixit ad eũ: O dulcissime atq; amantiss. iuuenis, tibi secrete reuelo ꝙ habeo angelũ sctm̃ corpis mei custodẽ. Qui si senserit ꝙ fœdo amore cõtingas me, statim occidet te. Si aũt viderit ꝙ syncere me diligas, amabit te sicut & me, & oñdet tibi glĩam suã. Valerian⁹ aũt mox diuinitus tactus, rñdit: Si vis vt credã tibi, oñde mihi angelũ ipm̃, & cognito ꝙ vere sit angelus, faciã qd hortaris. ¶Porro, si aliũ diligis virũ, te occidã & illũ. Cui Cecilia: Si in deũ verũ credideris, baptizatusq; fueris, angelũ cernes. Misit itaq; spõsum suũ ad S. Vrbanũ papã, à q cũ baptizatus rediret, iuenit spõsam suã Ceciliã cũ angelo in cubiculo cõferẽtẽ, & duas coronas ex rosis, lilijsq; cõsertas ĩ manu habẽtẽ, quarũ vnã dedit beatæ Ceciliæ, Valeriano aliã, dicẽs: Tu Valeriane, qm̃ salubri credidisti cõsilio, pete qd vis, q ait: Nil ĩ hoc mũdo plus diligo, qm̃ vnicũ fratrẽ meũ. Peto ergo vt & ipe mecũ veritatẽ agnoscat. Angelus dixit: Placet deo petitio tua & ambo cũ palma martyrij venietis ad eũ. Tertio, in hoc ꝙ pclariss. virgo Cecilia Tiburtiũ fratrẽ Valeriani sponsi sui tã sapiẽter instruxit, atq; tã fortiter roborauit in fide, ꝙ dixit ad eã: Qui ita nõ credit, bestia est. Deinde dixit fratri suo Valeriano: Miserere mei & perduc me vt baptizer. Cũq; à sancto papa Vrbano baptizatus fuisset, angelos vidit freqnter, & qcqd rogauit, obtinebat celeriter. Exinde Valerianus & Tiburtius orõnibus ac eleemosynis insistẽtes, sctõrũ martyrũ corpa sepelierũt. Ob hoc cũ idolis sacrificare nollẽt, decollati sunt & martyres gloriosi effecti. Quarto in hoc ꝙ ipa beata Cecilia, nõ solũ duos pfatos frẽs cõuertit, sꝫ & alios plures q qdringẽtos, qbus Almatius vrbis pfectus eã tradiderat, qtenus ad sacrificia eã vrgerẽt deorũ. Qui oẽs à pfato baptizati sunt papa Vrbano. Quinto in hoc ꝙ ipsa sacra Cecilia pfecto Almatio tã sapienter rñdit, eũq; publice corã oĩbus cõfutauit. Insup ab eodẽ pœnã martyrij tã patiẽtissime tulit atq; fortissima mansit in pœnis horrẽdis ac diuturnis. Nã iussit eã in bulliẽte balneo cõcremari, in q ipsa p noctẽ diẽq; mãsit illæsa. Tũc pcepit eã in balneo decollari. Quã spiculator ter ĩ collo pcutiẽs, nec tñ caput eius amputare valẽs, seminecẽ reliqt, qa decretũ fuit ne qrtũ ictũ acciperet decollandus. Porro, ipa dignissima atq; sanctiss. virgo ac victoriosiss. martyr triduo supuiuẽs oĩa sua dedit paupibus, & vniuersos à se cõuersos, sctõ Vrbano papæ cõmẽdãs, huius, inqt, tridui vitã mihi à dño postulaui, vt hos tuæ beatitudini cõmẽdarẽ, & domũ hanc meã in ecclĩam cõsecrares. Cũq; migrasset ad dñm S. Vrbanus papa eã ĩter summos sepeliuit põtifices. Ecce q̃ mirabiliter & supmirabiliter ac gratiosissime opatus ẽ incõprehẽsibilis oĩps deus in hac virgine pelecta, cui angelus tã frequẽter familiariter, visibiliterq; apparuit, p quẽ duos frẽs illos nobiles adolescẽtes, diuites, aĩosos, feroces, lasciuos tã repẽte cõuertit, & ĩ mitissimos agnos mutauit totq; paganorũ cẽtena traxit ad fidẽ. Quæ insup nõ plus timuit mortẽ q paleã, imò ad martyriũ ardẽtissime suspirauit. In quã nec igneus calor nec ferri acumẽ potuit naturalẽ pficere opationẽ. Quæ cõstãtissima ac magnanimis, imò & sapiẽtissima mente astitit ac rñdit pfecto. O qtũ vicit ĩ ea sexũ fragilẽ, tenerãq; naturã, virt⁹ & grã spũs scti. Vere fuit ĩ ea valde pdominãs grã, charitas æstuãtissima, illũinatio supnaturalis, cõtinua. Itaq; tãtæ virginis, martyrisq; exẽplo discam⁹ ppriũ corp⁹ castigare, vitia & cõcupiscẽtias mortificare, vanitates mũdi, delitias carnis, psperitatẽ terrenã cõtẽnere, deoq; fortiter adhærere, & proximos toto posse ad ipm̃ cõuertere. Postremo, magnates & nobiles seculi hui⁹, qs sæpe optet ex cã ptiosius indui, exẽplo gloriosæ ac gñosæ Ceciliæ discãt sub vestibus ptiosis humilẽ gerere mẽtẽ. Et si tãta gratia eis conceditur, cilitio tegere propriã carnẽ, orationes, ieiunia, ac cæterorũ actus virtutum diligere, exercere, amplecti. Itaq; hanc præamabilẽ Christi sponsam, amorosam, pijssimamq; Ceciliam feruide diligamus, fiducialiter inuocemus, reuerẽtialiter veneremur.

Coloss. 1.

D E F

¶In festo S. Hugonis Carthusieñ. & epi Lincolniensis.

¶Enarrationẽ Eplæ & Euãg. cũ suis sermonib. ad seculares, reqre de sancto Nicolao. fo. 7.

¶AD RELIGIOSOS.

¶Ser. I. De innocẽtiæ ac obediẽtiæ (aureis virtutibus) S. Hugonis exẽplo, religioso cuiq; imitãdus.

BOnum est viro cũ portauerit iugũ ab adolescẽtia sua. Treñ. 3 Quãuis pctõr cõuersus teneat deo multũ regratiari, magis tñ cæteris paribus tenet ad hoc, innocẽs iustus, qm̃ innocẽtia valde præcipuũ est deitatis donũ, facitq; hoĩem instar angelorũ amabilẽ. Hoc innocẽtiæ donũ fuit, præcipuũ in sanctissimo pr̃e nr̃o Hugone Lincolnieñ. epõ, deuotissimo Carthusiẽse. Cuius tota conuersatio nobis pponit ĩ exẽplũ, & est exẽplaris, virtuosa atq; notabilis valde. Qui iugũ Chr̃i, nõ solũ ab adolescẽtia, sꝫ ab infantia qq; sua portauit, Nẽpe cũ circiter octo eẽt annorũ traditus ẽ collegio regulariũ canonicorũ & spũalẽ inchoauit militiã anteq sciret aut experiret qd sit viuere mũdo. Atq; extũc sic p arduã viã salutis, p obseruãtiarũ regulariũ semitas, p disciplinæ rigorẽ progressus est, qd vita tota ipsius, ab eius ortu vsq; ad occasum vnũ continuũq; fuit martyriũ. In q tñ spũalium consolationũ affluentias sæpe ac dulciter valde expertus est, quem-

A queadmodũ martyres sancti vtriusq; sexus in suis passionibus ac martyrijs vbertim diuinarũ cõsolationũ suauitatibus pfundebant, intm̃ vt tormenta vix videbant sentire siue aduertere. Quid igit nobis incũbit, q añ religionis ingressum p tot annos vanitatibus, voluptatib⁹, prauitatibus dedimus locũ in nobis, & tot ac tãtis sceleribus, inqnauim⁹ aĩas nr̃as, nisi vt cõparatiõe huius sc̃ti pr̃is nr̃i Hugonis ep̄i vilipẽdamus & hũiliemus nos vehemẽter omniq; aduersitate & tribulatiõe ac asp̄natiõe nos eẽ dignissimos fateamur, & easq̃ꝗnimiter toleremus? Tã studiose q̃q; deo seruire & cohærere conemur, vt sicut in nobis abũdauit culpa, ita abũdet in nobis de cętero gr̃a. ¶ Deniq;, q̃uis teste S. Greg. his q illicita nõ cõmiserũt, licita merito cõcedant, his vero q multa cõmiserũt illicita, etiã licita iuste negent, tñ S. Hugo semp tã rigorose tractauit suũ corpusculũ semp ad pfectiora & arctiora sc̃titatis itinera tã feruide aspirauit, atq; tot licita sibi subtraxit q̃si multis añ fuisset criminib⁹ irretit⁹. Nos ecõtrario q nõ solũ tã enormiter ĩ mũdo peccauim⁹, s; in cęnobio q̃q; tã negligẽter, remissęq; viximus, nil sustinemus nobis deeẽ cõmoda atq; solatia nr̃a sensualia q̃rimus. Quę si negent, murmuratio & ipatiẽtia oriunt ac regnãt ĩ nobis. O q̃tũ à sc̃tõ distamus Hugone. Eius ergo ĩtuitu, erubescam⁹ & emẽdemus, atq; pęniæ fruct⁹ opemur cõdignos, & q̃tũ ꝓpriæ volũtati cõtra dei p̄cepta ac ordinis ĩstituta cõsensimus, & delectati ĩpie sumus, tm̃ de cætero propriã volũtatẽ ad dei honorẽ, p̄ceptis creatoris, statutisq; ordinis obediẽdo ac refrenãdo subdamus. ¶ Porrò S. pr̃ nr̃ beatiss. Hugo inter p̄cipuos sc̃tõs verissime reputãd⁹ ab infantia sua, ad oẽm obediẽtiã dedit cor suũ, & qcq̃d sibi à sup̄ioribus suis iniũgebat, q̃uis arduũ erat, mox gratãter amplectebat, & prõpte ac strenue ꝓseq̃bat dẽptis his in q̄bus obediẽtia videbat aliq̄d hr̃e de ꝓprio, vt pote his q̃ ad suã ꝓmotionẽ, laudẽ & excellẽtiã videbant spectare. In q̄bus tanq̃ hũilimus, multũ hũiliter, satisq; fortiter salua obediẽtia resistebat. Sicut dũ ad prioratũ postulabat, & q̃n ad

B ep̄ale fuit elect⁹ officiũ. S; ꝓh dolor, iã multi religiosi agũt cõtrariũ, qa ad obediẽdũ in his ad q̃ propria inclinat affectio prõptos se exhibẽt. Porrò, in his q̃ eorũ naturali inclinatiõi aut priuatę affectiõi, seu ꝓpriæ volũtati, aĩositati, aut tarditati ẽ cõtraria, ad obediẽdũ sunt ferrei. Qui obediẽtiã suã eẽ nullã ac fictã agnoscãt. Videãt ergo & imitent obediẽtiam S. Hugonis, q cũ adhuc eẽt puerulus ĩ canonicorũ collegio, mgr̃o suo sp̄ũaliq; pr̃i cuidã canonico vita atq; sciã p̄claro tã plenarie obediuit, ꝙ ad illius admonitionẽ prorsus vitauit pueriles ludos, iocos & dissolutiões coęuorũ ac sodaliũ puerorũ. Deinde ex p̄cepto prioris sui, pr̃i suo carnali viro nobili ac deuoto seniori & ægro vsq; ad mortẽ illius prõptissime in oĩbus necessarijs ministrauit Deinde factus diaconus sacris deseruiuit mysterijs cũ metu & reuerẽtia ac feruẽtiss. mẽtis cõpũctiõe. Et ĩ hoc eũ potissimũ seq conemur, nec mẽsæ regis æterni cũ aliq̃ astare macula p̄sumamus. Cũ insup S. Hugo inter regulares canonicos, mira fulgeret pfectiõe, prudẽtia ac sapiẽtia, oĩmq; iudicio, consummatus in oĩni diceret virtute, ipse reputauit se necdum initium pfectionis aut dignæ cõuersationis attigisse. Et hoc sanctis dei est proprium, vt q̃ splẽdidius desup illustrent, q in luce cõtẽplationis æternę, & increatæ mẽtis sanctitatẽ & eminẽtiã clarius intueãtur, eo ꝓpriã defectibilitatẽ & nihileitatem, impfectionẽ ac labilitatẽ profundius speculẽtur. Sicq; totaliter humiliãt & cõtẽnũt seipsos, & q̃tũ à cõdigna creatoris honorificẽtia, q̃tũ à virtutũ plenitudine pfectionis apice distẽt, lucidissime cernũt. Vident se nõ solum à diuinæ maiestatis sanctitate, pfectione & excellẽtia infinite deficere, nec solũ à supernorũ ciuiũ puritate, feruore & cõsummatione ineffabili mõ occũbere, imò & à q̃rundã prædecessorum ac patrũ suorũ potissime sanctorũ ap̄lorũ & ap̄licorũ virorũ munditia, pfectione, & verti

C ce vehemẽter eẽ remotos ac deficientes. Hinc suã qualẽcũq; conuersationẽ, q̃uis in suo gñe sublimiter virtuosam ducũt pro nihilo, & ad meliora ac viciniora saluti totis aspirãt præcordijs atq; celerrime properant extẽdentes se assidue ad virtutũ oĩm incrementũ ad deuotiõis & cõpunctionis augmẽtũ, ad ampliorẽ corporis castigationem, ad prolixiores & puriores or̃ones, ad meditatões salubriores, ad geminæ charitatis profectũ, ad vigilias protractiores, ad disciplinas acriores, ad intensiorẽ cordis custodiã, ad totius humilitatis, patiẽtiæ, mãsuetudinisq; abyssum. Sic fecit pr̃ nr̃ deuotissimus Hugo: Nã q̃uis ĩ statu pręfato multos instrueret, ædificaret & optime gubernaret, p̄cepta tñ sublimi Carthusiensiũ fama mirabiliter affectauit illos videre, ardẽtissime cupiens ipsorũ adunari cõsortio. Nouerat nãq;, docente ap̄lo, æmulanda eẽ charismata meliora, & vitã solitariã ad contẽplationẽ diuinorũ eẽ aptissimam, maximi q̃q; meriti esse seipsum deo totaliter in holocaustum offerre, ac propriæ voluntati in oĩbus propter deũ simpliciter renũtiare, & vnũquẽq; tãto excellentiorẽ desup gratiã obtinere, q̃to districtiorẽ introierit ordinẽ, dũmodo in eo se digne habuerit, & cætera paria sint Qm̃ itaq; ordinẽ istũ sumus ingressi, studeamus indesinẽter in eo efficaciter cõuersari, & solitudini q̃d suũ est exhibere, vt mũdanorũ oĩno obliti, supnis ac sp̄ũalibus iugiter simus intẽti Ab interno deitatis amplexu, nullus nostrã queat mẽtẽ abstrahere. Tanto charitatis feruore deo adhæreamus, vt ab eius intuitu cessare nõ valeamus. Etẽm vbi amor ibi & oculus, vbi thesaurus, ibi & animus. Si filij seculi huius sic affici possunt ad fœdã carnẽ, ad aurũ & gẽmas, vt incessanter sint memores taliũ, & qcq̃d foris exerceãt ab illorũ affectu & imaginatione non

Roma. 5.
Luc. 3
Heb. 12
Heb. 6
1. Cor. 12
Matth. 6

hil seditiõis,turbatiõisq́ peste amplius fugiendũ. Prælatos quoslibet incessabil'r hortat vnitatẽ cõseruare. Fuit itẽ tãtæ cõstãtiæ & tã iustus, ꝙ nulli potestati cõtra iustitiã cessit,in tm̃ ꝙ summã excõicauit Forestariũ regis,eo ꝙ cõtra ecclesiæ suæ libertatẽ debacchari cœpisset. Cõuiuãtibus secũ se honestissime cõformauit,eratq́ in mẽsa hilaris,sed modeste. Cũq́ musici interessent cõuiuijs,maxie studuit grauitati,& ad interiora se recollegit, ne extra sensual'r oblectaret. In ecclesia cũ psallẽtibus ipse psallebat. Negligẽter aut festinãter legẽtes siue psallẽtes, terribil'r increpauit. In dedicatiõibus ecclesiaꝝ,in celebratiõibus ordinũ,cæteroꝝq́ ecclesiasticoꝝ officiorũ ꝑ labore pene deficiẽtibus & sibi inuicẽ succedẽtibus eius ministris,ipse indefessus mãsit, ac alacer à summo mane vsq; ad ꝓfundas tenebras noctis ieiunus manẽs in illis laboribus. Leprosis, cæterisq́ ægrotis benignissimus ac liberaliss. fuit,pedes eoꝝ frequẽter lauãs,extergẽs,& osculãs. Leprosos visitauit multoties & inter eos consedit,ac deformiores diutius atq; suauius amplectabat & optime cõsolabat eosdẽ. Vnde vir quidã notabilis experiri cupiẽs,an S. Hugo ex tanta humilitate aliqua tangeret elatione,semel dixit ad eũ, Martinus osculãdo curauit leprosum,tu leprosos q̃s oscularis non sanas. Cui ep̃us: Osculũ,inqt, Martini curauit leprosum, osculũ vero leprosi animã sanat. Deniq; ad monasteriũ suũ frequẽter redibat & ibi in cella contẽplationi & sanctis exercitijs tã deuotissime ac diuinissime insistebat, ꝙ sæpe egrediẽs splendidũ cœlestibus radijs vultũ,cornutãq́ ex consortio dei faciẽ ferre videbat,ita ꝙ seculares angelicã eius vitã admirabant,& de suis cõquerebant impedimẽtis mũdanis. In loquẽdo erat cautissimus,ne q̃uis modo mẽdacij incideret culpã. Vnde ea narrãdo de q̃bus certitudinẽ non habebat,semp addidit aliq̃d quo falsitatis periculũ vitabat. Bona q̃ egit, deo oĩno ascripsit iugiter

Tob. 2 cõquerens,ꝙ ex sua defectuositate nõ satis pure agebãt ab eo, donaq́ dei ex sua fragilitate aut negligẽtia quodãmodo macularet. In sepeliẽdis mortuis tanq̃ alter Tobias diligẽtissimus fuit nec opus hoc pietatis reliquit,aut festinãtius adimpleuit,q̃uis à rege Angliæ, alijsq́ magnatib⁹ inuitatus esset,& expectaretur ad cõuescendũ. Insuper quotidie deuotissime celebrauit tam in monachatu q̃ ꝑsulatu,q̃n ad hoc possibilitas affuit,& erat in eo mira deuotio circa dominica sacramenta. Vnde die quadã cũ celebraret,Chr̃s in forma splendidissimi pueri li cuidã astãti clerico in hostia sacra apparuit. Ex deuotissima demũ ac frequẽtissima ꝑceptiõe dñici sacramenti merebat ꝑcipue singularẽ cordis munditiã, omniũq́ virtutũ firmitatẽ ꝑcipere. Inuisibilium q̃; & sp̃ũaliũ secretoꝝ mysteria inter reuerẽda canonis secreta ei vbertim reuelabant. Tantæ insuꝑ fuit ꝑfectiõis,ꝙ dũ regis Angliæ & archiepiscopi sui tyrannica ꝑtãte plurimũ vexaret,ita ꝙ oẽs sui immaniter fluctuabãt,ipse cũ omni tranq̃llitate mãsit immotus,& mox vt lectulum introiuit,dulciter obdormiuit. Et sicut nemo æqui & recti tenacior eo fuit, sic nemo facile inueniebat,qui in discussione veri & falsi eo esset velocior. Quod iurisperiti ascripserunt miraculo. Vnde & dñs papa oĩa difficiliora Anglicanaꝝ causaꝝ negotia ei cõmisit. Ipse q̃q; frequenter summũ solicitauit pontificẽ, vt ab episcopali absolueret officio,cui summus antistes nullaten⁹ acquieuit. Cũ dñs quondã Belensis claustralis effectus à S. Hugone petisset sibi in cõi fratrũ colloquio recitari formã pacis inter reges initæ,ad hanc tanti viri petitionẽ feruẽtissimus ordinis zelator Hugo nõ modice cõtristatus r̃ndit: O dñe pr̃,& si ep̃is, nõ tñ monachis licet audire rumores. Moxq́ ad sp̃ualẽ ædificationẽ verba cõuertit. Præterea vltima ĩfirmitate decumbens sacr̃o Eucharistiæ,q̃d ei afferebat, obuiã processit de lectulo nudis plãtis,cilicio,tunica & cuculla vestitus,& ante tremendũ sacr̃m genua flectẽs, suppliciterq́ adorãs orauit diutius infinita cõmemorãs beneficia saluatoris,& multipl'r se accusans, deinde deuotissime illud accepit & gr̃as egit,imminẽteq́ morte & psallẽtibus q̃ astabant fecit se poni in pauimẽto cineribus cooperto ac placidissimo vultu sp̃m sensim recolligẽs illũ in manus creatoris cõmisit ac tradidit, cũ canticũ Symeonis inchoassent psallẽtes. Quo defuncto, corpus eius multis milibus hoĩm ostensum

Luc. 23 est purius vitro, lacte candidius, rosis vernãtius. Et sicut ipse adhuc viuẽs circa mortuoꝝ sepul-
Luc. 2 turã fuit solicitus, sic deus ei concessit venerabilissimam sepulturam. Cui præter inferiores innumerabiles,interfuerunt archiepiscopi tres, quatuordecim ꝑsules, abbates plures q̃ centũ duo reges cũ alijs magnatibus atq; nobilibus multis. Deus quoq; sanctũ suũ multis & magnis mox mirificauit prodigijs. Ex quibus omnibus innotescit ꝑcipua sanctitas huius sacratissimi ꝑsulis. Postremo, oĩa nunc de eo inducta ad nostram essent ædificationem vertenda, nisi prolixitas hoc vetaret. Sed vnusquisq; nostrũ ea applicet sibi,& sanctissimi huius patris nostri exemplis accensi deo iuxta Carthusiensis ordinis professionẽ digne ministrare conetur, in omni cordis custodia & recollectione interna cũ quotidiano profectu & indefinenti feruore, omni sensuali affectu excluso. Et circa sacramentũ altaris humillime, purissime, reuerentissime & affectuosissime nos iugiter habeamus. Et taliter conuersemur vt ad celebrandũ quotidie simus, q̃tum humana permittit fragilitas dispositi & condigni. In omni persequutione & tribulatione permaneamus in deo quieti, patientes, fixi, ac solidi, & seculares vitemus rumores, vniuersaq́ verba otiosa, vana, illicita. Nec otio pigritiæ vnquam locum demus in nobis, sed cum metu filiali & reuerentia cordiali, incessabiliq́ feruore seruiamus, inhęreamus atq; vniti perseueremus altissimo.

De san

¶De sancto Clemente Papa & martyre.

A ¶Sermo primus: De vita & excellentia sancti Clementis, & quantum ab illius perfectione, humana distet ignauia.

MIrabilis deus in sanctis suis, In Psalmo. Quàmuis hoc verbum de quolibet sancto verificetur de beatissimo tamen Clemente singularissime, atq; verissime dici pôt, qa p modum valde mirabilẽ deus traxit eũ ac suos parentes & fratres ad viã salutis. In qbus oĩbus impletũ est illud Sapiæ.5. Tanq̃ aurũ in fornace probauit electos dñs ¶Porro vitã suã ac parentũ, & fratrum suorũ ipsemet pius ac sapientissimus Clemens in itinerario suo descripsit. In quo libro multa cõtinentur pulcherrima atq; subtilia, quàmuis propter aliqua ibi contenta liber inter apocrypha computetur. Itaq; sicut ex itinerario illo probaẗ, electissimus dei Clemens ex illustrissima Romanorũ est ortus prosapia. Nã pr̃ eius noĩe Faustinianus ex Imperatoris fuit progenie, habuitq; filios tres. s. Faustinum & Faustum ac Clementem. Vxor vero eius fuit pulcherrima & pudica ac fidelissima sibi. Cumq; frater Faustiniani eam appeteret, nec ipsa hoc viro suo vellet insinuare, ne inter fratres lis oriretur. Excogitato somnio à suo obtinuit viro, vt cum duobus filijs suis Faustino & Fausto se ad tempus absentaret, à Roma. Et cum fuisset cum illis in naui naufragium passa est nauis, & ipsa super saxum quoddam à fluctibus est eiecta, quæ filios suos putans submersos, præ dolore proprias manus, morsibusque dilaniauit. Filij vero per tabulam euaserunt, & à pyratis inuenti. Venditi sunt cuidam honestæ matronæ, quæ eos dilexit vt proprios natos suos, & liberalibus fecit artibus perduci.
B Postmodum enim adhæserunt Symoni Mago, cuius fallacijs cognitis, adhæserunt gloriosissimo, sanctissimo, atque beatissimo archiapostolo Petro.

¶Porro, pr̃ S. Clemẽtis cũ de cõiuge sua ac filijs nil possent pcipere, relictis sub tutoribus Clemẽte puero iuniore sex circiter annorũ nauẽ ingressus ẽ, vt q̃reret cõiugẽ, & aduersitatib⁹ actus ad pauptatẽ deuenit, atq; ĩ alienis locis pmãsit, ita q p vigĩti annos clemẽs ĩ Roma psistẽs, nihil pcepit de eo. ¶Preterea, Clemẽs philosophię vacauit, & anĩæ ĩmortalitatẽ libẽtissime audiuit pbari, habuitq; diuersas mẽtis angustias de isto, an. s. eẽt vita post hãc vitã & retributio meritorũ. Cũq; S. apl̃s Barnabas Romã veniẽs, pdicaret ibidẽ, S. Clemẽs eũ in sua accepit domo, à q̃ cũ audisset de sapiã & miraculis B. Petri Apl̃i ardẽtissime cępit optare eius aspectũ. Sicq; post breue tp̃s secutus ẽ Barnabã in Iudæã, q duxit eũ ad S. Petrũ, atq; extũc inseparabil̃r Petro adhæsit. ¶Insup q̃dã vice B. Petrus Clemẽtẽ de sua reqrens progenie & audiẽs ab eodẽ, sicut mr̃ sua cũ duob⁹ filijs discessisset à Roma, & vt ipe credebat, eẽt cũ ill̃ submersa, & qual̃r pr̃ su⁹ nauigasset p mr̃e inqrẽda, nec vnq̃ redisset ex cõpassiõe lachrymas fudit. Postmodũ S. Petr⁹ ad locum quendã diuertẽs, & ibi fœminã eleemosynã à trãseuntib⁹ postulantẽ reperiẽs, eius quoq; diffortunia audiẽs, intellexit, q mr̃ esset Clemẽtis, adduxitq; eã ad ipm̃. Paulopost Faustin⁹ & Faustus, q alijs noĩbus vocabanẗ Niceta & Aquila à B. Clemẽte audiẽtes, q d ei acciderit, cognouerẗ, q frẽs eius essent, & mr̃em suã deosculari cœperũt. Tandẽ B. Petrus cũ tribus fratribus ill̃ ad locũ diuertens secretũ, repperit ibi senẽ venerandũ ac pauperẽ. Cũ quo collatõe disputationeq; habitis cõperit, q pr̃ esset Clemẽtis, fratrumq; eius. Qui pr̃em suũ deosculabanẗ, & mater
D eorũ accurrens, virũ suũ cognouit, atq; amplexa est. Itaq; prima laus & excellentia S. Clementis ẽ magna excellẽtia eius in donis naturæ ac bonis fortunæ. Erat nãq; in naturalibus optimæ dispositionis & egregiæ indolis, ingeniosus, pius, & solers, ditissimus, illustrissimus, maximusq; philosophus. Et certe q̃ pręclarus philosophus atq; astrologus fuerit, ex verbis eius in suo itinerario elucescit. Hinc ait in sermone de B. Clemẽte S. Bernardus: Acceperat B. Clemens nobile genus, amplas possessiões, multam hæreditatẽ, sciam quoq; q̃ plurimã, ita vt optimus illius tp̃is philosophus habereẗ. Scd̃a laus eius est gl̃iosa & plena cõuersio eius ad Chr̃m ac maxima dilectio eius ad Petrũ Apl̃m, ac fidelissima adhæsio sua ad ipm̃. Oĩa nãq; pdicta propter deũ reliq & ineffabilẽ ad S. Petrũ habuit charitatẽ. Cũ etem̃ S. Petrus quadã vice propter copiosissimã multitudinẽ turbarũ eũ seq̃ntiũ diuisisset eã in tres partes, & duas pmisisset sub fratribus scti Clemẽtis, B. Clemẽs dixit ad summũ Apl̃m, deo gr̃as, q me nõ misisti. Nã prę tristitia obissem Cui rñdit Apl̃s: Et si te mitterẽ, nõne obediendũ esset? Rñdente aũt Clemẽte, q ab eo separari nõ posset, sed ei semp optaret seruire, dixit Apl̃s: Ego tibi tanq̃ nobili viro, Rusticanus potius vellẽ seruire. Quo audito, lachrymæ mihi eruperũt, ait Clemens, eo q sermonẽ istũ dixit mihi vir tãtus, q̃ tot⁹ mũdus ĩferior habebaẗ: O q̃tus fuit gl̃iosissim⁹ Petrus in corde S. Clemẽtis, qui dixit totũ mundũ esse Petro inferiorẽ. Et certe sic fuit, ĩtelligẽdo p totũ mũdũ, vniuersum genus hũanũ tpe illo exiñs. Fuit etem̃ S. Petrus vl̃is, summus & plen⁹ Chr̃i vicari⁹ sup illud, & toti⁹ p̃latus eccl̃ię. Tertia excellẽtia S. Clemẽtis ẽ, dignissima ac fructuosissima prẽsidẽtia ei⁹ sup vniuersalẽ eccl̃iam, qm̃ S. Petro in papatu successit. Cũ etem̃ Petrus dño reuelãte sciret se protinus moriturum, conuocato fratrum cœtu sanctum Clementem præsentem ac plurimum renitentem, seq; humillime excusantem, suum instituit successorẽ. Qui Petro defuncto fructuosissime prẽfuit, & per se ac subditos suos cõuertit vndiq; innũerabiles gẽtiles ad dñm. Nam & diuinũ Dionysium eiusq; socios misit ad Gallias, & alios sanctissimos prædicatores ad alia loca dire-

xit q̃ plurima. ¶Porro domicellā virginē Domitiani Imper. neptē sacro velamine cōsecrauit. D
Theodoram quoq; Sisimij amici Imperatoris vxorem conuertit, atq; in castitatis proposito roborauit. Deinde per p̄ces & merita S. Clemētis ac Theodoræ Sisimius est cōuersus, & plus q̃ cū tricētis de domo sua à Clemēte sanctissimo baptizatus. Per ip̄m aūt Sisimū multi nobilium & amici Neruæ Imperatoris crediderūt in Chr̄m. ¶Insup in exiliū missus in insulā, plus q̃ quingētos vna die ad sacrum baptisma perduxit, & ipse cum alijs Iudæoꝝ destruens templa per totū prouinciā infra vnū annū septuaginta quinq; construxit ecclesias, valdeq; multos Romanoꝝ cōuertit ad verū deū. Quarta excellētia eius ē venustis. splēdor morū suoꝝ ac viscerosis. pietas eius, ob quā merito Clemēs vocatus est. Tāto etenī morū decore pollebat, q̃ tā Iudæis q̃ paganis & maximè Chr̄ianis omnibus valde complacuit charusq; fuit. Nā & p̄fectus q de mandato Traiani Imperatoraris ip̄m in exiliū misit, cum eū eēt missurus cum lachrymis dixit: Deus tuus quē purè & iugiter colis te adiuuet. Deditq; ei nauē, & necessaria ministrauit. Singulaꝝ etiā regionū inopes habuit scriptos, & indigētibus necessaria cōdonauit, ac liberalissimus ac cōpatiētissimus fuit in pauperes. Quinta laus eius, magnitudo diuinæ sap̄iæ sibi collata, qua nō solū verbo, sed & scripto docuit multos. Vnde scd̄m Hieronymū lib. de viris illustribus, scripsit ep̄lam valde vtilē ad Corinthioꝝ ecclesiā. Et in itinerario suo scribit multa valde salubria de gestis & miraculis documētisq; Petri Ap̄li, sicut à Iacobo Ap̄lo fuit rogatus. Sed & ep̄las scripsit ad apostolum Iacobū & de vita clericoꝝ multa ordinauit ac scripsit. Vnde & in decreto multa allegātur ac inserunt de verbis & scriptis S. Clemētis. Sexta laus eius, est excellentia miraculoꝝ, q̄bus deus eū ornauit. Nā in Roma fecit ꝓdigia, & p̄ce ab eo fusa p̄fatus Sisimius cæcus & surdus effectus est, & rursus orāte Clemēte, auditū recepit ac visum. ¶Insup cū in exiliū missus, fidelibus E
ibi maximū fontē orādo de terra produxit, q fons creuit in fluuiū. Cūq; iussu Traiani dux q̃dā S. Clementē ligata ad collū eius anchora p̄cipitasset in mare dicēs, iam nō poterunt eū pro deo colere, orātibus Chr̄ianis astātibus vt corpus S. martyris eis monstraret, mox aqua maris p miliaria tria recessit. Tūc oēs fideles illi p siccū ingressi, repererūt p modū tēpli marmorei habitaculum à deo paratū atq; ibidē in archa corpus S. Clemētis & anchorā iuxta eum. Reuelauitq; deus discipulis gloriosi Clemētis, ne inde tollerēt corpus ipsius. Omi demū anno, t̄pe suæ passiōis p septē dies ad tria miliaria abijt aqua per t̄pa lōga, quousq; exigētibus habitatoꝝ p̄ctis sublatum est beneficiū tā miraculosum & magnū. ¶Postremo, quēadmodū in sermone de hoc B. martyre ait S. Bernardus: Cōgratulamur huic martyri sc̄tō, sed gl̄ia eius, n̄ra fusio est, q̄d eū imitari negligimus: Ille pro Chr̄o nullis aduersitatibus cessit, nos, nec vnū verbū iniuriē volumus pati.
Gene. 3 Ille sanguinē fudit ꝓ Chr̄o nos nec aquā. i. lachrymas pœniæ fundimus ꝓprijs ꝓ p̄ctis. Nec in sudore vultus n̄ri vescimur pane n̄ro, castigādo corpora n̄ra & cōcupiscētias restringēdo, multoq; minus habemus deuotiōis ac sp̄ualis iucūditatis, sed istar mulieꝝ ac puuloꝝ laudamus sanctos q pugnauerūt cōtra tyrānos & dæmones atq; p̄ctā, ipsi vero pugnare nō possumus vl̄ magis nō volumus, imo iuncis fragilibus cędimus. i. minimis aduersitatibus tentatiōibusq; deijcimur. Sed resipiscamus & illustrissimi martyris huius accēdamur ac roboremur exemplis. Ip̄m
Matth. 11 diligamus, veneremur, ac inuocemus & superemus nosipsos. Regnū nāq; cœloꝝ vim patit, &
Proue. 16 violenti rapiunt illud. Hi. s. qui salubriter vincunt seipsos. Propter quod Salomon protestatur F
Psalm. 26 Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo expugnatore vrbium. Viriliter ergo agamus, & confortetur cor nostrum.

¶AD RELIGIOSOS.

¶Sermo secundus: De dei benignissimo tractatu, quo homines exercet ac sex virtutibus B. Clementis familiaribus.

ATtingit aūt sap̄ia à fine vsq; ad finē fortiter, & disponit oīa suauiter. Sap̄iæ. 8. Quāto Chr̄ianę fidei cōtinētia, diuulgatio, cōfortatio & p̄ualētia mirabiliores & supnaturaliores existūt, tāto certi⁹ cōstat totū illud eē à deo sola sap̄ia ac oīpotētia ei⁹ infinita. Nēpe vt de toti⁹ mūdi cōuersiōe ad Chr̄m ac legē euangelicā taceā, q̄s satis mirel, q̃ Roma oīm deoꝝ ac idoloꝝ venerās mōstra, oī ambitiōe & inqetudine plena, oī carnalitati & vanitati subiecta, potuerit ad Chr̄i legē cōuerti, in q̃ idololatria reprobat, vniusq; dei veri cult⁹ iubet, oīs ambitio, vniuersa ars magica, cūcta p̄lioꝝ turbulētia condēnant, in q̃ etiā rigorosiss. edomatio carnaliū desiderioꝝ oīmq; vanitatū extirpatio edocent: Ecce ad oīa ista credēda ac adiplēda īducta ē plebs Romana absq; oī armoꝝ violētia, absq; eloq̄ntia rhetoꝝ, & subtilitate philosophātiū, atq; Magoꝝ sine hūano p̄sidio, nō obstāte oī tyrānide Romanoꝝ Imp. q fidem Chr̄ianā penit⁹ eradicare laborauert, & ꝓpter hoc innumerabilia milia Chr̄ianoꝝ nō solū per orbē terraꝝ, s; etiā in sola Roma īterfecerēt. Quib⁹ Chr̄iani, Romani, q̄uis nobilissimi, potētissimi, ac plurimi eēnt, & forsan īterdū plures q̃ Romani idololatræ, nunq̄ t̄n humana resistere valuerūt potētia, sed oēm persecutionē & crudelissimas mortes ꝓ Chr̄o patiētissime pertulert.
Psal. 146 Nihilomin⁹ inter eoꝝ martyria preualuit fides & lex Chr̄iana, nō vtiq; sine innumerabilissimis preclarissimisq; miracul' à solo oīpotēte peractis. Creator ergo oīps, cui⁹ sapię, cui⁹ potētiæ, cui⁹ excellētiæ, nullus ē finis, q humanū actuū certissimā prouidētiā hʒ, & oīa in hoc mundo prouidentissi

A dẽtissime ordinat ac disponit, volẽs in Roma Chrianæ religionis eẽ primatũ, mirabilissime, potẽtiss. ac sapiẽtissime hoc impleuit paulatim ac seriatim, vt interim plurimi martyrio coronarent. Deniq; qa electos suos deus icõprehẽsibilis maiestatis p multa exercet aduersa, atq; per ea pducit eosdẽ ad grãæ charismata. Hinc ipse q illustriss. viꝝ Clemẽtẽ, eiusq; parẽtes & frẽs tã supmisericorditer elegit, oẽs eos varijs in seculo isto aduersitatibus exercitauit, & vitã ac gesta eoꝝ tã admirabiľr dispẽsauit, cõpleuit, atq; ad iucũdissimũ finẽ pduxit, ꝙ hoc totũ sic fieri nullatenus potuit fortuna aut casu, sed solo supsapiẽtissimi dei oĩpotẽtatu ac puidissimo moderatu, prout ex his q̃ in itinerario aplici viri, gloriosi Clemẽtis habent, põt probari. Insuper sicut deus pterita pctã purgat ac dirimit p aduersa seqntia, ita sæpe p pcedẽtia q̃dã aduersa disponit ac ducit hoĩes ad dona grãæ subseqntia & pclara. Naturales qq; & acqsitæ virtutes freqnter disponũt nõnullos ad supnaturalia grãæ dona. Vñ deus glorię volẽs post beatiss. Petrũ aplm Chrianã fidẽ p sacrosanctũ Clemẽtẽ pcipue cõseruare, fouere, augere & publicare eũdẽ bñdictũ & illustriss. viꝝ multis exercitauit aduersis, tã añ suã ad Chrm cõuersionẽ, q̃ postea. ¶ Præterea, queadmodũ cęteris pdestinatis, ita & magno huic Clemẽtissimo, amabilissimoq; Clemẽti oĩa cooperata sunt valde ĩ bonũ, & dona naturæ, ac bona fortunę ad grãꝝ charismata profuerũt & cooperata sunt ei eximię. Erat qppe vir ingeniosissimus ac optimę indolis, ditissimus, potẽtissimus, illustrissimus, vtpote de impatoris progenie oriũdus. Et p hæc, ac vltra oĩa ista sortitus ẽ excellẽtissima grãæ mũera, sapiam supnaturalẽ, virtutes infusas ac sctitatẽ pcipuã. Et ab exordio, q̃ sacratissimo aploꝝ principi Petro adhęrere exorsus ẽ, cõstãtissime adhæsit eidẽ, & ineffabili dilectiõe sctm Petꝝ amauit, atq; in summa reuerẽtia habuit eũ, & familiarissime, suauissime & affectuosiss. vixit cũ eo. Quæ oĩa, in itinerario S. Clementis, & Romaň.8

B alibi sunt cõscripta. ¶ Insup in summo põtificio successit felicissimo Petro, & verbis ac scriptis, exẽplis atq; miraculis, orõnibus & meritis suis plurimos etiã nobilissimoꝝ Romanoꝝ cõuertit ad fidẽ, & fructuosissime pfuit, ac optime gubernauit ecclam, fuitq; doctor pinclytꝰ & victoriosiss. martyr ac summꝰ antistes, & tã in naturali philosophia, q̃ in sacra theologia erat doctissimus. Eratq; tãtæ benignitatis ad oẽs, tãtæ liberalitatis ac pietatis ad paupes, tã venustissimis moribꝰ adornatus, ꝙ nõ Chrianis dũtaxat, sed & gẽtilibus ac Iudęis miro mõ charus fuit ac placitꝰ. Vñ & Romani, pagani vrbis, rectores multa sustinuerũt ab eo q̃ nõ sustinuissent ab alio, multisq; annis eũ tulerũt. In q̃re etiã infinita dei sapĩa inpotescit ac splẽdet. Nã q̃uis creator oĩpotẽs poterat p quẽcũq; alienigenã facere ĩ vrbe Rom. & vndiq;, q̃d illic per Romanũ ciuẽ illustriss. sctm Clemẽtẽ peregit, nihilominus deus suauiter cũcta disponẽs potius voluit illa peragere, p sctm Clemẽtẽ, ad illa agẽda p dona naturę ac bona fortunę suo mõ dispositũ & cõueniẽtẽ. Ex his igit multipliciter instruamur ac saluberrime ædificemur. Prĩo, vt cũcta q̃ egimus propter Chrm, modicissime reputemus cõparatiõe S. Clemẽtis. Nã, etsi mũdũ & ea q̃ mũdi sunt relĩqmus, parẽtes, cognatos, substãtiã & nosipsos qd respectu S. Clemẽtis egisse videmur? Ille desiderio sancti Petri reliqt Romã & genealogiã suã illustrissimam ac abũdantissimas opes suas in ea. Deinde oĩa deseruit propter Chrm. Nos aũt mediocrẽ aut vilẽ reliqmus parẽtelã aut opes ppaucas. Secũdo, exẽplo gloriosi Clemẽtis oĩa dona naturalia atq; fortuita ordinemus ad mũera grãæ, ad dei honorẽ, ad pfectiõnẽ virtutũ, nec extollamur de illis, sed tanto subiectiores, gratioresq; deo eẽ conemur, q̃to in donis illis amplius Sapiẽ.8.

C abũdamus aut antea abũdabamꝰ. Quãto qs inter frẽs doctior ẽ, tãto virtuosior, humilior, exẽplariorq; cõsistat. Tertio, sancti Clemẽtis exẽplo auidissimi simus ad notitiã ptinẽtiũ ad salutẽ, & ea q̃ à nobis exigit deus, inprimis discamus, sciamus & cõsideremus atq; ĩplere conemur cũ deo ingratũ sit qcqd egerimus aut obtulerimus ei his ad q̃ tenemur electis. Itaq; sacræ scripturæ verba vbiq; diligẽtissime aduertamus & intelligere enitamur, tanq̃ epistolã nobis à spũ sancto missam. Quarto, sancti Clemẽtis exẽplo cordialiter diligamus nr̃os superiores, eosq; debite veneremur. Bñficijs qq; ipsoꝝ simꝰ grati, atq; pacifice cõuersemur cũ ipis. Quinto. sanctissimi martyris ac summi põtificis huius exẽplo studeamus in vinea dñi Sabaoth viriliter laborare, & instar oliuæ ĩ ecclesia Chri fructificare, & si nõ pdicãdo & miracula faciẽdo, certe orando, & religiosissime cõuersando, quatenus orõnibus & exẽplis, fama & meritis proficiat qlibet nr̃m fratribus ac proximis suis, imò viuis ac mortuis. ¶ Postremo scti Clemẽtis exẽplo moriamur oĩbus q̃ sunt mundi & assidue studeamus cõpunctioni, atq; pietatis operibus simul toto posse intẽti. Tribulatiões qq; quas patimur, dei pcipua bñficia arbitremur, & patiẽtissimi simus in eis. Queadmodũ etiã beatissimus Clemẽs fontẽ produxit de terra, sic Chrm rogemus, vt spũalem fontẽ ponat in cordibus nr̃is, scdm q̃d in euangelio protestatur: Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, nõ sitiet in ęternũ, sed aqua quã ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitã æternã. Itẽq;: Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Fons iste q deriuatur in riuos salubres dici põt gratia gratũ faciens, copiosa, quæ dicitur ramificari in habitus virtutum atq; donoꝝ, seu sapientiæ donũ aut charitas feruens, quia ex sapientiæ dono procedunt cõtemplationes perlucidæ, tanq̃ fœcundissimi riui. Ex charitate quoq; tanq̃ ẽ fonte spũalis vitæ procedũt instar riuorum vniuersæ meritoriæ Bernard. Matt.20 Iohan.4. Iohan.7.

actiones,

actiones. Fuit demū sacratissimus Clemēs profundissimæ hūilitatis, intm̄ ꝙ cū gloriosissimus princeps ap̄lici ordinis vellet eū suū instituere successorē, ipse dulcissimus Clemēs in terram prostratus ad pedes sui mḡri charissimi, lachrymose, humilime, & q̄dāmō importune rogauit, vt se tāto pontificatu nō sublimaret. Idcirco & nos, tāto exēplo discamus minora & parua officia nō optare, oēm ambitionē & vanitatem abijcere, tā morigerate q̄q; & benigne ac mititer cōuersari, vt diligamur ab vniuersis, nec offendiculum vlli ponamus, sed totius probitatis ac honestatis exempla præbeamus cunctis & singulis. Ad laudē, &c. D

Roma.14

¶ In festo S. Catharinæ virginis & martyris.

¶ Enarratio lectionis loco Epistolæ. Confitebor tibi dn̄e rex. Ecclesiastici. 51.

Matth.11 — VErba lectiōis istius, in ꝑsona ꝓclarissimæ virginis & inuictissimæ martyris Catharinæ, cōueniēter exponi possunt ac dici. Ipsa itaq; gratias agēs deo ꝓ bn̄ficijs & victorijs sibi cōcessis, ait: ⌊Cōfitebor tibi⌋ cōfessione laudis, de q̄ loqtur Chr̄s: Cōfiteor tibi pr̄. i. laudo te, ⌊dn̄e⌋ oīm, rōne creationis ꝑ principalem & vniuersalē authoritatē, ⌊rex⌋. i. oīm rector ꝑ prouidētiam infallibilē, ⌊& collaudabo te deū saluatorē meū⌋. i. q̄ à periculis me erupuisti, & ad beatitudinē ꝑduxisti. Chr̄s aūt specialiter vocaṫ saluator, qm̄ ꝑ incarnatiōis suæ mysteriū, passionisq; meritū ab originali, & om̄i pc̄tō nos liberauit, à iugo diaboli, à seruitute peccati, à dānatione inferni eripuit: gratiā q̄q; nobis promeruit ac donauit, atq; ad verā nos recuperauit salutē. Hinc apud Esaiā ait altissimus: Deus iustus & saluās non est p̄ter me. Per Osee q̄q;: Ego dn̄s deus tuus, & saluator nō est p̄ter me. Atq; eodē cap. loqtur Chr̄s: De manu mortis liberabo, eos de morte redimā eos. ⌊Cōfitebor noī tuo⌋ noīato. i. tibi ꝑ nomē noīans designato. ⌊qm̄ adiutor⌋ ad bn̄ agēdū & ad resistēdū tētationibus ac pc̄tis, ⌊& protector⌋ à periculis ac aduersarijs, ⌊factus es mihi⌋ absq; tua mutatiōe, ꝑ hoc ꝙ gratiā & protectionē mihi impēdisti. Nihil etem̄ meritoriū agere possumus, nec virtuose resistere vitijs sine auxilio gr̄æ dei. Propter q̄d ait saluator: Sine me nihil potestis facere. Hinc ꝑ Oseam loqtur dn̄s: Perditio tua ex te, in me tm̄mō auxiliū tuū. Vn̄ orat propheta: Adiutor meus esto dn̄e, ne derelinq̄s me, ⌊& liberasti corpus meū à ꝑditione⌋. i. à vitijs gulæ & luxurię, ꝑ q̄ corpus indisponiṫ & fœdatur, atq; i æternā pęnā iactari mereṫ. Nā teste ap̄lo: Qui fornicaṫ, in ꝓpriū corpus peccat. Hic in Iob habeṫ: Si deceptū est cor meū sup mulierē, & si ad ostiū inimici mei īsidiatus sum, hoc em̄ nephas ē, & iniq̄tas maxima. Ignis est vsq; ad cōsumptionē deuorās. ⌊A laqueo linguæ iniquæ⌋. i. à deceptione linguæ fraudulētæ, ⌊& à labijs operātiū (. i. proferentiū) mēdaciū⌋ potissimū ꝑnitiosum, q̄d ē mortale pc̄tm̄, de q̄ ait propheta ad dn̄m: Perdes oēs q loquuntur mēdaciū. i. facientiū opa vana & falsa, veritate vitæ atq; iustitiæ cōtraria. ⌊Et in conspectu astantiū factus es mihi adiutor⌋ Per astātes intelligi possunt angeli deo assistētes. Iuxta illud Danielis: Decies milies cētena milia assistebāt ei. Vel hoīes in q̄ꝝ p̄ntia deus succurrit hoībus. Vnicuiq; etiā homini astāt angeli duo, vnus bonus vt opē ferat, alter malus vt noceat, in q̄ꝝ conspectu deus subuenit suis, ⌊& liberasti me⌋. i. à diuersis periculis & pc̄tis, ⌊scd̄m multitudinē miæ noīs tui⌋. i. scd̄m magnitudinē pietatis tuæ. Misericordia aūt dei (prout in ip̄o accipitur) in se vna & simplex ē, sed propter diuersitatē suoꝝ effectuū multa vocaṫ, & pluraliter significaṫ, iuxta illud in psalmis: Misericordias dn̄i in æternū cātabo. Itēq;: Misericordiæ tuę multæ dn̄e. ⌊A rugiētibus ꝑparatis ad escā⌋. i. à dæmonibus & tyrānis, qui parati sunt hoīes bonos affligere, & sp̄ualiter deuorare seu depauperare. Vn̄ de diabolo ait princeps ap̄lorum: Aduersarius vr̄ diabolus tanq̄ leo rugiēs circuit, q̄rēs quē deuoret. Et de crudelibus, rapacibusq; hoībus ait ꝑ Michæā dn̄s: Comedūt carnē populi mei, & pellē desup excoriauerunt, ⌊de manibus q̄rentiū animā meā⌋. i. de ꝑtātibus & ꝑsequutionibus inuisibiliū hostiū, q animas q̄rūt ad dānationem pertrahere, ac visibiliū hostiū q animā. i. vitā animalē eius quē odiunt q̄runt extinguere. Vel animā moliūtur ad pc̄tm̄ mortale perducere, ⌊& de portis⌋. i. accessibus seu initijs, ⌊tribulationum q̄ circūdederūt me⌋ Multæ siqdem tribulationes iustoꝝ. ⌊A præssura flāmæ⌋. i. feruētis tētationis seu impugnationis, ⌊quæ circundedit me⌋ siue ab homine, siue à dæmone. Vn̄ in psalmo dicūt electi: Trāsiuimus ꝑ ignē & aquā. Et i euāgelio saluator ait discipulis: In mūdo præssurā habebitis, ⌊& in medio ignis⌋. i. acutissimæ tribulationis, ⌊nō sum æstuatus⌋. i. per iniquū consensum, seu per ardorē iræ aut impatiētiæ spiritualr̄ destitutus, consumptus, cōbustus. Vnde de electis loqtur deus ꝑ Zachariā Ducā eos per ignē, & probabo eos sicut probaṫ auꝝ. ⌊De altitudine (. i. profunditate) vētris inferi⌋. i. foueæ infernalis, in quā hō meteṫ corruere dū peccat mortaliter. Hinc & Sapiēs ait: Ab altitudine inferoꝝ eduxit eos. Siqdem in scripturis altū pro profundo frequēter accipiṫ, vt i psalmo: Veni in altitudinē maris. Atq; in Iohāne: Puteus altus est, ⌊& à lingua coinquinata⌋ ꝑ verba vitiosa, ⌊& à verbo mendacij⌋ ita ꝙ præseruauit me ne loquerer illud. Vel ab eo ꝙ mihi falsæ impositū fuit, me immunē monstrauit, iuxta illud Sapiētię: Mendaces ostēdit qui maculauerūt illū. ⌊A rege iniquo⌋. i. principe vitioso, à quo non permisisti me superari, seu ad vitia trahi. Vel per regem iniquum designatur diabolus, de quo Iob asserit: Ipse est rex sup omnes

Margin references: Esaiæ.45; Osee.13; Ibidē. (E); Johan.15; Osee.13; Psalm.26; 1.Cor.6; Job.31; Psal.5; Daniel.7; Psalm.88; Psalm.118; 1.Petri.5 (F); Miche.6; Psalm.33; Psal.66; Johan.16; Zachar.13; Sapiē.10; Psalm.68; Johan.4; Sapiē.10; Job.41

omnes filios superbiæ. Vnde & Christus apud Iohānem: Venit (inquit) ad me princeps mun- Iohan. 14
A " di huius, ⌊& à lingua iniusta (.i. mēdaciter alios criminātē. Itaq; ab his oībus) liberasti me⌋ Se-
" cundū multitudinē miæ noīs tui. Propterea ⌊laudabit vsq; ad mortē (corporalē) aīa mea⌋ im
" mortalis, ⌊dominum⌋ in hac vita, & post mortē laudabit eū in vita futura, sicut ait Propheta: Psal. 145
" Psallā deo meo q̄ diu fuero. Et: Benedicā dn̄m in oīni tpe, ⌊qm̄ eruis (o dn̄e) sustinētes te⌋ .i. Psalm. 33
miam tuā longanimiter expectātes. Vnde Ecclesiasticus ait: Qui timetis dn̄m, sustinete miam Eccl. 2
eius, & ne deflectatis ab eo, ne cadatis. Hinc ad Hebræos ait Aplus: Abrahā longanimiter fe- Heb. 6
" rens, adeptus est repromissionē. Et Psalmista: Propter legē (ait) tuā, sustinui te dn̄e, ⌊& liberas Psal. 129
" eos de oīni angustia, dn̄e deus noster⌋ qa post vitā hāc dat eis quietē ęternā, ideo dictū est: Mul Psalm. 33
tæ tribulatiōes iustorum, & de his oībus liberabit eos dn̄s. Valde ergo necessaria ac salubris est su-
stinētia ista. Propter q̄d Iacob ⁹dicit: Exemplū accipite lōganimitatis laboris & patiētiæ, pphe Iacob. 5.
tas, q locuti sunt in noīe dn̄i. Ecce beatificamus eos, q sustinuerūt. Sufferētiā Iob audistis, & finē Coloss. 10
dn̄i vidistis. Hinc loquitur Esaias: Deus iudicij dn̄s. Beati omnes qui expectant eum. Et Psalmi Psal. 24.
sta: Vniuersi qui expectant te non confundentur.

¶Sermo primus circa epistolam: De triplicibus actibus qbus deum potissimum colimus & de triplici confessione Christiano homini necessaria.

LAudabit vsq; ad mortē aīa mea dn̄m. Eccl'iastici vltimo: Primo, ex lectiōe hac hodier
na, docemur deum laudare, primo & maxime propter infinitam bonitatem, perfe-
ctionē & btitudinē eius, ex cuius cōsideratiōe ꝯfiteri debemus, ꝙ simus prorsus īdigni
eū laudare, cū scriptū sit: Nō est speciosa laus in ore pctōris. Ideo deū laudare debe- Eccl. 15
B mus cū oīni humilitate, ppriā indignitatē pēsando, cū filiali timore eius magnitudinē intermi
nabilē attēdendo, cū ingēti attētione & puritate eius sanctitatē, sapiam, atq; p̄sentiā oīa intuē-
tem cōsiderādo. Propter q̄d scriptū est: Seruite dn̄o in timore. Hinc etiā ait Psalmographus: Psalm. 2
Laudate deū scd̄m multitudinē magnitudinis suæ. Quid est deū scd̄m multitudinē magnitu- Psal. 150.
dinis suæ laudare? Hoc est, vt totis viribus eum laudemus, & tñ nil dignum nos agere fateamur,
imo à laude ipsius cōdigna .i. tā irreuerētiali, deuota, pfecta, vt decet ex parte ipsius, nos defi-
cere infinite. Quēadmodū em̄ deus sublimis & benedictus est bonitatis, dignitatis, & excellen- Eccl. 43
tiæ infinitæ, ita est infinitis dilectione, laude, ac reuerētia dignus. Hinc in Ecclesiastico legitur:
Multa dicimus & deficimus verbis, cōsummatio aūt sermonū ipse est: Glorificate dn̄m quātū-
cunq; poteritis, supualebit adhuc: Benedicētes dn̄m, exaltate illū quātū potestis. Maior ē em̄
oīni laude, & exaltātes eū, replemini virtute, ne laboretis. Nō em̄ puenietis. ¶Porrò, q ista intel
ligit de virtutibus, & bonis actib⁹ suis supbire nō pt. Scit em̄ oīe q̄d ad dei honorē agit in īfini
tū minus eē cultu, atq; prēconio q̄ deus cōdignus ē. Idcirco si tātæ existeret sanctitatis, sicut Io-
hānes Baptista, & tā perfecte deo seruiret, sicut oēs scti in cœlo & in terra, adhuc totū nul'i⁹ eēt
momēti, respectu infinitæ sanctitatis & excellētię dei. Scit q̄q; se nil boni hr̄e, nisi à deo, idcirco
nō sibi, sed dei honorē finalē gl'iamq; deberi. ¶Prēterea, tres sunt actus p q̄s deū prēcipue coli-
mus vz oro, laudatio, dilectio. Horum actuū primus dici pōt humanus, secūdus angelicus, tertius
vero diuinus. Itaq; primus horum actuū (puta oratio) ē humanus. Nā q̄uis btīs in p̄ria orare cō-
ueniat aliquo, siq̄dē rogamus eos vt orēt p nobis. Sil'r q̄uis deū mō laudare hoībus cōpetat in
hac vitā, cū Tobiæ Raphael angelus dicat: Laudate deū cœli corā oībus viuētibus cōfitemini Tobie. 12
C ei, qa fecit vobiscū miam suā. Nihilominus p appropriationē orare special'r cōpetit viatoribus
Laudare cōprehēsoribus. Viatores qppe .i. fideles in via p̄ntis exilij, in medio ambulāt laqorum,
suntq; incerti, an sint digni amore, an odio. Penitus q̄q; incerti sunt qd final'r fiet de eis, an scili- Eccl's. 9.
cet saluabunt, ān nō, ideo indigent semp orare viscera misericordiæ dei ne pereāt. Comprehē
sores, autē, vz sancti qui deum vidēt clare in cœlis, in tuto sunt, nec de suę salutis æternitate pn̄t
ambigere, ideo special'r competit eis deum laudare, & ei de omni bono ipsis collato gratias age-
re. At vero deum diligere est actus diuinus. Primo, qm̄ competit deo. Nam diligit semetipsum
atq; in superbeatissima trinitate vnaquæq; persona diligit seipsum, & quàmlibet aliā dilectio-
ne æterna, increata, superdulcissima & immensa. Secundo, quia per actum dilectionis rationa-
lis creatura potissimè assimilatur & complacet deo. Propter quod scd̄m Apl'm: Finis præce- 1. Timo. 7
pti est charitas de corde puro, & conscia bona, & fide nō ficta. Et iterum: Plenitudo (inqt) legis ē Roma. 3
dilectio. Ideo etiā ait saluator: Quòd primū maximūq; præceptū est, deum diligere toto corde Matt. 22
Ex his cōstat, ꝙ deū laudare sit actus præclarior, q̄ eū orare, primo, qm̄ actus ille est magis ange
licus. Scd̄o, quoniam actus ille est simplicior ac purior, quia per eum magis pure in deum con-
uertimur. Per orōnē vero nosipsos aliquo modo reflectimur, qa aliqua petimus nobis aut no-
stris. Hinc deum laudare magis competit pfectioribus. Orare aūt minus pfectis. Nihilominus
ad quēlibet bonū Chr̄ianum spectāt tres actus isti, suntq; necessarij ad salutem. Tenemur em̄
oēs & singuli daum orare, eiq; gratias agere, & toto corde super omnia ipsum diligere. Sed ad
incipientes potissimum spectat orate, ad proficientes laudare, ad perfectos diligere. Deum er-
go oremus, vt dignos nos faciat ad laudationem ipsius, atq; vtrunq; hunc actum ordinemus &
exerceamus ad amorem ipsius, hoc est, ad hoc vt eius accendamur amore.

¶Poror

¶Deinceps hos tres sanctos actus beatissima virgo, atq; præinclyta martyr S. Catharina gloriose exercuit, qa dũ certamẽ sibi imminẽs cõtra phõs & cõtra tyrãnũ agnosceret, deũ ꝑadiutorio deuotissimè inuocauit. Cũq; in oĩb⁹ mirabil'r ꝑualuisset, neq̃q̃ vane itumuit, neq; ianiter ẽ læta, sed deũ totis laudauit ꝑcordiȷs, & grãs egit ei humillime, & ex oĩbus bonis sibi collatis ad dei amorẽ reduxit se, & ei⁹ charitate succẽsa ẽ. ¶Preterea, qa & nobis sp in vita hac iminet bellũ cõtra ꝓpriũ corpus, cõtra mũdũ ac dęmones, debem⁹ exẽplo sacratissimę Catharinæ, deũ idesinẽter ꝓ adiutorio exorare, & si aliq d boni agimus, & vitiȷs ac tẽtatiõibus ꝑualem⁹ ei ꝑcordial'r regratiari, atq; ex oĩbus suo sancto amore succẽdi. ¶Porro, qa in lectiõis huius exordio dr: Cõfitebor tibi dñe rex, scire oportet, ꝙ sit triplex cõfessio. Vna ẽ cõfessio ꝓpriç culpç, q̃ est sacramẽtum ecc'liæ, de qua Iacobus: Cõfitemini alterutrũ pctã vr̃a, & orate pro inuicẽ vt saluemini, de qua & Salomon testaꝛ: Qui abscõdit scelera sua, nõ dirigeꝛ, q autẽ confessus fuerit, & reliquerit ea, mĩam cõsequeꝛ. Ista cõfessio est actus virtutis pœniæ. Scd̃a, est cõfessio laudis diuinæ, hoc est, ipsa laudatio dei, de qua ait saluator: Confiteor tibi pr̃ &c. & Psalmista: Cõfitebor tibi dñe in toto corde meo. Hæc cõfessio actus ẽ latriæ. Tertia est cõfessio credendorum, de qua ait Ap'lus: Corde crediꝛ ad iustitiã, ore autẽ cõfessio fit ad salutẽ. Estq; ista cõfessio fidei actus. Hanc triplicẽ confessionẽ habuit felicissima Catharina. Nõ eñ dubiũ est, quin de suis q̃tidianis cõfitebaꝛ peccatis, & ea quç Chr̃ianæ sunt fidei, cõfitebaꝛ constãtissime corã tyrãno, laudauitq; Christum, dicẽdo: Ipse est sponsus meus, amor meus, saluator meus, & deus meus. Nos q̃q; triplicẽ hãc haberere debemus cõfessionẽ, vt in primis propria cõfiteamur pctã corã deo, q̃tidie & opportuno tpe sacerdoti sup nos iurisdictionẽ habẽti. Deũ etiã indesinẽter laudemus, & symbolum fidei Ap'loꝝ oñi die legamus. ¶Amplius ex lectiõe hac discimus, q̃ m'lta & magna sint beneficia dñi nostri Iesu Chr̃i in nobis, & ꝙ sine eius grã nil valemus, ꝙ itẽ à multis nos malis eripuit, ꝑseruauit, ꝓtexit, ideo deũ instãter ac feruide deꝑcemur, vt ab vniuersis mal' in lectiõe hac tactis, ac cęteris nos vitiȷs ꝑseruare, atq; in oĩ grã ac virtute cõseruare, roborare, ac ꝑficere sp dignet, ne deuoremur à dęmõib⁹ rugiẽtib⁹ ꝑpatis ad escã, cui⁹ iuxta ꝓphetã esca electa ẽ. Nã sicut in lib. Iob ferꝛ: Absorbet fluuiũ, nec miraꝛ, qa ꝓ magno nõ habet, ꝙ seculares hoĩes vincit ac vorat, sꝫ hꝫ fiduciã ꝙ ĩfluat Iordanis ĩ os ei⁹, qa & sp̃uales ac deuotos tẽtat deȷcere, & freq̃nter supat tales. Quicũq; ãt mortal'r peccat recte à diabolo dr̃ deuorari ac mãducari qa incorporaꝛ eidẽ & membrum eius efficiꝛ. Caueamus ergo à mortali pctõ, ne icorporemur diabolo, imo sacratissimam virginem Catharinã precemur, vt continuum diuinæ pietatis auxilium impetret nobis.

Iaco.5 / Proue.28 / Matth.11 / Psal 9.85 / 110.137. / Roma.10 / Eccl.51 / Iob.40.

¶Enarratio Euangelij: Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro &c. Matthæi decimotertio.

RECte hoc euãgelium in festo beatissimaꝝ martyrũ ac virginũ Catharinæ & Agatæ, aliarumq; aliquaꝝ legiꝛ, quia in eo regnum cœloꝝ pro quo ipsæ tãta ꝑpessæ & operatæ sunt, quodq; tam pretiose emerunt rebus pluribus comparaꝛ. Itaq; ait saluator: ⌞Simile est regnũ cœloꝝ (.i. beatitudo seu ꝑmiũ sanctoꝝ in cœlis) thesauro abscondito in agro⌟ Primo, nam sicut talis thesaurus difficulter inueniꝛ, sic æterna felicitas difficulter acquiritur, quoniã iuxta Apostolum, non coronaꝛ, nisi q legitime certauerit. Et per multas tribulationes oportet nos ingredi regnum cœloꝝ. Secundo, quoniã sicut talis thesaurus est magnum bonum, sed latẽs, inuisum, occultum, sic regnum cœleste est bonũ præcipuum, sed nõ visum, nobisq; patẽs, sed creditũ, & nos latẽs, imò iuxta Pauli sñiam: Oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoĩs ascẽderunt, quæ præparauit deus dilĩgẽtibus se. Tertio: Nam sicut ꝓpter talem thesaurum ꝑpossidendum cuncta venduꝛ, sic propter adipiscẽdum regnum cœloꝝ oĩa temporalia deseruꝛ. Propter quod subditur: ⌞quem (thesauꝝ) qui inuenit homo, abscõdit,⌟ tanq̃ pretiosum clinodiũ, ⌞& præ gaudio illius⌟ .i. ex delectationẽ quã habet de inuẽtione thesauri, ⌞vadit & vẽdit oĩa quæ habet, & emit agrũ illum,⌟ vt habeat ius possidendi thesaurum ex integro. Olim nãq; thesauri in agro inuẽti, quàmuis ignorabaꝛ, cuius fuissent, tamẽ ob communem hominum pacẽ pro media parte fuerunt dominoꝝ agri. Per agrum ergo intelligi potest virtuosa cõuersatio, vel sacra scriptura, in quibus iste thesaurus, vcꝫ beatitudo cœlestis quodammodo continetur & latet, sicut præmium in merito, seu promissum in promittente.

¶Porro, homo thesaurum reperiẽs, est qcunq; deuotus, q cum Ap'lo oñia arbitraꝛ vt stercora, vt Christum lucrifaciat. ⌞Iteꝝ simile est regnũ cœloꝝ⌟ Hic sumiꝛ regnum cœlorum pro militanti ecclesia, quæ in Euãgelio sæpe vocaꝛ regnũ cœloꝝ, qa cõuersationẽ habet cœlestẽ, & in ea ꝑ fidem & charitatẽ regnat deus. Hoc ergo regnum cœlorum, simile est ⌞homini negotiatori quærẽti bonas margaritas (.i. lapides pretiosos) Inuẽta autem pretiosa margarita, abijt & vendidit omnia quæ habuit, & eam⌟ Sic sancta Ecclesia, & quilibet vere Christianus pretiosas quærens margaritas, videlicet virtutes & sacras scripturas, vnam vero pretiosissimam inueniens, vtpote euangelicæ legis doctrinã, seu euãgelicoꝝ consilioꝝ perfectionẽ. Vel increatam dei sapiam, dñm Iesum Chr̃m, vendit, vel vilipẽdit cuncta terrena, vt margaritã istam possideat. Prout testaꝛ Apostolus: Oñia arbitror detrimẽtum, propter eminentem sciam Christi. Pretiosior nanq; est sapientia cunctis opibus, & oñia q̃ desiderantur huic nõ valẽt comparari. ⌞Iterum

2 Timo.2 / Act.14 / Esaie.64 / 1.Cor.2 / Phil.3 / Phil.3 / Prouer.3.

A Iterum simile est regnum cœlorū.i.ecclesia militans, in qua per fidem & gratiam regnat deus,quæ & ipsa in nomine Christi regnat,spirituale ac temporale habēs dñiū atq; iudiciū[sagenæ missæ in mari,& ex oī gñe piscium congregāti]i.bonos malosq; pisces in se capiēti. Vel quosdam de omni genere piscium[quam cum impleta]piscibus[esset educentes].i.de mari extrahentes ipsi piscatores[& secus littus sedentes,elegerunt bonos in vasa sua, malos autē foras miserunt]i.de naui piecerūt tanq̄ inutiles,& bestijs auibusq; deuorandos dederūt. Sic modo militans ecclesia recipit & habet in se quosdam ex omni genere hoīm,& aliq̊s electos ac v̄tuosos,aliquos etiā rep̄bos & puersos:sed in die iudicij separabūtur electi ab impijs. Ideo subditur[sic erit in consummatione seculi]i.in fine nundi,seu status præsentis. Nā tunc[exibunt angeli]a summo cœlo[& separabunt malos de medio iustorum] i. a consortio electorum,qa tūc agni.i.electi ponentur a dextris iudicis. Hœdi.i.rep̄bi a sinistris [& mittent eos in caminū ignis]i.in gehennale incēdium eos p̄ijcient ac retrudēt. Quāuis enim resurrectio mortuorꝝ & eorꝝ retributio principaliter & effectiue erūt a deo,tñ angeli sc̄ti circa eas multiplex ministeriū exhibebūt. Nam cineres suscitandorꝝ colligent,suscitatos ad locū iudicij deferent,iustos ab impijs segregabunt,atq; prolata sentētia,& terra os suum aperiente inuoluent reprobos,& cū igne conflagrationis eos in infernum p̄cipitabunt. Vnde in Apocal. legit:Proiectus est draco ille magnus serpens antiquus[Ibi erit fletus] ex vehementissimo dolore infernaliū suppliciorum. Veruntamē secundū Doctores, nō erit ibi resolutio lachrymarum,q̄ motu cœli cessante cessabit,nec possit in dānatis iugiter perdurare: sed erit ibi summa conturbatio cerebri dolor atq; confusio ex quibus causatur nūc resolutio lachrymarum[& stridor dentium]ex frigore infernali inæstimabiliter magno & afflictiuo. Sūt enim in inferno summus calor,& intentissimum frigus,& est ibi vicissitudo pœnarꝝ,ita ꝙ de vno tormēto vadunt ad aliud:imo de extremo ad extremum sine reductione ad mediū, q̄ reductio aliqd temperamenti releuaminisq; haberet. Hinc scriptū est:Ad nimiū calorē transeat ab aqs niuium. Conseqnter Christus ait discipulis[Intellexistis hæc omnia]i.parabolas istas,quibus comparaui regnū cœlorꝝ diuersis rebus? Non ex ignorantia quæsiuit hoc Christus, sed vt ad discipulorum responsionem qua responderunt(etiam)congruū adderet documētum. Vnde subiūgitur.[Ideo]supple dico vobis,vel sciatis,ꝙ[omnis scriba doctus in regno cœlorū]i.qlibet prædicator,doctor,seu p̄latus p̄sertim episcopus in militāti ecclesia[similis est patrifamilias,qui profert de thesauro suo noua & vetera.] Quēadmodum enim paterfamilias ex suo thesauro seu opulentia profert noua & vetera numismata,& alimenta ac vasa ac vestimenta,datq; vnicuiq; de sua domo prout indiget & cape potest,seu dignus est:sic doctor prædicator,siue prælatus profer tde thesauro suo.i.de plenitudine gratiæ,& scientiæ sibi collatæ,noua & vetera.i.vtriusq; testamenti authoritates,quibus doctrinam suam confirmat & vnumquemq; de grege sibi commisso spiritaliter pascit seu instruit & pertractat,p̄ut capere potest. Hinc innotescit,quod prædicatores & aliorum prælati debēt in vtraq; lege esse periti:imo vt diuinus Dionysius docet, ad episcopos p̄tinet,vt sint ita docti, quod difficillima quæq; occurrentia soluere possint & illucidare

¶ Sermo II. Circa Euangelium:Quāto labore ac studio cœli gaudiū quęrendū sit & emēdum,quantoq; subito submergātur cōplures atq; p̄petuo intereant, & de pœnis inferni.

B

C INuenta vna preciosa margarita ,abijt & vendidit omnia quæ habuit & emit eam. Mat. 13. Verbum hoc euangelicum de præstantissima atq; sanctissima virgine Catharina conuenientissime explanatur. Ipsa etenim magnanimis ac illustrissima virgo in exordio adolescentiæ suæ,cum adhuc esset pagana,quæsiuit bonas margaritas,quia naturalibus scientijs liberalibus artibus,atq; virtutibus acquisitis policitis fuit studiose intēta easq; didicit & inuenit. In eis quoq; & per eas felicitatem quæsiuit,nec reperit:tandem inuenit vnam preciosissimam margaritam,videlicet dominum nostrum Iesum Christum,de quo apostolus loqtur:Petra erat Christus. Et de quo in Esaia loquitur deus pater: Ecce ego mittam in fundamentis Syon lapidem angularem probatum preciosum. Deniq; gentiles dicti sunt lapides, & Christus dictus est lapis. De illis equidem dixit Iohannes Baptista:Potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Et de Christo dixit psalmista : Lapidem quem reprobauerunt ædificantes ,hic factus est in caput anguli. Sed gentiles lapides appellantur ob cordis sui insensibilitatem , qua verum dominum non sentiunt , atque ob suam duritiam,qua in infidelitate cæterisq; persistunt peccatis . Christus vero ob suam firmitatem lapis vocatus est. Itaque hanc preciosissimam margaritam,quæ Christus est,cum sancta reperisset Catharina credendo in eum,& adhærendo ei per charitatem,abijt,id est,mēte a terrenis & carnalibus rebus auersa est,& cunctis caducis relictis emit hanc margaritam . Emit etenim eā semetipsam offerēdo pro ea in famulam patri æterno : imo mortem & longum martyrium

ac laboriosum sustinendo conflictum pro obtinenda hac margarita in æternum, cœlesti in patria, hoc est, pro Christo clare per speciem intuendo atq; feliciter perfruendo. Iuxta illud D Petri: Iesum Christum videntes, exultabitis lętitia inenarrabili & glorificata, reportantes finem fidei vestræ salutem animarum vestrarum. Et nos ergo beatissimæ Catharinæ sequẽtes vestigia pro summi dei amore, pro eius beatifica visione, pro æterna & plenissima beatitudine relinquamus, vel saltem paruipendamus omnia ista sensibilia, trãsitoria & terrena, ita vt ea nec immoderate amemus, nec superflue eis vtamur, sed victũ & qbus tegamur habentes, sobrie, iuste, & pie viuamus in seculo isto, vt post modicum vitæ huius curriculũ regem gloriæ videamus in suo decore sine fine in cœlo cum gaudio contentatiuo ac consummato. O quanta est cæcitas cordis nostri, quanta est tarditas nostra, quod ista aut parũ aut nihil sapiunt nobis. Ecce gloriosissima v̄go amabilissima atq; dulcissima Catharina iuuencula fuit, p̄rsus pulcherrima, nobilissima, prædiues, potens, famosissima, liberrima, valdeque docta: & tamen omnia ista despexit, regnum mundi & omnem eius ornatum contempsit, diuitias, delicias, honoresq; spreuit, vt lutum: insuper & martyrij pœnis se exposuit præacerbis pro dei amore & eius fruitiua fœlicissima visione. Et nos miseri, viles, & pro magna parte cõsumpti, nolumus aliquid pati pro Christo, nec digne laborare pro regno & gaudio sempiterno. Præterea in euangelio isto documenta saluberrima sunt contenta. Siquidem in exordio eius docet Saluator quam feruenter & summe debeat omnis Christianus regnũ cœlorum appetere: quam item infatigabiliter ac indefinenter debeat pro eius adeptione nunc laborare. Nam ecce regnum cœlorum simile fertur thesauro abscondito in agro, quẽ qui inuenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit & vendit vniuersa quę habet, & emit agrũ illum. Itaq; qui sciret in agro suo absconditum esse magnum thesaurum, studiose ac laboriose quæreret illum, quousq; inueniret: sic regnum cœleste nobis in scripturis promissum, & E in cordibus nostris per fidem absconditum, in cœlo quoq; empyreo situm, cum omni diligẽtia & conatu perseueranter quæramus, virtuose viuendo, omnia aduersantia æquanimiter sustinendo, ad deum feruide aspirando, ad ęternã iucunditatẽ & clarissimũ dei intuitũ super oĩa desiderabilissimũ, q̊tidie anhelando, ac p̄perando, per puras cogitationes, sanctas affectiones, deuotas orationes, fructuosa eloquia & exercitia bona. Insuper quia ecclesia militãs cõparatur sagenę piscantium congreganti in se omnem differentiã piscium, ideo formidemus ne simus de numero malorum & reproborum filiorum ecclesiæ, de quibus dicitur: Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, filijs sceleratis, dereliquerũt dominum, abalienati sunt retrorsum. Tales quippe sunt omnes qui in mortalibus vitijs sordent, qui summo & incommutabili bono deo altissimo præferunt ista carnalia & caduca, imo seipsos: quoniã proprias voluntates prauissimas, & rebelles, voluntati præponunt diuinæ, per quod ostendunt q̄ seipsos diligunt plus quam deum. Et quid dico seipsos, cum multi plus amant vnum nummum, vnum cibum, vnam vestem, quam deum omnipotentem, qui est bonum immensum. Nam pro illis deum offendere, periurare, mentiri non erubescunt. O quam longe sunt isti a vera sapientia ac salute. Vnde de eis Salomõ loquitur: Stultorum infinitus est numerus. Et rursus: Peruersi difficile corrigũtur. Amplius, dominus noster Iesus Christus in euangelio hodierno nos docet districtionem & horrorem diuini ac finalis iudicij, intollerabilem quoq; acerbitatem ac diuersitatem multiplicem infernalis supplicij: quia in fine mundi exibunt angeli, & separabunt iniustos a iustis, projicietq; iniustos in tartarum. O quam dolorosa erit separatio illa, quamq; horrendum erit Christum iudicem videre iratum, atq; ab illo audire verbum illud asperrimum: Ite maledicti in ignem æternum. Deniq;, quomodo posset Christus sapientia dei patris, infernum terribilius designare quam caminum ignis eum vocando? Quid enim tam horrendum, tam intolerabile, tam pœnale, sicut in camino ignis iacere? Ponderet vnusquisq; hæc oĩa, & ponat extremum digiti sui in flammulam vnius candelæ, & experietur quid sit quod dico, quid sit pœna inferni, quid sit in medio infernalis camini, & inextinguibilis sempiterni incendij cruciari. Nec solum est ibi feruẽtissimus ignis sed & vehementissimum frigus, pœnalissimum consortium dęmonum, horrendus aspectus eorum, horror, confusio, caligo, fœtor grauissimus, vlulatus mœstissimus, plenitudo miserię desperatio amarissima: nec tantum affligentur in corpore ex igne & frigore, quãtum in anima ex desperatione & desolatione, ac dæmonum societate. Itaq; hæc pẽsantes, imitemur sacratissimæ virginis Catharinæ exẽpla, despiciamus carnalia oblectamenta, prosperitatem terrenam, periculosum honorem: & per arctam incedamus viam salutis, orationibus, ieiunijs, castigationibus corporis insistamus, & nunc victoriosissimam martyrem Catharinam suauissimam inuocemus, vt nos adiuuare ac tueri dignetur, & iugiter deprecetur pro nobis: præsertim cum ei promiserit deus quod inuocantibus eam gratia sua assistet.

¶ Sermo

A ¶Sermo tertius: De vita ac moribus beatæ Catharinæ, & de octo virtutib⁹ quibus viua adhuc decorata fuerat.

MIrabantur sapientiam eius, & dicebant: Non est talis mulier super terram, in aspectu in pulchritudine & in sensu verborum. Hæc verba scripta sunt Iudith. xi. suntq; ad literam verba principum Holofernis admirantium sapientiam, eloquentiam, pulchritudinem, ac venustissimos mores venerabilis Iudith: quæ verba multo excellentius dici queunt de sponsa ac martyre Christi dignissima, sanctissima Catharina, quam opifex mundi deus excelsus tot gratijs, tot excellentijs, tot virtutibus perornauit, vt satis mirari & plene effari non valeamus. Nunc tamen deo auxiliante aliqd inde loqui conabor. Prima excellētia eius est abundantia donorum naturalium, ac bonorum fortunæ quibus pręfulsit, & optime vsa est. Nam fuit ingeniosissimæ mentis, egregiæ indolis, puella illustris ac regia, præpotēs, opulenta, pulcherrima, ac liberalibus artibus copiose instructa. Deniq; legitur quod Costus rex pater ipsius fuit in insula Cypro, & inde vocauit eum ad se imperator Maxentius venitque ad eum in Alexandriam cum regina coniuge sua, & vnica filia Catharina, quæ fuit incomparabili pulchritudine decorata. Et sicut de Hester legitur: Incredibili pulchritudine, omnium oculis gratiosa & amabilis videbatur. Secunda laus, & excellentia sacratissimæ Catharinæ, est admiranda & gloriosa eius conuersio. Cū enim (vt legitur) pater eius in Alexandria esset defunctus, Maxentius imperator, matrem Catharinæ rogauit vt filiam suam vnicam suo vnico filio daret vxorem, super quo mater eius gauisa est, & filiæ suæ id iucunde proposuit. Filia vero adhuc gentilis, & scientia sua inflata matri respondit: Scias domina mater quod amore scientiæ, ꝓposui aut non nubere, aut nulli nubere, nisi sit in quatuor, vtpote nobilitate, prudentia, pulchritudine & opulentia mihi compar. Quamuis autem filius imperatoris in nobilitate & diuitijs me forsan præcedat, scientia tamen & pulchritudine longe inferior me est.

B His auditis contristata est valde Catharinæ sanctissimæ mater, eo quod dep̄catio Imperatoris esset habitura repulsam, & ipsa ob hoc esset incursura offensam. Tunc de cōsilio cuiusdam viri sapientis profecta est cum filia ad quendam sanctum eremitā, cui exposuit causam, qui per spiritum sanctum præscius futurorum dixit ad Catharinam. O decens & formosa puella, si in Christum credideris, sponsum habebis te multo sapiētiorem, pulchriorem, ditiorem ac nobiliorem: cuius sapientia cœlum & terram fundauit, cuius pulchritudinem sol & luna mirantur, cuius possessio est quicquid cœli ambitu continetur, cui⁹ pater est rex æternus ac immortalis, & mater eius est virgo. Ad hæc respondit Catharina: O vir bone fœlicem me reputarem, si talis, tantiq; sponsi mererer fieri consors. Tradidit igitur eremita Catharinæ tabulam in qua erat imago virginis Mariæ puerum in vlnis tenentis, hortās vt matrem sponsi illius in tabula pictam incessanter exoraret, q̄tenus filium suum sibi ostendere dignaretur. Rediens Catharina cum matre sua, posuit tabulam in sui secreto cubiculi, orationibus, vigilijs, lachrymis, prostrationibus inuocans sponsi illius matrem, vt sponsi optati vultū sibi monstrare dignaretur. Itaque post paucos dies virgo Maria cum filio in visione apparuit Catharinæ cum splendore & decore mirabili. Filius tamen vultum a Catharina auertit, ita quod eum intueri nequiuit. Tunc Catharina virginē gloriosam dolorose rogauit, vt vultum filij sui sibi ostendat. Cumque pro hoc virgo Maria suum filium precaretur, ipse respondit. Cum ista pro qua petis non sit mihi in pulchritudine, sapientia, nobilitate & diuitijs similis, quomodo poterit meum conspicere vultum? Sed quoniam preces tuas me non decet abnuere, si Catharina cupit me intueri, reuertatur ad eremitam, atque ab eo fidei documenta ac baptisma suscipiat: sicque regenerata faciem meā videbit. Post hæc Catharina euigilans, matri indicat visionem, perrexit ad eremitam, & informata ac baptizata ab eo, cum matre sua læta reuersa est. Tunc rursus cum ieiunijs matrem cœlestis sponsi exorans, obdormiuit, & in visione contemplata est virginem matrem ac filiū eius in gloria admiranda ac luce pulcherrima: moxque filius eam inspiciens, & annulum digito eius imponens, alloquutus est ipsam dicēs: O Catharina dilecta, ego te mihi desp̄ōsaui in fide. Statim ergo Catharina euigilans, ānulum in digito suo inuenit & veram esse visionem cognouit, atque de cętero fidelissima mansit sponso cœlesti. Tertia virtus & excellentia eius, est feruidus zelus eius pro dei honore & proximorum salute. Cum enim imperator in Alexandria omnes conuocasset ad sacrificia idolorum, & beatissima Catharina hoc cognito, accedens, multos conspiceret Christianos metu pœnarum sacrificare: dolore cordis intrinsecus tacta, se audacter ingessit ad imperatorem. Cur inquiens inaniter congregasti populum tantum ad colendam stulticiam idolorum? Quarta laus & excellentia eius, est præclara & magna sapientia eius, tam acquisita quam infusa, tam philosophica quam theologica. Nam ante templum idolorum stans, multa philosophice est loquuta, subtiliter argumentata, discrete &

mystice cum Cæsare disputans,dixitq; ei: Miraris hoc templum manibus hominum factũ, mirare ornamenta cœlorum,ordinem elementorum,cursum astrorum,& obsequium omnium horum,qualiter suo obediũt creatori:sicq; aduerte quis magis sit adorandus.Et cum nullum creatori inueneris parem,ipsum solum adora.Nã dij quos colis, nec te nec alios possunt iuuare. Cui cum Imperator cum iracundia respondisset:Ergo totus mũdus errat,& tu sola bene sentis?Si angelus esses,si cœlica virtus,non tamen tibi esset credendum,q̃tominus nunc cum sis fœmina fragilis?Cui beatissima Catharina:Non te a furore vinci pmittas:In sapientis animo non stet dira turbatio:qui mente se regit rex est.Quinta excellentia eius est miraculosa victoria,qua vicit philosophos,siquidem videns Imperator quod eius sapientię ac eloquentiæ non posset resistere,vocauit ad se ex diuersis prouincijs,quinquaginta philosophos,oratores,& rhetores summos,qui cunctos mortales in sapiẽtia humana vincere putabantur.Qui causam suæ vocationis ab Imperatore audientes indignabantur quod propter confutationem vnius puellæ essent vocati, cum vnus ex eorum seruulis ac discipulis eã posset facillime superare.Cumq; beatissima Catharina certũ sibi cum Philosophis instãs audisset,totam commendauit se deo,& implorauit opem ab eo. Apparuit autem ei angelus dicens: q̃d p̃ dei subsidiũ a philosophis nõ solũ nõ vinceretur,sed eos esset victura,atq; ad palmam martyrij perductura.Cum ergo diutius cum philosophis disputasset, loquente per eã spiritu sancto,ita superauit philosophos,quod ei resistere non valebant:sed Imperatori fassi sunt Christianos se esse, propter quod ille insaniens fecit ignem copiosum in medio ciuitatis accendi,& eos in illum iactari,qui in igne sic spiritum domino reddiderunt, quod nec pili eorum,nec vestes ab igne sunt læsi.Sexta laus eius,est fructuositas suæ prędicationis:quia non solum prædictos conuertit philosophos:sed & vxorem Imperatoris,& principẽ suæ militiæ nomine Porphyrium, ducentosq; milites eius & cæteros Christianos ad constantiam animauit martyrij.Cum enim fuisset incarcerata,& imperator ad tempus abesset, Imperatrix cum Porphyrio , & ducentis militibus nocte ad carcerem veniens , vidit carcerem inæstimabili claritate fulgentem, & angelos plagas sacratissimæ Catharinæ virginis perungentes.Tunc ad prædicationem Catharinæ credidit Imperatrix, Porphyrius quoq; & milites. Septima laus eius,est eminẽtia miraculorum quę deus fecit per eam,quorũ iam aliqua tacta sunt:videlicet admiranda conuersio eius,& triumphus quo vicit,ad martyriumq; perduxit philosophos.Insuper cum grauissime flagellatam fecisset Impator, & in obscurissimum carcerem eam retrudi,& ibi per dies duodecim fame affligi,deus carcerem copiosissima claritate repleuit:& angeli vulnera virginis perunxerũt , candidissimã quoq; columbam Christus per dies illos misit ad illã, & cibo cœlesti aluit virginẽ sacrã per illã columbã. Deinde ipsemet Christus cũ multitudine angelorũ vrginũq; sanctarũ apparuit ei dicens: Agnosce creatorẽ tuũ o filia,pro quo laboriosum subisti certamen:& cõstans esto,q̃m tecũ sum . Cum demũ Imperator præparari fecisset quatuor rotas, ferreis serris & acutissimis clauis circunseptas, quarum duæ vno ordine voluerentur,& aliæ duæ contrario ordine,vt inter eas beatissima Catharina proijceretur, ac penitus dissecaretur, ipsa dñm exorauit, vt ad suum honorẽ,circunstantiũq; conuersionẽ opus illud terribile dissiparet.Et ecce mox angelus dei cũ tãto hoc impetu fecit,q̄ quatuor milia astantium peremit Gẽtiliũ: Quo viso,Imperatrix dure corripuit de tanta ferocitate Imperatorẽ,qui indignans,iussit eã idola respuentẽ decollari:prius tamen mãmillis eius extractis.Sequentiq; die cũ Imperator audisset Porphyriũ sepelisse reginã, fecit & ipsum Porphyrium ac milites ducentos idolorũ sacrificia abhorrentes,decapitari.Amplius dum Catharina ante suam decollationẽ Christum orasset, vt quicũq; passionis suæ memoriã ageret, vel in morte aut quacũq; necessitate se inuocaret,misericordiã cõsequeret ab ipso,vox de cœlo insonuit,veni dilecta mea speciosa mea. Ecce cœli ianua tibi ẽ reserata. Nã & passionẽ tuam celebrantibus,teq; inuocãtibus,optata præsidia promitto de cœlis. Cumq; decollata fuisset lac pro sanguine emanauit, & angeli sancti corpus eius tulerunt, atq; in monte Synai sepielerunt, ex quo sacro corpore oleum iugiter fluxit, quo infirmi plurimi sunt curati.Octaua laus eius,est fortitudo & patientia sua in passione.Fecit nãque tyrannus eam nudam scorpionibus flagellari ac grauiter vulnerari : deinde in teterrimum carcerem claudi,in eo diu teneri,tandemq; capite detruncari. Ipsa autem omnia fortissima ac patientissima pertulit mente.Et cum ei minaretur tyrannus,ipsa respondit.Quæcunq; tormenta potes excogitare,ne differas: Nam corpus meum & sanguinem Christo offerre desidero,sicut ipse pro me obtulit corpus suum & sanguinem patri æterno.Et iterum. Quæcunq; inquit animo concepisti,exequere,paratam me cernes ad omnia sustinenda.Ecce q̃ gloriose præclare ac multipliciter sponsus cœlestis vnigenitus dei ornauit ac sublimauit hanc suam electissimam sponsam. Eam igitur specialiter diligamus, deuote rogemus, effi-

efficaciter imitemur: contemnendo prospera mundi, implendo mandata altissimi, firmiter
A stando in via dei, & proficiendo vsq; in finem.

AD RELIGIOSOS.

¶ Sermo quartus. De modo optimo quo sapientiæ donum comparare nobis possimus, & quantum virtutis sapientia ipsa humanæ vitæ adducat.

ERat mulier illa sapientissima, & pulchra valde. Hæc verba primo Regum de Abigail literaliter scripta, de p̄clarissima ac electissima v̄gine ac martyre Catharina optime exponuntur: quia tam naturali sapientia q̄ diuina scripturarū noticia fuit repleta. Per hanc suā electissimam sponsam Christus fidem catholicam mirabiliter exaltauit ac ampliauit atq; per eam vere mirabiliter operari dignatus est, tenerrimā ac illustrissimam virginē tam ineffabiliter in tantis periculis & aduersis corroborando, tot ac tātos philosophos per eam vincendo ac conuertendo. Imperatricem quoq; & Porphyrium cum suis militibus ad fidē atque martyrium perducendo. In primis itaq; sacratissimæ virginis Catharinæ exemplo cupidissimi simus sapientiæ salutaris: & quicquid de naturali philosophia nouerimus, ad intellectum sacræ scripturæ vertamus, & ad honorificētiam creatoris, eum ex effectibus suis contemplando, mirando ac honorando, secundū q̄ hoc ex lumine naturalis rationis fieri potest: formādo tamen huiusmodi actus per charitatē & gratiam, vt meritorij sint. Et quoniam scriptū est: Auris bona cū omni cōcupiscentia audiet sapientiam, debemus vbiq; verba scripturæ, & documenta sanctorū cū omni attentione audire. Deniq; (qa in maliuolam
B animā non ingreditur sapientia salutaris) ad hoc q̄ donū sapientiæ perficiatur in nobis, & copiose illustremur a spiritu sancto, oportet in primis, vt diligentes semper ac summe solici ti simus ad vitandū omne peccatū: quia mortale peccatū est excæcatio mentis oīmoda & expulsio sapientiæ, quæ est donum, veniale vero peccatum aliqualiter lædit & maculat oculum mentis, queādmodum festuca oculum corporis. Iccirco venialium frequentia est vehementer nociua, atq; ad culpam mortalē dipositiua: & tamen nisi quis diligentissimus fuerit cor am deo, valdeq; timoratus, incidit omni hora venialia multa, & tandem mortalia, quēadmodum scriptum est: Qui spernit modica paulatim defluit. Et rursus: Nisi in timore dñi tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua. Præterea, sicut mortalia peccata aggrauātur ex loco & tempore, & circumstantijs alijs, ita & venialia suo modo. Potissime ergo vitare debemus venialia in diuino officio, & in choro & oratorijs. Vnde in horis & psalmodia, ac celebratione studeamus esse omnino intenti, stabiles ac feruentes. Non distracti, euagantes, neq; per sensuum incustodiam euagationum materiam hauriētes. Semper ergo cogitemus præsentiam dei, & coram eius conspectu nos collocemus, cum sancto dicentes: Viuit dominus, in cuius conspectu sto hodie. Væ eis qui oculis vagis, corde intimorato, mente distracta in officio stant diuino, qui suas negligentias non aduertunt, nec suas deplorant distractiones, imo vicissim tædio afficiuntur in deitatis obsequio, & orando, ac horas dicendo. Hinc inde aspiciunt, & alias quasdam occupationes assumunt, accelerantque ad finem.
C Isti sunt pigri ac tepidi, quibus metuendum est nimis illud comminationis diuinæ. Quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo, ponderantes ergo quod scriptura disseruit: Male dictus qui opus dei facit negligenter, seruiamus, oremus, psallamus ac celebremus cum metu & reuerentia, cum feruore & stabilitate interna. Præterea, quia quotidie labimur, imo omni hora miserrimi instabilesq; peccamus, & deus requirit animam absq; peccato, propterea nos oportet omni hora expurgationi cordis insistere, examinationi conscientiæ frequēter omni die intendere, charitatis feruore venialia mala consumere, quotidianā confessionē cū ingenti diligentia & pudore, distincte ac plene peragere: atq; confessione peracta in continua stare cordis custodia, seq; in omni tali exercitio v̄tuoso exercitare & habituare omni congrua hora, & occasiones peccādi vitare. Amplius, qa vt ait scriptura: Qui conatur multa agere, incidet in iudiciū, p̄pter quod rursus hortatur sermo diuinus: Fili, ne in multis sint actus tui. Iccirco ad p̄ficiendū in sapientia ista salubri, necesse est occupatiōes superfluas, curiosas, distrahētes, nō necessarias euitare: imo nec vtilibus iniunctisq; externis operibus immoderanter insistere. Nam virtus vnita est fortior q̄ dispersa. Et verbū cōmune ac verū est: Pluribus intētus, minor est ad singula sensus. Specialiter quoq; de sapientia in Ecclesiastico fertur: Qui minoratur actu, percipiet eā. Nunquā ergo a spiritualibus actibus, exercitijsque internis longe est recedendū. Adhuc autē, qm̄ teste scriptura: Non potest homo accipere qcquam præsertim de infusis virtutibus, & supernaturalibus donis, nisi datum fuerit ei desuper: siquidem omne datum optimū, & oēe donū perfectū desursum est, descendens a patre luminum. Iccirco ad obtinendū sapientiā istam, & ad proficiendum in ea assidue & feruenter cū plenitudine fidei & spei inuocandus est dñs deus, queādmodū Iacobus ait apostolus:

Si quis indiget sapiētia, postulet ad deū, q dat oībus affluēter, & nō impperat, & dabitur ei. Postulet aūt in fide, nihil hæsitans. Insuper, qm̄ habitus tam infusi quam acquisiti ex frequētatione suorū actuum roborantur & perficiuntur. Propterea volens in sapientia ista pficere, citoq; perfici, seipsum in actibus eius exercitet, hoc est, in contēplatiōibus diuinorū, & assuescat cor suum ad dn̄m eleuare, in omni etiam opere exteriori, in refectione corporali, & colloquutione humana, atq; in meditatiōibus sanctis obdormiat. Assidue itaq; eleuemus mentem nr̄am ad deum, considerando & cōtemplando infinitam pfectionem, excellentiā & beatitudinē eius, supbeatissimā trinitatē, & oēm ipsius dignitatem & gloriam, mutuā intuitionē, dilectionē, cōplacentiā & fruitionem ipsius. Attēdamus & contemplemur vberrime, q dn̄s deus noster oīpotens, est ens absolute & infinite perfectū: prima, pura & incōparabilis bonitas, simplicissima vnitas, increata æterna exemplarisq; veritas, incircunscripta maiestas, actualissima vita, supersanctissima mens, separatus & in se subsistēs honoratiss. ac
psalm. 30 supsapientissimus intellectus: imo sapientia plena, superplēdidissima & immēsa, pulchritudo interminata: & breuiter amabilitatis atq; dulcedinis eius nullus est finis. Sic & pietas, iustitia, omnipotentia, opulentia, munificentia & libertas ipsius omni caret mēsura ac termino. Hæc contēplando accēdamur, tam incōparabilis boni amore, & creatoris dei, ac dn̄i nr̄i dilectione totaliter penetremur, transformemur, ac rapiamur in ipsum. Carnalia, tēporalia & terrena arbitremur pro nihilo: nec eorū affectu inqnemus cor nr̄m. Porro ad hāc contēplationē vicissim erigitur homo ex gratiosa dei pueniētiōe, & supna illuminatiōe. Interdū vo suo conatu seu exercitio eleuat & disponit se ad eam, atq; interdum cōsurgit ad eā ex speciebus & considerationibus visibiliū creaturarū, ordinisq; earū, quemadmodū Esa. ppheta hortatur: Leuate in excelsum oculos vr̄os, & videte qs creauit hæc. Et in lib. Sapi. legitur: A
Sapien. 13 magnitudine speciei creaturæ, poterit creator cognosci. Imo si pfunde cōsideremus, nequaquā satis poterimus infinitā dei sapientiā omnipotentiamq; mirari in infimis rebus, verbi grā. In cohabitudine potētiæ visiuæ & sui obiecti, & visualiū specierū ac medij, vtpote qualiter visio fit intus suscipiēdo, qualiter in oculo, imo in pupilla simul & semel recipiunt tam multarū ac differentiū entiū species: & quō color repente speciē suā diffundit & visum immutat, totumq; mediū replet, etiā minima pars coloris, & quale esse habeant species illæ diffusæ in medio differente, & in potentia ipsa visiua, seu organo eius. Interdū vo cōsurgit hō ad cōtēplationē hāc p intellectualiū formas, spiritalesq; species ac anagogicū lumē. Postremo, ad pficiendū in sapiētia ista oportet pficere in om̄i vtute, psertim in humilitate & cha-
prouer. 11 ritate: Superborum namq; & sublimium colla sapientia calcat, & elatas despicit mentes. Vbi autē humilitas, ibi & sapientia. Mā suetudo quoq; est necessaria, qm̄ ira mētis est turbatiua & offuscatiua. Nec minus necessaria est patientia q̄ ab inqetudine & mœrore male pmēte hoīem tueatur. Immoderantia itē cibi & potus, contemplationē ac cætera spiritalia exercitia varijs impedit modis. Imo in omni virtute morali oportet esse fundatum, atq; a passionibus reformatū. Iccirco pclarissimam virginem Catharinam, victoriosissimam martyrē, & mirabiliter prælectam Christi sponsam, filiam & amicam deuotissime inuocemus, ardēter amemus, specialiter veneremur, & in omni virtute iugiter imitemur.

¶ Sermo V. De castitate fortitudine & charitate S. Catharinæ, & qua via facilius eas virtutes consequi poterimus.

SCit oīs populus mulierē te esse vtutis. Ruth. 3. Quam excellenter electa, virtuosa, pfecta & sancta fuerit amabilissima, illustrissima, pulcherrima, sapientissima Catharina, cōstat ex hoc quod deus omnipotēs & ęternus eam in sua passione sic mirificauit. & tot mirabilia per eam & propter ipsam operari dignatus est. Nam & angelus sanctus visibiliter ei apparuit, q superatura esset philosophos pandens. Christus quoq; apparuit ei in carcere cū angelorū, sanctarumq; virginum multitudine, ipsam roborans & consolans. Ad eius item instantiā angelus cū tanto impetu crudelissime factas cōfregit rotas, q quatuor milia infidelium interfecit astantium. Cumq; fuisset decollanda, & orationem complesset, vox de cœlo ruit atq; insonuit: Veni dilecta mea, spōsa mea: ecce tibi cœli ianua est aperta, & sacro capite eius abscisо, lac effluxit pro sanguine. Moxq; angeli sancti corpus eius virgineum accipientes, detulerunt illud vsq; ad montē Synai, & ibidem in sepulchro angelicis manibus præparato illud reuerenter sepelierunt, ex cuius sanctissimo corpore oleū copiose emanans, cūctorum curauit infirmorum languores. Ecce qualiter deus glorificauit hanc suam charissimam sponsam: iccirco & nos debemus valde specialiter honorare, diligere, inuocare eandē. Deniq; quāuis fuerit oī virtute mirabiliter pornata, pcipue tamē vident in ea pręfulsisse castitas, cōstantia, charitas. In his igitur eā potissime imitemur, & diligenter nitamur ad hoc, vt nec indecentes corporis stimulos patiamur, nec aliquā cogitationem immundā in corde

nostro

A nostro aliquã facere morã sinamus: multoq; minus cõsentiamus ei, aut cõcupiscentiæ vili. Exteriores etiã sensus sic reprimamus, ne quouis eorum abusu in aliquod veræ castitati cõtrariũ corruamus. Ecce virgo ista sanctissima cum haberet summas occasiones ad vitia carnis vtpote pulchritudinem, opulentiã, libertatẽ, adolescentiã, & virorum præsentiam, nihilominus mansit castissima. Insuper, nec blandimentis nec comminationibus, neq; supplitijs poterat ad castitatis violationẽ induci: quis Imperator ei promiserit q prima in suo foret palatio. Quãta est ergo imperfectio, fragilitas, carnalitas nostra: quia cum simus separati à sæculo, detẽti in claustro, pauperes & maturæ ætatis, adhuc tamẽ turpibus imaginationibus immoramur, vana & lubrica cogitamus, in aspectu, tactu seu amplexu & osculo nos incaute habemus, & stimulum patimur? Qualis est ista cordis nostri depictio coram deo. Heu q in præsentia vultus diuini, & intuente altissimo non erubescimus nos ita habere, & magis veremur ac reueremur humanũ aspectũ quã dei intuitũ: nec solũ in isto, verũ in alijs multis. O quoties ad matutinas & primas surgimus pigre, aut etiam obdormimus, indisciplinate & indeuote habemus nos in commedendo, potando, stando, orando, psallendo, dum ab hominibus non videmur, quæ omnia vitaremus si ab vno honesto viro inspiceremur. Nõne deus gloriæ & angeli sancti possunt nobis super hoc grauiter indignari? Quare non potius cũ sancto Iob quasi tumentes super nos fluctus deum timemus, & omne eius obsequiũ cum metu ac reuerentia adimplemus? Certe qua mensura deo metimur, ipse remetietur celeriter nobis, sicut honoramus eum, sic honorabit & nos. Prout loqtur per Prophetã: Cito Iob.31 Iohe.3

B velociter reddã vicissitudinẽ vobis sup caput vrm. Resipiscamus ergo, & deo maiestatis immẽsæ cũ omni diligentia, puritate, feruore astemus, psallamus & obsequamur. Secundo illustrissimã virginẽ Catharinã sequamur in mentis constantia ac fortitudine animæ, vt nulla aduersitas, nulla prosperitas, nulla res, nullus euentus nec timor mortis possit nos separare à deo, à recta ratione, medioq; virtutum: sicq; omnem impetum iræ, motũ impatientiæ, molem tristitiæ, vanitatem sæcularis & carnalis læticię, concupiscentiam sensualitatis penitus refrenemus, domare discamus, præcauere nitamur: quod quia vires nostras trascendit, ipsum à domino impetrare conemur orando, plorando, abstinendo, corpusq; disciplinis tãgendo, & Christi passionẽ iugiter ac pręcordialiter reuoluendo, cõsiderãdo item exẽpla sanctorũ, documẽta & pcepta saluatoris, & qtus fructus ex isto sequatur. Qui contemnit vanã læticiam, faciliter vincit inordinatã tristitiã, atq; cõsolationẽ meretur diuinã, & impletur in eo quod scriptũ est: Non cõtristabit iustum, quicquid ei acciderit. Videmus in sæculo q viri iuxta mundũ istũ prudentes, & arduissimã aliquã præ manibus causam habẽtes, nõ aduertunt impertinẽtia parua & vilia, nec talia curant: imo si eis proponunt, repellũt, & dicunt: Nõ habemus iam alia agere? Cũ igitur qlibet nostrũ ingressus sit claustrũ ppter arduissimã maximam & prægnãtissimã causam, in qua ei incõparabilis vis est, ita q nisi bene expedierit eam, perdet immensum bonũ, beatitudinemq; cõpletam: & vltra hoc incidit irremediabile, intollerabile & maximũ malũ. Cur puerilia, friuola, stulta, inania quæq; admittimus?

C Cur parua impertinentia curamus? Nónne beatus vir cuius est nomen dñi spes eius, & nõ respexit in vanitates & insanias falsas? Quæ autem est causa nostra propter quam expediẽdam huc venimus, nisi iuxta huius vocationis exactionẽ, & nostræ pfessionis tenorẽ, deo digne seruire, nosipsos quotidie vincere, ad pfectionẽ indesinẽter accelerare, placereq; deo, & ad reddendã Christo iudici rationẽ nos pparare, damnationẽ euadere infernalem, & gloriã adipisci æternam? Nónne incõparabiliter grandis est causa hæc? Cur ergo admittimus aliquid quod ab expeditione huius causæ est impeditiuum? Cur qrimus ea q nos nequeũt adiuuare ad peragendũ salutis nostræ negotiũ. s. ea quæ carnẽ fouent, spiritũ necant? Cur in carnalibus quærimus abundare ac delectari, & non potius simplici victu & vestitu, solisq; necessarijs cõtentamur? Deniq; si aduersa magis q psperа proficiunt ad salutẽ, & conferunt ad profectum, si saluberrimũ est in præsenti vita disciplinari, corripi, refrenari, humiliari, subesse, & per tribulationes purgari: cur magis optamus pspera quàm aduersa, cur potius placent nobis verba cõmendationis & adulatiõis quàm increpationis & correctionis? Cur publice reprehendi, vituperari, puniri abnuimus ac veremur? O quantũ distamus à proprietatibus veri perfectiq; monachi. Heu multũ deficimus à plena humilitate & mortificatiõe salubri: qui non volumus vilipendi, & in cordibus aliorum vilescere, atq; in spiritale nihilum redigi. Iccirco exteriora exercitia nostra, & corporales labores parum in nobis fructificant, & stolidi esse viatores probamur, quia tot & tanta diuerticula non vitamus, sed amplexamur, rectissimumq; & compendiosum iter salutis in sacra religione non gradimur: imo multipliciter & frequenter reflectimur inordinate ad nosipsos. Verum ita non egit sacratissima & dulcissima Catharina: sed cum ei Imperator magna promitteret, & in sponsam

vellet habere, respondit: Attende & decerne quem debeo magis eligere, potentem, æternũ, speciosum, & gloriosum, an infirmũ, mortalem, deformem atq; ignobilem? CHRISTO me offero. Ipse enim est deus meus, amor meus, pastor meus, & sponsus meus. Ita dicamus & nos, dum nobis persuadet tentator vt summo & incommutabili bono aliquid caducum
i. Ioh. 4 & transitorium præponamus, vt recedamus à Christo saluatore & summo amatore, benefactoreque nostro. Ipse sit amor noster: qui tantum amauit nos prior, ꝙ seipsum dedit pro
Ioan. 10 nobis oblationem & hostiam patri in odorem suauitatis. Præterea, ipse vere est pastor noster, qui non solum suæ deitatis cõtemplatione & dilectione nos pascit in præsenti per gratiam & in futuro per gloriam, sed proprio quoque corpore, ac pretiosissimo sanguine nos alit quotidie, qui & multiplici alio nos pane reficit: pane videlicet bonæ operationis, pane lachrymarũ & pœnitentiæ, pane vitæ & intellectus. Ipse sit vnicus sponsus animæ nostræ, ita vt nihil suæ dilectioni contrarium anima nostra acceptet, amplectatur, admittat: sed ipsum toto stringat affectu, eiusq; gratia fœcundetur, diuino lumine exhilaretur, in ipso & per ipsum, & ex ipso fructificet. Caueat semper ne cum filijs Aaron, Nadab, Abiu, qui alienum in suo posuerunt turibulo ignem, mereatur cœlesti plaga feriri, si inordinatæ affectionis, carnalis amoris, iræ aut impatientiæ ignem in suo posuerit corde, in quo ardere nõ debet nisi ignis spiritalis ac diuini amoris, qui tam feruens & stabilis sit in nobis, vt semper ascendat & ferat nos sursum, nec sinat terrenorum fæcibus obrui, aut in sensibilibus detineri: imo quãto plus a suo cessat feruore, exercitatione & ascensione, tanto validius mox erumpat, succẽdatur & eleuet, atq; in solo dilecto, in solo sponso naturaliter & incircunscriptibiliter bono, amabili, pulchro, dulci, potente ac sapiente quiescere faciat & obdormire, rapi et absorberi in tantum, vt nec aquæ multæ tribulationum, nec flumina tentationum queãt in nobis extinguere, imo nec tepefacere charitatem: sed eo plus suo resistat contrario, & inardescat ac præualescat, quo acrius, multipliciusq; tentatur. Ad laudem omnipotentis dei. Qui est super omnia deus sublimis & benedictus in sæcula, Amen. E

FINIS.

¶ Sequitur de communi sanctorum.

A SEQVVNTVR HIC ENARRATIONES EPISTOLARVM ET EVANGELIORVM COMMUNIUM de sanctis, quorum elucidatio in singularibus festis nō est phabita: adiunctis præterea nōnullis sermonibus communibus.

COMMVNE PLVRIMORVM MARTYRVM

Enarratio lectionis loco Epistolæ, Iusti in perpetuum viuent Sap. 5.

QVAM difformis sit vita reproborum & iustorum, q̄ dispar exitus, & q̄ dissimile pmium, Sapiens volebat ostendere, cum añ verba huius lectionis q̄ loco epistolę legit, pronunciaret iustos q ab impijs hic in mundo florentibus cōtempti, oppressi, psequutionibus fugati atq; occisi sunt, in futuro iudicio staturos in magna cōstantia aduersus eos q se deprimebant. Impios vero luctū magnū habituros q omnis ipsorum iactantia, omnis tumor ac supbia trāsierit, omnis spes vt lanugo, q̄ à vento tollitur, perierit ac tandem vita ac memoria sui tanq̄ memoria hospitis vnius diei ptereūtis in obliuionē abierit. Sap. 5.
" Porro iustorum memoria non peribit, qa vt dicit [Iusti in ppetuum viuent] quia in seculo isto viuunt p charitatem q̄ nunq̄ excidit, & in futuro per beatā fruitionem: & ita hic viuunt vita grãæ, de q̄ transferūtur ad vitā gloriæ. Quod si ad tps in purgatorio detineantur, manent ibidem in charitate & grã: & vehementissime aspirant ad gloriā, cuius dilatio eis ineffabiliter est pœnosa. Hinc in Euangelio asserit Christus: Qui credit in me non morietur in æternum Psal. 111. 1. Cor. 13
" Itemq;: Si quis sermonē meū seruauerit, nō gustabit mortē in æternū [& apud dñm est merces eorum]. i. tota eorum salus ac pmiū essentiale cōsistit in deo, videlicet in immediata, clara, faciali ac fruitiua visione ipsius. Accidentale autē pmium consistit in rebus & obiectis creatis ad deū relatis: psertim in Chri humanitate: deinde in gloriss. vginis intuitione, ac deinceps in oīm supernorum ciuiū mutua cōtuitione, societate, dilectiōe, cōione. Hinc ait in prima sua Canonica Iohãnes apl's: Nunc filij dei sumus, & nondū apparuit qd erimus. Scimus qm cū Iohan. 11. Iohan. 8.
B
" apparuerit similes ei erimus: quia videbimus eum sicuti est. Paulus q̄q;: Videmus, inqt, nūc per speculum in ænigmate, tunc aūt facie ad faciem [& cogitatio illorum apud altiss.] In hac etenim vita conanť cogitationes suas stabilire in deo, iuxta illud: Iacta cogitatum tuum in dñm, & tota eorum intentio fertur in deum, ad cuius honorem & gloriā ordinant se & omnia sua. Porro in patria cogitatio eorum est immobilita in deo, nec ibi sunt cogitatiōes volubiles 1. Iohan. 3 1. Cor. 13. Psalm. 45
" sicut modo. Nulla vero potest ibi euagatio cordis consistere: qm quicquid aliud cogitant q̄ deum, indeuiabiliter referunt in eum. [Ideo accipient regnū decoris de manu dñi]. i. splendidissimum illud regnū cœleste de om̄ipotenti liberalitate saluatoris, qui dicet: Venite benedicti patris mei, pcipite regnum q̄d vobis paratū est ab origine mundi. De quo ait, ppheta: Dñe dilexi decorem domus tuæ, & locū habitationis gloriæ tuæ. Et Esaias: Non erit tibi sol amplius ad lucendū per diem, nec splendor lunę illuminabit te: sed erit tibi dñs in lucem Matth. 25 Psalm. 25. Esai. 60
C
" sempiternam, & deus tuus in gloriā tuam [& diadema speciei]. i. coronam pulchritudinis
" gloriosæ q̄ est aurea, s. præmiū essentiale, de q̄ fertur in Psalmo: Posuisti in capite eius coronam de lapide pcioso. Itemq;: Gloria & honore coronasti eum dñe, [qm dextera sua teget Psalm. 20. Eodem
" eos]. i. per vtutem gratiosæ suæ psentiæ hic eos operiet, eisq; obumbrabit contra æstū tentationū & impugnationes cōcupiscentiarum [& brachio suo defendet illos]. i. vtute & omnipotentia sua, atq; per dona grãe suæ contra inuisibiles ac visibiles hostes eos tuebitur, nō vt non impugnentur, sed ne finaliter ac spiritaliter superentur, sed magis pualeant, quemadmodum scriptū est: Dñs fortitudo plebis suæ, & ptector saluationū Christi sui est. Iō exoramus: Custodi me dñe vt pupillam oculi, sub vmbra alarum tuarum protege me. Hinc hortatur Apost. Cōfortamini in dño, & in potentia vtutis eius. Esaias quoq; inducit. Sup oēm gloriam protectio erit in vmbraculū diei ab æstu, & in securitatem & absconsionē à turbine & à pluuia. Hoc est q̄d promittit Psalmista: Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis, scuto circūdabi te veritas eius. Consequēter describitur impiorū punitio, magis q̄ ante in speciali: & loquiť de deo q̄si de homīe iudicante irato, seq; armante, & alios in Psalm. 27. Psalm. 16 Esa. 4.
" adiutoriū assumente aduersus reos. Frequenter equidē loqtur scriptura de deo more huma
" no, vt humanæ mentis imbecillitas amplius informetur ac fortius cōpungatur. [Et accipiet armaturā zelus illius]. i. amor dei ad iusticiā, & zelatio eius cōtra iniquitatē, p modū armantis se procedet cōtra iniquos. Porro arma dei sunt om̄ipotentia, iustitia, veritas eius: q̄ dicitur accipe, qñ per ea procedit in actū, iuxta illud in Apocal. Grãs agimus tibi dñe deus om̄ipotens, q accepisti vtutem tuam magnam. Vñ orat vir sanctus: Apphende arma & scutū, & psalm. 34

ge in adiutorium mihi. Sic homo dicitur pedem suum accipere, qñ cum eo aliquem trudit, & armabit. i. expeditã efficacemq; faciet [creaturã ad vltionẽ inimicorũ]. i. ad puniẽdũ per creaturã subiectorũ vitia iniquorũ, qui sunt aduersarij dei: quos deo iubente ignis succendet, & cætera elementa affligent impressionesq; aeris perterrebũt, sicut Christus prædixit: Erunt signa in sole & luna, & stellis, & in terra pressura gentiũ præ cõfusione sonitus maris & fluctuũ [Induet pro thorace iustitiã]. i. ꝓpria iustitia vtetur pro forti lorica [& accipiet pro galea iudiciũ certum]. i. tam euidẽt iustũ exercebit iudiciũ, ꝙ nullus poterit reclamare, oñes q; scient rectissimũ esse eius iudiciũ, [sumet scutũ inexpugnabile æqtatẽ]. i. æquitate sua pietati contẽperata pro inuincibili & imperforabili scuto vtetur [Ibunt directe ꝓmissiones]. i. cõplebitur quicquid bonis et malis promissum est [Et ad certũ locum deducet eos dominus deus noster]. i. ad certũ locum deducet impios: qui paratus est diabolo & angelis eis, cũ quibus impij omnes ibunt in suppliciũ æternũ (terra eos absorbente) ad terribilẽ illã vocẽ iudicis: Ite maledicti in ignẽ æternũ &c. Pios vero recipiet cũ benedictione suauissima dicens: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.

Matth. 25.

¶ Enarratio Euangelij: Cum audieritis prælia & seditiones. Lucæ. 21.

INterrogãtibus Discipulis de destructione Hierusalẽ, & cõsummatione mũdi, multa prædixit dominus Iesus futura ante. Nã pseudoprophetas, & qui se dicturi erãt Christũ, aut aliquem à deo missum venturos ante prædixit: à quibus etiã cauendũ esse præmonuit. Signa itaq; prænũciat, certitudinẽ autẽ quãdo vltima veniat dies, nullã prædixit: quatenꝰ incertitudo tẽporis nos reddat cautos & timoratos, signorũ vero euentus solicitos atq; paratos. Inter illa igitur signa hæc q̃q; ponens. [Cũ audieritis] inquit [prælia] quæ inferentur ab extraneis [& seditiones] quæ cõcitabuntur à conciuibus [nolite terreri] inordinato & mundano timore rõnem turbante. Iustus nanq; q̃si leo confidens, absq; terrore erit, nec contristabit iustum quicqd ei acciderit, vt Salomon contestatur. [Optet primũ hæc fieri]. i. añ destructionẽ Hierusalem, seu seculi finẽ hæc necesse est euenire, nõ absoluta & fatali necessitate, sed necessitate conditionata & consequentiæ, inquantũ à deo puisa sunt: quis in seipsis sint contingentia. Rursus optet ea accidere, non deo cogente, sed hoim malitia exigente, vel optet, q̃a oportunũ & aliquo mõ expediens est ea contingere, iuxta quẽ modum ait Apost. Optet hæreses esse vt q probati sunt, manifesti fiant [sed nondũ statim finis]. i. eis euenientibus non determinate cognosci valebit tempus & hora vastitatis Hierlm, nec protinus finis mundi instabit. [Tunc dicebat illis] signa ꝓtacta magis in speciali exprimendo [surget gens contra gẽtem]. i. populi minorũ prouinciarũ cõtra seinuicem ꝓliabunt [& regnum aduersus regnũ]. i. maiores prouinciæ seu regiões & reges earũ aduersus se cõpugnabunt [& t̃ræ motus magni erunt ꝑ loca & pestilẽtiæ, & fames, t̃roresq; & signa de cœlo]. i. grandis terror incutietur hominibus ex his q̃ apparebũt in cœlo aereo & cœlesti atq; angelica fient virtute. Nempe vt recitat Iosephus imminente deiectione Hierusalem, igneę acies, currus, equitesq; armati in aere discurrentes apparuerũt ac ꝓliantes, stella quoq; formam gladij hñs ꝑ annum pependit sup Hierusalem [& signa magna erũt]. i. supnaturales immutationes, insolitiq; euentus. Vnde & tunc vitula inter immolantiũ manus peperit agnam

Prou. 12

1. Cor. 11.

Iosephus

¶ Præterea quæritur cum prælia & seditiones terræ motus, pestilentiæ, fames, atq; terribiles ac diuersę exhalationes, impressiones, figurę & alterationes, vt sunt cometæ, dracones volantes, capreæ saltantes, castra, ac consimilia, de quibus in libro Meteororum agitur, naturaliter fiant, quomodo possunt esse signa futurorum, præsertin naturaliter non præscibilium: imo qualiter signa consistere queunt, cum (teste Gregorio) signa non sint quæ naturaliter accidunt? Respondit sanctus Gregorius, quod Christus loquitur de præinductis, secundũ quod supernaturaliter venient, & ordinem temporum non obseruant. Vnde & alij asserũt, quod prædicta abundantius euenerunt, instante destructione Hierusalem, & adhuc multo abundantius euenient mundi fine instante, quam naturaliter soleant, & ita sunt signa. Deniq; quia hæc signa tam ad destructionem Hierusalem quam ad secundum Christi aduentum valent referri, nec certum est in quanta abundantia maioritate seu mensura contingent, mundi termino imminente, ideo ex eorum euentu prænosci non potest determinatum tempus aduentus Antichristi, consummationisq; seculi, prout Augustinus probat diffusius. [Sed ante hæc omnia] id est, priusquam memorata eueniant signa [inijcient vobis manꝰ suas]. i. violentiã inferẽt, [& ꝑsequẽtur] de loco ad locũ fugãdo, vbera & cõuitia inferẽdo, seu aliter molestãdo, [tradẽtes in synagogas]. i. in publica sua cõuenticula vos adducentes, [& custodias]. i. in carceres [trahentes] vos violenť & irreuerenť, tanq̃ sacrilegos [ad reges

Gregor.

Augustin.

A reges & psides propter nomen meũ].i.ob hoc ꝙ Christiani estis, & meã fidẽ ac legẽ euange Actuum.5
licã prædicatis. Quod autem hæc oĩa in Christi Apostolis ac discipulis realiter sunt impleta Actuu.12.
post Christi resurrectionẽ ante destructionem Hierusalem, ex libro Actuũ Apostolorũ cla- Actur.13.
rissime demõstratur. Ibi nanq; leguntur Apostoli à Iudæis capti in conciliũ eoꝝ adducti, in- Actuu.23.
carcerati, flagellis cæsi, multipliciterq; afflicti, quod tñ cũ gaudio pertulerunt. Petrus quoq; Actuu.26.
Apostoloꝝ prælatus & ṽtex, & Iacobus maior corã Herode rege fuerunt adducti, & Paul⁹
ante diuersos psides extitit pñtatus, videlicet corã Felice & Festo, ac aliis. Nihilomin⁹ pñt hęc
sub persona & nomine Aploꝝ exponi de fidelibus circa finẽ mundi futuris: imo de aliis, p-
sertim de sanctis martyribus. [Continget aũt vobis in testimoniũ].i. vniuersa persequutio
præinducta eueniet vobis in signũ & attestationem, ꝙ veri discipuli mei fidelissimi estis, &
quod illi impie contra vos egerũt, ac iuste dãnentur: quia spreuerunt & afflixerunt vos, nec Iohann.1.
credere voluerunt prædicationibus vestris, per diuina miracula confirmatis. [Ponite ergo Eccl.1.
in cordibus vestris].i. firmiter proponite, [non præmeditari quemadmodum responde-
atis] aduersariis legis & fidei, q̃ tradidi vobis. [Ego enim] qui sum ęternus & oĩpotens deus,
verbũ dei patris, fons sapientiæ, & sapientia increata ac genita, [dabo vobis].i. efficatiã con
stantiamq; loquendi, [& sapientiam] ad intelligendũ quæ dei sunt & fidei Christianæ, at-
q; ad reprobandã idololatriam, & omnẽ hæreticam prauitatẽ, [cui] sapientiæ, [nõ poterũt
resistere] rõnabiliter respondẽdo, [& cõtradicere] veraciter obiiciẽdo ac replicando [omnes
aduersarii vestri,] videlicet Iudæi & hæretici ac Pagani, qui in Apocalypsi designãtur p tres
B spiritus immundos, qui in modũ ranaꝝ de ore bestiæ exierũt. Hinc q̃q; in Actib⁹ legitur, ꝙ
Iudæi nõ potuerunt resistere sapientiæ & spiritui q loquebatur per Stephanũ. Et in beatissi
mis vtriusq; sexus innumerabilibus matyribus istud copiosiss. ac mirabilissime est impletũ
qui int immanissima ac multiplicia supplicioꝝ genera tam pmptissime, sapientissime, con Matth.10.
stantissime, tranquillissime, insupabiliter responderunt, q̃si non ipsi, sed in eoꝝ persona alii
sustinuissẽt tormenta, vel q̃si non ipsi, sed alius formasset ṽba p eos, quod & vtiq; ita fuit, se-
cundũ ꝙ Christus alio loco dixit: Non eñ vos estis qui loqmini, sed spirit⁹ patris vñi qui lo-
quitur in vobis. Et erat supermirabile in mltis illustrissimis, tenerrimisq; puellis valde iuuẽ-
culis, q̃ sua facũdia, sapientia, cõstantia, tyrannos & mũdi sapientes penitus confuderũt ac
deuicerũt, ꝙ sine supnaturali dei auxilio fieri nullaten⁹ potuisse, luce clarius cõstat. Estq; hoc
ipm ṽtatis Chr̃ianæ fidei indubitabile argumẽtũ potissimũ, qa & Martyres glosi in suis paf
sionibus, ac postea tot & tãtis coruscabãt miraculis. Itaq; qm̃ fidẽ catholicã defensare, & cõ-
tra eius aduersarios pliari, ac p ea pati & mori, est pugna dei. Ideo Christus suis dixit Marty
ribus, ne anxia aut solicita pmeditatione se armẽt, sed deo suam cõmittant causam, & eius
inuocẽt opẽ, q̃tenus eos in oĩ aduersitate cõfortare & cõseruare dignetur, & totã spẽ suam fi-
gant in eo, de suis viribus nil psumẽtes. ¶ Postremo, si qs beatissimoꝝ martyꝝ Diony. Igna
tii, Laurentii, Vincentii, Catharinæ, Agathæ, Agnetis, Eulaliæ, Christinæ, & alioꝝ prorsus
innumerabiliũ gesta & passiones pspicaciter legat, sciet q̃ vera sint ista. [Trademini autem
à parẽtibus, & fratribus, & cognatis, & amicis: & morte afficient ex vobis].i. multos vestꝝ
C occidẽt, & hoc auxit suppliciũ ꝙ à tam propinquis & ante tã amicabilibus tradebant & oc-
cidebãtur. Molestius qppe ferũtur aduersa, quæ à propinquis & familiaribus, de q̃ꝝ præsu
mebatur amicitia infligũtur: quia vltra corporalẽ tribulationẽ inflictã, mẽs de amissa chari
tate, & propinquoꝝ ac amicoꝝ infidelitate affligitur. Propt q̃d Christus de suo loqtur tra
ditore: Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtiq;. Tu ṽo hõ vnanimis &c. Por-
ro in exordio primitiuæ eccle. Iudæi & Gentiles passim cõuertebantur ad Chr̃m, parẽtibus,
cęterisq; cognatis inuitis, & ita tradebantur ab eis, et sæpe occidebãtur, quemadmodum sa Matth.10.
cratiss. virginem Barbaram pater ipsius manu propria decollauit: prout Christus in Mat. Math.10.
pnunciauit: Tradet frater fratrẽ in mortẽ, & pater filium, & surgent filii in parentes, & mor
te afficient eos. Et rursus: Nolite (inquit) arbritrari ꝙ venerim mittere pacem in terra. Non
veni mittere pacem, sed gladiũ. Veni.n. separare hominẽ aduersus patrem suũ, & filiam ad
uersus matrẽ suam, & nuꝝ aduersus socrũ suam, & inimici hominis, domestici eius, [& eri-
tis odio omnibus hominibus].i. quibusdam de omni genere hominũ, vt sit distributio pro
generibus singuloꝝ, nõ pro singulis generꝝ. Vel dicit oĩbus hoĩbus, propter multitudinẽ
odientium eos, iuxta quem modũ ait Apostolus: Omnes quæ sua sunt quærunt, nõ quæ Ie- 1.Co.10.
su Christi, [propt nomen meũ].i. propt prædicationem, cõfessionem & cultũ nominis mei,
& legis ac fidei Christianæ. Nempe vt Terentius protestatur: Sicut obsequiũ parit amicos, Galatas.1.
sic veritas odiũ. ¶ Sed obiici potest illud Apostoli: Ego per omnia omnibus placeo. Respon

1.Co..10. detur ꝙ idem Apl's loquitur: Si hoĩbus placerem, Christi seruus nõ essem. Itaq; aduertendũ ꝙ scriptura loquitur de hoĩe dupl'r. Primo scd̃m id q̊d supremũ & melius est in hoĩe, vtpote D
scd̃m rõnem & ꝟtutem: & ita vocatur humanũ, quod rõnabile est & piũ, sic Apl's dicit: Si se cundũ hoĩem. i. rõnabiliter ad bestias. i. contra bestiales homines, pugnaui Ephesi. i. disputa
1.Cor,10. ui in Epheso, & hoc mõ ait Apost. Ego per oĩa oĩbus placeo. Secũdo loquitur scriptura de homine secundũ id q̊d carnale & prauũ existit in eo, q̊d & in maiori hoĩm parte p̃dominat, qm̃ maior pars hoĩm sensualitatẽ, errores & vitia sequitur, & ita nunc loquitur Chr̃s, & itẽ
Galatas.1. Apost. vbi ait: Si hoĩbus placerem, Christi seruus non essem. Porro cã odij huius est dissimilitudo q̃ est int̃ seruos Christi & seculi, & int̃ ciues Hierusalem & Babylonis, propt̃ q̊d in Iohanne asserit Christ⁹ apl'is: Si de mũdo essetis, mũdus quod suũ erat diligeret. Quia vero de mundo nõ estis, sed ego elegi vos de mũdo, propterea odit vos mũdus. [Et capillus de capite vestro nõ peribit] Non est hoc ita accipiendũ, ꝙ in resurgentibus erunt oẽs capilli qui fuerunt in eoꝝ capitibus, sed tot quot ad capitis perfectionẽ & ornatũ spectabit. Põt & ita intelligi. Nihil ad corporis veritatẽ, integritatẽ, decorẽ pertinens, deerit in resurrectiõe electis. Si. n. nõ peribunt capilli, multominus mẽbra, carnes, & ossa. Spũaliter vero capilli sunt cogitationes, affectionesq; aĩæ, quæ si bonæ & charitatiuæ fuerint, non carebunt beatitudinis p̃mio. [In patientia vestra] . i. in ꝟtute & merito patientiæ vestræ [possidebitis aĩas vr̃as] . i. eas salubriter custodietis, & a varijs p̃seruabitis vitijs, q̃ per impatiẽtiam incidit hõ: easq; rõni & deo subiectas habebitis. Per impatientiam vero perdit hõ animã suã, cũ Salomõ dicat: Qui impatiens est, operatur stultitiã. Iob quoq;: Quid perdis aĩam tuam in furore tuo? E
Proue.14. Iaco.1. Tanta aũt est patientiæ ꝟtus, vt Iacobus dicat: Patientia opus perfectũ habet. Et Salomon: Melior est patiens viro forti, & qui dñatur aĩo suo, expugnatore vrbiũ. Est aũt patientia virtus moralis, per quã hõ moderatur ac frenat passionem tristitiæ, ne s. in aduersis immoderate tristetur: imo potius gaudeat in eisdem, propt̃ multiplicẽ fructũ inde prouenientẽ. Propt̃
Iaco.1. q̊d in exordio suæ Canonicæ Iacob⁹ monet: Oĩe gaudiũ existimate fratres, cũ in diuersas tentationes incideritis. Deniq; oĩm virtutũ spiritualiũq; profectuũ, patientia est probatrix, nec melius experiri põt an homo sit vere humilis, charitatiuus, mansuetus, patiens, q̃ per patientiam in aduersis: in quibus si impatiens fuerit, patet imperfectio eius. Iccirco in Eccl'iastico legit: Vasa figuli probat fornax, & homines iustos, tentatio tribulationis. Patientia nanq; in aduersis, est signũ extirpationis priuati amoris, qui omniũ est vitioꝝ origo, est quoq; humilitatis indiciũ. Impatientia vero est signũ priuati amoris & elationis. Recte ergo disseruit Salomon: Qui patiens est, multa gubernatur prudentia, qui autem impatiens est, exaltat stultitiam suam. Insuper (teste Gregorio) patientia vera est aduersa æquanimiter perpeti, & contra eum qui iniurias irrogat, nullo dolore morderi.

Eccl.27 Proue.14. Gregori.

¶ Enarratio Euangelij, Eleuatis Iesus oculis in discipulos suos, &c. Luc. 6

SErmo ille quem Christus loquitur de beatitudinib⁹ & p̃fectionibus q̃ sequũtur, est quẽ Matthæus diffusius in tribus Cap. describit, & vocatur sermo dñi in monte, sup quã B. quoq; August. libꝝ singularem composuit. In hoc igitur sermone datur lex Euangelica, & F
quicquid ad bonos mores boni Christiani pertinet. Dicit itaq; Lucas: [Eleuatis Iesus oculis] verecundiã dñs Iesus nos docet in oculis & visu, ne vagi circũferamur oculis oĩa lustrantes: & aut concupiscentiaꝝ aut distractionũ materias colligentes [in discip. suos] q̃bus p̃cipue hæc q̃ perfectionis erant loquebatur [dixit: Beati pauperes] Matthæus (vt dixi) easdẽ beatitudines describit, sed ponit plures q̃ hic Lucas. In prima tñ cõueniunt, nisi ꝙ Lucas minus exprimit Matthæus addit spũ, d. Beati pauperes spiritu. Lucas vero dicit: Beati pauperes, q̊d dupl'r explanatur. Primo, de voluntaria paupertate, ꝑpt̃ deũ sponte assumpta, desiderata, vel cõplacente, qua terrenæ opes seu tẽporalia q̃tum congrue fieri põt, spernuntur vel abijciuntur, vt mens deo & contemplationi liberius atq; perfectius vacet. Vñ & Christ⁹ ait: Qui non renũciat oĩbus q̃ possidet, non potest meus eẽ discipulus. Tanto etẽm perfectius & expeditius anima intẽdit altius, ac vni super omnia necessario, q̃to minus circa plura & tẽporalia occupatur, dispartitur, distrahitur. Secũdo exponitur. Beati pauperes. i. humiles, q in oculis suis parui, defectuosi seu indigentes sunt, potissimum intuitu dei, qui nihil boni se à se habere fatentur, & omne bonum deo ascribunt, [quia vestꝝ est regnum dei.] Quia Christus in discipulos visum direxit, iccirco ad eos ꝟbum hoc dirigit. ¶ In qualibet autem beatitudine duo ponuntur. Primum per modum meriti. Secundum per modum p̃mij merito correspondẽtis. Itaq; postq̃ Christus ꝑposuit meritum, dicens: Beati pauperes spiritu, vtpote qui p̃fato modo terrena despiciunt, vel seipsos humiliant, proportionatum & consonum

A num mox subiungit meritũ,qa vr̃m est regnum dei.i.opulentia felicitatis æternæ, altitudo regni cœlestis. Præfatæ etenim paupertati illa opulentia correspondet,& humilitati illi sublimitas ista,quemadmodũ Chr̃s ait:Qui se humiliat exaltabit. Rectissime q̃q; cœlestiũ bonorum possessio cõtemnentibus ppter deũ,tpalia bona promittunt. Deinde secũda beatitudo subiungit,q̃ a Matthæo ponitur q̃rta.[Beati q nunc esuritis] Cum beatitudo sit exclusiua pœnæ atq; miseriæ, mirũ ꝙ Christus esurientes & flentes, ac psequutionem patientes asserit beatos. ¶Sed aduertendũ ꝙ duplex est beatitudo,videlicet viæ & patriæ. Beatitudo viæ est actus meritorius beatitudinis patriæ,s.actus virtuosus, q meritum est & dispõ ad felicitatem patriæ. Itaq; esurientes,flentes,aduersa patientes,paupes,& cæteri q̃s Christus nunc asserit esse beatos,beati sunt iam in re,loq̃ndo de beatitudine viæ,suntq; beati in spe, loquendo de beatitudine patriæ. Porro ꝙ ait:Beati q nunc esuritis, primo exponit de corpali esurie, prout est actus virtutis,videlicet abstinentiæ, qua qs sponte propter deũ corpus suum castigat,affligit,& quodãmodo necessaria subtrahit, sicut ait Apost. Castigo corpus meũ, & in seruitutem redigo. Et iterũ:Qui aũt sunt Christi, carnem suã crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Beati sunt quoq; qui ex defectu alimentorũ esuriunt, dũmodo hoc ppter deum patienter sustineant. Vel propter eum tantam elegerunt inopiam,vel propter eum alimentis priuant ab impijs,sicut de multis martyribus legit. Ista ergo esuries à Christo fertur beata,quia est dispositiua ad grãm,introductiua ad gloriam, satisfactoria pro peccatis & delectationibus inordinatis:specialem quoq; illuminationẽ & sapientiæ infusionẽ meret à deo,quemadmodũ Danieli & socijs eius infudit dñs sapiam magnã, eo ꝙ abstinentię opa cõtulerunt,vt legit in Daniele,& in Esaia inq̃ritur:Quem docebit dñs scientiã,& quẽ intelligere faciet auditũ? Vbi protinꝰ rñdetur. Ablactos à lacte,auulsos ab vbere,hoc est,eos q carnales spernunt delitias, & sensualitatẽ p abstinentiam ac cætera ṽtutum exercitia ratõi subijciunt. Ideo scriptũ est:Qui amat vinum & pinguia,non erit sapiens. Secundo exponit de spirituali esurie, q̃ quis iustitiam cordialiter appetit,prout iustitia est ṽtus generalis, oĩsq; virtus. Sic spiritualiter esurire est quotidianũ profectũ in omni ṽtute optare, dei honorationem in om̃ibus desiderare,oĩm reformationem & perfectionem recte affectare, q̃d venit ex charitate & zelo iustitiæ. Esuriamus ergo iustitiam istam,nec vnq̃ satis iustos nos esse putemus,sed omni hora satagamus proficere,cum & Apl̃s dicat:Ego non arbitror me apphendisse,& q̃ retro sunt obliuiscens,in anteriora extendo meipsum. Huius aũt beatæ esuriei p̃miũ subdit [qa saturabimini].i.bonis spũalibꝰ replebimini,p̃sertim donis gloriæ in patria, dicente Psalm. Satiabor cũ apparuerit gloria tua. Ibi nẽpe tota capacitas ac desideriũ animę adimplent, & tota eius potẽtialitas ad actũ perfecte reducitur, p hoc ꝙ deũ clare p speciem contemplat,ipsoq; fruitur. Vñ quicq̃d scire vel hr̃e cupit,scit & habet,q̃d potiss. erit post corporũ glorificationẽ. Deniq; etiã in pñti taliter esurientes,aliq̃liter saturantur charismatibus gratiarũ,& pane sacramẽtali,cum & Psalmista loquatur: Benedic anima mea dño,q replet in bonis desideriũ tuũ. Et denuo: Timete dñm oẽs sancti eius,qm̃ nihil deest timẽtibus eũ. F De his quoq; q experiri solent q̃ dulcis est dñs: Memoriã(inqt)abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt. Talis aũt ructus nõ nisi de saturitate seu plenitudine quadã venit scd̃m Bern. imo sæpe tanto dilectionis feruore,tanta cõtemplationis admiratione & synceritate,tanto diuinæ sup suauissimæ bonitatis dulcore desup gratiose implent,vt nec ipsimet ferre præualeant,sed mente & corpore deficiant & succumbant,obrigescant & langueant,q̃d expertus fuit q dixit: Defecit caro mea & cor meũ. Et Hierem. Factus est(inquit) sermo dñi in corde meo quasi ignis exæstuans,& defeci ferre non sustinens. Verũ abundantia ista non est continua neq; simplr̃ plena,atq; interrumpit sæpe, & ad facialem dei supbenedicti intuitionẽ,eiusq; indeficientẽ beatificam fruitionem oĩs talis aspirat,cum Apl̃o clamans:Infelix ego hõ, qs me liberabit de corpe mortis huius? Sequitur beatitudo tertia,q̃ à Matthęo tertia ponit. [Beati qui nunc fletis].i.vestra vel aliorũ peccata charitatiue & dolorose deplangitis,vel desiderio patriæ cœlestis huius exilij incolatũ deploratis,vel Christi passionem meditando ex eius cõpassione lugetis. Est demũ & alter nobiliss. ac feliciss. fletus,non ex aliqua aduersitate, pœna aut tristitia manans,sed ex synceriss. q̃dã cõplacentia supdeliciosiss. dei,dũ in alta contemplatione deus cum singulari quadã claritate ac synceritate ostendit se intellectui cõtemplantis, ita ꝙ sinus mentis, & apex affectus mox totus aperitur, expanditur, absorbetur,in tam supincõparabili,suppulcherrimoq; obiecto,& anĩa ineffabilem cõplacentiã concipit & habet in eo,atq; ex hoc dulces p oculos guttæ fundũtur [qa ridebitis].i.internã consolationem,cordialemq; iucunditatem in patria pro p̃mio suscipietis. Nõ ergo de vana & exteriori risu

Marginalia: i.Co.6. — Dan.i — Prouer.31 — Philipp.3. — Psalm.10. — Bernard. — roman.7. — Matth.5.

ri risu hoc dictũ est, sed de alacritate & lætitia spũali, de qua in Prouerb. fertur de forti mulie re: Ridebit in die nouiss. In Iob q̃q; Impleatur os tuũ risu, & labia tua iubilo. Hæc merces bo E ni ploratus etiã in vita hac inchoat, in his q cũ Psalmista dicere p̃nt deo: Scd̃m multitudinẽ dolorꝝ meorꝝ in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt aĩam meã. Et rursus: Quã ma gna multitudo dulcedinis tuæ dñe. Itemq; cũ Aplo: Benedictus deus q consolat nos in om̃i tribulatione nr̃a. Et denuo: Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita p Chr̃m abundat consolatio nr̃a. Clementiss. etem̃ dñs, etiã in p̃nti seruulos suos consolari & lætificare dignat frequent & abundant, eos vz q p̃fatis luctibus se affligunt, q om̃e carnale oblectamentũ despiciunt, iuxta illud: Renuit cõsolari aĩa mea, memor fui dei & delectatus sum. Præterea cõ tuendũ, ꝙ Chr̃s in his duabus beatitudinibꝰ addit nũc, dicendo: Beati q nunc esuritis: Beati q nũc fletis, ad insinuandũ ꝙ tps vitæ p̃ntis sit tps pñiæ ac mœroris, qa in valle lachrymarꝫ in carcere atq; exilio cõuersamur, & innumerabilia existunt pericula. Sequit beatitudo q̃rta, q̃ in Matthæo ordinat octaua. [Beati eritis cum vos oderint hoĩes] propt veritatẽ & iustiti « am vestrã, seu aliã quamcunq; ỽtutem & gr̃am. Sic aũt odire nõ conuenit nisi vitiosis hoĩbꝰ. Vnde hõ hic accipit in malo, vic; quantũ ad id q̃d hoĩes cõiter magis sequunt, q̃d est sensualitas, passionesq; eius, iuxta quem modũ ait Apl's: Cum sit int vos zelus & contentio, nõne ho

1.Cor.3 mines estis? Et iterꝝ: Si hominibus placerem, Christi seruus nõ essem, cum tñ alibi ptestetur:

Galat.1. Ego p oĩa om̃ibus placeo. Præterea sicut amare est alicui bonũ velle: ita odire est alicui malũ

1.Cor.10 velle. De tali odio ait Chr̃s discip. Si mundus vos odit, scitote qa me priorẽ vobis odio habu

Lucæ,10 it. Et alibi: Eritis odio om̃ibus hominibus ꝑpter nomen meũ. [Et cum separauerint vos] à so E

Prou.29 cietate quasi indignos eorꝝ cõsortio, iuxta illud Prouerb. Abominant impij iustũ. Et rursus: Viri sanguinum oderunt simplicem. Vnde in Iohãne habet: Conspirauerunt Iudæi, qa si qs confiteret Iesum esse Chr̃m, extra synagogã fieret [& exprobrauerint] conuitia & imprope

1 Pet.4 ria irrogando, iuxta illud Petri: Si exprobramini in nomĩe Christi, beati eritis. Et ad Corin

Actu.11 thios scribit Apl's: Maledicimur & bñdicimus [& eiecerint nomen vr̃m] .i. nomen & famã qbus Chr̃iani vocamini: vel, nomen vr̃m .i. vosipsos q̃s execrant tanq̃ pessimos, om̃ino impe tuose expulerint [propt filiũ hominis] .i. ob id q̃d in me creditis, vel mihi obeditis, & secun dum mea p̃cepta aut consilia viuitis. Itaq; qcunq; hæc patitur ꝑpter iustitiã aut ỽtutem, pa titur propter Chr̃m. Non est aũt magnũ hæc pati ꝑpter proprias culpas, imo cauendũ ne ta

1 Pet.2 lia patiamur. Ideo in prima sua Canonica loquit princeps aplorꝝ: Quæ est gr̃a, si peccãtes & colaphizati suffertis, si aũt bñfacientes sustinetis, hæc est gr̃a apud deũ. Et iterꝝ ait: Nemo ve strũ patiatur vt homicida aut fur. Præterea q̃uis Christus beatos appellet eos q odiuntur & p̃dicta patiuntur aduersa, non tñ propterea optare debemus, vt alij nos odiant & infestent, p̃sertim inquãtum talia hñt rationẽ peccati, imo hoc esset charitati contrariũ, desiderare alio rum ruinam. Sed ideo Christus hæc dicit, vt in aduersis patientiã incõcussam seruemus, nec propter aliorꝝ odiũ & persequutionẽ viam iusticiæ relinquamus [Gaudete in illa hora & ex « ultate] .i. dum ista patimini in eisdem, gaudete interiori iucunditate, & exultate exteriori læ F titia, vt corde & corpe seu appetitu intellectiuo ac sensitiuo lætemini, iuxta q̃d scriptum est: Cor meum & caro mea exultauerunt in deũ viuũ. Exultatio quippe quasi extrasaltatio dr̃, dum gaudiũ internũ redundat in corpus viresq; sensitiuas, ita ꝙ ex abundãtia interioris de lectationis signa lætitiæ foris monstrant. Hoc fecerunt Apl'i, iuxta illud Actuũ: Ibãt gauden tes à conspectu cõsilij, q̃m digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliã pati. Et beatiss. An dreas apl's crucẽ eminus videns: Gaudens (inquit) venio ad te, ita vt tu gaudẽs suscipias me. Hinc iacobus: Omne gaudiũ existimate fratres cum in diuersas tentationes incideritis [ecce em̃ merces vestra multa est in cœlo] Ideo taliter gaudere & exultare debetis, quia pro tpali bus istis p̃sequutionibus p̃mium copiosum in regno cœlesti habebitis, de q̃ p̃mio Esaias & Paulus testantur: Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt q̃ p̃parauit deus electis. Hoc vtiq; præmiũ tam multũ est vt innumerabile appelletur, tam p̃ ciosum vt incompabile asseratur, tam magnũ vt inæstimabile sit, tam diuturnũ vt intermi nabile extet. Quæ est beatitudo æterna, prout beatitudo dr̃ status oĩm bonorꝝ aggregatio ne p̃fectus. Hæc est vna ratio gloriandi in aduersis, propt quod ait Apl's: Id quod in p̃nti est momentaneũ & leue tribulationis nr̃æ, æternum gloriæ pondus operatur in nobis.

¶ Sermo I. De integra & firma fide sanctorꝝ, qua omnia tormentorꝝ genera con stantissime vicerunt, & ꝙ omnium virtutum principium sit & fundamentũ vali dum formata fide deo adhærere iugiter.

VObis datum est pro Christo, non solum vt credatis in illum, sed vt etiam patiamini pro illo,

A illo. Ad Philippensis. 1. In his verbis tangitur duplex donum quod hoībus datur a deo. Primū est, vera & integra fides, hoc est fides catholica, q̃ tenet ac docet Romana & vniuersalis ecclesia. Secundū est passio martyrum, seu mors ꝑ fide inflicta. Cum etenim omne bonū sit dei donū, iuxta illud Apostoli: Quid habes quod non accepisti? constat ꝙ fides q̃ est tā magnū bonū, sit vtiq; donum dei. Vñ & Iac. asserit: Omne donū optimū, & omne datum perfectum, desursum est descendēs a patre luminum. Deniq; inter omnes virtutes quibus in hac vita indiget atq; perficitur homo, primum & summum habent locum virtutes theologicę, quæ sunt tres, de quibus dicit Apostolus: Nūc aūt manent fides, spes, charitas tria hæc. Harū ergo trium dignissimarū virtutum, quæ theologicæ seu diuinæ vocantur, qm̄ deum habent pro obiecto, prima est fides, summa est charitas, media est spes. Insuper fides est q̄dam supnaturalis noticia diuinorū, per fidem nāq; cognoscimus q̄dam de deo atq; diuinis, q̃ ꝑ naturalem rationē cognosci & inueniri non poterant, vt ꝙ deus est vnus & trinus, ꝙ Christus est deus & homo, ꝙ sancta Maria est mater & virgo, ꝙ Christus est in sacramento altaris. Hoc autem est magna pietas & gratia dei ꝙ illa nobis reuelat de se & suis effectibus, quorum cognitio nostram naturalem superat rationem, atq; ingenitam capacitatem transcendit, ideo constat ꝙ fides sit donum dei præcipuum, & omnium fundamentum virtutū, imo & inchoatio quædam futuræ fœlicitatis in nobis. Quid equidem est futura felicitas, nisi clara & supernaturalis cognitio dei facie ad faciem? hoc est, immediata per speciem qua deus in seipso videtur sicuti est in propria infinitaque luce, de qua visione ait in prima sua epi-

B stola Ioannes Apostolus: Charissimi, nunc filiј dei sumus, & nondum apparuit quod erimus, scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est. Huius autem beatificæ cognitionis dei inchoatio est cognitio fidei: qua nunc per speculum in ænigmate, hoc est, obscure & imperfecte cognoscimus, q̃ tunc clare ac perfecte visuri sumus, dicente Apostolo: Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Itaque fides est præcipuum donum dei, propter quod ait Apostolus: Nō omnium est fides. Et in actis scriptū est: Crediderunt, quotquot præordinati erant ad vitam æternam. Deniq; fides in sanctis martyribus magnæ excellētiæ fuisse probatur. Fuit em̄ in eis magnæ firmitatis & claritatis seu certitudinis. Quod fuit in eis magnæ firmitatis. i. fortitudinis seu stabilitatis, hinc innotescit, quod nec per philosophorum argumenta, nec per tyrannorum supplicia, nec per experimentorum apparentiam, nec per quamcunq; terrenam prosperitatem potuerunt a fide auerti, sed pro eius defensione mille tribulationes perpessi sunt. Habuerunt etenim fidem cum rationibus credendorum & purificatæ mētis intelligentia: quia per donum sapientiæ deus corda ipsorum copiosissime illustrauit ac docuit, ita quod intellexerunt clarissime nihil rationabilius esse his quæ catholica tradit fides, ꝑsertim dum omnia q̃ sunt fidei, & vniuersa argumenta ipsius comportantur, imo tantę firmitatis ac certitudinis erant in fide, quod virtute fidei magna egerūt miracula, & probauerunt q̃ vere Christus in Euangelio dixerit: Omnia possibilia sunt credēti. Itemq;: Qui credit in me, opera q̃ ego facio

1. Cor. 13
Eodem.
2. Thess. 3
Act. 13

C & ipē faciet, & maiora horum faciet. Hinc & martyres sancti in ipsis suis martyriјs admiranda fecerunt miracula, ita ꝙ quanto tyranni plus conabantur Christianam fidem per Christianorū occisionem extinguere, tanto plus inter ipsas ꝑsequutiones excreuit hæc fides: qm̄ inter ipā tormenta gloriosi martyres tot & tantis coruscauerunt miraculis, ꝙ frequenter in martyrio vnius martyris aut paucorū conuertebant ad fidem multa cētena aut milia paganorū. Ideo optime protulit Leo papa: Non minuitur persequtionibus ecclesia sed augetur, & dominicus ager maiori semp fertilitate exurgit, dum grana q̃ singula cadunt multiplicata resurgunt. Præterea ꝙ fides martyrum fuit præcipuę claritatis ac certitudinis, patet ex dictis. Nam fidem habebant cum rationibus credendorū & depuratę intelligentia mentis. Iccirco nihil tam certe eis constabat vt fidei veritas, cuius certum extat indicium ꝙ pro ea & ex ea tam prompto, iucundo, ac feruido animo amariss. pœnas & crudelissimas perpessi sunt mortes. Secundum donum sanctis martyribus a deo datum est, ꝙ pro Christo tot & tanta sustinuerunt. Talis nanq; sustinentia est bonum saluberrimum & præclarū, non maxime aut ꝑcise inquantum est quædam pœna, sed inquantum ex charitate & animi fortitudine ꝑ Christo, pro fide, pro iustitia ad dei honorē spontanee toleratur. Est ergo sustinentia ista seu passio vel martyrium maximum dei donum. Primo, quia non propriјs viribus, sed auxiliante deo & ꝟtutum vigorem eis ꝑstante, beatissimi martyres tanta sustinuerunt pro fide atq; iustitia. Nempe cum Leo papa affirmet: Magnus vigor est animarū, illa incunctanter credere q̃ corporeo non videntur aspectu, & illic figere desiderium q̃ nequeas inferre aspectū: multo

Mar. 9
Ioh. 14

certe

certe maior vigor est animi pro talibus etiam crudeliss. pasi tormenta ac mori. Secundo, qa p talem sustinentiam copiosiss. pmium sunt sortiti. Martyrium etem pro omni satisfacit patientis peccato, ita q martyres euolant, hoc est absq; alia poena beatitudinem sortiutur, & insuper aureolam promerentur ac adipiscutur. Sed & passio illa qua sustinent, inquantum ex charitate acceptatur ac tolerat, est valde meritoria pmij essentialis, s. beatificae visiois dei, q omne accidentale pmium incompabilr superat ac transcendit. Rursus cum deus in tribulationibus maxime ac gratiosiss. assit suis fidelibus, propt quod ait in Psal. Cum ipso sum in tribulatione, credendu est q in sanctis martyribus tpe persecutionis eorum valde augeat charitatem & gram suam per tribulationes illas quas patiunt pro ipso, sicq; sustinentia illa est eis fructuosissima ac saluberrima, ergo est maximum donum dei. Tertio, qa per talem sustinentiam singulariter conformati sunt capiti suo dno Iesu Christo. Nam sicut ille absq; sua culpa pro ipsis est crucifixus & mortuus, sic ipsi absq; suis demeritis pro Christo passi sunt mortem. Veruntamen in hac re inter Chrm & martyres sanctos grandis est differentia, qm Christus pro martyrum & oim electorum salute sustinuit mortem, non aut martyres pro Christi salute. Item quia Christus no indiguit mori pro nobis, sed aliunde extitit felix, martyres vero indiguerunt mori pro illo. Item Christus non tenebat pati pro ipsis, sicut econtra ipsi pro Christo, psertim in casu. Cum etenim homo teneatur plus diligere Chrm & fidei veritatem q seipm & vitam corpoream, tenet potius pati & mori q Chrm negare, & fidei veritatem relinqre. Deniq; Chrs moriendo pro nobis, obligauit nos ad moriendu pro ipso, du charitas & honor eius exigunt. Vn princeps ait Aplorum: Christus passus est pro nobis, vobis relinqns exemplu vt sequamini vestigia eius. Quarto qm pro proprijs culpis correptionem & castigatione aequanimiter sustinere laudabile est & satisfactoriu ac meritoriu, dum charitatiue hoc tolerat, propt quod scriptu est: Non vindicabit deus bis in idipm. Et rursus: Beatus ho qui corripit a deo, multo magis absq; proprio demerito pati aduersa & mortem pro deo & fide ac aeqtate, est maxime deo acceptum ac satisfactoriu, meritoriumq; probatur, icirco est donu dei praeclarum. Propt qd in prima sua Canonica gloriosiss. aplorum loquit princeps. Haec est gratia, si propter coscientiam dei sustinet quis tristitias patiens iniuste. Quae est em gratia si peccantes & colaphizati suffertis? Si aut bnfacientes sustinetis, haec est gratia apud deu. Quinto, qm per martyrij sustinentia fit homo cunctis fidelibus maxime exemplaris, & toti ecclesiae honorabilis, atq; in sanctorum catalogo numerandus. Postremo constat ex his quam plene & integre oporteat omnem homine vitare oem gloriam vana, & psumptionem atq; iactantia, & deo grata ac humili mente iugiter subijci, eo q omne nostru bonum sit dei donum in tantu, q & pati pro deo sit donum ipsius, propter quod ait propheta: Deo subiecta esto anima mea, quoniam ab ipso patientia mea. Quantumcunq; ergo qs pro iustitia patiatur, nequaq inaniter extollatur, sed deo humilit regratietur. Itaq; sanctos martyres inuocemus, diligamus, veneremur ac imitemur, eorum sequendo constantiam, patientiam, charitatem. Ad laudem omnipotentis & gloriam, Amen.

Psalm. 90

Num 1.1.

¶ Sermo II. De innumeris sanctorum flagellis & aerumnis in carne mortali.

OMne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis. Iaco. 1. Sanctus Apostolus Iacobus in exordio suae epistolae hortatur fideles ad patientiam in aduersis, praesertim qm scripsit his qui p fide Christi erant in persequutionibus ac tribulationibus positi. Scripsit enim duodecim tribubus Israel, qui tunc in dispersione fueru, icirco haec exhortatio cunctis Christianis fieri potest. Sunt enim in mundo isto, & in hoc saeculo neq; tanq in valle lachrymarum & in exilio graui, in q ab inuisibilibus ac atrocissimis hostibus sunt obsessi, ac iugiter & piculosissime impugnantur, pp qd orat ppheta: Educ dne de custodia. i. de carcere, anima mea ab cofitendu nomini tuo. Et Iob dicit: Militia est vita hominis sup terra. Veruntamen qdam de isto exilio faciunt sibi patria, quasi haberent hic manente ciuitatem, & de valle hac lachrymarum faciut sibi locu deliciarum, & iccirco no sunt de numero existentiu in charitate & statu salutis. Sed qa martyres sancti psentia atq; carnalia omnia parui penderut, delitias carnis, diuitias mudi, honoresq; saeculi maxime cotempserut, Imo corporis afflictionem, paupertatem & abiectioem propter deu elegerunt & amplexati sunt, iccirco ad laudem eorum thema praetactu specialit potest exponi, & ad eos q in agone martyrij sunt constituti pot praecipue applicari ac dici. Ait ergo Apls Iacobus: Omne gaudium existimate fratres. i. perfectam laetitiam reputate vobis accidere & inesse debere, cum in varias tentationes. i. in multas ac diuersas tribulationes ac persequutiones incideritis. Vnde hoc loco sumitur tentatio pro tentatioe passiua, videlicet pro aduersitate, iniuria seu affli

Psalm. 141
Iob. 7
Iacob. 1

A afflictione alicui accidente, q̃ æq̃nimiter cũ gaudio est ferenda. Præterea, aduertendũ ꝙ electi dei in sæculo isto tentationes incurrunt à quinq;. Primo, à deo. Vñ in Genesi habetur. Tẽtauit deus Abraham. In Deut. q̊q; ait Moses populo Israel: Recordaberis cũcti itineris, ꝑ q̊d adduxit te dominus deus tuus, vt affligeret te atq; tentaret. Et Sapiens ait: Deus tentauit iustos, & inuenit illos dignos se. Secundo, ab hoĩe. Vñ in Eccl. habetur: Si possides amicũ in tẽtatione posside illũ, & ne facile credas ei teipsum. Tertio, à dæmonibus iuxta illud Apostoli: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinẽ, sed aduersus principes & potestates, contra spũalia nequitiæ in cœlestibus. De ipso etiam saluatore ait Euãgelista: Ductus est Iesus in desertum à spũ, vt tentaretur a diabolo. Et in Act. loquitur princeps Apostoloꝝ ad quendam: Cur tentauit Sathanas cor tuum? Quarto, à propria carne, q̃ cõcupiscit aduersus spm̃. Propt̃ q̊d Iaco. Apostolus: Vnusquisq; inquit tentatur a propria concupiscentia. Quinto, à mundo. i. à mundanis & peruersis hominibus, qui multipliciter nituntur hominẽ inducere ad peccandũ, nunc terrendo & cõminando, seu affligendo, nunc blandiendo, promittẽdo seu dando. Vel per mundum tentantem potius intelligendæ sunt diuitiæ & honores, voluptates, vanitates, &c. q̃ in rebus istis transitorijs ac caducis inueniuntur, ex quib⁹ homines ad amorẽ illicitum atq; ad vitia alliciuntur, habent quippe ista sensibilia ac terrena aliquid amabilitatis, dulcedinis, pulchritudinis, cõmoditatis, appetibilitatis in se, per q̃ humanum alliciunt & accendunt affectum, & nisi ratio vigeat, & gr̃a auxilietur, decipiunt hominẽ. Pro- Saptent. 3.

B pter q̊d in lib. Sapien. scriptum est: Creaturæ factæ sunt in tentationẽ hominum, & muscipulam pedibus insipientium. Deniq; q̃uis fideles in vita hac tententur ab his quinq;, hoc tñ est diuersimode. Nam deus tentat duplici ratione, primo, propter alicuius ignoti manifestationem, nõ vt id sibi sed alijs innotescat, & hoc ad dei gloriam & illoꝝ ædificationem, vt in tentatione Abrahæ patet. Nam præceptum quo deus ei iussit filium suum Isaac immolare, tentatio dicitur, q̃ eum deus tentauit, q̃tenus per adimpletionem illius præcepti cunctis pateret q̃ perfectus in fide & obedientia Abrahã esset: sicq; b. Abrahæ sequantur vestigia in fide & sancta obedientia. Huius quoq; exemplum fuit in iusto Tobia, quem deus per plagam cęcitatis probauit, vt alijs patientia eius pateret, & illi seq̃rentur eandem, iuxta illud Tobiæ 2. Hanc tentationem permisit ei deus euenire, vt posteris daretur exemplũ patientiæ eius, sicut & sancti Iob. Nam cum Tobias ab infantia timuerit deum, nõ est cõtristatus ꝙ plaga cęcitatis euenerit ei, sed immobilis in dei timore permansit, gratias agens deo omnib. dieb. vitæ suæ. Ex quibus patet ꝙ & sctm̃ Iob deus tentauit hoc mõ, propter quod ipse Iob fatetur: Probauit me deus q̃si auꝝ quod per ignem transit. Hinc etiam cũ beatiss. Moses protulisset: Recordaberis cuncti itineris per quod adduxit te deus vt tentaret, mox addidit: & nota fierent q̃ ṽsabantur in corde tuo, vtrum custodires mandata illius an non. Secundo, deus tentat fideles ad eorum profectum, vt s. ampliorem det eis gratiam in pñti, abundantioremq; gloriam in futuro. Iccirco cum Abraham exhibuisset se paratum ad obediendum deo, in immolatione charissimi filij sui, deus dixit ad eum: Per memetipsum iuraui, quia obedisti voci

C meæ, bñdicens bñdicam te. Hinc scriptum est: Tamq̃ auꝝ in fornace probauit electos dñs, ideo accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu dñi. Interdum autem accipitur tentatio pro impugnatione seu probatione alicuius ad nocendum, decipiendumq; eum, & sic deus neminem tentat, imo Christus orare nos docuit. Et ne nos inducas in tentationem Vñ & Iac. 1. habetur: Nemo cum tentatur dicat ꝙ à deo tentetur, ipse enim neminem tentat. Atuero hõ vnus alium tentat propt̃ alicui⁹ sibi ignoti manifestationem, vt dum aliq̃s tentat alium vt sciat an ṽam ad se amicitiam habeat, imo hoĩes viciosi q sunt ministri & membra diaboli, aliq̃n tẽtant proximos suos vt eos fallant atq; inducãt ad vitia, propt̃ q̊d ait propheta Mich. Vir fratrem suum venatur ad mortem. Et Psal. Cum peruerso inquit peruerteris. Diabolus ṽo non tentat homines nisi vt eos finalit̃ fallat & ad dãnationem perducat, imo etsi ad tempus videatur bona cõsulere, cõtemnendus est tñ, quia finalit̃ tendit ad hominum nocumenta. Mundus quoque tentat vt fallat & male delectet. Caro ṽo tentare asseritur, inquantum inclinat ad ea q̃ deo & saluti animæ contrariantur, propt̃ quod ait Apostolus: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Præterea martyres sancti omnes tentationes has habuerunt, & se bene habuerunt in eis. Primo itaque sunt tentati a deo dupliciter. Primo, quoniam tribulationes, infirmitates & aduersitates eis immisit. Vnde APOSTOLVS asserit se famem, sitim, nuditatem, & multa incommoda passum. Secundo, quia ab impijs ac tyrannis eos captiuari, affligi, & varijs ac crudelissimis mortibus trucidari permisit. Vnde in Euangelio ait SALVATOR: Ecce ego mit- Sapient. 3. Iaco. 1. Matth. 10.

Psalm. 4 mitto vos sicut oues in medio lupoꝝ. Et rursus: Si me persequuti sunt & vos persequentur. Hinc sancti in Psalmo fatentur deo: Propter te mortificamur tota die, ęstimati sumus sicut D oues occisionis. Secũdo tentati sunt ab hominibus, imo a proprijs amicis & proximis, & po
Lucæ. 21 tissime a tyrannis, propter quod ait saluator discip. Trademini a parentibus & fratribus & cognatis, & amicis, & morte afficiẽt ex vobis, & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Hinc & Christus ait Aplis: Venit hora vt oĩs qui interficit vos, arbitretur se obsequium pstare deo. Imo a principio mundi varias psequutiones atq; iniurias electi & virtuosi ab infidelibus & puersis ppessi sunt. Nam impius Cayn innocentẽ Abel occidit, propt
Gregori. q̃d S. Gregorius loquitur: Abel esse renuit, quẽ Cayn malicia non exercet. Tertio, tentati sunt a diabolo, qui per seipm & suos satellites innumerabilibus modis conatus est sanctos martyres à deo, à fide, a constantia mentis auertere, multisq; sanctis martyribus dæmones visibiliter apparuerunt, & varia tentamenta intulerunt eisdem, atq; tyrannoꝝ animos accenderunt cõtra fideles. Quarto, a mũdo tentati sunt. Nã plurimi martyres omnibus mundi diuitijs & honoribus abundauerũt, anteq̃ omnia talia propter Christũ spreuerũt. Tyranni q̃q; promiserunt eis omnia prospera mũdi, si sibi cõsentire voluissent, quemadmodũ Tulius dux Europæ, princeps eoꝝ qui vndecim milia virginũ occiderũt, promisit beatissimæ Vrsulæ, ꝙ duceret eã vxorem si sibi præberet assensum. Et Traianus imperator, præinclyto martyri Ignatio promisit ꝙ omniũ esset princeps sacertotũ si sacrificaret. Sic & in veteri testamento Antiochus rex vni ex septem fratribus, quos pro legis obseruatione occidit, promisit magnalia, sed martyres sancti hæc oĩa cõtempserunt, vt deo placerent. Postremo, car- E nis tentationes superauerunt viriliter. Vñ beatus refert Hieronym. ꝙ diu persequutor quendam iuuenem Christianũ fecisset resupinũ ligari, & meretrix impudica se illi adiungeret, ille quia manus & pedes mouere non potuit, propriam linguam morsu dentiũ suoꝝ abscidit atq; in os osculantis proiecit, sicq; stimulũ suæ carnis in seipso extinxit. Studeamus ergo & nos cum sanctis martyrib. oẽs tentationes strenue superare, & qñ a deo probamur inueniri fideles ac fortes, nec concupiscentijs superemur, nec ad res transitorias ac terrenas inordinate afficiamur: sed quicqd amabilitatis, suauitatis aut vtilitatis in eis est, ad dei honorẽ & gloriam referamus. Impioꝝ q̃q; hominũ persequutiões patienter sustinere conemur: sicq; beatissimoꝝ intuitu martyꝝ, qui tã multiplicia ac crudeliss. ptulerunt tormenta, discamus saltẽ parua & modica propt deũ libenter pati, imo instar martyꝝ oĩe gaudiũ æstimemus, cũ in varias tribulationes dilabimur, pſertim cum eaꝝ ṽtuosa ppessio sit tam multiplr ac copiosiss. salubris ac fructuosa, vt patet ex dictis. Et vt ait Apost. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ dabitur nobis. Ad gloriam omnipotentis.

¶ Sermo III. De quadruplici tentatione iustoꝝ in hoc mundo.

Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas in sanguine agni. Apocalypsis septimo. Homines virtuosi atq; electi hunc mundum arbitrantur exilium, atque innumeris in ipso afficiuntur doloribus. Impij vero & reprobi de valle hac lachrymarum, & de loco præsentis exilij, paradysum faciunt sibi ac patriam: quia terrenis & transitorijs ac carnalibus rebus magis quam summo & incommutabili bono afficiuntur, inhærent F ac delectantur, magisq; cupiunt ac conantur temporalibus diuitijs quã ṽtutum ac grã charismatibus abundare, ideo finem sibi constituũt nõ in deo, qui ait: Ego sum alpha & o, principium & finis, sed in rebus vilissimis, in istis terrenis, in argẽto & auro, in carne & sanguine in vanis honoribus, q̃ omnia pferunt summo & incorporabili, infinito, omnipotentiq; deo:
Philip. 3. per quod q̃tum in eis est, ipsum summe vilificant, & ipso vtuntur, istisq; caducis rebus, p deo fruũtur, propter q̃d optime dixit Aplus: ꝙ gulosoꝝ deus est venter, auaroꝝ pecunia. Hi er-
Apoc. 7 go iniq ac reprobi dũ moriuntur, non bñ recipiuntur a deo, nec de eis sancti angeli, ptestãt. Isti sunt qui venerũt ex magna tribulatione, sed potius qui venerunt ex vanitatibus, diuitijs atq; delitijs. Nã & si tales uicissim tribulationes sustineant pauperesq; cõsistant, non tñ reputatur eis in laudẽ & meritum, qa inuite sustinent talia, q̃uis itẽ diuitijs, delitijs, honoribus nõ abundent effectu, tñ affectu eis exuberant, quia immoderate cupiũt ea. Præterea de sanctis martyribus p diuersa supplicia pro Chro ppessa ex seclo isto migrãtibus specialiter dici po-
Apoc. 7. test, & ab angelis dicitur: Isti sunt qui venerũt ex magna tribulatione. Oẽs equidem Christiani qui saluãtur, ex tribulationibus, imo ex multis tribulationibus venire dicũtur, quemadmodũ scriptũ est: Multæ tribulationes iustoꝝ. Et: Per multas tribulationes optet nos intrare in regnũ cœlorũ. Sed martyres sancti ex magnis tribulationibus asseruntur venire, dũ ex mundo hoc per passionem martyrij regnũ permittuntur ac iubentur æternæ beatitudinis intro-

A introire. Deniq; iam tangendæ sunt tribulationes iustorum ac electorum in seculo isto nequam. Prima eorum tribulatio est copiosa afflictio ex originali peccato sequuta, qua omnes homines in hoc seclo affliguntur in corpore & anima vtpote fame, siti, infirmitate, dolore, timore, tristitia, solicitudine varijsq; infortunijs aduersitatibus atq; miserijs, propter quod sanctus Iob loquitur: Homo natus de muliere breui viuens tẽpore repletur multis miserijs, qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & numquam in eodem statu permanet. Hæc autem tribulatio quæ est vna in genere multiplexq; in specie, atq; innumerabilis in indiuiduo, cõmunis est cunctis hominibus, bonis & malis reprobis & electis. Propter quod scriptum est: Occupatio magna creata est omnibus hominibus & iugũ graue super omnes filios Adam a die exitus de ventre matris eorum, vsq; in diem sepulturæ in matrem omniũ, cogitationes eorum & timores cordis, zelus, fluctuatio, timor mortis, &c. Veruntamen mala ista pœnalia, deo sic ordinante, magis solent abũdare in electis quam reprobis: Deus nanq; quos amat, arguit & castigat, peccata eorum in vita hac vlciscendo pietate paterna, ne in futuro puniantur æternaliter seueritate superna. Hinc loquitur Augustinus: Intelligat homo medicũ esse deũ, & tribulationẽ medicamentum consistere ad salutem, non pœnam ad damnationem. Et denuo protestatur: Nullus seruus Christi sine tribulatione est, si putas te non habere persequutiões nondũ cœpisti esse Christianus. Secunda & præcipua iustorum ac electorum tribulatio in hoc mundo est, cordialis eorum tristitia de malis culpæ, hoc est de vniuersis peccatis tam suis quam proximorum, de quibus tanto plus dolent quam de corporalibus damnis, pœnis & aduersitatibus, quanto peccata peiora nocentioraq; sunt, quam mala exteriora pœnalia. Et quoniam charitas debet esse ordinata, vtpote incipiens à seipsa, videlicet à proprio subiecto. Hinc primo dolent de suis, consequenter de proximorum peccatis. Deniq; de his peccatis dolent triplici ex radice ac ratione, primo & maxime ex charitate dei inquantum sunt separatiua a deo & offensiua ipsius. Quanto enim quis amplius diligit deum, tanto plus cupit ei vniri ac complacere ipsumq; honorare: & quanto plus agit hoc, tanto magis dolet de his quæ separant a deo, eiq; displicent & eum offendunt, videlicet de peccatis suis ac aliorum. Secũdo, ex spiritali amore sui ac proximorum, inquantum peccata sunt ipsis peccãtibus summe nociua, quoniam priuant eos gratia in præsenti, & gloria in futuro: & vltra hoc ad infernalem eos trahunt calamitatem. Ideo ait Esaias propheta: Hic est omnis fructus vt auferatur iniquitas. Salomon quoq;: Qui peccauerit, inquit, in vno, multa bona perdet. Tertio, ex iusticia, quia sunt contra diuina præcepta, & in seipsis fœda sunt atq; iniusta. Vnde & quidam gentilis asseruit: Quamuis scirem deos mihi ignoscituros, non tamen vellem peccare propter turpitudinem & enormitatẽ peccati. Si hoc dixit gentilis philosophus, quanto magis Christiani tanto debent esse iusticiæ zelo accensi, vt quamuis scirent se dei misericordiam finaliter consequuturos, non tamen vellent peccare propter fœditatem iniustitiamq; peccati. Præterea cum quotidie tot & tanta peccata fiant in mundo, & deus altiss. tam enormiter ac multipliciter & frequentissime offendatur, animæ quoq; tam grauiter spiritaliter vulnerentur, imo quotidie tot animæ æternaliter condemnentur, quis poterit satis contristari in domino, & satis deflere mala quæ fiunt sub sole. Certe non est iam locus in seculo isto vani risus, intimoratæ dissolutionis, iocandi, ludendi, seq; inaniter recreandi. Propter quod loquitur Christus:

Eccl. 40.

Heb. 13
Augustin.

B

Esa. 27.
Eccls. 9.

C Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Itemq;: Væ vobis diuitibus qui habetis consolationem vestram. Vnde Eccles 7. Salomon ait: Cor sapientum vbi tristicia, & cor stultorum vbi lætitia. Et Psalmista fatetur: Quasi lugens & contristatus sic humiliabar. Abijciamus itaq; omnem inanem lætitiam, omnem voluptatem impuram ac bestialem: simusque coram iudice summo omnia intuente timorati semper & custoditi. Tertia iustorum tribulatio in hoc mundo est continuus eorum conflictus contra triplicem aciem, vtpote contra malignorum spirituum turbam, contra vitiorum & passionum vniuersitatem, contra mundũ in maligno positũ & fallacem, hoc est contra sæculares carnalesq; hoies, qui verbo & facto ac debitorum omissione bonorum nituntur iustos ad peccata allicere, quibus semper resistere est vicissim satis difficile. Nam inter peruersos in virtutibus permanere est specialiter multum laudabile: Hinc vita hois super terram dicitur esse militia siue tentatio. Denique maligni spiritus quosdam iustos acerrime ac visibiliter tribulauerunt, imo domino permittente crudeliter vulnerauerunt, & quasi vsq; ad mortem percusserunt eosdem, vt constat de sancto Anthonio & alijs multis. Quarta iustorum potissime beatissimorum martyrum tribulatio fuit laboriosum & pœnale martyrium, quod sponte ac prompto animo tolerauerunt pro CHRISTO. Ipsi equidem martyres gloriosi specialiter conformauerunt se suo SALVATORI pro eis passo, sequentes vestigia eius vsque ad sanguinis effusionem. Vnde & præceptum

Lucæ. 6
Eodem.

Iob. 7.

ceptũ de charitate dei præ cæteris excellentius impleuerunt: quia in tantũ dilexerũt sup oĩa deũ, & etiam amplius q̃ seipsos, q̄ seipsos p deo in mortem exponere nõ dubitauerũt, per q̃d D ostenderũt se esse in fide fortissimos, in spe certissimos, in charitate p̄feruidos, in patiẽtia summos, in fortitudine prorsus inuictos, & cunctis hominibus maxime exemplares: q̃m maius est docere factis quam v̄bis, & plus est pro deo sanguinem q̃ lachrymas fundere. Impleuerũt
Matth.10. martyres sancti quod docuit Chr̄s: Nolite (inquiens) timere eos qui corpus occidunt, animam aũt non p̄nt occidere. Itaq; studeamus sctõs martyres p̄amare, depcari, laudare, & sequi in omni v̄tute p̄fata. Ipsis equidem specialis & maximus honor debetur, & exhibetur in cœlo & in terra, tanq̃ p̄inclytis & inuictiss. ac victoriosiss. dei militib⁹, patronis ecclesię principib⁹, patriæ. Feruorem charitatis eorũ consideremus & asseq̃mur: vt & inimicos in deo & ppter deũ amemus, nullis vincamur iniurijs, constantes maneamus in cũctis euentibus. Ecce martyres isti gloriosi q̃s honoramus, homines fuerunt similes nobis passibiles, p naturã infirmi ac fragiles, & t̃n in dei auxilio tam v̄tuosissimi, tã insupabiles extiterũt, tam atrocissima patientiss. sustinuerũt tormẽta. Erubescamus ergo de impatientijs & defectuositatibus, de acedijs & inordinatis timoribus nostris, qui similes sumus mulieribus & pueris de aliorum pugna loquentibus, sed pugnare non audentibus. Hinc pœniteamus & respiremus in dño, eius auxilium inuocantes continue, vt sanctorum istorũ sic imitemur vestigia, q̄ æterna euadamus supplicia, atq; cum eis gaudia sortiamur cœlestia. Ad laudem altissimi.

¶DE COMMVNI VNIVS MARTYRIS

¶Enarratio lectionis loco Epistolæ: Beatus vir q in sapientia morabit. Eccl. 14.15

NOn incongrue hæc lectio martyri applicatur, q idcirco merito beatus dicitur, q̃d hac sapientia à deo fuerit illuminatus, vt p æternis transitoria, pro sp̄ualibus corporalia dedit. Dicit ergo. [Beatus vir q in sapientia morabitur] .i. actui sapiẽtiæ E s. contemplationi stabiliter immorat̃. Talis qppe est nũc beatus in spe & inchoatione ac merito, seu dispõne propinqua: cum cõtemplatio sit futuræ beatitudinis inchoatio
Iohan.17 scd̃m illud. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solũ verum deũ. Et quia in hac vita nõ solũ est immorandũ contemplationi testimoniorũ seu credendorum, sed etiã exequutionibus p̄ceptorum, subiungitur [& q in iustitia meditabitur] .i. diligent̃ considerat dei p̄cepta, & qualiter impleat ea, iuxta illud in Psal. Memores sunt mandatorũ ipsius ad faciendũ ea. Vñ di-
Psal.102 ctum est in Eccl'iastico: Quæ p̄cepit tibi deus, illa cogita sp [& in sensu cogitabit circũspectio
Eccle.3. nem dei] .i. intellectual'r pensat q̃liter in om̃ibus circunspecte se habeat, & discretionem deo
Mich.6. Ezech.1 Aggei.1 placentem obseruet, vt sit animal añ & retro, ac vndiq; oculatum, iuxta illud Aggei: Ponite
Rom.12 corda vr̃a sup vias vr̃as, & sic sit rationabile obsequm suũ: Vel, circunspectionẽ dei .i. rite per-
Hiere.32 pendit q̃liter deus circunspiciat atq; pspiciat & iudicet vniuersa, iuxta illud Hiere. Cui⁹ ocu-
Psalm.24. li apti sunt sup oẽs filios Adam, vt reddas vnicuiq; scd̃m vias suas: sicq; in p̄ntia iudicis summi timorate, reuerenter ac pure in om̃ibus conuersatur, dicens cum viro sancto: Oculi mei
Iohan.6 semp ad dñm. [Cibabit] deus seu sapientia increata [illam] .i. animam hominis talis [pane F
Mat.6.4 vitæ] id est, actu v̄tuoso seu v̄bo scripturæ, imo ipsomet Christo, q ait: Ego sum panis vitæ, q docuit nos orare: panem nostrum supsubst̃atialem da nobis hodie. De huiuscemodi pane
Deut.8 allegauit dñs tentatori illud Deuteronomij: Non in solo pane viuit hõ, sed in om̃i verbo q̃d egreditur de ore dei [& intellectus] .i. illuminatione interna q̃ reficit intellectũ vtpote intel-
i.Iohan.2 ligentia scripturarum, ita q̄ vnctio docebit eũ de om̃ibus [& aqua sapiẽtiæ salutaris] .i. dulcedine fructu & merito cõtemplationis, q̃ est doni sapientiæ actus [potabit] .i. recreabit, lętificabit, inebriabitq; eũ, iuxta illud in Canticis: Comedite amici & bibite, & inebriamini cha
Cant.5 riss. ¶Insup aqua sapientiæ salutaris, est abũdantia diuinæ illuminationis, gr̃a spiritalis, ros supni charismatis, imber internæ fœcundationis, sermo diuinus. Vñ loquitur Chr̄s: Qui bi-
Iohan.14 berit ex aqua quam ego dabo, nõ sitiet inæternum, sed aqua quam ego dabo, fiet in eo fons
Apoc.22 aquæ salientis in vitam æternam. In Apocalypsi quoq;: Qui sitit veniat, & qui vult bibat
Esaiæ,55 aquam vitæ gratis. Et Esaias: Omnes sitientes, venite ad aq̃s [& firmabitur in illo] .i. hõ talis p hos sapientiæ effectus & refectiones stabilietur in deo, quemadmodũ scriptũ est: Sapi
Eccls.7 entia cõfortauit sapientẽ. In Prouerb. q̃q;: Vir sapiens fortis est, & vir doctus robustus & va
Prou.24
Sapien.7 lidus. Sapiens em̃ passionibus dñatur. Et sicut in libro Sapientię legitur: Sapientia vincit malitiam. Vel vt alij legunt. Sapientiam non vincit malitia, q̃d totum de sapientia q̃ est donum
Prou.14 intelligendum est [& non flectetur] .i. sapiens a via iusticiæ nõ recedet, iuxta illud Prouerb. Sapiens declinat à malo. Hoc t̃n non est sic accipiendũ, quasi vir h̃ns donum sapientiæ non possit peccare mortaliter & perire, sed q̃a non cadit de facili, p̄sertim si sit in dono isto perfe-
ctus,

A ctus, secundũ q̃d dicit Ecclesiasticus: Homo sensatus in sapientia manet vt sol[& continebit illum]. i. deus eum gratiose conseruabit [& non confundetur]. i. aduersariorũ suorũ irrisionibus non patebit, nec spei suæ effectu frustabitur [& exaltabit illum apud proximos suos]. i. p gratiarũ charismata faciet eum inter homines nunc sublimem, deinde inter beatos in patria, q sunt proximi nr̃i p cõmunionem naturæ ac p̃destinatione, vnde & noĩe proximi designantur cũ dicitur: Diliges proximum tuum sicut teipsum, qui etiam nominantur proximi dei: qa per dona gloriæ sunt ei propinqui, & gloriosi eius, inseparabilesq; amici. [In medio ecclesiæ aperiet os eius]. i. aliorum prælatum seu prædicatorem & doctorem cõstituet eum interius, ita q ex diuino loquetur instinctu, quẽadmodum Paulus pro se orari petiit dicens Vt detur mihi sermo in apertione oris mei[& implebit eum spiritu sapientiæ & intellectus]. i. spiritu sancto, qui est spiritus veritatis ab increata sapientia procedens, ac totius creatæ sapientiæ magister & dator, de quo scriptum est. Inuocaui, & venit in me spiritus sapientię. Et rursus: Est enim in illa, scilicet in increata sapientia, spiritus intelligentię sanctus. De quo & loquitur Christus: Cum venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnẽ veritatem: vel, spiritu. i. dono & gratia sapientiæ, ad cõtemplandum diuina eum degustatione interna, dono quoq; intellectus ad penetrandũ ea quæ fidei sunt, intelligendo rationes credendorum, & pulcherrimã connexionẽ eorũ, atq; ad instruendũ populum de eisdem[& stola gloriæ]. i. sacerdotali & pontificali amictu, seu veste beatę immortalitatis, vtpote stola glorificationis corporis & animæ[induet eum. Iucunditatem & exultationem]. i. spiritalem læticiam mentis, & redũdãtiã eius in corpus [thesaurizabit sup eũ]. i. copiose atq; stabiliter dabit in corde ipsius, quia nõ solũ in futuro eum plenarie glorificabit, sed etiã in p̃senti consolabitur & exhilarabit eũ multiplicit̃ ac frequẽter ex intuitu & amore suiipsius, & spe fœlicitatis futurę, ex consideratione quoq; spiritalis p̃fectus ecclesiæ. i. fideliũ qui instruuntur, conuertũtur & saluantur p ipsum, de quorũ p̃fectu & salute vehementissime gloriatur in dño, ita & pp hæc dicere põt illud in Psalmo: Cor meũ & caro mea, exultauerunt in d̃ũ viuũ. Item illud Sapientis: Intrans in domũ meam, conquiescã cum illa. Non enim habet amaritudinem conuersatio illius, sed læticiã & gaudium. Itemq; : Maiorẽ horũ gratiã non habeo, q̃ vt audiã filios meos in veritate ambulãtes. Vnde & Paulus suis scripsit discipulis: Vos estis corona nostra & gaudium[& noĩe æterno hæreditabit illũ dñs deus noster]. i. tam in militanti q̃ in triumphanti ecclesia faciet eum famosum, secundum q̃d dicitur: Non recedet memoria eius, siquidem memoria iusti cum laudibus. Et in memoria æterna erit iustus. Sap. 7.

¶ Enarratio Euangelij: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum. Lucæ. 9.

POst q̃ de sua passione loquutus est dñs, etiã sui imitationẽ docet in hoc Euangelio dicẽs. [Si quis vult post me venire]. i. me spiritualiter sequi, meæ cõuersationi conformari, ad patriã fœlicitatis p̃tingere: vt vbi ego sum & ipse sit mecum[abneget semetipsum]hoc est p̃priam voluntatem relinquat, pristina vitia deserat, vitã suã pro deo & veritate morti exponat. Propria aũt voluntas hoĩs appellatur q̃ deo & sacræ scripturæ p̃ceptis ac documẽtis cõtrariatur, p q̃ quis propria cõmoda q̃rit, & ad seipsum ĩordinate reflectitur, atq; q̃ deo displicent obtinere molitur. Hinc ait Basilius: Abnegatio suiipsius est totalis p̃teritorum obliuio, & recessus a p̃prijs voluntatibus[& tollat crucem suam]. i. cruciformem seu pœnitentialem conuersationem æquanimiter portet, ducat, sustineat, & omnem tribulationem, tentationẽ seu persequutionem & aduersitatem sibi occurrentem viriliter ferat, corpus suum castiget, domet, & rationi, seruitutiq; dei subijciat, sicut ait Apostolus: Qui sunt Christi, carnem suã crucifixerunt cũ vitijs & concupiscentijs. Ad quod etiam ad Romanos nos exhortans: Obsecro(inq̃t) vt exhibeatis corpora vr̃a hostiam viuẽtẽ, sanctã, deo placentẽ, rationabile obsequiũ vr̃m. ¶ Porro scd'm Gregoriũ, duobus modis crux tollitur. Primo, corpus (vt dictũ est) p abstinentiam affligendo. Scd'o, animum p cõpassionem circa alios afficiendo, sicut ait Apostolus. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Et iterũ: Flete cum flentibus. Hæc aũt agenda sunt non vno die duntaxat, sed p̃seueranter vsq; in finem. Propter q̃d subdit[quotidie] Vnde & Zacharias loquut⁹ est: Seruiamus illi in sanctitate & iusticia corã ipso, oĩbus diebus nr̃is[& sequatur me]. i. p p̃dicta mihi adhæreat, obsequatur, & p semitas vitę, p virtutũ itinera mea sectetur vestigia. Deniq; iuxta p̃inductã expositionẽ, necessariũ est ad salutẽ cunctis fidelibus abnegare seipsum, & tollere crucẽ suam q̃tidie, vt s. q̃tum ad ea q̃ diuinis repugnant p̃ceptis, & cęteris q̃ ad salutẽ exiguntur, abnegemus nosipsos, nostramq; crucẽ tollamus q̃tidie eundo p arctã viã q̃ ducit ad vitã. Alio modo hæc exponuntur, p̃ut ad cõsilia, superogationisq; opa p̃tinent, ac religiosos cõcernunt, vt sit sensus. Qui vult post me venire. i. ad p̃fectionẽ tendere atq; p̃tingere, sicut ego in omnibus totius p̃fectionis formã me p̃bui, abneget semetip̃m. i. p̃priã voluntatem omnino relin

Marginalia: I. Ioh. 14. — Basilius. — Greg. — Luc. 1.

q̃t, illam deo per votum obedientię offerendo, vicario dei, tanq̃ deo in oĩbus q̃ professionem respiciunt obediẽdo, vt faciunt religiosi, claustralesq;, quibus diligentissime est pensandum, q̃d de huiusmodi voti fide ac celeri persolutione dicat scriptura. Scriptũ est equidẽ in Deut. Deut. 23 Quod semel egressum est de labijs tuis, obseruabis, & facies sicut promisisti dño deo tuo. In Eccls. 5 Ecclesiaste etiam p̃cipitur: Si quid vouisti deo, ne moreris reddere. Displicet enim deo stulta & infidelis promissio: imo secundum doctores, promissio illa obligat magis q̃ iuramentum, vt iam inueniatur periuro deterior claustralis, qui professionem suam implere non satagit. Gregor. Veruntñ ad primam hoꝝ verboꝝ expositionem spectat q̃d dicit Greg. circa hęc verba, quia nisi quis a seipso deficiat, ad eum qui super ipsum est, non appropinquat, nec valet apprehendere q̃d super se est, si nescierit mactare quod est. ¶ Consulit autem Chr̃s triplicem abnegationem, in q̃ fundatur professio seu promissio trium ṽtutum, q̃ de cuiuslibet religionis essentia esse dicuntur. Lucæ. 14 Prima est abnegatio reꝝ exterioꝝ, de q̃ dr̃. Qui non renunciauerit oĩbus q̃ possidet, non potest meus esse discipulus. In hac fundatur paupertas. Secunda est abnegatio eoꝝ q̃ sunt partim intra nos, & partim extra nos, vt sunt vxor, soboles, & cognati, de q̃ abnegatione dicit Saluator. Eodem. Si quis venit ad me, & non odit p̃rem suum & matrem & vxorem non potest meus esse discipulus. In q̃ fundatur continẽtia. Tertia est abnegatio suijpsius, de q̃ hic, in q̃ fundatur obediẽtia, & tollat crucẽ suã q̃tidie. i. obseruantias regulares, arctas, & arduas, seu statuta monastica rite obseruet, q̃d est vere Chr̃o configi, eiusq; passionibus cõmunicare & cõpati: q̃d & p̃cipue meritoriũ est, cõsolationis gr̃æ ĩ p̃senti, glorificationisq; patrię Gala. 2. in futuro, scd'm illud Apostoli. Sicut abũdant passiones Chr̃i in nobis, ita p Christũ abũdat cõsolatio nr̃a. Et iteꝝ: Fidelis sermo, si cõmortui sumus, si sustinemus & cõregnabimus. Itaque q internã consolationẽ iã cupit gustare, & demũ æternã beatitudinẽ possidere, q Chr̃o vult cõformari in gloria, mõ nõ aspernetur pati conuitia, aspera & aduersa, imo glorietur i talibus. Sic nos hortatur b. Petrus: Cõmunicantes Christi passionibus gaudete, vt in reuelatione gloriæ eius gaudeatis. Et Paulus: Semp mortificationẽ Iesu in corpe nr̃o circũferẽtes, vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali [& seq̃tur me] q descendi de cœlo, nõ vt Iohann. 5 facerẽ voluntatẽ meã, sed eius qui misit me. Hæc itaq; obseruare est religiosoꝝ, q seipsos totaliter deo velut in holocaustũ in sua p̃fessione obtulerunt, nil sibi de seipsis p̃priũ reseruantes, q si q̃d vouerunt, ĩpleuerint digne, optimi sunt: si aũt implere neglexerint, pessimi comprobantur. Q̃d aũt negati[o] ista & p̃priæ crucis portatio q̃tidiana, sint assumendæ, consequent Christus oñdit [Qui eñ voluerit animã suã saluã facere, p̃det illã] Verbũ hoc p se sumptũ, dupliciť põt ĩtelligi, sed qa mox subdiť [Nã q p̃diderit animã suã pp me, saluã faciet illã] Sensus literalis ẽ iste: Qui voluerit animã suã saluã facere. i. in p̃nti voluerit eã in p̃prijs volũtatib⁹, desiderijsq; nutrire & conseruare, seu carnalẽ salutẽ sortiri, vel a mortis t̃palis eripe pœnis, fugiendo martyriũ, p̃det eã. i. dãnationi æternę obnoxiã faciet, p̃ditamq; in futuro cõperiet, ita ꝙ mortẽ t̃palem p iusticia fugiens, mortẽ incurret ęternã, & carnalẽ prosperitatẽ amplectens, verã amittet salutẽ. Hinc cõmuniť dr̃, ꝙ ĩpossibile sit nunc cũ mũdo gaudere, & postea cũ Chr̃o regnare. Econtrario aũt subiungitur: Nãq p̃diderit animã suã. i. in p̃senti voluntates et concupiscentias eius mortificauerit instar Pauli, q dixit: Viuo aũt iã non ego, viuit ṽo ĩ me Chr̃s, seu pœnis mortis exposuerit eã, ita vt vita p̃senti ac sensitiua priuetur [pp me]. i. amore mei. & finaliť pp me, vt me summæ fœlicitatis obiectũ ĩ ęternũ possideat [saluã faciet illam]. i. ad veram p̃ducet salutem, & p mortem seu mortificationem t̃palem p̃tinget ad vitam gloriæ ęternalem. Huic simile est q̃d in Ioanne loquitur Christus: Qui amat animã suã, p̃det eã: & qui odit animam suam in hoc mũdo, in vitam æternam custodit illam. Porro q̃d dictum est: Qui eñ voluerit animam suam saluam facere, p̃det illam, per se acceptum põt & ita expon[itur]. Qui voluerit eam in futuro ṽe facere saluam siue beatam, perdet eam. i. in sęculo isto afflictionibus seu pœnis mortis exponet. Per tribulationes eñ peruenitur ad requiẽ, iuxta illud Psal. Psalm. 65 Transiuimus per ignẽ & aq̃, & eduxisti nos in refrigeriũ. Itemq;: Quantas oñ Psal. 71 disti mihi tribulationes multas & malas, & conuersus viuificasti me. Vñ Iudith ait: Oẽs qui placuerunt deo, per multas tribulationes transierunt fideles. Illi aũt q tẽtationes nõ susceperunt, in timore dñi & in patientia sua exterminati sunt. ¶ Insup ꝙ sic tẽporaliter perdẽda est anima, vt in æternũ saluetur, Chr̃s subiungit [Quid eñ proficit hõ, si lucretur vniuersum mundũ]. i. totius huius mũdi delicias, diuitias, & honores acquirat, & tẽporalia cũcta possideat [seip̃m aũt perdat]. i. dãnationẽ æternã mereať atq; incurrat [& detrimentũ sui faciat] . i. bonis gr̃æ priuetur ĩ sęculo isto, & donis glorię in futuro, sicq; seip̃m spiritaliter q̃si nihilũ faciat & inane, sp̃ũaliũ detrimẽtũ seu carentiã incidẽdo, q. d. Talis nõ p̃ficit, sed ineffabiliter deficit: & q̃to videtur felicior p̃ntia obtinẽdo, tãto existat miserior, vilior, & paupior sp̃ũalibus bonis carẽdo, æterna q̃q; supplicia p̃merẽdo. Vñ q̃to anima corpe cõsistit p̃stantior, tan

A to plus eligenda ac obtinenda sunt bona ipsius, videlicet virtutes ac dona spūs sancti, fœlicitasq; æterna, sed & oīs delectatio vana vitæ p̄sentis, cū indicibili aspernatiōe vitāda est amore cœlestiū gaudiorū. Deniq; ista authoritas applicari solet cōtra quosdā, q zelū animarū habere videntur, sed nō secundū verā discretionē, q circa aliorū conuersationē seu pfectū in tm̄ se occupāt, vt negligant semetipsos, q cōtra charitatis ordinē agūt: qa tenetur hō post deū p̄cipue amare seipsum, & ppriæ puidere saluti, atq; in primis implere q̄d ab ipso exigit deus. Vn̄ & charitas dr̄ incipere a seipso. ¶ Deinceps Chr̄s p cōminationem pœnæ inducit ad obseruantiā prædictorū. [Nā q me erubuerit, & meos sermones]. i. ex pudore mūdano & vitio so omiserit cōfiteri me, & dogmata mea verecundans publice cōfiteri corā aduersarijs fidei atq; iusticiæ, se in hoīem crucifixū credere, in illo sperare, eūq; adorare verecūdans, etiā cōfiteri ea q̄ Chr̄ianæ sunt fidei vt q deus est vnus & trinus, q vnigenitus dei est incarnatus ac crucifixus, q Chr̄s in vnitate psonæ est deus & hō, q futura sit resurrectio mortuorū, q̄ inter dū confiteri fuit se irrisioni innumerabiliū incredulorū atq; crudeliū tyrannorū exponere, [hunc fili⁹ hoīs erubescet]. i. p modū erubescentis se circa illū habebit, eum abijciendo, quasi verecundaretur de ipso, sicut p̄rfamilias seruum impium noīare dedignatur, & ad se pertinere verecundatur asserere [cum venerit in maiestate sua]. i. in magna & summa sua potestate, v̄tute & gloria [& p̄ris]. i. in præfata maiestate diuina, q̄ sibi & p̄ri, haud dubium qn & adorando spiritui sancto vna est communis [& angelorū]. i. cum potenti & maximo angelorū exercitu, q̄d erit in die iudicij, qn̄ Chr̄s in maiestate & gloria oīm beatorū vallatus agminibus descendet ad iudicandum viuos & mortuos. Tunc nēpe rpbos dijudicabit, repellet, damnabit. Vel, q̄d ait, in maiestate sua, pōt ad glorificatam suam humanitatē, eiusq; creatā referri potentiam, omni alij creatæ potestati prælatam. Non em̄ in secundo aduentu venturus est in humilitate, passibilitate & infirmitate sicut in primo aduentu, dum venit vt iudicaretur, sed in humanitate glo̊ficata, impassibili, præpotenti, vt iudicet. Sic itaq; veniet in maiestate sua creata, humana, & p̄ris. i. etiam in maiestate diuina sibi ac patri communi: & tūc deus & homo ab oībus esse scietur, non tamen eius diuinitas a rpbis per speciem cognoscetur, & angelorū: qa hæc maiestas illorū asseritur, inq̄tum ei deseruiunt. Pōt quoq; ita intelligi, cum venerit in maiestate sua. i. cū post suam passionem, resurrectionem & ascensionem apparuerit atq; resederit in regno suo cœlesti ac glorioso, q̄d etiam est regnū patris vt principis, & angelorū vt ciuiū ac seruorū. Extunc em̄ Christus in natura humana pfecte glorificata cœpit particulare exercere iudicium. Insuper exponi pōt hoc mō, cum venerit. i. esse innotuerit, in maiestate sua. i. in vera deitate ac maiestate diuina, tanq̄ deus verus, æternus, immensus. Chr̄s quippe vsq; ad spiritussancti missionem & publicam Apostolorū p̄dicatiōem non cognoscebatur esse verus deus a viatoribus, nisi paucissimis, sed misso spiritu sancto p Apostolorū p̄dicationem cœpit hoc innotescere multis. Est autem consuetudo scripturæ, vt aliquid tunc fieri, esse seu venire dicatur dum manifestatur. ¶ Circa hæc q̄ritur, vtrum & qn̄ ac q̄liter confessio fidei necessaria sit ad salutem? Ad hoc Thomas in secunda secundæ rn̄det, cum fidem confiteri sit quid affirmatiuum, non cadit nisi sub p̄cepto affirmatiuo. Præcepta autem affirmatiua obligant semp, sed non ad semp: immo obligant solum pro loco & tēpore, atq; secundum alias circunstantias ad v̄tutum opera requisitas. Hinc fidem confiteri tunc solum est de necessitate salutis, qn̄ p huius actus omissionem honor deo debitus ei subtraheretur, aut proximorū vtilitas. Si autem fides videretur piclitari, tunc quilibet tenetur fidem publice confiteri, si v̄o ex confessione fidei oriatur maior seditio, aut infidelium irrisio, & nulla proximorū vtilitas, tunc non esset laudabile fidem confiteri, ne canibus sctm̄ detur. Mat. 7
Sed qm̄ ardua sunt q̄ Christus de sui imitatione cruciformi, & toleratione martyrij, abnegationeq; sui p̄monuit seu p̄cepit, cōsequenter promissione q̄dam solatij & remuneratione in vita p̄senti ad illa īducit. [Dico autem vobis vere: Sunt aliqui hic stantes] & meum sermonē hunc audientes [qui non gustabunt] hoc est, non experientur aut sentiēt [mortem] naturalē & corporalem, q̄ a sanctis fertur gustari: quia tam cito eis pertransit, & q̄si vitæ æternę īgressum eam suscipiunt [donec videant regnum dei]. i. militantem ecclesiam in sæculo isto īclyte exaltatam innumerabiliter, q̄tum ad supposita credentia multiplicatam, & per q̄tuor plagas terræ diffusam, q̄d non solum an̄ b. Ioannis Euang. mortem constat impletum, sed & an̄ Petri & Pauli occisionem, q̄d alibi satis monstraui, & ipemet Paulus ad Col. testatur: Euangelium peruenit ad vos, sicut & ī vniuerso mundo est. Et rursus: Euangelium p̄dicatum est in vniuersa creatura q̄ sub cœlo est. Sic exponit Greg. Ambro. vero & Theophilus sic exponunt, donec videant regnum dei. i. gloriam in qua iusti erunt. Hoc autem dixit de sua transfiguratione q̄ forma erat gloriæ futuræ in regno cœlesti. Sunt aliqui hic stantes, videlicet Petrus, Iacob⁹, & Ioannes, qui non attingent mortem donec tempore transfigurationis meæ

Margin: Rom. 10; B; C; Col. 1. Gal. 2. gregori. Ambr. Mat. 17

videant in qua gloria erunt qui me confitentur. Glorificatio etenim illa corporis Christi similitudo & signum fuit gloriæ quam in regno cœlesti habitura sunt corpora electorum. Itaque ex perceptione præsentium munerum certa effecta est expectatio futurorum.

¶ Sermo primus. De puro & speciali amore qua deum diligere nos decet, nosq; odire.

QVI odit animam suam in hoc mũdo, in vitam æternam custodit eam. Ioan. 12. Quemadmodum qdam est amor virtuosus, & qdam vitiosus, sic q̃ddam est odiũ vitiosum & q̃ddam ꝟtuosum. Est enim amor spiritualis diuinus infusus, q charitas appellatur, q̃ deũ pure ac principaliter pp immensam ipsius bonitatem diligimus, & nosipsos ac proximos in deo & pp deum. Hic amor est summa ꝟtus, forma virtutum, vitaq; animæ, sine quo nihil est
1.Cor.13 deo acceptum & meritorium, dicente Apostolo. Si linguis angelorum loquar & hoĩm, charitatẽ aũt non habeam, factus sum velut ęs sonans aut cymbalum tinniens. Huic sancto amori opponitur odium vitiosum, q̃d est pctm̃ grauissimum, præsertim odium dei. Et sicut diligere est alicui bonum velle, sic odium istud est alicui velle malum simpliciter, vt velle eũ non esse, aut virtuosum seu fœlicem non fieri: sic multi odiũt semetipsos, omnes videlicet q amãt iniquitatem, qui cupiunt luxuriari, immoderãter ditari, temporaliter prosperari, in delicijs viuere, aduersarios suos opprimere. Hi etenim id cupiunt sibi quod maxime nocet eis, & q̃d
Psalm.10. eorum aduersatur saluti, propter quod ait Psalmista: Qui diligit iniquitatem odit animam
2.Tim.3. suam. Porro alius est amor carnalis inordinatus sæcularis, quo homo se amat, aut alios sensuali affectu, propter carnalia oblectamenta vel commoda, de quo ad Timotheum scribit Apostolus: In nouissimis temporibus instabũt tempora periculosa, & erunt homines amantes seipsos. i. sibi ipsis superflue appetentes voluptates carnales, vana solatia, transitoria bo-
Ioh.12. na, caducos honores, famam & laudem humanam, de quo item amore ait Christus: Qui amat animam suam, perdet eam, quia qui taliter amat eam, æternæ damnationi eã exponit. Huic vitioso amori opponitur odium bonum, quo nobis ipsis ac proximis volumꝰ & optamus corporis castigationem, propriorum desideriorum mortificatiõem, vilipensionem, &
Psal.138. oĩa q̃ contrariantur his quæ carnalis appetit amor. De q̃ odio ait propheta: Perfecto odio
Luc.14. oderam illos, inimici facti sunt mihi. De quo & protestatur Saluator: Si quis venit ad me & non odit patrem suum & matrem, & fratres & sorores, & vxorem, & filios, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus, quo circa scribit Greg. Tũc animam nostrã bene odimus, cum eius carnalibus desiderijs non acquiescimus, cum eius appetitum frangimus, cum eius voluptatibus reluctamur. Deniq; de hoc odio intelligendum est thema propositum, quo ait Saluator: qui odit animam suam in hoc mundo, &c. hoc sanctus hic martyr præclare impleuit, qm̃ animam suam. i. seipsum in tantum odiuit hoc odio bono, ꝙ vniuersa q̃ corpori extant suauia, q̃ vane carnaliterq; oblectant, q̃ mundus reputat magna, cõtempsit, & sibimetipsi negauit atq; subtraxit. Abstinentias vero, vigilias, disciplinas & pœnitentiæ opera est amplexus, & insuper corporalem vitam suam exposuit morti, nec crudelissima tormenta, irrisiones, cõtumelias, diiudicationes abhorruit pati pro deo, pro fidei veritate, pro defensione iustitiæ, atq; per hoc custodiuit animam suam in vitam æternam. i. a vitijs præseruauit, ita ꝙ æternam beatitudinem meruit adipisci. Etenim amor dei crescens vsq; ad contemptum sui efficit hominem ciuem regni cœlestis, hæredem creatoris, ministrũ
August. & membrum ac filium Saluatoris. Quemadmodum amor sui crescens vsq; ad contemptũ dei constituit hominem ciuem Babylonis, ac filium pditionis. Præterea martyr iste beatus a multis commendatur, primo a fidei suę firmitate, qua Chrm̃ coram tyranno ac impijs imperterrite est confessus, ad quod eum induxit duplex eloquium saluatoris, primum est pro-
Mat.10 missio eius, qua in Euangelio ait. Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo qui est in cœlis. Aliud comminatio est eiusdem dicentis: Qui me erubuerit coram hominibus, hũc filius hominis erubescet cum venerit in regnum suũ & patris & sanctorum angelorum. Hæc sunt duo generalia incitamenta ad omnia bona ãgẽda, & ad mala vitanda, promissio præmij & comminatio supplicij, amor boni & timor mali, desiderium fœlicitatis æternæ, & abominatio infernalis miseriæ. Veruntamen purissimus amor dei & zelus sui honoris, æmulatioq; iustitiæ, multo plus & excellentius prouocauerũt hunc martyrem ad cõfitendum Christum coram aduersarijs eius, quam spes mercedis, aut timor damnatiõis. Itaq; quoniam sanctus hic martyr dominum Iesum coram hominibus est confessus, videlicet coram tyrannis ac perfidis qui Iesum Nazarenum spreuerũt, blasphemauerunt, & seductorem ac magum, atq; p suis sceleribus crucifixum esse dixerunt, coram q̃bus martyr hic gloriosus publice fatebatur, & cõstantissime p̃dicauit ꝙ Christus sit vnigenitus filius dei, verus deus, & vita æterna, saluator mundi, pro hominum salute spontanee passus. Iccirco dñs Chrs hunc martyrem suũ coram deo patre confessus est: quoniam statim dum

dum anima eius a corpore suo egressa est, angeli sancti eam assumentes, Christoq; præsentantes, optime venti sunt, & oīm Iudex Christus deo patri testatus est, quanta anima martyris huius sanctissimi ꝑ ipso in corpore fecit ac pertulit, sicq; eū honorauit secūdū ꝙ ipsum honorando meruit honorari. Secundo cōmendatur gloriosus hic martyr a suæ sanctæ dilectionis perfectione atq; ardore. Vt enim asserit August. Venenum charitatis est cupiditas. i. amor priuatus seu amor suiipsius inordinatus. Profectus vero charitatis est minoratio cupiditatis, charitatis autem perfectio est cupiditatis seu priuati amoris mœra expulsio. Itaq; martyr iste sanctissimus, priuatum in se amorem omnino euulsit & extirpauit, seipsum nullatenus diligens nisi in deo, propter deum, & secundum deum: qm̄ omnem inordinatum ad creata affectum abiecit, & tota eius intentio atq; affectio fuerunt in deum erectæ & fixæ. Icirco perfectus, valdeq; feruidus in dei fuit amore, ex toto corde suo, ex tota mente, & tota fortitudine super omnia diligens eum. Talis est amor ad deum omnium perfectorum. Vñ loquitur August. Minus te dñe amat, qui aliquid tecum amat, quod nō propter te amat. Et iterum: Constans inquit & perfectus deberet existere amor noster, vt si necesse fuerit, amore illius moriamur, qui amore nostro placide ac benigne mori dignatus est. O fœlix consciētia eius, in cuius corde prҿter amorem dei, qui est sapientia, charitas, iusticia & puritas, alius nullus versatur amor, nec ad hominis recordatiōem suspirat, nec quenq̄ videre nisi propter deum desiderat: Itaq; in hoc sancto amore, martyrem hunc beatum imitari conemur, omnē carnalem & vitiosum abijciēdo amorem, nec in terrenis & sensibilibus rebus inordinatam habendo delectationem. Nempe vt ait Greg. Tanto quisq; a superno amore disiungitur, q̄to inferius delectatur. Tertio commendatur gloriosus hic martyr ab excellentia patientiæ suæ, qua non solum verba iniuriosa, sed etiam verbera grauia ac pœnosa æquanimiter absque tristitia pertulit. Quemadmodum enim mansuetudo est virtus moralis, impetū iræ refrenans, & illatam iniuriam cum tranquillitate absq; appetitu vindictæ perpeti faciens: sic patientia est virtus moralis, inordinatam tristitiam reprimēs, & in aduersis imperturbatū animum p̄stans. Deniq; patiētia ꝟtus est valde magna, & omni Christiano prænecessaria, præsertim cum dicat Saluator. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Primo, qm̄ patientia est omnium aliaꝝ probatrix virtutū. Non enim melius nec certius explorari pōt ac percipi, an quis vere sit virtuosus, q̄ per hoc an vere sit patiens. Superbi enim & ficte deuoti, ac simulatorie virtuosi, qui a seipsos in se amant, contemptum atq; iniurias æquanimiter ferre non valent, sed sicut mala olla in igne posita, crepit & exilit, sic ipsi in aduersitatibus & tribulationibus constituti, prauitatem suam effundūt, imperfectionem suam demōstrant, atq; per iram & impatientiam statim exiliunt. Hinc in Ecclesiastico scriptum est: Vasa figuli probat fornax, & hoīes iustos tentatio tribulationis. Hinc asserit August. Perfacile est vestem contemptam habere, capite inclinato incedere, velum super oculos demittere, sed vere virtuosum & humilem, patientia ostendit iniuriæ. Secundo, quoniam præsens vita aduersitatibus & tribulationibus plena est, in quocunque statu & gradu sit homo, ideo nisi patientiam habeamus, quasi semper erimus, turbulenti & perturbati. Hinc ad Hebræos dicit Apostolus: Patientia vobis necessaria est, vt voluntatem dei faciatis. Tertio, quoniam impatientia maxime ac multipliciter homini nocet, & diuersa parit peccata. Impatientia namq; seu tristitia, quam patientia moderatur ac reprimit, est passio tam corpori quam animҿ maxime nocens. Propter quod in Prouerbijs legitur: Spiritus tristis exiccat ossa. Et denuo Salomon loquitur: Sicut tinea vestimento, ita tristitia nocet cordi. In Ecclesiastico quoq; scribitur: Tristitiam longe expelle a te, multos enim occidit tristitia, & non est vtilitas in ea, quæ omnia intelligenda sunt de inordinata tristitia, qua homo tristatur propter temporalia dāna, aut terrena incommoda, siue aduersa, q̄ omnia propter deum æquanimiter sunt ferēda. Impatientia quoq; valde excæcat mentem, & inhonestos foris gestus demonstrat. Propter quod Salomon contestatur: Qui impatiens est, operatur stultitiam, qui autem patiens est, multa gubernatur prudentia. Insuper sanctus hic martyr non solum verba & verbera sibi propter Christum iniuste illata, patientissime pertulit, sed aduersarios quoq; suos & occisores ex corde dilexit, & orauit pro eis: sicut & Christ⁹ in cruce pendēs pro crucifixoribus suis exorans: Pater, inquit, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Vnde Gregorius ait: Patiētia vera est quæ & ipsum amat quem tolerat. Nam tolerare aduersarios & odire, non est virtus mansuetudinis, sed velamentum furoris. Vera autem patiētia est aliena mala æquanimiter perpeti, & contra eum qui aduersa irrogat nullo dolore morderi. Quarto, laudatur hic martyr beatus a fortitudine & constantia animi sui in ipsis periculis & supplicijs mortis, in quibus mansit intrepidus. Verum ne sermo iste nimium extendatur, de hoc martyris huius præconio, & cæteris eius laudibus ꝟtutibus & excellentijs in sequentibus dicet sermonibus: sed

August. Gregor. Eccl. 27 August. Heb. 10 Prou. 17 Prou. 14 Greg.

B C

nos in pfactis virtutibus ipsum condigne seq conemur, & oēs hoīes q̄tumlibet improbos & D
molestos, in deo & ,ppter deum synceriter diligamus: eo ꝙ ad dei imaginem sint creati, &
Mat. 5 Christi sanguine liberati, beatitudinisq; capaces, & nostræ naturæ consortes, & qm̄ deus pͣ
cepit hoc, nec aliter deo placere possumus nec saluari. Frangat ergo vnusqsq; seipsum, & mē
tem suam pceptis subijciat creatoris, pensetq; q̄ enormiter ac frequenter ipsemet offende
rit deum, & tamen deus diu sustinuit eum, & multa bona pro malis retribuit. Postremo, si
Gregor. cut ait Gregorius: Si mens forti intentiōe in deum dirigitur, quicquid in vita ista amarum
sibi occurrit, dulce æstimat, & quicquid affligit, requiem putat. Iccirco si quis cor suum ad pͣ
prium eleuet creatorem, & causam animæ suæ quam habet cum ipso bene aduertat, quali
ter scilicet ab ipso sit iudicādus, & quanta filius dei pro hominibus, imo pro inimicis & pec
catoribus sit perpessus, faciliter patientiam discet, aduersariosq; amabit.

¶ Sermo secundus. Quanta fidelitate animiq; constantia, ad mortem vsq; pro dei gloria præliari debeamus.

ESTO fidelis vsq; ad mortē, & dabo tibi coronā vitæ. Apo. 2. Ista sunt verba Christi ad quemlibet Christianum in cursu præsentis sæculi positum. Specialiter vero hæc verba sunt exhortatio ad martyrem vnumquemq; in certamine fidei cōstitutum. Itaq; in his ver bis duo tanguntur. Primum est dei pceptum ad perseuerantem fidelitatem. Secundum est pollicitatio præmij pro adimpletione huius pcepti. Porro q̄d ait: Esto fidelis, quamuis intel ligi possit de fidelitate seu fide quæ est theologica virtus. Vnde & Christus ait Thomæ: No E
Iohan. 21. li esse incredulus, sed fidelis. Nunc tamen potius dictum videtur de fidelitate quæ est pars iu sticiæ, per quam homo obseruat alteri quod ei promisit siue tenetur: sicq; ille deo fidelis est qui ei efficaciter adhæret ac seruit, eiusq; aduersarijs, prout in baptismo se obligauit, reniti tur. Debet itaq; omnis Christianus deo esse fidelis vsq; ad mortē multiplici ratione. Primo, quoniam ipse est dominus noster & nos serui ipsius, atq; in ipso baptismo astrinximus nos
Eph. 6. ad eius obsequium. Seruus autem domino suo fidele tenetur seruitium. Ait namq; Aposto lus ad Ephesos. Serui obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri sicut Chr̄o, non ad oculum seruientes quasi hoībus placentes, sed vt serui Chri sti, facientes voluntatem dei ex animo, scientes qm̄ vnusquisq; quodcunq; fecerit bonū hoc recipiet a dn̄o. Itaq; si tam timorate & prompte, atq; fideliter seruiendum est dn̄is carnali bus, i. corporalibus, mortalibusq; hominibus, nōne incōparabiliter timoratius, pmptius & fidelius seruire debemus summo, simplicissimo, omnipotētiq; dn̄o, cuius excellētia nullū pe nitꝰ finē habet, q solus est dn̄s secundū pfectā dn̄i rationē, & plenā dominij possessionē, ita ꝙ eius cōparatione ac respectu oēs cæteri q domini appellantur, siue in cœlo siue in terra, rite serui dicantur. Deus namq; sublimis nulli prorsus subijcitur, & ei cætera cuncta subduntur, Iuxta illud Hester: Domine rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita, & nō est qui
Esa. 42. tuę possit resistere voluntati. Hinc per Esaiam testatur: Ego dominus, hoc est nomen meū, gloriam meam alteri non dabo. Et in Psalmo: Iter facite ei qui ascendit super occasum, dn̄s F
nomen illi. Huic igitur summo & incomparabili dn̄o, summe & cū incōparabili reuerentia seruiamus, ei fideliter & inseparabiliter adhæreamus. Ad q̄d in scripturis dupliciter incita mur. Primo, p comminationem valde terribilem. Quoniam Hieremias asserit: Maledictus qui facit opus dei fraudulenter, hoc est, infideliter aut negligenter, atq; in Psalmo: Maledi cti qui declinant a mandatis tuis. Secundo, per dulcem promissionem qua Christus in Euā gelio loquitur: Euge serue bone, in modico fidelis, super multa te constituam, intra in gau dium domini tui. Secundo, quilibet Christianus deo constantem fidelitatem tenetur: qm̄ ipse est rex noster, & nos milites eius ac pugiles. In sacramento etenim confirmationis deo consignati & consecrati sumus in milites & pugiles, quatenus in campo sæculi huius contra aduersarios dei viriliter p̄liemur, videlicet contra inuisibiles hostes, & cōtra omniū aciē vi tioꝝ ac impetum tentamentoꝝ, & ad exercendū p̄lium istud dedit nobis rex regum, vsiuer sorumq; princeps necessaria ad pugnandum, puta cibaria, arma, & fortalitia. Fortalitium quippe & turris fortissima est ipsa ecclesia seu congregatio virtuosa, & ipsemet Christus, ad quem in omni necessitate debemus confugere. Cum & Salomō fateatur: Turris fortissima nomen domini, ad ipsum currit iustus & exaltabitur. Arma vero aliquo modo dici possunt dona naturæ, corpus & anima, membra & vires, præsertim ratio & voluntas. Nam Apo
Rom. 6. stolus cohortatur: Neq; exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed arma iusti ciæ deo. Omnia etenim ista a deo nobis collata sunt, vt per ea honorē ei atq; obsequium im pendamus, & p rationem ac voluntatem potissime vitijs renitamur, & malis dissentiamus. Veruntamen arma nostra magis propriæ sunt ꝟtutes & dona spiritus sancti nobis infusa, per quæ animæ nr̄æ cōtra tentationes ac vitia muniuntur ac roborātur, & ad bene agendū ad

A ad fideliter deo cohærendū ac obsequendū expeditę redduntur, propt̄ quod 2. Corinth. 10. loquitur Paulus: In carne ambulantes, nō secundū carnē militamus. Nam arma militiæ nr̄æ non carnalia, sed potentia deo ad destructionē munitionū .i. machinarū deo & saluti cōtrariarum. De his armis ait Apl's ad Ephesios: Accipite armaturā dei, vt possitis resistere in die malo, induti loricam iustitiæ. In omnibus sumentes scutum fidei, & galeam spem salutis, & gladium spiritus quod est v̄bum dei. O q̄ bona armatura est humilitas qua se ꝑtegit anima ne iaculis superbiæ vulneretur, hoc est, ne tentationibus & motibus elationis cōsentiat: sic & bona armatura est mansuetudo contra ignitos iracundiæ motus, & continentia cōtra concupiscentiæ impetus. His igitur armis quotidie fortius accingamur & vitiis reluctemur, summi regis honorem pro posse in omnibus defendamus, augmētemus & promoueamus, hostibus regis nostri dæmonibus & iniquis nunq̄ consentiamus in malis, quemdamodum homīes vitiosi, quibus apud Esaiā loquitur dn̄s: Dixistis, percussimus fœdus cum morte, & cū inferno fecimus pactum. Interea consideremus, q̄ta est impiorū infidelitas atq; improbitas, imo & vitiositas condemnanda. Certe similes sunt militi cui rex terrenus dedit equū & arma ac stipendia, vt terram suā fideliter tueatur, & contra sui regni aduersarios prelietur: ipse vero regi suo infidelis, rebellis & contumeliosus existens aduersariis eius consentit, & cum eis regnum sui regis impugnat ac demolitur, etiam cum equo & armis propriis regis. Nonne prauissimus & infidelissimus esset huiusmodi miles, qui & indignus esset miles vocari, sed traditor merito appellaretur? Et ecce tales sunt omnes Christiani iniqui, & multo de-
B teriores: imo tanto peiores sunt, quanto iniquius est regi sæculorum immortali, inuisibili, tantam facere infidelitatem quàm regi mortali. Omnes equidem impii Christiani corpus & animam, & omnia sibi a deo collata vt sibi adhæreant ac ministrent, conuertunt in creatoris sui contumeliam & offensam, militantq; diabolo cui cōsentiunt, & ecclesiam vastant, proximos scandalizando. Hi itaq; terreantur ex his, & districtissimum dei expauescentes iudicium, impleāt illud Apostoli ad Romanos: Sicut exhibuistis membra vestra seruire im- Roma. 6.
munditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Tertio, debemus fideliter deo seruire vsque ad mortem, quoniam ipse est noster creator, a quo habemus & sumus quicquid habemus & sumus: & qui ad hoc oīa cōtulit nobis, nosq; creauit vt ei fideliter ac incessabiliter seruiamus. Quarto, debemus sic facere, quoniam ipse est saluator noster, qui corpus suum & sanguinem pro nobis exposuit, & acerbissimam pro nobis pertulit mortem ac per hoc iam non a terreno sed infernali patibulo nec a temporali interitu, sed morte æterna nos liberauit. Debemus igitur ei pro posse vicē rependere, atque nos totos eius obsequio fidelissime mancipare, & si opus fuerit, corpus nostrum pro ipso morti exponere. Ecce quàm ingratus & impius esset fur aut homicida, qui patibulo aut decollationi adiudicatus, & ab homine bono amicabiliter ac misericorditer liberatus, eidem contumelias iniuriasque rependeret. Certe incomparabiliter peior probatur Malach. 1.
qui vnigenito filio dei saluatori suo rebellis est & ingratus, contumeliosus & iniuriosus. Quinto quoniam deus est pater noster, a quo animam immediate accepimus. Si ergo patri
C carnali fidelitatē tenemur, q̄to magis patri spirituali, deo omnipotenti, cui q̄ti die dicimus: Pater noster qui es in cœlis. O quanta est peruersitas, improbitas, ingratitudo, malitia iniquorum, ista non attendentium. Ecce quantum repræhenderetur & vituperaretur ab omībus filius patrem carnalem bonum & piū, freq̄nter impugnans, despiciens, inhonorans, & eius inimicis se socians. Quàm vitiosissimi ergo sunt qui deum altissimū, qui ex infinita sua bonitate charitate & pietate ab hominibus pater appellari dignatur, quotidie tam grauiter multipliciterq; offendunt: siquidem pc̄tūm mortale q̄d per pœnitentiā nō deletur, suo mox pondere trahit ad aliud. Sexto, qm̄ ipse noster nutritor quotidianus, conseruator assiduus, benefactor incōparabilis. Quotidie etenim alit nos, & sine eius manutenentia nec ad momētum possemus subsistere, & maxima beneficia nobis largitus est: imo omnia bona eius sunt dona. Quàm infinita est ergo ingratitudo & peruersitas nostra, ꝙ ipsum non honoramus omni modo nobis possibili, ꝙ eum vnq̄ reliquimus, ꝙ ei tam infideles cōsistimus. Deniq; q̄ incōpræhensibilis & immensa est bonitas & misericordia sua, ꝙ tam peruersos, ingratos & pessimos nutrire & conseruare non desinit. Septimo, qm̄ æternam & plenam nobis felicitatē promisit pro parua & tpali fidelitate quam ei nunc exhibemus: puta coronā vitæ, q̄ est beatifica visio dei, gloriosa fruitio eius, participatio contētiua gl'æ suæ, æterna possessio boni immensi, q̄d est ipsemet deus sublimis & bn̄dictus, qui est pars & hæreditas ac opulentia oīm beatoꝝ cœlesti in patria. Præterea oīibus modis prætactis beatissimus martyr cuius nunc festiuitate gaudemus, deo fidelis fuit vsq; ad mortē, vtpote tanq̄ fidelissimus seruus ipsius, & tanquā strenu⁹ ac impterritus miles eius, creatori & saluatori suo totis viribus gratus, subditus ac

tus ac

tus ac fidelis: & tanquã adoptiuus filius eius. Vnde de ipso verissime dici potest, quod de fortissimo Iuda Machabæo legitur: Surrexit Iudas Machabæus pro patre suo, & adiuuabant eum omnes fratres eius, & præliabantur prælium Israel cum lætitia, & dilatauit gloriam populo suo, & induit se loricam sicut gigas, & accinxit se arma bellica sua in prælijs. Similis factus est leoni in operibus suis, & in sæculũ memoria eius in benedictione, & nominatus est vsq; ad nouissimum terræ, & congregauit pereuntes. Ecce omnia ista huic præinclyto conueniunt martyri, qui primo surrexit pro patre suo. i. pro Christo, tanquam eius vicarius & minister ac miles, & pro eius defendẽdo honore, p fide eius tuenda, pro regno eius, quod est ecclesia dilatando, & adiuuabant eum omnes fratres eius, videli. deuoti Christi fideles, qui eũ verbo aut opere confortabant, seu martyres sancti cum Christo triumphantes, & pro martyre isto orantes, ne deficeret in tormentis, qui præliati sunt prælium Israel, id est, ecclesiæ, seu Christi qui est vir videns deum per speciem cum iucunditate: quoniam contra tyrannos aut dæmones fidem Christi atrociter impugnantes, inuictissime restiterunt & præualuerunt: sicq; martyr iste beatus dilatauit gloriam populo suo. i. Christianis gloriam auxit in deo, quia de eius precioso martyrio magnifice gloriati sunt, & gloriantur in domino. Insuper loricam se induit sicut gigas, quia iustitia vndiq; se ornauit, ita q cum sancto Iob dicere potuit: Iustitia indutus sum, & vestiui me ea quasi vestimento. Et accinxit se sua arma bellica in prælijs, quoniam cæteris se roborauit ac decorauit virtutibus ad pugnandum fide ac sapientia contra idolatras, contra tyrannos ac dæmones: similis quoq; factus ẽ leoni in suis operibus, scilicet Christo, de quo in Apocalypsi habetur: Vicit leo de tribu Iuda. Sequutus est nanq; Christi vestigia, & sicut sanguinem suum Christus effudit pro martyris huius salute, sic ipse sanguinem suum fudit pro Christi honore: idcirco memoria eius in sæculum
Prou. 10. erit in benedictione. i. in perpetuum recoletur a fidelibus cum laudibus magnis. Quemadmodum in Prouerbijs Salomon protestatur: Memoria iusti cum laudibus. Vnde & Propheta
Psalm. 111. in Psalmo: In memoria, inquit, æterna erit iustus, & nominatus est vsq; ad nouissimum terræ, quia in tota ecclesia vbique terrarum diffusa, famosus, celebrisque consistit, ac suo exemplo, sua sapientia, suis orationibus ac meritis congregauit pereuntes. i. infideles conuertit & infirmos in fide corroborauit, ita quod qui ĩ aduersis defecerant, eius exemplo atq; auxilio conualuerunt. Ecce ex his innotescit quàm ingenti constantia, q̃ victoriosa fortitudine, q̃ magna excellentia, quamq; præclara beatitudine rex vniuersoꝝ deus omnipotens omnium pater hunc suũ martyrem sanctum fulciuit ac sublimauit. Ideo tãtum Christi athletam deuotissime honoremus, feruide diligamus, viriliter imitemur, laudemus ac deprecemur.

¶ Sermo tertius: De nunquam satis laudata fortitudine, qua mala omnia pacifice tolerare possimus, & de præmio a deo vincentibus præparato.

QVi vicerit faciam illum colũnam in templo meo. Apocalypsis tertio: Hæc sunt verba
Apo. 2. et 3 domini nostri Iesu Christi, qui in illo libro multiplex bonum copiosumq; præmium vincentibus repromittit. Vincere autem dicuntur, qui vniuersa diuino honori ac suæ saluti aduersantia superant, vtpote inuisibiles hostes, diabolos & tyrannos, passiones & vitia, quæ omnia non eodem modo vincuntur. Inuisibilibus nanque hostibus est fortiter resistẽdum, eoꝝ tentationibus reluctando per orationes assiduas, per meditationes deuotas, præsertim de Christi passione, de æterna damnatione, de diuini rigione iudicij, de breuitate & incertitudine vitæ huius currirculi, ac alijs modis. Visibiles vero hostes, & improbi hoies, per pati-
Roma. 12 entiam, non per resistentiam sunt vincendi, cum ad Romanos dicat Apostolus: Nolite esse prudentes apud vosmetipsos, nulli malũ pro malo reddentes. Et rursus: Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ, scripnum est enim: Mihi vindictam, & ego retribuam dicit dñs: Noli vinci a malo, sed vince in bono malum, hoc est, per tuam mansuetudinem, patientiã, charitatẽ, vince alterius irã, impatientiã & rancorem. Hic Salo. loquitur: Ne
Cassiodo. dicas reddam malũ pro malo, expecta dñm & liberabit te. Hic Cassiodorus protestatur: Patientia est quæ vincit aduersa, non colluctando sed sufferendo, non murmurando sed gratias referendo. Hęc virtus animas deo lympidas reddit, atque vt sanctus ait Gregorius: Nõ est perfecte bonus, nisi qui fuerit etiam inter malos bonus, nec bonus fuit qui malos ferre recusauit. Veruntamen magnum est ista implere bene, Ambrosio sic dicente: Illud est magnificum, si subiectus contumelijs iudicium dei laudes, si vexatus egritudine dei iudicia depreceris, si te nulla inopia, nulla aduersitas a via iustitiæ reuocet. Sed circa hæc quis dicere posset, si ista ita se habent, nunquã Christiani deberent contra Sarracenos aliosque infideles pugnare, & impij iuxta omne libitum suum opprimerent homines innocentes ac iustos, & periret in republica disciplinæ censura, & rigor iustitię, paxq; cõmunis. Et rñdũ q infidelibus fidẽ impugnantibus, & Christianos delere optantibus ac molestantibus resistẽdũ est publica authoritate

A ca authoritate, etiam gladio materiali. Improbis quoq; & peruersis est resistendum secun-
dum iuris processum, dum ex illorum bonorum patientia, prauitas magis exurgit, & rempubli
cam turbat, atq; communi obuiat paci. Deniq; sanctus hic martyr, superauit tyrannos, oĩa
sibi ab illis illata tormenta, æquanimiter perferendo, pro dei amore & beata retributione.
Nec solum per patientiam martyres gloriosi suos vicerunt persequutores, sed item per sapi-
entiam & eloquentiam, prout Christus in Euangelio eis loquutus est: Ponite, inquit, in cor-
dibus vestris non præmeditari, quemadmodum respondeatis: Ego eñ dabo vobis os & sa-
pientiã, cui non poterũt resistere & cõtradicere oẽs aduersarij vestri. Et istud in beatissimis
martyribus vtriusq; sexus euidentissime ac mirabilissime patuit, scil. Stephano, Laurentio,
Vincentio, Catharina, Agatha, Agnete, & alijs prorsus innumerabilibus sanctis pro Chri-
sto occisis. Insuper martyres sancti superauerũt aduersarios suos & tertio modo, videlicet
per gloriosa miracula, quibus in suo coruscauerunt martyrio, per q̃ idolorum templa ac ido-
la destruxerunt, a leonibus ac cęteris feris manserunt intacti, in igne illęsi, in aquis nõ mersi,
mortuos suscitauerunt, infirmos, claudos, cæcos, leprosos, paralyticos curauerunt, per quæ
interdum & ipsi tyranni fuerunt conuersi. Adhuc autem & quarto modo interdum suos su-
perauerunt persequutores, per hoc ꝙ ad eorum sanctitatem monstrandam deus vicissim mi-
raculose plagauit ac interemit tyrannos, quod aliqñ contigit ante martyrũ occisionem, vt
in legendis sancti Siluestri & beatę Crystinæ narratur. Sæpius vero id contigit post beatis-
simorum martyrum trucidationem, vt patet in Decio & Valeriano, in Dasiano & Quintia-
B no ac Latroniãca, & alijs multis. Ex his cõstat quàm multiplici gratia & virtute, & q̃ magna
fortitudine ac multiformi excellentia, deus hunc sanctum martyrem decorauit, quem tam
copiose fecit victorem. Præterea ad martyrẽ fortitudo præcipue pertinet, ne supplicijs mor- Matth. 10.
tem inducentibus terreatur, aut cedat, cum dicat Saluator: Nolite timere eos qui corpus oc-
cidunt, atque vt sanctus ait Gregorius: Iustorum fortitudo est carnem vincere, proprijs vo- Gregori.
luntatibus contraire, dilectionem vitæ præsentis extinguere. Huius mundi aspera pro æter
nis præmijs amare, prosperitatum blandimenta contemnere, aduersitatis metum abijcere,
ipsamq; mortẽ & eius supplicia dei intuitu ac amore inuicto animo tolerare. Porro repro
borum ac impiorum fortitudo est transitoria sine cessatione diligere, nec ab eorum amore
per aduersa quiescere, ad honores sæculi aspirare, bonorum hominum vitam verbis & mo-
ribus aut etiam gladijs impugnare, in seipsis confidere, vana præsumere, impotentiores op-
primere, peccata peccatis adijcere, & illatam sibi iniuriam authoritate propria contra iuris
ordinẽ vindicare. Hæc est fortitudo prauissima, imo non fortitudo sed fatuitas atq; debeli-
tas, omni veræ sapientiæ ac vigori virtutum contraria. Nam vt ait Ancelmus: Qui id potest
quod sibi non expedit, quanto plus potest hoc, tanto infirmior comprobatur. Amplius ad
martyrem pertinet habere fidem cum argumentis & rationibus fidei, purificatæq; mentis
intelligentia. Vnde sacratissimus princeps Apostolorum in sua prima hortatur Epistola:
Dominum Christum sanctificate in cordibus vestris, parati semper ad satisfactionem omi 1. Petri. 3
poscenti vos rationem de ea quæ in vobis est fide & spe. Habuit ergo hic martyr sanctus
gratiam istam. Habuit quoque sapientiam illa quæ est donum spiritus sancti, quæ sapien-
C tia est charitati inseparabiliter iuncta, ita quod eam nemo habet nisi in charitate existens, &
oĩs in charitate existens eam habet. Hæc sapientia dicitur quasi sapida scientia, qm̃ est dul
cis & affectiua cognitio dei. Quemadmodum itaq; sanctus hic martyr fuit in charitate per-
fectus, sic fuit & in dono sapientię huius præfulgens, ita quod fuit diuinorum contemplator
sublimis. Sed iam postremo tangendum est, quanta Christus promittat vincentibus. Nam
teste Apostolo: Non coronatur, nisi q legittime certauerit. Christus quoq;: Qui perseueraue-
rit vsque in finem, hic saluus erit. Itaq; in Apocalypsi ait filius dei: Vincenti dabo edere de
ligno vitæ, quod est in paradyso dei mei. Vbi per lignum vitæ intelligi potest Christus sapi-
entia dei patris. De qua Salomon dixit: Lignum vitæ est omnibus appræhendentibus eam. Prouer. 3
Huius ligni esus est beatifica sanctorum refectio, vtpote felix fruitio dei q̃ satiantur atq; ple-
nissime contentantur beati. Iterumque ait Saluator in Apocalypsi: Qui vicerit, non lædetur
a morte secunda, id est, damnatione æterna. Itemque: Vincenti dabo manna absconditum. Apoc. 2
Et iterum protestatur: Qui vicerit, vestietur vestimentis albis, id est, donis gratiæ in præsen
ti, donisque gloriæ in futuro, seu duplici stola immortalitatis, & confitebor nomen eius corã
patre meo. Sed & denuo: Qui vicerit, inquit, faciam illum columnam in templo meo, id est,
firmiter eum collocabo, excellentemque faciam tam in militanti quàm in triumphanti eccle Eodem.
sia. Ex quibus omnibus constat quanta sit beatitudo & gloria huius victoriosissimi marty-
ris, quem imitari, inuocare, diligere, honorare, debemus, quatenus ad eius beatitudinem ac
societatem pertingere mereamur. Ad laudem omnipotentis, &cæ.

De con-

DE CONFESSORE PONTIFICE

Enarrationem Epistolæ & Euangelij require de s. Nicolao. Fol. 7. & 8. D

Sermo primus. De vera Christi imitatione, & perfidia eorum qui a Christo nominari volunt, nec vitam eius imitari.

QVi se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Prime Iohannis 2. Dñs noster Iesus Christus ī Euang. ait: Quid dicitis mihi dñe dñe, & non facitis q̄ dico? Ex quibus verbis probatur ꝙ īdignus est Christū dñm appellare, qui ipsius non obedit præceptis. Nam seruus & dñs referuntur adinuicem. Qui ergo Christi non est seruus, nō ꝟe & proprie Christū nominat dñm suum, imo ad grauiorem sui damnationem dñm eum vocat. Hinc etiam ꝑ Malachiam loquitur deus: Filius honorat patrem, & seruus timet dñm suum. Si ergo pr̄ ego sum, vbi est honor meus? & si dñs ego sum, vbi est timor meus? Ex quibus duo eliciuntur. Primū est, ꝙ omnes ī mortali vitio existentes, īdigni sunt deum patrē vocare, quia non ꝟe ipm honorant, imo maxīe inhonorant, quia ꝑcepta eius nō aduertūt, nec curāt implere, & ista carnalia & terrena, ista caduca, vana fœda ac vilia ꝑferunt ei, cuius natura est bonitas, cuius immensa est dignitas, cuius sanctitas finem nō habet, qui est summū & incōmutabile, infinitū & īcomparabile bonum. Ecce q̄ta ē cæcitas rationis, & q̄ta puersitas voluntatis oīm impioꝝ, deum tam grauiter inhonorantium ac vilipendentium, qui tā fatue iudicant, & tam peruerse ac stolide eligunt, dum istis terrenis, carnalibus atq; vilissimis rebus potius q̄ omnipotenti & superexalto creatori suo adhærent, adhærendumq; iudicant ac eligunt. Nam deus multipliciter offert eis seipsum: ipsi autem deo contempto potius E ꝑeligunt, amplectuntur & diligunt carnalia, transitoria & immunda, similes eis de quibus in Trenis loquitur Hieremias proph. Qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora. Stercora quippe sunt transitoria & carnalia comparatione summi infinitiq; boni quod deus est, imo & respectu spiritaliū cœlestiumq; bonoꝝ. Secundum est, ꝙ hoīes intimorati, vitiosi, indigni sunt deum creatorem vocare dñm suum, quia non timent eum, sed absq; timore trāsgrediuntur eius præcepta. De quibus Salo. contestatur: Quia non cito profertur contra malos iudicium, absque vllo timore filij hoīm, perpetrant mala. Itaq;, si iniqui indigni sunt Christum appellare dñm suum aut patrem, multo indigniores sunt ab ipso Chr̄o Christiani vocari. Nā qui Christianus vocatur, Christum se habere dñm & saluatorem ac patrē fateī, & eius se esse imitatorem designat. Preterea de hac re loquitur valde subtilit̄ ac deuote sanctus Aug. in lib. de noīe Christiano, inter cætera dicens: Christus vnctus interpretatur. In veteri autem testamento, non nisi reges & pontifices, ac prophetę vngebātur, & hoc vsq; ad Christi aduentū, quem deus oleo exultationis ac spiritu sancto vnxit præ pticipibus suis. Ex q̄ oēs Christiani in baptismo vnguntur, cuius vnctionis exemplo monemur q̄ sancte viuere teneamur, vt ī qbus tā sancta est vnctio sit non min⁹ sctā conuersatio. Christiani ergo nomē frustra sortitur q Chr̄m non imitatur. Quid em̄ tbi prodest vocari q̄d non es? & nomē tibi vsurpare alienum. Sed si Christianum esse delectat quæ Christi sunt gere, & merito tibi Christi nomen assume: aut forsitan nō esse, sed vocari desideras. Hoc fœdum & miseꝝ est te velle vocari quod non es. Qui Christian⁹ dicitur Christū se dñm habere profitetur, & ꝟe habet si ei ī oībus obseq̄tur, si quo minus non iā Christi seruus, sed subsannator est & irrisor, q eius se seruum dicit, cui seruire dissimulat. Hic ergo geminū sortitur condemnationis iudicium, vtpote pro subsannatione dei quem sine cā dñm deum appellat, & pro q̄litate sui peccati. Cum ergo hæc ita se habeāt, sanctus iste confessor cuius nunc solemnia agitamus, Christum studuit imitari, & vt dignus esset Christianus vocari curauit, sicut Christus ambulauit & ipse ambulare. Sequutus est equidem dñm saluatorem in oīmi ꝟtute, præsertim ī profundissima humilitate, per quam tanto plus deiecit & vilem ac defectuosum reputauit seipsum, q̄to amplius ab hoībus honorabatur. Itemq; sequutus est Christum ī magna & stabili patientia, quia iniurias sibi illatas, per ꝟba aut facta, promptissimo sustinuit corde gratias agens dño ī aduersis, & Christi passionem ac patientiam semper præ oculis habens, atq; perpendens q̄d priceps ait Aploꝝ: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplū vt seq̄mini vestigia eius. Insuper sequutus est dñm Iesum in spontanea pauptate, qui vel cuncta terrena propter deum reliquit, vel ea pauperibus liberaliter communicauit, nec imoderāter dilexit, implens q̄d ait Psalm. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Imo multi sancti in magnis diuitijs, multas sponte sustinuerunt pęnurias, famem, sitim, & frigora, per opera pœnitentiæ, affligentes corpora sua, Sicut ait Apost. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Adhuc autem sequutus est dñm Christum in vera & spiritali dilectione dei & proximi, deum super omnia ardenter amando, & proximos etiam sibi aduersantes ac inuidentes, sicut seipsum. Quicquid enim a dei impedit charitate

Marginalia: malach. 1. — Treno. 4. — Augusti. — 1. Reg 10. — Psalm. 44 — F — 1. Petri. 2. — Gala. 5 — matth. 5

A tate,hoc omni cum diligētia deuitauit, omnem scilicet carnalem amorē, sensualem affectū, desideria inania ac mundana. Et quia seipsum dilexit pure in deo, iccirco eos qui sibi iniurias intulerunt,qui se spreuerunt ac percusserunt,reputauit suos amicos, & sibi vtiliss. & salubres: qm̄ maximi profectus ac meriti fuerunt sibi occasio. & per eos purgari se æstimauit ac perfici, imo multo maioribus persequutionibus iudicauit se dignum, eo q̄ omniū offendisset creatorem,& deū ac dn̄m. Item sequutus est Christū in vera,integra ac stabili obediētia, vniuersa præcepta dei atq; ecclesiæ cum diligentia ex charitatis feruore adimplens, ita q̄ cū Chrō dicere potuit: Sicut mandatū dedit mihi pater,sic facio. Et rursus:Ego non q̄ro gloriā meam sed dei. Itaq; diligentissime intueamur cum quanta cordis sui custodia, hic sanctus confessor deo iugiter deseruiuit,q̄ timorate atq; solicite corā ipso in om̄ibus ambulauit,semper solicitus ne summi patris præsentiam in aliquo inhonoraret,ne eius sanctitatem per aliquam cogitationem inutilem,per quamcūq; inordinatam affectionem,per quodcunq; illicitum v̄bum offenderet,ne aliquid diuinis præceptis contrarium operaretur,ne in exequutione eoꝝ quæ ad se pertinebāt, negligens inueniretur,ne aliq̄ temporis horā sibi concessam transiret infructuose,ne aliquem scādalizaret,& ne a diuini amoris teperet feruore. Deniq; q̄a tam diligens extitit in his oībus coram deo, idcirco misericordissimus deus charitatē suā & gratiam,oēsq; virtutes conseruauit,auxit & perfecit in eo, & sc̄tūm eum effecit ac honorabilem omni populo Christiano,scd̄m q̄ ipse totis viribus honorauit dn̄m deum suum. Studeamus ergo in prætactis v̄tutibus ac sanctis exercitiis sequi hunc sc̄tūm,& cum ipso ambu

B lare sicut & Christus ambulauit .i. vixit in sc̄lo isto. Nam vita bonoꝝ in hoc mundo vocat peregrinatio & ambulatio,qm̄ ad cœlestem tendūt,propinquant ac properant patriam,vt digni simus Christiani vocari,pensantes q̄d libro de nomine Christiano loquitur Aug. Nō in hoc nobis nomine tm̄ q̄ Christiani dicimur blādiamur, sed ꝑpter hoc etiā nos iudicādos credamus,si nobis frustra nomen hoc vendicem⁹. Quis em̄ tam vanus & miser est,qui aduocatū se audeat ꝓfiteri,cū literas nesciat? Quis tā insanus & excors,v̄ fateatur se militē q̄ nesciat arma? Tu ergo quō Christianus vocaris,in q̄ nullus Christi actus apparet. Christianus nomen est iustitiæ,bonitatis,integritatis,patientiæ,castitatis, prudētiæ,humanitatis,innocentiæ,pietatis,& tu quō tibi nomen hoc vendicas & defendis, qui de tam multis v̄tutibus nec paucas habes? Christianus est,qui bonus,pius & innocēs est, nullam in pectore hn̄s maliciam,qui nulli cupit obesse,sed cūctis prodesse,& deo integra mēte adhæret. Talis ergo esse mentaliter cupiamus, & operabiliter studeamus, atq; vt gratiam tantam a dn̄o conseq̄mur sanctum hunc confessorem inuocemus,diligamus & honoremus, Iohan.14. Augustī.

¶Sermo II. De arcta via vitæ,deque sex laboribus felicissimis in vita hac assumendis, quibus veros dei filios opinari nos possumus.

LAbora sicut bonus miles Christi Iesu, secūda ad Timotheum secundo: Sicut in Euangelio ait Saluator: Arcta est via quę ducit ad vitam,& pauci incedunt per eam. Porro hæc arcta via non est nisi v̄tuosa pœnitentialisq; vita,quæ dicitur arcta, quia ardua est siue difficilis. Est nanque difficile cor ab omni inordinato affectu,ab omni consensu illicito,a cogitationibus prauis iugiter custodire,vniuersis tentationibus diaboli,carnis & mundi resiste-

C re,omne mortale peccatum vitare,in via iustitiæ, vsque ad finem manere, & præsertim difficillima sunt ista eis qui inter sæculares & intimoratos homines conuersantur, quoniam cum talibus non peruerti,nec eorum exemplis aut verbis corrumpi,est rarum & valde præcipuum. Hinc quemlibet Christianum hortatur Apost. Labora, inquit,sicut bonus miles Christi Iesu,id est, cum omni mentis diligentia & conatu fuge peccata,mentem custodi,insiste virtutibus,perseuera in bonis, & vince teipsum,tentationibusque resiste. Nam vt ait Saluator: Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud,per violentes intelligens eos qui salubriter frangunt & vincunt seipsos, passiones & concupiscentias refrenando,& propriam voluntatem deo in omnibus subiiciendo. Hinc & propheta loquitur deo: Propter verba labiorum tuorum, ego custodiui vias duras. Nam & Aristoteles: Ars inquit & virtus sunt circa difficilia. Præterea possit quis quęrere, si tam difficile est diuinæ legis præcepta implere,& deo sine mortali vitio deseruire, quomodo intelligendum est quod ait Saluator: Iugum meum suaue est,& onus meum leue? Et respondendum, quod Euangelicæ legis obseruantia laboriosa & arcta est homini secundum se,sed per gratiosum Dei auxilium, per charitatem feruentem,per laudabilem assuefactionem fit valde delectabilis atq; perfacilis. Vnde Propheta,qui vt allegatum est,vno ait psalmo: Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. Alio loco loquitur deo: Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum. Itemq;: In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitiis. Præterea sanctus iste cōfessor fortiter laborauit tanquā fidelissimus ac optimus Matth.7 2.Thim.2 Matth.11 Matth.11

Christi

Christi miles. Primo, proprium corpus rationis iudicio subijciendo, in refrenando concupi scentias, gustus & tactus, ac euitando actus gulæ & incontinentiæ, prout ait Apostolus: Castigo inquiens corpus meũ, & in seruitutem redigo. Et istud indiget speciali & magno adiutorio spiritus sancti discretione, sobrietate ac tẽperantia: siquidem in quotidianis refectionibus non excedere, & solam naturæ necessitatem, non aliquã voluptatẽ exquirere, magnũ est valde: & hoc sanctus iste confessor, qm̃ in cibis & potibus non solummodo nõ excessit, imo etiã q̃tũ licuit aliqd de necessarijs naturę suæ subtraxit, & corp⁹ suũ ieiunijs, abstinẽtijs, vigi
roma.12. lijs, disciplinis macerauit, afflixit, edomuit. Iuxta illud Apost. ad Roma. Obsecro vos vt ex
Lucæ.12. hibeatis corpora vestra hostiã viuentem, sanctam, deo placentem, rationabile obsequiũ vestrum. Sicq; excellenter impleuit q̃d iubet Christus: Attẽdite ne grauentur corda vestra crapula vel ebrietate, aut curis huius sæculi. Ista sobrietas ac castitas corporis, & edomatio ac bona gubernatio eius est fundamentũ internæ reformationis ac sanctę gubernationis. Ideo omnes sancti corpus suũ præfatis modis castigauerũt, rationiq; subdiderunt, & tanquã boni milites Christi fortiter laborauerunt in hoc. Magna qppe ỽtus est sancta sobrietas, & vi
Augusti. tam quoq; p̃ntem dulciorem, saniorem ac diuturniorem efficiens. Hinc loqtur August. Sobrietas est mentis & sensus membrorũq; oĩm cautela, pudicitiæ ac castitatis munimẽ, pacis & amicitiæ conseruatrix, pudori & honestati semp coniuncta ac vitia multa expellens. Temeritatem etem̃ fugit, pericula multa declinat, domum atq; familiam cum moderatiõe gu
Iohannes Chrysost. bernat. Hinc & Chrysostomus ꝓtestatur: Simplicior victus & mensa mediocris plurimũ iucunditatis habet & voluptatis. Diuitum vero mensæ execrabiles sunt & horrendæ, & contaminationibus plenæ. Porro q̃ laudabilis ac necessaria est homini sancta ista sobrietas, tã vi
Gregori. tuperabilis ac nociua ei est gula, cum dicat Greg. Omne quod hoĩes fortiter egerunt, dominante gulæ vitio ꝑdunt, & dum vẽter nõ restringitur, cunctæ ỽtutes pariter obruuntur. Nã epulas q̃si semper comitatur voluptas, qa dum corpus in refectionis delectatione resoluit, cor ad inane gaudiũ relaxatur. Secundo laborauit sctũs iste confessor, vt bonus miles Christi circa interiorũ suorũ reformationem, omnes animæ suæ affectiones simplificando ac rectificando in deo, ita q in nulla re creata, non in auro, argẽto, vestibus, ornamẽtis, cibis, potibus mulieribus, habitaculis delectabatur, nisi in deo, nec supflue appetijt talia, neq; de eorũ amissione immoderanter contristabatur: & in hoc scm̃ hunc confessorem imitari debemus, q̃tenus oĩa nostra sint ordinata in deo, nec immoderate pro temporalibus solicitemur, neq; in his terrenis atq; carnalibus inaniter glorięmur, vt impleamus q̃d ait Aposto. Qui glatur in dño glorietur. Et rursus: Gaudete in dño semper. Tertio laborauit contra vniuersas sæculi vanitates & impugnationes, & cõtra diabolicas tẽtationes, ita q nulla huius mũdi vanitate seductus est, sed choreas, spectacula, ludos, iocos, cãtus vanos & musica q̃q; contempsit, nec aliquo huius mũdi obiecto inordinate est delectatus. Diabolicis q̃q; tentationibus viriliter restitit, & q̃to inuisibiles hostes eum ad illicita fortius incitabant, tanto studiosius dedit se ad ỽtutes, ad oẽm humilitatem, ad patientiam plenã, ad mansuetudinem inconcussam, ad charitatem pfectam, ad oratiões assiduas, ad meditationes deuotas, dicens cũ sancto Dauid: Per
Psalm.17 sequar inimicos meos & cõpræhendam illos, & cõuertar donec deficiant. Ecce in omnibus his seq̃mur hunc sctũm, & mundum cũ suis vanitatibus despiciamus, quemadmodũ in prima sua Cano. sctũs ait Iohã. Aplus: Nolite diligere mundũ, neq; ea q̃ in mundo sunt, qm̃ si qs diligit mundũ non est charitas dei patris in eo. Omne em̃ quod in mũdo est, cõcupiscẽtia carnis est, concupiscentia oculorũ & superbia vitæ. Vnde & sanctus Apost. Iacobus loqtur:
Iaco.4 Amicitia huius mũdi inimica est deo. Quicũq; ergo voluerit amicus huius mũdi fieri, inimicus dei constituet. Non itaq; diligamus bona sæculi h⁹, nec eius honores inordinate, nec mũdanis hominibus placere, aut per amicitiam iungi optemus inq̃tum mundani sunt. i. vitiosi & vani ac deo cõtrarij, naturam tñ diligamus, imo & psonam eorũ inq̃tum a deo creata est, & beatitudinis susceptiua cõsistit. Quarto laborauit tanq̃ fidelis Christi miles pro cõmuni bono & pace ecclesiæ, pro lapsorũ reformatione, pro errantiũ conuersione, pro ædificatione proximorũ suorũ, pro honorificentia maiestatis diuinæ, ita q̃d cum beatissimo Helia dicere potuit: Zelo zelatus sum pro dño exercituum. Et cum Psalmista: Zelus domus tuæ comedit me. In sanctis etenim viris charitas tam feruens & magna est q se ad omnes extendit, &
Augusti. dei honorem ac gratiam super oĩa & in omnibus cupit ac q̃rit, deinde bonum cõmune, qm̃ bonum q̃to communius tanto diuinius. Vnde scdm Aug. Tanto est quisq; in dei amore perfectior, q̃to plures ad eius amorem trahit aut trahere nititur. Vnde & qlibet nostrum in isto sanctũ hunc sequi conetur, vt totis præcordijs cupiamus deũ ab oĩbus congrue honorari, ecclesiam in singulis suis gradibus atq; suppositis reformari, bona vbiq; augeri, ꝑturbatiões & vitia extirpari. Quinto laborauit pro q̃tidiano ac iugi gratiæ incremento & perfectione

virtu

A virtutum. Deuoti namq; & feruidi, ea quæ habent pro modico arbitrantes, semper conātur proficere, atq; in omni virtute fieri consummati siue perfecti, vt sint ab omni priuato & inordinato amore prorsus mundati, & in diuino amore completi: q̃tidie q̃q; humiliores, patientiores, deuotiores & feruentiores, magisq; puri ac stabiliti in deo, cum Apostolo singuli p̄fitentes. Ego non arbitror appræhendisse, & q̃ retro sunt obliuiscens, in anteriora extendēs seipsum. Hinc & nos semp in donis & gratia spiritus sancti crescere enitamur, præsertim cū in dei itinere non proficere, reputetur deficere. Postremo, laborauit confessor iste sanctissimus pro feruenti ac stabili contemplatione diuinorum in vita hac quātum possibile est. Ad hāc etenim contemplationem virtutes ordinantur morales, & in plena contēplatione veritatis æternæ, omnium electorum consistit fœlicitas: sicq; viri sancti in vita hac futuram beatitudinem inchoare ac p̄gustare nituntur, sicut hortatur propheta. Gustate & videte, quoniam suauis est dominus. Vnde ait Saluator: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verū deum, & quem misisti Iesum Christum. Studeamus ergo & nos mentem nostram ab exterioribus ac terrenis abstrahere, intra se recolligere, ad deum erigere, eius bonitatem, pulchritudinem, excellentiam contemplari: & si non assidue atq; continue, tamen frequenter & interpolate. Nempe vt asserit Augustinus: Cōtemplatio est illa species quæ rapit omnem animā desiderio sui, tanto ardentiorem quanto mundiorem, & tanto mundiorem quanto ad spiritualia consurgentem, & tanto ad spiritualia consurgentem quāto carnalibus desiderijs ac terrenis affectibus morientem. Propterea ait Greg. Mens nostra ad contemplanda interna B non p̄ducitur, nisi ab his quæ exterius implicant, studiose abstrahatur, nec ad vim contemplationis intimę rapitur, nisi prius a terrenorum tumultu affectuum liberetur.

Phi. 3. — Psalm. 33. — Ioh. 17. — August. — Greg.

¶ Sermo tertius. De perfectione p̄ris æterni imitāda, ac vera dilectione, triplicíq; enarratione Euangelici verbi. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo.

ESTote profecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Matth. 5. Ista sunt verba domini nostri Iesu Christi vnigeniti filij dei, ad imitationem & gratiosam assimilationē patris cœlestis nos inuitantis, dicendo. Estote perfecti, sed cum deus sit infinitæ perfectionis vtpote incircunscriptus & solus absolute, simpliciterq; perfectus, quomodo potest homo esse aut fieri perfectus sicut pater cœlestis, præsertim cum finiti ad infinitum nulla sit comparatio? Et respondendū, q̄ duplex est similitudo, vna naturalis & perfecta, quę est velut ęqualitas aut in æqualitate fundata. & sic vnigenitus filius secundum quod deus, patri ęterno est similis, propter quod dixit Philippo Apstolo: Qui videt me, videt & patrem, sicq; nulla pura creatura similis est deo, propter quod per Esaiam dicitur: Cui similem fecistis deum, aut quā imaginem ponetis ei? Alia est similitudo imitatiua & imperfecta, sicq; homo dr̄ similis deo, quia ad eius imaginem & similitudinem est plasmatus. Et quamuis per dona naturæ deo aliqualiter assimiletur, præsertim per intellectum & voluntatem, qua liber est, & suorū actuum dominus, tamen per dona gratuita, vtpote per gratiam gratum facientem, p̄ virtutes theologicas, cæterasq; v̄tutes infusas, & per septem dona spiritussancti, atq; per actus harum C virtutum ac donorum excellentius & perfectius deo assimilatur, in tantum vt p̄fectus & sanctus dicatur, quemadmodum deus, non per adæquationem, sed participatam imitationem. Porro per dona gloriæ, per beatificatam dei visionem & suauissimam ipsius fruitionem, multo adhuc eminentius assimilatur rationalis creatura deo incomparabili, de quā assimilatione ait in prima sua Epistola Ioannes Apostolus. Charissimi, nunc filij dei sumus & nōdum apparuit quid erimus, scimus q̄m cū apparuerit, similes ei erimus, q̄a videbimus eū sicuti est. Itaq; tāta est bonitas, charitas atq; dignatio dei circa hoīes, vt eos ad sui assimilationem inuitare dignetur, & appellationes sibi soli proprie conuenientes ac plene, eis cōmunicare dignetur, ita vt p̄fecti & sancti, ac dij vocētur. Vn̄ p̄ Mosen dixit: Sancti estote, q̄a ego sc̄tus sum dn̄s deus vr̄. Et ad ip̄m Mosen ait: Ego constitui te deū Pharaonis, & Aaron frater tuus erit propheta tuus. Sed nunc oportet aduertere qualiter effici valeamus & esse p̄fecti sicut pater cœlestis, cum ille essentialiter sit perfectus homo accidentaliter tātum. Itaq; primo pensandum, q̄ cum deus sit ens simplicissimum, vtpote ipsum esse in se subsistens ac separatum, ipse solus est essentialiter virtuosus, p̄fectus & sanctus, ita q̄ sua essentia est sua v̄tus, sua p̄fectio suaq; sanctitas. Angeli aūt & hoīes fiunt & sunt virtuosi, perfecti & sancti per supernaturalia dona gratiæ seu gloriæ eis infusa, videlicet per virtutes & dona spiritus sancti, eorumq; actus præcipuos. Deniq; in omni multitudine ordinata, necesse est esse vnū primum ac p̄stantissimum. Cum ergo sint valde multæ virtutes, oportet q̄ inter eas sit vna altissima, & illa est charitas, quæ est sup̄naturalis quædam exp̄ssio ac similitudo sp̄us sancti quæ est charitas increata, p̄ quam charitatē creatā, infusam rationalis creatura suo creatori sup̄naturaliter conformatur, grata & accepta efficitur, imo & sponsa ac filia, amica quoque

Iohan. 14 — Esa. 40. — gen. 1 — 1. Ioh. 3 — Leu. 11

& hæres fit eius. Hinc perfectio hominis essentialiter sita est in actu charitatis, sic q actualis dilectio dei feruida & completa est perfectio nostra. Vñ ad hanc dilectionẽ ordinantur vniuersa præcepta, & ipsa quoq; Euangelica Christ consilia. Hinc in Euangelio Christus testatur, quod primum maximumq; mandatum est: Diliges dominum deum tuum ex toto corde, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Itaq; quicquid boni agimus, ad hoc finaliter ordinemus vt per hoc ad istam tam perfectam dei dilectionem proficiamus ac perducamur: vt per hoc simus perfecti sicut pater cœlestis. Præterea istud præceptũ primum ac summum de deo totaliter diligendo, tripliciter potest intelligi & exponi. Primo, vt indesinenter semperq; actualiter feramur in deum, & fixi simus plene in eo, ipsum toto corde, tota mente totisq; viribus diligẽdo, & istud in hac vita non possumus adimplere, sed hoc modo impletur præceptum istud a sanctis in patria, qui plene & inauertibiliter stant in deum erecti cum incessabili charitatis ardore. Secũdo, vt semper eleuemur ad deum, ipsum totaliter diligendo, quantum in vita hac fieri potest, ita vt ea quæ charitatis profectum & perfectionem impediunt, euitemus. Ea vero quæ charitatis diuinæ profectum & perfectionem impedire solent, sunt voluptates carnales, temporales diuitiæ, solicitudo mundana, propria
1. Corit. quoq; voluntas, & occupatio siue distractio mẽtis circa diuersa. Hinc Christus sapiẽtia dei patris in Euangelo consulit omnia ista propter deum relinqui ac despici, quatenus ad perfectam dei dilectionem perueniatur. In primis etiam consulit omnia exteriora relinqui, dicen
Luc. 14 do: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus, & veniens sequere me. Itemq; Qui non renunciat inquit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Secundo consulit relinqui ea quæ partim nobis coniuncta sunt, vt vxorem, parentes ac sobolem, dicens. Si quis venit ad me, & non odit patrem suum & matrem, & vxorem, &
Eodem fratres, & sorores, non potest meus esse discipulus. Tertio consulit propriam voluntatem abijcere, dicens: Qui vult vunire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Tertio præfatum præceptum exponitur ita, vt deum toto corde, totaq; anima diligamus, sic vt deo nil præponamus, nec aliquid eius charitati contrarium operemur, sed plus quam cætera vniuersa ipsum amemus. Et istud est de necessitate salutis. Itaq; q̊d ait Saluator: Estote pfecti, sicut pr̃ cœlestis, si intelligatur de pfectione ptinẽte ad exequutionẽ pcepti ptacti de amando deũ totaliter, iuxta expositionẽ pcepti illius secundã iã habitã tunc vbum hoc Chr̃i esset consiliũ, non pceptũ, nisi q̃tum ad religiosos, & eos q ad perfectionẽ tenentur. Si aũt intelligatur de pfectione ptinente ad exequutionẽ pcepti pdicti, scd'm tertiã eius expositionẽ, tunc vbum illud est pceptũ. Præterea sctũs iste confessor documentorũ Chr̃i, non surdus sed diligentiss. efficacissimusq; auditor indesinent studuit in hac vita esse perfectus, sicut pr̃ cœlestis, pp q̊d pfectionẽ adipiscendã oĩa carnalia oblectamẽta cõtẽpsit, transitoria bona spreuit, spreuit vt lutũ & puluerem. Oẽs q̊q; carnales ppinq̊s deseruit & odiuit, q̃tum ad id q̃ sibi in via dei, in charitatis pfectu, spiritaliq; incremento gr̃æ q̃tidiano obsistere poterant, ita q cũ Apostolo dicere quit: Nos iã neminẽ nouimus scd'm carnẽ. Itemq; Ex
Phil. 3. istimo oĩa detrimentũ esse pp eminentẽ charitatis scientiã dñi nr̃i Iesu Chr̃i, pp q̊d oĩa arbitror vt stercora, vt Chr̃m lucrifaciã. Cũ ergo tota nr̃a consistat pfectio in feruẽti & puro dei amore, studeamus q̃tidie in eius sctã dilectione pficere, ipm orãdo assidue & instãter, vt carnales & vitiosas affectiones tollat a cordibus nr̃is, & suã in nobis charitatẽ accendat, de q̃ in Euãgelio ait Saluator. Ignem veni mittere in terrã, & qd volo, nisi vt accendatur? Prçterea, qa venenũ charitatis est cupiditas. i. inordinatus amor rei creatæ, pfectus vo charitatis minoratio cupiditatis, atq; charitatis pfectio nulla cupiditas, seu mœra cupiditatis eiectio. Iccirco cupiditatẽ hanc eradicare & abijcere ac semp vitare conemur, nullã rẽ creatã amãdo, nisi in deo, hoc est, q̃tum nobis accõmoda est, aut necessaria ad seruiendũ, vacandũ & cõplacendũ dño deo, nec aliter diligamus nosipsos nisi in deo, ad eius honorẽ & gloriã referendo nosipsos, & oĩa nr̃a finaliter atq; totaliter. Amplius; queẽadmodũ b. iste cõfessor ad pfectã dei dilectionẽ in vita ista puenit, sic ad plenitudinẽ doni sapientiæ est pductus, ita q sapiẽtia q̃ est primũ donũ inter septẽ dona spũssancti, fuit gratiosissime decoratus, scd'm tertiũ & supremũ gradũ ipsius in vita hac, p q̃ sapientiã vnitiuã & affectiuã fuit ad cõtemplationẽ diuinorũ aptissimus atq; pmptiss. vtpote in cõtactu solis æternę sapiẽtię, q̊ ad apicẽ mentis suę stãs, & radios illustrationis supnæ ab ipso vberrime ac frequẽtissime sumens, eratq; tanq̃ secretarius & cõsiliarius dei, q incerta & occulta sapientiæ suæ ei manifestauit, & ipsum supernaturaliter per occultos istinctus direxit, ideo sctũs iste toto fuit corde intentus, in ipsum per cõtemplationẽ defixus, per charitatẽ trãsformatus, per raptũ absorptus, inferiora & carnalia prsus fastidiẽs, rennuens cõsolari nisi in deo: cuius delitiæ erant esse in eo. Et qa tã amantiss. ac familiariss. extitit creatori, iccirco in oĩbus eũ pĳssime exaudiuit, et ppter eũ mirabilia multa

A ta & magna operari dignatus est, mirificans sctm̃ suū, & sanctitatē eius mundo declarans, volensq; eū ab hoībus honorari, atq; p p̄ces eius ac merita hoībus suffragari. Conemur ergo viriliter sancti huius seq vestigia, & vt mereamur ad p̄fectionem diuinæ dilectionis pertingere, nō negligamus nosipsos in oībus humiliare, despicere, patientiā māsuetudinemq; seruare, sobrij, iusti, casti misericordes cōsistere, tēpus oē fructuose expēdere, orationibus ac meditationibus esse intenti, & in carnalibus nō delectari, q̃tenus mereamur cœlestia cōtemplari. Io. Chry.
Ait namq; Chryso st. Nemo eoꝝ q delectant̄ p̄ntibus & caducis, pōt cœlestia ac sp̄ualia contēplari: sed q ea cōtēpserit, & velut vmbrā ac puluerē duxerit, velocius ad illa p̄ueniet. Nā & apud hoīes hic mos est, vt tunc thesauros suos, recōditasq; diuitias patefaciant filijs suis, cum adultos iam viderint, & puerilis lasciuiæ vicia respuisse. Ad laudem omnipotentis.

¶De Confessore non pontifice & Abbate. Enarratio lectionis loco Epistolæ. Iustum deduxit dominus per vias rectas. Sap. 10.

HAec v̄ba ad literam de Iacob filio Isaac legūtur, sed ad viꝝ iustū ab Eccl'ia (cuiusmodi sctūs hic N. cōfessor) applicatur. Igitur [Iustū deduxit dn̄s p vias rectas]. i. p obseruantiā p̄ceptoꝝ, seu euangelicoꝝ consilioꝝ, de loco huius exilij ad patriam beatoꝝ. Queadmodū aūt infantuli neq̄unt ambulare nisi ducant̄, seu paruo curriculo innitantur, sic fideles indigent indesinenter iuuari, sustētari ac duci a deo, ne semitas exeant æqtatis: alioqn regiam viam cito relinq̄rent, declinando ad dexteram siue sinistrā. Ideo orat p̄pheta: Deduc me dn̄e
B in via tua, &: Gressus meos dirige scd̄m eloquiū tuū [& ōndit illi regnū dei] dando ei grām cōtemplandi ac p̄gustandi gaudia regni cœlestis [& dedit illi scientiam sanctoꝝ]. i. intelligētiā scripturaꝝ, Apostoloꝝ, Euāgelistaꝝ ac prophetaꝝ, vel illuminationē angeloꝝ sanctoꝝ: donū q̊q; scientiæ, q̊d infunditur cordibus oīm electoꝝ [Honestauit illū in laborib⁹]. i. actibus v̄tuosis fecit eū studiose, fructuose, ac p̄seueranter intētū [& cōpleuit labores illius] pducendo eos ad finē beatū [In fraude circūuenientiū illū affuit]. i. a fraudibus inuisibiliū ac visibiliū hostiū ac tyrannoꝝ eripuit eū ac p̄seruauit p illuminationē & directionē internam, p inspirationē angelicam [& honestū fecit illū]. i. spiritalit̄ locupletē, totiq; mūdo venerabilē, canonizando eundē, & p diuersa miracula sctm̃ suū mirificando [Custodiuit illū ab inimicis] p̄fatis, nō vt eū nō p̄seq̄rentur aut trucidarent, sed ne per impatientiam aut aliā culpam corrueret [& a seductorib.] q conati sunt per blandimēta & vana promissa, aut philosophica argumenta, vel cōminationes & pœnaꝝ acerbitates decipere Chr̄i electos [tutauit illum] per sapientiam salutarem atq; cōstantiam [& certamen forte dedit illi vt vinceret] qa cōtra diabolum, mundum & carnem iussit eum fortiter p̄liari ac præualere: Nolite, inquiens, timere eos qui corpus occidunt. Nō em̄ coronatur, nisi qui legittime certauerit [& sciret qm̄ oīm potentior est sapientia]. i. victoriam suā non sibiipsi sed Chr̄o ascriberet, a q̊ sibi promissum fuit: Ego dabo vobis os & sapientiam, cui nō poterunt resistere & cōtradicere oēs aduersarij vr̄i [Hæc venditū iustū nō dereliquit] Nam multi sancti fuerunt perfidis venditi, sed a sapiētia summa nequaq̄ relicti [sed a p̄ctōribus liberauit eū] per patientiam & glorificationē in
re,& consummare, prosequatur perseueranter ac feruide, vt neq; in opere dei negligens inueniatur, nec per indiscretionem incurrat quod in Hieremia habetur: Quia plus fecit, q̃ potuit, ideo periit. Hinc Hieremias inducit: Interrogate q̃ sit via bona & ambulate in ea, & inuenietis requiem aĩabus vestris. Hæc est regia via, obseruãtia medii, in quo virtus consistit, de q̃ rursus ait Esaias: Hæc via, ambulate in ea, & neq; ad dexteram, neq; ad sinistrã. Porro, nonnulli sunt qui mundũ corporaliter tm̃ relinquunt, sed mundanis affectionibus inquinantur, ad ea q̃ mundi sunt, & ad hoĩes seculares sensualiter, afficiũtur, attracti his rebus, puta, diuitiis, ornatibus, honoribus, potestatibus, q̃s in illis mirãtur & appreciantur, amant & appetunt. Quo circa de viro iusto ait Psal. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, timentes autem dñm glorificat. Hi mundi vanitatibus illuduntur, quibus plus placet, q̃d mundus adinuenit, q̃ quod condidit deus. Qui plus afficiuntur ad ea, q̃ placent mundo, q̃ ea quę placent deo. Qui diuitibus atq; magnatibus scl'i reuerentiam exhibent potius propter mundanam prosperitatem & exteriorem ornatũ, q̃, quia dei vicarii sunt, & propter officii dignitatem. Hos cõcernit quod in sua Cano. ait Apl'us Iacobus: Fratres, si introierit in conuentum vr̃m vir aureum annulum hñs, & in veste candida, introierit autẽ & pauper in sordido habitu, & intendatis in eum qui indutus est veste præclara, & dixeritis ei, tu sede hic bñ, pauperi autem dicatis, tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorꝝ, nonne iudicatis apud vosmetipsos, & facti estis iudices cogitationum iniquarꝝ? Aduertãt hæc, quorꝝ corda aperiuntur & gaudent visis maioribus, opulentis & magnis in scl'o isto, paupes vo abiectos & simplices vilipendunt, vixq; hospitare, aspicere & affari dignantur. Et cur hoc, nisi qa plus appretiantur bona fortunæ, hoc est, tpalia & terrena, q̃ dona gratiæ, & ea quæ docuit Christus, videl. paupertatẽ, humilitatẽ, & abiectionẽ? Nonne similitudo est causa amoris? Quare itaq; magis afficeris ad scl'aria, vana, & curiosa, q̃ ad spiritalia & interna ac vẽ salubria, nisi qm̃ illa inania sunt tuo cordi magis conformia, & plus diligis ea? Et sicut vidit Ezechiel in pariete depictã similitudinẽ reptilium, & auium, & aĩalium atq; abominabilium idolorꝝ carnaliũ Israelitarꝝ, sic infelix & vilis mens tua mundialium rerꝝ ac damnabilium vitiorꝝ quib' renunciasti, & q̃ spernere obligaris, imaginibus est depicta, affectionibusq; formata. Vnusquisq; em̃, rebus q̃s diligit, efficit similis, & q̃si vnũ cum eis, ideo earꝝ imaginibus visis mox ad eas allicitur, quemadmodũ de fornicatrice anima dñs per Ezech. testatur: Cum vidisset, inquiens, viros depictos, imagines Chaldæorꝝ expressas coloribus, & accinctos baltheis renes, & tyaras in capitibus eorꝝ, insaniuit super eos concupiscentia oculorꝝ suorꝝ. His ergo applaudis, quibus intus per amorem depictus est. Hoc & dñs in Iohanne insinuasse videtur loquens ad suos nondum spirituales effectos. Non potest mundus odisse vos. Me autem odit, quia testimoniũ perhibeo de eo, quia opera eius mala sunt. Spiritualibus vo hoĩbus scripsit Iohannes in prima sua epistola: Nolite mirari si odit vos mũdus. De carnalibus aũt in eadẽ subdit epistola: Ipsi de mundo sunt, & de mundo loquuntur, & mũdus eos audit. Idcirco nõ putes te vẽ eẽ spiritualem si tibi adhuc placet mundus aut vanitas eius. Hinc innotescit eorꝝ carnalitas & mundana affectio, qui a mundi magnatibus cupiunt honorari, famari, agnosci & de tali sua excellentia stolide gloriantur, ac insensate se iactant non aduertentes quod in Iohanne filius dei ait electis: Si de mundo essetis, mundus quod suum erat, diligeret, quia vero de mundo non estis, sed ergo elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Præterea religiosi, imo verius irreligiosi reiecto veri & cœlestis honoris amore, neglecto spiritalis profectu, & desiderio altitudinis felicitatis æternæ improbo infecti amore propriũ q̃runt honorẽ, & ambitiosi effecti, cupiunt pximis pfici, dñari, præesse, pcipe. Hinc blandientibus sibi afficiũtur, increpãtibus indignãtur, sua vicia nolũt aduertere, resistẽtibus suæ pmotioni grauit' obloquũtur, taliũ cõmẽdationẽ audire nõ valẽt. Hęc vanitas ista ambitio hic improbus amor sui est fomes dissentionis, tinea sanctę religionis, mr̃ hypocrisis, turbatio pacis, instabilitatis origo. Hinc oriũtur suspitiones puersæ, detractiões, inuidiæ, irę, susurratiões, stulta iudicia, practicæ periculosæ, attractiones & subornationes Simoniacæ, interpretationes sinistræ, inquietudines afflictionesq; cordis. Vnde recte dixit sanctus Bernard. O ambitio crux ambientiũ, quõ oẽs torquens, omnibus places? Et breuiter, vt beatus affirmat Gregorius, numerari culpæ nequeunt, q̃ ex ambitione procedunt. Nonne ambitiosus miserrimus pene in omnibus ad propriũ suum commodũ ac honorẽ reflectitur, & raro aut nunq̃ recte in deum dirigitur? Qui talis est, etiam bona aliorꝝ interptatur in peius, & assimilatur araneæ, q̃ ex flore trahit venenum, vnde colligit apis mel suum. Defectus quoq; aliorꝝ obseruans, reuoluens, exaggerans, fit similis auibus, quę ex stercoribus faciunt sibi nidos, febricitantibus etiam, quibus ex eorꝝ infectione dulcia videntur amara. Tali videtur, ꝙ multa patiatur ab aliis, & a nemine honoretur condigne, aliorũq; infirmitates toleret copiose, nõ aduertens in quan-

Marginalia: Psalm. 14 (beside "appetunt. Quo circa…"); Iohan. 7 (beside "nes, & tyaras…"); D; E; F.

A quantis toleretur ab ipsis. Postremo, vt omnia mala hæc possis effugere, teipsum in sancta humilitate in dei funda timore, priuatum extirpa amorem, & in deo te ama veracit. Quicqd expedit tibi ad complacendum deo, amplectere, quicquid a deo, & diuino te impedit, fuge. Incipe a te ipso, miserẽdo imprimis aĩæ tuæ, & zelũ iusticiæ in te & cõtra vicia tua imprimis exercere, propria vicia perpende & emenda, defle & dole assidue, sicq; ad alioꝶ increpationẽ charitatiue ac ordinate procede, vt sic tota vita tua sit vera milicia super terram.

DE VIRGINIBVS

¶ Enarratio epistolæ: Qui gloriatur in dño glorietur: 2. Cor. 10. & 11.

IN hac epistola Paulus contra ambitiosos & pseudoapl'os loquens docet quõ sit gloriãdũ, « si quis voluerit gloriari. Dicit igitur: [Qui gloriatur, in dño]. i. secundum doctrinã & vo- i.Cor.i. « luntatem dñi [glorietur] oĩa bona ad deum referendo finaliter. Vel in dño. i. in contemplatione ac dilectione diuina. Imo in omni actu virtuoso lætãdum est. Hoc modo gl'abatur virgo bñdicta, dicendo: Exultauit spũs meus in deo salutari meo. Et Abacuck: Ego, inquit, in Lucæ.i. dño gaudebo & exultabo in deo Iesu meo. Debemus quoq; gloriari in dño, congratulãdo totis præcordijs diuinæ beatitudini ac perfectioni [Non eñ qui seipsum cõmendat] ob pro « priam laudem [ille probatus] id est, iustus vel approbatus [est] coram deo & discretis perso- « nis, sed reprobatus, quoniam Salo. ait: Laudet te alienus, & non os tuum [sed] probatus est, [quem deus commendat]. i. laude dignũ iudicat, seu commendabilẽ facit ꝑ virtutes & signa [Vtinã sustineretis modicum qd insipientiæ meæ] .i. vtiam æquanimiter audiretis paulu- B lum ꝟba mea quibus laudo meipsum, quod esse videtur insipientis & ab aliquibus fatuũ reputatur, cum dicat scriptura: Laudet te alienus, & non os tuũ. Quocirca sciendũ ꝙ moralia cum ꝟsentur circa particularia, mutabilia sunt atq; mutanda scdm diuersitatem locoꝶ, causarum, tempoꝶ, & ꝑsonaꝶ, idcirco de eis tam certæ regulæ dari non possunt, quin sæpe patiantur instantiam propter rationabilem causam. Quod viri eruditi attendunt, non autem indocti. Vnde cum aliqd fit a iusto vel sapiente, quod cõtrariari videtur ꝟbis regulaꝶ moralium, q̃uis intentioni eaꝶ non repugnet, indiscreti ac stolidi iudicant illud illicitũ. Quum ergo scriptura prohibeat laudare seipsum, insipientię est ſp scdm opinionẽ stultoꝶ, vt quisq̃ laudet seipsum. Ideo dicit Apost. se optare vt sustineant modicum insipientiæ suæ secundũ ęstimationem indiscretoꝶ, quod tñ scdm veritatem erat magnũ quid sapientiæ. Salomonis enim ꝟbum intelligendum est, qñ occultatio propriæ laudis non vergit in ꝓiudicium ꝟitatis, nec in detrimentũ salutis proximoꝶ, nec in honoris diuini dispendiũ. Et ob has causas Paulus commendauit seipsum. Simili mõ soluitur ꝙ Aposto. in suis epl'is toties suos laudat Eccle.ii. discipulos, cum tñ in Eccl. scriptũ sit: Ante mortem ne laudes hoĩem quenq̃ [sed & supportate me]. i. patiẽter auscultate q̃ dico, & ferte me, sicut decet prælatum supportari a subditis « suis. Et merito me supportare debetis [Aemulor enim vos]. i. ardenter diligo, non qualiter- « cunq;, seu carnali affectione sed [dei ęmulatione]. i. syncero ac deiformi amore, videlicet ad hunc finem ad quẽ vos amat deus, vt consequamini vitam æternam. Deniq; æmulari multis modis accipitur. Primo, pro indignatione. Iuxta illud Ezech. Erat idolum zeli ad prouocandum æmulationem. Scdo, pro rancore, vt ad Roma. Paul. Non in contentione & ęmula Roma.i3. C tione. Tertio, pro desiderio boni nondũ adepti, sicut dictũ est alibi: Aemulamini charismata meliora. Quarto, pro dilectiõe, vt ibi, fortis est, vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio. Quinto, pro inordinato amore, vt est illud apostoli: Aemulantur vos, non bene. Sexto, pro imitatione, iuxta illud: Bonum in bono æmulamini semper. Quod autem æmu- « ler vos, patet. [Despondi enim] fidei annulo. i. spirituali matrimonio iunxi [vos] omnes fi- « deles [vni viro] videl. Christo [virginẽ castam exhibere Christo]. i. ad hoc vt exhibeam vos Christo sponsam ac virginem illibatam. Oẽs enim fideles charitate connexi, sunt vna spõsa Christi vnaq; virgo spiritualiter propter integræ fidei vnitatem. Carnis nanq; virginitas, est integritas corporis a contagiõe carnali. Virginitas cordis, est fides incorrupta. Vñ apud Oseam dñs loquitur: Sponsabo te mihi in fide. Ideo singulariter dixit virginẽ, propter vnitatem catholicę fidei, solidæ spei atq; timoris diuini. Huius cõiunctionis internæ ac matrimonialis inter Chr̃m & ecclesiam, paranymphus erat apl'us tanq̃ sponsi secretarius & amicus.

¶ Enarratio Euangelij: Simile est regnum cœloꝶ decem virginibus. Mat. 25.

IN huius parabolæ expositione de decẽ virginibus sancti catholiciq; doctores non parum diuersificantur. Quidam enim exponunt eam de solis virginibus, alij de contemplatiuis ꝑ virgines significatis, alij de popularibus oĩbus, nõ idololatris, alij de popularibus Christianis duntaxat. Sed propter prolixitatem vitandam prosequar vnũ quem æstimo conuenientiorem intellectum, videlicet vt intelligatur de oĩbus Christianis. [Simile est regnũ cœlorũ] .i. ecclesia militans & negotium eius [decem virginibus quæ accipientes lampades suas exie-

runt obuiam sponso & sponsæ]. Nam sicut virgines illæ acceptis lampadibus occurrunt D
sponso & sponsæ, sic omnes Christiani in die iudicij occurrent Christo. Itaque per decem virgines vniuersitas fidelium denotatur. Denarius enim est numerus pfectus & primus terminus numerorum, ita quod vltra non proceditur numerando, nisi redeundo ad caput seu vnitatem & denarium. Totum ergo quod subditur in ista parabola de hac re per decem virgines designata, est exponendum. Per hoc autem quod virgines dicũtur accepisse lampades suas, insinuatur, quod vniuersi fideles cum ad iudicium venerint, secum ferent fidem & opera sua, quæ nomine lampadum exprimuntur. Opera quippe illorum sequuntur illos. Et
Apoc.14
quamuis multorum mala sint opera, vix tamẽ vel non inuenitur aliquis Christianus ita peruersus, quin habeat aliqua opera ex suo genere bona, quamuis nõ sint meritoria, præsertim cum ipse interior fidei actus de genere bonus sit. In die autẽ iudicij obuiabunt Christo sponso & ecclesiæ triumphanti cũ ipso de cœlo venienti, quæ est sponsa Christi, vel sponsæ Christi singulari, quæ est virgo beatissima mater deifera, vel secundum Augustinum, ita dicuntur obuiare sponsæ, velut si omnibus in ecclesiam concurrentibus filij ad matrem concurrere dicantur, cum ipsis filijs congregatis constet ea quæ dicitur mater. Sicque obuiatio ista esset eiusdem ad se ipsum secundum statum vel modum diuersum. Secundum primum modum est obuiatio partis ad partem, quia in die iudicij ex hominibus seu ecclesia militante & angelis atq; ecclesia triumphante fiet vna ecclesia & vna sponsa Christi, qui tunc sibi perfecte ac indissolubiliter copulabit totam ecclesiam seu electorum vniuersitatem, vt omẽs sint vnum in ipso, & deus sit omnia in omnibus. [Quinq; autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes.] Vna pars Christianorum insipiens est, & in die iudicij stulta probabitur, eo q̃ E
Augustin.
Coloss.3
diuinis ac spiritalibus præposuit terrena & corporalia, fidemq; catholicam non adornauit operibus, nec opera de genere bona retulit ad debitum seu vltimum finem. Prudentia namq; dirigit actus humanos in debitum finem. Qui ergo non ob dei honorem vitamque æternam bona agit sed propter laudes humanas seu temporale emolumentum, merito imprudens & stultus censetur. Alia vero pars Christianorum per oppositum prudens est, & in dei iudicij sapiens inuenietur. Per hæc itaque bonorum & malorum discretio explicatur. [Sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum]. Hoc est, stulti & vani
1.Cor,1.
Christiani fidei suæ & operibus non coniũxerunt spiritualem delectationem læticiamque internam, & conscientiæ synceritatem, faciendo quod monet Apostolus: Qui gloriatur, in domino glorietur. Et rursus: Gaudete in domino semper. Et illud Psalmistæ: Seruite domino in læticia. Vnde nec dicere possuut cum Apostolo: Gaudium nostrum est testimonium
Philip.4.
conscientię nostræ. Itaque per oleum spiritualis & pura delectatio, synceritasq; conscientię designantur, iuxta illud: Vnxit te deus, deus tuus oleo læticiæ. Mali autem, dum aliquid boni agere videntur, in se non in domino gloriantur, & hominibus cupiunt complacere magis, quàm deo, & ita non satagunt conscientiam bonan habere, nec redeunt ad interiora, sed inaniter diffunduntur, quemadmodum scriptum est: In circuitu impij ambulant. [Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis] Hoc est spiritualem delectationem, & bonæ conscientiæ testimonium in cordibus suis posuerunt [cum lampadibus] id est, fide & operibus virtuosis. Hæc enim electi deferunt secum ad iudicium [Moram autem faciente sponso] id est, Christo futuri iudicij differente, videlicet, ab ascensione vsq; ad terminum mundi [dormitauerũt omnes] id est, tam boni quàm mali defuncti sunt [& dormierunt] somno F
mortis atque in tumulis velut in lecto quieuerunt, denuo suscitandi a Christo. De qua dormitione ait Saluator apud Iohannem vndecimo: Lazarus amicus noster dormit, sed vado
Iohan.11.
vt a somno suscitem eum. Mortui itaque dormiunt Christo, qui multo facilius excitat defunctum a morte, quàm homo dormientem a somno. [Media autem nocte clamor factus est, Ecce sponsus venit] Ex hoc aliqui asserunt quod finale iudicium erit in medio noctis.
Hierony.
Vnde refert Hieronymus traditionem esse Iudæorum quod sicut deus per angelum vastauit Aegyptios media nocte, ita per Christum iudicabit mundum in medio noctis. Alij dicunt,
1.Cor.4
quod erit in die, secundum quod dicit Apostolus: In die quo iudicabit dominus abscondita tenebrarum. Et dicũt quod ideo tempus iudicij vocatur nox, quia incertum. Propter quod
Augustin.
dicit Augustinus: Media nocte, id est, nullo sciẽte aut sperante. Clamor autem qui tunc fiet est sonus tubæ, & vox magna. De quibus alibi plenius dictum est: [exite obuiam ei] id est, de sepulchris resurgite, seu corpore resumpto occurrite Christo ad iudicium venienti. [Tunc surrexerunt omnes virgines illæ] id est, boni & mali a mortuis surgent simul in die nouissimo [& ornauerunt lampades suas] id est, opera sua decorauerunt, quantum potuerunt, testimonio conscientiæ & præmeditatione rationum districto iudici reddendarũ secundum

A cundũ quod dicit Apostolus: Probet se homo, & sic in semetipso habebit gloriam, & non in altero. Quilibet enim causam suam quantum poterit adornabit [Fatuæ autem sapientibus dixerunt, Date nobis de oleo vestro] id est, de merito vestræ spiritualis læticiæ & bonæ conscientiæ succurrite nobis [quia lampades nostræ extinguũtur] id est, fides & opera nostra reprobantur, tanquam a lumine gratiæ aliena. Per hoc innuitur, quod in die iudicij mali vndique sibi auxiliari optabunt, illi saltem, qui nondum iudicati & incerti sunt quid de eis dominus iudicabit, qui etiam ante prolationem sententiæ verebuntur damnari, tanquam male sibi conscij [Responderunt prudentes] fatuis [dicentes, Ne forte non sufficiat nobis & vobis], i. facere non valemus, neq; audemus quod petitis, timentes ne opera nostra nobismetipsis vix sufficiant ad salutem, præsertim cum tantus sit iudicij huius rigor, vt iustus vix saluetur. Nec alius alium tunc potest iuuare, quoniam vnusquisque tunc maxime onus suum portabit, & pro seipso rationem præstabit. [Ite potius ad vendentes] id est, ad eos quorum est regnum cœlorum, puta ad pauperes vel sacerdotes, quibus commissæ sunt claues regni cœlestis, & dominica sacramenta gratiæ contentiua dispensant, atque pro nummo confessionis ac pœnitentiæ quodammodo vendũt [& emite vobis] oleum salutis, pauperibus succurrendo vel sacerdotibus obediẽdo. Sic enim Daniel ait: Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum. Hæc dicunt virgines sapientes, non quod tunc tempus erit merendi seu ista agendi, sed quia aliud consilium dari non potest. Vel, secũdum Augustinum: Hæc dicunt non consulendo, sed crimen fatuarum commemorando, eisque

B insultando zælo iusticiæ. Tanquam dicant: Ite ad vendentes, id est, adulatores & vanos vestros laudatores accedite, & emite vobis ab eis oleum, id est, fomentum salutis & gratiæ. [Dum autẽ irent emere] id est, gratiam recuperare vellent & pœnitere [venit sponsus] id est, Christus ad præmiandum. [Et quæ paratæ erant] tanquam ornatæ veste nuptiali & actibus meritorijs, atque ab omni labe peccati purgatæ [intrauerunt cum eo ad nuptias] id est, ad cœlestem refectionem seu beatitudinem sempiternam, vbi sanctæ animæ deo intime vniuntur eoq; fruuntur, & ab eo feliciter fœcundãtur [& clausa est ianua] id est, finitum est tempus promerendi, & aditus regni cœlestis nulli de cætero patet. [Nouissime autem] id est, nimium tarde & post aliarum præparationem ac saluationem [venerũt & reliquæ virgines] stultæ. Non est per hoc intelligendum, quod aliud sit tempus iudicij bonorum aliudq; malorum, sed quod ordine dignitatis boni primo remunerentur. Veniunt ergo quando tempus miserationis expirauit [dicentes: Domine, domine] Ingeminant dominum, non charitate, sed necessitate, non vero amore sed naturali affectione, atq; timore. Ideo nil merentur, [aperi nobis] ianuam regni cœlestis. [At ille respondens ait: Amen dico vobis, nescio vos] sciẽtia approbationis de qua dicit Apostolus: Si quis diligit deum, hic cognitus ẽ ab eo. Et iterum: Si quis ignorat, ignorabitur. Hinc alibi Christus dicit: Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem patris mei. [Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam] id est, tempore vobis incognito filius hominis veniet ideo vigilate.

i. petri. 4 · Augusti. · Matth. 22 · Matth. 7. · Marci. 13

C ¶ Sermo I. Quæ sit vera ac specialis Christi sponsa, & quomodo eam pluribus virtutibus ornatam esse oporteat.

APeri mihi soror mea, amica mea, columba mea. Canticorum quinto: Quamuis omnis anima Christiana vere deuota sponsa sit Christi, specialiter tamẽ oĩs puella virginea, spiritaliter amorosa & in virginitatis proposito constans Christi sponsa vocatur. Specialius vero omnis fœmina religiosa, deo in claustro consecrata & solenni professione Christo astricta, religioseq; viuens, sponsa est saluatoris creatorisque sui. Specialissime autem omnis virgo sancta quæ cœlestis sponsi amore pro fidei veritate, aut virtutum & castitatis tenore sanguinem fundit mortemque patitur, sponsa Iesu Christi vocatur. Quales fuerunt virgines sacræ & martyrizatę. Denique sicut communiter dicitur, triplex est sponsa Christi, videlicet, vniuersalis, quæ est ecclesia sancta catholica, & specialis, quæ est quælibet anima deuota in charitate existẽs & gratia. Itemq; singularis, videlicet, beatissima virgo Maria, de qua triplici sponsa exponitur liber Cantici Canticorum. Sed hoc sciendum, quod sponsa Christi specialis est duplex. Vna est determinata quæuis persona seu anima virtuosa. Alia est, quæcunque particularis ecclesia deo per fidem & charitatem vnita. Similiter sponsa singularis videtur esse duplex, vtpote virgo Maria, vt tactum est, & item humanitas Christi verbo æterno hypostatice copulata. Vnde secundũ Gregorium tunc deus pater, deo filio nuptias fecit, quando ei in vtero virginis humanam naturam coniunxit. Non enĩ ambiguum est Gregori.

quin Christi humanitas gratiosius, gloriosius, familiarius atq; intimius sit deo coniuncta, quàm quæcunque alia intellectualis seu rationalis creatura. Ideo dici potest singularissima A dei sponsa. Vniuersalis quoq; dei sponsa est duplex, videlicet ecclesia militãs, & ecclesia summa triumphans. Præterea nunc vidẽdum cur rationalis seu intellectualis creatura vocetur sponsa dei. Ad quod congrue respondetur quod ideo, quia per charitatem coniuncta est deo & brachijs sancti amoris amplexatur ab eo, cœlestique lumine, scilicet gratia & virtute fœcundatur ab ipso, atque per consensum voluntatis ei spiritaliter commiscetur, ac fructus virtutum producit. Et quamuis spiritale istud connubium seu desponsatio hæc specialiter ac principaliter fuit per charitatem, nihilominus per fidem aliasq; virtutes fieri perhibetur,
Osee.2. cum in Osee dñs dicat: Spõsabo te mihi in iudicio & iustitia & ĩ misericordia & miserationibus. Et sponsabo te mihi in fide. Insuper quamuis ecclesia seu omnis Christifidelis persona dei, qui vnus ac trinus est, & cuiuslibet diuinæ personæ sponsa vocetur, tamẽ magis proprie dicitur spõsa Christi q̃ patris aut spiritus sancti seu trini ac simplicis dei ꝑpter cõmunionem naturæ cũ Chro qui est verus deus & verus homo in vna persona. Sicq; ecclesia & oĩs Christifidelis cum ipso in humana communicat conuenitque persona. Propter quod ratio sponsi magis proprie videtur Christo competere, cum spõsus & sponsa soleant eiusdem esse naturæ. Hinc etiam ratio capitis respectu ecclesiæ magis competit proprie Christo dei filio incarnato. Itaq; virgo hæc sancta cuius nunc celebramus solennia, merito dicitur sponsa Christi. Primo, quia per fidem & charitatem fuit ei coniuncta. Secundo quoniam ratione sexus, deuotione ornati, specialius ei cõpetit nomen spõsæ. Tertio, qa amore spõsi cœlestis oẽm carnalẽ contẽpsit spõsum, & oẽs voluptates carnales. Quarto, qa ꝑ spõso cœlesti sanguinẽ suũ fudit, vel ei solenniť extitit in religione cõsecrata. Est ergo sacra hęc v̾go multipl'r commendabilis & à multis laudãda. Primo, ratione spiritalis fortitudinis suæ, quia cũ sexu vicit naturam. Cum enim fœminæ naturaliter atq; communiter fragiles, instabilesq; consistant, vtpote debiles in ratione & nimium molles, flexibiles ac formidolosæ, tamen beata hæc virgo per dona gratię ac virtutes, auxiliante ei in omnibus spiritu sancto, constans fuit & fortis, prudens ac sapiens vehementer, imperterrita, inflexibilisq; à bono, & à cœlestis spõsi amore in tantum quod nec dęmonum tentationibus, nec hominum impiorum suggestionibus, nec comminationibus, nec adulationibus, nec prosperis nec aduersis, nec prauorum exemplis, nec exquisitis crudelissimisq; supplicijs, nec diuturnis persequutionibus potuit superari. Vnde non fuit cum peruersis peruersa, nec à quoquam seducta, sed cum Apostolo dicere quiuit: Quis me separabit à charitate Christi? Secundo, laudanda & inclyte extollenda est ratione præclaræ ac victoriosæ temperantiæ suæ, qua proprium corpus virgineum optime rexit, ac fortiter refrenauit, ab omni voluptate gulæ & incontinentię illud compescens, rationi subijciens, & in actibus virtuosis ipsum seruire deo cõpellens. Magna est virtus atq; victoria ista, præsertim in fragili sexu, cum & in viris virtuosis ac sapientissimis reputetur præcipue. Ait nanque GREGORIVS: Nos gestamus laqueum nostrum nobiscum, & proprium circunferimus inimicum, carnem nostram loquor de peccato natam, in peccato nutritam, corruptam valde ipsa origine, sed multo amplius praua consuetudine vitiatam. Potest ergo de sancta hac virgine dici illud Prouerbiorum decimo tertio: Accinxit fortitudine C lumbos suos, manum suam misit ad fortia, fortitudo & decor indumentum eius, & panem ociosa non comedit. Tertio excellenter commendabilis est a sua virginea castitate, qua semper continuit & in virginitatis proposito mansit, ac manere vsque in finem decreuit. Solent etenim virgines quandoque ex quadam curiositate tentari, experire cupientes quid sit quod audiunt seu cogitant, & maius illud esse putantes quàm est, nec adiuncta incommoda ponderantes. Insuper a naturali calore, a dæmonum suggestione, ab hominum persuasione frequenter tẽtantur: sed felix hæc virgo omnia ista fortiter superauit, & oratione assidua humilique in deo fiducia vicit. Præclara ergo & grandis omnino est laus ista ac virtus, cum
Hierony. Bernard. sancti patres Hieronymus ac BERNARDVS affirment. Differunt inter se homo pudicus & angelus, sed felicitate non virtute. Sed etsi angeli castitas existat felicior, hominis ta-
Cassianus. men castitas fortior. Imo vt Abbas Cassianus doctor illustris testatur: Maius miraculum est de propria carne fomitem eradicare luxuriæ, quã immundos spiritus de corporibus alie-
Cyprian. nis expellere. Atque vt sanctus ait Hieronymus: In carne sine carne viuere angelicum est, nõ humanum. Hinc beatus CYPRIA. præsul, martyr & doctor: Virginitas, inquit, soror est angelorum, victoria libidinum, regina virtutum, & omnium possessio quędam bonorum. Deniq; virgines CHRISTO virgini specialiter cõformantur, & sequuntur agnum quocunq;

cunqueierit, cantantq; canticum quod alius cantare non valet. Propter quod Ecclesiasticus
A asserit: Omnis ponderatio non est digna continētis animæ, contestantibus quippe sanctis Hierony.
doctoribus Hieronymo atque Ambrosio: Virginitas supergreditur conditionem naturę hu Ambrosi.
manæ, per quam homines angelis assimilantur. Maior tamen est victoria virginum quàm angelorum. Angeli enim sine carne viuūt, virgines vero in carne triumphant. Quarto commendatur hæc sacra virgo a sua præcipua dignitate, quoniam filij dei cœlestis sponsi est spōsa, & ei fidelissime mansit cohęrens, sciens sponsum illum in omni nobilitate, pulchritudine, sapientia, amabilitate, opulentia, fortitudine incomparabiliter præfulgentem, cui quo magis coniungitur, eo purior redditur. Idcirco dicere potuit illud in Canticis septimo: Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex milibus & ipse est amicus meus filiæ Hierusalem. Hinc sponsus cœlestis delectabatur commorari in mente purissima huius virginis sanctæ, & dixit ad eam: Aperi mihi cordis tui cubiculum soror mea, cuius amore humanam assumpsi naturam, amica mea per specialem & familiarem dilectionem, columba mea, per puram & simplicem intentionem. Quinto laudatur hæc virgo a sua constantia, fortitudine & patientia in passione, quia ob sponsum cœlestem tam exquisita tulit supplicia, non absq; grandi miraculo & gratia copiosa: quia oīpotens deus intꝰ cætera potentiæ suæ miracula, etiam in fragili sexu victoriā dedit martyrij, imo tenerrimis, illustrissimisq; puellis admirabilissimam dedit fortitudinem atque constantiam inter horrenda tormenta. Sexto laudatur ab excellentia & multitudine miraculorum, quæ deus fecit
B per eam, ipsam mirificans & exaltans, & sibi charissimam, nobisque honorandam, & subuenire potentem, protestans ac monstrans, sicut ex eius patet legenda. Septimo commendatur a præclara & supernaturali sapiētia sibi collata, per quam inter aduersitates & pœnas tā sapientissime respondebat, aduersarios confundebat, Christi defendit fidem, & viros quoq;
animauit ad martyrij susceptionem. Dedit etem̄ ei Christus os & sapientiā, cui nec tyranni Lucæ.21
nec prudentes sæculi valebant resistere. Octauo commēdatur ab excellenti felicitate, quam pro præmio est adepta, & æternaliter possessura: estque modo cœlesti sponso perfecte coniuncta in eius vlnis dulcissime requiescens, eius purissimis amplexibus incessabiliter fruens, eius vultum inauertibiliter intuens, ipsum deliciosissime ac securissime possidens, tanto vtique plenius quanto eum in vita hac dilexit ardentius, concupiuit frequētius, honorauit perfectius, & plura ac grauiora pro ipso perpessa est: nam in duplici decoratur aureola, vtpote martyrum ac virginum. Et si alios instruxit in fide, atque ad Christum conuertit, etiam doctorum aureolā est sortita. Honoremus ergo, laudemus, deprecemur ac diligamus hanc virginem sanctam, & eius sequamur virtutes, concupiscentias refrenando, corpora nostra pœnitētialiter castigādo, passiones nr̄as & vitia fortitꝰ superādo. Vanitates sæculi despiciamus in dei timore & gratia concrescamus, imo de nostra imperfectione, de nostris miserrimis defectuositatibus & fragilitatibus miserandis vehementissime erubescamus, eo quod sacra hæc virgo sexu & corpore fragilis per gratiam & virtutes extitit tam sublimis, tam perfecta & fortis, tam patiens in aduersis, tam victoriosa in pœnis grauissimis, tam sapiens in respōsis. Nos vero a proprijs motibus quotidie vincimur, ira & impatientia inflammamur, con-
C cupiscentijs instar brutorum exagitamur, modico verbo turbamur. Vbi nos barbati latebimus? vbi manebimus cū iudex altissimus cœperit exercere iudicium, discutere omnia, pandere vniuersa? Verecundemur itaque & reuertamur a pessimis vijs nostris, pœnitentiamq; agamus, atque in omnibus nos incessabiliter emendemus. Ad laudem oīpotentis, &c.

¶ Sermo II. Quod aliud quàm deum cogitare virginem non deceat, & pro eisdem per quatuor documenta Augustini.

Virgo cogitat quæ domini sunt vt sit sancta corpore & spiritu, prima Corinthiorum septimo. Finis propter quem creator bonus sapiens atque omnipotens condidit hominem est deum syncere cognoscere ac feruenter diligere, eique mente quieta, pura ac stabili adhęrere. Ad istud ordinatur tota sacra scriptura, & ad hoc tendunt & data sunt omnia dei præcepta, euangelica quoque consilia Christi. Idcirco quod ad hunc finem plus confert & expedit homini, hoc ei vtilius salubriusque consistit. Constat autem & experientia docet certa, quod status coniugalis propter occupationes & solicitudines sibi adiunctas, & per carnales voluptates actui suo admixtas, frequenter ac vehementer impedit coniugatos a fine prætacto, a puritate interna, a mentis quiete in deo, a spiritali affectu, ab exercitijs virtuosis, a cō

tione altissimi. Hinc scdm cœlestem Christi doctrinam, virginitas in nouo testamento pfertur statui coniugali, castitatiq; matrimoniali. Virgines nãq; deo liberius ac purius possunt D
1.Cor.7 vacare. Hinc docet Apost. φ mulier nupta cogitat q̃ sunt mundi, quõ placeat viro, & mẽte diuisa est, qa nõ toto corde intenta est deo, sed varijs curis occupationibusq; grauatur, distrahitur, impeditur. Virgo autẽ cogitat quæ sunt dei, quõ placeat ei, vt sit sancta.i. immaculata corpore & spiritu. Porro hæc intelligenda sunt de virginibus in proposito virginitatis consistentibus, dei intuitu & amore non ob laudẽ humanã, aut ex virorum contemptu, vel ppter terrena ac tpalia commoda. Non em̃ virginitas per se placet, sed vt placeat deo, humilitati, cha-
hierony. ritati, cæterisq; virtutibus sit coniuncta. Ideo ait Hierony. Ornetur morum sanctitate virginitas, & gradũ profecto subseqtur perfectũ. Isidorus quoq;: Virgo, inquit, carne, nõ mente, nullum pmiũ habet in professione. Cũ ergo virginitas p seipsam non placet deo, sed ex interiori mentis deuotione & sctõ proposito, atq; aliarum adiũctione virtutũ, aduertere debẽt vgines, psertim in vginitate manere statuentes, qd ad earum pertineat statũ, vt iuxta suã vocationem ambulent digne deo. Hinc loquitur Aug. Dñica virgo.i. virgo deo deuota, debet cognoscere quibus præceptis instituatur, & a qbus debeat vitijs abstinere. Consequenter beatiss. doctor
Augusti. Aug. multa scribit pro vginum instructione, q̃ ad earum ptinẽt statũ: Dñica, inqens, virgo primitus debet vitare strepitus hoĩm tumultus ac platearum frequẽtiã fugere, atq; ĩ domo posita operi lanifico, vel lectioni diuinæ insistere, hoc est vnũ documentũ, ex q̃ patescit φ vginum est non discurrere, nec hinc inde vagari: sed q̃tum fieri potest, domi sedere, nisi cũ ad ecclesiã est pgendum. Et q̃d ait Aug. φ debeat lanifico insistere operi, intelligendũ est, φ debeat aliquam manualem occupationẽ vtilem & honestã habere, nõ ocio aut loquacitati vacare. Cõformiter q̃d ait, aut lectioni diuinæ intendere, intelligendũ est φ debeat aliquam spiritalem exercitationẽ peragere, vacando videl. lectioni deuotorum librorum, vel orationi aut meditatiõi E
Ambrosi. salubri. Hinc & sanctus ait Ambrosius: Discite virgines nõ alienas circũcursare ædes seu do-
Augusti. mos, non demorari in plateis, nec aliquos in publico misceri sermones. ¶ Secundum Aug. est documentũ: Dñica virgo, nec ornatu capitis, nec habitu comę, nec oculis erectis aut lætis, sed vultu ad terrã deposito sit incedens, ne iuueniles inducat amores, ne & si ipsa nõ pereat, alijs causa perditionis existat. Ecce hoc documento phibentur vgines se pompose & curiose ornare, præsertim in vultu & capite, & erectis oculis ac iucundis incedere, sed facie inclinata, ne iuuenũ seu virorum in se accendant affectũ, ac p hoc alijs sint perditionis occasio dato φ
hierony. ipsæ non afficiantur libidinose ad alios, nec illos scandalizare intendant. Hinc q̃q; Hierony. terribiliter ptestatur: Si vir vel mulier se ornauerit, & vultus hoĩm ad se puocauerit, & si nullũ inde seq̃tur damnũ, iuditium tñ patietur æternũ quia venenũ attulit, si fuisset qui biberet. Hinc dicunt doctores: φ quicunq; ita se vestit vel ornat, φ alijs vitiosæ cõcupiscentiæ exhibet incentiuũ, peccat mortaliter, etiã dato, φ nemo scandalizetur in eo. Nam q̃tum in se est, præbet alijs poculũ mortis. O q̃ pauci ista perpendunt, ideo miseri pereunt sine numero & mensura. Deniq; sancta hæc virgo cuius nunc agimus festum, hæc oĩa adimpleuit, & mala vitauit, solicita fuit ne quis virorum aut iuuenũ, scãdalizaret in eius specie vel aspectu, ornatu, vestitu siue incessu, idcirco dilexit secretũ. O q̃ fatuæ sunt nũc virgines & fœminæ multæ, q̃ ex capillis suis faciũt sibi cornua, quæ interdũ deponũt, interdũ resumũt, instar testudinis. F
Quædã etiã omi stultitia plenæ vultũ suum adulterino ornãt colore ac liniunt, contra q̃s ait sanctus Hierony. Quanta amentia est, effigiẽ mutare naturę, picturam q̃rere. Tolerabiliora pene in adulterio crimina sunt. Ibi em̃ pudicitia, hic natura adulteratur. Et Ambro. Deles, inquit, picturam dei o mulier, si vultum tuum materiali candore oblinias, si exquisito rubo-
Ambro. re perfundis. Considerate o virgines ac fœminæ sanctam hãc virginem quam veneramur, quæ soli cœlesti cupiens sponso placere, interiorẽ suæ animæ vultum, videl. rationem & voluntatẽ fide, sapientia, charitate, iustitia, ac cæteris decorauit virtutibus. Et vos ergo similit
Augusti. agite ne dæmonum sitis adulteræ. ¶ Tertium documentũ est Augustini: Dominica vgo ab omni inuerecundo sermone & cachinno debet se penitus cohibere, & cũ silentio & disciplina omnem suã vitam ornare. Et ad istud pertinet quartum documentum quo ait: Dñica virgo vt de viduis ait Apost. Sermone garrula aut loquacitate vbosa, vel curiositate superflua casta iudicari non potest, sed potius prostituta, & ad luxuriam magis accendere & accẽdi. Ex his oñditur, φ vgines a fœmineis leuitatibus, loquacitatibus, & curiositatibus, debẽt se oĩno reprimere, & tanto plus q̃to ad talia proniores existunt: imo vnusquisq; cupiẽs deo placere atq; saluari, illis se vitijs magis debet opponere ac reniti, ad quæ ex naturali dispositione vel consuetudine, aut aliorum societate seu suggestione amplius inclinatur. ¶ Quartum est docu

est documentum: Dominica virgo nec sermonis iactantia, nec diuitijs, nec generis nobilitate
A se debet extollere, sed in humilitate & paupertate spiritus Christo quàm diu vixerit accepta manere. Istud etiam ad omnem pertinet Christianum. Quid enim sunt diuitiæ & nobilitas, pulchritudo, potentia, & eloquentia, nisi quædam dona naturæ siue fortunæ, quibus omnibus dona gratiæ ac virtutes sunt incomparabiliter digniora? Itaque si quis sit filius regis pulcherrimus corpore, vt Absolon, & Adonis ac Paris, ingeniosissimus vt Aristoteles, eloquentissimus vt Cicero, potentissimus vt Octauianus, ditissim. vt Crœsus, nobilissimus tanquam Franco, à quo & nobilis Francia nomen sortita est: alter vero sit corpore turpissimus, pauperrimus, balbus, obtusus, impotẽs, pauper, & tamen in charitate & gratia dei existens, vere humilis & deuotus, vter horum duorum sublimior, amabilior, honorabilior est atque beatior? Nonne iste secundus ab hominibus cunctis despectus? Cum itaq; ignorem⁹ qualis sit alter in mente sua, aut in prædestinatione diuina, nequaquam debet se aliquis propter eminentiam in donis naturæ aut fortunæ extollere, alijsue præferre, quæ dona & si maioris elegantiæ essent, tamen de eis debet qui ea sortitus est, deo gratias agere, subdi & humiliari, & eum qui deo per dona gratiæ est vnitus ac placens, sibi in corde suo præferre, quemadmodum & hæc sacra virgo cuius nunc festus agitur dies, fecit, quæ quãto maior fuit in donis gratiæ ac naturæ, atque fortunæ, tanto plus seipsam humiliauit in omnibus, aduertẽs q̃d ait Apostolus: Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Atuero secundum Hieronymum sex ista virginitatẽ conseruant: Sobrietas, ope- 2. Reg. 14 1. Cor. 4. Hierony.

B ratio. i. occupatio bona, asperitas vestium, coertio sensuũ, raritas loquendi, & euitatio oportunitatis peccandi, videlicet loci & temporis ac personæ. Veruntamen his sex possunt addi & alia multa, vtpote oratio ad deum assidua pro virginitate seruanda, consideratio dominicæ passionis, imo & molestiarum matrimonio adiunctarum, attentio præmiorum virginitatis, euitatio munusculorum, amplexus, attactus & osculorum. Postremo ad castitatem valde inducit quod sanctus Ambrosius historialiter refert, dicendo: Non fallit veritas, non circumscribit iustitia, non decipit virtus: quod si nõ creditis oraculo, credatis saltem exemplo. Dudum puella nobilis seculo, nũc nobilior Christo, cum à parentibus & propinquis ad nuptias vrgeretur, ad sacrosanctum confugit altare. Quo enim melius fugeret virgo, quam vbi sacrificium virginitatis offertur, & caput omnium Christus quotidie consecratur? Stabat ad aram dei pudoris hostia victima castitatis, capiti suo dexteram sacerdotis imponẽs, precemq; poscens, & ait. Quid agitis o propinqui? quid exquirẽdis nuptijs meum animum solicitatis? Sponsum mihi offertis terrenum, mortalem, sed ego reperi meliorem, quaslibet exagitate diuitias, nobilitatem iactate, potentiam prædicate. Habeo enim spõsum cui nemo se comparet, diuitem mũdo, potentem imperio, nobilem cœlo: si talem habetis non refuto optionem, si autem talem non reperitis, non mihi prouidetis tanquam parentes, sed inuidetis vt peremptores. Itaque & nos sanctæ virginis huius prouocemur exemplis, instruamur v̾tutibus, roboremur fortissimis gestis, spernamus carnalia & terrena, vt adipisci mereamur cœlestia & æterna. Ad laudem altissimi. Ambros.

C ¶ Sermo tertius. Quid bonæ virginis sit, vt firmior deo adhæreat.

AVdi filia & vide, & inclina aurem tuam. In Psalmo. Ea quæ in præcedenti sermone dicta sunt pertinere ad virgines, pene etiam omnia ad viduas pertinent. Vnde de illa venerabili vidua Iudith habetur: In superioribus domus suæ fecit cubiculum secretum sibi, in quo cum puellis suis clausa morabatur, & habens super lumbos suos cilicium ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ præter sabbata & neomenias, & festa domus Israel. Deniq; in Luca habetur de sanctissima illa vidua Anna: quod non discedebat de templo, orationibus & ieiunijs seruiens deo die ac nocte, Apostolus quoque Timotheum hortatur, dicens: Viduas honora quæ vere viduæ sunt: quæ autem vere vidua est & desolata speret in deum, & instet orationibus & obsecrationibus nocte ac die. Nam quæ in delicijs viuit, viuens mortua est. & hoc precipe vt irreprehensibiles sint. Ex quibus probatur quod ad viduas spectet non euagari, sed domi sedere, vtiliter occupari, spiritalibus exercitijs exerceri, loquacitates, prompas, vanitates, leuitates vitare: ieiũijs, orationibus, asperoq; vestitui operã dare, quæ omnia (vt sermone patuit p̃cedenti) ad virgines spectant. Deniq; omnis anima Christana vere deuota, dei filia & amica, spõsa & hæres rite vocat̃. Deus em̃ creator, est omniũ pater, amator, atq; remunerator, cui quotidie dicimus: Pater noster qui es in cœlis. Vñ in Deuteron. legit̃: Nunquid non ipse est pater tuus qui possedit te, fecit & creauit te? Itaque in themate passum p̃to, propheta in persona ecclesiæ hortat̃ virginẽ ac viduã quãcunq; vere deuotã, imo omnẽ Psalm. 44 Lucæ. 2.

animam

omnem animam efficaciter Christi fidelem ad multa. Primum est, vt audiat, id est, non so D
lum corporalibus auribus, sed mentis quoque diligentia aduertat quid velit deus, quid iu
beat, quid consulat, quid promittat, quid comminetur: Beati enim qui audiunt verbum dei.
Et Christus frequenter in Euangelio cohortatur: Qui habet aures audiendi, audiat. Debe
mus ergo mente aduertere quid deus loquatur in nobis per occultum instinctum, iuxta il
lud Psalmi: Audiam quid loquatur in me dominus deus. Vnde & in Iob fertur: Per somniũ
in visione nocturna aperit deus aures virorum, & instruit disciplina. Item aduertere sic de
bemus quid loquatur in nobis angelus sanctus, animæ nostræ custos, per inspirationes in
ternas. Ipse enim quotidie nos intus alloquitur, ad bona instigat, a malis auertit, a periculis
protegit. Tertio, sic debemus aduertere quid in nobis loquatur propria ratio, quid conscie
tia dictet, ad quid inclinet synderesis, vt rectę rationis sequamur iudicium, & ratione rega
tur voluntas, ac appetitus inferior non passionibus & concupiscentijs seducatur. Item exte
rioribus ac interioribus auribus debemus aduertere quid superiores nostri & boni, deuoti
que proximi nostri nobis loquantur, præcipiendo, instruendo, hortando aut corripiendo,
iuxta illud Ecclesiastici: Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Vnde & Sa
lomon ait: Audi fili mi disciplinam patris tui. Omnibus his modis sancta hæc cuius nunc E
Prou.1 celebramus solemnia audiuit exteriori & interiori auditu, quod sibi salubriter dicebatur, si
ue intus de cœlo, a deo & angelo, siue extra ab hominibus, eratque vera sapientiæ discipula,
obedientiæ filia, & docilis dirigibilisque per omnia. Superbi aũt & impatientes ac magni,
& sapientes in proprijs oculis, corripientibus ac corrigentibus indignantur, nec informatio
nibus acquiescunt, dicentes illud Iob: Quid nosti quod ignoremus? quid scis quod nescia
mus? Secundo in themate præassumpto propheta hortatur virginem ac viduam quamcun
que deuotam, vt videat, id est, corde intelligat & digne perpendat pertinentia ad salutem.
Iuxta illud Ecclesiastici: In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum
non peccabis. Hęc quippe nouissima sunt mors corporalis, metuendum dei iudicium, infer
nale supplicium, beatitudo æterna. Quicunque ergo mente sagaci rite perpenderit incerti
tudinem ac amaritudinem mortis sibi imminentis, atq; indesinenter appropinquantis, in
finitumq; diuini rigorem ac horrorem iudicij, q̃ metuendum sit incidere in manus dei viuẽ
tis, corpus & animam in æternum ignem proijcientis, cuius irę nemo potest resistere, à quo
non est appellare, neq; latere nec fugere, quiq; terribilis est in consilijs super filios hominum
Itemq; quam acerbissima ac intollerabilia sint inferni tormenta, quę nunquam propinquãt
ad finem, quam item deliciosissima sint supercœlestis gaudia paradisi, deum pulchritudinis
infinitæ in seipso clare & immediate conspicere, eius immensa dulcedine ad satietatem ac li
bitum æternaliter cũ plena securitate sine omni fastidio frui. Hic talis salubriter videt, & ve
re intelligit ac sapiens iudicatur, ideo vitat dei offensam, iuxta illud Ecclesiastici: Quasi a fa
cie colubri fuge peccata. Deniq; huic salubri visioni opponitur excæcatio mentis, quam cau F
sat mortale peccatum, quæ in omnibus mortali peccato subiectis existit, iuxta illud Sapien
tiæ: Excæcauit eos malitia eorum, de quibus conqueritur sanctus Moses dicens: Gens abs
que consilio est & sine prudentia, vtinam saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderẽt.
Hoc modo beata hęc virgo seu vidua vidit, & ideo cuncta terrena & prospera omnia seculi
huius reputauit pro nihilo, quatenus & æternas euaderet pœnas, & ineffabilia cœlestis bea
titudinis gaudia obtineret. Non timuit eos qui corpus occidunt, ne eius incidiret manꝰ qui
potestatem habet & corpus & animam mittere in gehẽnam. Vidit ꝙ omnia bona seculi hu
ius nullius momenti sunt, vt propter ea quis incidat æternalia acherontis supplicia, vel per
petua amittat gaudia felicitatis supernæ. Tertio hortatur, vt aurem suam inclinet per ef
Psal. 44 ficacem consensum & charitatiuam affectionem. Quarto, vt obliuiscatur populum suum
& domum patris sui, non vtiq; ea penitus tradendo obliuioni, quia hoc charitati esset con
trarium, cum tempore oportuno pro illis orandum sit, sed ne carnali & seculari affectione il
lis adhæreat, & ipsos in quantum sibi in via obsistunt salutis ignoret atq; pertranseat. Vnde
ita agentibus Christus copiosum pollicetur pręmium, dicens: Omnis qui reliquerit patrem
aut matrem, aut vxorem, aut fratres, aut sorores, centuplum accipiet, id est, in pręsenti abun
dantiam spiritalium sortietur charismatum, & vitam æternam possidebit. Hinc & prophe
ta post verba inducta præmium hoc ipm tangit ac spondet, dicendo: Concupiscet rex deco
rem tuum, quoniam ipse est dominus deus tuus. Hic etenim decor est pulchritudo interior,
gratiæ splendor, sapientiæ lumen, charitatis perfectio, cæterarumq; ornatus ṽtutum, abun
dãtia meritoꝝ, puritas mẽtis, synceritas intẽtionis, feruor deuotiõis, desideriũ dei, cõtempla

A tioq; ipsius. Hæc oĩa animæ ornamenta cõplacent deo, ita q animæ tã decoræ appetit speciẽ, paratus cœnare & epulari cũ ea, & cõmorari in medio eius p grãm ampliorẽ: imo deliciæ eius sunt esse cũ ea. Idcirco in Cant. loqtur ei: Oñde mihi faciẽ tuã, sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Porro tunc anima amorosa ac ṽtuosa, deo suo ac sponso cœlesti faciẽ suã oñdit, qñ p contemplationẽ syncerã, feruidumq; amorẽ se illi actualiter repñsentat, deo intendens, & se ad ipm cõuertens, queadmodũ p Iohelẽ hortatur: Cõuertimini, inqens, ad me in toto corde vr̃o. Tunc q̃q; anima ṽtuosa faciẽ suã deo oñdit, qñ seipsam vere considerat, & impfectum suũ corã illo fatetur, nec aliqd boni in se habere nisi ab ipso testatur. Insup tunc vox animæ sanctæ sonat in auribus dei, dũ ipm deuote orat, iucunde collaudat, aut aliis feruide p̃dicat, in qbus omnibus non clamor sed amor insonat auri altissimi. Idcirco vox ista dulcis est deo, qm̃ ipse est charitas, & nil ei tm̃ placet vt spiritalis dilectio, sine qua nil deo acceptũ censetur. Deniq; hoc modo sancta hæc virgo seu vidua, faciẽ mentis suæ cœlesti sponso monstrauit assidue, dicens cum mago Helia: Viuit dñs, in cuius conspectu sto hodie. Faciensq; q̃d sc̃tus admonet Hiere. Leuemus corda nr̃a cũ manibus ad deũ in cœlũ. Sonuit q̃q; vox eius dulcissime in auribus creatoris, cuius laudibus iugiter fuit intenta, iuxta illud Psalmi: Psallam deo meo q̃ diu fuero, sed & sine intermissione orauit eundem, ascenditq; eius oratio tanquam incensum coram altissimo. Itaque inuocemus hanc sanctam, & in domino eam laudemus, veneremur eandem vt intercedere pro nobis dignetur, & gratiam impetrare, per quam eius vestigia digne sectemur. De ea etenim verissime dici potest illud Ecclesiastici: Gratia super gratiam, mulier sancta & pudorata, & tacita. B Nam & pudor castus, ac taciturnitas moderata potissime condecent sexum fœmineũ. Veruntamen pudor castus ex sapientia fluens, quia est erubescentia de fœditate peccati, & inhonestate ac turpitudine vitæ coram infinita sanctitate ac sapientia dei ad omnem pertinet Christianum, qui pudor nobis semper inesse debet, & ad delenda peccata præterita, ac præcauenda futura non parum confert, quatenus in præsentia & conspectu iudicis summi omnia intuentis, semper reuerenter & pure ac fructuose cõuersemur & incedamus. Ad laudem, honorem, gloriamq; ipsius, qui est super omnia deus sublimis & benedictus. Amen.

Can. 2. Iohe. 2 3. Reg. 17 Tren. 3

¶ De templi dedicatione. Enarratio Epistolæ: Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem. Apoc. 21.

HAec lectio recte nũc loco Epistolæ legitur, quia in ea de ecclesia & de gratiosa habitatione dei cum hominibus agitur. Itaque Apocalypsis 21. ait sanctus Euangelista Iohãnes: [Vidi in spiritu, ciuitatem sanctam Hierusalem] id est, militantem ecclesiam quę dicitur ciuitas quia in ea est vnio fidelium per fidem & charitatem, de qua ait Propheta: Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas dei. Vocatur quoque Hierusalem, quę interpretatur visio pacis: quoniam pacem internam contemplatur, & nunc pacem pectoris habet, & pacem æternitatis intuetur adipiscique nititur, de qua ait Apostolus: Illa quæ sursum est Hierusalem libera est, quæ est mater nostra [discendentem de cœlo] id est, a rege cœlorum procedentem, atque ab C illo quicquid boni habet & est obtinentem, iuxta illud Apostoli: Quid habes quod non accepisti? Vel dicitur ecclesia militans de cœlo descendere, quoniam triumphantem ecclesiam imitatur, & iuxta illius ordinem ac dispositionem à deo disposita est. Nam sicut in triumphanti ecclesia est vnus omnium præsidens, ita in militanti ecclesia est vnus pontifex summus cunctis fidelibus præexistens. Et sicut in triumphanti ecclesia sunt varii ordines angelorum, ita in militanti ecclesia diuersi sunt ordines hominum, scilicet prælatorum ac principum & officiorum, statuũ ac graduũ, & subditorum, [à deo paratam] id est, diuersis gratiis atque virtutibus decoratam, per quas ad beatificam dei visionem aptatur, [sicut sponsam ornatam viro suo] Nam sicut sponsa suo sponso ornatur, ita ecclesia Christo fulcitur. Christus nanque est sponsus ecclesiæ & ornamentum honor ac gloria eius. Vnde Iohannis tertio de Christo & ecclesia dicit Iohannes Baptista: Qui habet spõsam sponsus est. [Et audiui vocem magnam de throno dicentem.] Hanc vocem angelus in interiori sensu & vi imaginatiua sancti Ioannis formauit, & in visione imaginaria videbatur sibi de throno maiestatis diuinæ procedere: quia & angelus eam proferens ciuis fuit cœli empyrei. [Ecce tabernaculum dei cum hominibus] per tabernaculum dei quidam intelligunt Christi humanitatem, quæ fuit & est templum diuinitatis, vt sit sensus. Ecce tabernaculum dei, videlicet CHRISTI humanitas nunc est & æternaliter erit cum hominibus fidelibus virtuosis. Alii per tabernaculum dei intelligunt ecclesiam, quæ est cum hominibus sicut mater cũ filiis suis, cum tamen ex filiis congregatis constet ipsa ecclesia, quæ dicitur mater. Potest & ita

Gal. 4 1. Cor. 4

exponi. Ecce tabernaculum, id est, habitaculum dei est cum hominibus, quoniam ipsa eccle-D
sia materialis quæ consecratata est deo, vocatur & est habitaculum eius. Vel tabernaculum istud est cor humanum, in quo per gratiam habitat deus. Estque cum hominibus, quia in eis est sicut pars cum toto [& habitabit in eis] in pŝenti per gratiam, & in futuro per gloriã. Vnde Iohannis. 14. loquitur Christus de patre & de se: Ad eum, qui scilicet præcepta mea obseruat, veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Hinc per Zachariam promittit deus ecclesiæ: Ecce ego venio & habitabo in medio tui [& ipsi populus eius erunt] id est, fideles deo per charitatem familiariter adhærebunt, atque per cultum & gratiam pertinebunt ad ipsum, sicut serui & filij ac amici [& ipse deus, erit eorum deus] id est, deus omnium, per creationem & generalem prouidentiam erit specialiter eorum deus per gratiosam prouisionem atque custodiam, qua eis de necessarijs ad salutem prouidebit, eosque proteget & ad salutem perducet [Et absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum] Hoc erit in regno cœlesti, ad quod cum peruenerint omni gaudio implebuntur [& mors non erit vltra] id est, in istis electis & sanctis in regno cœlorum non erit mors naturæ nec mors culpæ [neque luctus] pro quacunque causa [neque clamor] ex dolore proueniens. Erit tamen ibi clamor laudis diuinæ ex gaudio nascens [neque dolor, quæ prima abierunt] id est, omnia mala hæc finem accipient in electis ante ingressum regni cœlestis [Et dixit qui sedebat in throno] id est, deus omnipotens in empyreo residens cœlo [Ecce noua facio omnia] id est, omnium fidelium corda per gratiam spiritaliter innouo. Potest quoque intelligi de innouatione mundi, qua in fine cœlestia corpora & elementa innouabuntur: sed & omnium hominum electorum mentes deus per dona gloriæ maxime & immutabiliter seu inueterascibiliter innouabit, & partim iam innouauit. Vnde orat vir sanctus: Spiritum rectum innoua in visceribus meis. E

Psal. 50

¶ Sermo primus, circa Epistolam: Ob quinq; militantem gloriosam dici ecclesiã, quibus Christiani vt membra congaudere debent.

GLoriosa dicta sunt de te, ciuitas dei. In Psalmo: Vere gloriosa dicuntur de ciuitate dei, id est, de ecclesia militante in lectione, quæ hodie loco epistolæ legitur. Primum est quod ipsa est ciuitas dei, quoniam in ecclesia est vnio atque concordia Christianorum per fidem & charitatem, ita quod omnes idem credunt ac sentiunt de pertinentibus ad salutem, & vni domino Iesu Christo, ac eius summo vicario Romano Pontifici rite obediunt, atque seinuicem diligũt. Hinc Hæretici & schismatici ab ecclesia sequestrãtur, & ab eius vnitate damnabiliter diuidunt semetipsos. Quicunque etiam spiritali carent amore, aut in aliqua mortali sunt culpa, non sunt perfecte filij ac membra ecclesiæ, sed sunt corrupta & putrida, imo potius mortua mẽbra, iccirco vere sunt filij ac ministri & membra diaboli à quo diriguntur, & cui obediunt. Quemadmodum enim omnia membra corporis naturalis ab vno spiritu viuificantur, mouentur atque reguntur, sicut omnia membra hominis ab vna anima rationali: sic omnes filij ecclesiæ, qui vere sunt viua membra ipsius, spiritaliter viuificantur, ad opera bona mouentur, ad æternam quoque salutem diriguntur a spiritu sancto, qui est principalis viuificator, rector & motor ecclesiæ. ¶ In primis ergo maxime necessarium est omnibus Christianis, vt fide & charitate vniantur in Christo & inter se, sicque ab omni peccato mortali immunes sint, & seinuicem diligant spiritaliter & syncere, nec vnus alium sponte & scienter offendat in verbo aut facto: imo alteri faciat vnusquisque prout sibi ipsi vult rãtionabiliter fieri. Hinc ad Philippenses hortatur Apostolus: Idem sapiatis, vnanimes idipsum sentientes, nihil agatis per contentionem neque per inanem gloriam, sed proh dolor, huius contrarium agũt multi præsertim in dedicatione in qua seipsos inebriant, iurant ac litigant, per quod filios diaboli se esse demonstrant, iccirco cum ipso æternaliter punientur. Secundum, quod de ecclesia in hac lectione dicitur est quod ipsa est sancta. Nam spiritus sanctus ab vniuersis eam purificat peccatis mortalibus, splendoreque gratiæ & decore virtutum eam perornat. Vnde in symbolo Apostolorum fatemur dicentes: Credo in spiritum sanctum, sanctam ecclesiam catholicam. Hinc ait Apostolus: CHRISTVS dilexit ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea vt illam sanctificaret, mundans eam lauachro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam neq; rugam. Rogemus ergo indesinenter infinitam bonitatem, & pietatem spiritussancti, quatenus corda nostra purificare ac sanctificare dignetur, vt sint munda & placita habitacula dei. Studeamus ergo semper, & singulariter in hoc festo deuoti ac sobrij esse, F

Tob. 4
Phil. 2.
Gal. 2.

A esse,& diuina officia reuerenter ac timorate audire. ¶ Denique materialis ecclesia in qua sedemus sancta vocatur,quia consecrata est deo,& deputata ad hoc,vt in ea celebrentur diuina officia,conficiantur ac suscipiãtur ecclesiastica sacramenta, orationibus & meditationibus insistatur, & verbum dei prædicetur in ea. Iccirco qui in ecclesia confabulantur, rident,vage & lasciue circunspiciunt,intimorate & indeuote se habent, valde grauiter peccãt Nemo itaque aliud in ecclesia agat, nisi ad quod instituta est, sed in ea deuote deum laudemus,feruẽter oremus,veniam peccatorum nostrorum petamus, passionem Christi filij dei intueamur,atque a deo semper protegi ac iuuari precemur. Ob hæc enim agenda est in ecclesiam conueniendum. Tertium quod in lectione hac de ecclesia dicitur, est quod ipsa est Hierusalem,id est,pacem cœlestis patriæ speculans,& ad eam suspirans ac tendens. Est autem triplex pax quam omnis Christifidelis debet appetere. Prima est pax exterior,quæ vocatur pax temporis,& est quies ab exterioribus inimicis & litibus ac perturbationibus. Vnde ad Romanos dicitur:Si fieri potest cum omnibus hominibus pacem habete, & Christus in Euangelio:Pacem,inquit,habete inter vos. Studeat ergo vnusquisque pro posse cum omnibus hominibus exteriorem hanc pacem habere,nec aliquem turbet, vt moris est superborum. De quibus Salomon protestatur:Inter superbos sunt semper iurgia. Et Esaias propheta fatetur:Impij sunt quasi mare feruens, quod quiescere non potest. Tales sunt multi Prou.13

B qui prouocant contentiones & pugnas,quorum aliqui improuise occiduntur,& in suis sceleribus morientes,æternaliter atque grauissime condemnantur. Vel alios occidunt, qui improuise moriendo in suis peccatis,æternam mortem miseriæ infernalis incurrunt. O quam grauiter peccant hi bellatores & homicidæ, non solum quoniam corpora lædunt ac perimunt,sed ideo etiam, quoniam tam propriam quam proximi animam æternæ damnationis exponunt periculo: imo primo omnium seipsos spiritaliter necant tam dire peccando. Secunda est pax interior quæ vocatur pax pectoris,& est quies mentis in deo. Hæc est pax conscientiæ bonæ quæ remorsum non habet de mortali peccato,iccirco adhæret deo, suauiterq; quiescit in eo. Vnde ait Apostolus:Gloria nostra est testimonium conscientiæ nostrę. 2.Cor.1 Hanc pacem semper habere debemus,quantumcunque forinsecus impugnemur aut prouocemur,ita vt omnia sustineamus aduersa mente tranquilla,nec vindicemus nosipsos. Hinc sanctus Dauid rex loquitur:Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. Tertia est pax superior,quæ vocatur pax æternitatis. Est quoque pax beatorum in patria, qui suauissima atque plenissima pace fruuntur ac gloriantur in æternum in deo: quia eorum mentes absque omni turbatione & interruptione quiescunt & gaudent in ipso. De qua pace ait Apostolus Paulus:Pax Christi,quæ exuperat omnem sensum custodiat corda vestra. Vnde de sanctis phil.4 dicit propheta ad dominum. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Ad hãc beatificam pacem pertingere enitamur, quia in hac vita pacem

C continuam ac perfectam adipisci non possumus. Quartum quod in lectione hac de ecclesia dicitur,est,quod ipsa est a deo parata,quoniam per supernaturalia dona spiritus sancti, per diuersa gratiarum charismata, per opera virtuosa decoratur a creatore. Gratia quippe & virtutes ac dona spiritussancti, virtuosique actus sunt animarum ornamenta, & vestes ac arma,per quæ deo placet,a peccatis se protegit,& hostibus suæ salutis resistit. Hinc in Apocalypsi loquitur Christus:Qui non inquinauerunt vestimenta sua,ambulabunt mecum in Apo.3 albis,id est, qui per peccata mortalia præfatas virtutes non maculant nec expellunt,stolam gloriæ consequentur. Studeamus ergo animas nostras per sanctas cogitationes, virtuosas affectiones,verba salubria & opera bona ornare,cogitationes vanas ac friuolas,prauas affectiones,verba illicita,viciosaq; opera deuitantes. Quintum est,quod ipsa est sponsa dei: O quanta est dignitas ista,nec sola ecclesia,sed & quilibet anima virtuosa sponsa est creatoris saluatorisque sui. Christus etenim triplicem habet sponsam,videlicet vniuersalem, q̃ est ecclesia,specialem,quæ est anima iusti,singularem,quæ est beatissima virgo Maria. Et sicut anima virtuosa sponsa est dei, sic anima hominis viciosi adultera extat diaboli, qui miscetur cum ea p prauas suggestiones,& ipsa cũ diabolo p cõsensum iniquum. Itaq; Christũ rogemus vt animæ nostræ semp sint sponsæ suæ,& brachijs charitatis spiritaliter amplectantur ab eo,ac lumine spũssancti fœcundẽtur ab ipso, vt sint fructuosæ in bonis operibus. Sextum est,ꝙ ipsa est habitaculũ dei habitantis in ea p grãm copiosam, & ꝙ deus est specialiter deus ipsius,videlicet populi veraciter christiani. Impij vero sunt a deo extranei, suntque domus diaboli,qui in eorum cordibus demoratur. Ecce q̃ta est differentia inter hominem virtuosum ac viciosum:& sicut nunc multũ distant in merito,sic paulo post multum distabunt in præmio,quoniam vnus ponetur post vitam hanc breuẽ in regno cœlorum, alter in carcere inferorum. Postremo,in lectione hac edocemur quanta erit in cœlis fœlicitas electorum,

quia

quia absterget deus ab eis omnẽ luctum, & erunt penitus alieni ac liberi ab omni dolore, ti D
Apoc.7 more & pœnalitate, imo deum altissimum cum incompræhensibili iucunditate aspicient in æternum, ad quam nos dignetur perducere deus omnipotens super omnia benedictus.

¶ Enarratio Euangelij: Ingressus Iesus Hiericho, & ecce vir nomine Zacheus. Lucæ. 19.

APte Euangelium præsens in dedicatione ecclesiæ legitur, quia in eo historialiter describitur qualiter vir quidam dominum nostrum Iesum Chrm in domo sua cum ingenti deuotione, ardenti affectu, gaudioq; cordiali suscepit: & qualiter Christus dominus ad virũ illum & ad domum eius valde dignanter diuertit, & salutem fecit ibidem, per quæ spiritaliter edocetur ac designatur qualiter debeamus & nos Christum suscipere, & ad eius susceptionem nos præparare in ipsa cuius nunc dedicatio celebratur ecclesia, quomõ etiam hodie facta est salus domui huic, puta ecclesiæ in sua consecratione, & plebi in ea congregatæ hodie specialis gratia datur, & indulgẽtia multa confertur, nisi p vitia sua obicem ponat, seipsam reddendo indignam gratia dei. Itaq; Lucas ita ait [Ingressus Iesus] viam versus Hierusalẽ. " Nam ista res accidit circa festum palmarum; Christi passione instante [perambulauit Hiericho]. i. per vrbem sic dictam transiuit, quia fuit in via sua [& ecce vir nomine Zacheus] inter alios aderat ibi qui nominatim exprimitur, quoniam virtuosum & exemplare est quod de eo hic recitatur [& hic erat princeps publicanorum]. i. eorum qui publicis negotijs intendebant, videlicet exactionibus tributorum, & theloneis, vectigalibusq; leuandis, quę negotia animam inuoluere solent peccatis. Vnde tales homines communiter erant magni peccatores. Iccirco per publicanos quidam intelligũt publicos peccatores [& ipse diues erat] Ista de eo narrantur, vt conuersio eius gratiosior mirabiliorq; appareat, & ne peccatores desperent, nec diuites contemnantur, sed huius Zachei sectentur exempla [& quærebat Iesum videre quis esset]. i. Iesum corporaliter intueri optauit, quia de eius sanctitate, sapientia, eloquentia, miraculis, multa audiuit. Estq; hominibus naturale tales personas libenter aspicere, sicut & alia magna, rara, & noua: Nam & Herodes multo tempore fuit cupiens videre Iesum, eo q multa audisset de eo, & ipso viso gauisus est valde, vt alibi Lucas ait [& non poterat præ turba] quæ iuit cum Christo, & ex omni parte longe ac late circundedit eum [q statura pusillus erat]. i. corpore paruus ac breuis, sicut econtra Saul & alij quidam magni statura fuisse scribuntur. Ita & nunc a spiritali intuitu. i. contemplatione dilectioneq; Christi multos impedit turba hominum mundanorum, & praua societas, multitudoq; terrenarũ curarum, inutiliumq; phantasmatum, iccirco pro posse vitanda sunt ista. [Et præcurrens, ascendit in arborem sycomorum] Sycomorus est arbor in folijs moro consimilis, & in alijs ficui, sed stipite distans & altior, per quam significatur crux Christi propter mori rubiginẽ & ficus dulcedinem. Si itaq; Christum spiritaliter cernere cupimus, ascẽdamus crucẽ ipsius . i. quid ipse pro nobis sustinuit perpendamus: sicq; ipsius sequamur vestigia [vt videret illum] Beati enim oculi qui Christum fideliter aspexerunt [quia inde]. i. per viam illam [erat transiturus] dominus Iesus. In hoc patet vehemens feruor Zachei ad Christi aspectum, & q non erubuit in arborem scandere, cum esset princeps tam opulentus. [Et cum venisset ad locum illum suspiciens]. i. sursum ad arborem illum aspiciens [vidit illum Iesus] corporali intuitu, magis autem interno pietatis aspectu, quo & mentem zachei misericorditer preuenit, tetigit, emolliuit, illuminauit, accendit. Et quicquid zacheus foras fecit, Christus intra se vidit, ideo non fortuitu suspexit ad arborem, sed quia sciuit quis, propter quod esset in ea [& dixit ad illum Zachee] forsan Christus corporaliter ante non vidit Zacheum, nec nominari audiuit, & tamen cognouit & nominatim expressit eum, quia in luce sapientiæ suæ omnia nouit [festinans descende] quoniam opera bona celeri & ardenti affectu sunt peragenda [quia hodie in domo tua oportet me manere]. i. deuotiõe tua hoc meruisti vt die hoc in materiali domo tua permaneam per corporalem præsentiã, atq; in spirituali domo tua. i. mẽte tua permaneam per gratiosam inhabitationem. In hoc apparuit ineffabilis pietas saluatoris, q nondum inuitatus seipsum inuitauit & obtulit ad manendum in domo Zachei. Vidit enim affectum ipsius, & plus ei exhibuit quam ipse optauit. Zacheus quippe non optauit nisi videre, Christus autem obtulit se ad intrandum domum ipsius, atq; ad manendum & manducandum cum ipso: siquidem Christus abundantia pietatis suæ merita supplicum excedit & vota, & quanto ardentius petitur, tanto seipsum suaq; dona copiosius impartitur, quoniam feruor amoris apertam & patulam facit mentem amantis ad susceptionem amati [At ille festinans descendit] tanquam perfecte obediẽs, teste quippe Bernardo: Verus obediens nescit moras, nec mandatum procrastinat. Et istud deo gratissimum est, quia nil ei acceptabilius offerre valemus quam propriam volũtatem [& excepit illum in domo sua gaudens]

Marginalia: Mat. 17. (beside "lum] Beati enim oculi"); F (right margin, same line); E (right margin beside "quę negotia"); Bernar. (beside "ti [At ille festinans")

A dens]& gratias agens q̄ talis ac tantus ad se peccatorem diuertere dignaretur. [Et cũ vi-
" dissent homines]imperfecti & rudes, q̄ Iesus domum intrasset Zachei[murmurabant dicẽ
" tes, q̄ ad hominem peccatorem diuertisset]quasi dicant, hoc indecens fuit. Isti murmurato-
res fuerunt Pharisæi, & alij quidam in proprijs oculis iusti, sed multipliciter indiscreti ac fa-
tui, primo, temerarie iudicando tam de Christo q̄ de Zacheo. Nam Christus animarũ me-
dicus peccatores debuit accedere, non vitare, quatenus eos cõuerteret. Zacheus quoq; iam
per veram pœnitentiam fuit iustificatus, & per suam deuotionem meruit visitari a Christo
Potissime aũt p̄sumptuosum est facta sapientiorũ & meliorũ ac superiorũ faciliter dijudicare,
[Stans aũt Zacheus]vt cum debita reuerentia loqueretur ad Christum, & bonum propo-
" situm suum publice protestando, ostenderet q̄ Christus non indecenter diuertisset ad ipm
" & per hoc murmurantium verba reprimeret[dixit ad dñm]Iesum, qui inq̄tum deus verus
est omnium dominus summus. [Ecce dimidium bonorũ meorũ dñe do pauperib⁹] propter
deum, vt & mihi mea dimittantur peccata, & grãm consequar ampliorem, qm̃ teste scriptu-
ra: Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum. In his verbis patet mi
ra & magna Zachei conuersio, de qua dici potest: Hæc mutatio dexteræ excelsi. i. piæ virtu
tis sublimis dei. Nempe qui paulo ante tam auarus fuit in acquirendo ac retinẽdo terrena,
" subito factus est tam promptus & liberalis in dando. Nõ enim dixit dabo, sed do, tanq̃ nũc
" paratus ad hoc [Et si quid aliquem defraudaui]. i. p fraudem seu alio modo contra iustitiã
alicui quid subtraxi [reddo quadruplum] paratus plus reddere si tu iubes. Non dixit red Augusti.
B dam, vel restitui faciam: quia secundum AVGVSTINVM, tenetur homo statim
restituere bona iniusta, si potest, & semper iudicandus est de mora quousque restituatur
res quæ reddi debet & potest nec redditur, nec ante talem restitutionem agitur pœnitentia
vera, sed simulatur, nec dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Verum sunt quidam
qui quamdiu viuunt, aut quamdiu viuere posse confidunt, restituere differunt. Letaliter ve
ro infirmantes, aut senectute confecti, de restitutione confidunt, quorum vita & mors peri
culosissima extat: imo tales damnum quod creditor ex dilatione illa inuite incurrit, ei tenen-
tur refundere secundum iudicium bonorum ac discretorum virorum. Deniq; lex Mosi in
aliquibus iussit reddi duplum, in aliquibus quadruplum, in alijs quintuplum, vt Exo. 22. ha
betur. Salomon quoq; ait de fure, depræhensus reddet septuplum. Hinc Zacheus videtur
loq̃ de restitutione p erogationem, ita q̄ sciuit se talem defraudationem nõ cõmisisse in qua
plus q̄ duplum reddi iubetur. Vel p vnam hanc mediã q̃ expressit, aliæ subintelligũtur extre
" mæ: sed & pœna furti secundũ temporũ varietatem & causæ exigentiã, potuit apud Iudęos
esse diuersa[Ait aũt Iesus ad eũ, qa hodie salus domui huic facta est]. i. in hoc die grã conuer
" sionis & meritum verę salutis desuper data sunt patrifamilias huius domus & eius domesti
cis, qui illius pœnituerunt exemplo[eo q̄ & ipse]Zacheus[filius sit Abrahæ]per fidei ac vir
" tutum imitationem. An vero carnali propagatione filius fuerit Abrahæ, diuersæ sunt opi-
" niones, prout plenius scripsi super Lucam, de quo mõ p̄transeo. [Venit enim filius hominis
" quærere]per diuersa loca eundo ac prædicando[& saluum facere]. i. ad grãm & salutem re
C ducere[quod perierat]. i. genus humanum, q̃d in primo parente fuit originaliter viciatũ, &
per originale pctm̃ grã gloriaq; priuatũ, multis quoq; & grauib⁹ posterorũ peccatis psona- 1. Timo.
libus & actualibus infectũ & pditum. Propter quod ait Apostolus: Eramus natura filij iræ.
Itemq;: Venit Iesus in hunc mundum peccatores saluos facere. De quo in Esa. scriptum est:
Deus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum.

¶ Sermo secundus, circa Euang. De sanctificatione custodiaq; tẽpli corpis nr̃i, vt illud gratia sua suauissima possideat spiritus sanctus.

SAnctificaui mihi domum hanc, & erunt oculi mei & cor meum ibi iugiter. 3. Regum. 9.
Ista ad literam sunt verba dei ad Salomonẽ, de templo a Salomone ædificato, sed vt ait 1. Cor. 10.
Apostolus: Omnia in figura contingebant eis, qui erant in veteri testamento, si ergo sancti
ficauit sibi templum illud a Salomone constructum, in quo templo non fuerunt nisi ea quæ
erant figura eorum quæ sunt in ecclesia, videlicet arca dei, aurea vrna habens manna, ta-
bulæ testamenti, & alia quædam, q̃tomagis est credendum q̄ sanctificauit sibi ecclesiã q̃cũ
cunq; Christianorũ sibi legittime dedicatam seu consecratam: in qua ipsemet Christus deus
& homo in sacramento veraciter continetur, consecratur, affertur, sumitur, reseruatur. Ma-
gna ergo est dignitas etiam materialis ecclesię quam sibi tam sublimiter deus sanctificauit,
vt tã diuini & admirabiles ac saluberrimi actus fiant in ea, in qua & deus oratur, laudatur,
prædicatur, ac varijs modis honoratur & colitur. Verũ cum 2. Mach. dicatur: Non propter
locum gentem, sed propter gentem dominus locum elegit. Sanctificatio ista ecclesiæ ma-
terialis ordinatur ab sanctificationẽ ecclesiæ spiritualis, quæ est congregatio ipsa fidelium,

de qua ait Apostolus: Templum dei sanctum est, quod estis vos. ¶ Præterea sicut materia D
lis ecclesia intus & extra & in diuersis partibus suis consecratur, sic spirituale templũ præfatum, & quilibet Christianus debet intus & extra, & in diuersis membris ac viribus suis sanctificari. Primo itaq; sanctificandus est homo quantum ad exteriores suos sensus, ne p eos
Eccl. 31 incurrat peccatum: & primo omnium quantum ad visum, quem nisi homo diligenter custodiat ac refrenet, magna & multa per ipsum illabitur vitia. Propter quod in Ecclesiast. scriptum est: Oculo quid nequius creatum est? Nam per irrefrenatum & incautũ visum incidit homo innumerabilia vitia, s. concupiscentias carnis, & peccata ex concupiscentijs pcedentia, q̃ numerare quis poterit? Desideria quoq; iniusta, qua alioꝝ qs appetit bona, & scelera
2. Reg. 11. ex tali orientia appetitu quæ sunt furta, rapinæ, fraudes, mendacia, periuria. Item vanæ cõplacentiæ in vanitatibus oculorum, s. in choreis, spectaculis, hastiludijs, risus etiam, & variæ dissolutiones distractionesq; cordis. Ecce tot & tanta incidit hõ pctã p incustodiã sui visus. Vñ & Dauid rex incaute inspiciendo. Vriæ vxorem, in adulterium & homicidiũ lapsus est Qui ergo vult deo placere, peccata vitare, salutem acquirere, sanctificet suum visum ne hauriat vanitates, non illum defigat in fœminas, nec vana & illicita libenter aspiciat: & psertim in diuino officio visum refrenet. Hinc orat ppheta: Auerte domine oculos meos ne videant vanitatem. Et in Ecclesi. habetur: Virginem ne conspicias, ne scandalizeris in decore eius. Noli circunspicere in vicis ciuitatis. Auerte oculos tuos a muliere compta, sed hęc obseruare modicum curant multi, de quibus Salomon protestatur: Oculi sapientis in capite eius, oculi vero stultoꝝ in finibus terræ. Oculi quippe sapientis dicũtur esse in capite eius, qa E
per rationem visum suum gubernat. Oculi autem stultorum in finibus terræ, quoniam vndiq; discurrunt & euagantur. ¶ Insuper sanctificandæ sunt aures, primo ne audiant verba detractoria, scurrilia, mendosa, seu modis alijs viciosa, nec carmina amorosa, vana & fatua, neq; in musicis inaniter delectentur. Hinc Eccle. docet: Sæpi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam, & seras fac auribus tuis. Etenim qui male loquẽti aut detrahenti dat audientiam, seu arridet, & se illum libenter audire ostendit, communicat ei in culpa, imo increpandus est loquens inique: & si quis aures suas nequit auertere, nec illum audet corripere, mente dissentiat, & p vultus sui mœrorem pandat se verba praua inuite audire, quia vt in Eccle. legitur: Per tristitiam vultus, corripitur animus delinquentis. Secũdo sanctificare debet quilibet aures suas, applicando eas ad audiendum diligenter verbum dei, sermones salubres, fraternas & paternas correptiones, laudem dei, diuinum officiũ. Cum dicat Saluator:
Luc. 11. Beati qui audiunt verbum dei, & custodiunt illud. Et Sapiens loquitur: Qui declinat aurem
Prou. 1 suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Ideo Salomõ exhortatur: Audi fili mi di-
Eccl. 3. sciplinam patris tui. Et in Eccle. scriptum est: Auris bona cum omni concupiscentia audiet sapientiam. Sed heu huius oppositum faciunt multi, qui prædicationes audire non curant, & si audire incipiunt, ante finem recedunt. Hi audiendo verba salubria mox fatigãtur, sed audiendo verba leuia, inutilia & iocosa, vix satiantur, quibus timendum est valde quod asserit filius dei: Qui ex deo est, verba dei audit, propterea vos non auditis, quia ex deo nõ estis. F
¶ Consequenter quilibet sanctificare debet proprium tactum, a libidinosis attactibus, palpationibusq; cauendo, potissime dum inde sentit in se inordinatum consurgere motum. In osculis namq; & tactibus atq; amplexibus libidinosis consistit mortale peccatum. Hinc & vestimentorum & lectorum mollicies est vitanda, & per asperas vestes, vt per cilicium castigandum est corpus. Vnde ait Saluator: Ecce qui mollibus vestiũtur, in domibus regũ sunt.
Mat. 11 ¶ Conformiter gustum nostrum sanctificare debemus, vt in cibis & potibus non voluptatem sensualem, sed naturæ necessitatem quæramus. Contra quod agunt gulosi & homines delicati, qui exquisita quærunt alimenta ac pocula, ideo formidandum ꝙ de numero seruorum Christi non sint, cum dicat Apostolus: Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifigunt cum vitijs & concupiscentijs. Isti autem carnem suam non crucifigunt, eius concupiscentias refrenando, sed laute enutriunt. ¶ Deniq; & olfactum nostrum sanctificare debemus a voluptate odorum, immoderata eum frenando. Exteriora quoq; membra nostra sanctificare debemus a prauis operibus ea pœnitus compescendo, atq; opera virtuosa p ea agendo. Non ergo chorisando saltare debẽt Christiani quasi cameli, nec composito gradu incedere, neq; per manus suas taxillare, aut alios ludos illicitos exercere, præsertim in festis hora qua ad diuina officia habent transire & illa audire. Hinc ait Apostolus: Nõ regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius, neq; exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed arma iusticiæ deo. ¶ Insuper interiores sensus nostros sanctificare debemus ab inutilibus phantasijs, a stultis imaginationibus, a turpibus phãtasmatibus præcauendo, vtilia quoq; & salubria imaginãdo ac memorando, sicut de mortis

hoc

A horrore, de iudicij extremi rigore, de pœnis inferni, passioneq; Christi, similiter & appetitũ sensitiuum tam cõcupiscibilem q̃ irascibilem sanctificare debemus, vt de sensibilibus rebus nil desideremus, ac formidemus, nisi sc̃dm rectę rationis dictamen, omnesq; affectiones seu passiones appetitus sensitiui habeamus rationi subiectas. ¶ Deniq; intellectum nostrũ sanctificare debemus ab omni errore & falsitate Christianæ fidei & determinationi ecclesię, seu sacris scripturis contrarijs: ea quoq; quæ fidei sunt firmissime continẽdo, & ea in primis discendo, sciendo ac cogitando, quæ deus requirit a nobis, & necessaria sunt ad salutem. Item per dona sapientiæ & intellectus, consilij atq; scientiæ, & per prudentiam ac sacræ scripturę noticiam, per contemplationes diuinorum, per meditationes cœlestium, sanctificare debemus nostrum intellectum seu rationem. ¶ Voluntatem quoq; sanctificare debemus ab omni cauendo malitia, ab omni inordinato amore, a consensu iniquo. Charitatẽ vero & spẽ, cæterasq; virtutes & dona ad voluntatem spectantia semper habendo, atq; in dei amore feruendo, ad æternam beatitudinem aspirando, zelo iustitiæ æstuando, proximos spiritaliter ac feruide diligendo: qui ita seipsum sanctificat, consecrat seu dedicat creatori, vere est pulchrum templum spiritus sancti, habitaculum dei, thronus altissimi. Et istud ad quẽlibet pertinet Christianum. Quemadmodum enim totũ quod habemus & sumus a deo accepimus, sic totum ad eius honorem, cultum, amorem, obsequium debemus conuertere. Legitur. 2. Macha. ꝙ cum Heliodorus dux missus a rege Asiæ, intrasset templum Hierusalem vt illud
B spoliaret, & sacerdotes dominum inuocarent, vt templum custodiret inuiolatum, statim apparuit ibi equus terribilem habens sessorem qui Heliodorum calce equi elisit. Apparuerunt etiam ibi duo iuuenes speciosissimi, qui Heliodorum ex vtraq; parte durissime flagellabant ac vulnerabant, ita ꝙ quasi mortuus efferebatur de tẽplo. Tunc sacerdotes gratias deo agebant, qui locum suum seruauit inuiolatum. Nec dubium quin ille equester & duo iuuenes illi fuerint angeli dei. Ex quo patet quanta sit dignitas sacri loci, & quam enorme peccatũ sit violare aut inhonorare ecclesiam, q̃ semp est honoranda. Ad laudẽ & gloriã omnipotentis.

¶ Sermo tertius. De vtraq; ecclesia materiali videlicet & spirituali, & quam sint dæmonibus terribiles pijsq; amabiles, & de intellectu visionis sancti Iacob.

TErribilis est locus iste, non est hic aliud nisi domus dei, & porta cœli. Genes. 28. Hæc ad literã sunt ṽba beatissimi Iacob patriarchæ, q cũ deo voluntate sanctoꝝ parentũ suoꝝ ꝓficisceretur a terra Chanaan, q̃ vocatur terra promissionis, ad Laban auunculum suum in Mesopotamia commorantem, venit ad quendam locum q secundum doctores Hebræoꝝ ac Christianoꝝ fuit mons Moria, in quo postmodum a Salomone ædificatum est templũ dei (prout 2. Paral. legitur) in quo etiã monte Abraham offerre voluit Isaac filium suũ, propter quod Iacob reputauit illum locum sanctũ, atq; ob id diuertit ad eũ, vt ibi de nocte orationi insisteret. Cumq; post orationem obdormiuisset, vidit in somnis scalam stantem sup terram, cuius cacumen tangebat cœlum: angelos quoq; dei ascendentes & descendentes p eam, & dominum innixum scalæ dicentem sibi: Ego sum deus Abrahæ patris tui, & ero cu-
C stos tui quocunq; perrexeris. Cumq; euigilasset Iacob de somno, ait. Vere dominus est in loco isto, quibus verbis adiecit quod in themate dictũ est, vtpote, Terribilis est locus iste, &cę. Circa horum intellectum verborum sciendum ꝙ visio illa sancti Iacob fuit visio imaginaria in somno per angelum ei exhibita seu ostensa, sicut communiter propheticę visiones fuerunt, prout diuinus Dionysius protestatur. Iccirco putandum non est ꝙ scala illa fuit realis aut materiales, sed similitudines rerum istarum formatæ fuerunt in interiori sensu beati Iacob. Deniq; per scalam illam intelligi potest gradus & ordo virtutum, quibus a terra in cœlum ascendunt fideles, & etiam gradus & ordo generationum per quas Christus secundum carnalem originem descendit ab Abraham, prout Matthęus describit Euangelista. Imo ab Adam prout Lucas Euangelista testatur vsq; ad virginem gloriosam quæ genuit eum. Per hoc autem ꝙ inferior pars scalæ tetigit terram, & vertex ipsius cœlum, significatur ꝙ volẽs in via virtutum proficere debet ab inferiori & imperfecto incipere, & paulatim ascendere. Quia vt ait Apostolus: Nõ prius quod spirituale, sed quod animale. Per idem quoq; designatur ꝙ filius dei dominus noster Iesus Christus mediator dei & hominum secundum formã serui .i. secundum suam humanitatem communicat cum hominibus, tanquam vere similis eis in natura specifica, & ex eis sumpsit humanæ generationis originem. Secundum deitatem vero æqualis sit deo patri, secundum quod ait Apostolus: Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Porro per hoc ꝙ Iacob vidit angelos per scalam ascendẽtes & descendentes, figurabatur ꝙ omnes (sicut apostolus loquitur) sunt administratorij spiritus in ministeriũ missi a deo propter electos, & ꝙ ipsi sancti angeli ab hominibus ascendunt ad deum, vt oratio-

Diony. Mat. 1. Luc. 3.

nes & vota ac merita eorum offerant domino, & orent pro sibi commissis, atque eisdem re- D
portent charismata gratiarum à deo, sicque à deo missi descendant ad homines, vt eos custo
diant, adiuuent ac defendant. Vnde angelus Raphael ait Tobiæ: Quando orabas cũ lachry
mis, & sepeliebas mortuos, ego obtuli orationem tuam domino. Rursus per ascẽsum illum
descensumq; angelorum signatum est, ꝙ angelorum ministerio reuelata est incarnatio filij
dei patriarchis atque prophetis. Insuper per hoc quod vidit Iacob deum innixum scalæ, lo-
quentemque sibi, datur intelligi ꝙ deus omnipotens habeat prouidentiam actuum huma-
norum, & facta hominum intueatur atque remuneret, iuxta illud Hieremiæ: Fortissime de-
us, cuius oculi aperti sunt super omnes filios Adam, vt reddas vnicuique iuxta vias suas. Et
Dan.10. quoniam Danieli Gabriel angelus ait: Intelligentia est opus in visione, id est, principale in
cœlesti reuelatione & ostensione, credendum est ꝙ Iacob in visione præfata, angelo reuelan
te, intellexit hęc omnia, iccirco cum euigilasset à somno dixit: Vere dominus est in loco isto.
Deus enim incircunscriptibilis & immensus dicitur specialiter esse vbi specialiter operatur.
Et quia in omnibus operatur, quoniam omnia conseruat in esse, & omnium prima princi-
palisq; causa est, iccirco in omnibus rebus generaliter est per essentiam, præsentiam & potẽ
tiam. In loco autem quo Iacob hæc vidit, deus specialiter operabatur, ostendẽdo ei hanc vi-
sionem, alloquendoque eum, ideo specialiter fuit ibi. Iccirco etiam dixit Iacob: Vere domi-
nus est in loco isto, quoniam deo reuelante cognouit quod illo in loco ædificandum fuit tẽ-
plum dei, vt dictum est. Quod item promissiones dei factæ sanctis patriarchis & prophetis
de Christo essent ibidem circiterq; complendæ, propterea dixit: Terribilis est locus iste, non E
est hic aliud nisi domus dei. Fuit ergo locus ille terribilis, id est, venerabilis, vt quidam ex-
ponunt. Est enim quidam timor reuerentialis. Fuit quoque terribilis inuisibilibus hostibus
humanæ salutis, puta dæmonibus, propter diuina mysteria ibi ostensa, & sancta opera ibi
fienda & facta. Fuit & porta cœli, quia per talia homines cœlum ingredi promerentur.
Hæc itaque est literalis expositio horum verborum, nunc de spiritali eorum intelligentia ali
quid est tangendum. ¶ Est autem duplex ecclesia in hoc mundo, videlicet materialis
ex lignis lapidibusque constructa, & deo per manus Episcopi consecrata. Alia est ecclesia
spiritalis ex fidelibus personis collecta. Iuxta illud Apostoli: In Christo Iesu omnis ædifica-
Ephe.2. tio constructa crescit in templum sanctum in domino, in quo & vos coædificamini in habi
1.Pet.2 taculum dei in spiritu sancto. Vnde & sacratissimus princeps Apostolorum, in prima sua
Canonica: Ad Christum (inquit) accedentes lapidem viuum, & ipsi tanquam lapides vi
ui superædificamini domos spirituales. Itaque verba hæc de hac vtraque possunt exponi ec
clesia. Materialis quippe ecclesia dæmonibus est terribilis, primo, ratione consecrationis per
Greg. quam diabolus ab ea expellitur, & potestas ipsius in ea debilitatur. Vnde refert in libro Dia
logorum Gregorius, quod dum quædam Arrianorum ecclesia reddita esset Christianis ca-
tholicis, atque ad dei honorem legittime consecraretur, fideles in ecclesia existentes sense-
runt sub pedibus suis quasi porcum fœtidum discurrentem, qui tandem excurrens de cæte-
ro nusquam comparuit, per quod figurabatur quod diabolus ab illo loco in quo ante inter F
hæreticos mansit, expellebatur. Secundo, ratione vexilli CHRISTI, quod est crux san-
cta, cuius præsentiam timet diabolus tanquam ensem & baculum quo cęsus & victus est.
Campanæ quoque sunt quasi tubæ regis æterni, quarum sonum timet diabolus. Hinc in le
genda sancti Christoferi recitatur, ꝙ diabolus cum ipso nondum conuerso pergens, diuer-
tit à via cum signũ crucis vidisset in ea. Tertio & maxime propter veram præsentiam Chri-
sti in sacramento altaris, quod in ecclesia conficitur, immolatur & reseruatur. Quarto pro-
pter diuina mysteria & sancta officia ac opera virtuosa quæ in ecclesia peraguntur, quibus
& sancti angeli copiosissime ac frequentissime assunt. ¶ Denique ecclesia militans non
est nisi domus dei, propterea non nisi diuina sunt exercenda in ea. Iccirco Christus eiecit de
templo ementes & vendentes in eo, dixitque: Nolite domum patris mei facere domum ne-
gotiationis. Et rursus: Domus inquit mea domus orationis vocabitur. Vos autem fecistis il
lam speluncam latronum, sic & homines viciosi, qui in ecclesia hinc inde lasciue aspiciunt, li
bidinose desiderant, impie & lubrice confabulantur, quid aliud de ecclesia dei, nisi spelun
cam latronum efficiunt? Nam ipsi latrones sunt, qui & proprias & aliorum spiritaliter inter
ficiunt animas. Hæc quoque ecclesia bene vocatur porta cœli, quia qui eam deuote ingredi
tur, cœlestem beatitudinem intrare meretur, & ea quæ in ecclesia fiunt, ad cœlestem glo
riam homines introducunt. ¶ Præterea verba hæc de spiritali ecclesia, quæ est congregatio
fidelium, congruentius exponũtur. Ipsi namq; fideles diuersis virtutibus decorati, ecclesia-
sticis sacramentis muniti, angeloꝝ custodia circũuallati, terribiles sunt malignis spiritibus,
& supe-

A & superant ipsos atq; expellunt. Amplius ipsa ecclesia est exercitus dei contra malignos spiritus pugnans, qui se mutuo per charitatem & orationes, ac participationem bonorum operum iuuans, inuisibilibus hostibus est valde terribilis, propter quod de ecclesia in Canticis dicitur: Terribilis est, vt castrorum acies ordinata. Imo quilibet homo perfectus est dæmonibus formidandus. Vnde de beatissimo Martino episcopo legitur, quod dum posuit pedē suū ad exeūdem claustrum versus ecclesiam, obsessi qui in ecclesia seruabātur, cœperunt tremere, & horribiles gestus ostendere, quod dæmones aduentum sancti Martini sentientes, fecerunt timore ipsius. Similiter dum quidam obsessus ad ciuitatem sancti Ambrosij duceret, mox vt ad portā vrbis deuenit, dæmon ab ipso exiuit. Cumq; homo ille ciuitatem illā egrederetur, statim diabolus reintrauit in eum. Adiurat⁹ seu interrogatus diabolus cur ita egisset, respondit. Timore Ambrosij exij circa portam. ¶ Deniq; ecclesia ista spiritalis non est nisi domus dei, loquendo de congregatione fidelium in charitate & gratia existentium, in quibus per dona supernæ gratiæ habitat deus, de qua prima ad Timotheum legitur: Scias quomodo te oporteat in domo dei conuersari, q̃ est ecclesia dei viui colūna & firmamentū veritatis. Vnde & alibi ait Apostolus: Christus dilexit ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea. Christianorum vero in mortalibus peccatis existentium cōgregatio, est ecclesia malignantiū, habitaculum dæmoniorum, ciuitas Babylonis, vrbs perditionis. Tales tñ poterunt pœnitere. ¶ Postremo, ecclesia ista est porta cœli, quoniam filios suos in regnum perducit cœleste, & per eam quasi per portam intratur ad veram salutem. Non enim quispiam potest saluari, nisi in ecclesia perseueret, per fidem & charitatem in ea manendo. Studeamus itaq; dæmonibus terribiles fieri, eorum tentationibus efficaciter resistendo, proprijs concupiscentijs ac vitijs dominando, in profunda humilitate, forti patientia, constanti iusticia, charitate ardenti, cęterisq; permanendo ac proficiendo virtutibus, & presertim hunc sacrū diem in speciali expendamus deuotione, lites, loquacitates, gulas, choreas ac cæteras vanitates vitādo solicite, vt & indulgentiarum quæ nunc in ecclesia ista sunt, participes simus. 1.Tim.3 B

¶ Sermo quartus. De ardenti affectu vidēdi Iesum, & de quatuor quibus Zacheo similes effici debemus.

HOdie salus domui huic facta est. Lucæ. 19. Deus omnipotens atq; pijssimus, qui nullo clauditur aut circunscribitur loco, cum sit vere immensus, non solum inter sctōs eo in cœlis beatifice perfruentes, sed etiam inter homines fideles ac virtuosos in terris habitare dignatur. Vnde in Apoc. ait b. Euangelista Ioānes: Ecce tabernaculum dei cum hominibus & habitabit cum illis. O quam beati sunt in quorum cordibus per charitatem & gratiā habitat deus: dūmodo vsq; in finem perseuerent in bonis, implendo q̄d ait Apostolus: Nolite locum dare diabolo: Diabolo etenim loco dat homo in corde suo, dum prauis cogitationibus præbet assensum, dum concupiscentijs acquiescit, dum tentationi succumbit. Hinc Iacobus nos hortatur Apostolus: Resistite diabolo & fugiet a vobis. Quid autem est diabolo resistere, nisi cogitationibus affectionibusq; iniquis non consentire, tentationibus reluctari, deum habere præ oculis, atq; operibus insistere virtuosis? Ad quod faciendum hortatur nos Salomon: Omni inquiens custodia custodi cor tuum. Et beatissimus Moses dicens: Custodi temetipsum, & animam tuam solicite. Præterea non solum habitat deus in sanctis ac virtuosis hominibus, sed etiam in materiali ecclesia dicitur habitare, in qua dominus noster Iesus Christus deo patri quotidie immolatur, atq; in sacramento verissime continetur: in qua etiam deus trinitas preces, oblationes ac vota fidelium specialiter ac clementer exaudit, suscipit & attendit. Hinc materialis ecclesia deo altissimo dedicatur seu consecratur, quia ad hoc deputatur ac benedicitur vt in ea deus colatur, & diuinum in ea exerceatur officium: sicque deus in ea specialiter assit ac operetur, orantes & eum laudantes, eiq; sacrificantes exaudiendo ac benedicendo. Hinc in anniuersario die dedicationis seu consecrationis ecclesię, etiam de ipsa materiali ecclesia aliquo modo verificatur thema assumptum, in hodierno Euangelio scriptum, videlicet, hodie salus domui huic facta est, quod de spiritali ecclesia .i. fidelium congregatione, seu ipsis fidelibus in materiali ecclesia cōgregatis magis verificatur, quibus in die dedicationis ipsius ecclesiæ specialiter salus fit, quia tunc specialem indulgentiam consequuntur & gratiam, nisi ex parte eorum defectus sit, hoc est, nisi in mortali existant peccato. Deniq; vt ista plenius intelligantur, primo aduertenda est historia Euangelicæ lectionis festiuitatis præsentis. Narrat itaq; sanctus Lucas Euangelista, quemadmodum Christus tempore suæ passionis instāte, perambulabat Hiericho .i. per ciuitatem sic dictam, perrexit versus Hierusalem. Cumq; multi occurrerent ei, desiderantes eum videre atq; audire propter sanctitatem, sapiētiam ac miracula eius. Inter cęteros venit vir nomine Zacheus princeps publicanorum, id est, eorum qui exactionibus tributorum, & theoloneis, vectigalibusque leuan- Eph.4 Iac.4. C Prou.4 Deut.4

dijs intenti fuerunt, q̃d officiũ raro & difficulter fit absq; peccato. Ideo publicani cõmuniter D
peccatores fuerunt, & à Iudæis contempti. Fuit q̃q; Zacheus hic diues quod iccirco exprimit Euangelista, vt exemplo Zachei diuites conuertantur, despiciendo carnalia & terrena, & deũ ac spiritalia atq; cœlestia bona sup omnia diligendo. Itemq; ad ostẽdendum q̄ Christus etiam quosdã diuites gratiose vocauit, & q̄ deus non spernit ipsas diuitias, sed diuitiarũ immoderatum amorẽ, abusum, auarã retentionẽ, sup̃fluam consumptionẽ. Iste Zacheus ardentissime q̃rebat Iesum videre, q̃a de eius sanctitate, sapientia, eloquẽtia, venustissimis mo-
3.Reg. 10 ribus, p̃clarissimis innumerisq; miraculis multa audiuit. Est aũt naturale hoĩbus tales viros libenter aspicere & audire. Nã 3. Regũ scriptũ est, q̄ regina Saba venit a finibus terrę vsque Hierusalẽ, vt audiret sapientiã Salomonis. Oẽs quoq; reges vndiq; cupiebant Salomonem videre p̃p sapientiã eius, & non poterat Zacheus ad Chri aspectũ corporalẽ venire, p̃ turba, eum impediente, quia statura pusillus erat. i. corpore breuis. Conformiter à spiritali intuitu seu contemplatione, dilectioneq; Iesu Christi plurimos impedit turba. i. multitudo turbata, vtpote praua societas, multitudo hoĩm incompositorũ, deũ non formidantium, sæcularium q; curarum, imo vanitates mundanæ, cõmessationes & potationes superfluæ, loquacitates & animæ dissolutiones à puritate atq; custodia mentis in deo, ab omni quoq; virtutũ profectu impediunt hominem. Quicũq; igitur deo cupit placere, in gratia permanere, in virtutibus crescere, ab inquieta hominum multitudine, ab intimorata societate se abstrahat, & locum vicissim intret secretum, vt in eo vacet domino deo in orationibus, meditationibusque deuotis. Et præcurrens Zacheus, ascendit in arborem sycomorum vt videret Iesum: quia iuxta arborem illam fuit iturus. Ita qui spiritaliter cupit deo vniri, & eum synceriter contemplari, debet præcurrere alios. i. præ cæteris se humiliare, atq; in omni mansuetudine, patientia, castitate proficere. Potissime vero in vera & spiritali dei ac proximorum charitate feruere. In arborem quoque sycomorum ascendere, id est, crucem Christi considerare, eiusque passionem recolere & sectari, aduersitates, persequutiones, iniurias æquanimiter sustinendo, quemadmodum iubet Saluator: Diligite inimicos vestros, benefacite ijs qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vobis, vt sitis filij patris vestri qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos Nam & dominus noster Iesus Christus in cruce pendens, orauit pro crucifixoribus suis, a quibus tam ignominiosissimam ac amarissimam sustinuit mortem. Cum itaq; non sit seruus
Ioh.13 August. maior domino suo, indignus est Christianus vocari, aut Christi seruus censeri, qui non curat Christi vestigia sequi, per patientiam in aduersis, atque per cætera opera charitatis ac pietatis. Et suspiciens, id est, oculos eleuans Iesus vidit Zacheum in arbore. Quanto enim
Psal.144. quis feruentius quærit deum, tanto gratiosius ac specialius ab eo aspicitur, propter quod Dauid rex loquitur: Prope est dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus qui inuocãt eum in veritate, id est, syncera intentione, & debita seriositate, dixitq; Iesus, Zachee festinãs descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Magnitudo enim deuotionis, & feruor dilectionis Zachei ad Christum quasi coegit Christum ad ingrediendum domum Zachei. Præterea est pensandum q̄ Christus dixit, Zachee, festinans descende, quoniam vnusquisque debet deum feruide quærere, omnem pigritiam negligentiamque abijcere, virtuosis quoque operibus prompto ac alacri corde insistere. Et festinans Zacheus, descendit, & suscepit Iesum in domo sua cum gaudio. Cumque vidissent Iudæi quod Iesus domum intrasset Zachei, murmurabant dicendo quod Iesus, indecenter egisset, diuertendo & ingrediendo ad hominem peccatorem. Stãs vero Zacheus, coram omnibus, dixit ad Christum: Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus, & si in aliquo quempiam defraudaui. i. alicui nocumentum, damnumue intuli, reddo quadruplum. Tunc Christus respondit: Hodie salus domui huic facta est. i. habitãtibus in hac domo, puta zacheo & eius domesticis simul cum eo pœnitentibus, remissio facta est peccatorũ, & gr̃a dei infusa est, eo q̄ ipse zacheus filius sit Abrahæ, quia virtutes & opera pietatis Abrahæ patriarchæ iam sequi incepit. Venit enim filius hominis, s. Christus, quærere & saluum facere quod perierat. i. peccatores ad pœnitentiam & salutem reducere. Ecce ista est historia euangelicæ lectionis solennitatis præsentis, & recte euangelium istud in dedicatione ecclesiæ legitur, quoniam sicut domui zachei salus facta est per ingressum Christi in eam, ita templo materiali quodammodo salus facta est in die suæ dedicationis: imo ipsis Christianis fidelibus hoc die in materialem ecclesiã cõuenientibus, specialis gr̃a a deo p̃statur. Nã specialis indulgẽtia eis hoc die cõfertur, dummodo p̃ mortale peccatum non ponunt obicem siue obstaculum gratiæ dei. Insuper materiali ecclesiæ die hoc salus facta asseritur, q̃m ratione suæ consecrationis saluti fidelium cooperatur. Vñ quemadmodũ per aspersionem aquę benedictę venialia dimittũtur peccata,

peccata, ita & per ingressum materialis ecclesiæ, vt S. Thomas, alijq; doctores testant̃. Hoc
A tñ sciendum ꝙ nulli in mortali culpa existenti venialia dimittuntur, iccirco nec indulgẽtię,
nec ingressus ecclesiæ, nec aquæ aspersio benedictæ, tales à venialibus liberat culpis. Rursus
ecclesia materialis cooperatur saluti fidelium, quia in ecclesia sacramenta conferuntur fide-
libus, & deus specialiter pronus est dona gratiæ suæ in ecclesia elargiri. Amplius ex Euange
lio hodierno instruimur ad multa animabus nostris salubria, quę & necessaria sunt ad salu
tem. Primũ est, vt cum Christo perambulemus Hiericho. i. tpalia, carnalia, & terrena ptran
seamus ac relinquamus. Hiericho namq; interp̃tatur luna. Luna vero in cõtinua variatio-
ne consistit, crescendo & decrescendo in claritate, iccirco per eam temporaliũ ac sensibilium
rerꝫ instabilitas vanitasq; signantur. Itaq; Christiani qbus cœleste regnũ paratum est ac p-
missum, debent terrena atq; carnalia pertransire, puipendere, itemq; relinquere, ea supfiue
non amando, sed bona diuina, cœlestia & æterna toto corde desiderando, cõtemplando &
exqrendo. Tempalia vero nõ amplius appetendo q̃ necessaria siue vtilia sunt ad acqrendũ
bona cœlestia & æterna. Deniq; in libro Iosue legitur, ꝙ dũ filij Israel p alueum Iordanis trã Iosue. 3. 4.
sissent in terrã promissionis. Primo oĩm funditus destruxerunt ciuitatem Hiericho dictam, Iosue. 6.
p quod spũaliter designatur, ꝙ Christiani cœlestem patriã ingredi cupiẽtes, primo in seipis
destruere & eradicare debent oẽm carnalem & impurꝫ mundanarꝫ ac carnaliũ rerꝫ amorẽ,
qm̃ talis amor efficit hominem dæmonũ seruum, diaboli membrꝫ, Babylonisq; ciuem, nec
stare potest cum spiritali ac puro dei ac proximorꝫ amore, per quem sanctũ amorem efficit
B homo filius dei, membrꝫ Christi, hæres ac ciuis supnæ Hierusalem. Præterea in eodẽ Iosue Eodem
legitur libro, ꝙ deus oĩpotens prohibuit ciuitatem Hiericho reædificari, Iosue quoq; ma-
ledixit homini eam reædificãti, p quod significatur ꝙ homo nequaq̃ debeat recidiuare rur
sus in se carnalem atq; mundanũ suscipiendo amorem, p quem p̃cepta dei derelinquuntur
nec obseruant: imo qui facit hoc meretur maledici à deo, cui loqtur sanctus in Psalmo: Ma- Psalm. v
ledicti q declinant a mandatis tuis: & rursus: Odisti oẽs q operãtur iniquitatem, perdes oẽs Lucæ. 19
qui loquuntur mendaciũ. Virꝫ sanguinum & dolosum abominabitur dñs. Secũdo ex Euan
gelio hodierno docemur exemplo Zachei Chr̃m cum feruore requirere, ad eius contempla psal. 104
tionem fideliter aspirare, eius quoq; vestigia efficaciter imitari. Vnde ait propheta Dauid:
Lætetur cor quærentiũ dñm, q̃rite dñm & confortamini, quærite faciem eius semper. Esa-
ias quoq;: Quærite, inquit, dñm dum inueniri potest, inuocate eum dũ prope est. Porro deũ
quærere est eum desiderare, ei velle vniri ac complacere, eum per diuinorꝫ obseruantiã præ-
ceptorꝫ iugiter honorare, finaliterq; intendere, seip̃m & oĩa sua ad dei honorem ac gloriam
referendo. Insup ad Christi contemplationẽ aspirare debemus, & si nondum eius diuinita-
tem & excellentiã intueri valemus, eius tñ benedictam passiõem, quã pro nostra redemptio
ne atq; salute sustinuit, quotidie cum omni attentione & gratiarꝫ actione debemus recolere,
vt sic Christo ppter nos passo condoleamus, vanitates mundi, voluptatesq; carnis despicia-
mus, & in continuo dei timore, ꝟtutum tenore ac cordis custodia perseueremus: sic quoq;
Christi vestigia imitari tenemur, eius humilitatem, patientiã, mansuetudinem, misericordi
C am, charitatem pensando & assequendo. Indignus namq; est Christianus vocari, q Christi
virtutes non conatur sectari. Vnde oĩs superbus, omnis inuidus, omnis auarus, oĩs luxurio
sus aut iracundus, non Christi, sed diaboli est minister. Tertio ex Euangelio instruimur ho
dierno, vt Zachæi exemplo Christum cum gaudio in cordis nostri habitaculo suscipiamus
ac teneamus, eius frequenter reminiscendo, eum fideliter contemplando, feruenter amãdo,
ac iugiter venerando. Oẽs ergo cogitationes & affectiones inanes, prauas, inutiles abijcia-
mus, totoq; corde adhærere deo conemur, quemadmodũ Esaias Propheta hortatur: Dere-
linquat impius viam suam. i. conuersationem iniustam, & vir iniquus cogitationes suas, &
reuertatur ad dñm & miserebitur eius. Quarto docemur ex Euangelio isto ad opera miseri
cordiæ atq; iustitiæ, quatenus sicut Zachęus dixit ad Chr̃m. Ecce dimidium bonorꝫ meorꝫ
do paupibus, & si aliquem defraudaui reddo quadruplum. Sic quilibet Christianus opera
misericordiæ pro posse suo charitatiuo, prompto & hilari exerceat animo, pauperibus suc-
currendo & benefaciendo, bona quoq; iniuste adepta omnino restituat, & si non quadru- Augusti.
plum cum zachæo saltem simplum, qm̃ Augustino testante: Non dimittitur pctm̃ nisi resti
tuatur ablatum. Specialiter aũt in festo hoc dedicationis vitanda sunt vitia gulæ, loquacita
tes, ebrietates, ex qbus etiam frequenter bella & rixæ nascuntur: similiter chorisationes & si
miles vanitates, vt omnia cum dei timore agantur, & vnusquisq; particeps sit indulgentiæ
quæ hodie in ecclesia ista confertur.

¶ Sermo V. de quadruplici domo qua recipitur Christus, & quõ eum summa cum beneuolentia in cor nostrum recipere debeamus. D

Domum tuam dñe decet sanctitudo in longitudinem dierũ. In Psalmo. Videmus in sæculo isto, ꝙ hoĩes aliquem venerabilem hospitem in suo habitaculo suscepturi, domũ suam diligent emundãt & ornant, cõuenientia quoq; cibaria pparant, quietis ac pacis locũ suo hospiti exhibentes, etiã iucunde suscipiunt reuerenterq; tractant, & istud in die hoc dedicationis pcipue agit, in q habitatores & parochiani cognatos atq; amicos suos cũ magno suscipiunt gaudio, & delicate reficiunt. Incompabiliter magis debet vnusquisq; habitaculũ suæ mentis seu consciam suam ab omni inqnamento peccati purgare, ṽtutibus decorare & sanctis fulcire opibus, qtenus dñm deũ suũ in corde suo digne suscipiat, eiusq; gratiosam p̃sentiam solicite veneret, atq; per hoc deus om̃ipotens mansionem in eo facere semp dignet, quemadmodũ Christus in Euangelio ait: Ad eũ veniemus, & mansionẽ apud eũ faciemus. Qm̃ sicut in themate passumpto testat ppheta: Domum dei decet sanctitudo in lõgitudinẽ dierũ. i. perseueranter vsq; in finem. In viciosis etenim cordibus habitare aspernatur altissimus, cuius sanctitatis nullus est finis. Propter qd Salomon loquit: Longe est dñs ab impijs. & Paulus Apostolus: Quæ inquit cõuentio luci ad tenebras? imo iniquorum corda sunt dæmonum habitacula atque prostibula, quia eorũ animæ dæmonũ extant adulteræ, quemadmodum animæ virtuosorũ sponsæ sunt Christi regis cœlorũ. Impij nanq; p voluntatis suæ cõsensum admiscentur dæmonibus, eisq; cõmunicant in actibus prauis. Præterea habitaculum suo debet habitatori pportionari, sicut videmus ꝙ Reges ac principes in magnis ac speciosis morantur palatijs, qto magis regi regum, creatori ac dño vniuersorũ præparandum & exhibendum est docorũ & grande palatiũ in medio cordis, quatenus ipse per fidem & sapiẽtiam inhabitet intellectũ, per charitatẽ dei & proximi inhabitet voluntatem. Tunc etem̃ habitaculum cordis spiritaliter magnũ est, dũ ania verã & spiritalem habet dilectionẽ, qa per illam se ad vniuersos extendit, amicos inimicosq; diligendo, oĩm desiderando salutem, atq; pro cunctis cordialiter exorando, sicut iubet Saluator: Diligite, inquiens, inimicos vestros, benefacite his q oderũt vos, & orate p perseqntibus & calumniantibus vobis. Istud ad oẽm ptinet Christianũ, quia necessariũ est ad salutẽ. Insup ad hoc & ppter hoc filiꝰ dei dñs noster Iesus Christus venit in mundũ, vt qlibet Christianus (cuius ania domus dei esse tenetur) in sanctitate & æquitate deo altiss. obsequat. Propterea Zacharias effatur: Bñdictus dñs deus Israel, qa visitauit & fecit redemptionẽ plebis suæ, vt seruiamus illi in sanctitate & iustitia corã ipso, omnibus diebus vitæ nostræ. Deniq; multiplex est domus dei quã condecet sanctitudo. Prima est triumphans ecclesia, vtpote societas, congregatio, seu vniuersitas oĩm beatorũ deũ in regno cœlesti clare cernentiũ, in qua felici ecclesia nullus põt peccare, qm̃ oẽs in bono sunt cõfirmati, fontiq; sanctitatis deo essentialiter sancto insepabiliter copulati, de qua domo Propheta loquitur deo: Beati q habitant in domo tua dñe, in sæcula sæculorũ laudabũt te. Christus quoq;: In domo, inquit, patris mei, mansiones multæ sunt. Vnde in Apocalypsi habetur: Non intrabit in illam aliquid coinquinatum. In hac domo habitat deus p suijpsius beatificam fruitionem & grãm consummatã. Nam vt ait Iohannes apl's: Videbimus eum sicuti est. Ad hanc domũ cœlestem debemus quotidie aspirare p desideria sancta, ac iugiter festinare per opera virtuosa, cum propheta, dicẽtes: Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarũ, ita desiderat anima mea ad te deus. Secũda domus dei est vniuersalis ecclesia militans, puta congregatio fidelium, in qua domo deus p incessabilem habitat gratiam. Vnde sub psona Apostolorũ Christus pmisit ecclesiæ. Ecce ego vobiscum sum cunctis diebus vsq; ad consummationem seculi. Hinc in Symbolo apostolorũ asseritur: Credo in spm̃ sanctũ, sanctã ecclesiam catholicam. Semp nanq; sunt in ecclesia militanti aliqui boni & virtuosi, qrum meritis & pcibus mundus stat secundũ Hierony. Tertia domus dei fuit vterus ṽginis gloriosæ, quæ fuit thronus veri summiq; Salomonis, templũ dei, sacrarium spiritus sancti, ac preclarissimum supergloriosissimũ triclinium, in cuius mundissimo vtero Iesus Christus, vnigenitus patris æterni nouẽ mẽsibus reqeuit. Vñ Propheta pdixit: In sole posuit tabernaculũ suum, & ipse tanq̃ spõsus pcedens de thalamo suo. Itemq;: Sanctificauit tabernaculũ suum altissimus. Quarta domus dei est cor cuiuslibet Christiani vere deuoti, in quo deus per charitatem & gratiam habitat, Propter quod ait Apostolus: vos estis templũ dei viui. Hinc teste eodem diuino Apostolo: Qui fornicatur, in proprium corpus peccat, quoniã illud enormiter dehonestat, & de templo spiritus sancti facit domum diaboli, tollitq; membrum Christi & facit illud membrum meretricis. Simili ratione qui superbit, q auarus aut inuidus est, qui ab

A q ab ira siue acidia superat, aut q̃dcũq; mortale pc̃m cõmittit aut incidit, in aĩam suã, qa in enarrabilit eã dehonestat, fœdat, inficit, spiritaliterq; occidit. Oẽ em̃ mortale peccatũ naturales potẽtias lædit, dona grẽ tollit, dei inimicũ facit peccãtẽ, & diabolo subdit eũdẽ. Qui ergo desiderat eẽ dom⁹ Chrĩ, atq; à spũ sc̃tõ inhabitari, ab oĩ inqnamẽto carnis & spiritus se emũdet p verã cõtritionẽ, p integrã cõfessionẽ, p satisfactionẽ cõdignã, Sẽp q̃q; sit timorat⁹ & diligẽs proprij custos cordis, ne prauis affectionib⁹, aut immũdis cogitationibus inqnet. Qñ in Eccl. virissime scriptũ est: Si nõ in timore dei tenueris te instãter, cito subuertet dom⁹ tua. Et rursus: Qui sine timore dei ẽ, iustificari nõ potest. Væ igit his q lætant cũ male fecerint, & exultãt in rebus pessimis. Præterea purgatio ista cordis specialit faciẽda ẽ & habẽda in dedicatiõe ecclesię, q̃ten⁹ igrediẽtes ecclesiã, cuius cõsecrationis ãniuersaria agit dies pticipes sint indulgẽtiaꝶ q̃ in ipa cõferunt ecclesia die ista. Null⁹ etem̃ in mortali existẽs culpa, ĩdulgẽtię capax est: idcirco coĩter dr̃ ꝙ indulgentiæ nõ dant nisi vere cõtritis atq; cõfessis. Ampli⁹ istud ad oẽm ptinet Chrĩanũ, vt omi sero anteq̃ vadat dormitũ, vitã suã discutiat, cõscientiã intueatur, & qualiter diẽ expẽderit pẽset, quid boni omiserit, qd mali cõmiserit diligent examinet, atq; de vniuersis suis pc̃tis tã die illo q̃ ante cõmissis, aut p omissionẽ admissis, cordialiter dolens veniam deprecetur a deo, & confiteri ac satisfacere proponat tempore oportuno. In lecto quoque decenter se habeat, & salubria cogitando obdormiat. Et quandocunque euigilat statim cor suum leuet ad deum, orando, aut meditando de beneficijs dei, de pœnis inferni, de gaudijs regni cœlorum, de bonitate, excellentia & infinita beatitudine dei creatoris vniuersorum. Mane vero consurgens, primo quærat regnum dei & iustitiam eius, id est,

B aliqua opera virtuosa exerceat, orando, & missam si potest audiendo, & cuncta quę die illo acturus est, ad dei honorem & gloriam ordinando, verba quoq; illicita vitet, & in exterioribus occupationibus mentem suam leuet ad deum frequẽter. Ecce sic quilibet Christianus viuere obligatur, iuxta doctrinam sacræ scripturæ, & exigentiam legis diuinæ, sed proh dolor, multi viuunt vt bestiæ, & totum diem expendunt, vix semel aut raro cogitando de deo, atque in suis perseuerant sceleribus, absque timore peccantes, pleni superbia, auaritia, incontinentia, ac alijs vitijs. Hi indesinenter propinquant, imo & currunt ad inferos, & nisi vere pœniteant, cito damnationem incident infernalem ac æternalem. Præterea tales sunt qui diebus dedicationis, qñ cum speciali deuotione seruiendũ est deo, potationibus & ebrietatibus vacant, ex qbus oriuntur contentiones, loquacitates, pugnæ & homicidia. Item qui choreis & cæteris vanitatibus carnalitatibusq; intenti sunt. Isti non gradiuntur p viam arctam, q̃ sola ducit ad vitã gloriæ sempiternæ, sed p viã pditionis ppetuæ, mente obtenebrati, nec animaꝶ suaꝶ picula contemplati. In qbus impletur q̃d Salomon loqtur: Via impioꝶ tenebrosa, nesciunt vbi corruunt: excæcauit enim eos malitia eoꝶ, sicut in libro Sapientiæ legitur. Consideret ergo vnusquisq; breuitatem, incertitudinem atq; fallaciam vitę p̃sentis, perpetuitatem quoq; vitæ sequentis: in qua quilibet erit vel in fœlicitate & gloria æternali, aut certe in pœna ac miseria gehẽnali. Caueamus à vana lætitia, à vita intimorata, atque vt

C docet Apostolus: Sobrie, iuste, ac pie viuamus in hoc sæculo, expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni dei, deuotisque precibus deum feruide inuocemus, quatenus die isto, & semper nos à vicijs p̃seruare, ac totam vitam nostram gubernare dignetur. Singulariter qppe paratus est deus die hoc dedicationis p̃ces exaudire fideliũ in ecclesia, cuius dedicatio celebratur orantiũ. Vnde legitur 3. Regũ, ꝙ cum Salomon rex deo altissimo templũ ædificasset, illudq; dedicasset seu consecrasset, nebula & (vt 2. Paral. scribitur) nubes impleuit domum dñi, & non poterant sacerdotes stare & ministrare propter nubem illam & nebulam. Impleuerat enim gloria dñi templum. Cumq; Salomon deũ rogasset, vt preces in templo orantium exaudiret, statim nocte sequente deus apparuit Salomoni, dixitq; ei, ꝙ orãtes in templo clementer audiret.

¶AD RELIGIOSOS.

¶Sermo sextus: Quibus potissimum ornare se debeãt religiosi virtutibus vt spiritussancti templum repræsentent.

LAEtatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domũ domini ibimus. In Psalmo: Illocalis & intempporalis deus, q nullo clauditur loco, cũ incircũscriptibilis & immẽsus cõsistat, multiplicem dicitur domum habere. Primo enim, cœlũ empyreũ dr̃ habitaculum dei, & domus ipsius, de quo in Deut. legitur: Habitaculum eius sursum. Et in Psalmis: Dominus in cœlo ponit sedem suam. Itemq;: A summo cœlo egressio eius. De quo & vno modo accipitur illud: Beati qui habitant in domo tua domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. Et

q̃d

q̃d ait Saluator: In domo patris mei mansiones multæ sunt. Secundo, domus dei est triumphans ecclesia, seu congregatio beatorum in patria, in qua habitat deus per grãm consummatam seu gloriam, atq; per speciem, seu sui ipsius claram & facialem ostentatiõem. Tertio, domus dei dicitur materialis ecclesia. Quarto vniuersalis ecclesia militans, seu vniuersa collectio populi Christiani. Vnde ait Apl's: Christus in domo sua, q̃ domus sumus nos. Quinto, quæcunq; particularis congregatio Christiana, in qua p fidem habitat deus. Sexto, quęcunq; persona fidelis deuota, seu quælibet anima Christiana, in qua p fidem & charitatem deus moratur. Quemadmodũ ergo in solennitate dedicationis ecclesiæ, ipa materialis ecclesia nõ solum à magnis & notabilibus immunditijs expurgať, sed a minoribus q̃q; immũditijs pulueribusq; scopať & emundatur, deinde viridibus ac virentibus aspergiť & ornatur graminibus, ramis ac floribus. Insup p̃ciosiora clenodia atq; reliquiæ cũ repositorijs suis ponuntur in publico. Altaria quoq; specialiter decorantur, iucundiusq; pulsatur, & dulcius canit, ac plurima luminaria accenduntur, vasa itẽ sacri ministerij reserãtur, & plures ad diuina cõueniunt: sic omnia ista spiritaliter in nostris debent fieri animabus, præsertim hoc die, imo & semper. Vt ergo vniuscuiusq; nostrum anima sit domus pura, placens, ac splendida creatoris ac saluatoris, oportet ea q̃ dicta sunt in ea spiritaliter agi. Primo igitur emũdanda est anima nõ a maioribus immũditijs tm̃. i. peccatis mortalibus, sed à minoribus quoq; seu venialibus, vt nihil prorsus in ea appareat q̃d oculos offendat om̃ipotentis, maxime ne per venialia si paruipendanť negligantur & accumulenť, in mortalia dilabantur. Purgatio ista fit per contritionẽ, confessionẽ & satisfactionẽ. Multa demũ disponũt hoĩem ad istã purgationem, videlicet discussio p̃priæ conscientiæ, timor dei, consideratio nouissimorum, cõtemplatio maiestatis, honorabilitatis bonitatisq; dei, & recognitio beneficiorum ipsius. Nempe dum hõ p̃funde considerat q̃ deus p peccata offendit, ac hominẽ differit, est tam infinitę bonitatis & amabilitatis, tãq; immensę maiestatis & honorabilitatis, q̃ item tot & tãta beneficia contulit nobis, & tã indicibilem nobis beatitudinem pręparauit, tunc incipimus valde dolere q̃ tã superoptimũ ac amabiliss. deũ & creatorem nr̃m offendimus, q̃ eius bñficijs tam ingrati extitimus, q̃ coram tam superdigniss. ac honorabiliss. dño habuimus nos tam impudenť & irreuerenť tam culpabiliter & indigne, tuncq; implemus illud propheticum: Exercitabar & scopabam spm̃ meum. Cordialem ergo & valde intensum habeamus de nostris peccatis cõtritionem, potissime ex dei amore & zelo iustitiæ, & confessionem faciamus quotidie dolorosam, distinctam, maturam, non aridam ex consuetudine superficialiter p̃deuntem: sed & confessione peracta habeamus nos tam custodite, tam irreprehensibiliter & cõpuncte, vt veraciter opere demonstremus cordialiter nos dolere de peccatis præteritis. Insuper per freq̃ntem & ardentem mentis ad deũ eleuationem, per charitatis ardorem, per fœditatis peccati pudorem, per orationes & meditatiões assiduas, & varia opera supererogationis purgemus nos a quotidianis peccatis, & ab omni reatu eorum, a reliquijs quoque præteritorum malorum. Secundo, sicut materialis ecclesia iam scopata aspergiť & ornatur graminibus virentibus & ramis, sic animam modo præfato purgatam oportet virtutibus infusis ac donis spiritus sancti, actionibus sanctis, contemplationibusque fulciri & expoliri. Vnde in CANTICIS loquitur sponsa: Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Porro per flores intelligi possunt pulcherrimæ ac feruidæ contemplationes altissimi, quæ instar florum virent, fulgent, flagrant in mẽte, per virentia gramina designãtur bona opera exteriora, aut cæteri actus virtutũ q̃ ornant animã, sicut gramina virescentia terrã. Et sicut terra sine graminibus est nuda, informis, nõ decorata, sic anima sine actib⁹ istis. Rursus quemadmodũ sole materiali in zodaico accedẽte, terra virescit graminibus, ornaturq; floribus, recedenteq; sole in circulo illo obliquo, terra fit sterilis, gramina q̃q; arescũt, floresque decidunt, sic plane spirituali sole iusticiæ spiritu sancto accedente, anima gratiose p̃fatis contemplationibus & actionibus v̾tuosis fœcundatur, vestitur, & expolitur, recedenteq; sole illo intelligentiæ, anima incipit fieri infructuosa, deformis & nuda. Propter quod dixit p̃pheta: Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Itemq;: Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem. Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Iugiter ergo inuocemus gratiosam præsentiam huius intellectualis supersplendissimi solis, dicentes: Illustra domine faciem tuam super seruum tuum, saluum me fac in misericordia tua: Tertio, sicut tempore dedicationis in materiali ecclesia preciosiora clenodia atq; reliquiæ cũ repositorijs suis ponuntur in publico ad dei honorẽ, & ad fideliũ p̃uocandã deuotionẽ: sic animam virtuosam q̃ spiritus sc̃tus inhabitat, oportet interiora gratiarum charismata sibi desup

Margin notes: Hebr. 3 (beside "mus dei dicitur materialis ecclesia"); psalm. 76. (beside "triticnem, potissime"); Gant. 2 [Cant. 2] (beside "CANTICIS"); psalm. 30. (beside "stra domine faciem"); letters D and E in right margin.

A super contributa alijs cõmunicare, bonaq; opa & exercitia religiosa, ea potissime ad q̃ tenet publice agere ad gloriã creatoris ac ædificationẽ plebis fidelis seu congregationis, ppter q̃d Salomon dixit: Diriuent fontes tui foras. Et Salua. Luceat, inquit, lux vr̃a corã hoĩbus vt videant bona facta vr̃a, & glorificent patrem vr̃m qui in cœlis est. In Eccle. quoq; fertur: Sapientia abscondita, & thesaurus inuisus, q̃ vtilitas in vtrisq;? sed & princeps Apost. Vnusquisq; ait sicut accepit gr̃am in alterutrũ illam administrãtes. Vnusquisq; igitur aliũ quantũ valet, dirigat, exhortetur, instruat, corripiat, cõsoletur, & oĩ modo sibi possibili ædificet ac iuuet in via salutis. Veruntamẽ opa supererogationis, & q̃ specialem vident deuotionẽ ptendere, abscõdẽda sunt potius q̃ pãdenda nisi efficax rõ postulet aliud. Quarto, sicut in dedicatione altaria magis ornãtur, Ita in aĩa superiores potẽtiæ, q̃ in actibus suis deũ directe attingũt tanq̃ actuum suoꝝ obiectũ, videl. intellectus, memoria & voluntas, in q̃bus superbñdictæ trinitatis consistit imago, sunt singularit decorãdæ in actibus sapientiæ, ardoribus charitatis, meditationibus sanctis, actionibus fidei & spei atq; iustitiæ, presertimq; latriæ, cuius actus sunt oratio, adoratio, immolatio diuinæ maiestati exhibita, q̃bus oĩbus aĩam religiosi oportet sp̃ cum oĩ attentione insistere. Quinto sicut in dedicatione solennius pulsat & canitur, ita in aĩa deo dicata hymnis psalmis & canticis spiritualibus intentissime est vacandũ, psertim hoc die, deoq; iubilandũ: & p linguam tanq̃ per campanã admonendi sunt alij ad honorificentiam dei. Vñ hortatur Apl's: Pax Christi exultet sp̃ in cordibus vestris, docẽtes & cõmonentes vosmetipsos in hymnis & psalmis. Sexto in dedicatione plura luminaria accendunt, B ita in anima lumen gratiæ, virtus discretionis, lux sapientiæ, claritas fidei, splẽdor salutaris scientiæ, fulgor consilij, donumq; intellectus, & candor rectæ intentionis, nunc specialiter, imo & omni hora sunt accendenda, illustranda, perficienda, a spiritu sancto vt in aĩa splendeant, & eam suo creatori placitã faciant & acceptam, intantũ vt ipsa alios quoq; donis sibi collatis pfundat. Verum de his in sequentibus magis dicetur deo præstante sermonibus.

Matth. 5 · *Eccle. 41* · *1. Petri. 4* · *Collos. 3*

Sermo VII. De virtutibus religiosos quammaxime decẽtibus, & de multiplici ornatu, quo exornandi sunt.

DOmine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. In Psal. Sicut diuersæ sunt domus dei, prout præcedenti tãgebatur sermone, ita diuersi sunt earum decores. Nunc aũt de domo dei, quæ est anima iusti, dicendum est. Huius itaq; domus duplex est decor, videl. naturalis & supernaturalis. Porro naturalis decor animæ duplex est, vnus innatus, alius acquisitus. Decor innatus est duplex, puta substantialis & accidẽtalis. Naturalis animæ decor est pulchritudo siue perfectio sibi ex sua natura cõueniens. Decor vero animæ naturalis & substantialis est perfectio sua specifica, quę realiter idem quod anima ipsa rationalis. Pulchrum nanq; & ens (vt diuinus docet Dionysius) conuertuntur, quemadmodũ bonum & ens. Decor vero animæ naturalis & accidentalis est duplex, vtpote separabilis & inseparabilis. Decor eius inseparabilis est ornatus naturaliũ potentiarum ipsius, potissime viriũ eius superioꝝ, in q̃bus summæ ac adorandæ trinitatis resplendet imago. Decor vero separabilis est ipsaꝝ viriũ actuatio seu expolitio p virtutes atq; scientias, & actus ipsaꝝ. Atuero supnaturalis decor animæ est perornatio eius per dona gratiæ, & in primis p ipsam gra- C tiam gratũfacientem, q̃ essentiam animæ pficit, atq; in esse supernaturali deiformi ad promerendũ vitam æternã idonea ponit: & hic aĩæ decor est valde præcipuus, imo tã altus, vt nullius rei creatæ decor naturalis quantũlibet magnus, possit eius attingere dignitatẽ. Est nãq; supernaturalis similitudo diuinæ essentiæ, & alterius, supiorisq; ordinis q̃q̃cunq; naturalis perfectio rei creatæ. Præterea per naturalem suum decorem non consecratur anima rationalis in domum dei, quia per pura naturalia non fit ei accepta, nec eius inhabitatione condigna, sed primo cõsecratur in domum ac templum dei sui per gr̃am gratumfacientẽ. Deinde supernaturalis decor animæ est perornatio eius per virtutes infusas, ac dona spiritus sancti, & per actus horum habituum, & præsertim per fidem & spem & charitatem, earũq; actus, per quas anima specialiter Christo desponsatur, & thalamus eius efficitur, & spiritualiter integratur, seu virgo efficitur eo mõ quo ecclesia virgo asseritur. Spiritualis nanq; virginitas secũdum Augustinum potest recuperari, cum sit integra cordis adhæsio cum Christo cœlesti sponso. Magnus est decor hic animæ, & naturalem angelorum decorem vehementer trãscendens. Siquidem fides est supernaturalis radius primæ & increatæ veritatis, habitusque infusus, deum sub ratione primæ veritatis habens pro obiecto, intellectum inclinans ad consentiendum credendis secundum scripturas, & eum illuminans ad cognoscendum aliqualiter veritatem eorum quæ cadunt sub fide. Spes vero est certa expectatio futuræ beatitudinis ex gratia dei, meritisque proueniens: & datur ista spei descriptio de actu spei non de ipsa spe, quæ essentialiter habitus est supernaturalis infusus, deum sub ratione summæ felici-

Psalm. 25 · *Dionysius* · *Augustin.*

felicitatis pro obiecto habens, aninamq; inclinans vt adipisci confidat, ac præstoletur bea-
titudinem æternalem, atq; bene agendo tendat in eam. Charitas vero est summa & nobi- D
lissima animę virtus, per quam ipsa efficitur sui creatoris sponsa ac filia, hæres atque amica:
& charitas ista est supernaturalis participatio ac similitudo increati amoris, præsertim spiri
tus sancti. Estque charitas theologica virtus, deum sub ratione summi boni habens pro ob-
iecto, & animæ voluntatem inclinans ad diligendum Deum pure & principaliter ac meri-
torie, propter propriam bonitatem ipsius. Veruntamen quia beatitudo siue perfectio non
consistit principaliter in ipsis virtutum ac donorum habitibus, sed in actionibus eorundem
præcipue in actibus sapientię & charitatis. Nam habitus ordinatur ad actum, tanquam ad
finem, & beatitudo est optima operatio optimæ virtutis, secundum statum perfectum in vi
ta perfecta. Idcirco supernaturalis hic decor animæ summe consistit in contemplatione dei-
tatis syncera, & in dilectione eius intensa, deinde in aliarum actionibus exercitijsque virtu-
tum. Hunc igitur domus dei decorem debemus diligere, appetere, adipisci, conseruare, com
plere, ita vt in primis studeamus eum habere in anima nostra, seu vnusquisq; in anima sua,
deinde in alijs: Nempe, quid proficit homo, si lucretur vniuersum mundum, seipsumq; per-
dat? Quicquid ergo charitati contrarium est, tãquam infernale virus vitemus, puta semina-
tionem discordiæ, detractionem, contentionem, auersionem, rancorem, inuidiam, ac scan-
dala: & faciat vnusquisq; alteri, prout rationabiliter vult fieri sibi: Sit omnis religiosus circũ
spectus, imo cautissimus in loquendo, ne in secreto accepta reuelet, & ne vltra dicat quæ nõ
expediũt diuulgari, & maxime ne quis alicui dicat verba per q̃ charitas eius ad proximum E
lædi potest, seu odium siue auersio prouocari, nec sufficit dicere. Ego non habui intentionẽ
lędendi charitatẽ in ipso, sed oportet aduertere qd ex verbis prolatis verisimiliter possit seq.
Si aũt talia interdum dici oportet, tam caute dicenda sunt sicut possibile est, & admonẽdus
est is cui dicũtur, ne inde tentetur. Ex incustodia linguæ & incircũspectione loquendi enor-
mia mala proueniunt. Merito sapiẽs ait: Detestatur anima mea eum qui seminat inter fra-
tres discordiam. Deus quoq; per Sapiẽtem testatus est: Os bilingue detestor: Et iterum, q incõ
prou. 13 sideratus est ac loquendũ sentiet mala. Audiamus verba scripturæ. In Eccl. enim legitur: Qui
denudat arcana inimici fidem perdit. Denudare amici mysteria, desperatio est animæ infe-
licis. Vnde secũdum Doctores mortale peccatũ est ea puulgare q̃ in secreto sub fide accepta
sunt, nec expedit faciliter aliqua capere in secreto, propter periculum imminens, si pandant.
Ec.le.10 Iterum ait scriptura: Si mordeat serpens in secreto, nihil eo minus habet qui detrahit. Ideo la
bia detrahentia sint procul a nobis, ita vt nec labia nostra alicui obloquãtur, nec aliorum de
trahentia labia libenter audiamus, approbemus, seu admittamus, sed detestemur ac fugia-
mus, vel saltem mœstum ostẽdamus vultum obloquutori, vt quantũ nobis displiceat detra
Eccle. 7 ctio eius aduertat. Etenim per tristitiam vultus, corrigitur animus delinquẽtis. Et rursus Sa
lomon fatur: Ventus aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahentem. Nemo in
hoc mollis existat ex timore humano, applaudẽdo aut nõ dissentiendo detrahenti aut praue
loquenti, imo detrahentem & viciose loquentem charitatiue ac feruide increpemus, ne & de
cætero audeat nobis taliter loqui. Præterea magnũ consequitur aĩa nr̃a decorem ex quatuor
virtutibus cardinalibus, eorumq; actibus: imo cum in vitijs gulæ atq; libidinis, & in dele- F
ctationibus gustus & tactus sit maxima turpitudo ac fœditas, ne anima nostra inquinetur
aliqua huiuscemõi fœditate in cibo & potu, in tactu, osculo aut amplexu, in cogitatu vel affe
ctu indigemus in primis temperantia, quæ voluptates tales coerceat: imo cum & corpa nr̃a
templa sint spũs sancti, conseruanda sunt valde in puritate, & p̃seruanda a gulæ & immun-
ditiæ fœditate. Itaq; sobrie, & iuste, ac pie viuamus in hoc seculo, corpusq; nostrum ita rega
mus, vt sit expeditum, idoneum atq; obediens nostræ animæ instrumẽtum in omni opere
virtuoso. Insuper fortitudo in nobis sit magna, vt aggrediamur viriliter ardua, nec propter
quæcunq; mundi aduersa, seu mortis pericula relinquamus viam iustitiæ, honorificentiam
Matth. 10 dei, opa charitatis cum dicat Salu. Nolite timere eos qui corpus occidunt. Et rursus: In mun
do, inquit, pressuram habebitis, sed confidite quia ego vici mundum. Non sit in aliquo no-
strum cor effœminatũ, formidolosum, pigrum aut tepidum, sed cor bonæ spei, diuino inni-
tens auxilio, fortiter vincens ac frangens seipsum, & quæ agenda sunt, magnanimiter incho
ans, constanter continuans, perseueranter adimplens. Amplius prudẽtiam habeamus, & di
1. Cor. 14 scretione in omnibus dirigamur, vt decenter & ordinate vnumquodq; agamus. Quæ enim
a deo sunt, ordinata sunt. Itaq; per prudentiam ordinemus taliter media nostra, vt ad finẽ
pertingamus intentum, vt sit in vniuersis rationabile obsequium nostrum, & ita curramus
ad tempus, vt ante finem non deficiamus. Ideo corpus cũ discretionis moderamine castiget
feruorq; charitatis in se sp fouẽdus & argumentãdus, in suis refrenetur operibus, ne homo
feruorem

A seruo rem sequendo, seipsum praecipitet. Hinc feruori ratio est miscenda. Postremo, iustitia (quae est praeclarissima virtus) cor nostrum omnino possideat, sic tamen, vt pietatem & sciētiam non excludat. Reddamus vnicuique quod ei debemus. Et sicut esuriēs appetit cibum, ac sitiens potum, sic esuriamus & sitiamus iustitiam, ne iniuste aliquid operemur, nulli iniuriemur, nemini faciamus quod nobis fieri abhorremus, omnem detestemur impietatem, & vniuersam deiformiter auersemur iniquitatem, discreto iustitiae zelo iugiter ferueam⁹: & sicut totum quod sumus & habemus a creatore accepimus, sic totum in eius obsequium conuertamus, superioribus nostris reuerentiam, obedientiam, charitatem praecipuam impēdamus. Corpus nostrum subiectum sit animae nostrae tanquam dominae suae, imo & benefactrici praecipuę, a qua vitam & motum, sensum & vegetationem sortitur, a qua etiam in his conseruatur ac regitur, & cui saluberrime tandē cōglorificabitur, si interim ei fideliter ministrauerit atque paruerit. Anima quoque in cunctis quae agit siue omittit, consulat ac audiat rationem tanquam in regno virium praesidentem. Ratio vero subiecta sit deo, vt iuxta eius legem & fidem, praecepta & consilia, doctrinam & inspirationem in omnibus se, aliasque vires gubernet, moueatur, conuersetur, procedat.

¶ Sermo VIII: De prouida feruentiq; mentis nostrae vnione cum deo, & qua via facilius id assequi potest.

FAciamus ei coenaculum paruum, & ponamus in eo lectulum & mensam & sellam & candelabrum, vt cum venerit ad nos, maneat ibi, Quarto Regum quarto: Ista sunt verba venerabilis ac prudentis matronae Sunamitis ad suum maritum de beatissimo Hilisaeo propheta. Per foeminam istam intelligitur ratio, quae alias animae vires, praesertim appetitū intellectiuum seu voluntatem, memoriamq; hortatur, vt Christo per Heliseum designato, p̄parent in se aptum coenaculū, & ponant in eo lectulum, mensam, sellam, candelabrum, vt cum venerit Christus, maneat in eodem. Christus etenim in Apocaly. fatet: Ego sto ad ostium & pulso, si quis aperuerit mihi, intrabo & coenabo cum illo, & ipse mecum. Istud coenaculum est cor, quod praeparandum est dn̄o, sicut paratur domus siue hospitium habitatori & hospiti, & sicut paratur spōsa sponso, & sicut paratur seruus regi ac domino suo, propter q̄d Samuel dixit: Praeparate corda vestra domino. Porro cor iam a deo creatū & factum, fit coenaculum saluatori, quādo purgatur ab omnibus quae displicent oculis eius, atq; ad deuotionem disponitur & dn̄o applicatur. Sicut p Hiere. loquitur deus: Quis est iste qui applicet cor suum, vt appropinquet mihi? Applicat autem se homo deo, quod in se est faciendo, & inuocādo auxiliū gratiae creatoris. Cor quoq; ad deuotionē disponitur, dum ab exterioribus illicitisq; abstrahitur, atq; ad dn̄m eleuatur, orando, meditādo seu contēplando. Sic ergo faciamus deo cor nostrū coenaculum paruum & humile, quia cor nostrum multis defectuositatibus plenum est, nec solum respectu mentis diuinae, imo & cōparatione mentis angelicae magnae est imp̄fectionis & paruę reputabilitatis. Sed quia in domo vtensilia esse oportet, ne vacua existat inhabilis, debemus in corde nostro ponere Christo lectulum. i. pectoris pacem, in qua Christus cum anima dulciter cōquiescit, cui in Canticis loquitur sponsa: Lectulus nr̄ floridus. Haec pax est gaudium spiritiale imperturbatum, & quies mentis in deo, in quo aīa conuenientissime ac naturalissime reqescit, quemadmodū grauia deorsum, & leuia sursum scd̄m quod loquitur: In pace inidipsum dormiam & requiescam. Vnde hortatur Apl's: Pax Chr̄i exultet sp̄ in cordibus vestris. Si volumus pacem istā habere, oportet nos passionibus & vicijs dominari, quia vt spiritus sanctus per Esaiam testatur: Nō est pax impijs. Oportet & corpus in animae seruitutem redigere, & esse reformatum in animo. Oportet item diligēti cordis custodiae inuigilare, ne per distractiones, passiones & inquietudines perturbetur. Et quamuis in vita praesenti non possit q̄s pacem istam continuā habere, quia frequenter interrumpitur, & etiam per bonas tristitias variosq; euētus intercipitur atq; suspēditur. Nihilominus q̄to quis fuerit magis radicatus in charitate, & exercitatus in contemplatiōe, ac reformatus in passionibus animae, tanto pōt hanc pacē stabilius ac diuturnius possidere, sępiusq; habere, imo & facilius recuperare ac obtinere. Est nāq; hęc pax charitatis effectus, & actuali dilectioni dei annectitur. Praeterea lectulus iste, iuxta Esaiae oraculū, vere est angustatus, ita vt vtrūq; videl. Christum & mundū in se cape nequeat. Si ergo o religiose vis in te Christū habere, & ei pacis lectulum exhibere, necesse est vt inquietudines, mūdi rumores, affectionesque saeculi detesteris ac fugias, sed in claustro te a talibus claudas, & in sepulchro religionis, in secreto cellae, in abscondito vultus diuini, a cunctis perturbationibus, euagationibus, inqnationibus te occultes, nec ineas foedus cum Amorraeo. Quid tibi fili Israel cum Chananaeis? Non ergo dispergas cor tuum in multis, cum vnum sit necessarium, in quo solo pacem reperies. O quàm dulce est mente tranquilla, cōscientia serenata, corde puro in illo qescere ac defice-

Marginalia: B (beside "ba venerabilis"); Apoca. 3; i. Reg. 7; Hiere. 30; Canti. 1; C (beside "conuenientissime"); Colloss. 3; Lucae. 10

deficere nec aliquid appetere huius mũdi, atque in lectulo isto Christum æternam & increatam sapientiam deosculari, amplecti, constringere, ei vniri, & fœcundari ab eo, nec nõ vicissim deosculari & amplexari ab eo. Vnde in Canticis spõsa hinc multa effatur: Osculetur me inquiens, osculo oris sui. Et rursus: Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Itemq;: Tenui illum, nec dimittam, & appræhendam te, & ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. Studeamus igitur semper hanc pacem habere, & ne eam perdamus habeamus etiam inter nos veram & spiritalem concordiam. Quicquid impeditiuum est pacis euitemus, lites, contentiones, animositates & prouocationes ad malum tamquam diabolica abhorreamus venena: Etenim beati pacifici, quoniam filij vocabuntur, miseri vero turbulenti, quia filij diaboli nominabuntur. Non enim est deus dissentionis, sed pacis: & in pace factus est locus eius. Ideo Christus præcepit: Pacem habete inter vos. Secundo, in domo atque cœnaculo cordis ponenda est Christo mensa, per quam designatur sacra scriptura, quæ est sapientiæ mensa in qua tot sunt spiritalia fercula quot sunt expositiones seu intelligentiæ scripturarum, quæ in genere quatuor esse dicuntur, vtpote intelligẽtia literalis, allegorica, tropologica & anagogica. In specie vero & indiuiduo, sunt innumerabilia huiusce modi pabula. Nam & quælibet pars scripturæ reficit mentem, & multi sunt passus paginæ sacræ qui multipliciter exponuntur. Eiusdem quoq; scripturæ sensus literalis interdum est multiplex, similiter sensus allegoricus, & cæteri sensus prætacti. Rursus mensa ista est fides in qua omnia exhibentur ac domino offeruntur, in qua & ecclesiastica sacramenta sumunt, ac sumenda fidelibus proponuntur, potissime eucharistię sacramentum, quod fide formata spiritaliter sumitur atque comeditur, iuxta illud Augustini: Crede, & manducasti. Sed & pœnitentia mensa est, in qua panis editur lachrymarum. Vnde secundũ Gregorium, apud pœnitentem mulierem, Christus reficiebatur interius: delectatur nanque in actibus & lachrymis pœnitentæ nostræ. Tertio, ponenda est Christo sella, id est, sedes seu thronus. Cumq; anima iusti sedes sapientiæ asseratur, constat quod iustitia spiritaliter sit solium, inquãtum per iustitiam anima dijudicat & castigat seipsam, atque per hoc Christo in se exhibet thronum, propter quod loquitur ei Propheta: Iustitia & iudiciũ præparatio sedis tuæ. Sedes autem excellentium personarũ, multipliciť solet ornari, ideo sedes ista est pulchre ac multiformiter decoranda, vt in primis per iustitiam nihil peccati reliquamus in nobis inultum, nec quicquam repugnans æquitati agamus. Prudentia quoque iustitiam dirigat in agendo atque inordinata omnia deuitemus iudicia, vtpote, temeraria, vsurpata, iniusta, suspiciosa, incerta, præsertim ne de interioribus & ignotis seu indifferentibus iudicare quis audeat. Et istud est vnum de prauissimis in multorum religiosorum corde vigentibus, quod proni, audaces & stolidi sunt iudicando de alijs, quo patescit quod nec vere sint timorati, neque prudenter nec rite intuentur nec ponderant ꝓprias calamitates, culpas & trãgressiones, qui & si cæteris carerent peccatis, tamen hoc solum tam detestabile malum redderet eos nimis obnoxios. Consideret ergo, dinumeretque & poderet vnusquisq; propria peccata, tam perspicaciter & distincte, tam dolorose & morose, tã intime ac compuncte, vt sibi non vacet alios temerarie iudicare, ꝑsertim cum & Iacobus fateatur Apostolus: Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi & iudicat legem, si autem iudicas legem, non es factor legis, sed iudex. Qui autem contra alium faciliter passionatur, & nihilominus pronus est eum temere iudicare, ex viciosa communiter mouetur radice, & peccat grauissime, quod tamen in religioso præcipue vituperabile existit: quia ex sua professione debet esse custos & iudex suiꝑsius duntaxat. Quarto, in cœnaculo cordis est ponendum candelabrum seu luminare, quo cœnaculum illustretur. Hoc candelabrum multipliciter potest intelligi, primo, syncera & recta cordis intentio, ex qua totum opus bonitatem sortitur, ac lucidum redditur, quia intentio operi imprimit speciẽ. Vnde Matthæi sexto ait saluator: Lucerna corporis tui est oculus tuus, si oculus tuus fuerit simplex, totũ corpus tuũ lucidũ erit, si autem oculus tuus fuerit nequam totum corpus tuum tenebrosum erit. i. si intentio tua peruersa extiterit, tota operꝝ tuorꝝ congeries viciosa consistet. Hinc alibi ait Salu. Estote simplices sicut columbæ, vitanda ergo, odienda atque in infinitum detestanda est omnis duplicitas, omnis simulatio, vniuersa calliditas. Simulatores nãq; & callidi, prouocant irã dei. Salomone quoq; testãte: vir versutus odibilis est. Sed & frater domini Iacobus loquitur: Vir duplex animo incõstans est in omnibus vijs suis. Et Ecclesiasticus asserit: Væ duplici corde, & labijs scelestis. Porro intentio simplex, recta syncera est, vt in omnibus deo complacere, appropinquare, vniri, honorem gloriamque impendere, proximos ædificare, nobis ipsis incrementũ gratiæ in præsenti & beatitudinis complementum in futuro adipisci optemus. Iste est celeberrimus finis, qui autem proprer humanam laudem aut commoditatem caducã agunt bona ex gñe, non solũ nil pro-

Marginalia: Canti. 1. — Eodem — Canti. 3. — Matth. 5 — Augusti. — Gregori. — Sapien. 7 — Iacobi. 4 — Matth. 10 — Iacobi. 1 — D — E — F

A nil promerentur, sed stolide operantur, & damnationem sibi mercantur. Secundo candelabrum istud intelligi potest prudentia siue discrettio, quæ docente diuino Anthonio summe omni est necessaria monacho, quam qui habuerit magis celeriusque proficiet cum mediocri labore, quàm qui ea caruerit tempore diuturno, & labore permaximo. Ipsa docet modũ agendi, & congruentiam loci, temporisq; obseruat, & sicut currum ducit dirigitque auriga, ita in omni actu bono ducit ac dirigit hominẽ sancta discretio, quæ est magna lux cordis. Tertio, candelabrum istud intelligi potest sapientiæ donum, seu contemplatio diuinorum, quæ totam mentem splendidissime ornat ac luce cœlesti perfundit, facitque recte sentire de deo, & temporalia atque carnalia aspernari, per quod impletur illud Sapientiæ primo: Sentite de domino in bonitate, & in simplicicitate cordis quærite illum. Quarto candelabrum istud est suĩpsius salubris cognitio, q̃ propriam infirmitatem, defectuositatem, culpam, periculositatem intelligit homo, sicque despiciens semetipsum, confugit ad dominum, & tantũ confidit in eo, omneque bonum ascribit eidem & timoratus iugiter perseuerat. Præterea in cœnaculo oportet esse & alia multa, vtpote ignem, aquam, caminum, amphoras, promptuarium, & multa similia, de quibus nunc prosequi esset nimis prolixum, breuiter tamẽ tangendo, ignis iste est charitas, aqua sapientia salutaris, caminus voluntas, amphoræ cæteræ vires quæ replentur virtutibus, promptuarium conseruatio est diligẽs gratiæ ac virtutum & meritorum in dei timore, & humilitate. Postremo, necesse est custodire cœnaculi huius fenestras, vtpote sensus exteriores, ne mors ingrediatur per eas, ne interiori oculo ingerant contemplationis obstacula, ne cordi infundãt spiritalium profectuum impedimenta, ne distractam & vagam efficiant mentem, potissime in diuinis. Elaboremus ergo indesinenter quãtum fieri potest ad puram feruentem & actualem mentis vnionem cum deo, vt sint oculi nostri interiores semper erecti ad dominum, meditando, orando, contemplando, diligendo, psallendo, & incessabiliter boni aliquid exercendo. Ab laudem & gloriam omnipotẽtis, qui est super omnia deus sublimis & benedictus, Amen.

B

¶ Finis secundæ partis Sermonum D. DIONYSII Carthusiani de Sanctis.

¶ Coloniæ apud honestum ciuem Petrum Quentell. Anno virginei partus, M. D. XXXIII. mense Martio



¶ Alardi Aemstelredami in laudem D. Dionysii Carthusiani
Epigramma.

Quis nouus extaticus sophus hic? Dionysius ille
Ricelus, e cœlo ceu Cato prosiliens.
Quatuor ista nimis metuenda nouissima q̃rsum?
Hoc gentilitium vendico stemma mihi,
Quid latus clauus, vestisq; simillima cygno?
Index germanæ candor amicitiæ.
Quid calami? quid pugillares? plurima produnt
Scripta, quibus quosuis hortor & admoneo.
Ecq̃d habes epiphonema tandẽ singula claudẽs?
Sit deus in seclum, sit benedictus Amen.
Quid sol in manibus sibi vult? errantibus vnde
In rectam possent, monstro redire viam.
Sub pedibus prostratus humi cacodæmõ, inanes
Demonstrat fastus, quos ego despicio.
Quid sibi vult tandẽ cœlũ vndiq; & vndiq; lumẽ?
Nil cœleste nisi mens mea sollicitat.
Sed quid opus multis frustra me prodere signis?
E scriptis melius noueris effigiem.


Cax 32 [redacted] lib. 1 [redacted]


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm